

1 tomo

José Caera

Tratado de non meliorandi ratione pmi fbi abus:
et alii. —

B
433

~~41-3~~

~~61-4~~

Ly 2-3

OPERA OMNIA
GASPARIS BAETIAE:
BAETIENSIS, ET IN SENATU
Granatensi aduocati. De Non meliorandis ratione
dotis filiabus. De Inope debitore creditori
addicendo. Et de Decima tutori
Hispanico iure præstanda.

*HAC NOVISSIMA OMNIVM
editione addita, & ab erroribus, & locis innumeris, quibus impresso-
rum, & correctorū incuria deprauata, ac mutilata, passim summi viri
deprehendisse conquerebantur, singulari fide, ac studio vindica-
ta, opera, ac diligentia Licentiati Fernandæ de Castro,
in supremo Philippi. II. Hispaniarum Regis
Senatu, causarum patroni.*

AD PRÆSTANTISSIMUM, ET
integerrimum Dominum Licentiatum Paulum de Lagu-
na, in Supremo Iustitiæ: Sancte q; ac Generalis In-
quisitionis, ac Regij patrimonij Senato-
rem dignissimum.

CVM PRIVILEGIO.

Madridi, apud Ludouicum Sanctium.

Anno. M. D. XCII.

Impensis Francisci de Robles, Regis Bibliopole, ubi venundantur.

*Do Salcedo
Guillamas*

OPERA OMNIA
GASPARIS BAETIAE:
BAETIENSIS, ET IN SENATU
Granatenſi aduocati. De Non meliorandis ratione
dotis filiabus. De Inope debitore creditori
addicendo. Et de Decima tutori
Hiſpanico iure præſtanda.

*HAC NOVISSIMA OMNIUM
editione addita, & ab erroribus, & locis innumeris, quibus imprefſo-
rum, & correctorū incuria deprauata, ac mutilata, paſſim ſummi viri
deprehendiſſe conquerebantur, ſingulari fide, ac ſtudio vindica-
ta, opera, ac diligentia Licentiati Fernandez de Caſtro,
in ſupremo Philippi. II. Hiſpaniarum Regis
Senatus, cauſarum patroni.*

AD PRÆSTANTISSIMUM, ET
integerrimum Dominum Licentiatum Paulum de Lagu-
na, in Supremo Juſtitia: Sancteſq; ac Generalis In-
quiſitionis, ac Regij patrimonij Senato-
rem digniſſimum.

CVM PRIVILEGIO.

Madridi, apud Ludouicum Sanctium.

Anno. M. D. XCII.

Impenſis Franciſci de Robles, Regis Bibliopola, ubi venundantur.

*Do Salcedo
Guillamas*

CASPAR BARRA...
BARRA...
G...
...
...
...
...

H...
...
...
...
...
...
...

A...
...
...
...
...

O...
...

M...
...

A...
...

...
...

YO Gonçalo de la Vega escriuano de camara del Rey nuestro señor, doy fee, que por los señores del Consejo fue tassado a tres marauedis y medio cada pliego, del libro intitulado, Opera omnia Gasparis Baeça, que con su licencia le ha impresso Francisco de Robles, librero de su Magestad, como cessionario de Gaspar de Baeça. Y mandaron, que al precio, y no mas se venda, y que esta fee de tassa se ponga al principio de cada cuerpo del dicho libro, para que se sepa el precio del. Y porque dello conste, de pedimiento del dicho Francisco de Robles, y mandado de los dichos Señores del Consejo, di la presente, en Madrid a primero dia del mes de Setiembre, de mil y quinientos y nouenta y dos años.

Gonçalo de la Vega.

Este libro tiene ciento y sesenta y ocho pliegos, que a razon cada uno de a tres marauedis y medio, monta diez y siete reales, y diez mrs.

E R R A T A S.

Folio. 3. columna: 1. linea 9. pote, diga, potest. fo. 5. col. 3. lin. 6. quod, di, quid. fo. 6. col. 4. lin. 15. filia, di, filia. fol. 8. col. 2. lin. 7. iudicium. di iudicium. fo. 9. col. 4. lin. 2. cum filiam, di cum filia. fo. 11. col. 2. lin. 7. sinimio, di, sinimira. fo. 20. col. 1. lin. 39. pro totum, di, pro toto. fo. 21. col. 1. lin. 2. augmentum, di, argumentum. fo. 27. co. 3. lin. 27. in testam, di, in testibus, & lin. 45. affectu, di, affectus. fo. 29. col. 4. lin. 36. ma rimonía, di, matrimonio. fol. 30. col. 3. lin. 42. dotum quod, di, dotum quod. fo. 33. col. 2. lin. 15. ampli, di, amplo. fo. 67. col. 3. lin. 7. legitimatam, di, legitima, tam. fo. 71. col. 3. lin. 7. adoptium, di, adpitiuum. fo. 72. col. 3. lin. 19. presmit, di, Præmit, & col. 4. lin. 46. meliorem, di, mediocrem. fo. 79. col. 1. lin. 39. egitur, di, igitur. fo. 80. col. 2. lin. 23. festante, di, festanter. fo. 84. co. 2. lin. 47. clericorum. di, clerici. fo. 106. col. 1. lin. 9. habet, di, habent. fo. 129. col. 3. lin. 26. dilacerandum, di, dilacerandum, & col. 4. lin. 17. ab obseruata, di, obseruata. fol. 145. col. 3. lin. 41. illaqueatum ex, di, illaqueatum es, f. 148. co. 3. lin. 16. eximondi, di, eximendi, & col. 4. lin. 31. alieno, di, alieno. fo. 149. col. 1. lin. 55. lucurium, di, lucrum. fo. 153. col. 2. li. 49. si eo, di, si ea. fo. 158. col. 1. lin. 12. sententia, di, de sententia. fo. 168. col. 1. lib. 6. dubitare, di, ditare. fol. 169. col. 4. lin. 34. o. fin. di, addé. fl. fol. 170. col. 1. lin. 6. censetur, di, cenfeatur. fo. 171. co. 2. li. 28. lege. C. di, lege. i. C. fo. 190. col. 4. lin. 46. muti, di, mutui. fo. 191. col. 3. li. 7. pius est, di, prius est. fo. 202. col. 4. lin. 40. renuntians, di, renuntiantis. fo. 209. co. 2. lin. 25. in si, di, in lege si. fo. 229. col. 2. lin. 47. appellate, di, appellat. fo. 273. col. 3. lin. 19. auferret, di, auferrent. fo. 283. col. 4. lin. 37. suffragentur, di, suffragatur. fo. 3. 2. col. 3, lin. 90. intelligitur, di, intelligebatur.

Lic. Christoval
de Orduña.

EL REY.

POR Quanto por parte de vos Melchior de Bacca vezino de Granada, nos fue fecha relació que nos vos auiamis prorrogado los priuilegios de los libros de non meliorandis filiabus dotis rationis, y del libro de decima tutor, Hispanico iure prestanda, y del libro de inope deuitore creditoribus addicendo, por tiempo de diez años, los quales eran passados en los libros de non meliorandis filiabus dotis ratione, y de decima tutori, Hispanico iure prestanda, y el priuilegio, y prorrogacion del libro de inope deuitore creditoribus addicendo, se cumplia a veynte y dos de Octubre deste año de ochenta y nueue, como constaua de las dichas cédulas, y priuilegios de que hazia presentación, y porque los dichos libros eran muy viles y necessarios, y porque se auia pasado mucho trabajo e ocupacion en los imprimir, nos suplicastes os lo mandassemos prorrogar por otro termino de nueuo, como la nuestra merced fuese: Lo qual visto por los del nuestro Consejo fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cédula en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien. Por la qual os prorrogamos y alargamos el termino contenido en los dichos priuilegios que ansí dimos para imprimir los dichos libros que de suso se haze mencion por otros seys años mas, los quales corran y se quenten desde a quel cumplido, durante los quales damos licencia y facultad a qualquier impressor destos nuestros Reynos que vos nombraredes para que los pueda imprimir, con que despues de impreslos, antes que se vendad los traygais al nuestro Consejo juntamente con los originales que en el fueron vistos, que van rubricados y firmados de Pedro Capata del Marmol nuestro escrivano de Camara, y vno de los que en el nuestro Consejo residen, para que se vea si la dicha impresion esta conforme a ellos, o traygays fe en publica forma, en como por corretor nombrado por nos se vio y corrigio la dicha impresion por los dichos originales, y se corrigio conforme a ellos: y que quedan ansí mismo impressas las erratas por el apuntadas para cada vn libro de los que ansí fueron impressos, y se os tasse el precio que por cada volumen huieredes de auer. Y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia no lo pueda imprimir, y vender, sopena que el que lo imprimiere y vendiere aya perdido y pierda qualesquier libros moldes y aparejos que del tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena sea la tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la nuestra Camara, y la otra tercia parte para el denunciador. Y mandamos a los del nuestro Consejo, Presidente y oydores de las nuestras audiencias, alcaldes, alguaziles, de la nuestra casa, y Corte y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Asistēte, Governadores, Alcaldes mayores, y ordinarios, y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas y lugares, de los nuestros Reynos y Señorios, así a los que agora son, como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan esta nuestra cédula y merced que así vos hazemos, y contra el tenor y forma della ni de lo en ella contenido no vayan, ni passen, ni consientan yr ni passar en manera alguna, sopena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra Camara. Fecha en San Lorenzo a veynte y seys días del mes de Julio de mil y quinientos y ochenta y nueue años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Iuan Vazquez.



A D P R Æ S T A N T I S S I M V M , E T
integerrimum Dominum Licentiatum Paulum de Laguna,
in Supremo Iustitiæ: Sanctæq; ac Generalis In-
quisitionis, ac Regij patrimonij Senato-
rem dignissimum.

MELCHIOR BAEZIA.



LORVERVNT bonarum artium discipline
(incorrupte iudex) sub tutela optimorum Princi-
pum, quorum gratia, & benevolentia semper effectus
est, unūquemq; virum, adeo laboriose insudasse, atq;
in vigilasse, ut vires supra modum infirmaret, atq;
deficeret. Excelluit Plato: studio Dyonisij, Alexan-
driae Philosophia. Principes: Flacusq; Macenatis: & vetustissimis
illis Philosophis qui tot retro seculis florentes adolescentiam discipli-
nis instituerunt, & accuratissimi ingenij acie, obtrusas naturæ cau-
sas scrutati sunt. Plurimum tribuerunt Principes Ægyptiorum, Pro-
phetis: Persarum, Magijs: Asyriorum Chaldeis: Indorum, Gynsophi-
stis: Batrianorum, Samancis: Gallorum, Druidis: Scitharum, Anachar-
si: Salmoxi, Thracum: Prætereaq; Poete (in quorum figmentis, & ar-
cana natura, & mores hominum delitescunt) Mercurium (quem elo-
quentia Deum coluere) diuum nuntium, & interpretem confixerunt,
eam tali cōmento veritatem recondentes, sapientes viros facundia, &
doctrina copia: ut fauorem procerum, nunquam non, fuissent promeri-
tos, atq; nactos. In pulchra re hac, animum exercenti emissurusq; in
publicum hac secunda adictione, Gasparis Baetiæ fratris mei opera
qua adhuc extant, tu vnus ante omnes occurristi. fortuna eximijs dotibus
ornatus, cui hasce vigilias dicarem: tum propter generis antequam nobi-
litatem præexcellens iudicij vim, tum quoniam publico omnium iudicio,
nemo te Christiana probitate expectatior, nemo doctrina admirabilior,
nemo generosis moribus ornator, hac ætate nostra conspectus sit; verè
enim virtutis, grauis exornator, istius dignitatis verum fructum existi-
mas: esto semper istius animi (clarissime Senator) mactæ virtute: sic itur
ad Altra. Erit tibi hoc apud posteros, & apud omnes cogniti orbis gētes
maximè

maximè gloriosum. *Authoritas* propterea tres illas rerū publicarum species, *Regnum, Aristocratiam, Politiamq;* vel ex hoc fateri iam conuenit, quod rem etiam *literariam* qua Regnorum bases fulciuntur, Reges instituantur, *Monarchia* sustentantur, *Optimatum status* fouetur, *Censu* potestas intenditur, tuis studijs, ac literis plurimum foves, moribus illustras, *authoritate* sustines, *studiorum* candidatos nō solum premijs exortaris, sed *liberalitate* demereris, *humanitate* alicis, *authoritate* foves, splendoreq; ornas, & illustras. Illud uero plecari feceris, si opuscula hec ab *alumno* tuo, quem sub tua protectione foves, *Licenciato* *FernandeZ de Castro*, suo candori, & integritati restituta, ingenueq; tibi dicata *alacriter*, & *generosè*, (ut spero) susceperis. Non dubito quin id sis factururus: cum *virtute animi*, *uita innocencia*, & *Christiana integritatis laude*, *uirsos* nostra *etatis* uiros; merito, omnium consensu, gloria plenus antecellas. Ea igitur *animi magnitudine*, & *humanitate* accipias qua tuorū *negotia*, & *res* suscipere, & feliciter tractare soles: qua, si a natura (ut in *Lelio*, *Marcus Cicero* scribit) hac proficiscitur, & totum in *animorum consensu*, pari amore, matuaq; *uoluntatis similitudine* collocatū est, qua *ratione* potest effici, ut amor, in quo nihil fictum, nihil simulatum, nihil technis inuolutum esse potest, ab *utilitate*, qua per sepe etiam percipitur, ab his qui *simulatione amoris* colluntur emanare possit: secundum *Philosophorū sententiā*, dictans. Sensem solā similitudinē, quæ in hominibus est, *usu aliquo cognita*, efficere, ut inter quos id accidit, amor exoriatur *incredibilis*. *Acceperat* nondum *frater meus charus* ad *trigesimū etatis annum*; qua *etas* *laborum omnium* est tollerantissima. *Erat autem* (præter *etatem*) *peculiari quadam natura dote literarij laboris* & *apetens*, & *patiens*, quod *nesciebat*, *discebat* *auidè*: qua *sciebat*, *docebat* *libentè*, & *candide* in *omni* qua nūc in *scholis* traditur *Aristotelica Philosophia*, eo *progresus*, ut cū *summatibus etiā cōgredi* posset; *magnā in super Theologica rei partem* *asecutus*: in *Geographia*, in *Historijs* *absolutus*, in *Iure cōsultorum libris* *diligentissimè* *uersatus* (testes sunt *libri quos adidit*) *deniq;* *nullum est genus literarum* in quo ille nō fuerit *diligētissimè* *uersatus*: *moribus alacribus*, ac *festiuis*, ac *prorsus omniū horarū homo*, *ingeniū integritati natū*. Itaq; ut hac nostra unde orta est se reuertatur *oratio*, per multa etiam *adsunt*, qua *capitalibus causis* *conueniunt* (qua etiam *taceo*) ut hac *opera tuo nomine* *insignirentur*: *exiguam* *inquires*, *fateor?* Sed *velim expectes*, & *respicias animum*, nō *rem*, qua si *perpendatur*, *nulla maior* *uidebitur*, *gratissimumq;* *dices*.

Interim

*Interim, ut me in intimum tuorum familiarium numerum ascribere, ne
graveris, hos labores anois characteribus imprimendos curavimus, ut do-
ctissimi quique viri abs te susceptos, charius legant. Deum vero Optim.
Maxim. obsecro, & obtestor, ut fauste, feliciter, & prospere, peracto hu-
ius periculosa navigationis humana cursu, in tutissimum illum, summæ,
& sempiternæ felicitatis accipiat. Vale unica Iuris, Iustitiæq; mea spes.*



L I C E N C I A T I E E R N A N D E Z
de Castro Carmen ad Autorem.

*F*loriferos refferunt, festiva poemata campos,
Frugiferum reddunt, scripta senera solum.
Laudantur varijs redolentia floribus arua,
Sed magè qui fructus gignit amoenus ager
Docte, tuis G A S P A R scriptis inascitur omnis
Copia Poemona, Choridos atq; Dea.
Mille, quibus veterum repleta volumina partus
Hic liber omnigenos, ut novus hortus habet.
Exsulit in Calum Alcides, non immemor ætas,
Thuraq; cum præcibus vitaq; sæpe dedit.
Et quantum Alcides nodoso stipite, tantum
Præstitit hic clari, viribus ingenij.
Ingenium tibi deficiet, si dicere laudes
Fortè viri immensas, longius ausus eris.

A Loifij

A LOISII BARAHONE DE SOTO

Lucinensis Gasparis Baetij Iurifconsulti clarissimi tumulum

Epitaphium Toscana scansione conditum,

quod vulgo dicitur.

S O N E T O.

Ecce membra, qua spiritu diuino,
 Per spicaci iudicio, alta memoria,
 Viguere quondam, iacent sine gloria:
 Sarcophago maiori ornatu digno.
 Hoc regitur Baetius, Casarino,
 Pontificioq; iure, & oratoria,
 Magnus, & magnus in Hispana historia,
 Magnus sermone Betico, & Latino.
 Vos Musa, vosq; charites, vos Diue,
 Dauricola, qua tempora viuenti
 Virtutum filio redimistis lauro,
 Estote modo numine presenti,
 Tuq; Eliberius honos laude viue
 Qua in tumulo est praestantius ostro, & auro.

IN GASPARI BAETII IURIFCONSULTI CLARISSIMI IAudem, Doctoris Ioannis de Arenas Theologi Epicedyon.

HEC quicumq; vides auctoris scripta disertis,
 Perlege diuinum candide lector opus.
 Debita namq; inopè monstrat sine pòdere numini,
 Soluere dum cedat quis cares ipse bonis.
 Et vacuis pendit loculis sua debita egens,
 De nihilo exsoluens era aliena suo.
 Pauperibus ditem miseris hunc carpe thesaurum.
 Carcere ne & vinculis creditor angat eos.
 Commoda praeterea liber hic dat plura legenti.
 Consultis iuris, iudibusq; simul.
 Namque Fori legem celebri de iure notat, am,
 Doctor mirificis explicat iste modis.
 Insuper implicitos sensus exponit apertè,
 Pars prior haec fuerat mors negat huic comitem.
 Condiderat primum memoranda volumina Doctor,
 Egregius sapiens religione pius.
 O felix tanto talique Beatia alumno.
 Faelices talem qui genuere patres.
 Eternum peperit nomen famamque perennem,
 Et generi & patri: patribus, & soboli.
 Plurima doctrinae nobis monumenta reliquit:
 Ingenij exinij pignora certa sui.
 Transiit hystorias Pauli cui nomen Ioui,

Sermonem in nostrum dulcitur & latio.
 Que apriscis Iouiis seclis ad tempora nostra
 Tradidit, interpres noster, & auctor habet.
 Eiusdem bello illustrium noua gesta virorum,
 Faelici calamo transtulit Elogia.
 Plura reliquisset sancti documenta laboris.
 Mors immature, ni rapuisset cum.
 Viueret (ò utinam) longe his maiora dedisset,
 Doctrinae insignis commoda terricolis.
 Eripuit festina virum maiora parentem,
 Parca ferox vite dulcè filia scidit.
 Cur mors dira virum properasti excerpere tantum.
 Inuida cur mundo lumina clara rapis?
 Theologus, atque Sophos, utroque iure peritus,
 Virtutis specimen, splendor & artis erat.
 Terrasque, tractusque, maris, motusque polorum,
 Concentus omnes, nouerat, & numeros.
 Omnia que deceant sapientem certius illa
 Norat quam digitos, unguiculosque suos.
 Quid memorem pictate Dei tam pectora plena,
 Ut dicas totus religiosus erat.
 Est tamen ante diem fato praereptus acerbo,
 Gloria non moritur, fama, decusque manent.
 Dumque legent docti doctissima scripta minores,
 Auctoris tanti gloria perpes erit.
 Denique doctrinae meritis virtutibus auctis.
 Cessit ab humanis rebus ad aethreas.

INDEX



I N D E X C A P I T V M

Tractatus de non meliorandis.



QUANTVM De Iure Regio & ciuili, pater filiaē possit dare in dotem, ante conditam istam legem &

vsquē ad quam summā, cogi possit. Hodie autem, quantum dare possit, & debeat, & quot in rebus hęc lex corrigat Ius commune, & Regium. Cap. 1. fol. 2.

An dispositio huius legis valida sit, & an iusta, & æqua, & qua ratione prodita fuerit. Cap. 2. fol. 8.

An filia dotis ratione meliorari possit in minori summa, quam tertia, & quinta pars bonorum, scilicet in particula vltra legitimam: & an saltim admittatur melioratio, quādo non exceditur summa hic præscripta. Cap. 3. fol. 15.

An hęc lex practicanda sit in eo, qui non habet redditus annuos, & quid si sint reddimibiles, vel ad vitam, an standum sit præfinitioni huius legis. Cap. 4. fol. 17.

An hęc lex locum habeat quando pater constituit, vel auget dotem filiaē iam maritataē, & an ex augmento rei paternaē filia possit petere augmentū dotis. Cap. 5. fol. 19.

Si nullus extat masculus, an filia dotis ratione meliorari possit, & an saltim hoc admittatur quando masculus non extat, & omnes filiaē sunt nuptaē præter eam quæ dotis ratio-

ne melioratur. Cap. 6. fol. 23.

An hęc lex habeat locū in filio masculo, & an seruāda sit in nepte, ex masculo, & in neptibus, & auo. Cap. 7. f. 42.

An hęc lex seruanda sit in filiabus nobilium habentium primogenia alienari prohibita, ita quod si nō possint filias meliorare dos non sufficiet ad alimenta filiaē, & an filio spurio vltra quintam bonorum partem dari possit, si quinta alimentis non sufficit. Cap. 8. fol. 29.

An filia vnica dotis ratione meliorari possit, & an melioratio reuocetur si alij liberi post nascantur, & quatenus reuocetur, an scilicet pro legitima de nouo nati, relicta tertia, & quinta parte filiaē meliorate, an verò in totum reuocetur, ita quod dotata, & denuo natus sint æquales. Cap. 9. fol. 34.

Quid si post dotem filiaē constitutam, ceteri filij moriantur, aut ex delicto, vel monachatu non succedant, aut quia paternis facultatibus renuntiarunt, vel meliorationem consenserūt, an valeat melioratio dotis homine facta. Cap. 10. fol. 42.

An mater possit filiam meliorare dotis ratione, & an pater, & mater simul dotando possint excedere præfinitionē huius legis, & an saltim filia vltra summam huius legis accipiat quando habet bona matris, vel aliunde qua sita,



& art

Index capitulum, Tractatus de non meliorandis.

- & an dos de per se secreto data à matre peti possit soluto matrimonio. Cap. 11. fol. 54.
- An hæc lex practicanda sit in dote quã filius constituit matri, vel fratre sorori. Cap. 12. fol. 63.
- An dispositio huius legis, seruanda sit, si omnes filij, & filię sint naturalis, an scilicet tunc pater vel mater possint filiam dotis ratione meliorare, & an fratres naturales, vel legitimated, vel adoptati, impediunt filiam vnicam legitimam meliorari dotis ratione. Cap. 13. fol. 69.
- Dispositio huius legis, an seruanda sit in dote quæ datur monachæ monasterium ingredienti. Cap. 14. fol. 71.
- An filia eius qui societatem bonorum omnium contraxit possit dotari de bonis societatis, vltra summam hic præfinitam, & quid in dotata à iudice vel tutore. Cap. 15. fol. 74.
- An dispositio huius legis locũ habeat in dote quæ datur secundo loco filię secundo nubenti. Cap. 16. fol. 77.
- An pater possit meliorare dotis ratione filiam de se bene meritam vel parem donationem in se conferentem. Cap. 17. fol. 81.
- An præfinitio huius legis locũ habeat, quando filia se ipsam dotat in scio aut inuito patre. Et an dos quam constuprator dat virgini deflorare possit excedere summam hic præfinitam. Cap. 18. fol. 81.
- An locans matrimonio filiam, possim filio eius primogenito nascituro, donationem immensam conferre, comprehendentem tertiam, & quintam bonorum partem. Cap. 19. fol. 85.
- An filia meliorari possit dotis ratione in testamento & generaliter extra contractum inter viuos an meliorari possit. Cap. 20. fol. 87.
- An melioratio facta dotis ratione, valeat si fiat ante nuptias, & an saltim rata maneat si matrimonium non sequatur, vel contractum detegatur inualidum. Cap. 21. fol. 89.
- An pater supra summam hic præfinitam, possit dotis nomine promittere se vocaturum primo loco filiam ad successionem primogenij à se instituenti, primo inquam loco post filiũ masculum in quo primogenium instituit. Item an censeatur meliorata filia de cuius legitima pater dotis ratione iubet, vt non deducatur portio ad maioratum. Cap. 22. fol. 92.
- An pater possit dotis nomine meliorare filiam si habeat ex liberalitate regis, rem in qua eam meliorat, & quid si ratione dotis ei renuntiat Comitatum, vel Ducatum, an si excedatur legitima ressecanda sit dotis præstatio. Cap. 23. fol. 93.
- An supra legitima pater possit remittere genero ius quasitum, vel quærendum, & quid si non sit liquidum. Cap. 24. fol. 94.
- An melioratio dotis ratione valeat, si ita fiat vt incertum sit an ad filiam dotatam an verò ad ceteros filios pertinere debeat, & an computandum sit quòd filię vel genero præstatur in pœnam vel interesse dotis non solutæ. Cap. 25. fol. 95.
- An censeatur meliorata filia, cui præter summam hic præfinitam datur in dote ius patronatus, vel officium aliquod marito puta tabellionatus, vel decurionatus, & an saltim liceat patri meliorare

Index capitum, Tractatus de non meliorandis.

- meliorare filiam, ex fructibus rerum suarum. Cap. 26. fol. 97.
- An melioratio dotis ratione facta, valeat, si summa excedens legitimam, sit modica. Cap. 27. fol. 98.
- An cum tractatur de computanda substantia paterna, ut videatur an dos contineat meliorationem, deducenda sint, quæ pater debet. Cap. 28. fol. 99.
- An meliorans filiam dotis ratione pectet mortaliter, & an melioratio confirmetur iuramento, & an ipsa filia possidens dotem, tuta sit in conscientia. Cap. 29. fol. 100.
- Quod non admititur fraus aduersus hanc legem, & quot modis possit excogitari. Cap. 30. fol. 102.
- Quod tempus sit inspiciendum ut intelligatur, an filia sit meliorata, & ut melioratio vel corruat, vel valeat, et quid si data dote pater diues egestate premitur, an diminutis facultatibus patris diminuatur dos. Cap. 31. fol. 104.
- An melioratio dotis ratione facta, reuocari possit constante matrimonio, & an si reuocetur maritus possit denegare solutionem arrarum. Cap. 32. fol. 105.
- An meliorata dotis ratione, teneatur restituere rem cum fructibus, & quatenus reuocetur dos immodica, an in totum, an vero pro parte quæ excedit. Cap. 33. fol. 108.
- An pater qui dotis ratione meliorauit filiam possit factum proprium improbare, & an filij viuo patre possint impugnare, & rescindere meliorationem, & an cursus long, vel longissimi temporis impediatur ne melioratio possit improbari. Cap. 34. fol. 110.
- An fideiussor obligans se cum patre teneatur pro melioratione, dotis ratione facta, & quid in correo simul & principaliter obligato cum patre. Cap. 35. fol. 112.
- Quid significant verba huius legis. *Lo que mas diere lo aya perdido.* Et si petatur executio ex contractu dotis, an gener debeat probare non oriri meliorationem ex constitutione dotis, ac denique in huiusmodi tractatu cui incumbat onus probandi. Cap. 36. fol. 114.
- An hec lex obseruari debeat etiam si in contrarium ad sit rescriptum principis. Cap. 37. fol. 118.

F I N I S.

INDEX TRACTATUS DE Non meliorandis.

A



Actus nullus ex defectu solemnitatis
nō conualefcit, niſi poſtea iratifice
tur. fol. 57. nu. 83.
Arrogatis, ſeu adoptatis debet, ut legi
tima. fol. 71. num. 25.
Appellatione dotis venit dos, que ſi-
lie monachæ datur. fol. eod. nu. 8.
Abbatiffa non poteſt plus petere, quam neceſſarium eſt
alendæ monaſt. fol. 74. nu. 30.
Alimenta præſtandæ à patre, etiã ſi filia propria culpa
bona amiſſerit. fol. 79. num. 27. ad ſin-
Arrea, n̄ poſſit dari ultra decimam partem bonorum an-
te matrimonium. fol. 88. nu. 14. & fol. 129. nu. 1.
Alienabilis res ſemel facta, perpetuò manet alienabilis.
fol. 92. nu. 6.
Arrea, an poſſit cum iuramento dari ultra ſumnam præ-
ſinitam. fol. 100. nu. 4. & nu. 6.
Arrarum ſolutio, an reuocari poſſit, ſi dos reuocetur,
& quid ſi reuocatur, quia immodica. fo. 107. n. 18.
Alimenta, an danda iuxta dignitatem. fo. 33. nu. 33.
Auus, an poſſit meliorare datis ratione. f. 27. nu. 28.
Authent. res, que, an ſit correctæ per hanc legem. fol. 32.
num. 25.
Actum ipſo iure nullum poteſt agens improbare. fol.
57. num. 82.

B

Bona mulieris dotalia, an pro dote filie poſſint
alienari. fol. 55. nu. 47.
Bona minoris alienari poſſunt pro ſorore dotan-
da. fol. 66. num. 29.
Bona reſtitutioni ſubiecta alienari poſſunt ad dotandus
filias. fol. 29. num. 3.
Benemeritorum ratione poteſt filia meliorari. f. 81. n. 10

C

Contractus factus a muliere abſque licentia vi-
ri, valet, ſi viro ſit proficiuus. fo. 56. n. 54.
Contractus factus inter filiam nuptam, & pa-
trem, abſque viri licentia non valet. fo. 56. nu. 56.
Coniunctio ſanguinis facit præſumi donationem. f. 61.
num. 142.
Correus debendi obligatus ex cauſa lucrativa, non re-
petit a correo, etiã ſi ſoluat. fo. 64. nu. 5.
Correus obligatus ſimul cum eo ad quem onus perti-
net cenſetur fideiuſſor. fol. 64. nu. 65.
Cenſus neceſſarius non inducit donationem. fol. 75. n. 16
Congrua dos relinquatur arbitrio iudicis, & quid iu-
dex inſpicere debeat. fo. 76. nu. 18.
Cauſa non dicitur pia, quando præiudicium ſit alicui
fol. 81. nu. 6.
Contractus inter viuos factus in teſtamento, an poſſit
reuocari. fol. 88. nu. 16.

Cauſa oneroſa, que ſit. fol. 91. num. 19.
Conſtante matrimonio, an reuocetur dos immodica. fol.
106. nu. 2. Et quid ſi gener eſt doſo deceptus. nu. 13.
& 14. fol. 107.
Conditio ſi ſine liberis decēſſerit, non videtur de-
feciſſe ſi quis habeat filios naturales. fol. 44. nu. 28.
Conſenſus filii, ut mater tranſeat ad ſecundas nuptias
ad hoc, ut poſſit excedere præſumptionem. l. hac edi-
cti. ſi non eſt ſuficiens. fol. 46. nu. 58.
Conſanguineus præter præſentiam, & taciturnitatem
debet facere aliquem actum, ut videatur conſentire.
fol. 48. nu. 85.
Conſenſus & approbatio meliorationis eiſ ſolum no-
cet, qui approbant. fol. 48. nu. 89.
Contractus celebratus ſine conſenſu Epifcopi ab eccle-
ſia reconualeſcit, ſi per partes approbatur, & Epi-
ſcopus ratum habeat. fol. 48. nu. 98.
Curu temporis non obſtante dos immodica reuocari
poteſt à filiis, vel eiſ hæredibus. fol. 111. n. 11. & 12.
Correus obligatus pro dote immodica cum patre, an
teneatur. fol. 113. num. 12.
Conſenſus filiorum validat meliorationem ratione do-
tis, & qualis eſſe debeat. fol. 48. nu. 94.

D

Donatio conſtante matrimonio facta à matre filie
non valet. fol. 56. nu. 64.
Dotis conſtitutio a matre ipſeio, vel inuito pa-
tre facta, ſoluto matrimonio an teneat. fo. 57. n. 68.
Dominium queſitorum conſtante matrimonio, tranſit
in uxorem ipſo iure abſque apprehenſione. f. 59. n. 106
Dominium, & poſſeſſio acquiſitorum, conſtante mati-
monio, pertinet ipſo iure ad uxorem. fo. 59. nu. 120.
Dos ſoluenda eſt de lucris quando maritus ſolus dota-
uit. fol. 60. nu. 128.
Dos ſoluenda eſt de bonis patris, etiã ſi pater dicat ſe
dotare de bonis paternis, & maternis. f. 61. nu. 142.
Dotans filiam de ſuis, & maternis, quando teneatur de
ſuis. fol. 62. nu. 154.
Dotans filiam de proprijs, & mortuæ matris bonis, ſol-
uere debet de proprijs, etiã ſi ſit dos exceſſiua. fo.
62. nu. 157. & nu. 158.
Dos congrua que ſit. fol. 2. nu. 3. & fol. 4. nu. 13.
Dotare poteſt pater unam filiam in plus quã aliam, dū-
modo legitima aliorum filiorum nō minuat. f. 62. n. 159
Dos conſtituta à filiofamil. ſorori, tenet, conſiderandū
tamen an conſtituat id ad quod pater reueretur of-
ficio iudicis. fo. 64. nu. 9. Et ſi exceſſit patris. ibidē.
Dotis conſtitutio facta alij quam filie, dicitur mera do-
natio. fol. 67. nu. 35.
Donatio ad dotem facta à fratre ſorori, vel a ſorore fra-
tri ad nuptias, reuocatur ex ſuperuenientia liberorum
fol. eod. nu. 35. ſed limitatur ſi dotaret ſororem æge-
nam, & conſanguineam. nu. 36.

Dos

Index Tractatus de non meliorandis.

- Dos sororis, quæ congrua dicatur. fol. 67. nu. 34.
- Donatio prohibita inter patrem & filium valet, si filius sit naturalis. fol. 69. nu. 9.
- Dos, ut iudicetur congrua, vel incongrua, quod tempus sit inspiciendum. fol. 104. nu. 77. Et quid si sit promissa à paupere. fol. 105. num. 10.
- Dos data an reuocetur, si pater post sit pauper. fol. cod. num. 8.
- Dos quando data extat, secunda dos, pro secundo matrimonio peti non potest. fol. 85. nu. 15.
- Donatio inter cōiuges, an retineri possit in conscientia. fol. 100. num. 3.
- Dos prima quando consumpta est, an pater possit secundo filiam dotare nō obstante lege Regia. fol. 78. n. 17.
- Dos si est amissa, absque culpa filie, pater tenetur secundo dotare iuxta communem opinionem. fol. 79. n. 22.
- Dos propria culpa amissa imputatur in legitima. fol. 79. num. 25.
- Donatio remuneratoria deducenda est, veluti æ alienum cum sit computatio tertiæ, & quintæ partis. fol. 81. num. 3.
- Dos data à patre propter benemerita censetur aduentitia. fol. 81. nu. 4.
- Donatio prohibita inter maritum & uxorem, & inter patrem & filium, valet ratione remunerationis. fol. 82. nu. 13.
- Donatio remuneratoria non censetur donatio sed debiti solutio. fol. 82. nu. 14.
- Dotis ratione meliorari potest filia benemerita. fol. cod. num. 17.
- Dos quam constuprator dat virgini, an possit excedere hanc legem. fol. 84. nu. 9. & 10.
- Donatio in contractum matrimonij fieri potest in fauorẽ filij nascituri ex matrimonio fol. 85. n. 6. ad finem, & num. sequent.
- Dotata, an dicatur dotata in testamento. fol. 87. num. 4. & num. 11.
- Donare prohibita an donare causa mortis possit. fol. 88. num. 21.
- Dotem in testamento legatam dans in vita, an iterum ex testamento debeat. fol. 89. nu. 24.
- Dotis actio etiam iure Regio communis est patris, & filie ante matrimonium & velationem filie. fol. 91. num. 18.
- Donatio ad matrimonium reuocari potest antequam matrimonium sequatur. fol. 91. nu. 20.
- Dotis ratione, an pater possit præter legitimam vocare filiam ad successione primogenij ante alios filios. fol. 92. per totum.
- Dotis ratione, an possit pater disponere, ne primogenium, quod instituit deducatur ex dote filie, cui dat legitimam in dotem. fol. cod. num. 8.
- Dotis ratione an possit meliorari filia in re, quam pater habuit ex Regia liberalitate. folio. 93. & 94.
- Dotis ratione an possit pater viuens renunciare Comitatatum, vel Ducatum. fol. 93. nu. 4.
- Dotis ratione, an supra taxam possit remitti ius quaesitum, vel quaerendum, & quid si non sit liquidum. folio. 94. cum sequent. num. 24.
- Dotis ratione potest supra taxam remitti ius illicitum, competens aduersus generum. fol. cod. nu. 3.
- Dotis ratione an possit fieri ita melioratio, ut incertum sit, an ad filium, an ad dotatam pertinere debeat. fol. 95.
- Donatio alias prohibita permittitur si incertum est ad quem pertinere debeat. fol. cod. num. 3.
- Dotis ratione an videatur meliorata, illa cui supra taxam soluitur pecunia ratione dotis nō soluitur. folio. 96. num. 7.
- Dotis non soluta interesse peti potest, & quantum. fol. cod. num. 7. cum sequent.
- Dotis ratione an supra taxam dari possit ius patronatus, vel labelio iatus. fol. 97. nu. 1. cum sequent.
- Dotis ratione an melioretur filia ex fructibus rei paterna. fol. cod. nu. 9.
- Dos immodica in parua summa an reuocanda. folio. 98.
- Debita prius deducenda faciendæ computatione rei. fol. 99.
- Dos immodica an reuocetur constante matrimonio. folio. 106. num. 1. cum sequent.
- Dos congrua dicitur arbitrio iudicis. fol. 3. nu. 7.
- Donatio inofficiosa non reuocatur ante patris mortem. fol. 41. nu. 99.
- Dotem aurcorum mille; multi scripserunt magnam rem, & nomine esse, etiam Comiti. fol. 3. n. 9. in. 4. columnæ & fol. 14. nu. 7.
- Dos non est parua si ad victum, & vestitum sufficit. fol. 3. col. 4. nu. 9.
- Dos minui potest lege, vel statuto, & etiam in totum tolli. fol. 4. col. 3. nu. 13.
- Dos succedit loco legitime. fol. 5. nu. 15.
- Dos excedens legitimam dicitur inofficiosa. fol. cod. col. 4. num. 19.
- Dos dicitur competens, etiam si sit minor legitima, fol. 6. col. 3. ad fin. nu. 29.
- Dos data à patre indubio præsumitur congrua. fol. 7. col. 1. num. 26.
- Dotis ratione pater non potest dare filie ultra legitimam tantam ite n. 9; expresse. Quinimo nec ipsam legitimam si excedatur summa in ista lege præscripta. fol. 8. num. 31.
- Dos ne præiudicaret legitimæ ceterorum filiorum ante istam legem diffinitum erat. fol. 9. num. 6.
- Dignitas personæ ex facultatis aestimatur. fol. 14. n. 34.
- Dos filie secundum facultates patris inspicienda est. fol. cod. nu. 35.
- Dos immodica adeo odiosa est, ut regnum non transeat qui cum regina nubit. fol. cod. nu. 37.
- Dotis ratione, an meliorari possit filia in minori partiscula, quam tertiæ, & quinta pars bonorum. fol. 15. num. 1. per totum.

Dos

Index Tractatus de non meliorandis.

Dos excedens legitimam non tamen excedens, summam in hac lege contentam, an dari possit. fol. eod. nu. 7.

Dispositio huius legis an seruanda sit in eo, qui nullus habet redditus. fo. 17. nu. 1.

Dotare cogitur pater progeniem. fol. 27. nu. 20.

Dotis præfinitio quam secundo nubens potest dare marito secundo est seruanda, siue dotem det ante matrimonium contractum, siue post. fol. 21. nu. 21.

Dos maior debetur virgini, quam nuptæ. fol. eod. n. 12.

Dotem filie datam, an pater possit augere, quia creuerunt facultates. fol. eod. nu. 24. cum sequent.

Dotis date tempus non inspicitur ad hoc, quod dicatur inoffi. iosa, sed inspicitur debet tempus quod filia vult. fol. eod. num. 26.

Dos si ex redditibus primogenij tam parua est ut non sufficiat alimentis potest augeri ex rebus ipsius primogenij. fol. 33. nu. 35.

Dos data filie unica que excedit tertiam & quintam bonorum, quatenus reuocetur natis alijs filijs. fo. 36. nu. 32.

Donatio etiam amplissima facta filio unico non reuocatur, nisi usq; ad legitimam recens nati. fo. eod. nu. 33. cuius contrarium in num. 54.

Donatio facta unico filio reuocatur natiuitate filij quoad legitimam filij de nouo nati. fo. 37. nu. 38.

Donatio facta filio unico reuocatur in totum per natiuitatem aliorum filiorum, & omnes debet æqualiter succedere. fol. eod. nu. 40.

Donatio facta filio unico de tertio, & quinto reuocatur natiuitate alterius filij, quoad tertiam, non quoad quintam. fol. eod. nu. 46. cum seq.

Donatio facta extraneo iure Regio non reuocatur in totum natis filijs. fol. 38. nu. 57.

Donatione facta à patre extraneo, si filius nascatur, donatio valida manet, quoad quartam bonorum partem. fol. 39. nu. 62.

Dos an taxari debeat secundum formam nostræ legis, quando superuenit alius filius ita quod nulla sit melioratio, sed tertia & quinta. fol. eod. nu. 63.

Donatio dotis causa in totum non reuocatur per superuenientiam filiorum. fol. eod. nu. 64.

Dos an conferenda cum fructibus. fo. 108. nu. 4.

Dos immodica an reuocetur cum fructibus. fo. eod. nu. 3. cum sequent.

Donatio que reuocatur ex filijs non conualescit, etiã si filij postea moriantur. fol. 43. nu. 10.

Donatio facta à patre reuocatur natiuitate filij, etiã si statim moriatur. fo. 44. nu. 23.

Decisio nostræ legis cum loquatur in melioratione oportet alios filios posse succedere, respectu enim eius qui succedere non potest, non dicitur meliorata. fol. eod. num. 32.

Deficientibus, vel non succedentibus fratribus, vel sororibus, an pater ipse possit immodicam dotis præstationem improbare aduersus generum. fo. 45. n. 41.

Dos constituta ab uxore constante matrimonio siue li-

centia mariti non debetur. fol. 54. nu. 24.

Dos data à solo patre soluenda est de bonis acquisitis constante matrimonio. fol. eod. nu. 35.

Donatio inter maritum & uxorem prohibita valet pro dotanda filia. fol. 55. nu. 39. nec obstat, quod. nu. seq.

Dos immodica data presentibus fratribus, an eis præiudicet. fol. 43. nu. 8.

Dos constituta filie post nuptias à patre an possit excedere taxam. fo. 20. nu. 8.

Dos constituta constante matrimonio, etiã si nulla præcesserit promissio, dicitur proprie dos. fo. eod. nu. 11.

Dos constitui potest ab uxore constante matrimonio, si tamen dos modum excedat marito congruentem cõsetur liberalis donatio, & ideo dotis constitutio non valet. fol. eod. nu. 16.

Dos sicut constitui potest ab uxore constante matrimonio, an constitui possit arra à marito. f. 21. n. 18.

E

Extraneus dotans mulierem, an videatur facere animo donandi, an verò censeatur promississe de bonis mulieris. fol. 65. num. 12.

Extraneus potest amplissime dotare feminam, & censeatur extraneus omnis ille qui non habet dotatam in potestate. fol. 66. nu. 32.

Emancipato si possideat dotem, redotanda est, si eam absq; culpa sua amittat. fo. 80. nu. 37.

Excedens portio an amittatur statim, & cui applicatur. cap. 36. fol. 114. nu. 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. & 9.

F

Filia inhonesta, quando, & quatenus dotanda. fo. 84. num. 11. cum sequen. Et quid si egit pœnitentiam, ibidem. num. 12.

Filius liberans debitores patris tenetur stare liberationi mortuo patre. fol. 57. nu. 75.

Filius familias, quando pro patre fideiussit, licet non teneatur, dum est in patris potestate factus, tamen sui iuris tenetur. fo. eod. nu. 77.

Filia etiam diues dotanda est, nisi ipsa consentiat legitime dotem solum dare de suis. fo. 62. nu. 156.

Frater dotans sororem videtur gerere negotium patris, & nihil de suo dare. fol. 64. nu. 3.

Filius pro dote sororis obligatur animo intercedendi, non animo donandi, & ita potest à patre repetere. fol. eod. num. 4.

Filius si viuo patre dotat sororem de per se constituendo magnam dotem dotis constitutio valet. fol. eod. num. 8.

Filius familias dotem sorori constituere potest, etiam si rem conferat in tempus, quo sui iuris. fo. eod. n. 9.

Frater si det rem communem sorori in dotem, an videatur donasse partem suam. fo. eod. nu. 10.

Filius, si dotauit animo gerendi negotium patris, & de hoc animo apparet repetet dotem, quatenus pater daturus erat. fol. 65. nu. 14.

Frater

Index Tractatus de non meliorandis.

Frater si dotans de per se, dotauit sororem animo donandi, & non gerendi negotium patris, filia mortuo patre potest petere suam legitimam. fol. 65. n. 19.
Frater dotans sororem mortuo patre, an possit eam dotis ratione meliorare. fo. 65. nu. 20. & 21.
Frater non tenetur dotare sororem cum communi, nisi sit agens, & consanguinea, tunc frater dotare tenetur, etiam si sit clericus. fo. 66. nu. 28.
Frater tenetur dotare sororem uterinam, quam alare tenetur. fo. 66. nu. 30.
Frater cogitur dotare sororem uterinam, saltem usque ad alimentum. ibi. nu. 31.
Frater non habens filios, nec filias amplissime potest dotare sororem, etiam in preiudicium aliarum sororum. fol. 67. num. 40.
Frater qui dotauit sororem in mille, soluenda de bonis sororis, & suis, an possit cogi soluere, si soror nolit preedia sua in dotem dari. fo. 67. num. 44.
Filius quando tenetur dotare matrem, non potest illam meliorare. cap. 1. 2. nu. 51. fo. 68.
Frater naturalis, vel legitimatus, vel adoptatus, an impediant filiam unicam legitimam meliorari. fol. 69. c. 13. per totum.
Filij naturales non possunt reuocare donationem omnium bonorum. fol. 69. num. 4.
Filia naturalis non debet esse melioris conditionis, quam legitima. fol. 69. nu. 8.
Filia legitima censetur unica, etiam si habeat fratres naturales. fo. 70. nu. 19.
Filij arrogati, an efficiant ne soror legitima, & naturalis ratione dotis melioretur. fo. 71. nu. 23.
Fraus ad dotandum supra legem, que sit. fo. 102. num. 1. cum sequent.
Filia legitima an meliorari possit in preiudicium legitimum. fo. 71. nu. 23.
Frater qui nullam contraxerunt societatem, se diuinit in communi, si unus eorum dotet sororem alijs tacetibus, an videatur donare. fol. 75. nu. 12.
Frater consentientes res suas in dotem dari videntur donare. fo. 75. nu. 13.
Fiscus tenetur soluere debita eius cuius bona occupat. fol. 76. nu. 24.
Fiscus tenetur dotare filiam delinquentis, si non habet unde. fo. 76. nu. 25.
Filia in dote ius videtur habere, etiam si non tradita, sed promissa fuerit. fo. 78. nu. 13.
Filia secundo nubens solum presumitur habere dotem a patre cetera autem propter primam dotem presumitur habere a marito. fol. 78. nu. 15.
Filia si sua culpa amisit dotem, pater non tenetur eam secundo dotare. fo. 78. nu. 17.
Filia pater tenetur secundam dotem dare, secundum communem opinionem, ibi.
Frater, an teneatur secundo dotare sororem. fo. 80. n. 38.
Filiam, an dotare debet pater ultra legitimam, si aliter commode iuxta dignitate nubere non possit. fo. 2. n. 2.

Filia potest reclamare aduersus tenuitatem dotis. fo. 4. num. 13.
Filia ad restitutionem dotis agere potest, etiam si statutum dicat, ut sit contenta dote data a patre. fo. 4. col. 3. n. 13. Et quomodo ista conclusio intelligatur, ibi.
Filia exclusa a statuto, excluditur a legitima. fol. 5. col. 1. num. 16.
Filia, se ipsam dotans, omnia bona sua dare potest in dotem, si maior est. fol. 6. nu. 21.
Filia minor dotans se ipsam debet dotem dare cum decreto. fo. 6. nu. 22.
Filius matrimonij ratione, etiam hodie potest meliorari licet, non filia. fo. 7. num. 27.
Filius, an videatur habere qui habet incapaces. fol. 44. num. 31.
Fœmina meliorari a patre non posse falsum est, dotis tantum ratione meliorari non potest. fo. 11. nu. 22.
Filius saltem de consuetudine non cogit patrem, ut sibi det donationem propter nuptias. fo. 13. nu. 32.
Filiorum appellatio, an veniat naturalis. f. 69. n. 7.
Facultatis inspiciendæ sunt in dotandis filiabus. fo. 14. numero 37.
Filius habens unde se alit, non potest petere alimenta a patre. fo. 19. nu. 3. & contrarij conclusio. nu. 4. ibi.
Filia nubens cum parua dote, potest petere augmentum dotis, quod procedit etiam si nupsit inuito patre, & etiam si nupsit indigno. fo. 20. nu. 6.
Filia, si est maritata cum dote data ab extraneo, pater dotare eam non tenetur, nisi sit incongrue. fol. ibi. num. 6.
Filia nubens inuito patre, an debeat habere dotis ratione legitimam integram. fo. 20. num. 7.
Frustrus, an restituere debeat, habens immodicam dotem. fo. 108. & quid in possidente cum titulo, ibidem. n. 4. cum sequent.
Filia dotata exclusa per renuntiationem a paternis facultatibus, si patris facultates creuerint ad augmentum dotis admittenda est. fo. 32. nu. 27.
Filia incongrue dotata possunt petere augmentum dotis. fol. 21. nu. 28.
Filia non potest compellere patrem, ut dotem augeat, etiam si facultates creuerint. fo. 21. num. 29. & quomodo ista conclusio intelligatur, ibi.
Filia tempore renuntiationis enormissime lesa, etiam si iurauerit renuntiationem, defenditur a pluribus non valere renuntiationem. fo. 23. nu. 13.
Filia etiam si renuntiauerit, potest petere augmentum dotis, si patris facultates creuerint. fo. 22. num. 30.
Filia est pinguis dotata, quando nullus extat masculus. fol. 23. nu. 2.
Filia, an potest meliorari non existente masculino. fo. 23. num. 3.
Filia non potest meliorari ratione dotis, siue ad sint filij masculi, siue fœmine. fo. 23. num. 5.
Filia sola sufficiunt, ut in earum preiudicium dos immodica dari non possit. fo. 23. num. 10.

Filia

Index Tractatus de non meliorandis.

Filia exclusi à successione patris, etiam nepotes ex ea censentur exclusi. fo. 26. nu. 13.

Filius non efficitur sui iuris propter nuptias de iure communi. fol. 27. nu. 22.

Filius tenetur computare in sua legitima dotem datam ab avo filie sue, quia in dubio propter eum data censetur. fo. 27. nu. 28.

Frustrus primogenij inter fratres equaliter diuiduntur. fol. 29. nu. 1. ad finem.

Filius nobilium conuenit opulentiùs dotari, quam filias ignobilium. fo. 31. nu. 15.

Filia etiam si possit alienare pro dote restitutioni subiecta, tamen ipsa dos que filie datur, non potest prohiberi ne alienetur, neque subijci restitutioni, sed libere danda est. fol. 33. nu. 36.

Filius grauatus, si tacuit toto tempore vite sue, et nepotes non reclamauerunt per triginta annos post mortem patris aduersus dispositionem aui, tunc in legitima tenebit grauamen. fo. 35. nu. 10.

Filius unicus melioratus in tertia, et quinta, grauari potest in quinta. fo. 35. nu. 11.

Filius unicus non potest uideri melioratus, etsi postea nascatur alius filius, diuisio equaliter facienda erit. fol. 37. nu. 39.

Filia, si accepit in dotem omnia bona paterna et materna, et nascitur alius, ille reuocat dotis prestationem pro parte, que ei competeret, ac si natus fuisset ante donationem. fo. 37. nu. 42.

Filia exclusa per statutum stantibus masculis, si pater ei unica amplissimam dotem dederit, dos non reuocabitur natis masculis, nisi quoad legitimam. fo. 39. numero. 65.

Filia exclusa extantibus masculis non excluditur à communi dote. fo. 40. nu. 92.

Femina exclusa per statutum (stantibus masculis) sufficit si masculus aliquo tempore uixerit, ut perpetuo sit exclusa. fol. 43. nu. 8.

Filius exclusus à successione per renuntiationem admittitur mortuis fratribus. fol. 43. nu. 12.

Fauore ceterorum liberorum nostra. l. condita fuit. fo. 43. nu. 13.

Filij, uiuo patre, non possunt impugnare meliorationem dotis ratione factam. fo. 110. nu. 8.

Filia habens fratres incapaces propter monachatum, prinde habetur ac si esset unica. fo. 45. nu. 39. quod intelligendum in monachis omnino incapacibus. nu. sequent.

Filius, si consentit nuptijs matris credens ius suum sibi manere saluum, sibi non preiudicat. fo. 46. n. 59.

Fratres diuidendo inter se bona paterna in eius vita, et eo consentiente possunt excedere metam nostre legis. fol. 46. nu. 64.

Filij legitimi, et naturales, si renuntiant, et succedunt filij naturalis, alias exclusi succedunt patri. fo. 46. nu. 69.

Filia renuntians hereditati patri, non uidetur renun-

tiare iuri, quod postea sibi cõpetit ex. l. hac edita. fo. 47. nu. 73.

Filij, si sponsum sororis decipiant, dolose affirmando se renuntiasse, et post tempore quo melioratio fit à patre, exprimendo patrem uelle diminueri eorum legitimum taccant, certe dolus et fraus eis nocebit. fol. 48. nu. 88.

Filij qui cõsenserunt patrem filiam habere, non ex hoc sibi preiudicant neque melioratio ualet. fo. 48. n. 91.

Fratres non prohibentur sorores amplissimè dotare. fol. 48. nu. 99.

Filia renuntians sue legitime, ut detur in dotem alteri sorori potest eam rescindere, si postea suscipiat liberos. Vel ipsi filij, si ipsa moriatur. fo. 49. nu. 102.

Filia renuntians in fauorem sororis hereditati iam delate, et iniuri quaesito, si filios postea habeat, reuocatur reuocatur renuntiatione. fo. 49. nu. 107.

Filia dotata renuntians hereditati matris in fauorem sororum, si suscipiat liberos reuocatur renuntiatione. fol. 49. nu. 108.

Filia approbans meliorationem, et ad id renuntians hereditate, iam delate potest si filios habeat rescindere renuntiationem. fo. 49. nu. 109.

Filij matris renuntiantis admittuntur ad aui hereditatem. fo. 49. nu. 110.

Filia renuntians si superstes sit patri, et postea moriatur, non potest uenire nepos eius filius ad hereditatem aui. fo. 50. nu. 119.

G

Gratum de restituenda legitima non ualet. nu. 15. ad fin. et in prin. fol. sequen.

Gratum positum filio unico meliorato in tertia nihil ualet. fo. 35. nu. 12.

H

Hereditas paterna repudiata ab uno fratrum, accrescit omnibus et non solis presentibus abstentioni. fol. 48. ad fin. nu. 100.

Habens pecuniam ad maritandas puellas poterit eas collocare ad professionem religionis. fol. 72. nu. 9.

I

Incapax fit capax ratione beneficiorum. f. 81. n. 10.

Ius querendum remitti potest in preiudicium filiorum et creditorum. fo. 95. nu. 7.

Ius patronatus, an dari possit in dotem supra taxam. c. 26. cum seq. et an reuocetur natiuitate liberorum ibid. nu. 6. et an diuidatur inter uirum et uxorem si adquiratur constante matrimonio. fo. 97. nu. 2.

Iuramentum non conualidat donationem factam aduersus legem prohibitiuam. c. 29. f. 100. per totum, et an conualidet arram vel dotem datam supra legem ibid.

Iudex cogens patrem dotare filiam ultra legitimam facit preiudicium ceteris liberis. fo. 5. nu. 19.

Iudex potest cogere patrem maritare filiam ad petitionem filie, vel propinquorum, vel ex officio. fo. 12. n. 25.

In equalitatis euitanda ratione inter filios multa fiunt. fol. 14. nu. 36.

Iuri

Index Tractatus de non meliorandis.

Iuri querendo renuntiari potest in præiudicium filiorum. fol. 49. nu. 106.
Ignorans se habere liberos non caret liberis. fol. 41. nu. 100.

L

Licentia mariti requiritur, ne fiat præiudicium marito. fo. 57. nu. 78.
Leges politicæ & prudentes sunt seruandæ etiã si actus fiat cum ecclesiã vel alia causa piã. fo. 56. nu. 58.
Legitimati reuocant immodicas patris donationes. fol. 70. num. 22.
Legitimati surreptitiæ succedunt, si legitimi nollunt succedere. fo. 44. nu. 35.
Lex loquens de filia, includit moniales, si facta sit ante ingressum religionis. fo. 73. nu. 18.
Legitima debetur filiis iure naturæ. fo. 2. n. 1. ad fin.
Lex ciuilibis, si non circa matrimonia, certe circa dotem disponere potest. fo. 9. nu. 3.
Lex ciuilibis tollens fœminæ contrahenti lucrum, quod ex lege defertur, valet. fo. 9. nu. 7.
Legitima, quæ censetur debita iure naturæ, si non potest in totum tolli, potest limitari. fo. 10. nu. 15.
Lex ista, tanquam in fauorem Reipublicæ prolata extendenda. fo. 17. nu. 6.

M

Mulier, an possit sine consensu mariti se obligare fauore ecclesiæ, vel in fauorem piæ causæ. fol. 56. num. 52.
Matrem non posse dotare filiam absque facultate mariti ostenditur. fo. 56. nu. 55.
Mulier, licet dotem alienare non possit, constante matrimonio, an valeat alienatio soluto matrimonio. fo. 57. nu. 73. & 74.
Minor, qui contraxit absque licentia curatoris, factus maior non tenetur ad obseruantiam contractus. fol. 57. num. 84.
Melioratio facta à matre filia, simpliciter, & non nomine dotis, an valeat. fo. 58. nu. 94.
Mater libera est ab onore dotandi. fo. 62. nu. 155.
Mater, si est tutrix, vel curatrix videtur promittere dotem de bonis filia, non de suis. fo. 62. nu. 155.
Maritus, & vxor, si simul, vel insolidum se obligant pro dote filia vxor quoad maritum censetur fideiusor. fo. 64. nu. 3.
Mater obligans se cum patre pro dote filia, si bona mariti non sufficiunt soluit de suo. fo. 64. nu. 7.
Mater, si dotat filiam, patre absente, vel retento in carcere, potest à marito repetere, licet, non protestetur. fol. 65. num. 11.
Maioratus tenetur dotare sororem, si non remaneant bona ex quibus possit se dotare, & alere. folio. 67. num. 39.
Maritus quantum possit dare in dotem vxori, quam secundo ducit. fo. 80. nu. 40.
Minores possunt res suas alienare causa remuneracionis sine decreto. fo. 19. nu. 12.

Melioratio matrimonij ratione, an possit fieri non filiis sed filio eius nascituro. fo. 83. per totum.
Mater secundo nubens potest excedere præsumtionem. l. hac edictali in fauorem mariti. fo. 85. nu. 1.
Melioratio dotis ratione, an admittatur si pater habeat regiam facultatem ad instituendum primogenitum in filia. fo. 86. nu. 16.
Melioratio dotis ratione, an admittatur, in testamento & generaliter extra contractum inter viuos, an melioratio dotis ratione admittatur. fo. 87. nu. 1.
Mulier etiam in testamento non potest dare secundo marito ultra præsumtionem in l. hac edictali. fo. 87. nu. 3. & quid si det ante matrimonium. fo. 89. num. 5.
Melioratio dotis ratione, an possit fieri per donationem causa mortis. fo. 88. num. 18.
Melioratio matrimonij ratione, an possit fieri ante nuptias, fo. 89. per totum.
Melioratio matrimonij ratione, an valeat, si matrimonium non sequatur, vel contractum delegatur inuoluntarium, fo. 90. nu. 9. cum seq.
Matrimonij ratione facta donatio à patre, an irreuocabilis maneat, etiam si non sequatur matrimonium, fo. 90. nu. 10. cum seq.
Matrimonio non sequuto reuocatur donatio facta ob matrimonium, fo. 90. nu. 11. cum seq.
Meliorare potest pater ultra tertiam in re quã habuit ex regia liberalitate. fol. 93. nu. 1.
Melioratio supra modum licitum, an possit pater facere ex fructibus, fo. 97. nu. 9. & nu. 11.
Melioratio dotis ratione, an admittatur, si summa sit modica. fol. 98.
Modica summa donari, vel legari potest, ultra summam taxatam, vbisupra, fo. 98. num. 1. cum seq.
Modica summa, quæ dicatur, fo. 99. nu. 9. cum seq.
Meliorans dotis ratione, an peccet mortaliter, cap. 29. per totum. fo. 100.
Melioratio dotis ratione, an valeat, si adsit iuramentum. fol. 100. nu. 4. cum seq.
Melioratio facta dotis ratione, an reuocetur constante matrimonio. fo. 106.
Monialis, an possit meliorari ratione dotis. fo. 71. in fine. & in princ. seq. nu. 1.
Masculis non extantibus, an filia possit meliorari. fol. 24. num. 16.
Monasterio, an pro ingressu pecunia dari possit. fo. 74. nu. 28.
Mulier non cogitur omnes facultates suas dare in dotem. fol. 3. nu. 9.
Mulier dans omnia bona sua in dotem, si est minor, & leditur restituitur, si uero maior, & dolo circumuentsa, rescinditur dotis datio. fol. 3. nu. 9.
Mos regionis tempore mutatur, & ideo probatio vnius temporis, non sufficit ad aliud. fo. 4.
Meliorans filiam dotis ratione, an possit factum proprium improbare. fo. 100.
Melioratio tacita, quæ sit, fo. 7. nu. 29.

Index Tractatus de non meliorandis.

Mulier secundo nūctus potest omnia bona sua in dotem dare, dummodo non apponatur pactum, ut maritus lucretur. fo. 10. nu. 13.

Masculos & fœminas diuerso iure censeri, quo ad meliorationem iniquum non est. fo. 11. nu. 19. cū seq.

Meliorari potest fœmina à patre, excepto dotis ratione, fol. 11. nu. 22.

Melioratio ratione dotis iniqua est. fo. 12. nu. 23. Et hoc die pluribus rationibus non admittenda.

Marius non potest uxori dare mundum, excedentem octauam partem dotis, quam acceperit. fo. 13. numero. 30.

Mulieris ornamenta mores sunt, non aurum, folio. 13. num. 30.

Mulier ornare se non improbat omnino, dum id moderatè faciat. fo. 13. nu. 30. & 31.

Melioratus in tertia & quinta, non solum intelligitur quando quis in solidum est melioratus in tertio, & quinto, verum etiam quando melioratur in parte tertij, seu quinti, fo. 15. nu. 6.

Melioratio tacita censetur, qualibet donatio à patre filio facta, fo. 15. nu. 6.

Melioratus dicitur ille qui accipit aliquid ultra legitimam. fo. 15. num. 9.

Meliorare dotis ratione, an possit pater qui non habet redditus annuos. fo. 17. nu. 1. cum seq.

Meliorari, an possit filia in particula minori quam quinta pars, fo. 15. nu. 1. cum seq.

Melioratio non potest fieri, nisi viui vel pluribus, quibus hereditas debetur. fo. 23. nu. 7.

Melioratio facta filie non nupte, quæ reliqua erat ex omni sobole, an valeat extantibus filijs, vel filiabus iam nuptis, fo. 24. nu. 13. & 14.

Melioratio tertie partis non habet locum, quando est vnicus filius, vel filia, fo. 35. nu. 6.

Melioratio tertij, ut valeat, debent esse plures filij, fo. 35. nu. 7. ibid. nu. 8. distinctio ad hoc.

Melioratio facta vnico filio, an valeat superuenientibus alijs filijs, fo. 35. nu. 14. & 15.

Maritus non potest dare arras ultra decimam partem bonorum de iure Regio, fo. 40. nu. 83.

Melioratio non tenet in vim meliorationis, quando filia est vnica, fo. 40. nu. 87.

Melioratio facta filie dotate à patre, plures habente filios, an valeat, si ceteri filij moriantur præter dotatam. fo. 42. nu. 1. cum seq.

Melioratio facta filie, non conualidatur morte aliorum fratrum, si moriantur viuo patre, folio. 43. numero. 7.

Melioratio facta a patre filie pluribus extantibus filijs, an reuocetur post mortem filiorum omnium, vel conualidetur fo. 44. nu. 24.

Monachus diui Francisci factus capax ex dispensatione Pontificis, an reuocet dotem immodicam, folio. 45. numero 42.

Melioratio facta filie ceteris fratribus consentientibus,

bus, & renuntiantibus huic legi, an valeat dotis ratione, fo. 46. nu. 54. cum seq.

Melioratio facta filie ratione dotis non potest approbari à patre, nomine filiorum, etiamsi eorum sit tutor & curator, fol. 48. nu. 95.

Meliorationem factam à patre, an sufficiat totam habere filios, fo. 48. nu. 96.

Melioratio non valet in tota parte illius fratris, qui paternam repudiavit hereditatem, quia omnibus fratribus accrescit, fo. 49. nu. 101.

Melioratio dotis nomine facta non conualidatur si filij moriantur post patrem, fo. 50. nu. 121.

Mater dotans, an possit meliorare filiam, fo. 52. nu. 1.

Mater non tenetur dotare filiam, licet sit diues, folio. 53. num. 7.

Mater heretica tollerata ab ecclesia, an teneatur dotare filiam, vel transeat onus ad fiscum, fo. 53. nu. 8.

Mater non magis potest meliorare filiam, quam pater, fo. 53. num. 11.

Mater magis diligit prolem fœmineam, quam masculam, fo. 53. num. 12.

Masculinum concipit fœmeninum, etiam in materia pœnali & odio, fo. 54. nu. 17.

Mater nupta, an meliorare potest dotis ratione filiam, folio. 54. nu. 21.

Mulier sola dotans filiam, an videatur eam dotare de bonis quæ sitis constante matrimonio, fo. 54. n. 23.

Mulier non potest contrahere absque licentia mariti, quod fauore viri, quæ est inductu, fo. 54. nu. 25.

Mater dotans filiam in scio marito, an teneatur saltem soluto matrimonio, fo. 54. nu. 26. cum seq.

N

Naturales non impediunt, quominus filia naturalis meliorari possit, fo. 70. nu. 17.

Naturalis legitimatus, an efficiat ne soror ratione dotis possit meliorari, fo. 70. nu. 19.

Nubenti maior dos debetur, quam moniali, folio. 72. numero. 12.

Non licet disponere in præiudicium filiorum, etiam ratione anime, fo. 81. nu. 7.

Naturalis denuo natus, an reuocet donationem ex. l. si vnquam, fo. 69. nu. 6. cum seq.

Nobilius maioratum filie, an meliorari possint dotis ratione, fo. 31. nu. 15. cum seq.

Nuptie fœminarum diuerso iure censetur, quam nuptie masculorum, fo. 13. nu. 32.

Neptis ex masculo, an eodem iure censetur quo masculus, an scilicet dotis ratione meliorari ab auo, folio. 25. num. 8. cum seq.

Nullus ex ascendentibus post meliorare causa dotis, folio. 26. nu. 15.

Neptis, an possit meliorari dotis ratione, & an in ea practicanda hæc lex, fo. 25.

Nepos ex fœmina, an meliorari possit dotis ratione, fo. 28. nu. 35. & 37.

Nepos succedit auo, ergo renuntiatio facta ab eius

MATE

Index Tractatus de non meliorandis.

tre valet, vide fol. 50. nu. 118.
Nubere videtur, quæ ingreditur monasterium, fol. 72:
numero. 12.

O

Onus dotandi transit cum bonis, ex quibus dos consti-
 tui debet. fol. 59. nu. 109.
 Obligatio dotandi transit ad hæredes, vel successores,
 fol. 76. nu. 26.
 Obligatio patris dotandi est totiens quotiens opus fue-
 rit dotare filiam emancipatam. fol. 80. nu. 32.
 Opus sufficit, ut quis videatur prælegare. fol. 9. nu. 29.
 Onus dotandi filiam transit ad hæredes patris, quia ad
 hæret bonis. fol. 76. nu. 26.
 Onus debet reijci à legitima, etiã si filio ultra legitimã
 relinquatur, & residuum consequitur, folio. 30.
 numero. 10.
 Obligatio filiorum pro dote sororis cum patre, an in-
 ducat consensum eorum in melioratione, ut eorum
 legitima minuatur. fol. 50. num. 129.

P

Prohibita contrahere absque mariti licentia potest
 donare filio, fol. 56. nu. 51. contrarium ostenditur,
 fol. ibid. num. 57.
 Prohibitio, ut mulier non possit contrahere nõ sit prop-
 ter imbecillitatem uxoris, sed propter mariti præiu-
 dicium. fol. 56. num. 61.
 Pater si dotat filiam mortua matre, an possit excedere
 taxam. fol. 58. nu. 95. & 96.
 Pater mortua uxore dotans filiam, an videatur eam do-
 tare de lucratis constante matrimonio inter eum, &
 uxorem, fol. 58. nu. 97. 98. & 99.
 Pater videtur dotare filiam de proprio, licet, in consti-
 tutione dotis dicat dotare de bonis proprijs, & si-
 liæ. fol. 58. num. 162.
 Patris expressa protestatio non sufficit, ut videatur
 filiam de bonis ipsius filie dotare. fol. 58. nu. 103.
 Pater quando dotat filiam, dicens se dotare, & promit-
 tere ex bonis suis, & ex bonis filie, an cogitur om-
 nia solvere de suo, si resultat excessus taxæ. fol. 60.
 num. 131.
 Pater dotans filiam de bonis suis, & de bonis filie, bo-
 na filie non faciunt partem. fol. 60. nu. 132.
 Pater dotans filiam nunquam videtur de bonis filie do-
 tare, sed de proprijs, fol. 60. num. 133.
 Pater si dixit se dotare filiam de bonis suis, & de bonis
 maternis filie, si idoneus est facultatibus videtur de
 suo promississe. fol. 61. nu. 134. cum seq.
 Pater si dotavit filiam in mille, cõputato omni eo, quod
 ei debetur, tam de bonis paternis, quam maternis, an
 filia possit bona materna repetere nulla deductione
 facta ratione dotis. fol. 61. num. 139.
 Pater, si non dat congruam dotem de suis bonis, filia po-
 test petere supplementum. fol. 61. num. 144.
 Prohibita meliorari à patre non videtur prohibita me-
 liorari à fratre. fol. 65. nu. 23.

Pater, sicut tenetur dotare filiam pro matrimonio carnali, ita pro matrimonio spiritali, fol. 72. nu. 3.
 Pater tenetur dotare filiam monialem, non autem filiã
 ingredientem monasterium. fol. 73. nu. 21.
 Pater, si nõ expressa certa summa promittat dotẽ, dos
 solvenda est arbitrio iudicis, fol. 76. nu. 20.
 Pater, si iubet filiam tradi nuptui, videtur sentire, &
 dotetur. fol. 76. nu. 21.
 Pater, si instituat primogenium cum onere dotandi filiã,
 quomodo intelligatur, fol. 76. nu. 23.
 Pater, si secundo nuptui tradit filiam, si promittat dotẽ
 nulla mentione facta de prima utraque dos peti nõ
 potest. fol. 78. num. 11. cum seq.
 Pater tenetur tradere filie secundo nubenti dotem pro-
 missam, licet, nunquam tradita fuerit, fol. 78. nu. 12.
 Pater, si assignavit filio legitimam in vita, si filius eam
 perdidit, an teneatur denuo legitimam relinquere,
 fol. 78. num. 18.
 Pater, an possit meliorare dotis ratione filiam beneme-
 ritam, vel parem donationem in se conferentem. fol.
 81. nu. 1. 2. 10. 17. 22. & 23.
 Pater non potest ratione benemeritorum meliorare fi-
 lium in præiudicium legitimæ aliorum filiorum. fol.
 81. num. 1.
 Prohibitus dare spurie ultra certam summam, potest
 plus dare ratione benemeritorum, fol. 81. nu. 8.
 Pater donare potest filio filie spurie. fol. 81. nu. 2. & 21.
 Prohibitus dare per contractum inter vivos, non vide-
 tur prohibitus dare in testamento, fol. 87. nu. 7. 8. & 9.
 cum sequent.
 Prohibita cõtrahere, an videtur prohibita donare cau-
 sa mortis. fol. 83. nu. 19. & 20.
 Prohibitus institui, an prohibeatur substitui, fol. 92. nu.
 4. & sequent.
 Pater magnopere diligit filiam, fol. 4. nu. 11.
 Pater, si dotat filiam, non est audienda filia, allegans te-
 nuem dotem sibi datam. fol. 4. num. 13.
 Pater non potest cogi dotare filiam ultra legitimam li-
 cet, possit cogi dare magnam dotem, fol. 5. nu. 18.
 vide nu. seq.
 Pater de iure civili poterat quancunque summam filie
 in dotem dare dummodo non occuparet portionem
 filijs debitam. fol. 6. nu. 24.
 Pater in dubio videtur dare secundæ filie tantum, quã-
 tum dedit primæ, fol. 7. num. 26.
 Pater poterat de iure Regio ante istã legem dare filie
 in dotem legitimam, & insuper tertiam, & quintam
 partem bonorum, fol. 7. nu. 27.
 Pater non potest semper dare filie in dotem integram
 legitimam ex dispositione huius legis. folio. 7. nu-
 mero. 30.
 Pater qui dotat filiam, & dicit, ut dotem non afferat
 in collationem, si ex hoc resultat melioratio non ob-
 servandum, fol. 7. nu. 30. ad fin.
 Pater male agit qui spiritus stultitiæ filiam homine do-
 tis meliorat, ut potenti, vel nobili nubat & explicat

Index Tractatus de non meliorandis.

- P**aterarum facultates, fo. 8. nu. 2.
Pater non potest praeiudicare filio in legitima, etiam ad
 pias causas, fo. 10. nu. 11.
Pater tenetur dotare filiam, etiam si filia sit diues, folio.
 12. numero. 26.
Pater, an cogendus sit dotare filiam in nuptiis, fo. 19. n. 2.
Pater non solum locare, sed etiam dotare filiam tenetur,
 fol. 19. nu. 4. ad fin.
Pater secundam uxorem ducens non potest dare secun-
 de uxori ultra certam summam, ex dispositione le-
 gis, hac edicti, fo. 21. nu. 21.
Pater etiam si velit, an possit augere dotem filiae, folio.
 22. num. 38.
Pater non habens filium masculum, an possit meliorare
 feminam dotis ratione, fo. 23. nu. 1.
Pater faciens filias renuntiare indubio videtur facere
 propter masculos, fo. 24. nu. 12.
Pater tenetur dotare filias ex sua propria persona, fol.
 27. num. 19.
Pater habens opulentum maioratum, & praeter eum
 pauca bona, an possit filiam causa iotis meliorare,
 fol. 29. num. 1.
Pater habens facultates restitutioni subiectus debet ex
 fructibus dotare filias, folio. 32. nu. 20. & 21. Et
 quid si dos, quae ex redditibus dari potest, tenuissi-
 ma est, ita ut non sufficiat alimentis filiae, eodem fo-
 lio, numero. 23.
Pater hodie non tenetur assignare filio donationem prop-
 ter nuptias, fol. 32. num. 27.
Pater, qui non habet bona praeter maioratum, quibus fi-
 lia possit dotari, nec fructus sufficiunt alimentis po-
 test eam meliorare ratione dotis, fo. 33. nu. 30.
Pater potest dare magnam dotem unicae filiae, folio. 36.
 numero. 24. & quod unica pinguius dotanda sit,
 numero. 25.
Pater dotans filiam unicam summam in nostra lege pre-
 scribitur excedere potest, fo. 36. nu. 31.
Pater habens plures filios, vel filias, qui succedere non
 possunt filiam capere meliorare potest, folio. 44.
 numero. 30.
Presentia & taciturnitas aliorum filiorum, an suffi-
 ciat, ut non possit immodicam dotem auocare, fo-
 lio. 47. num. 78.
Presentia & taciturnitas filiorum non nocet filiae do-
 tate, quam pater dicit se dotare de bonis suis & ma-
 ternis, fo. 47. nu. 80.
Pater & mater simul dotantes filiam, an possint ma-
 iorem summam dare, quam pater solus posset, folio.
 55. num. 56.
- Q**
- Q**uestita constante matrimonio de iuri communi per-
 tinent ad solum maritum, fo. 59. num. 114.
- R**
- R**atio legis, quando est generalior lege, licet eam ex-
 cedere ultra verba, & propter verba, fo. 59. nu. 119.
Renuntiatio hereditatis facta per mortuam in gredien-
 tem monasterium, an valcat, & monasterio praeiudicet,
 dicet, fo. 74. nu. 31.
Rescriptum Principis non ligat mortuos, folio. 74.
 num. 32.
Ratio quare actio de dote est communis patris, & filiae
 fo. 79. num. 29.
Res subiecta restitutioni non potest alienari causa re-
 muneracionis, fo. 81. nu. 5.
Reci-proca donatio admittitur inter maritum, & uxorem,
 fo. 83. nu. 22.
Renuntiatio inofficiosa reuocatur a filiis, fo. 94. n. 111.
Remissio iniuria reuocatur, fo. 94. nu. 2.
Rescriptum Principis, an tollat hanc legem, fol. 118.
Renuntians, succedere potest mortuis fratribus, folio.
 66. num. 24.
Ratio huius legis, quae sit lata, fol. 8.
Reipublicae expedit ciues habere locupletes, fo. 1.
Reditus redimibiles, reditus appellantur, fo. 18. nu. 17.
Reditus redimibiles, iudicantur reditus perpetui, fo-
 lio. 18. nu. 17.
Reditus annui perpetui iustum esse pretium unum pro
 viginti, fo. 18. nu. 20.
Reditus redimibiles, quod sit iustum pretium, fol. 18.
 num. 22.
Renuntiatio, etiam si sit facta iuxta cap. quamuis pactum
 de pact. lib. 6. nihil nocet filiae, si masculi morian-
 tur, fol. 23. nu. 4.
Renuntiare huic legi, an sufficit ab his ad quos res per-
 tinet ad hoc, ut possit filia meliorari dotis ratione,
 fo. 45. num. 45. & 46.
Renuntiatio facta a fratribus nihil valet ad hoc, ut pos-
 sit dari ampla dos sorori, fo. 45. nu. 47.
Renuntiatio filiorum debet fieri cum iuris solemnitate,
 ut soror dotis nomine meliorari possit, folio. 47.
 numero. 74.
Renuntiatio matris nihil nocet filiis, folio. 49. nume-
 ro. 11.
Reuocatio meliorationis, an videatur facta a die quo
 filius fuit in utero, an a die, qui nascitur, folio. 50.
 num. 126.
- S**
- S**tatutum, quod uxor non possit contrahere, absque
 licentia mariti, est ne faciat praedictum mari-
 to, fol. 56. num. 60.
Sotius omnium bonorum, licet teneatur dotare filiam
 socij, non procedit soluta societate, folio. 59. nu-
 mero. 105.
Spuria, an sit dotanda, fo. 70. num. 16.
Statutum, quod masculi excludunt foeminas, non ser-
 uandum, si masculi sunt naturales, fo. 70. nu. 18.
Sotij omnium bonorum non possunt impedire dotem de-
 duci de communi, fo. 75. nu. 15.
Sotius omnium bonorum, licet consentiat dotem deduci
 de communi sibi non praedictat, fo. 75. num. 15.
Secundo nubenti non potest dari dos in praedictum
 legitimum

Index Tractatus de non meliorandis.

legitimæ filiorum, fol. 77. num. 3.
Sacerdos prohibitus donare concubinae ratione beneme-
ratorum, bene potest donare, fo. 81. nu. 9.
Substitutus non censetur locupletior. fo. 92. nu. 7.
Solum constituit ne vxor in mariti domum quicquam
adduceret, preter tres vestes, & quedam vasa paruo
empta, fo. 25. nu. 15.
Salaria quæ dantur aduocatis vel iudicibus an veniant
reditus appellatione in materia huius legis.
Sotius filiam socij, quãdo teneatur dotare. fo. 60. n. 122.
Secundo nubenti an possit dari maior dos quam hic pre-
finitu. fo. 77. per totum.

T

Tutor vel curator non tenetur minori totum, quod ei
relictum est in dotem dare, etiam si nubat ei cui iussit
testator, fo. 3. num. 9.
Tertia & quinta manet filio vnico meliorato, post nati-
uitatem alterius filij, & de residuo deducitur legiti-
ma. fo. 37. nu. 45.
Tertia non est legitima quoad filios. fo. 38. nu. 50.
Tertia non potest deduci ratione dotis date vnicae filia-
e natis alijs filijs. fo. 40. nu. 79.
Testamentum ruptum non conualescit, etiam si filius præ-
teritus moriatur, fo. 44. nu. 20.
Tabellio natus an computetur cum stimantur bona pæ-
tris dotandis. fo. 98. nu. 14.

V

Vxor si inscio marito dotat filia de per se, an soluto ma-
trimonio tenetur rata habere melioratione. f. 56. n. 48.

Vxor absque facultate mariti non potest filiam dotari,
Iure Regio, fo. 56. nu. 49.
Vxor ad pias causas, an contrahere potest inscio mari-
to. ibid.
Vir constante matrimonio, licet non possit dotem aliena-
uerit, & dos ipsius lucro cesserit, tenet alienatio, fo.
57. num. 76.
Validum est statutum prescribens patri summam, ultra
quam non possit disponere impredium filiorum,
etiam pro animis. fo. 73. nu. 17.
Vidua quantam dotem possit dare marito. fo. 80. nu. 39.
Vxor & maritus olim se emebant. fo. 11. nu. 17.
Virgines absque dote nubere licurgus statuit, f. 11. n. 17.
Vxorem humilem à paratu modico ducendam esse cen-
suit Chilon, fol. 11. num. 17.
Vxor ampliam sperens dotem onus est graue, fol. 11. nu. 17.
Vitus, & cæne apud veteres Romanos publica lege
erant prescripti, fol. 12. num. 28.
Virgini maior dos debetur quam nupte, fol. 21. num. 22.
Vidua maiori dote eget quam virgo, fol. 21. num. 22.
Venter non rumpit testamentum nisi in lucem prodeat,
fol. 50. num. 122.
Ventri non debetur legitima quo usque nascatur, fo. 50.
num. 123. & seq.
Vter non dicitur animal nec partem facit quousque
nascatur, fol. 50. num. 124. & idem si inter mulie-
brium angustias in ipso nascendi actu suffocatur,
fol. eod. num. 125.
Vica filia an meliorari possit dotis ratione, fo. 36. n. 32.

F I N I S.

I N D E X C A P I T V M

Tractatus de Inope debitori

DEBITOR Inops de Iurē Ciuili compelli non potest ad prestādum creditori operas, neque ipsi addici debet quamuis soluendo non sit, cedendo bonis liberatur. At iure Hispanico cesio bonorum non liberat cedentem, sed tradi debet creditori, vt operis artificia libus, vel reuerētia libus creditū persoluat, & vnde hoc sumpserit originem. Cap. 1. fol. 120.

An dispositio huius legis valida sit, & an sit iusta, & equa, & qua ratione prodita fuerit. Cap. 2. fol. 133.

An maritus nō habens vnde vxori soluat dotem, sit ei addicēdus, iuxta dispositionem huius legis, & liberandus à potestate aliorum creditorum. Caput. 3. fol. 137.

An debitor qui casu fortuito amisit omnes fortunas suas, sit eximendus à dispositione legis, & quid si non casu fortuito, sed tamē absque culpa sua amisit omnes facultates. Cap. 4. fol. 141.

An debitor ex causa fideiussionis sit addicendus creditori, si bonis careat. Et an in casibus in quibus fideiussor addici potest: addicatur simul ipse, & principalis, si vterque inops sit. Caput. 5. fol. 145.

An debitor nō ex proprio cōtractu, sed ex causa hereditaria sit addicēdus creditori, si soluēdo nō sit. Cap. 6. fol. 153.

An debitor senectē ratione excusetur, vt non sit addicendus creditori. Caput. 7. fol. 157.

An dispositio huius legis exercenda sit in debitores, minores, & quid si postea adoleuant. Cap. 8. fol. 159.

Vtrum furor excuset à dispositione huius legis, & quid si debitor si mutus, & surdus. Cap. 9. fol. 162.

An debitor aduersus quem non habeo actionem personalē, sed realem, quia hypotecauit rē suā, vel possedit rē meam, sit addicendus creditori, si soluendo non sit. Cap. 10. fol. 164.

An debitor ex delicto addicendus sit creditori, si soluendo nō sit: an vero corpore lucre debeat. Cap. 11. fo. 166.

An debitor modice, quantitatis sit addicendus creditori. Et an quis pro pecunia, quā debet aduocato quia patrocinium ei prestitit, si ei addicēdus, si soluendo non sit, & quid in eo qui debet alguazelo expensas. Caput. 12. fol. 169.

An dispositio huius legis exercēda sit, in vniuersitatem debentem, vel in hominem debentem ciuitati, vel vniuersitati. Cap. 13. fol. 171.

An matrimoniū contractū debitore cōstituto in potestate creditoris, liberet illū ab eius potestate. Cap. 14. fo. 174.

An dispositio huius legis exercenda sit aduersus foeminā debtricē, & quid si debeat fisco, vel ex delicto. c. 15. f. 176.

An

Index capitulum, Tractatus de Inope debitorum.

An dispositio huius legis exercenda sit aduersus debitorem inopē, si nobilis sit, vel aduocatus, vel aliās eruditione, seu nobilium, vel primariorum ciuium cognatione prestans. Et quid si nobilis, renuntiet nobilitati, quam Hildaguiā vocamus vel aduocatus, priuilegio aduocatis concessio. Cap. 16. fol. 180.

Clericus maiorum, vel minorū, ordinū, an possit capi, vel addici creditori, et quid si post additionē, vel cōtractū es alienū, sit clericus, vel monachus. Et an capi possit pater, vel mater patronus, fover, filius, & similes, & an possint renuntiare suo priuilegio. Et an frater capi, & addici possit pro ære

alieno, qđ fratri debet. Cap. 17. f. 199.
An iudex possit eximere à necessitate seruiendi eū, qui debitor est ratione mulctē, vel eū, qui debet ratione tributi. Cap. 18. fol. 207.

An debitor sit liberandus, à dispositione huius legis, si aduersa valetudine prematur: & an debitor morbi ratione possit eximi è carcere absque fideiussore. Cap. 19. fol. 209.

An debitor sit addicendus creditori, si obligatus sit ad soluendū reditū, perpetuum, quod quotannis, recurri, ita, vt nūquam suis peris in eperpetuum, etiam per totā vitam satisfacere possit, sed miser & seruiens expirare debeat. Cap. 20. fol. 211.

INDEX TRACTATUS DE Inope debitorum.

ABBAS Et conuentus, & monachi à monasterio expeluntur, ob ingratitude nem contra donantem cōmissam, & donatio non reuocatur, fol. 172. num. 8.
Absolutionis causa cessante, cessat absolutio, fol. 210. num. 14.
Actio realis autore Bald. nullam supponit obligationem, fol. 164. num. 3.
Actio de dolo non datur pro modica summa, fol. 169. num. 8.
Actio famosa vxor non vititur contra maritum, fol. 138. num. 6.
Acquisita ex matrimonio, vt lucrentur requiritur necessario, vt matrimonium teneat, fol. 177. num. 13.
Actio de dolo, & interdictū de vi illata, vt potē infamiam irrogantia non dantur contra patrem aut patronum datur tamē filio, aut liberto actio in factum, fol. 139. num. 14.
Adscriptus qualiter constituatur, fol. 134. num. 24. & de alijs personis similem naturā habentibus vide, verbo *Liber personæ*.
Alguazelo seu aparitori non soluitur decima executionis cui nec salarium solarium soluitur pro executione vide, verbo *Decima*.

Afflictio non est danda afflicto, fol. 157. nu. 3.
Adultus aut impubes doli capax dolo, vel malitia bona consumentes si fiant inopes creditori addicuntur, fol. 162. num. 17.
Adulter, & adultera de Iure Regio marito traduntur, vel vt eos occidat aut pro suo arbitrio faciat, & eorum bona maritus occupat, fol. 131. num. 68.
De adulterio non acufatur mulier nupta, fol. 177. num. 19.
Aliud pro alio inuito creditore non soluitur, fol. 169. num. 7.
Aduocatus tenetur pauperi gratis patrocinari etiam si contrarium iurasset, fol. 170. n. 14.
Aduocatus aliquid à paupere pro patrocinio sumens peccat, fol. 170. num. 15.
Aduocatus an pro ære alieno sit capiendus, & creditori addicendus, fol. 196. nu. 147.
Aduocati, boni & pfecti requisiti, f. eo. n. 148.
Aduocati non minus censentur vtilis reipublice quam milites, fol. cod. nu. 149. & militibus equiparantur, fol. 197. num. 150.
Aduocatus gaudet priuilegijs. l. medicos. C. de professio. & med. fol. cod. num. 151.
Aduocatus est immunis à solutione munerū, & tributorum, fol. cod. num. 152.

Aduocatus

Index Tractatus de Inope debitore.

- A**duocatus an possit renūtiare priuilegio aduocationis & eo renuntiato an possit capi ob æsalicium, fol. cod. num. 153.
- A**duocati debitor ratione aduocationis, an cedat bonis vide, verbo *Debitor aduocati*.
- A**dmonens debitorem vt fugiat tenetur creditori si fugerit vide, verbo *Debitor*.
- A**limenta relinquenda iuxta personæ qualitatem, fol. 205. nu. 68. & nu. 70.
- A**limēta, quando nobili relinquuntur est habenda ratio, ne cogatur viuere solus, itaque pro ministris sunt alimenta relinquenda, fol. cod. num. 69.
- A**limenta præstanda sunt frater, fratri; quando frater est primogenitus secundum dignitatem eorum, & facultates maioricatus, fol. 206. num. 72.
- A**limenta quando sunt prestanda non debēt vendi possessiones sed ex rebus, earum sunt danda, fol. eodem. num. 76.
- A**li tenetur filia dotata, à marito, & non à patre, fol. 212. num. 11.
- A**lienatio rei subiecte restitutioni sufficit ad carcerem e fugiendum nisi debitum si ex delicto, fol. cod. num. 14.
- A**mitenti facultates absque culpa sua est, & succuriendum, fol. 41. num. 10. al. à secus vide, verbo *Debitor qui sua culpa*.
- A**misione bonorum casu fortuito, vt debitor liberetur quæ requirantur vide, verbo *Bonorum amisione*.
- A**ncilla libera fit ex complexu domini, fol. 175. num. 15.
- A**ppellans creditor, nec adauer debitoris sepe liatur, non auditur, vide verbo *Creditor appellans*.
- A**rdor illiciti amoris, an excuset, à delicto commisso, fol. 164. num. 12.
- A**rgumentum valet de operis libertorum ad operas seruorum, fol. 157. num. 2.
- A**rbitrio iudicis relinquitur quæ sit modica summa, & quid si præcium magnum, fol. 170. num. 12.
- A**rtis vilis exercitium an faciat amittere nobilitatem vide, verbo *Consuetudo*.
- A**sertioni boni viri est credendum, fol. 195. num. 157. & vide verbo *Boni viri*.
- A**uthen. hoc si debitor renuntiare an possit, fo. 127. nu. 49. & vide verbo *Debitor carens*.
- A**uth. præsent. C. de fideiuf. Iure Regio corrigitur, ideoq; hodie fideiussor conueniri potest etiam non excuso principali. fol. 146. num. 4.
- B**
- B**artoli opinione medicus, aut Iureconsultus, quædam priuilegijs, nisi profiteantur de Iure Regio approbata, fol. 196. nu. 139.
- B**aptismus an liberet baptizatum, à manibus creditorum, fol. 202. num. 31.
- B**aptismus in foro iudiciali nihil remittit, fol. cod. num. 32.
- B**eneficio cessionis bonorum renuntiare non potest, etiam cum iuramento, fol. 126. num. 41. & 42.
- O**peratur tamen vt cedens bonis possit conueniri ultra quam facere possit si peruenerit ad pinguiorem fortunam, ibid.
- B**eneficium cessionis bonorum sicut Iure Hispano est sublatum ita etiã forma cessionis iure ciuili inducta est sublata, fol. 132. nu. 73. & fol. 133. num. 2.
- B**eneficium cessionis bonorum, an tolli potest per legem, fol. cod. nu. 12. & fo. 134. nu. 25. Et an per consuetudinem, ibidem.
- B**eneficiū ne quis conueniatur ultraquã facere possit an trãseat ad heredes patris spiritualis, f. 204. n. 45. & vide verb. *Pater spiritualis*.
- B**eneficia neque dignitates exteri Iure Regio in Regno Castellæ habere non possunt, fol. 192. num. 109.
- B**eneficiū non cogitur quis facere, neque propter personam est recedendum, à legis decreto, fol. 197. num. 163.
- A**d bellum compelluntur ire vasalli, etiam clerici, in repentino periculo, fol. 151. nu. 12.
- B**eneficium concessum ratione dignitatis, nō amittitur finita dignitate, fol. 208. nu. 9.
- S**ed cōcessum ratione laboris, finito labore spirat, fol. eod. num. 11.
- B**igami pœna vide verbo *Pœna*.
- V**t bona debitorum, non corpora essent obnoxia debitis Consules legem ædiderunt, fol. 129. num. 61.
- B**onorum amisione casu fortuito, vt debitor liberetur requiritur, vt amissio non fuerit ex supina negligentia, fol. 144. num. 26.
- B**onis excusis dicitur legitime facta excusio, fol. 53. num. 36. ad fin. & nu. 37.
- B**ona non habens luat in corpore procedit in persona vili non autem in nobili, fol. 168. num. 10. & fol. 183. num. 30.
- B**ona publica pro debito publico capi debent & non bona priuatorum, fol. 172. num. 3.
- I**dem pro debito vniuersitatis, fol. eod. num. 9.
- B**oui viri asertioni creditur vide, verbo *Asertionis*.
- B**onus vir licet facultatibus non polleat pollet tamen fide, & ideo tan patrimonio quã fide stimatur, fol. 197. num. 158.
- C**um bonis viris fere semper dispensatur, fol. 133. nu. 160. & fol. 198. num. 170. & vide verbo *Creditor*.

Bona

Index Tractatus de Inope debitoꝛe.

Bonus, an quis præsumatur, & quid operetur ista generalis præsumptio, vide verbo, *præsumptio*

Bona abscondentes, & inopiam fingentes, velut latrones puniendi, etiam si non fugiant, fo. 182. nu. 20. & 21. & vide verbo, *clericus*,

Bona amittentes culpa sua, vide verbo, *debitor qui sua culpa.*

C

Cadauer non potest detineri, etiã si non sit unde soluatür æs alienũ, & creditor petens cadauer secretari, vel loco debiti sibi dari cadit ab actione, & hæredibus defuncti erogare tenetur, fo. 122. n. 19. & 20. & 23.

Captura non potest fieri de iure civili, etiam in casibus in quibus executio admittitur, nisi si prius executor ostendat præceptum iudicis manus tabellionis signatum, & à iudice subscriptum, fo. 125. nu. 33.

Captura principalis non liberat fideiussorem, ideo utrunquẽ capi posse, authore Bald. fo. 150. num. 39.

Captura est meri imperij, fo. 154. numer. 13. post principium.

Captura dicitur iniuria irreparabilis, fo. 161. numero. 14.

Captura, vide verbo, *executor.*

Capi non possunt personæ, qui nõ possunt comueniri ultra quam facere possint, foli. 202. num. 33. 34. & 37.

Captus in bello Christianus à Christiano, nõ efficitur captiuus, fo. 134. nu. 10. & fo. 135. numero. 30.

Capite minuitur qui in imaginariam aliquã seruitutem adducitur, fo. 158. nu. 6.

Capituli si diligenti, de for. comp. intellectus fo. 188. nu. 64.

In carcerẽ non mittitur quis ob pecuniã debitam, nisi qui personaliter est obligatus, fol. 167. num. 5.

Carcer, & vincula duriora sunt captiuitate, fol. 139. num. 19.

Carceratus pro debito falso, an possit recommendari pro vero, licet alieno, vide verbo *debitor.*

Carcer est causa præuia ad addicendũ debitorum creditorum, fo. 190. nu. 89.

Carceri perpetuo, quis non potest se obligare, vide verbo, *pactum.*

Carcer priuatus, vide verbo, *creditor detinens.*

Cessio bonorum de iure civili sola voluntatis professione fit, non adiuita alia solemnitate, fol. 120. nu. 2.

Cessio bonorũ fit etiã post capturã, & dũ est in carcere videtur debitor hoc remedio, foli. 128. num. 51.

Cessio bonorũ facta Iure Hispanico, & antiqua consuetudine debitor inops traditur creditori, ut satisfaciat illi tempore seruitij à iudice taxato iuxta sumã debiti. f. 128. n. 56.

Cessio bonorũ facta tempore Theodosij debitor liberatur, deinde ad restitutionẽ quã titatis debita cogebatur, simpliciõrũ acerbitate. f. 130. n. 64. & nõ erat in vtu. f. 121. n. 14.

Cessio bonorum, Iure Regio, non liberat debitorem, in totum, sed tenetur seruire creditori extra, iustu tamẽ casum cessant, inducãta in fauorem libertatis debitorum, tam Iure Ciuili, quã Regio, correctã non sunt, fol. 132. num. 72.

Cessionis bonorum forma, & eius beneficium Iure Hispanico est sublatum, fol. eod. num. 73. & fol. 133. nu. 2.

Cessionis bonorum forma, Iure Romano, & consuetudines aliquarũ regionũ, & populorũ circa eam traduntur, fo. 152. nu. 74.

Cessio bonorum continet defensionẽ, & ideo à Romano Pontifice in terris Ecclesiã tolli non potest, fo. 133. nu. 3.

Cessio bonorum fundatur iure naturali, folio eod. num. 4.

Cessione bonorum debitor inopes liberatur, à carcere, nec amplius in iudicio, vel extra à creditore conuenitur, nisi ad pinguiorẽ fortunam peruenerit, fo. 135. nu. 27.

Cessio bonorum debitoris, non est solutio, sed remediũ effugiendi carcerẽ. fol. 150. nu. 41.

Cedens bonis nõ tenetur quo usquẽ perueniat ad pinguiorẽ fortunam, fol. 156. nu. 23.

Cessio bonorum dicitur alienatio, fol. 159. numero. 4.

Cedere bonis, possunt collegia & monasteria, fol. 171. nu. 1.

Cessio bonorum, non admittitur, si debitũ ex delicto descendat, fo. 166. nu. 1.

Cessio bonorum non habet locum in debitoꝛe fisci, fo. 173. nu. 16.

Cessio bonorum, an per pactum renuntietur, fol. 187. nu. 55.

Cessio bonorum non procedit, nisi ad instantiam creditoris, vide verbo, *debitor non admittitur.*

Cedere bonis non compellitur, qui capi non potest, fo. 201. nu. 10.

Cedens bonis, si postea bona acquirat, an procedant tradita in cap. 17. huius operis, fol. 206. num. 73.

Cessio bonorum, vide verbo, *privilegiatus*, & verbo, *maritus.*

Christianus à Christiano captus in bello inter se inito non efficitur captiuus, vide verbo, *captiuus.*



Ciuitas

Index Tractatus de Inope debitorum.

- Ciuitas debere potest, fo. 172. nu. 2.
 Ciuitatis Senatus, Iure Regio distribuit cole
 ctam inter ciues, vsque ad octo aureos, &
 non plus, etiam ex causa maximæ ægesta-
 tis, fol. eod. nu. 4.
 Ciuitatem castigari, & pœnam pati posse, fo.
 172. nu. 6.
 Ciuitas in personalibus pœnis non punitur,
 fol. eod. nu. 10.
 Ciuitas soluit debitum publicum, & de quibus
 bonis soluat, vide verbo, *bona publica*.
 Ciuitatis debitor, vide verbo, *debitor ciuitatis*,
 Clausula guarentigia quæ dicatur, & quod ef-
 fectum habeat, vide verbo, *executio*.
 Clericus abscondens bona potest duci in car-
 cerem pro ære alieno, fo. 194. nu. 126.
 Clerici negotiantes amittunt immunitatē, &
 libertatem, fo. 184. nu. 38. ad fin.
 Clericus non potest cum iuramento renuntia-
 re priuilegio fori ecclesiastici, ibid.
 Clericus falsas literas Regias, vide verbo, *pena*.
 Clerici pauperes non soluunt procuracionem
 vide verbo, *Ecclesiarum visitatores*.
 Clericus non addicitur creditori, vide verbo,
sacerdos.
 Clericus, an gaudeat priuilegio, ne conuenia-
 tur ultraquam facere possit, fo. 200. num. 4.
 & renuntiare eum non potest, etiam cū iu-
 ramento, nu. 5. & 8.
 Clericus sacerdos nō cedit bonis, nequē ob de-
 bitum excōmunicatur, sed satisfacit promi-
 sione iurata de soluendo, dum ad pinguiorē
 fortunam peruenerit, fo. eod. nu. 11.
 Clericus capitur pro debito ciuili in Curia Pa-
 risiensi, fo. eod. nu. 11.
 Clericus suspectus de fuga, aut occultans bona
 capi potest pro debito ciuili, fo. eod. nu. 12.
 Et vide verbo, *bona abscondens*.
 Clericus, in quibus causis luit in corpore, pati-
 tur pœnam de manu iudicis Ecclesiastici,
 licet iure permitente, per iudicem secularē
 fuisset damnatus, fo. 201. nu. 14.
 Clericus ratione conductionis Regij vestiga-
 lis de iure Regio in carcerem etiam Regiā
 duci & capi potest, fo. eod. nu. 15.
 Clericus degradatus, quia falsauit literas, vel
 sigillū summi Pontificis, potest capi, & in-
 carcerari pro ære alieno, fol. eod. nu. 10.
 Clericus degradatus, quibus causis amittat pri-
 uilegium clericale, fo. eod. nu. 17.
 Clericus minorum ordinum cogitur ad solu-
 tionem æris alieni, veluti laicus, f. eod. n. 20.
 Clericus inops, qualiter cogitur soluere pœsio-
 nem beneficii, fo. eod. nu. 21.
 Clericus pro debito contracto ante susceptio-
 nem sacrorum ordinum, an conueniatur,
 vide verbo, *debitum*.
 Clericus valetudinis causa excusatus à recita-
 tione horarum, si postea conualescat, non
 tenetur refarcire, fo. 208. nu. 7.
 Commissum in eo incidit, qui non soluit pen-
 sionem, fo. 169. nu. 3.
 Collegia, & monasteria possunt bonis cedere,
 fol. 201. nu. 25.
 Condicio seruilis, de eius materia, vide verbo
modicum, & verbo, *libere persona*.
 Contumax pauper, an cedat bonis, vide verbo
pauper contumax.
 Conuentus, id est, monachi ob ingratitude
 contra donantem a monasterio expelluntur,
 vide verbo, *Abbas*.
 Conuenire ultraquam facere possit, vide verbo,
priuilegium, verbo, *uxor*, verbo, *maritus*, ver-
 bo, *socer*, verbo, *clericus*, verbo, *miles*, verbo, *so-*
tius, verbo, *dotās*, & verbo, *frater*.
 Constitutiones Episcoporum, quod debitores
 excōmunicati, etiam si bonis cesserint non
 tradantur ecclesiasticæ sepulturæ aduersan-
 tur bonis moribus, fo. 127. nu. 44.
 Confiteri faciēs aliquem, quod est homo suus
 & exigit ab eo iuramentū fidelitatis non ex
 hoc fit eius dominus, fo. 121. nu. 10. & 12.
 Contumax in nō obediendo superiori dicitur
 committere crimen, fo. 171. nu. 19.
 Ille qui non potest conueniri, ultraquam fa-
 cere potest in carcerem non detruditur, fol.
 137. num. 2. nec cedit bonis, nu. 3.
 Contrahentium mēti & voluntati expressē,
 aut tacitē est standum, fo. 191. nu. 10. 1.
 Consuetudo valet perquam inops non libera-
 tur cessione, sed quod teneatur seruire, foli.
 134. num. 13.
 Consuetudo tradendi debitorem inopem cre-
 ditori, an iusta & æqua sit, & qua ratione
 inducta, fo. 135. nu. 31.
 Consuetudo inspicienda, quando tractatur, an
 exercitium artis vilis faciat amittere nobi-
 litatem, fo. 184. nu. 36.
 Consuetudo facit quem nobilem, aut ignobi-
 lem, fol. eod. nu. 37.
 Colectam non soluens post tempus constitu-
 tum capi potest, fo. 172. nu. 5.
 Creditores qui dicuntur, fo. 165. nu. 6. & a cre-
 dito, dicuntur, fo. 168. nu. 13.
 Creditori non præstat ius ciuile, ius super de-
 bitorem ob debitā pecuniam, fo. 121. n. 6.
 Creditor detinens debitorem in priuato car-
 cere amittit debitum, fo. eod. nu. 7.
 Creditor appellās ne debitoris cadauer sepelia-
 tur, donec sibi debitum soluatur, nō auditur
 etiam si debitum sit plusquā liquidum, & ex
 instrumēto guarētigio debeatur. f. 22. n. 20
 Cre-

Index Tractatus de Inope debitore.

Creditor agit contra filiū vel vxorē ob pecuniā mutuatam patri vel marito pauperi ad eos alendos, fo. 129. nu. 53.

Creditor inuitus non cogitur parcere bono viro, fol. 197. nu. 162.

Copula carnalis domini ancilā liberat, vide verbo, *ancilam*, & in debitrice, vide verbo, *debitrix*.

Corpore luit qui in bonis nō habet, & quomodo intelligatur, vide verbo, *bona non habens*.

D

Damnatus in metallum patitur capitis diminutionem. nu. 5.

Damnatus in metallum fit seruus pœnz & debet operas ratione delicti cōmissi cuius punitio ad Reipublicæ vtilitatē expectat, eo. n. 7.

Damnatum datum à furioso iudicatur, ac si foret à quadrupede. fo. 163. nu. 3. vide in verbo, *furiosus*, & verbo, *furor*.

Datio in solutū, vide verbo, *debitor carens*.

Debitorē capiendi propria auctoritate licētia ex pacto, nō ex lege cōcessa, an extēdatur ad hæredē debitoris, fo. 154. nu. 10. 11. & 13.

Debitor, an adquisitis post bonorū cessionē cōuenitur solū in quātū facere potest. f. 157. n. 24.

Debitor infirmus creditori nō addicēdus, neq; ei seruire tenetur. f. 195. n. 10. vide ver. *infirmitas*.

Debitor inops creditori addictus post addictionē senex effectus liberatur a dispositione huius legis, fo. 159. n. 15. & 16. vide verb. *senectus*.

Debitor ob doiū in rebus proprijs amittit priuilegiū ne capiatur a creditoribus. f. 162. n. 18.

Debitor solū ex obligatione personali more Atheniēsiū creditoribus addicēbatur. f. 165. n. 1.

Debitor ex delicto non habens in bonis vnde solbat pœnam, luit in corpore, etiam si sit clericus, fo. 167. nu. 2. & 3.

Debitor ex delicto, habēs vnde soluat volens corpore luere pecuniariam pœnam non auditur. fo. 165. nu. 4.

Debitor creditori, nō est addicēdus quādo creditor patitur eū à carcere solui. fo. 168. nu. 9.

Debitor ex delicto, an veniat appellatione debitoris, fo. 169. nu. 12.

Debitor modicæ summæ non detruditur in carcerem, fo. 170. nu. 7.

Debitor aduocati ex causa aduocationis aduocato non addicitur. fo. 171. nu. 13.

Debitor ciuitatis, aut vniuersitatis, si soluendo non sit addicitur creditori, fo. 173. nu. 12.

Debitorēs fisci nisi realiter soluant capiuntur, licet dent fideiussores, fo. 172. nu. 15.

Debitor colectorum, si sit inops potest vti cessione bonorum. fo. 172. nu. 18.

Debitor ciuitatis quo modo debeat soluere, fol. 172. num. 24.

Debitor, aut debitrice liberati per matrimoniū

contractum cum creditore, vel creditrice, an soluto matrimonio reddeant in potestatem hæredum, fo. 175. nu. 6. & 9.

Debitrix inops addicta creditori, an liberetur; si fiat concubina creditoris, fol. 176. nu. 15. & vide verbo, *fœmina*, & verbo, *mulier*; vel si eam prostituat, fo. 179. nu. 25. & vide verbo, *copula carnalis*.

Debitor ex delicto conuenitur etiam si priuilegium habeat a Principe, ne intra certum tempus conueniatur, fo. 177. nu. 10.

Debita reddi æquum, & iniquum quinquā sua pecunia fraudari, fo. 136. n. 40.

Debitor inops de iure ciuili, liberatur cedendo bonis, & non amplius conuenitur, nisi venerit ad pinguiorē fortunā, fo. 126. nu. 1.

Debitor nullo modo est adiudicandus creditori de iure Romano, nequē ab eo retineri potest, fol. eod. num. 3.

Debitor regulariter, etiā si soluendo non sit non potest cogi seruire creditori, fo. 121. nu. 5.

Debitorēs ex instrumento publico, absquē citatione vel excusione in carcerem mittuntur, nisi præstet fideiussionē, quod vulgo dicimus de sancamiento, fo. 124. nu. 27.

Debitoris captura nunquam ab ea est incipiendum, sed prius est in bonis faciēda executio, tamen potest executor hodie capere debitorē compellendo, vt iudicet bona in quibus faciat executionem, fo. 124. nu. 28. & vide verbo, *executor quomodo*.

Debitor cui facta fuit executio in bonis, si nō habet fideiussorem, quem vulgus appellat de sancamiento, si proferat testes citato creditore, affirmātes illa bona esse debitoris debet dimitti à carcere tales tamē testes tenebūtur sicut fideiussores, & nominatores. f. 125. nu. 29.

Debitoris persona de iure ciuili non capitur nisi sit debitor ex causa iudicati, fo. 125. nu. 30.

Debitor non seruato ordine captus est dimittendus etiam, si vero sit debitor ibid.

Debitor incarceratus pro debito falso, an possit detineri pro debito vero alieno, ibid.

Debitor captus dimittitur a carcere, si in fideiussorem det filium suum, dummodo sit idoneus filius, fo. 125. nu. 34.

Debitor nō copitur à iudice ante cōdemnationē & pactum contrarium inuitū inter creditorem & debitorem non valet, fo. 126. nu. 37.

Debitorē posse capi & mitti in carcerē ob debitum eris alieni nō esse contra bonos mores, secus vero priuatio beneficij cessionis bonorū, quādo debitor caret bonis. f. 127. nu. 43.

Debitor carens pecunijs satisfacit, dādo aliquid de bonis suis & creditor cōpelitur accipere ne debitor cogatur vili vēdere & in carcere esse

Index Tractatus de Inope debitorum.

- etiam si se obligasset ad solutionem in pecunia numerata, fo. 127. n. 46. vide verbo *Auth. hoc si debitor.*
- Debitor præbet curam ad pecuniam inueniendâ, & non potes inuenire demû cauet de cuiusdione pro re quâ insolutû dat & tradit creditori instrumentû titulorû, fo. 128. nu. 47.
- Debitor iurâs in pecunia soluere, an iubetur remedio dationis insolutû, fo. 128. nu. 50.
- Debitor inops, quando creditores sunt diuites, potest in quolibet anno particulam debiti soluere, fo. 128. nu. 52.
- Debitor iure Gallico, pro debito non potest incarcerationi nisi id promissit, & obligatus, aut cõdemnatus, fo. 129. nu. 55.
- Debitor inops ex. l. 22. Tabularum tradebatur creditoribus ad dilacerandum, fo. 130. num. 57. 58. & 59.
- Debitor inops more Romano vno pede suspẽdebanur è sublimi loco, vt venderentur, folio. 131. numero. 66.
- Debitor debens monasterio, & nõ habens unde soluere, liberatur ingrediẽdo ipsum monasterium, fo. 131. nu. 67. & fo. 202. nu. 29.
- Debitor non admittitur ad cessionem bonorum nisi creditores instent, fo. 132. nu. 70.
- Debitor qui sua culpa bona amisit, an patiatur cõtumeliosam cessionem bonorû, fol. 122. nu. 15. & vide verbo, *paupertas.*
- Debitor inops ex causa redẽptionis tenetur seruire creditori de iure ciuili, fo. eod. nu. 16.
- Debitor inops creditori addictus, dicitur pati pœnam corporalem, fo. 136. nu. 35. 36. & 37. maximè torque ferreo indutum, fo. 144. nu. 16. & fo. 148. nu. 15. & fo. 156. num. 19. & fol. 157. num. 28.
- Debitor inops præstando operas creditori dicitur soluere, fo. 136. nu. 41.
- Debitor per vim spoliatus bonis, non liberatur è creditoribus, fo. 142. nu. 2.
- Debitor per exceptionem oppositam quod à tercio fuit spoliatus, non liberatur creditoribus, fo. eod. num. 4.
- Debitor qui casu fortuito fortunas suas amisit, si sit inops creditori non addicitur, fol. 142. n. 5. & fol. 143. num. 9.
- Debitor speciei liberatur specie perempta, folio. 143. nu. 12.
- Debitor generis, aut speciei constitutus in mora nõ liberatur specie perẽpta, fo. 143. nu. 13.
- Debitor absque culpa sua inops effectus, liber est à solutione, secundum opinionem Theologorum, fo. 144. num. 18.
- De debitore addicendo creditori cum tractatur prius discutitur, an debitor sit liber vel non, fol. eod. nu. 19.
- Debitor si post amissionem casu fortuito fortunarum suarum æs alienum contrahat addicitur creditori ratione disti æris alieni, si soluẽdo non sit fo. eod. nu. 23.
- Debitor nimia calliditate negotia sua administrans potius reprehendendus quã laudãdus fo. 145. nu. 27. Sed peius est esse nimis crasum ibi. nu. 28.
- Debitorẽ admones fugere quando creditor maquinabatur eum capere tenetur creditori ad solutionem debiti, si debitor fugit, & creditor ob fugam debitum perdidit, fo. 149. n. 21.
- Debitor qui ducebatur in carcerẽ, qui eũ vi eximit censetur fideiussor, fo. eod. nu. 20. & vide in verbo, *fideiussor nunquam censetur*
- Debitorẽ addictum retinet creditor loco pignoris, fo. 150. nu. 34.
- Debitor dicitur non esse soluẽdo, quando ab eo exactio difficilis est, fo. 151. nu. 38.
- Debitor etiam inops, si habet fideiussorẽ in obligatione dicitur esse soluẽdo, & ideò creditori non potest addici, fo. eod. nu. 42.
- Debitor si contra eum agatur instrumento garantigio ducitur in carcerem, etiam si fideiussor soluẽdo sit, fo. eod. nu. 43.
- Debitor & fideiussor inopes, simul seruiunt, & addicuntur creditori, vt eorum opere abbrevient solutionem, fo. 152. nu. 45.
- Debitor dicitur à quo etiam inuito debitum potest extorqueri, fo. 165. nu. 7.
- Debere, an sit res dura, vide verbo, *egere.*
- Debitor principalis si notariẽ sit, non soluẽdo conuenitur fideiussor non excuso principali, fo. 151. nu. 40.
- Debitor ex causa hereditaria more Romano creditori addicitur, fo. 153. nu. 1. ad fin.
- Debitor ex causa redemptionis inops factus seruit creditori, fo. 131. nu. 65.
- Debitor nobilis ob æs alienum in carcerem nõ detruditur, fo. 181. nu. 7.
- Debitor nobilis non cõuenitur nisi in quantum facere potest, & sibi relinquitur tantum, quãtũ satis est ad vitam transigendam, fo. eod. nu. 8. & 9. vide verbo, *nobilis.*
- Debitorẽs, qui ex causa à carcere excusantur nihilominus iudex eos capere potest, si viderit eos dolosẽ fuisse versatos, fo. 183. nu. 24.
- Debitor facti, licet liberetur præstando interesse secus si iurauit factum, quoniam ad compellitur, fo. 191. nu. 93.
- Debitorũ bona non corpora sunt obnoxia debitis, vide verbo, *bona debitoris.*
- Debitũ publicũ, vel ciuitatis debonis publicis, & nõ priuatorũ soluitur, vide verbo, *bona publica.*
- Debitorẽs faliti, vi de verbo, *faliti.*
- Debitor furiosus, vide verbo, *furor.*

Debitum

Index Tractatus de Inope debitorum.

Debitum ante susceptionem sacrorum ordinum qualiter conueniatur clericus inops, & an gaudeat privilegio sacerdotali. fol. 183. n. 22.

Debitor inops creditori additus si, interim ordinetur, & dominus creditor contradicat an debeat degradari & creditori restitui, & an audiatur si velit seruire per substitutum. fol. 183. num. 24.

Debitoris scolastici an capi, & addici creditori possint, vide verbo, *scolastici*.

Debitor qui in fraudem creditorum ingreditur monasterium non debet recipi ad monachatum. fol. 183. num. 28.

Debitor qui bonis cecidit, & fuit sibi relicta turris, aut domus, an creditores petentes vendi domum aut turrim dicentes sufficere debitori domum paruulam sint audiendi. fol. 189. nu. 74.

Debitorum quibus conuenit privilegium ne conueniantur, ultra quam facere possint, & habentibus domum pulcherrimam in qua habitant an cogantur creditoribus vendere domum. fol. 189. nu. 75.

Debitor morbosus vel infirmus, quomodo liberetur, vide verbo, *infirmus*.

Decima a paritori, vel alguazelo non soluitur quando nec pecunia soluitur pro executione quam facit. fol. 171. num. 17.

Defectus modicus non est punibilis. fol. 170. num. 10.

Delictum commissum dum est sane mentis si postea in furorē incidat, parcitur ei. fol. 173. nu. 6.

Delinquenti gratia concessa à principe non faciente mentionem de delicto censetur subreptitia. fol. 167. num. 5.

Delictum minoris semel remissum, vide. Verbo, *indulgentia*.

In delictis habetur ratio eximie virtutis eius, qui delinquit, & cū comitius agitur. fol. 198. num. 156. & 171.

Delinquens casu poena corporali non imponitur vide verbo, *poena corporalis*.

Delictum commissum calore illiciti amoris, vide verbo, *ardor*.

Differentia inter nobilitatem à genere & à privilegio vide verbo, *nobilitatis differentia*.

Dignitates iure Regio exteris non dantur vide verbo, *beneficia*.

Dignitatis beneficium non amittitur finita dignitate. fol. 181. num. 9.

Dispositio generalis generaliter debet intelligi fol. 153. num. 1.

Dignitates vide verbo, *beneficia*.

Doctor pro ære alieno an in carcerem possit detrueri, & creditori addici, & an debeat legere, & docere. fol. 195. nu. 127. & 128. & fol. 196. nu. 132. & 133. & 136. 146.

Doctor etiam non legens non est cogendus hospites suscipere. fol. 196. nu. 134.

Doctor non legens de consuetudine non capitur. fol. 196. n. 137. & idē de iure civili. n. 138.

Doctor legens vel non legens si dolum committat aut corumpat seu abscondat bona amittit privilegium. fol. 197. nu. 141.

Doctor de industria legens vt euitaret capturā ob debitum æris alieni amittit privilegium fol. eod. nu. 143.

De doctore circulari & sic de inani titulo non curatur, fol. eod. nu. 143.

Doctor legens est immunis in propria patria ab omnibus muneribus realibus & personabilibus. fol. eod. nu. 144.

Doctoratus aut professionis pro textu se defendēs cū neutrū sit exploditur. fol. 197. nu. 145.

Dolo desinens possidere rem hipotecariam capitur. fol. 166. nu. 9.

Dolo desinens possidere habetur pro possessore. fol. eod. nu. 10.

Dolo mediante quis perdit privilegium ne conueniatur ultra quam facere possit. fol. 161. n. 20.

Dolus excludit privilegium nobilitatis. fol. 182. nu. 94. quia est dictum. fol. 138. nu. 13.

Dolum committens etiam si sit privilegiatus ne cedat bonis cogitur cedere bonis, vide verbo, *privilegiatus*.

Doli actio an detur filio contra patrem aut patronum, vide verbo, *actio de dolo. ubi an detur pro modica summa*.

Dolus debitoris in rebus proprijs amittit privilegium ne capiatur à creditoribus, vide verbo, *debitor ob dolum*.

Dominus carnaliter cognoscens ancilam eam liberam facit, vide verbo, *ancilla*.

Dominus feudi amittit feudum si per lasciuiam cōprimat filias vassaliorum, fol. 179. nu. 26.

Dominus amittit pactum de seruiendo famuli si seruitio abutatur, fol. eod. nu. 32.

Dominus mēbroiū suoiū nemo est. fol. 187. n. 56.

Donans an vtatur privilegio ne conueniatur ultra quam facere possit, & an possit privilegio illo renuntiare. fol. 188. num. 64.

Donatio facta redemptori ab hostibus non reuocatur ingratitude prætextu. fol. 181. n. 8.

Donans extraneam an conueniatur ultra quam facere possit. fol. 188. nu. 66.

E.

Ecclesia si sit debitor & vtatur remedio auth. Hoc nisi debitor, non potest creditor eligere rem immobilem meliorem. fol. 128. nu. 48.

Ecclesiarū visitatores à clericis pauperibus pro curationem non exigunt, fol. 171.

Ecclesia tenetur principi contribuere in timore publico & improuiso. fol. 182. nu. 31.

Esse-

Index Tractatus de Inope debitorum.

- Effectus à causa productus non cessat licet causa cesset. fo. 175. nu. 8.
- Egregiarum personarum privilegiū ne cogatur corā iudice personaliter comparere potest ab eis renūtiari. f. 185. n. 41. & f. 188. n. 61. & 62.
- Egritudo quando excuset vel liberet, vide verbo, *infirmitas*, & verbo, *debitor*.
- Elemosynist tenemur iuare proximum egenū auctore Thoma. fo. 171. nu. 16.
- Emancipare cogitur pater filium quem contra pietatem tractat. fo. 189. nu. 74.
- Egere durum est, & debere durius non autē esse soluendum durissimum. fo. 136. nu. 33.
- Etis alieni causa possunt vendi fructus rerum primogenij pro tempore vitę possessoris. fol. 193. nu. 106.
- Etas per quam quis liberatur ne addicatur creditoribus quę sit. fo. 159. nu. 16.
- Etas excusat ab operarum præstatione. fo. 160. nu. 5. & 61. fol. 160. nu. 1.
- Exactor creditorū nō cedit bonis. fo. 172. n. 25.
- Exceptio nullitatis sententię aut instrumenti garantigij non impedit capturam debitoris nisi nullitas constet ex sententia vel instrumento. fo. 126. num. 40.
- Exceptiones quę competūt principali debitori competunt etiā eius fideiussori. f. 153. n. 47.
- Exceptio nequis conueniatur ultraquam facere possit an possit oponi post sententia, vide verbo, *privilegiati*.
- Excusatus semel ratione numeri liberorum, nō amittit privilegium etiam si post ij filij moriantur. fo. 182. nu. 16.
- Excusio bonorum, quomodo dicatur legitime facta, vide verbo, *bonis excusis*.
- Executio si sit facienda aduersus debentem ex causa iudicati, vel alia simili executionem merenti debet prius fieri in bonis debitoris, & ante non potest capi eius persona, & debitor habens bona nō incarceratur. fo. 124. nu. 26. & de eius materia, vide in sequentibus numeris, & verbo, *captura*, & verbo, *debitor*.
- Executio fit ob debitum ex instrumento publico, dummodo sit liquidum habens clausulam garantigiam. fo. 122. nu. 31. ad medium.
- Executioni mandatur instrumentum aduersus debitorem scriptum, & non contra non scriptum, nisi hæres fuerit debitor. f. 154. n. 9.
- Executio fit in criminalibus in bonis furiosi, & parcutur eius persone. fo. 163. nu. 4.
- Executio non fit viuente marito pro debito vxoris in bonis dotalibus nisi debitū sit ante matrimonium. fo. 178. nu. 21. & 23.
- Executioni mandatur sententia contra fideiussorem de iudicato soluendo, etiam sine nouo processu & limitatur. fo. 146. nu. 5. & 6.
- Executio nō fit à creditoribus pro paternis debitis infilios nisi prius probetur illos se hæreditati prius immixtisse. fo. 154. nu. 6.
- Executionem ad impediendam allegatur ius personale sufficit, quasi possessio illius iuris, fo. 149. nu. 123.
- Executio ob xs alienum non debet fieri in armis domo, aut equis fidalgorum, vt disponit. l. 5. & 5. tit. 2. lib. 2. ord. sit recepta aut nō. fo. 181. nu. 119. & 121. fo. 194. nu. 10.
- Executio facienda in bonis clerici ad imitationem, quę fit in bonis militis. fo. 182. nu. 18.
- Executionis materia, vide verbo, *fideiussor*, verbo, *hæres*, & verbo, *debitoris captura*, & verbo, *debitor*, & verbo, *decima*, & verbo, *instrumentum*, & verbo, *statutum*.
- Excommunicatus si bonis cesserit an debeat priuari sepultura ecclesiastica, vide verbo, *constitutiones Episcoporum*.
- Exteri an possint habere beneficia in regno, vide verbo, *beneficia*.

F

- F**Astum nil videtur, quando aliquid faciendū restat. fo. 170. nu. 2.
- Falliti cedendo bonis non effugiunt carcerem fo. 183. nu. 22.
- Facultates quia mittit absque culpa est ei succurrendum, vide verbo, *amittenti*.
- Famosa actione vxor non vititur, contra maritū vide verbo, *actio famosa*.
- Famulo egrotanti an debeatur salarium. fo. 152. num. 3. & quando dominus eum amittat, vide verbo, *dominus*.
- Fœmina debitorum iure Gothorum creditoribus addicebatur. fo. 176. nu. 1.
- Fœmina ob debitum ciuile, non incarceratur. fo. eod. nu. 3. etiam si debeat fisco, num. 5.
- Fœminas aduersus eas in delictis vititur iure communi si detegatur dolus commississe, f. 177. nu. 12. & vide verbo, *mulier*.
- Fœmina solum potest esse tutrix filiorum, fol. eod. num. 13.
- Fœmina cuius pudicitia periclitatur licite, & impune à carcere fugit. fo. 179. nu. 26. & de materia fœminarum, vide verbo, *factus fœmine* & verbo, *debitrix*.
- Fidalguia quę est inmunitas sanguinis adquiritur præscriptione in memoriali. f. 193. n. 10.
- Fidalgorum privilegia sunt concessa fidalguis totius Hispanię, fo. 193. nu. 112. & 117.
- Fidalgui Hispani decendant ab eisdem parentibus, videlicet à Gothorum gente. fo. 193. nu. 113. & ab illis deriuatur. fo. 186. nu. 46.
- Fidalguie inmunitas & de eius materia, vide verbo, *inmunitas*, & verbo, *nobilis*, & verbo,

bo, *privilegium personale.*

Fideiussor dicitur debitor, fo. 142. nu. 2. & dicitur reus, fol. 146. nu. 3.

Fideiussor simpliciter obligatus de iudicato: soluendo non tenetur in causa appellatio- nis, fo. 147. nu. 7.

Fideiussor de iudicio sisti cum poena & præsi- nitione termini si in termino reū non exi- beat, poterit pro poena in eū fieri executio, & pro principali debito, fo. 147. nu. 8. & vi- de verbo, *executioni mandatur.*

Fideiussor contractus, si in contractum se obli- get, sicut principalis adhibita clausula gua- rētigia poterit aduersus eum fieri executio virtute instrumenti, fo. 147. nu. 9.

Fideiussor ratione quātītatis debite ex fide- iussione potest incarcerationi, fo. eod. nu. 10.

Fideiussor simpliciter obligatus videtur obli- gare se in omnē causam prouenientē ratio- ne debiti principalis, maximē, si sit ex natu- ra contractus, fol. 147. nu. 11.

Fideiussor hodie, fideiubens pro debito proue- niēte ex lege fideiussor inops de iure Regio- creditori non addicitur, fo. 147. nu. 13.

Fideiussor nunquam videtur se obligare ad pe- nam corporalem, & pactū contrarium ini- tum non valet, fo. 147. nu. 14.

Fideiussor ad inecognita, nunquam videtur se obligare, fo. 148. nu. 17.

Fideiussor nūquam videtur se obligare in pœ- nam, que imponitur ratione cōsumacię rei ex qua augetur condēnatio, fo. 148. n. 18.

Fideiussor nunquam censetur cogitasse, neq; obligasse se ad seruendū. Limita in eximē- te reū a manibus apparitorū, fo. eod. n. 19. & 20. & vide verbo, *debitor qui adducebatur.*

Fideiussor est habendus ille, qui admono debi- torem fugere in dict. n. 20.

Fideiussor ad quem pecunia peruenit pro qua fide iussit addicitur creditori, fo. 149. n. 22 & est peyoris conditionis. Quam fideiussor ad quem non peruenit, nu. 23.

Fideiussor, qui accepta pecunia fide iussit dici- tur egisse proprium negociū, ideo creditori addicitur, & executitur, fo. eod. nu. 24. & licitum est pecuniam accipere, d. nu. 24. ad me- dium, & nu. 26. & nu. 27.

Fideiussor propria auctoritate potest soluere creditori de bonis debitoris pro quo fideiuf- sit, fo. 148. nu. 28.

Fideiussor de iudicio sisti liberatur à iudicato soluendo, si reum sistat, & fideiussio lata sen- tentia expirat, fo. 147. nu. 31.

Fideiussor nō potest cōueniri iure, nec in per- sona ante excusionē principalis debitoris, si nō fuerat renūciata auct. præf. f. 150. n. 26.

Fideiussor rei, quando à principali non potest exigi dicitur esse incidentiatis, & in ea etiam renuntiatio beneficio excusionis prius de- bet excuti principalis, fo. 152. nu. 46.

Fideiussorum materia cōtinua, vide in verbo, *debitor, & fideiussor inops, & verbo, auct. præsen- te, & verbo, captura, & verbo, debitores ex in- strumento.*

Filij pro debitis parentum olim iure Romano detinebantur à creditoribus idem more Ho- bræcorum, fo. 130. nu. 60. & 61. & 62.

Filiusfam. conuenitur in quantum facere po- test solum pro his quæ contraxit, dum esset in patria potestate, fo. 145. nu. 24. & nu. 25. alias secus, fo. 204. nu. 48.

Filius, vel filia per matrimonium liberantur à patria potestate, fo. 175. nu. 5.

Filius a patre non retinetur ob pecuniam re- dēptionis, quia præsumitur matrem donas- se, fo. 141. nu. 24.

Filius, an teneatur p pecunia patri pauperimu- tuata ad illū aliēdū, vide verbo, *creditor agit.*

Filius, si soluēdo est, est idoneus fideiussor pro patre, vide verbo, *debitor captus.*

Filius non incarcerationi ob dotē matris, quam ut hæres tenetur prestare, vide verbo, *matr.*

Filius spiritalis tenetur præstare alimēta pa- tri spiritali inopi, fo. 200. nu. 4. & de matre- ria, vide verbo, *pater spiritalis.*

Filij, an præferantur alijs creditoribus ob do- tem matris, & quando pater illis addatur, vide verbo, *patre capto.*

Filiusfam. an pro debito in carcerē mittatur, fo. 207. nu. 79. & nu. 19.

Filius per deportationē liberatus à patria po- testate non reincidit in eā, etiā si restituatur in patriā cesset, quæ deportatio quæ illum à patria potestate eximebat, fo. 210. nu. 10.

Filius nō est dñs viuēte patre, nec habet quid- quam in bonis patris, nu. 13.

Filius debet patri operas obsequiales, non ve- ro artificiales, nu. 15.

Fiscus cum priuato, an habeat differētiam, vi- de verb. *diferentia.*

Fiscus vitur iure minoris, fo. 172. num. 20.

Fiscus in exigēda debita, seu credita sua melio- ris cōditionis est quā priuatus, f. 172. n. 21.

Fiscus ante diem exigit, fol. eod. nu. 23.

Fisco adquiritur ius per sententiā, cui multa applicatur, & index eodē die sententiā mu- tare non potest, fo. 208. nu. 1.

Fiscus, vide verbo, *instrumentum quodlibet.*

Furor est infirmitas corporis & animi, fo. 163. numero. 1.

Furiosus habetur pro mortuo, folio eodem nu- me. 0. 2. & 3.

Furor

Index Tractatus de inope debitore.

Furor proneniēs ex propria culpa puta medi-
camina accipiēdo, nō addicitur suo credito-
ri. fol. 163. n. 7. Et si debitū descēdat ex de-
lictō, ibi.

Furor superueniens debitori, postquam est ad-
dictus creditori, eximitur à manibus credi-
toris, sicuti ratione senectutis. f. 164. n. 8.

Furiotus sententia iudicis absolutus, si redeat
ad sanā mentē, an possit a creditoribus peti
ad seruiendum, fo. cod. nu. 6.

Furiosus, & mutus, & surdus æquiparantur,
fol. 164. nu. 11.

Furiosus, vide verbo, *damnum datum*, & verbo,
delictum commissum.

Fur addictus creditori portat torquem ferreū,
fol. 166. num. 11.

Fur, more Romano, domino rei furatæ aliquā
do tradebatur, vt eius seruus esset, fol. 132.
numero. 69.

Frater, an aiat fratrem, vide verbo, *alimenta*.

Frater, an fratrem debitorem ob æs alienum,
in carcerē detrudat, fo. 207. n. 80. & n. 86.

Frater fratrem capere non potest, fo. cod. nu.
81. nec cum in seruitium habere, fol. codē,
numero. 83.

Frater fratrem redimens ad hostibus præsu-
mitur fecisse pietatis intuitu, & non animo
repetendi, fo. cod. nu. 82. 97. & nu. 88.

Frater potest conuenire fratrem vltraquam fa-
cere potest, fo. cod. nu. 84. & stante statuto,
ne frater conueniatur vltraquā facere pos-
sit, an eius hæres possit capi, fo. cod. nu. 89.

Fructuarius male se gerens amittit ius obuentionis,
& potest priuari & prohiberi, ne v-
tatur vsufructu, fo. 183. num. 27.

Fructus maioricatus possunt vendi pro tem-
pore vitæ possessoris, vide verbo, *es alienum*.

Fructus sacerdotij, qui sint, vide verbo, *stipen-
dium*.

G

Generalis dispositio, quid, & quomodo in-
telligatur, vide verbo, *dispositio*, & verbo,
lex, & verbo, *renuntiatio*

Generalis lex, an minores comprehendat. vi-
de verbo, *lex loquens*.

Generalis legum renuntiatio, an periudicet,
vide verbo, *legum*.

Gesta ab adulto curatorem habente sine tuto-
ris autoritate sunt nulla ipso iure, folio.
162. num. 16.

H

Hæredis persona non mutat obligationis
naturam. fol. 153. num. 2. neque qualita-
tem, fo. 154. nu. 11.

Hæres intra nouem dies a morte defuncti nō
potest executari, nec inquietari, fo. cod. n. 15.

Hæres tenetur solum, quatenus est in inuenta-
rio, fol. cod. nu. 16. & eum ostendēs, & of-
ferens bona in eo contenta, nō cauetur pro
debito defuncti, ibi, nu. 17.

Hæres debitoris pro debitis defuncti capitur,
& vltra vires hæreditarias, si abscondit bo-
na contenta in inuentario tenetur, fol. 155.
numero. 18.

Hæres non tenetur facere inuentarium, quan-
do non sunt bona, quæ in eo describantur,
fol. 156. nu. 20.

Hæres eius qui bonis cessit, si non facit inuē-
tarium, tenetur vltra vires hæreditarias, fo-
lio cod. nu. 21. & 22.

Hærens non conficiens inuentarium con-
tra eū est præsumptio iuris, & de iure quod
oculta uit bona, fo. 157. nu. 26. & 28.

Hæres debitoris fisci, sicuti principalis detrud-
tur in carcerē, etiam si offerat idoneum fide-
iusorem de sancamento, fo. 154. nu. 7.

Hæres extraneus vxoris matrimonio soluto,
an teneatur deferre beneficium, vt non con-
ueniatur vltraquam facere possit marito te-
straticis, fo. 204. nu. 46.

Hæres, vide verbo, *pactum*, & verbo, *executio*.

Hæreditas patris naturali iure pertinet ad fi-
lium, fo. 187. nu. 50.

Hæreditas est ius, quod propter sanguinē de-
fertur, fo. cod. nu. 52.

Homo mortuus non est iam homo, & ideo ca-
daver retineri non potest aetione personali,
fol. 123. num. 23.

Homo liber pro pignore dari, aut retineri, an
possit, & vide intellectum, cap. ex rescripto
de iure iuran. fo. cod. nu. 24.

Hominem liberum venalem creditoribus ad-
dici ob inopiam probrosum, & turpe esse,
& infame, fo. 136. nu. 34.

Hominis excelentia propter eam receditur ab
omni iure. f. 197. n. 160. & fo. 198. n. 171.

Homo liber non est admittendus, vt sit in per-
petua seruitute, fo. 211. nu. 2.

Homicida more Abissinorum traditur pro-
pinquis interfecti, vt eorū arbitrio sangui-
nis suæ iniuriam vendicent, vel homicidā
vendant, vel tormentis enecēt. Et more Ro-
mano, fur domino rei furatæ, aliquādo tra-
debatur, vt eius seruus esset. f. 131. nu. 69.

Hospes, an possit pro debito retineri, fo. 121.
num. 8. & de materia, vide verbo, *doctor*. Ho-
stium vis cōnumeratur inter casus fortui-
tos, fo. 141. num. 1.

I

Impubes in carcerem detrudi non potest,
folio. 141. num. 2.

Impubes non cedit bonis, fol. cod. nu. 3.

Impu-

Index Tractatus de Inope debitorum.

- Infirmetas perpetua, & insanabilis in debitorum, excusat eum ab operarum præstatione, etiã si lege Regia sit statutum, quod debitor inops creditori addicatur. fol. cod. nu. 2. & soluitur à carcere etiam non dato fideiussore. fol. 210. nu. 19.
- Infirmus debitor à carcere liberatus an si cõualescat possit iterum capi. fol. 212. nu. 6. & num. 15.
- Infirmetas famuli an faciat amittere salariũ: vide verbo. *famulo*.
- Indulgentia ratione ætatis delicto commissõ per minorem semel concessa durat si postea adoleuerit. fol. 160. num. 5. & 10. & n. & fol. 163. nu. 10.
- Initium est spectandum. fol. 167. nu. 6.
- Immunitas fidalguie priuilegium est personale, & ideo non renunciatur. fol. 189. nu. 82. 87. & 88.
- Immunitas Ecclesiastica nec seruo nec alijs obsequium præstare obligatis prodest. fol. 191. nu. 100.
- Ingratitudo expellit Abbatẽ, & monachos de Monasterio, vide verbo. *Abbas*.
- Immemorialis probatio: vide verbo. *probatio immemorialis*.
- Inopia vitio prodigalitatẽ contracta est indigna misericordia. fol. 164. num. 14.
- Instrumentum valet in quo quis se obligat se suos ad seruitium personale. fo. 121. n. 15.
- Instrumentum quodcunque habet executio nẽ aduersus debitores fisci ad hoc, vt executiue procedatur dummodo sit liquidũ fol. 172. num. 22. & quomodo & quando possit executari. nu. 25.
- Instrumenta in præiudicium suæ libertatis an quis potest facere, vide verbo. *rustici*.
- Instrumento non liquido ex eo non solum clericus sed etiam laicus capi non potest. fol. 200. nu. 7.
- Interdictum de vi illata an detur contra patrem vel patronũ, vide verbo. *actio de dolo*.
- Inuentarium, vide verbo. *heres*.
- Iudex in criminalibus debet esse prior ad absolendum, fol. 140. nu. 22.
- Iudex in causis miserabilium personarum sportulas non debet habere, etiã si pauper sponte offerat. fol. 171. nu. 19. & 20.
- Iudex ex causa pœnam à lege impositam etiam si ob crimen sit potest tẽperare fol. 139. nu. 15.
- Iudex eadem die sententiam mutare non potest. fol. 207. nu. 1.
- Iudex ob inopiam condemnati eximit debitore à necessitate seruiendi & remittere potest multam. fol. cod. nu. 2.
- Iudex non potest remittere multam partim applicatam pro suo interesse. fol. 208. nu. 3. nec quæ fisco applicatur. nu. 4. ibidem,
- Iudex ante sententiam ex iusta causa pœnã potest minuere, fol. cod. nu. 5. & semel remissa ob paupertatem si debito multæ perueniat ad pinguiorem fortunam exigi non potest. fol. cod. nu. 6.
- Iudex potest remunerare capiẽtes latrones ex multis ad fiscũ pertinentibus. fol. cod. num. 8.
- Iura ad frequentiora debere adaptari, fol. 149. nu. 30.
- Iuramentum est seruandum quando seruari potest absque interitu salutis æternæ. fo. 190. nu. 92.
- Iuramentum fidelitatis ab homine alieno licet suum confiteatur esse non præstat ius domino, vide verbo. *confiteri*.
- Iurans in pecunijs soluere an possit cedere bonis, vide verbo. *debitor iurans*.
- Iurisdictionem habentibus est honor deferendus. fol. 192. nu. 105.
- Ius patroni nuptijs libertate interrumpitur. fol. 174. num. 5.
- Ius ciuile non præstat creditori ius super debitorem ob debitam pecuniã. f. 121. n. 6.
- Iustiniani nouellæ habent vim legis, fo. 142. nu. 7. & 8.
- L**atrones sunt censendi & puniendi qui bona abscondunt, vide verbo. *bona abscondentes*.
- Legis huius dispositio antiquissima consuetudine confirmata. fol. 133. nu. 11: & an valida sit, & an iusta & æqua, & ex qua ratione prodita sit. fol. cod. nu. 1.
- Legis rigor remittendus aduersus eum qui uxorem vel liberos habet. fol. 139. nu. 20.
- Legis huius dispositio prodita non solum ad succurrẽdum creditorem: pro debito verum etiam vt fœcordia & pigritia debitoris puniatur. fol. 143. nu. 15.
- Leges fori non habent vim legum nisi quantum de earum vsu ex obseruantia constat. fol. 150. nu. 32.
- Legum generalis renunciatio an præiudicet. fol. 130. nu. 4.
- Lex finalis. C. de capti, & post. limi. reu. intellectus. fol. 130. nu. 63.
- Lex vel statutum loquẽs in debitore ad eius hæredem extenditur, vt executio in eius bonis & persona possit fieri. fo. 153. nu. 3. & limitatur num. 5.
- Lex. 8. tit. 4. lib. 6. ordi. seruanda est in hærede debitoris fisci. fol. 142. nu. 7.

Index Tractatus de Decima tutorum.

- Lex loquens de operis ab aliquo præstandis cū sit odiosa non extenditur ad hæredes in operibus obsequialibus. fo. 157. nu. 27.
- Lex loquens generaliter minoris personā comprehendit. fo. 158. nu. 1.
- Lex loquens in debitore comprehendit obligatum actione reali & non personali. fo. 163. nume. 2.
- Lex continens priuilegium aduersus ius commune censetur nominale omnes personas priuilegiatas. fo. 195. nu. 135.
- Lex stili. 134. declaratur. fol. 166. nu. 11.
- Lex ad egregias intellectus fo. 187. nu. 61.
- Lex fin. C. de pactis pigno. intellectus. fo. 188. nume. 67.
- Lex si quando. §. generaliter. C. de inoffic. testam. declaratur. fo. 188. nu. 17.
- Lex ut vim. de iust. & iure intelligitur, fo. eod. num. 72.
- Lex pater. §. quæ honorande. ff. quarum re. actio non detur declarantur. fo. eod. nu. 73.
- Lex libertas. C. de obsequis intelligitur. folio. 189. num. 75.
- Lex fin. C. de non nume. pecu. intellectus. eod. num. 76.
- Lex. 2. C. de patribus qui filios distra. intelligitur. fo. 131. num. 71.
- A legis dispositione nō receditur propter personam, vide verbo, *beneficium*.
- Legis vim habent Iustiniāni nouele, vide verbo, *Iustiniāni*.
- Leges ad frequentiora adaptantur, vide verbo, *iura*.
- Lex potius fauet reo, quam accusatori. fo. 210. num. 13.
- Libertatis cause semper fauendum, & pro ea iudicandum, fo. 144. nu. 21.
- Libertus senex etiam tenetur operas patrono præstare. fo. 157. num. 1.
- Libere persone plures sunt, qui tamē licet sint libere de iure ciuili sunt seruilis conditionis fol. nu. 17. 19. 20. 21. & 22. & vide verbo *ad scriptus*.
- Libertati sue, quis non potest præiudicare, vide verbo, *rustici*.
- In legato creditorum non veniūt debita actio ne reali, & ideo in legato, verba sunt proprie sunt intelligenda, fo. 164. nu. 4.
- Locare nemo potest operas suas alteri in perpetuum, & precipue si sit actum, ut non possit seruire per substitutū. fo. 122. n. 16. & 17
- Locatio facta ad tempus operarum valet, & obligat, fo. eod. nu. 18. vide verbo. *obligare*.
- M.
- M**aritus non cogitur ab vxore subire cessionem bonorum, fo. 137. num. 1.
- Inter maritum & vxorem potest verti causa status, fo. 138. nu. 11.
- Maritus ociosus & iners vxori addictus per iudicem posse compelli laborare vxoremquē, & filios alere, fo. 140. num. 32. verific. nunc videamus.
- Maritus committens dolum perdit priuilegiū reuerentiale, quod habet aduersus vxorem, fo. 137. nu. 11. & vide verbo, *reuerentiale ius*.
- Maritus vxori addictus sine torq; ferreo quādo concurrit cum alijs creditoribus, fo. 138. num. 10. & 14.
- Mariti priuilegium transit ad omnes de sobole, fo. 204. num. 49.
- Mariti priuilegium competit ei, ne conueniatur ultra quam facere possit, siue debeat ex causa dotis, siue ex qualibet alia. f. eo. nu. 50.
- Maritus quando ab vxore conueniatur ultra quam facere possit. fo. 204. nu. 56.
- Matrimonium superueniens facit cessare operarum præstationem & obligationem, fol. 137. nu. 4. & fo. 174. nu. 2.
- Matrimonium contractum inter debitore, & creditorem, aut è conuerso debitum censetur remissum, fo. 174. nu. 1, & an soluto matrimonio reuiuiscat, nu. 6. & 9.
- Matrimonium liberat minorem à potestate curatoris, fo. 153. nu. 4.
- Matrimonium liberte ius patroni interrumpit eod. num. 5.
- Matrimonium debitorum non præiudicat creditoribus, si debitores non consentiant. fol. 175. nu. 14.
- Matrimonium contractū à liberta facit, ut patronus ius suū perdat, vide verbo, *ius patroni*.
- Matrimonium secundo cōtrahentes, vide verbo, *pæna*.
- Mater non potest petere filiū incarcerari pro dote, quam teneretur præstare, ut hæres patris adita hæreditate, si non est soluendo, fo. 138. num. 9.
- Mater tutrix non capitur à filio, etiam pacto expresso, ut capiatur, fo. 187. nu. 58.
- Meretrix cogi potest portare cultū diuersum à fœminis honestis, fo. nu. 87.
- Meretrix pro debito ciuili capi potest, nisi sit nupta, fo. 177. nu. 17.
- Mendicitas secundum qualitatem personarū est consideranda. fo. 206. num. 71. & de materia, vide verbo, *debitor inops*, & verbo, *pauper*.
- Mercantia non tollit nobilitatem nec exercitium artis vilis, vide verbo, *nobilitas*.
- Merita personarum non curantur, quando de simplici iustitia tractatur, fo. 197. nu. 165.
- Minima re, ut in oue committitur furtum, & datur

Index Tractatus de Inope debitorum.

datur actio furti & poenam statuti & ob vius nummi non soluti praticari. f. 169. nu. 1. & 5. vbi de materia.

Minor in delictis excusatur a poena etiã in delictis cuius punitio expedit republice, fo. 163. nu. 8. & semel indulgentia concessa durat etiam si postea adoleuerit nu. 9. 10. & 11. & fol. cod. nu. 10.

Minor 25. annis pro pecuniario, debito accipitur, fol. 161. nu. 12. & 13.

Minor cuius malitia ætatem supplet maioribus connumeratur, fol. 162. nu. 21.

Minoris persona non comprehenditur sub lege generaliter loquente, vide verbo: *lex loquens*.

Minor excusatus ratione ætatis eo maiore effecto non tenetur, fol. 160. nu. 12.

Militibus prohibetur conductio. Ne impediat exercitiũ militiae. fo. 190. nu. 84.

Milites more Romano sæpe in otio & negotio in armis errant, fol. cod. nu. 85.

Miles & nobilis differunt, vide verbo: *nobilis vbi de materia*.

Militum privilegia an extendantur ad clericos: vide verbo: *privilegia*.

Habere etiam in modico seruilem conditionem maximum detrimentum, f. 144. nu. 20. vide verbo: *defectum*.

Monachialium privilegium ne ad iudicium venire cogantur est ratione clausure. f. 188. nu. 62.

Monachi senex an teneantur regulam seruare, vide verbo: *senes*.

Monachi, vide verbo: *Abbas*.

Monasterium ingrediens debitor liberatur a debito ipsi monasterio debito, vide verbo: *debitor debens*.

Monasterio possunt cedere bonis, vide verbo: *colegia*.

Monachus pro debito ciuile nec capitur nec in carcerem ducitur, fol. 202. nu. 37.

Monasterium ingrediens in fraudem creditorum vide verbo: *debitor qui in fraudem*.

Monacho si soluat numerum vel depositum liberatur debitor, fol. 203. nu. 30.

Morbis, vide verbo: *infirmitas*.

Molestia personalis que libet durior rerum amissione, f. 189. nu. 68. & 70.

Mulier detenta a creditore ob pecuniam redemptionis, eius est libera donec soluat, fol. 140. nu. 22.

Mulier potest cedere bonis, f. 269. nu. 2.

Mulier capitur ex consuetudine pro poena pecuniaria descendente ex delicto, f. 177. nu. 7. etiam si det iuratoriã cautionem, nu. 8. & f. 107. nu. 27.

Mulier potest renuntiare suo privilegio. fo. cod. nu. 15.

Mulier cogitur seruire creditori pro debito procedente ex redemptione. f. 178. n. 24.

Mulier in caupona posita vt ministrare iudicibus, prostituta. fol. 179. nu. 33.

Mulier nupta de adulterio non accusatur. f. 178. nu. 19.

Mulier inops cui defertur quarta pars iuxta Auth. præterea. non admittit eam licet postea fiat diues, fol. 209. nu. 8.

Mulier vide verbo: *fæmina*. verbo: *debitrix*. verbo: *uxor*. verbo: *renunciatio*. verbo: *uidua*.

Nunquam est dabilis casus in quo pro mutuo liceat pecuniam accipere. f. 149. n. 29.

Mulcta vide verbo: *iudex* & semel remissa ob paupertatem etiam si debitor mulcte veniat ad pinguiore fort. nã exigi non potest. fol. 208. nu. 6.

Mutuum licet parcendum sit tamen retores & primarij sunt puniendi, f. 175. nu. 7. & ita intelligitur illud in delictis multitudi paratur, fol. 154. nu. 11.

Municipum & respublica potest habere seruos, fol. cod. nu. 13.

N.

Notarius nil accipit a pauperibus pro instrumentis. fol. 171. nu. 22.

Nobilitas paupertate an amittatur, fo. 180. nu. 2. & f. 181. nu. 17.

Nobilis pauper ludibrio est, fol. 180. nu. 3 & fol. 182. nu. 18.

Nobilis exercendo artem vilem amittit nobilitatem, fol. 180. nu. 4. & 5. & fol. 199. nu. 32. 33. 34. & 35.

Nobilis ob res alienum in carcerem non detruditur, fol. 181. nu. 7.

Nobilis debitor non conuenitur nisi in quantum facere potest & sibi relinquitur tantum quantum satis est ad vitam transigendam, fol. 180. nu. 8. & 9.

Nobilis persona nec eius arma & equi, & domus de iure Regio non capiuntur, f. 181. nu. 10. & f. 219. nu. 121.

Nobiles sunt liberi a præstatione operarum & ideo vxor nobilis libera est a lauatione pedum, & a parando cibos & similia, fol. 181. nu. 11. 12. & 13.

Nobilitatis ratio habetur in impositione poenarum, fol. 182. n. 15. & f. 183. n. 29.

Nobilis non torquetur, f. 182. nu. 16.

Nobilis qui sicca inopia bona ab eodit amittit priuilegium nobilitatis & ideo ducitur in carcerem, fo. cod. nu. 19. & 21.

Nobilis qui malitiose bona attrahit, nec credi

Index Tractatus de Inope debitorum.

- toribus satisfaciatur potest capi folio, eod. num. 23.
- Nobilis licet ex delicto capi possit non tamen ex facilitate neque rigurositate si cur plebeius, folio. 183. numero. 27. & 28.
- Nobilis non habens in bonis non luit in corpore fol. 178. nu. 30.
- Nobilis officium est militando religionem & plebem defendere, folio eodem. numero. 31.
- Nobilitas an amittatur per monachatum fol. 125. num. 35.
- Nobilitas quando tractatur an amittatur per exercitium artis, vilis est consuetudo inspicienda, fol. 179. numero. 32. 33. & 34. & folio. 184. numero. 36. & folio. 189. numero. 80. vide verbo. *mercancia*.
- Nobilis proprio vocabulo dicitur fidalgo, 1. nobilis sanguine, folio. 185. numero. 44. & folio. 188. numero. 48. & 49. Et vide verbo. *fidalgos de ista materia*.
- Nobilis appellatur aliquando ille qui est diues, fol. 186. nu. 45.
- Nobili maior honor quam plebeis differendus, fol. 188. nu. 59.
- Nobilis per conductionem regij vestigialis amittit priuilegium, folio. 189. numero. 77. & 78.
- Nobilitatem non soluit mercancia aut exercitium artis vilissime. folio. 189. numero. 80. vide, supra. verbo. *nobilitas quando*.
- Nobilis conductor vestigialis regij amittit priuilegium solum. Ne possit in carcerem mitti. fol. eod. nu. 81.
- Nobilis aliud est, & aliud miles, & fidalgo est nobilis sed non miles, folio. 190. numero. 86.
- Nobilitatis priuilegium propter dolum perditur, fol. 191. nu. 94.
- Nobilis assertio quod sit ignobilis non suffragatur creditori. fol. 191. nu. 95.
- Nobilem aut ignobilem facit consuetudo vide verbo. *consuetudo*.
- Nobilis qui tempore contractus negauit esse uobilem an possit in carcerem duci, folio eod. nu. 69.
- Nobiles ex priuilegio à Rege concesso ne obres alienum capiantur idque fuit, ut ex redditibus militarent non possunt priuilegium renunciare, fol. 191. nu. 99.
- Nobiles exteri & non naturales an gaudeant prerogatiuis & priuilegijs naturalium. fol. 192. num. 107.
- Nobilis in vna prouincia non est necessario habendus, nobilis in alia folio eodem. nu. 108. & 115.
- Nobilitas sanguinis non datur nisi à natura. fol. 192. nu. 110.
- Nobilitas non debet esse occasio, ut quis rem suam perdat. folio. 193. numero. 120.
- Nobilis captus ab res alienum ut soluatur è vinculis an sufficiat quod summarie probet nobilitatem an vero necessario debeat constare per sententiam de nobilitate. folio. 194. numero. 122. & 124. & 125.
- Nobilitas an possit renunciari, vide verbo. *renunciatio*, ubi late & de materia vide verbo *militis*. & in verbo. *partum*. & in verbo. *fidalgos*. & verbo. *debitor*.
- Nobilitatis à genere & nobilitatis à priuilegio differentia. folio. 185. numero. 45.
- Nobilis quando alimenta relinquuntur vide verbo. *alimenta*.

O.

- Obligatus ad factum liberatur soluendo interesse. fol. 121. nu. 4.
- Obiurare se nemo potest cum iuramento ad seruitia personalia nisi sit libertus. folio eodem. numero. 11. vide verbo. *locatio*.
- Obligatio personalis defuncti in heredem transit fol. 153. nu. 1.
- Obligatio prestandi operas finitur matrimonio contracto, folio. 174. nu. 2. & vide verbo. *matrimonium*.
- Obligare se potest quilibet & suos ad seruitium personale, vide verbo. *instrumentum*.
- Obligatio quando cadat inter patrem & filium. fol. 204. nu. 53.
- Obligatio ad carceres non valet nisi in vim consuetudinis. fol. 209. nu. 1.
- Obligatio qua quis adstringitur ponere beneficium non parit actionem. folio. 212. numero. 5.
- Operi debitoris additi creditori extenuant sortem principalem debiti, fol. 131. numero. 70. ad fin. & 71.
- Operi satisfacere humanum est, fol. eodem. numero. 42.
- Operas prestare ad alendum uxorem & liberos non infame, sed honorificum & honestum. fol. 140. nu. 23.
- Opera debitoris succedit loco pecuniarum debitorum

Index Tractatus de Decima tuncrim.

- te, & aliquando plusquam pecunia iudica-
tur. fol. 150. num. 35.
- Operas quas vxor tenetur mari præstare. fo-
lio. 175. nu. 10. & fo. 139. nu. 17. & vide
verbo. vxor.
- Operas suas præstare quilibet alteri potest
si velit, fol. 176. nu. 6.
- Operis præstatio, vide verbo. *lex loquens.* &
verbo. *libertus.* & verbo. *matrimonium.* & ver-
bo. *infirmitas.*
- Operas præstare aut seruire paria sunt, fol.
209. num. 5.
- Ordo pertinens ad cause cognitionem qui
eū est inductus in fauorem iudicis, et alpa-
cto creditoris & debitoris omitti non po-
test. Limitatur tamen si debitor debeat
ex instrumto guarentigio habens ex-
cutionem paratam. Tunc valet pactum.
fol. 125. nu. 38.
- Ordinandus non est quis licet idoneus an-
te legitimam ætatem, fol. 197. num. 164.

P.

- Pactum personale ad hæredem non tran-
sit. fol. 154. nu. 12.
- Pactum vel promissio expressa facta aduer-
sus statum hominis naturalem et am
iuratum non valet, fol. 121. num. 9.
- Pactum à me factum per quod promitto
non recedere à tali loco est quædam spe-
cies seruitutis, fol. eodem. nu. 13.
- Pactum non valet de iure ciuili quo debitor
se adstringit creditori vt capiatur, & in
carceretur si non soluat. Et idem quod
propria autoritate capiatur per credito-
rem, & in carcerem intrudatur. fol. 125.
nu. 35. & 36. fol. 187. nu. 57.
- Quod per pactum fieri non potest nec per
statutum conceditur fieri, fol. 133. nu. 5.
& fol. 135. nu. 28.
- Pactum per quod beneficio celsionis bono-
rum renuntiat non tenet. fol. 133. nu.
6. vide verbo. *renunciatio.*
- Pactum per quod carceri perpetuo quis se
obligat non tenet. fol. eod. nu. 9.
- Pactum non potest renunciari reuerentiæ
quam vxor marito præstare tenetur, fol.
157. nu. 5.
- Pactum inter debitorem & creditorem, vt
debitor gaudeat priuilegio nobilitatis. fo-
lio. 183. nu. 42.
- Pactum legis commissoriæ non solum aspe-
rum sed impium & iniquum. folio. 188.
num. 69.
- Pactum de capiendo debitorem propria auto-
ritate vide verbo. *debitorem.*
- Pactum non potest tolli ordo iuris vide ver-
bo. *ordo.*
- Pater debitor filijs in dote matris filio non
addicitur. fol. 141. num. 26.
- Pater ebrius patris potestate administra-
tionem amittit. Idem si cogeret filium aut
filiam ad peccandum, f. 188. nu. 31. & te-
netur emancipare, vide verbo. *emancipare.*
- Pater filium non retinet ob debitum etiam
causatum ex redemptione ob hostibus.
fol. 138. nu. 6.
- Pater spiritualis an gaudeat priuilegio con-
tra filium spirituales ne conueniatur vl-
tra quam facere possit. f. 203. nu. 9. Et an
transeat ad eius hæredes, vide verbo. *benefi-
cium.* & vide verbo. *spiritualis.*
- Patri spirituali eadem reuerentiæ debetur
quæ patri carnali, fol. 143. nu. 41.
- Pater spiritualis non potest vocari in ius si
ne vena, fol. eod. num. 42.
- Patre capto à creditoribus si filij eius petant
sibi addicere ob dote matris an pater. Sic
filij addicendus & an huij præterantur
alijs creditoribus. fol. eod. nu. 43.
- Pater non mittitur in carcerem nunc pro de-
bito. fol. 204. nu. 47.
- Pater non tenetur temperare filium. fol.
eod. nu. 52.
- Pater tenetur soluere redemptori pretium,
quod soluit pro redemptione filij, fo. 209
nu. 6. Etiam si filius mortem obiecit ante
quam ad domum accesserit. num. 7.
- Pater viuens & valens tenetur assignare fi-
liodetento in carcere pro debito legiti-
mam. fol. eod. nu. 9. & 10.
- Pater non tenetur pro mutuo contracto à fi-
lio emancipato, fol. 210. nu. 12.
- Patrono quando relinquuntur alimenta vi-
de verbo. *alimenta.*
- Partus foeminae adiecte creditori liber est. fo-
lio. 179. nu. 35.
- Paupertas culpabiliter, & ex malicia paupe-
ris proueniens est nociua. f. 43. nu. 11.
- Paupertas captiosa potius nocet quam excu-
sat, fol. 163. nu. 19. & fol. 182. nu. 25.
- Pauper cõtunax an cedat benis. f. 173. n. 17
- Paupertas appellatur vilitas, & ignobilitas
& vilitas idem sunt. fol. 180. nu. 1.
- Pauper probate vite, & si non possideat im-
mobilia dicitur idoneus fideiussor, fo. 133.
nu. 197. & 169.
- Paupertas patienter tollerata martyrium,
fol. 135. nu. 31.
- Paupertas præsumpta non refertur ad ani-
mum sed ad ea quæ prouenit ex fortuna re-
rũ, & ibi plura de paupertate. f. eod. nu. 32

Index Tractatus de Decima tutorum.

Paupertatis materia uide verb. *nobilis pauper* & verbo, *aduocatus*. & verbo, *inopia*. & verbo, *iudex*. & verbo, *mendicitas*. & verbo, *tributa*. & verbo, *bona abscondentes*.

Pœna debet habere suos actores. f. 137. n. 3.

Pœna corporalis non imponenda ei qui casu delinquit, fol. 145. nu. 17.

Pœna irrohata debitori per statutum si intra tempus limitatum non soluat cessat si creditor cui pecunia applicatur pœnam non petat, fol. 166. nu. 4.

Pœna quælibet corporalis superat magnam pecuniariam, fol. 170. num. 9.

Pœna clerici falsantis literas regias, fo. 132. nu. 77.

Pœna de iure Regio contra secundo nubentes quæ sit fo. cod. nu. 74.

Pœnam applicatam Fisco iudex remittere non potest. folio. 208. num. 4. & quomodo parti applicatam remittat ibi, num. 3. & verbo, *multa*. & de materia, vide verbo, *iudex*.

Pecunia principis peculiari celeritate exigitur, fol. 191. nu. 102.

Pensio non soluta reincidentur in commissum. fol. 169. num. 3.

Personæ libere plures sunt qui tamen habent conditionem seruilem vide verbo, *libere persone*.

Personalis molestia durior qualibet rerum amissione: vide verbo, *molestia*. & vide de materia verbo, *merita*.

Premium debet esse par labori, folio. 154. num. 8.

De præsumptione generali quod quis sit bonus non curatur si agitur de præiudicio tertij. fol. 198. nu. 167.

Præscriptio solum nocet his aduersus quos est præscriptum. fol. 193. num. 111.

Priuegiatus à iure ne cedat bonis si tamen dolum committat cogitur bonis eedere. fol. 177. nu. 9.

Priuegia propter sanguinem concessa pacto tolli non possunt. folio. 187. numero. 55.

Priuegium habens à Principe ne conueniatur infra certum tempus non comprehendit debitorem ex delicto, vide verbo, *debitor ex delicto*.

Priuegium ne conueniatur ultra quam facere potest perdiditum propter dolum vide verbo, *dolo mediante*.

Priuegia militum ne pro debito civili incarcerationentur ad sacerdotes extenduntur ne religionem deserant. folio. 196. numero. 2. & 3.

Priuegium habentes, ne conueniantur ultraquam facere possunt, non solum non capiuntur, sed eis sunt relinquenda bona, ut alimententur, fo. 205. nu. 67.

Priuegiatus, ne conueniatur, ultraquam facere possint, si soluerint in solidum, an possint repetere, fo. 206. nu. 78.

Priuegiatus, ne conueniatur ultraquam facere possint, an opponant hanc exceptionem post sententiam, fol. cod. nu. 77.

Priuegium, ne conueniatur ultraquam facere possint, datur solum inter ascendentes, & descendentes, fo. 207. nu. 85.

Priuegium concessum ratione dignitatis, ea finita non spirat, fo. 209. nu. 9. Concessum vero ratione laboris labore finito spirat. fo. cod. num. 11.

Priuegium, vide verbo, *socer donans*. verbo, *debitores*, verbo, *conuenire*.

Principis gratia delinquenti facta sine mentione delicti, est supreptitia, vide verbo, *delinquenti gratia*.

Princeps per priuegium nunquam censetur velle præiudicare alicui, fo. 180. n. 6.

Prodigalitas, vide verbo, *inopia*.

Probatio immemorialis referenda ad tempus, quod est magis utile ei qui probat, & allegat. fo. 193. num. 114. & 118.

Probatio nobilitatis, quando nobilis est captus, ut soluatur evinculis, an sufficiat summaria, an de necessario debeat constare per sententiã de nobilitate. fo. 194. n. 122.

Professor dicitur qui publice scientiam aliquam prælegit, fol. 195. nu. 131.

Professio sine gradu an sufficiat, folio. 131. num. 40.

Professionem lege lata colubere. folio. 35. nu. 46.

Pupilli utpote quibus rerum suarum administratio non est, concessa sunt, immunitas à pœnis impositis negligentibus, & res suas male curantibus. fol. 160. nu. 7.

R.

Reditus sacerdotij qui sint: vide verbo, *stipendium*.

Redimens fratrem ab hostibus præsumitur facere intuitu pietatis, vide verbo, *frater*.

Redemptus ab hostibus an debeat præstare operas redemptori tanto tempore donec pretio redemptionis satisfaciãt. An vero seruiendo per quinquennium liberetur. f. 21 nu. 3. & 4. vide verbo, *debitor inops ex causa*.

Remittere iudex an possit multam vel pœnam vide verbo, *iudex*.

Reli.

Index Tractatus de Inope debitorum.

- Religio est quædam seruitus & liber homo potest se obligari ad religionem. fol. 121. nu. 14. & præcipua utilitas. fo. 188. n. 65
- Reipublice conuenit seueritate, legis pigros, & inertes excitare. fol. 34. nu. 45.
- Reipublice conuenit omnia habere politice disposita & vt plebeij, & oppifices cedat nobilibus. fol. 187. nu. 60.
- Regis vicem gerens omni honore etiam à nobilissimis afficitur. fol. 188. nu. 6.
- Renunciatio cessionis bonorum licet iurata non obligat, nec est seruanda, vide verbo. *beneficio cessionis.* & verbo, *actum.* Operatur tamen vt debitor cedens bonis si perueniat ad pinguiorem fortunam possit conueniri, etiam vltra quam facere possit nullare sibi ad alimenta relicta. fol. 14. n. 45. vide verbo. *cessio bonorum.*
- Renunciare casui vel eius exceptione non iuari paria sunt. fol. 127. nu. 14.
- Renunciatio nobilitatis à nobili an teneat fol. 185. nu. 38. 47. 54.
- Renunciationis propriè ratione nobilis in carcerem detrudi, & non ex ordinis indignitate non fit iniuria ordine nobili. f. 188. n. 66
- Renunciare non potest immunitas fidalguarum quia priuilegium est personale. fol. 189. nu. 82. 87. & 88.
- Renunciatio nobilitas cum iuramento valet & tenet, fol. 190. nu. 91.
- Renunciatio nobilitatis valet ab eo qui est nobilis ratione priuilegij. f. 191. nu. 97. 98.
- Renunciatio generali facta à nobili de omni legum auxilio, non censetur renuntiare se priuilegijs nobilitatis, ideoque ex tali renunciatione non potest in carcerem duci, fol. 192. nu. 103.
- Renunciatio nobilitatis facta à Duce vel Comite an obliget personam suam an ob debitum. possit in carcerem duci, fol. 182. nu. 14.
- Renunciatio nobilitatis, vide verbo. *fidalgos,* & verbo, *nobilis,* & verbo. *miles.*
- Renunciare beneficio Veleyni, aut minoris ætatis non est femine aut minori decorosum etiam si princeps sit. f. 190. n. 90
- Renunciare potest quilibet suo priuilegio, fol. 177. nu. 16.
- Renunciari an possit Auth. hoc si debitor, vide verbo. *authentica.*
- Renunciare non potest donator suo priuilegio ne conueniatur vltra quam facere possit, vide verbo. *donator.*
- Renunciare possunt egregie persona priuilegium suum, vt ne cogantur personaliter comparare coram iudice, vide verbo. *egregiarum personarum.*
- Renunciare an possit clericus clericali priuilegio: vide verbo. *clericus.*
- Renunciari an possit reuertitur quam vxor præstat viro, vide verbo. *actio.*
- Renunciari non potest pactum legis commissoria. l. si de pactis, pignor. fol. 188. n. 67.
- Renunciare non possunt parentes priuilegio ne conueniatur vltra quam facere possunt fol. 202. nu. 35.
- Renunciare possunt filij vel descendentes priuilegio ne conueniatur vltra quam facere possunt, fol. 204. nu. 15.
- Renunciationis materia, vide verbo. *priuilegium* verbo. *socer.* verbo. *donans.*
- Res de facili ad suam naturam reuertitur, fol. 175. nu. 11.
- Retineri potest res vendita in casu posita infra verbo. *venditores.*
- Rustici & vassalli non possunt facere instrumenta in præiudicium suæ libertatis, fol. 121. nu. 10.
- Reuerentia quam vxor marito tenetur præstare non debet esse damnosa ipsi viro, folio. 139. nu. 16.
- Reuerentiale ius renunciatione non tollitur fol. 177. nu. 14.

S.

- Sacerdos artem turpem exercens coercitionem & fori amissionem meretur. fo. 189. num. 79.
- Sacerdos non addicitur creditori neque in carcerem mittitur nisi ex delicto debeat, fol. 199. nu. 1. & 6.
- Scolastici debitores si inopes sint an capi & creditoribus addici debeant, f. 202. nu. 26.
- Senectutis ratione liberatur quis ab obligatione seruiendi, & operarum præstatione etiam si teneatur ad ea ratione delicti commissi, fol. 157. nu. 4.
- Senes monachi ex regula beati Benedicti non tenentur regulæ præcepta seruare, fol. eod. nu. 7.
- Senectus iure regis excussat à muneribus personalibus, & ibi de alijs excussationibus, fol. 175. nu. 8.
- Senectus est quædam nobilitas, folio, eod. num. 9.
- Senectus egritudo est, fol. eod. nu. 11.
- Senes semper videtur esse in morte. fol. eod. num. 12.
- Senex delinquens misericordiam meretur, fol. 158. nu. 13.
- Senis persona honoranda, fol. eod. nu. 14.
- Senex effectus debitor post cessionem bonorum liberatur à seruiendo creditori, vide verbo. *debitor inops.*

Se-

Index Tractatus de Inope debitorum.

- Senes libertus tenetur operas patrono præstare, vide verbo. *libertus*.
- Scutetia difinitiuua qua debitor ab additione creditoris liberatur si transit in re iudicata non potest reuocari. fol. 209. nu. 7.
- Seruus potest esse tabellio, f. 173. nu. 14.
- Seruitio famuli si dominus abutatur perdit eum dominus, vide verbo. *dominus*.
- Seruus sine licentia domini ordinatus depontur & dño restituitur. fol. 201. nu. 23.
- Seruare aut operas præstari paria sunt. fol. 209. nu. 5.
- Socer decipiens generum amittit priuilegium ne conueniatur ultra quam facere possit, & an idem procedat constante. Solutiove matrimonio. fol. 205. num. 58. & 59.
- Socer priuilegium ne conueniatur ultra quam facere possit an habeat extra causam dotis, fol. eod. nu. 60.
- Socer an renuntiet priuilegio ne conueniatur ultra quam facere possit, & quid si cum iuramento. fol. eod. num. 61.
- Subditi & clerici compelluntur ire ad bellum in repentino periculo, fol. 208. nu. 12.
- Subditi an teneantur contribuere pro reparatione menium. fol. eod. num. 14.
- Soluendo non esse res est dura, vide verbo. *egere*.
- Statutum dans formam cessionis bonorum percutiendo natibus lapidem, ut turpe non tenet. fol. 133. nu. 7. & 8.
- Statuto potest fieri ut quisque ad poenam infamiam pro alio obligetur etiam sine pacto. fol. 147. num. 12.
- Statutum infamiam irrogans illi. Qui pro alio se obligat non valet. fol. 147. nu. 16.
- Statuta exorbitantia minores non comprehendunt. fol. 160. nu. 6.
- Statuti poena ob non solutam certam pecuniam etiam ob unius nummi non solutionem praticari. fol. 169. nu. 1. & 5.
- Statutum poenam irrogans debitori si intra tempus limitatum non soluit cessat si ille cui applicatur non petat eam, vide verbo. *poena*.
- Statuto stante ne frater ob res alienam capiat an eius hæres possit capi, folio. 107. nu. 87. & de materia, vide verbo. *frater*.
- Stipendium sacerdotis dicuntur fructus, & redditus beneficii vel sacerdotij, f. 201. n. 19.
- T.
- Torques ferreus quare de iure Regio a creditore debitori, ponitur & quid denotetur. fol. 132. nu. 75.
- Torquem ferreum vxor non edicit marito & quomodo vide verbo. *maritus*.
- Tributa nec collectas non soluunt inopes, sed solum tributa personalia, fol. 151. nu. 9.
- Tributa que inopes non soluunt an eorum solutio pertineat ad alios diuites. fol. 208. nu. 10. & de materia, vide verbo. *vassalli*. & verbo. *subditi*.
- Tutor non habet decimam de fructibus qui pupilo non soluuntur. fol. 171. nu. 18.
- Tutor malus amittit decime. f. 178. n. 29.
- V.
- Vassallus non potest facere instrumenta in præiudicium sue libertatis vide verbo. *rustici*.
- Vassalli licet pluries iniqua vel iniusta seruitia præstiterint non coguntur inuiti ad eorum præstationem. fol. 208. nu. 11.
- Vendita res potest retineri etiam pro vno nummo non soluto. fol. 169. num. 4.
- Vir pro vxore non tenetur. f. 178. nu. 22.
- Vir excellenti virtute præditus an creditori addicatur. fol. 197. nu. 154.
- Virtus nobilitati anteponenda. fol. eod. nu. 155. & 168.
- Virtus excellentis viri in causa graui non operatur in alterius præiudicium. f. 189. nu. 166.
- Vidua durante viduitate adhuc dicitur esse in matrimonio. fol. 175. nu. 7.
- Vitium vnum aliud non excuslat. f. 164. n. 13.
- Vniuersitatis debitor an addicatur vniuersitati, vide verbo. *debitor ciuitatis*.
- Vxor si matrimonio constante petat ob inopiam viri dotem sibi restitui maritus repellitur a beneficio ne conueniatur ultra quam facere possit, maxime si mulier non habet unde se alat. fol. 138. nu. 12.
- Vxor ad operas obsequiales & seruales cogitur si dos non sit competens ad alendum maritum & familiam. fol. 139. nu. 17.
- Vxor potest se obligare ad redemptionem mariti captiui. fol. eod. nu. 18.
- Vxorius, verius, solidius, melius & præstantius cæteris creditoribus. fol. 140. nu. 21.
- Vxor tenetur marito operas præstare. fol. 178. nu. 20.
- Vxor nobilis est libera a lauacione pedum & a parado cibos & similia. f. 181. n. 11. & 12.
- Vxor de iure Regio acquirit sibi & non marito que acquirit ex operibus artificialibus. fol. eod. nu. 14.
- Vxor an teneatur pro pecunia viro inopi mutuata ad illam & alios alendos, vide verbo. *creditor agit*.
- Vxor quas operas teneatur viro præstare vide verbo. *operas*.
- Vxor contra virum non vtitur actione famosa, vide verbo. *actio famosa*.

FINIS TABULE.

INDEX.



INDEX CAPITVM

Tractatus de Decima tutorum.



AN DE Iure Ciuili tutor habeat salariū ratione administrationis, & qua in re lex Regia corrigat ius commune. Cap. 1. fol. 214.

Quæ sit ratio huius legis, quotq; & quāti sint tutoris labores. Cap. 2. fo. 219

An curatori adolescentis, vel furiosi, vel prodigi sit danda decima, sicut tutori. Cap. 3. fol. 233.

An patri tutori sit danda decima, & quid in matre tutrice, & quid in filio curatore patris. Cap. 4. fo. 237.

An sit danda decima tutori cui relinquitur legatum in testamento, vel an illud in decimam computare debeat, & an fratri tutori sit danda decima. Cap. 5. fo. 246.

An tutori honorario sit danda decima & quid in tutore dato causa notitiæ. Cap. 6. fol. 250.

An decima sit danda tutori designato, si ignoret se tutorem, licet administraret. Et quid si non administraret tanquam tutor, sed tanquam amicus, an possit deducere decimam. Cap. 7. fol. 252.

An tutor, vel curator adiunctus primo tutori, quia primus ægrotat, vel est impeditus, debeat habere decimam, tanquam verus tutor. Cap. 8. f. 254.

An tutori Regis sit danda decima reddituum Regalium, & quid in tutore Ducis, vel Comitum. Cap. 9. fo. 257.

An decima sit danda tutori, si redditus adeo sint tenues, vt vix sufficiant alendo pupillo. Cap. 10. fol. 260.

An tutori non gerenti sit danda decima, saltem eius partis quam gessit, & quid si nullum damnum obuenit pupillo ex eo quod non gessit, & quid si contutori vel alij commissit administrationem, an videatur gerere, & debeat habere decimam. Cap. 11. fo. 262.

An tutor putatibus communiter reputatus tutor lucretur decimam, ac si verus tutor fuisset. Cap. 12. fo. 264.

An tutori male gerenti sit danda decima, saltem rerum quas recte administrauit, & an deducat decimam ex fructibus & redditibus in quibus condemnatur, quia pupillarem pecuniam permisit esse otiosam, vel non gessit. Cap. 13. fo. 266.

An tutori foeminae luxuriosæ viuētis sit danda decima. Cap. 14. fo. 270.

An si pupillus plures habeat tutores possit vnusquisque solidam deducere decimam. Cap. 15. fo. 272.

An curatori bonorum sit danda decima, & an tutori dato posthumo debeat decima, antequam posthumus nascatur. Cap. 16. fo. 274.

An curator datus certæ rei possit decimare fructus eius rei, sicut curator vniversaliter datus, & quid in curatore ad litem. Cap. 17. fo. 277.

An tutor administrans post pubertatem

¶¶¶¶¶

pupil

Index Capitum Tractatus de Decima tutoris.

- pupilli possit deducere decimam, & quid si promissit omnia bona integræ restituere, an possit nihilominus deducere decimam. Et an pupillus possit tutori dare pro decima, id quod in casu permisso cum eius pecunia lucratus est. Cap. 18. fo. 278.
- An coadiutor, qui datur Principi, vel Duci maiori. 25. annis, vel qui datur Episcopo, possit deducere decimam. Et an executor testamenti possit deducere decimam. Cap. 19. fo. 280.
- An protutori, vel sequestro, vel similibus sit danda decima pro administratione. Cap. 20. fo. 281.
- Qualiter sit facienda computatio, ut intelligatur quæ sit decima fructuum. Et an tutor possit pro administratione deducere plusquam decimam. Et an præter decimam possit deducere expensas factas in tutela. Cap. 21. fo. 283.
- An tutor deducat decimam ex fructibus iurisdictionis, puta ex multis & confiscationibus, quæ ratione iurisdictionis applicantur pupillo. Et an deducat decimam ex vectigalibus, & pedagijs. Cap. 22. fo. 285.
- An tutor deducat decimam de partibus ancillarum, & an habeat decimam in præsentationibus iure patronatus pupillo competentibus. Cap. 23. fo. 287.
- An tutor deducat decimam ex fructibus beneficij pertinentibus ad pupillum, vel adultum ultra redditus profanos. Et an decimet pisces stagni, vel aues, & feras inclusas in viuarijs pupilli. Et an decimet augmentum obueniens rei pupillari, vel fructus maioratus, & quid in rebus donatis. Cap. 24. fo. 290.
- An tutor deducat decimam ex rebus, quæ vassalli extra ordinem offerunt pupillo Principi suo in significationem letitiæ. Et an deducat decimam ex lapidicinis aurifodinis, siluis cæduis, vel ex pecunia quæ ad pupillum pertinet ex exemplationibus protocolorum, & aliarum rerum, quæ natura sua non renascuntur. Cap. 25. folio. 292.
- An de illicitis fructibus tutor possit deducere decimam. Et quid si non sint illiciti, sed indebitè exacti, vel soluti ex misericordia debitoris, qui nollit uti exceptione aduersus pupillum. Cap. 26. fo. 294.
- An tutor possit decimare fructus debitos pupillo, & alij correo. Et an possit decimare fructus quos pupillus grauatus est dare, vel minori pretio vendere, & quid si minori aliquid detur pro fructibus, quos grauatus est præstare, an illud possit tutor decimare. Cap. 27. fo. 295.
- An tutor deducat decimam ex fructibus maturis tempore quo tutela incipit. Et quid in fructibus collectis finita tutela, sed maturis antè, & quid in redditibus debitis, durante tutela, sed solutis, finita tutela. Cap. 28. fol. 297.
- An cum tutor petit decimam, sint prius deducendæ expensæ factæ circa fructus. Et an tutor teneatur pro sua parte soluere onera imposita fructibus pupillaribus. Cap. 29. f. 300.
- Si res pupillaris bis in anno fructificet, an tutor bis decimam deducat, & an de-

Index capitum Tractatus de Decima tutorum.

an decimet fructus ad minorem per-
tinentes ex bonis Castrensibus, vel
ex redditu ad vitam, & an lex Re-
gia præfinitis famulo tempus, vt
petat salarium, comprehendat tu-
torem. Cap. 30. fo. 302.

An tutor, collectis fructibus, finita tu-
tella, possit denunciare minori, ne se
in scio fructus colligat, & exportet,
& an retinere possit res pupilli ra-
tione decime. Cap. 31. fo. 303.

An decima sit necessario soluenda tu-
tori ex ipsismet fructibus, an vero
sufficiat soluere estimationem, &
an omnes fructus particulatim de-
cimare possit, & quid si tutor moria-

tur ante fructus collectos, an hære-
des eius decimam petere possint.
Cap. 32. fo. 304.

Quæ actio competat tutori pro deci-
ma, & à quo die incipiat eam lu-
crari, & an tutor succedat pupil-
lo, deficientibus agnatis, & exclu-
dat fiscum, præsertim apud nos, qui
tutori decimam damus. Capite.
33. folio. 305.

An tutor possit decimare non solú fru-
ctus, quos pupillus habet in Hispa-
nia, vbi hæc lex seruetur, verú etiam
quos habet in Italia, vbi nō seruetur
hæc lex, sed tutori nil datur iuxta ius
cōmune. Cap. 34. fol. 305.

INDEX TRACTATUS DE Decima tutorum.

A



Algazelo decima datur pro executio-
ne, in aliquibus regionibus, num.
20. fol. 221.

Aduocatis salarium debetur, etiam si
conuentum non sit, nu. 23. fo. 222.

Alimentorum appellatione, quæ ve-
niant, num. 85. fo. 126.

Administrans cum mandato, vel sine mandato tenetur
rationem reddere, nu. 154.

Amisionem libri rationum alleganti non creditur nisi
probet, nu. 180. fo. 232.

Ætatem an dicatur habere qui attingit annum decimū
quartum, nu. 3. fo. 235.

Alimenta præstare obligatus, an teneatur vendere res
proprias, præsertim si ipsemet sit alendus ex illis vel
eius ministri, nu. 3. & 4. fo. 260.

Alimenta si sint præstanda ex aliqua re, & illa non suf-
ficiat an aliunde supplendi, nu. 5. fo. eod.

Alimenta dare obligatus, si fructus non sufficiunt, non
tenetur res proprias vendere, nu. 8. fo. eod.

Aduocatus non capit salarium à clientulo egeno, num.
21. fo. eod.

Alimenta pupilli non supra redditus, num. 16. fo. eod. &
inspicienda consuetudo, ibid. nu. 2.

Absens ex facultate superioris, an lucretur salarium,
nu. 16. fo. 264. nu. 25. fo. 220.

Aduocatus accipit supra taxam, quando est aduocatus
principis viri, num. 7. fol. 257.

Administrans non tanquam tutor non debet habere de
cimam, nu. 9. fo. 282.

Administratores plures dati, an teneantur in solidum,
num. 21. fol. 284.

Aduocatio litiganti, cum sit ratio expensarum non solu-
uenda opera aduocationis, etiam si rem communem de-
fenderit, nu. 14. fo. 286.

Augmentum rei pupillaris non est decimandum à tuto-
re, sed eius fructus, nu. 9. & 12. fo. 388.

Augmentum, an pertineat ad vsufructuarium, nu. 10.
folio. eod.

B

Beneficium nemo tenetur facere de suo, n. 30. f. 222.
Bonis viris plurima in iure conceduntur, numero.
81. folio. 226.

C

Coadiutori Regis, an danda decima, & quid in eo
adiutore ducis, numero. 7. folio. 280. & num.
14. cum sequentibus.

Coadiutor & tutor æquiparantur, nu. 8. fo. eod.

Coadiutor habet plenam & liberam administrationem,
num. 9. fo. eod.

Coadiutori de iure communi datur salarium, num. 10.
folio. eod.

Coadiutor censetur curator, num. 11. fo. eod.

Coadiutor Episcopi, quid possit, nu. 12. & 13. fol. eod.

¶¶¶¶¶ 2 Coad

Index Tractatus de Decima tutorum.

- Coadiutor quis esse possit.* nu. 16. fol. 281.
Confessio de recepto an præiudicet tutori si non accepta per rempensa. nu. 32. fol. 285.
Confiscata bona ad maritum an pertineant. num. 12. & num. 17. fol. 286.
Confiscata acquisita constante matrimonio diuiduntur inter virum & uxorem. nu. 14. fol. eod.
Cum tutor ex iusta causa petit sibi dari salarium deducendum est quod domi esset expensurus. num. 11. fol. 215.
Consanguineus capiens pecuniam pro maritanda consanguinea tenetur ad restitutionem. nu. 21. fol. 216.
Consuetudo deferens omnes fructus tutori valida est tam si est restringenda. num. 33, & 36. fol. 217.
Custodi arcis & carceris datur salarium. numero. 21. fol. 221.
Coadiutori datur salarium. nu. 35. fol. 16.
Confessio secundi tutoris quod primus bene redditionem non nocet pupillo. nu. 161. fol. 231.
Confessio tatoris de redditibus pupilli non præiudicat ei donec acceptetur expensa. numero. 170. folio. eodem.
Curator promittens reddere bonam rationem administrationis tenetur de leuissima culpa ne verba sint superuacua. nu. 189. fol. 232.
Capellani creati ad honores non lucrantur fructus, numero. 6. fol. 251.
Curator principalitor datur personæ secundo rebus. num. 2. fo. 233.
Curare personam & res plus est quam curare solam personam. nu. 4. eod.
Curatori adolescentis danda decima. nu. 10. fol. eod.
Curator largo modo dicitur tutor. nu. 13. fol. 234.
Curator adolescentis eosdem subit labores quos tutor. nu. 15. fol. eod.
Curator non datur inuito tamen semel datus non potest repudiari & curator etiam inuitus cogitur administrare. nu. 16. fol. eod.
Curator tenetur de dolo lata culpa, & lebi. numer. 17. fol. eod.
Correctoriam legem extendere licet, si ratio exprimitur in lege. nu. 19. fol. eod.
Curator adolescentis etiam curat personam, num. 28. fol. 235.
Curatori furiosi prodigi muti & surdi an danda decima. num. 29. fol. eod.
Curatori furiosi prodigi & similibus decima danda. numero. 32. fol. eod.
Curator furiosi equiparatur tutori. numero. 34. folio eodem.
Curator furiosi non minus laborat quam tutor. nu. 35. fol. eod. nu. 36. nu. 54.
Curator furiosi tenetur de lata culpa, & leui & curare rem, & salutem furiosi. num. 37. fo. 236.
Curator furiosi tenetur inuentarium conficere, & eius bona sunt tacite hipotecata. numer. 38. fo. eod.
Curator furiosi an sit danda decima pro tempore quo furiosus habet dillucida interualla. num. 42. folio. 236.
Curator furiosi est curator etiam tempore dillucidi interualli, nu. 42. fol. eod. sed administrare eo tempore non potest.
Curator furiosi pro tempore dillucidi interualli curator est, nomine, non re. numer. 45. fol. eod.
Curator furioso quando dandus. numero. 50. folio 237.
Cura furiosi ut finiatur an requiratur ut furiosus sit in sana mente per biennium. nu. 48. folio. 236.
Curator secundo loco datus ut subleuet primi tutoris curam an possit auctoritatem præstare in his, quæ iuris sunt, & an hoc autore possit addiri hæreditatem. nu. 14. fol. 255.
Coadiutori Regis moderata alimenta danda. num. 13. fol. 258.
Conductor supra pactum pretium soluit si fructus magni sunt. num. 14. fol. eod.
Curator Regis non debet auferre decimam. numer. 25. fol. 259.
Clericus qui non dicit officium non debet habere beneficium. num. 5. fol. 262.
Clerici qui non dicunt officium tenentur restituere fructus. nu. 6. fol. eod.
Custus castri non lucratur fructus si non custodit. nu. 8. fol. eod.
Curatori fœminæ luxuriosæ an danda decima. num. 11. fol. 270.
Conditio ut vnus tutor non administret sine alio an valeat, & an vnus possit cogere alium diuidere tutelam. num. 18. fol. 273.
Curator bonis quando datur. nu. 1. fol. 273.
Curatori bonorum an danda decima. numero. 2. folio eodem.
Curator bonorum debet facere inuentarium & quiuis alius administrator, & tenetur facere descriptionem bonorum. nu. 4. 5. fol. eod.
Curator bonorum tenetur iurare. nu. 7. fol. 274.
Curator bonorum debet satisfacere. nu. 8. fol. eod.
Curator bonorum & ventris administrat ad similitudinem tutoris. nu. 9. fol. eod.
Curator bonorum ad presentare possit ad beneficia & habetur loco domini. nu. 10. fol. eod.
Curator bonorum plura facere tenetur, numer. 12. fo. eodem.
Curator bonorum & curator adolescentis valde differunt, nu. 14. fol. eod.
Curatori bonorum sola videtur commissæ rerum custodia. nu. 15. fol. eod.
Cura bonorum non censetur onus neque excussat ab onere quartæ tutelæ. nu. 16. fol. eod.
Curator bonorum equiparatur procuratori. numer. 17. fol. eod.
Curator bonorum ea facere potest quæ fieri possunt in bonis

Index tractatus de Decima tutorum.

bonis pupilli tutorem non habentis, numer. 18. fol. eodem.
 Curator bonorum, & eius labor cito finitur, nume. 19. fol. 275.
 Curatori bonorum an dandum aliquod salarium, nume. 20. fol. eod.
 Curator bonorum solum tenetur de dolo, & lata culpa. nu. 22. eod.
 Curator bonorum an detur inuitus. nu. 25. fol. eod.
 Curator bonorum quomodo & quando, & quibus casibus dandus. nu. 39. fol. 276.
 Curatur datus bonis minoris, an censetur curatur ipsius minoris. nu. 40. 41. 42. fol. eod.
 Curator datus minori ad adeundam hereditatē quousque duret. nu. 43. fol. eod.
 Curator minoris his verbis datus de precor te curam habere rerum non valet. nu. 46. fol. eod.
 Curator datus bonis furiosi non potest facere quæ curator furiosi. nu. 47. fol. eod.
 Curator datus bonis minoris, quā potestatem habeat. nu. 51. fol. eod.
 Curatori ad litem an danda decima, nu. 12. fol. 177.
 Curator ad litem an debeat facere inuentarium, nu. 16. fol. eod.
 Curator ad litem an detur inuitus. nu. 17. fol. eod.
 Curator ad litem censetur bona tacite hypothecasse, nu. 18. fol. 278.
 Curator ad litem quādo cunque renouari potest. num. 19. fol. eod.
 Curator ad litem an detur non petenti, & quādiu duret. nu. 20. fol. eod.
 Coadiutori an danda decima. nu. 1. fol. 280.

D.

DEcuriones non possunt accipere pecuniam pro visitatione terminorum licet de consuetudine non seruetur. nu. 30. fol. 216.
 Decima quæ datur tutori est magnum salarium, numer. 35. fol. eod.
 Decima an danda tutori, cui relinquitur legatum in testamento. nu. 1. fol. 246.
 Donatio non presumitur ex sola sanguinis coniunctione, nisi alia concurrant. nu. 0. fol. eod.
 De tutore ad curatorem valet argumentum, numer. 32. fol. 235.
 Doctore non legenti, non datur salarium. nu. 3. fol. 262.
 Decima tutoris non gerentis an a crescat tutori gerenti, an vero ipsi pupillo, si administrans, administret omnem rem pupilli. nu. 37. fol. 264.
 Decima tutoris cum computatur an prius deducendi fructus necessarij ad alimenta pupilli. nu. 7. fol. 260.
 Decima papalis non soluenda à clericis si eorum redditus vix sufficiunt ipsis aliendis. nu. 9. fol. eod.
 Decima danda tutori de fructibus non de rebus pupilli, num. 18. fol. 261.

Decima quæ non auferitur, quis non sunt fructus ultra alimentum pupilli, an supplenda alio anno ubere. num. 19. cum sequent. fol. eod.
 Dispositio. l. barbarius non habet locum, nisi in causis in qua est iurisdictio. nu. 9. fol. 264.
 De tutore ad curatorem furiosi valet argumentum nu. 32. fol. 235.
 Decimam nequē testator, nequē alius potest auferre à tutore. nu. 47. fol. 250.
 Duo simul ingredientis arcem consequi debens unusquisque in solidum premium propositum ingredientis arcem. num. 4. fol. 272.
 Duo simul accipientes, vexillum debent diuidere inter se premium propositum capienti vexillum num. 7. fol. eod.
 Distributiuum non distribuens actum primi verbi in solidum non distribuit actum secundi. numer. 8. fol. eodem.
 Decima quomodo, & quando diuidenda inter plures tutores, & quid si unus gerat per alium, & quid si iudex vni soli comisserit administrationem. nu. 11. 12. 13. 14. fol. 273.
 Depositario non danda decima. nu. 17. fol. eod.
 Decima fructuum quæ sit. nu. 1. fol. 283.
 Decime computatio qualiter faciendæ, nume. 2. cum sequentib. fol. eod.
 Donata vni ex coniugibus non comunicantur inter eos, bene tamen comunicantur eius fructus. num. 13. fol. 291.
 Donata pupilla non decimat tutor bene tamen decimat fructus rei donate. nu. 18. fol. eod.
 Donata non diuiduntur inter virum, & uxorem; neq; inter socios. nu. 18. fol. eod.
 Donata licet non diuidantur inter virum & uxorem, tamen fructus rei donate diuiduntur. numero. 24. fol. 292.
 Decima debita ecclesie soluenda antequam decima tutoris. nu. 19. fol. 296.
 Decima ecclesie soluitur nullis deductis impensis, & an idem in decima principi debita nu. 2. fol. 300.
 Dux collectæ non soluende, eodem tempore, nume. 4. fol. 302.
 Decima pertinens ad ecclesiam vendicatur aduersus tertium possessorem, nu. 4. fol. eod.
 Decima an soluenda tutori, ex ipsismet fructibus. numer. 1. fol. 303.
 Decima an deducenda de qualibet re. nu. 6. fol. eod.

E.

Expensus qui potest deducere de fructibus potest deducere pretium operarum. nu. 28. fol. 222.
 Empta à tutore presumuntur de bonis pupilli, numer. 130. fol. 226.
 Executor testamenti negligens remoueri potest numer. 140. fol. 230.

Executor

Index Tractatus de Decimatutorum.

Executor datus in ultima voluntate reddit rationem, num. 15. fo. 6. eod.
Error nominis in rebus non valde differentibus non vinciat. num. 7. fo. 233.
Executor rari faciens quod debet, amittit legatum, num. 4. folio. 262.
Episcopus non aufert pro visitatione salarium a clericis ecclesiis, num. 14. fo. 261.
Errans in facto, an lucretur fructus, num. 4. fol. 264. & num. 19. fo. 265.
Expendens non liberalitate animi, sed legis imperio non repetit, num. 16. fo. 216.
Attenti, an dicitur habere qui attigit annum decimum quartum. num. 3. fo. 233.
Executori testamenti, an danda decima, numero. 17. folio. 281. & quid si sit malus, & folio. 267. numero. 16.
Executor testamenti non datur inuitus, num. 18. fo. 281.
Executor testamenti, an habeat potestatem, quam tutor, num. 19. fol. eod.
Executor testamenti tenetur reddere rationem & facere inuentarium, sed an debeat satisfacere, numero, 23. & 24. fo. eod.
Expensas, an possit deducere ille ad quem pars fructuum pertinet. num. 13. fo. 284.
Expense soluende preter salarium, nisi aliud conuentum sit, num. 16. fo. eod.
Emphiteotica res incidens in commissum, an pertineat ad proprietarium, an vero ad eum qui habet in ea usum fructum, num. 11. fo. 291.
Elemosine incertae non veniunt appellatione reddituum, num. 12. fo. 293.
Executor ignorans se executorem nil valide agit, numero. 6. fol. 253.

F

Fructus, an dicantur deductis impensis, quando debentur per quotam, num. 8. fo. 301.
Fructibus venditis, an censeantur venditi secundi fructus si res vis in anno fructificet. n. 2. & 6. fo. 302.
Fructus lucrans, an lucretur etiam secundos, num. 3. folio. eod.
Fructus rei castrensis, an decimet tutor, numero. 15. fol. eod.
Filius ex ipsa substantia patris danda legitima, numero. 5. fol. eod.
Filius an possit petere pretium opere, quam collocavit in re patris, num. 18. fo. 215.
Filio paternas facultates administranti, an sit soluendum pretium in diuisione hereditatis paternae. num. 3. & 4. fo. 219. num. 22. fo. 240. & num. 9. fo. 238. & num. 31. fo. 241.
Filio lucranti cum pecunia patris, an sit danda pars legitima, num. 5. fo. 219.
Filio lucranti cum pecunia patris, aliquando datur plus quam dimidium lucris, & quid si suo nomine & periculo negotiatur, num. 6. & 7. fo. eod.

Filio negotiati nomine patris non est danda pars lucri licet plurimum lucretur, num. 8. fo. 220.
Filio laboranti in fundo paterno, an sit danda pars fructuum, vel salarium, numero. 9. 10. 11. vsque ad num. 15. fo. eod.
Filius, an debeat prestare patri operas artificiales, & quid in re uxoris, an debeat marito operas artificiales. & an ex eis lucrata lucretur maritus, num. 12. & 13. fo. eod.
Fideiussor tutoris, an debeat esse locuples iuxta quantitatem contentam in inuentario, num. 73. fo. 225.
Fideiussori pecunia dari potest pro fideiussione, num. 82. folio. 226.
Frater tenetur rationem reddere de his, quae administravit, & qualis debeat esse ratio numero. 153. folio. 230. & num. 12. folio. 239. & num. 29. folio. 285. & num. 32. fo. 241.
Frater minorum appellatione, an veniant fratres seruati in statuto de soluendo quartam, numero. 8. folio. 233.
Furioso non datur curator ratione etatis, numero. 30. folio. 235.
Furiosus aduersus curatorem suum habet praeuilegia, quae pupillus aduersus tutorem, num. 33. fo. eod.
Furiosus satis dicitur etatem non habere cum iudicio careat, num. 39. fo. 236.
Furiosus non transmittit hereditatem additam a suo curatore, num. 41. fo. eod.
Furor non praesumitur, tamen si quis incidit in furore, praesumitur durare in eo, nisi mentis alienatio breuissimo tempore durauerit, num. 46. fo. eod.
Furor quis probare debet, num. 49. fo. 237.
Furioso vel prodigo succedere non possunt ex testamento illi ad quorum suggestionem eis est datus curator neque audiuntur allegantes illos prodigos vel furiosos non fuisse, num. 52. & 53. fo. eod.
Filius recuperat aduentitia ex matrimonio, iure Regio, non tamen recuperat ea ita plene ex emancipatione, num. 19. fo. 239.
Filius debet esse pubes, vt recuperet aduentitia per matrimonium, & fiat sui iuris, num. 20. fo. eod.
Filio curatori patris furiosi, an danda decima, num. 34. 35. & 36. fo. 241.
Filius curator patris tenetur reddere rationem, num. 32. folio eod.
Filius an alendus a matre, quae secundo nubit, numero. 54. fo. 242.
Faciens actum alteri mandatum sub certo salario, an lucretur idem salarium, num. 11. fo. 255.
Fiscus utitur iure communi, nisi in casibus in iure expressis. num. 2. fo. 257.
Falcidia deducitur ex rebus Principi relictis. numero. 3. folio eod.
Fructus non soluti propter sterilitatem unius anni, quando supplendi ex abundantia alterius anni, num. 23. cum seq. fo. 261.

Fructus

Index tractatus de Decima tutorum.

Fructus suppletur ex ubertate alterius anni, quā ubertate est in eis de in rebus non in alijs, num. 23. folio cod.
Filius putatius non acquirit patri, nu. 13. fo. 265.
Filius semper videtur animum habere repetendi, nu. 3. vsque ad nu. 37. fo. 241.
Filio datur curator propter malos mores patris, num. 80. fo. 245.
Fratri tutori, an danda decima, nu. 3. fo. 246.
Fratris opera, an censetur gratuita, nu. 2. fo. cod.
Fratri tutori danda decima, nu. 5. & 6. fo. cod.
Fratris opera nunquam censetur gratuita, & idem in opera filij fratris, nu. 7. & 8. fo. cod.
Frater nunquam videtur expendere animo donandi. n. 9. fo. cod. & nu. 11.
Frater est legitimus tutor fratris, & ubi primum habet etatem ad gerendam tutelam fratris, desinit esse tutor ille qui a iudice datur tutor fratri. num. 15. folio cod.
Fruentarius malè utens non lucratur fructus, num. 16. folio. 267.
Fœmine nupta non dandus curator, etiam si luxuriosa & prodiga sit, num. 14. fol. cod.
Fruentium appellatione, an veniant ciuiles, num. 3. & 5. folio. 286.
Fruentus naturales, ciuiles, & industriales, qui sint, nu. 10. folio eodem.
Fruentus non sunt, qui non renascuntur, nu. 11. fo. cod.
Fruentarius lucratur, multas, & confiscationes. num. 15. fo. 289.
Fruentium appellatione, quæ veniant, nu. 29. fo. cod.
Fruentium, cum sit mentio ad alendum hominem, intelligitur de fructibus apertis ad alendum, nu. 25. fo. cod.
Fruentus vel redditus appellatione non veniunt iura, nu. 29. fo. cod.
Fruentium conductor non habet. presentationes ad beneficia, nu. 32. fo. 290.
Fruentus sacerdotij pupilli, an decimet tutor, nu. 1. & 2. fo. cod.
Fruentus etiam ex re alienari prohibita decimat tutor, & diuiduntur inter virum & uxorem, nu. 5. fo. 291.
Fruentus appellatione, an veniat quod datur in signum letitiæ, quod quis prospere aduenerit, nu. 8. fo. 292.
Fruentus non sunt qui non renascuntur, ideo non sunt decimandi, nu. 17. fo. 296.
Fruentus illicitos, an decimet tutor, nu. 1. fo. 292.
Fruentus indebita exactos, an decimet tutor, numer. 10. folio. 293.
Fruentus solutos ex misericordia, vel stultitia debitoris, an possit tutor decimare, nu. 12. fo. cod.
Fruentus qui supersunt deductis debitis, & oncribus sunt decimandi non alij, nu. 6. fo. 296.
Fruentus, quos minor grauatus est prestare, an decimet tutor saltem pro quantitate, quæ pro cispupillo prestatur, nu. 24. fo. cod.
Fruentus quos pupillus grauatur prestare, an decimare

eos possit tutor propter inter usurio medij tēporis, quod non prestatur, nu. 23. fo. cod.
Fruentus quos minor corrupit, an decimet tutor, nu. 27. fol. 297.
Fruentus, qui re vera ad minorem pertinet, sunt decimandi a tutore, non vero ij de quibus per confessionem constat, etiam si minor fecerit confessionem factus maior, nu. 36. fo. cod.
Fruentus maturos tempore quo tutela incipit, an tutor decimet, nu. 1. fo. cod.
Fruentus pēdentes pars rei iudicantur, nu. 2. fo. cod.
Fruentus maturos, tempore quo matrimonium incipit, an lucretur maritus, nu. 8. fo. 298.
Fruentium decima, an danda tutori deductis impensis, nu. 1. fo. 300. & n. 7. fo. 301.
Fruentus censentur qui supersunt deductis impensis, etiam si quis iubeatur dare fructus integros, nu. 5. fo. 300.

G

Gestā a tutore ignorante se tutorem non valent, & tutor non est, nu. 4. fo. 253.
Glandem decimat tutor, nu. 14. fo. 291.
Gabella empta, an censetur empta quæ augetur, num. 10. fo. 302.
Gabellam fructuum emens non lucratur gabellam, quæ imponitur pro capitibus hominum, nu. 8. fo. 288.

H

Hospitalis alere debet eum qui hospites curat, num. 22. fo. 221.
Hospitalarij equiparatur tutribus, cod. nu. & fo.
Hispania Reges potentissimi, nu. 1. fo. 257.
Heres dolum committens priuatur quarta falcidia non solum in re in qua dolum commisit, verum etiam in alijs, nu. 12. fo. 262.
Honorario tutori, an danda decima, nu. 1. fo. 250. & n. 17. vsque ad nu. 19. fo. cod.
Honorarius tutor quis dicatur, nu. 2. fo. cod.
Honorarius, tutor est, & tenetur facere inuentarium, nu. 3. vsque ad nu. 4. fo. 251.
Honorarius tutor non potest contrahere cum pupilla, num. 5. fo. cod.
Honorarius tutor non habet minorem potestatem quam ceteri tutores, nu. 6. fo. cod.
Honorarius tutor non administrat, nu. 8. fo. cod. & nu. 15. fo. cod.
Honorarius tutor non exigit rationem, fo. cod.
Honorarius tutor non iurat, num. 10. fo. cod.
Honoraria tutela non censetur onus, nu. 11. fol. cod.
Honoraria dignitas letitiam prestat, nu. 15. fo. cod. sed quæ habet administrationem, plerumque parit amaritudinem, nu. 15. fo. cod. supra
Heres restituere grauatus non lucratur partus ancillarum, licet lucretur fructus, num. 5. fo. 288.
Heres restituere rogatus, an lucretur fructus, numero. 4. fol. cod.

Heredes

Index Tractatus de Decima tutorum.

Heredes tutoris, an possit petere saltem pro rata temporis decimam reddituum, quorum dies viuo tutore cessit, sed non venit, nu. 15. fo. 306.

Heredes tutoris, an possint petere decimam, si tutor moritur ante fructus collectos distinguitur. n. 8. fo. 305.

I

Judici decima datur, si ipse exequatur instrumentum & moris sit eam dari aliquando exequenti. num. 20. fol. 221.

Inuentarium an expensis tutoris, an vero pupilli faciendum, nu. 46. fo. 224.

Inuentarium non faciendum, quando pupillus est valde inops, vel quando eius pater prohibuit, vel remisit, nu. 48. fo. eod.

Inuentarium faciendum, etiam si testator id vetet, si modo iudici videatur pupillo magis expedire. n. 49. fo. eod.

Inuentarium etiam si a testatore prohibitum sit, tamen est faciendum descriptio bonorum, ne supprimantur, num. 50. fo. 224.

Inuentarium faciendum coram iudice, sed de consuetudine coram notario. n. 51. fo. eod.

Inuentarium non debet continere debita, quæ debet pupillus, sed quæ ipsi debentur, nu. 52. fo. eod.

Inuentarium probat efficaciter aduersus tutorem, & tradendum minori, finita tutela, nu. 53. fo. eod.

Iudex ex officio potest remouere tutorem negligenter, genem, num. 141. fo. 250.

Interdictum relaxatum ad tempus finito tempore non est nouum interdictum, sed idem, nu. 45. fo. 242.

In ambiguë, an aduersus fiscum iudicandum. n. 5. fo. 257.

Iudex potest restringere legem, nu. 22. fo. 258.

Iulicimalo, an detur salarium, saltem pro tempore, quod bene administrat, nu. 11. fo. 262.

Iudex non capit sportulas à litigatore egeno. n. 12. fo. 260.

Inhabilis non debet succedere in Ducatu, vel Comitatu, nu. 2. & 3. cum. seq. fo. 280.

Iudici delinquenti non dandum salarium, nu. 10. fo. 266.

Ius patronatus acquisitum, constante matrimonio diuiditur inter virum & uxorem. n. 17. & nu. 21. fo. 289.

Ius patronatus, an transeat in maritum, nu. 18. fo. 289. & num. 30. fo. eod.

Ius presentandi, an transeat in eum, ad quem pertinet pars fructuum, nu. 27. fo. 289.

Ius presentandi non transit in patrem. num. 30. fo. eod.

Ius presentandi, an transeat in fideicommissarium vniuersalem. nu. 41. fo. eod.

Ius presentandi, quando sit fructus, nu. 33. fo. 290.

Illicita non acquirit seruus domino, neq; filius patri, neque socius socio, neq; maritus uxori, n. 3. fo. 294.

Illicite acquisita, maritus restituere potest non obstante quod dimidium videbatur acquisitum uxori. nu. 8. fo. eod.

L

Laboris solutio est causa summaria, & priuilegiū concessum seruitij causa non reuocatur ob in- & gratitudinem, nu. 29. fo. 236.

Liberatio à ratione reddenda quid operetur, nu. 163. fo. 231.

Liberatio nil operatur, quoad occultata vel dolo igno- rata, nu. 164. fo. eod.

Liber rationum continere debet debita & credita, & redditus bonorum pupilli, nu. 173. fo. eod.

Liber rationum debet esse scriptus dilucidè & distin- ctè demonstrando rem, & annum, & quantitatem, aliàs non videtur edere rationem, & videtur esse in dolo, num. 174. & n. 175. fo. eod.

Labor tutoris, tantus est, ut nulla administratio parem laborem requirat, nu. 187. fo. 232.

Lex correctoria non extendenda, etiam si sit identitas rationis, nu. 9. fo. 233.

Lex extenditur ultra verba ex identitate rationis, nu. 14. fo. 234.

Lex corrigens in vno ex æquiparatis videtur corrigere in alio, nu. 18. fo. eod.

Locatis alij operam suam non lucratur primum salariū num. 22. fo. 261.

L. qui habet. ff. de tutel. quomodo intelligatur, numer. 52. fo. 277.

Liberatio facta non præmissa calculatione nil valet nu. 177. & quomodo probetur calculationem non factam, fo. 222.

Liberationum tradendus, aliàs tutor præsumitur do- lo administrasse, & iuratur aduersus eum in litem, num. 179. fo. eod.

Lex dans tutori fructus est restringenda, num. 3. & 4. fol. 258.

Legatum relictum tutori, an sit habendum a tutore loco decimæ, nu. 17. fo. 239. & nu. 35. fo. 248.

Legatum relictum non minuit portionem debitam lega- tario, quando non debet ipse testator, sed eius hæ- res, nu. 17. fo. 247.

Legatum non compensandum cum lucro debito, si de- betur ratione moris, nu. 18. fo. eod.

Legatum tutori relictum censetur relictum in præmiū administrationis, nu. 21. fo. eod.

Legatum semper compensandum cum debito, si ea fuit mens testatoris, nu. 25. fo. eod.

Legatum relictum executori censetur relictum ratione laboris, nu. 27. fo. eod.

Legatum relictum ab uxore marito, qui lucrari debet quartam partem dotis computatur in quartam, nu. 28. fo. eod.

Legatum à patre filio computatur in legitimam. n. 29. fo. 248.

Legatum relictum heredi imputatur in falcidiam, nu. 30. fo. eod.

Legatum relictum executori, computatur in decimam, num. 31. fo. eod.

Legatum filio, vel seruo tutoris, an computandum in decimam, nu. 32. fo. eod.

Legatum computatur in decimam pro inter vsurio me- dy temporis, licet alij sit restituendum, nu. 33. fo. eod.

Legans

Index tractatus de Decima tutorum.

Legans filio eidemque tutore non videtur legare ratione administrationis tamen si filius recuset tutelam non amittet legatum. nu. 36. 37. fol. eod.

Legatum non videtur relictum pro administratione tutela quando legatarius non datur tutor à testatore sed à iudice, & quid si non datus à iudice oportet ab eo confirmari. num. 38. & 40. fol. eod.

Legatum nunquam succedit in locum debiti quando deficit voluntas testatoris vera vel presumpta. num. 39. fol. 24. 9.

Legati non implentis officium salarium an aurescat alteri legato qui recte fecit suum officium. numero. 3. fol. 266.

Liberatio à reddenda ratione non prodest in administratione post pubertatem. nu. 5. fo. 272.

Lapides vel arbores fundi pupillaris an possit tutor decimare. nu. 13. & 15. cū sequentibus. fol. 293.

Lucrum est quod superest deductis impensis. n. 4. f. 300.

Lucrata in bello non diuiduntur inter virum & uxorem bene tamen diuiduntur eorum fructus. num. 17. fol. 302.

M.

Mater expendens ex præcepto legis in rem filij non repetit. num. 17. fol. 216.

Medico debetur salarium tamen durante egritudine nõ licet pasci. nu. 24. fol. 222.

Mercenarius mercede dignus. num. 25. fol. eod.

Mater si ex statuto lucretur dimidium mobilium, statutum practicandum aduersus filios. nu. 4. f. 238.

Mens legis habetur pro lege. nu. 19. fol. 239.

Medicus curans consanguineum agrotum an repetat. nu. 25. fol. 240.

Mater tutrix an possit auferre decimam distinguere plures casus. nu. 38. fol. 242.

Mater in vita non cogitur esse tutrix. nu. 39. fol. eod.

Mater tutrix debet promittere de defensionem filij. num. 40. fol. eod.

Mater non faciens inuentarium priuatur hereditate filij, & in multis peioris conditionis est in tutela quàm pater. nu. 41. & 42. fol. eod.

Mater debet reddere rationem & bona eius sunt tacite hipotecata, & dos pro administratione potest retineri à filijs. nu. 43. & nu. 44. fol. eod.

Mater renuntiat omni legum auxilio & se obligat sublato Velciano si vult admitti ad tutelam. num. 45. & 47. & an hæc renuntiatio debeat præcedere. numero. 48. & nu. 49. & an hæc obseruet tutrix testamentaria. num. 50. fol. 243.

Mater ratione malè administrate tutela an capi possit. nu. 46. fol. eod. & nu. 79. fol. 245.

Mater asserens se velle nubere an amittat tutelam & an eam recuperare mortuo secundo marito. numer. 52. folio. 243.

Mater secundo nubens amittit filij hereditatem si ei tutorem non petijt. num. 53. fol. eod.

Mater secundo nubens ante redditam rationem & peti tum tutorem qua poena punitur. nu. 56. fol. eod.

Mater an repetat alimenta quæ dat filio, numero. 57. folio, eod.

Mater tutrix non videtur expendere de suo. num. 58. fol. eod.

Mater quando sit minus dubium quod potest auferre decimam. nu. 59. & 60. & 61. vsque ad num. 64. & quid si petant eam eius heredes vel ipsa petat ab hæ redibus filij. num. eod. fol. 244.

Mater filium egenum alere tenetur nu. 62. fol. eod.

Mater non deducit decimam quando filius eget suis red ditibus ad se alendum. nu. 63. fol. eod.

Mater an repetat expensas factas circa personam filij vel expensas modicas. nu. 65. fol. eod.

Mater nubens consentientibus filijs an amittat tutelam. nu. 68. fol. eod.

Maritus dicens relinquo uxorem dominam & administratricem an videatur eam facere tutricem & quid si dicat relinquo filios, & quid si dixit in manibus matris. num. 69. fol. eod.

Mulier prohibita contrahere absque solemnitate an possit sumere tutelam filij. nu. 70. fol. 245.

Mater an excludatur à tutela per auum. nu. 72. fo. eod.

Mater est curatrix bonorum filij absentis. numero. 73. fol. eod.

Matre nubente an ad paternam, an vero ad maternam auiam tutela pertineat. nu. 47. fol. eod.

Mater an præferatur tutoribus testamentarijs. num. 76. fol. eod.

Mater debet petere curatorem ventri alias amittit successiõnem. num. 77. fol. eod.

Mater tutrix in aliquibus regionibus non tenetur renuntiare secundis nuptijs quia ita moris est. numero. 27. fol. 259.

Mens legis inspicienda. nu. 26. fol. 258.

Mutus & surdus à natura non succedit in principatū habentem iurisdictionem, sed præfertur secundo genituro. num. 28. fol. eod.

Miles captus in bello lucratur stipendium. nu. 17. folio 263. & nu. 26. fol. eod.

Monasterium quod eget omnibus fructus ad sui sustentationem non tenentur soluere decimam. numer. 10. fol. 260.

Medici tenentur gratis curare agrotos pauperes. nu. 15. fol. 261.

Mater tutrix priuatur hereditate si non seruat solemniam. num. 16. fol. 265.

Matrimonium si sit nullum non habet locum statutum de lucranda parte dotis. nu. 17. fol. eod.

Mandatario excedenti fines mandati an dandum salarium. nu. 9. fol. 266.

Malè tractans debitorem vel vassallum, vel filium ius suum amittit. nu. 11. fol. eod.

Maritus malè tractans uxorem amittit lucrum dotis nu. 13. fol. eod.



Index Tractatus de Decima tutorum.

Malus tutor punitur, num. 15. fol. 267.
 Mulieris luxuriose curator an danda decima, num. 2.
 f. 266. & nu. 47. & 48. cum seq.
 Mulier cui ex luxuria curator datur an testari possit,
 nu. 3. fol. cod. & nu. 11. fol. cod.
 Mulier pisco iure Romano nihil absque curatore fa-
 cere poterat, nu. 5. fol. cod.
 Magistratus administranti finito officio an dandum sa-
 larium, nu. 10. fol. 272.
 Maritus lucratur fructus ciuiles & confiscata, etiam si
 sint immobilia sicut in opidis uxoris, nu. 4. fol. 285.
 Maritus non lucratur partus ancille dotalis, numer. 6.
 fol. 288.
 Maritus non lucratur fructus qui non renascuntur, nu.
 9. fol. cod.
 Maritus an faciat suos lapides fundi dotalis, vel arbor-
 es silue dotalis, nu. 16. fol. 293.
 Multas delictorum commissorum durante tutela, an de-
 cimet tutor si sententia feratur super delicto finita
 tutela, nu. 17. cum sequen. fol. 299.

N.

Negotium gestori & mandatario an datur salarium
 remissum, nu. 2. fol. 219.
 Nobilis non petit salarium solitudinis, nu. 13. f. 266.
 Notarius non accipit salarium pro instrumento ege-
 ni, nu. 13. fol. 260.
 Nutritor an preferatur fisco in successione nutriti
 sui, nu. 15. fol. 306.

O.

Obligatus aliquid facere debet facere suis expensis
 nu. 17. fol. 215.
 Officium tutoris secundo loco dati an duret usque ad
 pubertatem pupilli, an vero quousque finiatur neces-
 sitas primi tutoris, num. 10. fol. 255. & numer. 17.
 fol. cod.
 Obuentionum appellatione que veniant, numero. 29.
 folio. 287.

P.

Pauperes non debent soluere de iure pecuniam nota-
 rio pro instrumento, nu. 29. & 31. fo. 216.
 Proximitas preceptoribus tabellionibus & notarijs de-
 betur salarium, & non minus soluendum salarium
 medico quam doctori, nu. 277. fo. 222.
 Patri & patrono tutoribus an remittitur satisfactio,
 nu. 78. fol. 225.
 Procurator remoueri potest ob negligentiam, nu. 141.
 fol. 230.
 Pro tutoris bona sunt tacite hyppotecata, n. 151. f. cod.
 Pater & mater tutores tenentur rationem reddere, nu-
 mero. 255. fol. 230.
 Parentes semper videntur velle repetere a filijs si ex-
 pendunt cum sunt eorum tutores, n. 5. fo. 238.
 Pater tutor subit omnes labores tutelares & facit in-
 uentarium & reddit rationem, nu. 6. & 7. & cogitur
 suscipere tutelam nulla obstante excusatione, & te-
 neatur augere rem filij, nu. 8. fol. cod.

Pater ratione doli amittit legitimam administrationem, re-
 rum filij, nu. 8. fo. cod.
 Pater non repetit a filio expensas quas facit ex neces-
 sitate, nu. 10. fol. cod.
 Pater cogitur suscipere tutelam filij, nu. 11. fol. cod.
 Parentes etiam si sint administratores non repetunt ex-
 pensam in personam filij, nu. 13. fol. 239.
 Parentes non repetunt expensa impium & num filio uti-
 lem, nu. 14. fol. cod.
 Parentes non repetunt expensas paruas, nu. 15. fo. cod.
 Priuilegium excusationis quia quis habet tres tutelam non
 prodest patri ut se excuset a tutela filij, nu. 16. f. cod.
 Pietatis intuitu administrans non auferit salarium, nu.
 21. folio. cod.
 Pater possidens aduentitia debet ex fructibus facere
 expensas, nu. 23. fol. 240.
 Pater expendens in curando filiam an videatur habere
 animum repetendi, nu. 26. fol. cod.
 Pater per secundas nuptias non amittit tutelam filio-
 rum, & quid an maritus, & quid in legitima admini-
 stratione, quam habet pater iure patrie potestatis
 nu. 51. fol. 243.
 Pater an possit priuare uxorem tutela, nu. 75. fol. 345.
 Petre ad secunda vota transiente apud quem debeat pu-
 pillus alij, nu. 82. fol. cod.
 Pater an preferatur matri petenti administrationem &
 quid si pater sit naturalis, nu. 84. fol. cod.
 Pater iubens filios educari penes matrem an videatur
 matri relinquere alimenta, nu. 84. fol. cod.
 Principis res non patitur super in ditione, n. 15. f. 258.
 Prælatus putatius an lucretus fructus, n. 2. fol. 265.
 Putatius tutor non est tutor, & gratia eo auctore non
 valent, nu. 10. & 11. etiam si sint vtilia pupillo nisi
 ratificentur, fol. cod.
 Patruus tutor auferit decimam, nu. 13. fol. 239.
 Procurator ignorans se habere mandatum nil potest fa-
 cere, nu. 7. fol. 253.
 Pupillus nullum habet priuilegium aduersus tutorem
 qui non administrat tanquam tutor, sed tanquam
 amicus, nu. 18. fol. 254.
 Priuilegium amittit qui coabuitur, nu. 14. fol. 267.
 Prælatus malus a quo die non lucretur fructus, nu. 24.
 fol. cod.
 Prodigalitas famina non probatur ex eo solo quod pro-
 beatur esse luxuriosa licet presumatur, n. 10. f. 271.
 Pluribus electis ad officium quod habebat vnus, solum
 debet habere salarium quod vnus habebat, n. 9. f. 273.
 Pater non est administrator filij non iu nati, n. 29. f. 275.
 Protutori vel sequestro & similibus an danda decima,
 nu. 1. f. 282. & nu. 5.
 Protutor & curator similes an sint, nu. 2. & 5. f. 281.
 Protutor conuenitur a minore cum eiusdem priuilegijs
 cum quibus tutor, nu. 3. fol. cod.
 Protutor debet conficere inuentarium, n. 4. fol. cod.
 Protutor nihil potest facere in re pupillam, isis quam
 extraneus, nu. 8. fol. 282.

Prea

Index tractatus de Decima tutorum.

Præclarius non potest accipere supra taxam pro visitatione, num. 3. fo. 283.

Primogenitus, si ex consuetudine succedat in omnibus bonis patris an succedat in bonis que pater habet in loco ubi talis consuetudo non viget.

Portorii ius, quod percipitur in aliqua domo an censeatur venditum vendita domo, nu. 22. & nu. 27. fol. 289.

Partus ancille an tutor possit decimare, num. 1. f. 287.

Partus ancille venit appellatione redditus licet non fructus, num. 2. fo. eodem.

Partus ancille diuiditur inter virum & uxorem, num. 15 fo. 289.

Partus ancille non sunt in fructu, num. 4. fo. 288.

Partus ancille potius est augmentum quam fructus, nu. 10. fo. eodem.

Patris autoritas an sufficiat in rebus Ecclesiasticis pertinentibus ad filium, num. 3. fo. 295.

Pretium quod datur minori pro fructibus quos in casu valido rem erit debitori an sit decimandum, nu. 32. f. 297.

Pensionem quarum dies venerat tempore quo tutela incipit an decimet eas tutor, num. 10. fo. 293.

Pena an pertineat ad iudicem qui primo tulit sententiam an vero ad iudicem appellationis, qui confirmavit, num. 20. fo. 300.

Primogenito imposta onera an sint soluenda à primo genito in solidum an vero etià à fratribus secundo genitis quibus fructuum pars datur, nu. 13. f. 266.

Pensionarij an contribuere teneantur in decimis papalibus an vero solum titularij, num. 16. fo. 301.

Præbendam cum administratione habens transmittit ad heredes salarii pro rata temporis quo præbendam seruiuit, num. 14. fo. 304.

Q.

Quarta debita iure nature an amittatur per non confessionem inuentarij, num. 5. fo. 264.

Quarta trebellianica datur cesari heredi instituto, nu. 6. fo. 251.

R.

Rector Ecclesie tenetur petere officio finito, vt alius subrogetur alias tenetur de periculo, nu. 136. f. 230.

Ratio non sufficienter reddita est iterum reddenda, num. 165. fo. 231.

Rationem reddere promittens an possit executari, num. 168. fol. eodem.

Rationum liber si factum non sit potest iurari in litem aduersus tutorem, num. 172. fo. eodem.

Redditio rationis quid complectatur, nu. 176. fo. eodem.

Ratio cum effectu reddenda & calculatio est necessaria, num. 177. fo. 232.

Ratio computanda, nec sufficit soluere reliqua, numer. 178. fo. 232.

Rationem non dicitur reddisse, qui non soluit reliqua, num. 178. fol. eodem.

Ratio reddenda ubi res administrata, nu. 186. fo. eodem.

Regius tutor habet magnam potestatem, nu. 8. fo. 257.

Regis tutor obseruare debet, que ceteri tutores, num. 24. fol. 259.

Regis curator an administret, que sunt simplicis iurisdictionis, num. 25. fo. eodem.

Regibus an tutor necessario dandus, num. 28. fo. eodem.

Regis tutor an debeat satisficere, num. 29. fol. eodem.

Rex minor viginti annis an possit administrare, nu. 30. fo. eodem.

Restituere post aliquod tempus obligati tenentur facere inuentarium, num. 6. fo. 272.

Rationum pars an possit acceptari, & pars repudiari, num. 30. fo. 285.

Redditus quorum dies venit tutela finita an pro tempore, quod cessit durante tutela possint decimari, num. 11. fo. 293.

Redditus dicuntur, qui super sunt deductis impensis, num. 3. fol. 300.

Redditus quos pupillus habet pro tempore vite, in decime tutor, num. 18. fol. 303.

Restituere rem debitoris, quando liceat ratione debiti, num. 9. fol. eodem.

Socio administranti pro se, & socijs salarium constitutum, vel maior pars lucri danda, num. 167. 234.

Si duo fratres viuunt in communi, & vnus habet filios, qui laborant in re communi habenda est ratio operarum horum filiorum, num. 17. fo. eodem.

Sindicus officio finito tenetur petere alium subrogari alias tenetur de periculo, num. 137. fol. 230.

Secundus maritus tenetur de periculo tutela, quam uxor gererat in bonis filiorum, num. 55. fol. 243.

Seruientes principi, vel politici censentur esse presentes & lucrantur fructus, num. 19. & 13. f. 263. & num. 27. fo. eodem.

Soror an priuatur comodo substitutionis si fratri tutorem non petit, num. 16. fol. 246.

Spurius consequetur plusquam quintam si pater illum nominet tutorem fratris nam consequetur decimam, num. 50. fol. 250.

Seruus quem relinquo tutorem filio potest deducere decimam, num. 53. fol. eodem.

Salarium non tribuendum pro solo titulo dignitatis, num. 14. fo. 251.

Sententia late à iudice ignorante se iudicem an valeat, nu. 2. fo. 252. & nu. 11. fol. 253.

Salarium non dandum male administranti, nu. 2. f. 266.

Sequestro an danda decima, nu. 12. fo. 282.

Sequestri officium quid sit, nu. 12. fo. eodem.

Sequester an detur inuitus, num. 15. fol. eod.

Sequester minus est, quam curator honorum, numer. 16. fo. eodem.

Sequestro an dandum salarium, num. 16. fo. eodem.

Sacerdotes ex consuetudine an possint capere supra decima, num. 6. & 7. cum sequen. fol. 283.

Salaria pupilli decimat tutor, num. 28. fol. 287.

Successiones pupillo obuientes non decimat tutor, nu. 12. fo. 289.

Salaria debita militantibus transfuntur ad heredes, num. 13. fol. 304.

Index Tractatus de Decima tutorum.

T

Tutoris officium gratuitum est de iure civili. num. 1. fo. 214.

Tutori pro administratione nil dandum de iure civili, nisi quando sese aliunde alere non potest, nu. 2. f. cod.

Tutor, si proficiscatur peregre ad curanda negotia pupilli debet ire expensis pupilli, nu. 3. & nu. 5. f. 215.

Tutori de iure civili, si aliquid datur potius datur, ut effugiat damnum, quam ut capiat lucrum, n. 4. f. eo.

Tutori assignandum salarium de iure civili, quando pupillo se se offert aliquid peculiare negotium non autem pro generali administratione, nu. 6. fo. cod.

Tutori dandum pretium, si incidat negotium, quod tenetur obire, & ex quo damnum accipiat, num. 7. & 8. ubi declaratur, fol. 2. & num. 11. fo. cod.

Tutor retinens aliquid ex pupilli pecunia tenetur ad interesse, nu. 13. fo. cod.

Tutrici matri etiam non dandum salarium de iure civili, num. 14. fo. eod.

Tutor pretium capiens pro suscipienda tutela tenetur ad restitutionem conditione ob turpē causam, nu. 19. f. 216.

Tutor accipiens pecuniam pro maritanda pupilla sua tenetur ad restitutionem, num. 20. fo. cod.

Tutor tenetur locare matrimonio pupillam, n. 22. f. co.

Tutelle minus honorificum, num. 26. fo. cod.

Tutor etiam de iure civili potest capere pecuniam pro administratione tutelae dum tamen eam non capiat à pupillo, sed à tertio, num. 37. fol. 217.

Tutor est loco patris, & domini, num. 32. fo. 222.

Tutor equiparatur prebato, num. 33. fo. 219.

Tutoris labor omnem laborem superat quo ceteri ad ministratores premuntur, num. 36. fo. 223.

Tutor cogitur inuitus, num. 37. fo. eod.

Tutor clericus an cogi possit suscipere tutelam, num. 38. fol. cod.

Tutor nobilis an excusare se possit à tutela, num. 39. fol. cod.

Tutelle minus nemo recusare potest etiam si in id habeat peculiare privilegium, nu. 40. fol. eod.

Tutor tenetur facere inventarium quam primum potest & in eo debet scribere omnia ad pupillum pertinentia, & que postea augentur, & si aliquid non scribatur in inventario potest remoueri à tutela ideo tutor debet in inventario facere protestationem, nu. 41. 42. & 43. 44. 45. fol. eod.

Tutor qui tenetur petere non satisfacit nisi cure, ut tutor faciat inventarium, num. 47. fo. eod.

Tutor non faciens inventarium videtur esse in dolo, & aduersus eum iuratur in litem, & remoueri potest à tutela, & accusari furti & torqueri & poni in vinculis, num. 53. 54. 55. 56. fo. eod.

Tutor ante inventarium administrare non potest nisi tempore peritura & si valde ite gesta ante inventarium, & etsi egat remoueri potest, & quid si postea conficiat inventarium, nu. 57. 58. 59. 60. fo. 224.

Tutor probare tenetur se fecisse inventarium, & copia

inventarij ostendere debet, si velit admitti ad agendum si pars hoc petat, & quid si inventarium est ceptum, sed non dum confectum, num. 61. 62. fo. eodem.

Tutor non potest administrare nisi tempore peritura quo vsq; sibi decernatur administratio, nisi testator aliter iusserit, vel utile sit pupillo, alias gesta non valent, num. 64. 65. fo. cod.

Tutor iurare debet utilia facere, & inutilia pretermittere, & debet addere formalem promissionem, quod pupilli deffensionē absque ulla mora suscipiet alias tutela non valet secundum aliquos, & an valeant gesta ante iuramentum, nu. 66. vsque ad 71. f. 225.

Tutor non potest administrare nisi satisfat, nisi matrimonium pupilli sit modicum, num. 72. fo. cod.

Tutella non vitatur etiam si fideiussor non sit idoneus, num. 73. fo. eod.

Tutor etiam si sit valde diues satisfacere debet, sed tunc sufficit qualiscunque fideiussor, num. 79. fo. cod.

Tutor an satisfacere debet etiam si sit propinquus & vir valde honestus & fidus, nu. 80. 81. fo. 226.

Tutor dissipator non admittitur ad tutelam cum satisfadatione, num. 81. fo. eod.

Tutor tenetur alere pupillum, num. 83. fo. eod.

Tutor an teneatur alere pupillum in domo sua, num. 86. fo. cod.

Tutor tenetur pupillum bonis moribus instruere, & preceptoribus mercedem constituere, n. 87. fo. cod.

Tutor tenetur administrare res pupilli, nu. 88. fo. cod.

Tutor curare tenetur etiam sit à in exteris regionibus, num. 69. fo. eod.

Tutor tenetur curare salutem pupilli, & fulcire domos agrum curare, & reficere collapsa etiā si pater pupilli reliquerit ea de format, num. 90. fo. 227.

Tutor quando debet preponere res pupillares suis, nu. 91. fol. eodem.

Tutor tenetur lucrari cū pecunia pupilli, n. 92. fol. co.

Tutor si deposuit pecuniam apud campforē communiter reputatum idoneum non tenetur licet campfor decoquat, num. 92. fo. eod.

Tutor ut tutior sit prudenter facit, sit contrahat cū cōsensu matris pupilli & cōiunctorum, n. 92. fo. cod.

Tutor an debeat dare ad lucrum pecuniam si sit modica, num. 92. fo. eod.

Tutor an hodie possit mutuo dare sub vsures pecuniam pupillarem si redditus pupilli ad alimēta sufficiunt, & hodie tenetur emere redditus annuos, n. 93. fo. eod.

Tutor qui non collocavit pecuniam pupilli tenetur ad interesse, idē si tardius collocavit, etsi non habet unde solua extraordinem cohercendus est, nu. 94. fo. eod.

Tutoris heres tenetur ad vsuras pecunie pupillaris, que in eius manus peruenit, num. 95. fol. eodem.

Tutor non collocans pecuniam pupilli, condemnandus est ad interesse minus quod in prouintia in vsu est, nisi pecuniam in suos vsus conuerterit, n. 96. fo. cod.

Tutor collocare tenetur pecuniam puoilli intra certū tempus, quod intelligendū si possit, vel nisi in aliud pecuniam

Index Tractatus de Decima tutorum.

- pecuniam conuerterit quod magis sit e re pupilli pta, si soluat debita, nu. 96. fo. eod.
- Tutor pupillarem pecuniam debet collocare idoneis nominibus, nu. 100. fo. eod.
- Tutor qui collocauit suam pecuniam, non est audiendus allegans se non potuisse collocare pecuniam pupillarem num. 100. fol. eod.
- Tutor non collocans pecuniam committit peccatum mortale. n. 102. fo. eod.
- Tutor non potest pecuniam pupilli conferre in societatem, vel in aliquod exercitium, nisi id in usu fuisset patri pupilli, nu. 103. fo. eod.
- Tutor obligans rem pupilli, et pecunia pro qua eam obligat non conuertens in suam utilitate, non obligat eam. n. 104. f. eod.
- Tutor censetur habere mandatum generale cum libera, num. 105. fol. eod.
- Tutor tenetur de gestis, et de neglectis. n. 106. fo. eod.
- Tutor tenetur defendere causam pupilli nullamque uilem occasionem omittere, et si non defendat remoueri potest, num. 107. fo. eod.
- Tutor potest aduocare pro pupillo in causa quam aduersus eius patrem defendebat, nu. 108. fo. eod.
- Tutor non agnoscens bonam fidem debet condonari in expensis alias defeso fieri debet expensis pupilli. n. 109. f. eod.
- Tutor exigere debet a debitoribus pupilli, etiam si sint fratres, alias tenetur ad sortem, et ad usuras. n. 110. f. eod.
- Tutor non tenetur exigere debitum, cuius exactio carior esset, quam ipsa sors, num. 111. fo. eod.
- Tutor exigere tenetur a se ipso, et sibi soluere. nu. 112. folio eod.
- Tutor, an teneatur iurare fidelitatem pro pupillo, num. 113. folio eod.
- Tutor tenetur locare matrimonio, et dotare pupillum suam, et si plus dedit in dotem, quam pupilla habet tenetur soluere de suo, num. 114. fol. eod.
- Tutor etiam finita tutela administrare tenetur eonnecta et lite ceptam prosequi, num. 115. fo. eod.
- Tutor si appellauit heres eius tenetur prosequi appellationem, num. 116. fo. eod. (cod.)
- Tutor constitutus auctorem tenetur de gestis ab eo. n. 117. fo.
- Tutor tenetur seruare in sua persona pactum quod fecit cum creditoribus pupilli, nu. 118. fo. 229.
- Tutor durante tutela, non potest uestigalia conducere, num. 119. fo. eod.
- Tutor maiori affectu gerit quam ceteri administratores, num. 120. fo. eod.
- Tutor, et quis detur inquirendum est, quos habeat mores, nu. 121. fo. eod.
- Tutores tenentur in solidum, nu. 122. fo. eod.
- Tutor res pupilli presentes, et postea obuinentes tenetur administrare, et de gestis, et de neglectis tenetur. nu. 123. fo. eod.
- Tutor etiam si non sit legitime datus, non potest deferre administrationem, donec faciat alium legitime dari. num. 124. fo. eod.
- Tutor nomine proprio accusat, si res pupilli id exposcit, nu. 125. fo. eod.
- Tutor non alienat pupillaria, absque iudicis decreto et necessitate, et utilitatis probatione, nu. 126. f. eod.
- Tutor tenetur ad pretium pro quo re didit rem pupilli, nisi si fuerit conuersum in utilitate pupilli. n. 127. f. eod.
- Tutor, quando tenetur de euictione pro re pupilli, quam uendit, nu. 128. fo. eod.
- Tutor, an possit persuadere mortem, ut sibi relinquatur, quod mortem uult pupillo relinquere, nu. 129. f. eod.
- Tutor tenetur de fructibus perceptis et percipiendis, num. 131. fo. eod.
- Tutor, nec familiares eius non possunt contrahere cum pupillo, nisi maior factus ratum habeat, n. 132. f. eod.
- Tutor tutela finita defendere debet causam pupilli, si nondum rationem reddit, et rem ad curatores transtulit, num. 133. fo. eod.
- Tutor, etiam finita tutela tenetur de periculo rei pupillaris, nisi minorem moueat ut petat curatorem, uel ipse petat, nu. 134. fo. eod.
- Tutor lite cepta prosequi tenetur, etiam finita tutela, nisi si de curatore aduocato prouideri fecerit, n. 135. f. eod.
- Tutor negligens presumitur esse in dolo, et reus est peccati mortalis et remoueri potest. n. 138. et 139. f. eod.
- Tutor remotus ob dolum infamis efficitur. n. 142. f. eod.
- Tutor in exigendo debita non tenetur nisi delata culpa num. 148. fo. 230.
- Tutor remoueri potest ob leuissimam causam. n. 143. f. eod.
- Tutor suspectus postulari potest a quolibet de populo, num. 144. fo. eod.
- Tutor, an suspecti accusari possit ante gestionem, nu. 145. fo. eod.
- Tutor tenetur de culpa lata, et leui, num. 146. fo. eod.
- Tutoris bona sunt tacite hypothecata. n. 149. fo. eod.
- Tutoris inuoluntaria bona sunt tacite hypothecata, numer. 150. fo. eod.
- Tutor tenetur rationem reddere, num. 152. fo. eod.
- Tutella ratio non solum pupillo, sed etiam heredibus reddenda, num. 158. fo. eod.
- Tutor rationem reddere debet, etiam si ei remissa sit rationum redditio, nu. 160. fo. eod.
- Tutor tenetur denuo rationem reddere, si ratio est erronea, aut non plena, etiam si facta sit liberatio generalis cum iuramento, nu. 162. fo. 231.
- Tutor iterum rationem reddere debet, si dicatur erronea, etiam si liberatio facta sit cum autoritate curatoris et decreto iudicis, nu. 163. fo. eod.
- Tutor cuius non potest rationem reddere sine altero, nisi uni commissa sit administratio, nu. 166. fo. eod.
- Tutor tenetur reddere rationem, etiam non requisitus nu. 167. fol. eod. et nu. 176.
- Tutor promittens in instrumento guarantee reddere rationem, an possit executari, nu. 168. fo. eod.
- Tutor cum reddit rationem, primo inuestigatur, an fecerit inuentarium, nu. 169. fo. eod.
- Tutor exhibere debet librum rationum. n. 171. fo. eod.
- Tutor aliqua suppressens in libro rationum, uidetur esse in dolo.

Index Tractatus de Decima tutorum.

- in dolo, num. 178. fo. 232.
- Tutor nō exhibēs librū rationū cēsetur esse in dolo, & aduersus eū potest iurari in lite, nu. 181. fo. eod.
- Tutor nouiter inuenta, & inuentario non scripta debet ponere in libro rationū, nu. 182. fo. eod.
- Tutor debet reddere rationē fructū secundū quod cōmuniter percipi potuissent, nu. 184. fo. eod.
- Tutor mobilia scripta inuentario non tenetur restituere, si verisimile sit esse naturaliter corrupta, vel consumpta, nu. 185. fo. eod.
- Tutor rationes rei pupillaris debet scribere separatas à suis, num. 188. fo. eod.
- Tutor plura potest facere quam curator, nu. 5. fo. 233.
- Tutor datus, si nō valet, ut tutor nō valet, ut curator, num. 6. fo. eod.
- Tutoris appellatione, an veniat curator, & an dispositum in vno extēdatur ad alium, nu. 11. & 12. f. 234.
- Tutor & curator equiparantur, nu. 18. fo. eod.
- Tutoris appellationi, an veniat curator, & e contra distinguitur, nu. 21. 24. 25. 26. fo. 235.
- Tutor, an possit deducere expēsas quas fecit in actore, num. 59. fo. 244.
- Tutor datus à patre, an præferatur etiā in maternis, numero. 71. fol. 245. (fo. eod.)
- Tutor datus à matre, an administret inuito patre. n. 77.
- Tutor nō administrās amittit legatū sibi relicū, & an amittat substitutionē si accōmissariā. n. 22. 23. f. 247.
- Tutor cui relinquitur legatū cauere debet, se illud redediturum si non administrauerit, num. 24. fo. eod.
- Tutor non potest grauari in decima. nu. 49. fo. 250.
- Tutor repudiās legatū relicū sibi à testatore, qui illū non minauit tutorē, an possit cōsequi decimā. num. 51. vs. quē ad nu. 53. fo. eod.
- Tutor nō gerēs non potest authorari, nu. 12. fo. 251.
- Tutor datus causa notitiæ quis sit, nu. 20. fo. 252.
- Tutori dato causa notitiæ, si sit dādū salariū. n. 22. f. eod.
- Tutor datus causa notitiæ, an teneatur de periculo tutelæ, nu. 23. & nu. 24. fo. eod.
- Tutor datus causa notitiæ non datur ut gerat, num. 25. 26. & 27. fo. eod.
- Tutor notitiæ causa datus de quo periculo teneatur num. 29. fo. eod.
- Tutor semper videtur gerere administratorio nomine, nu. 3. fo. eod.
- Tutor ignorans se tutorem esse nominatum non potest acquiescere pupillo suo nu. 5. fo. 253.
- Tutor ignorans se tutorem de periculo tutelæ non tenetur, num. 8. fo. eod.
- Tutor, qui non seruauit solemnia, non lucratur decimā neque gesta ab eo valent, nu. 9. fo. eod.
- Tutor dubitās, an sit tutor, an lucretur decimā. n. 13. f. eod.
- Tutor inualidus nō lucratur decimam. nu. 14. fo. eod.
- Tutor administrans tanquam amicus, & non tanquam tutor, an lucretur decimam. nu. 15. fo. eod.
- Tutor administrans tanquam amicus non acquirit pupillo suo. nu. 16. fo. 254.
- Tutor, vel curator adiunctus primo tutori, an decimam habere debeat, numero. 1. fol. 255. & numero. 17. 18. 23. & 24.
- Tutorem habentis tutor dari non potest, nisi ex causis enumeratis nu. 2. & nu. 5. fo. eod.
- Tutor adiunctus primo tutori, an sit verus tutor. an vero. censeatur administrator, numero. 4. folio. eod. & numer. 12.
- Tutor secundo loco datus, an teneatur de periculo tutelæ, num. 9. fo. eod.
- Tutoribus pluribus testamento datis, si vnus decedit alius datur, etiam si ceteri tutores superstites sint, num. 25. fo. 256.
- Tutellaria negotia consuetudine metienda, numero. 26. folio eod.
- Tutori Regis, an danda decima, nu. 1. fo. 257.
- Tutoris ad decimā competit cōtrarium iudicium tutelæ num. 10. fol. eod.
- Tutori salariū iure ciuili datur ad alimenta, quando non habebat unde se al. ret, nu. 11. fo. eod.
- Tutor, & coadiutor Regis equi parantur. n. 13. fo. eod.
- Thesauri inuentor non debet habere quintam, si opulētissima sit, nu. 19. fo. 258.
- Tricesima, si datur ex statuto non danda, si labor est paruus, nu. 20. fo. eod.
- Tutor administrans partem, & partem non, an debeat saltem percipere decimam de parte quam administrauit, num. 27. fo. 259.
- Tutoribus ducum, an danda decima, nu. 31. fo. eod.
- Tutori, an danda decima, si redditus pupilli adeo sunt tenues, ut nulli fructus supersint deductis alimentis, num. 1. & nu. 6. fo. 260.
- Tutori nō gerētī non danda decima. n. 1. & 9. fo. 260.
- Tutor cessans puniendus, nu. 2. fo. eod.
- Tutor non gerens priuandus decima, etiam si ex cessatione nullum damnum accipiat pupillus. n. 13. fo. eod.
- Tutor non gerens, quia absuit causa reipublicæ, an debeat habere decimā. n. 15. 20. & 24. fo. 263.
- Tutor absens causa reipublicæ non tenetur de periculo tutelæ, num. 21. fo. eod.
- Tutor absens causa reipublicæ, desinit esse tutor, numero. 23. fo. eod.
- Tutor non gerens impediatus casu fortuito, an lucretur decimam, numero. 28. 29. & 30. folio eod.
- Tutor impeditus administrare ab aliquo tertio, an lucretur decimam, & quid si non gerat culpa minoris, num. 31. & 32. fo. 263.
- Tutor committens administrationem contutori, an lucretur decimam, nu. 36. fo. 264.
- Tutor inualidus communiter reputatus validus, an lucretur decimam, nu. 1. fo. eod.
- Tabellionis inualidi gesta, an valeant, si communiter reputetur tabellio, nu. 3. fo. 269.
- Tutoris putatiui gesta nil valent, nu. 8. fo. 264.
- Tutori non implenti solemnia non est danda decima, numer. 14. fo. 265.

Tutor

Index tractatus de Decima tutorum.

- Tutori non implenti solemnia non est danda decima. nu. 14. fo. 265.
- Tutor inuoluntarius non conuenitur actione tutelae. nu. 5. fo. 260.
- Tutor inuoluntarius an teneatur de periculo tutelae. nu. 18. fo. eodem.
- Tutori male gerenti non danda decima. nu. 1. fo. 266.
- Tutori gerenti an accrescat portio tutoris male gerentis an sero accrescat pupillo. nu. 3. fo. eod.
- Tutor malus non recuperat expensa in re pupilli. nu. 4. fo. eodem.
- Tutor cui legatur summa in qua fuerit condenatus, an possit recinere, quae debet ratione doli. nu. 5. fo. eod.
- Tutor malus non est tutor sed predo. nu. 17. fo. 267.
- Tutor malus a quo die amittat decimam. nu. 19. vsque ad nu. 25. fo. 268.
- Tutor a die quo postulator de suspecto non potest administrare. nu. 20. fo. 267.
- Tutor an decimet etiam fructus quos pupillus habet in loco. ubi haec lex non seruatur. nu. 1. nu. 7. fo. eod.
- Tutor an lucretur fructus, si sumpta tutela in loco, ubi haec lex seruatur demigret cum pupillo ad habitandum in loco, ubi non seruatur. nu. 10. fo. eod.
- Tutor malus pro parte temporis, vel in parte rerum, an amittat decimam pro toto tempore, & in omnibus rebus distinguere. nu. 22. nu. 32. cum sequenti. fol. 368.
- Tutor an amittat decimam si pupillum non aluit in domo sua. nu. 34. fo. eod.
- Tutor negans alimenta pupillo, an amittat decimam. nu. 36. fol. eod.
- Tutor an deducat decimam ex fructibus in quos condemnatur ex dolo, vel negligentiam. nu. 38. num. 39. cum sequentibus. fo. 269.
- Tutor an amittat decimam, ex eo quod possit remoueri licet, non ex delicto. nu. 46. fo. 270.
- Tutores si plures sint an unusquisque possit deducere solidam decimam. nu. 1. fo. 272.
- Tutoris officium est insolidum, apud quemlibet ex tutoribus. nu. 2. fo. 273.
- Tutella non potest administrari a duobus insolidum, quoad executionem. nu. 6. fo. 272.
- Tutor rerum Hispanensium decimabit partus, bonum etiam si ex bello fugiant in Segouiam, ubi alius est tutor. nu. 7. fol. eod.
- Tutor rerum Hispanensium, an possit exigere a debetere spectu bonorum tutorum, apud Segouiam. nu. 16. fo. 273.
- Tutelle priuilegium non datur aduersus curatorem bonorum. nu. 21. fo. 275.
- Tutor posthumi an lucretur decimam. nu. 27. & num. 28. cum sequentibus. fo. eod.
- Tutor datus ei qui est in ventre censetur curator ventris, & an posthumus pro tempore, quo fuit in ventre habeat priuilegium aduersus tutorem. nu. 30. fol. eod. nu. 37. fo. eod.
- Tutella finitur captiuitate. nu. 44. fo. 276.
- Tutor vel curator certe rei, quando dari possit. nu. 2. fo. 277.
- Tutor vel curator certe rei an debeat confiscare inuentarium. nu. 9. fo. eod.
- Tutor datus certe rei, an teneatur iurare. nu. 10. fo. eod.
- Tutor datus rebus sitis in una regione potest eas decimare. nu. 11. fo. eod.
- Tutor administrans post pubertatem pupilli, an lucretur decimam. nu. 1. fo. 278.
- Tutor administrans post pubertatem non est tutor, sed pro tutor. nu. 2. fo. eod.
- Tutor ipso iure constituitur in mora. nu. 3. fo. eod.
- Tutor administrans post pubertatem, an sit obligatus de periculo tutelae. nu. 4. fo. eod.
- Tutor post pubertatem administrans connexa an lucretur decimam. nu. 6. fo. eod.
- Tutella actio in connexis durat post pubertatem. num. 7. fol. 277.
- Tutor quando teneatur connexa administrare. nu. 9. fo. eod.
- Tutor restituens omnem rem nullis deductis fructibus, an amittat decimam. nu. 11. fo. eod.
- Tutor promittens rem integram cum omnibus fructibus restituere an possit deducere decimam, nu. 13. cum sequentibus. fol. eod.
- Tutor lucrata cum pecunia pupilli, an debeat capere pro decima. nu. 22. fo. eod.
- Tutor habitans in domo pupilli, an aliquid debeat soluere. num. 23. fo. 278.
- Tutor an hodie censetur ditius cum pecunia pupilli. nu. 26. fo. eod.
- Tutor an possit accipere supra decimam ex rescripto principis, vel consensu pupilli, etiam si labor, si magnus. nu. 6. nu. 10. & 11. fo. 283.
- Tutor supra decimam capere potest, si non ex re pupilli, sed aliunde ei offeratur. num. 9. fo. eod.
- Tutor an supra decimam possit deducere expensas. nu. 12. & nu. 15. fo. 284.
- Tutor salarium petere non potest, quod fuit aduocatus pupilli. nu. 14. fo. eod.
- Tutor an supra decimam petere possit salarium, si proprijs manibus laborabat in re pupilli. nu. 25. fo. eod.
- Tutor an expensae nomine possit deducere, quod soluebat actori, vel negotiorum gestori. nu. 26. fo. eod.
- Tutor an possit imputare expensas factas in eundo ad accipiendum tutelam. nu. 27. fo. eod.
- Tutor qualiter probet expensas, & quando stetur eius libris, vel iuramentis. nu. 28. fo. 285.
- Tutor malus non repetit expensas. nu. 31. fo. 222.
- Tutor an decimet fructus iurisdictionis puta multas, & confiscationes. nu. 1. fo. 285. & nu. 11. fo. 13. & 18. fo. 286.
- Tutor decimat fructus naturales, & ciuiles puta pensiones. nu. 2. & 3. fo. 285.
- Tutor an decimet fructus vestigialium, & pedagogiorum. num. 21. fol. 287.
- Tutor lucretur, quod percipitur ex exercitio lucro, in quod contigit rem pupilli. nu. 8. fo. eod.
- Tutor decimas fructus aptos ad alendum hominem

Index Tractatus de Decima tutorum.

- non alios. num. 7. fo. 288.
- Tutor** decimabit fructum operæ serui, sed non ipsum seruum durante tutela natum. num. 14. fo. 289.
- Tutor** an habeat decimam in iure presentandi, vel in iure patronatus, nu. 16. fo. eod. nu. 23. fo. eod. num. 33. fo. eod.
- Tutor** an habeat ius presentandi nomine pupilli. num. 19. fo. eod.
- Tutor** datus à iudice seculari non habet potestatem in rebus spiritualibus, nu. 3. fo. 291.
- Thesaurum** repertum in solo pupilli an decimat tutor. nu. 4. fo. eod.
- Thesaurum** non pertinet ad usufructuarium, numer. 5. fol. eod.
- Thesaurus** repertus infundo dotali, an pertineat ad maritum. num. 8. fo. eod.
- Tutor** decimat aues, & feras, & pisces, & paleas pertinentes ad pupillum. nu. 17. fo. 291.
- Tutor** an decimet adquisita ex operis ipsius adolescentis. nu. 19. fo. eod.
- Tutor** an decimet, que vasalli offerunt pupillo domino suo insignum letitiæ. nu. 16. & 9. fo. 290.
- Tutor** decimat etiam, ea que sunt redditus, numero. 4. fo. 291.
- Tutor** an decimet, quod colligitur ex exemplationibus prothocollorum pupilli, nu. 22. fo. & nume. 27. fo. 297.
- Tutor** licet non decimet, que non renascuntur tamen decimas fructus provenientes ex eorum valore, nu. 23. fo. 296.
- Tutor** decimat lucrum pupillo obueniens ex negotio, in quod tutor collocauit eius pecuniam, licet proprie redditus non sit. nu. 29. fo. 297.
- Tutor** non retrahit ex sua persona ea que pupillus potest retrahere iure sanguinis. nu. 30. fo. eod.
- Tutor** usurariæ aliquid, adquirens pupillo tenetur, illud restituere. nu. 6. fo. 292.
- Tutor** an possit recusare tradere pupillo illicite adquisita. nu. 7. fo. 292, nu. 11. fo. eod.
- Tutor** an decimet fructus debitos pupillo, & alij correo, nu. 1. fo. 296. & nu. 21. fo. eod.
- Tutor** si sit correus credendi simul cum pupillo an debeat imputare in deciman, quod ex causa recipit, num. 4. fo. 295.
- Tutor** solum habet ius personale ad decimam, nume. 6. fo. 296.
- Tutor** an decimere possit pecuniam, que minori datur pro fructibus, quos grauatus est prestare, nume. 16. fol. eod.
- Tutor** an pro parte sue decime teneatur reficere collapsam, vel labefactam rem pupilli. nu. 14. fo. 301.
- Tutor** an possit duas decimas deducere si res pupillaris bis in anno fructificet. nu. 1. & 7. fo. 302.
- Tutor** an si cesset petere decimam per biennium, possit eam postea petere, nu. 19. fo. eod.
- Tutor** an possit denuntiare minori ne se in scio fructus colligat. nu. 1. fol. 303.
- Tutor** an possit retinere res pupilli ratione decime, nu. 7. fol. eod.
- Tutor** potest propria autoritate capere decimam, & sibi satisfacere si minor et aliquid debeat, numer. 10. fo. 304.
- Tutori** que actio competat, pro decima, nume. 1. & 5. fo. 305.
- Tutor** à quo die incipiat lucrari decimam. nu. 7. fo. eod.
- Tutor** an preferatur fisco in successione pupilli sui, nu. 14. fo. 306.

V.

- Vxor** que sua culpa non est in seruiicio viri non debet ab eo alii. nu. 7. fo. 262.
- Viro** luxurioso nunquam ex sola luxuria dandus curator, nu. 12. fo. 271.
- Vsum** fructum habere magis est quam lucrari fructus, nu. 21. fo. 296.
- Vsufrectu** legato an veniant, quod colligitur ex exemplationibus prothocollorum. nu. 23. fo. eod.
- Vxor** an petere possit ab heredibus mariti parta constante matrimonij, que maritus alea, vel malefitijs absumpsit, nu. 28. fo. 297.
- Vsufrectuarius** quando teneatur ad expensas, nu. 17. folio. 302.

FINIS TABULÆ.

I N

I

IN CAROLI QVINTI IMPE-

RATORIS AVGVSTI, HISPANIÆ

Regis, illustrem constitutionem, in Madritensi conuentu æditam, anno à partu Virginis trigesimoquarto supra mille, & quingentos, quæ habetur hodie in noua recollectiõne. l. 1. tit. 2. lib. 5. quæ de non meliorandis filiabus, dotis ratiõne loquitur. Enarratio per Gasparem Baczum, iuris studiosum, & in Granatensi senatu aduocatum.

Ante omnia ipsa legis verba, visum est hic annexere, vt si quid lector desideret, habeat vnde facilè petat.

L. 1. titul. 6. lib. 5. Recopil.



TENTA la desorden y daños que somos informados que se han recrecido y recrecen de las dotes excessiuas que se prometen, auemos mandado a los del nuestro Consejo, que viesse y platicassen sobre ello, y assi mismo lo comunicassen cõ nuestras audiencias, y con los procuradores de Cortes, y otras personas de esperiencia. T auiendo visto los pareceres, y acuerdos que sobre ello ha auido: mandamos, que de aqui adelante, en el dar, y prometer de las dichas dotes se tenga, y guarde la manera, y orden siguiente. Que qualquier cauallero, o persona, que tuuiere dozientas mil marauedis, y dende arriba hasta quinientas mil marauedis de renta, pueda dar en dote a cada vna de sus hijas legitimas hasta vn quento de marauedis, y no mas. T que el que tuuiere menos de las dichas dozientas mil marauedis de renta, no pueda dar ni de en dote arriba de seiscientas mil marauedis: y que el que passare de las dichas quinientas mil marauedis hasta vn quento y quatrocientas mil marauedis de renta, pueda dar hasta vn quento y medio de marauedis: y que el que tuuiere quento y medio de renta, y dende arriba, pueda dar en dote a cada vna de las hijas legitimas que tuuiere la renta de vn año, y no mas, con que no pueda exceder de doze quentos de marauedis: no embargante que la dicha su renta de vn año sea mas de los dichos doze quentos en qualquier cantidad. T mandamos, que ninguno pueda dar ni prometer por via de dote ni casamiento de hija, tercioni quinto de sus bienes, ni se entienda ser mejorada tacita ni espressamente, por ninguna manera de contrato entre viuos, so pena, que todo lo que demas de lo aqui contenido diere y prometiere (segun dicho es) lo aya perdido y pierda. T por

A que

que los que se desposan, o casan, suelen dar al tiempo que se desposan, o casan a sus esposas y mugeres, joyas y vestidos excessiuos. Y es cosa necessaria que assi mesmo se ordene, y modere: mandamos, que de aqui adelante ninguno, ni algunos destos nuestros Reynos, que se desposare, o casaren lo pueda dar, ni de a su esposa y muger en los dichos vestidos y joyas, ni en otra cosa alguna, mas de lo que montare la octaua parte de la dote que con ella recibiere. Y porque en esto cessen todas fraudes, mandamos, que todos los cõtratos, pactos, y pccmisiones que se hizierẽ en fraude de lo suso dicho, sean en si ningunos, y de ningũ valor y efeto.

S V M M A.

- 1 IURE civili parem pater filia dotem, legitima assignare debebat. Cõtrariũ. nu. 11. & 16.
- 2 Filia vltra legitimam dotari debet, si aliter cõmode iusta dignitatem suam nubere nõ potest. Pater non dicitur congrue dotasse filiam. nisi dotem dederit, parem legitima vel superiorem, si aliter nubere, & c. Contrarium. nu. 3.
- 3 Pater cogi non potest dotem dare vltra legitimam. Contrariũ nu. 2. componitur dist. nu. 5.
- 6 Nulla est lex prescribens filia dotem necessario dandam vsq; ad legitimam.
- 7 Dos dicitur congrua arbitrio iudicis.
- 8 Intellectus. l. quoniam nouella. C. de inoffi. test.
- 9 Filia nõ debetur dos vsq; ad legitimam, & nu. 11. Mulier non cogitur omnes facultates suas in dotem dare viro. Legitima filia est. id totum quod viuo patre habere potest. Contrarium nu. 17.
- 10 Dotem non esse par legitimam intelligendum est, quando filia exclusa statuto extantibus masculis, petit dotem sibi dari mortuo patre, & num. 12. 16. & 21.
- 11 Pater dotans filiam non tenetur integram legitimam dari in dotem.
- 12 Filia aduersus tenuitatem dotis reclamare non potest, si dos sit congrua.
- 14 Lex vel statutum potest minuere vel tollere in totum dotem remissive.
- 15 Intellectus Auth. res qua. C. commun. de lega.
- 17 Iure regio nostro omnes facultates patris dempto quinto est legitima filiorum, & nu. 20.
- 18 Sententia Fulgos. & Ias. in Auth. res qua. comprobatur.
- 19 Quinta bonorum pars pater iure regio extraneis dare potest.
- 22 Minor dare dotem debet cum decreto iudicis, & quantum.
- 23 Mulier si secundo nubat quota præbere potest in dotem. Et quid si pater filia plus legitima relinquere cum onere fideicommissi in quota possit se dotare.
- 24 Iure civili quantum posset pater dare in dotem, si vellent immensam liberalitatem in filia dotis nomine conferre.
- 25 Pater dotem maiorem vni filia quam alteri dare potest.
- 26 In dubio dos data à patre presumitur congrua.
- 27 Iure regio ante istam legem quota pars in dotem pater poterat filia dare.
- 28 Intellectus. l. 22 Taur. qua hodie habetur. l. 6. tit. 5. lib. 5. noue recollect.
- 29 Qua in re hac lex corrigat ius Civile. & Regiũ.
- 30 Inspecta huius legis decisioe pater non potest dare filia in dotem integram legitimam, sed inspectis annuis redditibus, dare potest quantitatem hic presinitam.
- 31 Neq; tacite, neq; expresse, neq; ipsa legitima si excedatur summa hic presinita.
- 32 Hac constitutio modum statuit liberalitati paterna, vt eam transgredi non possit, non tamen cogit, vt vsque ad summam hic presinitam det pater in dotem.
- 33 Iudex adhibita in consilium prudentia simatis facultatibus, & redditibus, numero liberorũ, & gentis dignitate, dotem moderatur.
- 34 Autores qui huius constitutionis meminere.

Q V A N T V M

QVANTVM DE IVRE REGIO
ET CIVILI, PATER FILIÆ POSSET
dare in dotem, ante conditam istam legem, & vsq; ad quam
summam, cogi posset. Hodie autem, quantum dare possit,
& debeat, & quot in rebus hæc lex corrigat ius
commune, & Regium.

C A P V T P R I M V M.

*Antea quam ad ulteriora pro-
grediamur ipsa petentium, &
supplicantium verba annecte-
re licet, qua Principi ansam
præbuit legis condendæ quæ ta-
lia sunt.*

PETICION CIENTO Y VNA,
dada en las cortes de Madrid, el año de mil
y quinientos y treinta y quatro
sebre las dotes.

Otrofi, suplicamos a V. M. que las dotes
que en estos Reynos se dizen, no puedan
ser mas de la legitima que le vendria a la do-
tada, si entonces se partiessen los bienes del do-
tador: y que si de hecho mas se mandare, o re-
cibiere, publico o secreto, directe, o indirecte,
por el mismo caso passe el derecho de la dema-
sia a los herederos: esto sin per, uyxio de lo ca-
pitulado y contratado hasta agora.



DE IVRE Ciuili
pater filiæ, dotem le-
gitimæ parē assignare
debebat (vt aliquorū
opinio est) quòd si nō
dabat, iure agebatur:
ita docuerunt, Alexā.
conf. 83. viso. incip. statuto. nu. 2. lib. 4. Sa-
lic. in Auth. res que nu. 2. & ibi Ias. nu. 28.
C. commun. de leg. & ibi Fulg. Alex. cōf.
69. incip. super primo dubio nn. 2. lib. 1.
& conf. 7. nu. 5. vers. nam videtur libr. 2.
Bal. conf. 323. lib. 3. num. 3. & in d. Auth.
res que. nu. 17. C. cōmu. de leg. Barthol.

Soci. in. l. hæredes mei. §. cum ita num. 32.
vers. item quòd filia. ff. ad Trcb. Curtius
senior conf. 16. col. 11. vers. & ideò aliàs
consului, & col. antepen. ad finem, & col.
pen. Deci. conf. 379. numer. 13. Vbi dicit
hanc communem, à qua in iudicando, &
consulendo non est recedendum. Ias. conf.
69. nu. 10. lib. 1. Deci. conf. 26. nu. 4. Iser-
nia in constitutione regni Sicil. incip. In
aliquibus glo. verb. in aliquibus, versic.
scias quod quando mulier. Salic. in. l. San-
cimus num. 5. vers. quinimo. C. de nupt.
Corne. conf. 162. num. 12. & 91. num. 2.
& 8. vol. 2. conf. 158. num. 3. vol. 4. & cōf.
245. num. 2. vol. 3. Dec. conf. 180. num. 2.
vbi dicit hanc cōmunē, Afflict. in consti.
Sicilie. rubr. 23. titu. de successione num.
51. Curti. senior conf. 73. col. 32. versic.
octauo principaliter Ioan. Lupus in. c. per
vestras. 3. notab. §. 22. incip. in constituē-
da. num. 1. vers. & ad eò verum est, Corn-
conf. 40. num. 17. & conf. 100. num. 4. &
5. & conf. 290. num. 12. vers. circa secun-
dum caput, lib. 3. Paris. conf. 93. num. 14.
& 15. lib. 3. Belon. conf. 83. nu. 10. Ber-
tran. conf. 165. lib. 3. Boer. decif. 3. nu. 11.
& 12. Castaneus. in consuetud. Burgūdie
rubr. 7. in verb. ne retorque point a la succes-
sion. §. 12. nu. 5. Bal. cōf. 198. incip. pūctus
si ex forma statuti, num. 2. & consil. 199.
nu. 4. lib. 5. Decisio Delfinalis noua. 546.
nu. 36. Ias. in Authen. nouissima nu. 73.
C. de in offic. testamen. Paris. conf. 26. nu.
83. lib. 3. vbi dicit hanc communem, &
num. 71. & conf. 16. nu. 77. & 78. libr. 2.
Aymon. conf. 236. num. 3. lib. 2. Ias. in. l.
voluntatis. C. de fideicōm. & conf. 11. nu.
14. lib. 1. Deci. conf. 611. num. 7. vbi di-
cit hanc communem, Afflict. Decisione.
160. & ibi Cesar Vrsinus. Rube. consil.
163. num. 3. Curt. senior, conf. 39. col. 2.

A 2 vers.

que los que se desposan, o casan, suelen dar al tiempo que se desposan, o casan a sus esposas y mugeres, joyas y vestidos excessiuos. Y es cosa necessaria que assi mesmo se ordene, y modere: mandamos, que de aqui adelante ninguno, ni algunos destos nuestros Reynos, que se desposare, o casaren lo pueda dar, ni de a su esposa y muger en los dichos vestidos y joyas, ni en otra cosa alguna, mas de lo que montare la octaua parte de la dote que con ella recibiere. Y porque en esto cessen todas fraudes, mandamos, que todos los cõtratos, pactos, y pccmisiones que se hizierẽ en fraude de lo suso dicho, sean en si ningunos, y de ningũ valor y efeto.

S V M M A.

- 1 IURE ciuili parem pater filia dotem, legitima assignare debebat. Cõtrariũ. nu. 11. & 16.
- 2 Filia vltra legitimam dotari debet, si aliter cõmode iusta dignitatem suam nubere nõ potest. Pater non dicitur congrue dotasse filiam. nisi dotem dederit, parem legitimam vel superiorem, si aliter nubere, &c. Contrarium. nu. 3.
- 3 Pater cogi non potest dotem dare vltra legitimam. Contrariũ nu. 2. componitur dist. nu. 5.
- 6 Nulla est lex prescribens filie dotem necessario dandam vsq; ad legitimam.
- 7 Dos dicitur congrua arbitrio iudicis.
- 8 Intellectus l. quoniam nouella. C. de inoffi. test.
- 9 Filie nõ debetur dos vsq; ad legitimam, & nu. 11. Mulier non cogitur omnes facultates suas in dotem dare viro. Legitima filie est. id totum quod viuo patre habere potest. Contrarium nu. 17.
- 10 Dotem non esse par legitimam intelligendum est, quando filia exclusa statuto extantibus masculis, petit dotem sibi dari mortuo patre, & num. 12. 16. & 21.
- 11 Pater dotans filiam non tenetur integram legitimam dari in dotem.
- 12 Filia aduersus tenuitatem dotis reclamare non potest, si dos sit congrua.
- 14 Lex vel statutum potest minuere vel tollere in totum dotem remissive.
- 15 Intellectus Auth. res qua. C. commun. de lega.
- 17 Iure regio nostro omnes facultates patris dempto quinto est legitima filiorum, & nu. 20.
- 18 Sententia Fulgos. & Ias. in Auth. res qua. comprobatur.

- 19 Quinta bonorum pars pater iure regio extraneis dare potest.
- 22 Minor dare dotem debet cum decreto iudicis, & quantum.
- 23 Mulier si secundo nubat quota præbere potest in dotem. Et quid si pater filia plus legitima relinquerit cum onere fideicommissi in quota possit se dotare.
- 24 Iure ciuili quantum posset pater dare in dotem, si vellit immensam liberalitatem in filia dotis nomine conferre.
- 25 Pater dotem maiorem vni filie quam alteri dare potest.
- 26 In dubio dos data à patre presumitur congrua.
- 27 Iure regio ante istam legem quota pars in dotem pater poterat filie dare.
- 28 Intellectus. l. 22 Taur. qua hodie habetur. l. 6. tit. 5. lib. 5. noue recollect.
- 29 Qua in re hæc lex corrigat ius Ciuile. & Regiũ.
- 30 Inspecta huius legis decisioe pater non potest dare filie in dotem integram legitimam, sed inspectis annuis redditibus, dare potest quantitatem hic præfinitam.
- 31 Neq; tacite, neq; expresse, neq; ipsa legitima si excedatur summa hic præfinita.
- 32 Hæc constitutio modum statuit liberalitati paterna, vt eam transgredi non possit, non tamen cogit. vt vsque ad summam hic præfinitam det pater in dotem.
- 33 Iudex adhibita in consilium prudentia simatis facultatibus, & redditibus, numero liberorũ, & gentis dignitate, dotem moderatur.
- 34 Autores qui huius constitutionis meminere.

Q V A N T V M

QVANTVM DE IVRE REGIO
ET CIVILI, PATER FILIÆ POSSET
dare in dotem, ante conditam istam legem, & vsq; ad quam
summam, cogi posset. Hodie autem, quantum dare possit,
& debeat, & quot in rebus hæc lex corrigat ius
commune, & Regium.

C A P V T P R I M V M.

*Antea quam ad ulteriora pro-
grediamur ipsa petentium, &
supplicantium verba annecte-
re licet, qua Principi ansam
præbuit legis condendæ qua ta-
lia sunt.*

PETICION CIENTO Y VNA,
dada en las cortes de Madrid, el año de mil
y quinientos y treinta y quatro
sobre las dotes.

O Trofi, suplicamos a V. M. que las dotes
que en estos Reynos se dizen, no puedan
ser mas de la legitima que le vendria a la do-
tada, si entonces se partiessen los bienes del do-
tador: y que si de hecho mas se mandare, o re-
cibiere, publico o secreto, directe, o indirecte,
por el mismo caso passé el derecho de la dema-
sia a los herederos: esto sin per. yzjio de lo ca-
pitulado y conratado hasta agora.



I

DE IVRE Ciuili
pater filia, dotem le-
gitimæ parè assignare
debebat (vt aliquorū
opinio est) quòd si nō
dabat, iure agebatur:
ita docuerunt, Alexā.
conf. 83. viso. incip. statuto. nu. 2. lib. 4. Sa-
lic. in Auth. res quæ nu. 2. & ibi Ias. nu. 28.
C. commun. de leg. & ibi Fulg. Alex. cōf.
69. incip. super primo dubio nn. 2. lib. 1.
& conf. 7. nu. 5. vers. nam videtur lib. 2.
Bal. conf. 323. lib. 3. num. 3. & in d. Auth.
res quæ. nu. 17. C. cōmu. de leg. Barthol.

Soci. in. l. hæredes mei. §. cum ita num. 32.
vers. item quòd filia. ff. ad Treb. Curtius
senior conf. 16. col. 11. vers. & idè aliàs
consului, & col. antepen. ad finem, & col.
pen. Deci. conf. 379. numer. 13. Vbi dicit
hanc communem, à qua in iudicando, &
consulendo non est recedendum. Ias. conf.
69. nu. 10. lib. 1. Deci. conf. 26. nu. 4. Iser-
nia in constitutione regni Sicil. incip. In
aliquibus glo. verb. in aliquibus, versic.
scias quòd quando mulier. Salic. in. l. San-
cimus num. 5. vers. quinimo. C. de nupt.
Corne. conf. 162. num. 12. & 91. num. 2.
& 8. vol. 2. conf. 158. num. 3. vol. 4. & cōf.
245. num. 2. vol. 3. Dec. conf. 180. num. 2.
vbi dicit hanc cōmunē, Afflict. in consti.
Siciliæ. rubr. 23. titu. de successione num.
51. Curti. senior conf. 73. col. 32. versic.
octauo principaliter Ioan. Lupus in. c. per
vestras. 3. notab. §. 22. incip. in constituē-
da. num. 1. vers. & adè verum est, Corn-
conf. 40. num. 17. & conf. 100. num. 4. &
5. & conf. 290. num. 12. vers. circa secun-
dum caput, lib. 3. Paris. conf. 93. num. 14.
& 15. lib. 3. Belon. conf. 83. nu. 10. Ber-
tran. conf. 165. lib. 3. Boer. decif. 3. nu. 11.
& 12. Castaneus. in consuetud. Burgūdie
rubr. 7. in verb. ne retourne point a la succes-
sion. §. 12. nu. 5. Bal. cōf. 198. incip. pūctus
si ex forma statuti, num. 2. & consil. 199.
nu. 4. lib. 5. Decisio Delfinalis noua. 546.
nu. 36. Ias. in Authen. nouissima nu. 73.
C. de in offic. testamen. Paris. conf. 26. nu.
83. lib. 3. vbi dicit hanc communem, &
num. 71. & conf. 16. nu. 77. & 78. libr. 2.
Aymon. conf. 236. num. 3. lib. 2. Ias. in. l.
voluntatis. C. de fideicōm. & conf. 11. nu.
14. lib. 1. Deci. conf. 611. num. 7. vbi di-
cit hanc communem, Afflict. Decisione.
160. & ibi Cesar Ursiljus. Rube. consil.
163. num. 3. Curt. senior, conf. 39. col. 2.
A 2 vers.

De non meliorandis

vers. nā videmus Raphael Comensis conf. 46. col. vltima, Fulgo. conf. 32. nu. 1. vers. si tamen ipsa dimidia. Ias. in rubr. ff. solut. matrimo. num. 25. vers. quia dos, & in Authen. nouissima num. 59. C. de inoffi. testamen. Curt. iunior. conf. 10. num. 1. Aretin. conf. 17. num. 15. Curt. senior, conf. 44. col. 12. vers. & sic expræmissis, pag. 2. Allegant Authen. res quæ. C. commun. de leg. & Auth. de restitutione, & ea quæ parit. §. quā ob rem, coll. 4. Deinde quòd filia censetur creditrix vsq; ad legitimā. l. Papinianus. §. si quis impubes. ff. de inoffic. testamen. Alex. and. l. à filia. ff. ad Trebel. idem Alexan. conf. 83. col. 2. lib. 4. & conf. 69. col. 1. lib. 1. & reliqui omnis superius citati. Adducūt etiam, quòd legitima iure natura debetur. l. scripto. ff. vnde liberi, & quòd legitima censetur minuscula portio. l. si quis in suo. C. de inoffic. testamen. vnde durum non est patrem minusculam portionem cogi filix in dotem dare. * Quinimo filiam vltra legitimam dotari debere (si aliter commode iuxta dignitatem nubere non possit) probat, Authen. res quæ. C. comunun. de legat. ibi. *Sed si liberis legitime non sufficit ad dotis obligationem, permittitur res prædictas in eam causam alienare, vel obligare, pro modo honestati personarum congruo*: Idem probatur expressius, in Authen. de restitutione, & ea quæ parit. §. quam ob rem, & ita nominatim docuerunt, Salic. Fulgo. Bald. & Paul. num. 5. col. 2. in Authen. res quæ. C. comunun. de lega. Alexan. conf. 69. super primo dubio, col. 1. lib. 1. & conf. 83. viso statuto, num. 3. libr. 4. & conf. 7. num. 5. vers. nam videtur. lib. 2. Ba'd. in Authen. res quæ col. 1. & notat Alexand. in dict. conf. 7. num. 5. vers. nam videtur lib. 2. quòd potest dari tota substantia patris, quòd inferius explicabo Rursus quòd filia, vltra legitimā dotari debeat, si aliter pro dignitate nubere non possit, docuerunt, Afflict. in cōstit. Regni Siciliæ. incip. in aliquibus rubr. 23. nu. 51. Soc. in dict. l. hæredes mei. §. cum ita num. 32. versic. item filia. ff. ad Trebel Curtius senior. consil. 16. num. 11. versic. & ideò aliàs cōsultui. Decius consil. 180. num. 2. Neque pater dicitur congrue dotasse, nisi dotem dederit parem legitime, vel superiorem, si aliter commode iuxta dignitatem leari non possit, & relatio aliter facta Principe censetur surreptitia, autore Curtio seniore, conf. 73. col. 32. versic. 8. principaliter. Et

nominatim quòd iudex possit cogere, patrem dotare filiam vltra legitimam, scripsit Iean. Lupus, in cap. per vltra. §. 3. no tab. §. 22. incip. in cōstituerda. num. 1. & 3. vbi dicit, vt iudex ren cuet dotem metiri cum legitima, sed vt excedat, si dignitas generi, & foceri, & filie, & facultatum quantitas, id exigant si al ter filia maritum non inuenerit, citat Leonardum in Repet. l. Gailus. §. & quid sit tantum. col. 67. & idem docet. Dec. consil. 26. num. 4. Socin. consil. 57. nu. 28. lib. 4. Corn. conf. 290. col. 14. versic. nec obstat si quis diceret, lib. 3. vbi addit nullum doctorem scripsisse quòd non possit excedere legitimam, idem consil. 1. lib. 4. versic. valet quòd dos. littera. M. & est magis communis, autore Belon. conf. 83. num. 10. Cassan. in cōsuet. Burgun. d. rubr. 7. 12. num. 22. Afflict. dccis. 160. (sed loquitur de virgine cui dicit esse, equum dari vltra legitimam.) Iacob. de Belouiso in Auth. de restitutione & ea quæ parit. §. quam ob rem. quæst. 11. Curt. senior. conf. 39. col. 2. vers. nam videmus Fulgo. conf. 32. col. 2. vers. si tamen ipsa dimidia. Et quòd legitima non sit meta dotis, notat glo. 4. in. l. 5. tit. 7. par. 6. & in. l. 8. tit. 4. par. 5. in verbo, a otro. * Fuerunt tamen alij magne auctoritatis viri, qui aliter sentientes docent patrem, nō cogendū filix dare dotem parē legitime, ita nominatim, Dec. cōs. 277. col. 2. vers. sed tamen his & similibus. Nō enim legitimam debet vsq; ad mortem, & viuētis non datur hæreditas, iuxta iura vulgaria. Et à communi opinione, quòd filix sit dos dāda par legitime, recessit prudenter, Socin. conf. 288. lib. 2. nu. 13. vers. circa primum, ibi, *Sed cum reuerentia*, quæ citat Bart. in. l. Titio centum. §. Titio genero. nu. 6. ff. de conditio. & demonstr. Et hoc est verius, autore Deci. conf. 180. col. 2. & conf. 379. col. pen. sed addit quòd de æquitate bonus vir non arbitrabitur minus legitima. Idē à communi discedit cōs. 26. nu. 4. Corn. conf. 290. incip. ardua plurimum lib. 3. col. 13. vers. circa secundum caput. qui citat Paul. conf. 108. Corn. cōs. 1. lib. 4. vers. valet, quòd dos, littera. M. vbi notat, non oportere dotem parem esse legitime, si id mos regiones admittat. Idem docet Raphael. Comens. consil. 46. col. vlti. Deci. d. conf. 277. col. 2. Corn. consil. 115. lib. 3. col. pen. vers. non ergo obstat, vbi dici non probari iure filiam dotandam vsq; ad legitimam, & id videtur scensisse

- senfisse d.glo.4.in.l.3.tit.7.par.6.dum, inquit legitimam non esse metam dotis, Belon, conf. 83. num. 10. Curt. iunior, in Authen. res que. num. 10. & 11. C. commun. de leg. Socin. conf. 57. num. 25. lib. 4.
- 4 **R**ursus sunt qui dicant, patrem non posse cogi filix dare dotem ultra legitimam, quod aduersatur dictis. nume. 2. supra, ita Fulg. in Auth. res que. C. commun. de leg. & ibi Ias. num. 28. Afflict. in const. Sici. lib. 3. rubr. 23. tit. de success. filio. num. 52. Vbi dicunt patrem cogi dare magnam dotem filix, dummodo non excedat legitimam.
- 3 **M**ihi, res distinctione componenda videtur, Difficultas enim oritur, ex eo quod doctores generaliter scribunt, dotem debere esse patrem legitimam. Ergo aut pater vivens dotat, & locat matrimonio filiam exercens officium paternum, vel petitur ab eo, ut eam dotet, & certe non tenetur dotare eam, vsq; ad legitimam: quia legitima non debetur vsq; ad mortem, & ita nullus iudex compellet eum precise, & generaliter dare dotem patrem legitimam, & ita nominatim probatur in l. cognouimus. §. sed ne videamur, ibi. *in omni casu*. C. de hæreticis Aret. conf. 17. col. pen. scribit. Dec. conf. 277. col. 2. vers. sed tamē his, & similibus, & conf. 26. num. 2. Doctissimi Antonius Padilla, in Auth. res que. nu. 21. C. comun. de leg. sentit Alciat. de præsump. regul. 1. præsumpt. 26. num. 50. Alioqui, si quis habeat filias quatuor, & eius facultates valeant quatuor, vel duo aureorum millia. breui adperam & baculum redigetur si inuitus, & nolens cogatur omnes filias dotare vsq; ad legitimam, præsertim iure regio, quo cauetur omnes facultates patris, esse filiorum legitimam, excenta quinta parte ut inferius dicā. * Deinde, nulla est lex præscribens filix dotē, necessario dardam vsq; ad legitimam, quid Corr. scribit. conf. 115. lib. 3. col. pen. vers. non ergo obstat. * Sed dotem congruam, & dos congrua, dicitur arbitrio iudicis, ut per Bart. in Authen. res que. in. 1. quæst. C. commun. de leg. cuius opinio est communis, secundum Curt. iunior. ibi. nu. 10. Rursus hoc videtur probari, in l. quoniam Nouella. C. de inoff. testam. vbi dos impuatur in petitionem supplementi legitimam, ergo dos non fuerat par legitimam, & illam legem in hoc citat, Socin. conf. 288. num. 16. lib. 2. * Sed certe illa lex hoc efficaciter non probat, potuit enim dos esse de facto minor legitima, in casu illius legis,
- non tamen apparet quod filia conquesta fuerit de tenuitate dotis, & quod sibi non profuerit. Præterea omnia iura quæ tractant de quantitate dotis, non parificant eam cum legitima, ita ut legitima regula sit quam omittere non liceat, sed dicunt, considerandum numerum liberorum, facultatum paternarum valorem, generi & filix, & patris dignitatem. l. si filix pater. ff. de leg. 3. l. quæro. ff. de iure doti. l. cum post. §. gn̄r. vers. dotis. ff. de iure doti. Bar. in. d. l. si filix, & in. d. l. quæro. text. in Auth. res que. C. comun. de leg. ibi. *pro dignitate*. Arc. in. conf. 17. col. pen. Paris. conf. 81. nume. 49. vers. nec dicatur, lib. 2. Vbi dicit inspiciendum regionis morem, idem conf. 63. num. 51. Aym. conf. 236. num. 3. vers. nisi aliter Bart. in Authen. res que. C. commun. de leg. Alber. in. l. cognouimus. C. de hæret. Belon. conf. 83. num. 10. Nouel. de dote. par. 6. priuil. 8. col. 2. Rursus, in concilio Arelatenfi. hæc verba legimus. *Nullum sine dote fiat coniugium dos autem secundum possibilitatem sit.* Quod legimus, in. c. nullum. 30. quæst. 5. Scribit Bosquus, de nuptijs, lib. 6. nume. 3. Et regionis morem inspiciendum, scribit Raph. Comens. conf. 46. col. fin. idē relinqui arbitrio boni viri. Socin. conf. 14. num. 15. lib. 1. idem præscribitur, in. l. 5. tit. 7. par. 6. cuius verba sunt. *Otrofi, quando el padre quisiese casar su hija, e la dotas se segun la riqueza que el ouiesse, e segun que perteneciese a ella, e a aquel con quie la queria casar* Et ibi d. gl. 4. notat. legitimam non esse metā dotis. Item glo. in. l. 8. tit. 4. part. 5. in verbo. *a otro* dicit considerandas vires patrimonij numerū liberorum, dignitatem patris & generi, Alibi tamen gloss. l. 8. tit. 11. part. 4. dicit legitimam esse metam dotis in verbo *dotar*. Sic Ancharra. consil. 21. versic. etsi quærat quanta erit dos, col. pen. scribit patrem, ex facultatibus numerum liberorum, dignitate sua, & generi cogendum dare dotem. Loquitur enim quando pater ipse viuens dotem constituit. Certē si legitima necessario danda, breuius sese iura, & doctores extricassent, dicendo, debet dotari vsque ad legitimam, nulla tamen lex hoc dicit.
- 9 **R**ursus dotem non deberi filix vsque ad legitimam, probatur, quoniam in bonis patris, filix nil debetur ultra legitimam. l. parentibus. C. de inoff. testam. l. si quis in suo. C. eodem tit. & illud ad summum potest quodammodo existimare, se iam habere, etiam viuo patre,

De non meliorandis

videmustamen tutorem filix meæ impuberis, non teneri ei dare in dotem, totum quod illi reliqui, etiam si nubat ei, cui ego iussi, sed iuxta facultates, & dignitatē mariti dotem æstimari debere, ita lego in. l. cum post. §. Gener, vers. dotis. ff. de iure doti, ibi. *Dotis enim quantitas, pro modo facultatum, & dignitate natalium, recte per tutorem constitui potest*, non ergo tutor dat vniuersas facultates, sed pro modo facultatum, & paulo post inquit text. *Nuptijs ex voluntate patris puella, cum filio tutoris iure contractis, dos pro modo facultatum, & dignitate natalium, recte constitui potest*. l. 9. tit. 1. par. 4. Et probatur melius in. l. quæro. ff. de iure dotiū, & l. tam de mentis. C. de episco. audi. Et quod mulier non cogatur omnes facultates suas dare in dotem, probatur, in. l. 1. C. si aduers. dotem. l. si ex causa. §. in dotis. ff. de minori. Nouell. de dote. 6. par. priu. 40. glo. & Bal. in. l. mulier bona. ff. de iure doti. Bar. quæst. 7. incip. mulier habens. Dec. conf. 52. 1. Mayner. in. l. in ambiguus num. 163. ff. de reg. iur. Couar. super. 4. 1. part. c. 5. nu. 5. Quinimo, etiam si habeat dotē, & nubat, nō videtur illam dare, Bar. in. d. disputatione. Bal. in. l. nulla. C. de iure doti. Raph. in. l. mulier. bona. ff. eod. titul. Corn. conf. 282. col. 4. litera. L. lib. 1. Et si minor sit, & lesa restituitur, si forte omnia sua dedit in dotem, & si sit maior, & dolo circumuenta, rescinditur dotis datio, ex. l. 2. C. de rescind. vendit. quod intellige, vt per. dd. in locis supracitatis. Ergo si filia, domina effecta per mortem patris, non cogitur omnia sua dare in dotem, etsi dederit sæpe rescinditur; cur pater qui proprias facultates possidet, cogetur omnia ad filiam pertinentia ratione legitime in dotem dare viuens & valens? Cur non fruatur forsam magno labore patris? Cur proprijs spoliabitur? cum filia ipsa dotis præstationem, si vniuersum patri monium absorbeat rescindat. Legitima autem est: totum quod filia viuo patre habere potest, & id quidem spe, neque enim domina est viuente patre, vt per. dd. in. l. 3. C. de iuris & fact. ignor. l. 1. §. si impuberi. ff. de colla. bono. Paul. in. Auth. si qua mulier. col. fin. C. de sacrosan. ecclesi. Abb. conf. 43. Alex. l. quia poterat col. pen. ff. ad Treb. Deci. l. fin. num. 15. C. de pact. & notatur in. l. in suis. ff. de liber. & posthu. ibi. *Qui etiam viuo patre quodammodo domini existimabantur*. Cum ergo nō det sua, cur violenter rapiet aliena? hoc est pater-

na. Rursus si legitima est meta certa, & congrua dotis, vt supra num. 2. cur Auth. res quæ, permittit filiam dotare se ipsam vltra legitimam? Non ergo purius est in legitima, potest enim dos minor legitima esse congruentissima, & ad dignitatem, & ad victum, vt inquit Aret. in. l. qui superstitis. col. 3. vers. sed ad istud argumentū. ff. de acquir. hæredi. & not. dd. citati. supra num. 3. Quod vt sit dilucidius, exemplū proponam, Mercator duas habet filias, & facultates eius valent quinquaginta coronatorum millia, & est genere vel infimo, vel mediocri, nonne sufficet si filix in dotem det aureorum tria millia vel quatuor, quibus, & maritum inueniet honestum, & victum & dignitatem tueri poterit, & sibi parem, forsam diuitem, nanciscetur. An hic, æquum est patrem solidam legitimam cogi dare, hoc est dimidium iure regio est longe iniquissimum, vt per Curt. in Auth. res quæ nu. 1. 1. C. cōmu. de lega. Præterea legitima nonnunquam incongrua dos erit, vt patet in Auth. res quæ, & docent exempla quotidiana: Certè plures eruditi, dotem aureorum mille scripserunt & nomine magnam esse, etiam Comiti ita Bald. conf. 255. lib. 2. & 123. lib. 1. De cius conf. 26. nu. 3. Fulg. cōf. 2. 2. col. 2. In. conf. 133. lib. 4. num. 6. Cassa. in consuetudin. Burgund. rubric. 4. num. 7. & rubrica. 7. §. 12. num. 7. Boer. in consuetudini. Bituricen. tit. de consue. matrimonio. §. 5. Et dos non est parua si ad victum, & vestitum sufficit, Corsetus de minimis parte prima num. 19. Et Nouel. de dote. 6. part. priuile. 17. num. 5. vers. & ex prædictis potes concludi. vbi scripsit congruitatem dotis æstimari debere ex sufficientia alimentorum, ita refert Cassa. rubr. 7. §. 12. num. 22. & Bal. in Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor scribit congruam esse dotem, si potest victum, & vestitum suppeditare, iuxta conditionem quod probat. Socin. conf. 288. nu. 20. lib. 2. & cōf. 100. num. 11. lib. 3. Quanquā aliàs, dos magna, vel parua dicitur arbitrio iudicis, secundū Bald. in Auth. præterea. C. Vnde vir & vxor. Bart. in. l. si constante nu. 48. ff. solu. matri. & in Auth. quod locum num. 2. C. de collatio. Quanquam in alio sensu explicet quæ sit magna dos, Alcia. Parergon. lib. 4. cap. 8. Ergo pater, non est cogendus legitimā filix in dotē dare, sed iudex pro modo facultatum numero liberorum & dignitate generi, & foceri, & nupte rem prudent-

prudenter & Christiana grauitate stima-
bit, nihil dans fastui, nihil vanitati, sed om-
nia ad Christianam frugalitatem & mode-
rationem referens. memor eius prudentissi-
mi dicti, *scpe in coniungibus fit noxia si nimis
est dos.* Et eius. *Veniunt a dote sagite.* Mo-
derata enim dos, omnibus sacris. viris, om-
nibus Philosophis, & prudentibus placuit,
vt inferius cap. 2. dicam neq; temere inue-
nias quicquam, magis vtile ad coniugij fœ-
licitatem, quã dotem magnã spreuisse. Est
enim dos, mulieris telum, & viri frenum,
vnde Aristoteles vir summus, lib. 2. Poli-
tico. c. 7. *Expedit (inquit) dotem, aut nullam,
aut paruum esse: vide Cap. 2. infra.*

¶ Si tamen legitima patria faceret, cum his
quæ requiruntur arbitrio boni viri, expen-
sis supradictis, tunc pater legitimam præ-
stare cogetur, non quòd legitimam debeat,
sed quòd debet id quòd vir bonus arbitra-
tur (scilicet iudex) & arbitratur summam
parem legitime, vel alimentis quo casu. li-
cet excedere legitimam, vt infra dicam.

10 ¶ Finem faciam, si lectorem monuero. dd. à
me citatos supra num. 3. vers. fuerunt tamen.
Ad hoc quòd dos, non debet esse par
legitime, loqui quando filia exclusa à sta-
tuto stantibus masculis petit dotem sibi da-
ri mortuo patre, tunc enim cum sit exclusa
à statuto, non mirum si dicunt ei non dari
integram legitimam, cum iuxta cõmunem
sententiam, videatur exclusa à legitima, vt
infra dicam. secundum Corn. consil. 100.
col. 2. lib. 3. Deci. conf. 26. col. 2. Solus Dec.
d. consil. 277. col. 2. loquitur nominatim in
nostro casu, & Ancharra. conf. 21. & defi-
niunt, non respiciendam legitimam, neque
quenquam legi qui doceat patrem posse co-
gi dare integram legitimam cum viuít, præ-
ter. Bald. conf. 323. lib. 3. & Ioannem Lu-
pum in dict. c. per vestras. 3. notab. §. 22.
nu. 2. & 3. à quo planè dissentio, nam om-
nes doctores quos citat, loquuntur quando
filia exclusa à statuto, à successione patris,
petit à fratribus mortuo patre, vt sibi dotẽ
assignent, ita Socin. conf. 57. num. 28. libr.
4. vers. benefacit. Hic autem, est casus val-
de diuersus, ab eo de quo tractamus, vt per
Deci. conf. 277. col. 2. num. 2. & nu. 1. ver-
siculo secundo etiam responderi potest, vbi
ad hoc, citat Bal. & Paul. in Auth. res quæ.
C. commun. de lega. vbi vide Paul. num. 9.
nam dos potest esse congrua, etiam si sit mi-
nor legitima, vt inquit, Aretin. in l. qui su-
perstitis col. 1. vers. sed ad istud argumen-
tum. ff. de acquir. hæred. & Baldum dicto

conf. 323. lib. 3. reprobat. Soc. in. d. cõf. 288.
lib. 2. num. 15. & dicam infra. *Pro hac sen-
tentia, quòd pater qui dotat filiam non te-
neatur integram legitimam dotis nomine
dare, facit, quòd pater magnopere diligit fi-
liam, neq; quisquam melior amicus: patre
l. fin. C. de cura. furio. quare si pater det do-
tem, non est audienda filia, allegans ten-
nem dotem sibi datam, autore Decio. cõf.
26. col. 2. Curt. senior conf. 27. col. antepe-
glo. 4. l. 8. titu. 4. part. 5. col. 2. ad finem las.
conf. 133. num. 4. & num. 17. col. 11. libr.
4. Paris. conf. 107. nu. 50. lib. 1. Paul. conf.
403. lib. 2. & 421. col. 3. lib. 2. Alexan. cõf.
133. num. 4. lib. 4. Alciat. de præsumptio.
regul. 1. præsump. 2. nu. 8. Soc. d. conf. 288.
num. 21. lib. 2. Callan. in consuetudinibus
Burgundic. rubr. 7. §. 12. vers. aut vero. Mo-
lin. ad Alex. cõf. 29. lit. D. lib. 3. Afflict. in
constitutione Sicillæ incipi. in aliquibus.
num. 73. Deci. conf. 611. num. 7. & conf.
180. col. pen. & conf. 277. col. 2. Vbi dicit,
quòd si pater dotat, non est inspiciendum
patrimonium, nam præsumitur congrua
dos, las. conf. 231. num. 4. lib. 2. Curtius iu-
nior in auth. res quæ num. 11. C. commu-
de lega. quem consule.

12 ¶ Hoc argumentum, protuli ad persuaden-
dum, non ad euincendum, nam fere omnes
isti, loquuntur de dote datã filia, quæ à suc-
cessione patris excluditur per statutũ, stan-
tibus masculis, nam cum tali filia, non de-
beat legitima, iuxta communem senten-
tiam doctorum, quos refert, Corne. consil.
100. col. 2. lib. 3. Decius conf. 26. Alexan. in
l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. &
posth. dos ex equitate debetur, & quamuis
hæc æquitas efficax sit (nam omnes faten-
tur talem filiam dotari debere) tamen dos
sapit liberalitatem, misericordia cõcessiam,
ideò doctores facile circuncidunt illam, &
quanquam dicant quòd de æquitate debet
esse par legitime, loquuntur de legitima,
pertinente ad filiam de iure communi, quæ
est minuscule portio, vt in l. si quis in suo.
C. de inoffic. testam. ideò doctores, viden-
tes talem dotem ex misericordia deberi, fa-
cile dixerunt, quòd si pater dotat filiam,
non potest ipsa cõqueri detentitate dotis.

13 ¶ Deinde, non puto verum, filiam à patre
dotatam non posse conueniri de tenuitate
dotis, quamuis id amori paterno tribuam,
vt in dubio credam dotem à patre datam
esse congruam. Et quòd non sit verum fi-
liam non posse reclamare aduersus tenui-
tatem dotis, docet Soci. conf. 57. num. 28.

De non meliorandis

versiculo. Sed adhuc respondeo lib. 4. qui citat, Ba. d. in. l. in. C. de dotis promissione nu. 4. qui docet, filiam à patre dotatā posse petere supplementum dotis, & opinionē Ba. di, sequuntur Doctores, secundum Soci. lib. Curti. iunior. in Auth. res quæ nu. 1. C. com. de lega. Iaso. conf. 133. nu. 17. col. 1. versiculo non obstat etiam dum dicebatur quòd domina Socina, lib. 4. Decius conf. 180. col. 2. vers. & stante, cum alijs quos tibi congesi capite quinto versiculo, postremo facit quòd filie in congrue. Hanc opinionem existimo esse verissimam, tantum credo efficaciter, dotem à patre datam congruam fuisse, & hoc est quod sensit Decius, in dicto conf. 277. colum. 2. Afflic. in constit. Siciliæ incip. in aliquibus num. 73. Quod confirmatur, quoniam Doctores ubique consentiunt, quòd si apparet dolum patris in tali dotis cōstitutione intercessisse (puta quia excessus dotis esset manifestus) certe dotatio patris potest impugnari, authore Alex. conf. 33. nu. 4. lib. 4. Ias. in. l. voluntas. C. de fideicommit. Curtius. iunior conf. 10. nu. 1. Decius conf. 26. Curtius senior conf. 27. col. pen. ad finem Ias. conf. 231. nu. 4. lib. 2. Rodericus in repetitione. l. quoniam, in secunda limitatione legis regie, versiculo ex quibus infertur ad quæstionem quotidianam. C. de inoff. testamen. Sic etiam si dos sit nimis tenuis, filia dotata à patre conqueri posset, ut notat Curtius iunior in Authen. res quæ nu. 1. C. com. de lega. Socin. conf. 100. lib. 3. nu. 1. Ias. d. col. 133. nu. 17. col. 1. lib. 4. Decius. d. col. 180. col. 2. Quinimo etiā si statutū dicat, ut filia sit contenta dote data à patre, nihilominus posset reclamare, & refectionem dotis petere, auctore Cassan. in consuetudinib. Burgun. rubrica. 7. §. 1. 2. nu. 1. 2. Quanquam hec ultimo casu, (scilicet quando statutum dicit quòd debeat esse contenta dote data à patre) plures tenent quòd filia non potest petere dotem supplementi, ita enim docuit Alexan. conf. 121. lib. 6. Corn. conf. 290. lib. 3. col. 14. Curti. senior conf. 27. col. pen. ad finem & col. 14. vers. venio ad quartum Alexan. conf. 83. nu. 3. lib. 4. Corne. conf. 197. col. 3. lib. 1. Soc. cō. 288. nu. 18. lib. 2. Bal. in. l. si. nu. 4. C. de dotis promissione. Aymon. conf. 11. nu. 14. lib. 1. Alexan. l. cum ex filio nu. 7. ff. de leg. 1. Segura. in. l. coheredi. §. cum filia fol. 2. vers. facit ad illud. ff. de vulga. & pupilla. * Cum his, ego quoque sentio (ut scilicet) si statutum d. cat, quòd filia

fit contenta dote data à patre, non possit petere supplementum dotis à patre datæ, potest enim lex vel statutum minuire dotem (ut d. cam capite securitlo) imo & tollere in totum, quod nouissime docuit, vir doctissimus Ferdinandus Vasquius, in tractatu de resolutione vltimarum voluntatum. §. 20. num. 291. (de qua re infra capite secundo d. sserenus) Interim tamen, censo, mentem statuti spectandam, quid enim finitur in fiducia, quam lex habet de patre: certe tunc si dos non sufficeret ad alimenta, supplementum dotis peti potest, auctore Socin. conf. 100. num. 1. col. 4. lib. 3. & argumento eorum quæ supradixi versiculo deinde non puto. nu. 13. Si tamen lex differtè & manifestè vellet, ut dos esset solum illa quæ à patre datur, (quæcunq; sit) tunc etiam si dos non sufficiat ad alimenta, tollerabitur, si lex se fundet, in causa iusta, & non sit irrationabilis, hoc est impia & iniqua ut infra dico. Illud tamen notandum, quòd inter ea quæ iudex inspicere debet, ut intelligat an dos sit congrua vel nō, est mos regionis, nam quæ hic, parua dos est: alibi magna est, & e contra. Et si moris est, dari dotem legitima minorem, seruandus est, etiam apud eos, apud quos, ex statuto, legitima est danda in dotem. rursus si consuetudo induxerit, summam certam, inter certum genus hominum, vel familiarum primæ, vel secundæ classis, est quidem id respiciendum, dum tamen eam, (si id prudentia suadeat) reijcere possit. Quid enim si sit prava consuetudo, superbix vel vanitatis filia? Primum scilicet quòd debet inspicere regionis mos, docet. Bal. in conf. incip. antiquum statutum quem citat & sequitur, Ican. Lupus in. c. per vestras. 3. notab. §. 2. incip. in constituenda, num. 2. Deci. conf. 26. nu. 4. col. pen. vers. non obstat. Parisi. cōf. 81. nu. 49. vers. nec dicatur, lib. 2. Mos tamen regionis tempore mutatur, idè probatio vnius temporis non sufficit ad aliud. Soci. conf. 57. nu. 26. lib. 4. Itē inspicienda consuetudo familiæ & quomodo dotauerit alias filias, arg. Imperatores. ff. de contrah. emptio. Ican. Lupus ubi proximè, Cassan. in consuetudini. Burg. rub. 7. §. 1. 2. nu. 22. Aym. conf. 236. nu. 3. vers. nisi aliter. Raph. Comens. cōf. 46. col. fin. Deci. conf. 277. num. 1. col. 2. Cornè. conf. 115. col. pen. vers. non ergo obstat, lib. 3. Socin. & Ripa nu. 95. in. l. 1. ff. solu. matrimon.

14

15 ¶ Non obstat, Auth. res quæ, ubi filia ad dotem

dotem accipit legitimam, quoniam (vt ex textu apparet) pater iam erat mortuus, & filia successerat, ita Decius intelligit cōmunem. d. conf. 277. nu. 2. vers. sed tamen, & vers. tamen ista conclusio. Item ibi accipit, non contra voluntatem patris, sed ex præsumpta voluntate, vt per Paul. ibi nu. 10. Crotus in rep. l. filius familiās. §. diui. nu. 59. de lega. 1. Et quamuis grauata fuerit restituere, grauamen in legitima non valuit, ita Soci. conf. 288. nu. 15. vers. Sed cum reuerentia lib. 2. Curtius iunior, in. d. Auth. res quæ, num. 9. & sic non est mirum, si legitimam in qua successerat, det in dotem. Item non obstat quòd vulgo dicitur, dos succedit loco legitimæ, secund. Cin. in. l. sancimus. C. de nup. non enim inde sequitur, quòd pater teneatur eam dare in vita, imo contrarium probatur, & qualiter id intelligatur, dicam suo loco.

16 ¶ Non obstat etiam communis opinio. dd. quos citauit supra num. 1. scilicet quòd dos debet esse par legitimæ, quoniam ibi loquuntur quando pater iam erat mortuus, & filia à statuto exclusa petebat à fratribus vel transfuersalibus masculis, vt dotem sibi constituerent, vt probauit supra num. 10. tunc enim ad mitigandum rigorē exclusionis, est communiter receptum, quòd dos, debet esse par legitimæ, & inter hos duos casus, (scilicet quando filia non exclusa, petit à patre viuente, vt sibi det dotem, & exerceat paternum officium dotandi) multum differt à secundo casu, scilicet, quādo pater iam diem obierat, vel non obierat, sed filia exclusa petit à patre vel à fratribus dotem, tunc enim satis æquum videtur, vt sibi detur legitima, ea scilicet quæ comperit de iure communi, iuxta tex. in Authen. Nouissima. C. de inoffi. testam. scilicet vt si quatuor sint filij vel pauciores, diuidatur inter eos tertia pars, quòd si plures fuerint diuidant inter se pro legitima dimidium, paterne substātie: Et esse inter hos duos casus maximam differentiā, scribit Dec. d. conf. 277. col. 2. vers. sed tamen his & similibus, vbi rem affirmat, tanquam manifestissimam, & sentit Alciat. de præsump. regula. 1. præsump. 26. num. 50. Illud tamen nō omiserim, opinionem eorum qui dicunt: filia à statuto exclusæ, non deberi necessario dotem parem legitimæ, esse veriorē, & practicandam, vbi cūque dos minor legitima, est sufficiens & congrua, vt honeste nubat, tanta enim posset esse legitima, vt excedat quòd ne-

cesse est, vt honeste nubat, & illam opulentiam statutum voluit deferre ad filios, tanquam ad conseruatores familiæ, & splendoris paternæ domus. & tunc certè legitimam non dabo, vt prudenter notat Socin. d. conf. 288. num. 15. ad finem. lib. 2. Curti. iunior. in Authen. res quæ col. 3. C. cōmu. de lega. Hinc infero quòd si in Hispania esset statutum quòd stantibus masculis foemine non succedant, vel si institutor primogenij cum facultate Regia ad disponendum liberè, grauaret filium, vt dotaret sororem, certe talis soror exclusa per institutionem primogenij, non posset petere dotem parem legitimæ. * Moucor, quoniā iure regio omnes facultates patris sunt legitima filiorum, excepta quinta parte. l. 9. tit. 5. lib. 3. fori. l. 1. tit. 6. cod. libro Rodericus, in. l. quoniam in prioribus. 2. limitat. nu. 3. C. de inoffi. testam. Segura. in. l. vnū ex familia. fol. 48. ff. de leg. 2. Et ita, si filia consequi posset legitimam ratione dotis, acciperet dimidium paternarū facultatū, extante illa, & fratre solū, & sic institutio primogenij subuerteretur, & esset verbis, & non rebus legem imponere, vt in specie dicit Soci. d. conf. 288. num. 19. lib. 2. Deinde, negari non potest, illud apud omnes esse communi opinione receptum, talem filiam exclusam à statuto, excludi à legitima, ita Corne. conf. 100. col. 2. lib. 3. vbi dicit hanc esse communem sententiā Deci. conf. 26 col. 2. citat Paul. in conf. 113. incip. domina Cornelia. Alex. in. l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. Cum ergo sit exclusa à legitima, non est quòd petat dotem parem legitimæ. Sed obijciat aliquis, quomodo. dd. communiter dicūt, filia huic, dari dotem parem legitimæ. Respondeo, loquuntur de legitima competente de iure communi, & mouētur ex eo, quòd est minuscule portio (scilicet quarta eius quòd filia habitura esset ab intestato) vt in. l. si quis in suo. C. de inoffi. testamen. & adhuc, parua portio est stante d. Auth. Nouissima. C. de inoffi. testamen. quæ legitimam auxit. Et quòd hæc ratio illos mouerit, patet ex Alex. cōf. 83. incip. viso statuto. col. 2. lib. 4. & conf. 69. super primo dubio. col. 1. lib. 1. & cōf. 7. col. 2. lib. 5. Deci. conf. 180. num. 2. Curtius senior, conf. 16. col. 1. vers. sic. & idē aliās consului, & reliqui omnes supra citati. num. 1. Quod si legitima filia apud eos tāta esset, vt apud nos, proculdubio aliter iudicarent, vt eorum mēte & verbis apparet. Deinde verior

De non meliorandis

rior est opinio dicentium; dotem etiam de iure communi hoc casu non debere esse partem legitimam, ut supra dixi, num. 3. & nu. 16. versi. non obstat, etiam communis opinio. Deinde. Socin. conf. 288. num. 15. ad finem lib. 2. dicit, quod si legitima est maior quam hereditas alterius hominis locupletis, certe tunc exclusam non danda dos pars legitimam.

18 Ex his apparet, verissimum esse quod Fulg. & Ias. num. 28. scripserunt in Auth. res quæ, scilicet quod pater, non potest cogi dotare ultra legitimam, licet possit cogi dare magnam dotem, Cum enim neque legitimam dare cogi possit, multo minus cogetur dare ultra legitimam, magna autem dos dicitur arbitrio iudicis, iuxta subiectam materiam, ut supra dixi, Nam dos mille aureorum, dicitur magna dos, de qua re supra dixi nu. 9. vers. quod ut sit dilucidius. Neque obstat communis traditio; quod si legitima non sufficit, ut filia maritum inueniat, & commode nubat, est dotanda ultra legitimam, ut per Salic. Fulg. & Ias. in Authen. res quæ, per textum ibi. C. commu. de leg. A. lexand. conf. 69. col. 1. lib. 1. Socin. in l. heredes mei. §. cum ita. nu. 32. ff. de condit. & demonstr. cum alijs citatis supra num. 2. quoniam omnes illi loquuntur, quando filia nubit mortuo patre, & excluditur per fratres vel transuersales qui occupant vniuersas facultates paternas ex statuto. Item text. in Auth. res quæ, loquitur quando filia se ipsam dotat mortuo patre, non tamen inde sequitur, quod patrem viuum possidentem res suas possit inuitum, & repugnantem cogere dotare ultra legitimam: sed arbitrio boni viri iuxta regionis morem, numerum liberorum, modum facultatum, & gentis dignitatem. Hæc autem opinio magis indubitata est de iure nostro regio, tum quia legitima filia, est maior, tum quoniam cum omnes paternæ facultates censeantur legitima filiorum, est æquo inter eos diuidendæ nisi pater meliorauerit aliquem ex filijs in tertia parte (quod licet) ut in l. 17. & 39. Tauri. l. 1. tit. 6. lib. 5. collectio nouæ, & nisi in quinta parte, quam pater etiam extraneis dare vel legare potest. Itaque si non meliorauerit aliquem ex filijs, omnia bona excepta quinta parte sunt inter filios diuidenda. l. 9. tit. 5. lib. 3. fori. l. 1. tit. 6. l. 7. tit. 12. cod. lib. Ioan. Lupus. c. per vestras. 3. notab. §. 22. Roder. l. quoniam. C. de inoffi. testam. in princ. declarat. legē Regiæ Segura. in l.

vnum ex familia. folio. 48. vers. 2. facit. ff. de leg. 2. Couar. varia. resol. lib. 1. c. 10. col. 1. & 2. Ex quo sequitur quod si pater nolentem dotare filiam ultra legitimam, iudex cogeret, ut ultra legitimam dotaret; quod faceret præiudicium legitimæ cæterorum liberorum, quorum portio est æqualis cum portione filia, ex æquo diuidenda in omnibus bonis, nisi pater meliorauerit. Hoc autem (scilicet præiudicare legitimæ cæterorum filiorum ratione dotis) est de iure prohibitum. & dos dicitur in officiosa, quod Paul. notat in l. vna. C. de inoffi. dotib. num. 5. & ibi Faber. & cæteri, idem sentiunt Corne. conf. 100. col. 1. lib. 3. Bal. in l. si emancipati in fine. C. de collat. Ias. conf. 174. col. 6. lib. 4. Bart. Bald. Odofre. & Placen. in l. 1. C. de inoff. doti. Afflict. Decisi. 86. Cassa. in consuetud. Burgun. rubr. 7. §. 12. num. 21. de qua re dicam infra. Neque obstat, si quis obijciat, quod ante conditam istam legem, dos de iure regio non erat inofficiosa, etiam si filia esset meliorata dotis ratione in tertia, & quinta parte bonorum, & etiam si ultra ea haberet dotis nomine legitimam, ut in l. 29. Tauri. scribit Ioan. Lupus in c. per vestras. 3. notab. §. 22. in constituenda. nu. 11. & 14. de donationibus inter virum & vxor. Segura. in l. cohæredi. §. cum filia, fol. 12. vers. sic. viso. glos. in l. 8. tit. 4. part. 5. Bernardus Diaz in regula. 213. fallen. 4. Gomezius Arius in l. 29. Tauri. num. 5. quoniam illud verum, quando pater filiam meliorat tacite, vel expresse, si enim meliorat in tertia, & quinta parte bonorum, iam ille partes non pertinent ad cæteros liberos, neque de eis debent deducere legitimam, cum patri liberum esset meliorare; Itaque tunc, non est quod cæteri filij conquærantur se læsos in legitima, cum in tertia, & quinta parte non debeant habere legitimam: Noster autem casus, est diuersus, scilicet quod pater non meliorat, sed iudex vult illum cogere, ut excedat legitimam, quo casu cum pater non meliorauerit, & sic tertia, & quinta pars sint in eius bonis, & per consequens debeantur æqualiter omnibus filijs, ratione legitimæ, cum cæteris bonis, certe iudex cogendo patrem, ut excedat legitimam facit præiudicium legitime aliorum, quod nullo iure admittitur? Neque obstat si quis dicat, factum iudicis censeatur factum patris, & sicut pater dotans filiam ultra legitimam videbatur tacite eam meliorare, etiam si id non diceret, ut in l. 26. Tauri, notat Ioannes

Ioannes Lupus. d. c. per vestras. §. 26. num. 13. col. pen. ita etiam quando iudex dotat. Hoc argumentum, nulli prudenti placebit, iudex enim non dotat, sed iubet dotare, itē tacita melioratio, (de qua in l. 26.) oritur, ex tacita voluntate dantis, hic autem repugnat? & tertia & quinta pars pertinent ad filios ratione legitimæ, & iudex non debet esse autor iniquitatis, neq; à quoquam auferre ius suum, cum solus pater possit minuere legitimam filiorum meliorando vnum ex eis in tertia vel legando vel donando quintam, quòd si non facit, certe tempore quo iudex iubet, tertia, & quinta pars sunt legitima filiorum. Non sic est de iure communi, & idèò res non est ita manifesta, nam de iure communi, legitima est quarta eius quòd debetur ab intestato. l. parentibus. C. de inofficioso testament. & iure Authenticorum: si quatuor sint filij vel pauciores legitima est tertia. etsi plures sint semis, ad eos pertinet, hoc est dimidiū paternæ substantiæ, de quo vide Corne. conf. 197. col. 2. lib. 1. Salicet. in Auth. nouissima quæ st. 10. & col. pen. C. de inoff. testam. & in l. 1. col. pen. C. de noxal. actio. Bald. conf. 407. lib. 2. Corn. conf. 290. col. 10. vers. nec prædictis obstat, illud argumentum, lib. 3. vbi loquitur de dote. Idèò cum pater non teneatur eis relinquere vltra has portiones, & residuum cui vellet dare libere possit, secundum Abb. conf. 111. ad finem, lib. 2. Aymon conf. 142. col. 2. Soci. conf. 127. num. 24. lib. 3. Deci. confil. 254. num. 2. certe filij non possunt dicere se ledi in legitima, etiam si pater filiæ det dotem vltra legitimam, & sic non reuocāt nisi pro ea portione. l. 2. l. si totas. C. de inoff. donatio. At iure regio, omnes paternæ facultates debentur necessario filijs, iure legitime? (si pater non melioret aliquem ex eis in tertia) & sic nulla sunt bona ex quibus detur filiæ vltra legitimam, nisi ex legitimis cæterorum fratrum. at de iure cōmuni excepta tertia, vel dimidia parte, reliqua omnia non sunt legitima necessario filijs relinquenda. Neque obstat si quis dicat, etiam de iure communi si pater non legat vel prælegat filijs vel extraneis, hæreditas æqualiter diuiditur inter filios, vt in l. inter filios. C. famil. hærciscund. sed illud gratia potius est patris, quam necessitas, nā præter tertiam vel dimidiam partem bonorum. cætera non debet filijs, & cui vellet legare possit. Apud nos autem vniuersæ facultates patris debentur filijs iure legiti-

mæ excepta quinta parte. Et ita intelligenda sunt, quæ scripsit Ioannes Lupus. c. per vestras. 3. notab. §. 22. in constituenda num. 4. vers. & quòd plus est, & num. 6. Vbi dicit mortuo patre, filios posse reuocare dotem in eo quod excessit legitimam filiæ, nā si loquitur de tempore quando iudex viuo patre assignauit dotem filiæ, rectè loquitur, nam iudex inuitum patrem non potest cogere dotare vltra legitimam, etsi cogat reuocabitur à iudice superiori, & ipse pater rescindere poterit, iuris æquitatem implo-rando. Si tamen loquitur de tempore, quādo ipse pater dotat, certe poterat olim etiā de iure communi dotare filiam vltra legitimam suam, dum tamen non excederet ita vt cæteris filijs non esset saluum debitum bonorum subsidium? iuxta Authen. nouissima, & l. parentibus. C. de inoff. testamen. & d. l. 2. & l. si totas. C. de inoff. donat. & in Authen. vnde etsi parens. C. de inoff. testamen. & ibi notant omnes. DD. & dicam infra. Itaque, si Ioan. Lupus, intellexit, de tempore quando ipse pater dotat, certe lapsus est, sed potius videtur ibi loqui de tempore, quando iudex dotat, vt patet. num. 3. licet postea. num. 10. videatur loqui siue iudex assignauerit, siue pater, quamquam ibi apertius loquitur de dote excedente in præiudicium aliorum filiorum. Dum tamē postea nu. 11. dicit, dotem immensam esse, quando pater dat filiæ vltra tertiam & quintam partem (præter legitimam) rectè loquitur, ante istam legem, intelligendus tamen est ibi. de tempore, quando pater ipse dotat & meliorat, re, vel verbo, non tamen de tempore, quando iudex inuito patre assignat dotem, vel cogit patrem assignare vltra legitimam filiæ, ita vt resultet melioratio, in tertia, & diminutio legitime cæterorum filiorum, nam tūc vbi primum exceditur legitima filiæ, (æqualiter facta computatione cum cæteris) iudex dat dotem in officiosam, in præiudicium cæterorum filiorū, quibus omnia bona patris debentur iure legitimæ, excepta quinta parte, idèò non valet. * Hæc tot verbis inculcare visum est, quoniam ipse studiorum (vt videtur amatissimus) Ioannes Lupus in d. 3. notab. §. 22. num. 1. & 2. loquitur de iudice constituente dotem, ibi, secundo debet iudex, & c. & paulò inferius inquit non curando an dos commensuretur cum legitima vel non. Quæ verba candidè sunt interpretanda, quia postea videtur dicere filios posse reuocare quod excedit legitimam,

De non meliorandis

mam. Sed occurreret aliquis dicens, quinta pars non est legitima filiorum, sed ad libitum pater eam dat, in pios vsus vel profanos, certe in hac portione iudex iubere potest patrem dotare filiam ultra legitimam: iam enim cessat præiudiciū ceterorum filiorum. Sed, huic ego respondebo, quintam ita iure nostro ratio esse patris, ut notis, & ignotis eam dare possit filijs inuitis, itaque filij in ea nullum ius habent, ut in. l. 9. tit. 3. lib. 3. fori. l. 1. tit. 6. l. 7. tit. 12. eo. lib. Notant Roder. Ioan. Lupus & ceteri in locis supracitatis. Cum ergo quoad quintam, pater liber sit, neque filij ius aliquod habeant, quo cogere possint patrem, quo iure iudex illum cogere poterit eam portionem vel eius particulam dare filiae ultra legitimam. Deinde cum verisimile sit patrem: eleemosynis, & pia munificencia velle redimere peccata sua, & *facere sibi amicos de mamona iniquitatis* (iuxta verba Christi) cur comoda filiorum. (qui bus quoad quintam partem nihil debet) præponet salutem animæ suæ? Cur inuitus donabit? cur inuitus liberalitatem exercebit? Sed rursus occurreret alius, dicens, dota filiam ultra legitimam, quoniam si non vis filiam meliorare, ipsa conferet fratribus quod supra legitimam acceperit? & sic eis non facis præiudicium, in tertia parte. l. 29. Taur. Sed quorsum hæc nugameta audiet iudex, si enim pater meliorare non vult, neque aliorum filiorum legitimam minueret, (quoniam lex prohibet nisi per viam meliorationis) quid oportet dare quod lex iubet ut non detur? quorsum det, quod gener restituere debet, ut per Paul. in. l. vnanu. §. C. de inof. dotib. & ibi Faber. Corn. conf. 100. col. 1. lib. 3. Ias. conf. 174. col. 6. lib. 4. Moli. in tractatu de donationibus factis in contractu matrimonij, nu. 48. & in tractatu de inofficiosis donationibus, nu. 33. præsertim quod filia abstinere possit ab hæreditate paterna, ut non teneatur conferre. l. 29. Tauri.

¶ De his ita satis. Præsertim cum ex hac lege, omnis melioratio, dotis ratione sit prohibita, ita, ut parens etiam si velit non possit villo modo filiam meliorare. Non tamen est prætermittendum, errasse Curtium seniore dum conf. 73. col. 32. vers. octauo principaliter, scribit relationem, à patre factam principi, quod cõpetenter dotauerit filias, falsam esse, si eis minus legitima in dotem dedit, & quod rescriptum, huius relationis virtutem impetratum, est surreptitiu, nam

ut ex superioribus apparet, dos dicitur cõpetens, etiam si sit minor legitima.

- 21 ¶ Quoniam verò supra dixi, dissensionem que prima facie videtur esse inter doctores, distinctione componendam esse, & quod si pater dotat in vita sua, volens vel nolens, non tenetur filie dare in dotem integram legitimam generaliter, restat secundus casus, de tempore quando filia dotatur mortuo patre, & tunc iam dixi supra nu. 16. vers. non obstat etiam communis opinio, quod eo casu loquuntur omnes. DD. citati, num. 1. qui dicunt dotem debere esse parem legitimam, sed loquuntur quando filia ex statuto excluditur stantibus masculis, & quid eo casu sentiam iam exposui. Restat casus, quando non est tale statutum, & filia dotatur mortuo patre, & tunc pater non viuat, non est quod tractemus quantum pater possit dare de iure communi, sed tunc filia se ipsam dotat, & si maior est, omnia sua dare potest in dotem. l. nulla. C. de iure doti. ibi. Bald. Nouel. de dote priuileg. 42. & 43. Salicet. in. l. nulla. C. de iure doti. Si tamen sit minor, dotem dare debet cum decreto, & quantum possit dare, vide Salicet. Bald. & dd. in. l. 1. C. si aduers. dotem. Nouel. de dote priuileg. 41. Gozadin. confi. 33. nu. 22. l. si ex causa. §. si dotis. ff. de minori. Et quid si nubat indigno, vide Ioannem Lupus in. c. per vestras. §. 7. incip. tertiū quod habet concurrere nu. 7. de dona. inter virum & vxor. * Quid tamē si secundo nubat, quantum in dotem dare possit, vide. l. hac & dictali. C. de secund. nupt. & ibi. Bald. & Deci. Aymon. conf. 142. col. 1. & 2. Ancharran. consilio. 101. colum. 1. & 2. Corn. consil. 33. lib. 1. & consil. 309. lib. 3. dicam infra cap. 16. de dote secundo nubentis. Quid autem si pater filia, plus legitima reliquerit, cum onere fideicommissi, in quantum possit se dotare, an scilicet supra legitimam, est casus in Authenticis quæ. C. comm. de leg. & ibi Bart. Bald. Paul. Salicet. Alexand. & Ias. Paul. in. l. cum virum num. §. C. de fideicommiss. & dicam infra suo loco.
- 23 ¶ Hastenus de dote, quam iure ciuili & regio pater cogi poterat dare, ante conditam istam legem. Nunc tractemus quantum possit olim dare, si vellet immentam liberalitatem in filiam dotis nomine conferre. Et de iure ciuili, dare poterat quantumcumque summam, dummodo non occuparet portionem filijs debitam, si enim filijs salua esset

esset portio debita ex Authē. Nouissima. C. de inoff. test. reliqua pater in dotem dare poterat ita Paul. in. l. vna. nu. 5. C. de in off. dotib. & ibi. sentiūt Faber. Placē. Bar. Bald. & Corn. cōf. 100. col. 1. lib. 3. Casani. consuet. Burgun. rub. 7. §. 12. nu. 21. Iaf. conf. 174. col. 6. lib. 4. Odof. in d. l. 1. C. de inof. doti. Molin. in tractat. de dona. factis in cōtractu matri. nu. 48. & in tractatu de inofficiosis donationib. nu. 33. Afflict. decisione. 86. Et probatur, in Auth. vnde si parens, & in. l. parentibus. C. de inoff. test. & in. l. si liqueat, & in. l. si totas. C. de inoffic. donat. Iaf. in d. Auth. en. vnde si parens, num. 16. C. de inoff. testa. Et generaliter poterat meliorare quem volebat, dummodo cæteris relinqueret legitimam, Barr. & Iaf. in d. l. parētibus. C. de inoffic. testam. l. quæ pater. l. si vni. l. ex parte. §. in testatus. ff. famil. herciscund. l. quoties. C. eo. l. hac ædictali. C. de secund. nupt. l. filij patris. C. famil. hercif. Soci. conf. 127. col. 2. num. 24. lib. 3. Corn. conf. 228. col. 2. & conf. 273. col. 7. lib. 4. Deci. cōf. 254. num. 2. Paris. cōf. 34. nu. 26. lib. 2. & conf. 107. n. 46. lib. 1. Dec. cōf. 246. col. 1. ad fi. Bal. cōf. 356. lib. 5. Abb. cōf. 111. col. fin. lib. 2. Aym. cōf. 142. col. 2. ver. circa primum.

25 **Item poterat dare maiorem dotem vni filix quā alteri, Bald. conf. 328. nu. 3. lib. 3. Alex. cōf. 29. col. 2. lib. 3. Nouel. de priuil. dotis. 6. par. char. 10. Afl. cōstitutione in aliquibus nu. 73. Pau. conf. 73. Licet ista dñā Lisa. Rurfus, Bald. in conf. 323. lib. 3. incip. materia diuiditur. notat quod habēs multas filias, cum modum seruat in distributione dotis, quem seruat in distributione legitimæ: Quod ciuilitè intellectum, verū est, scilicet, q̄ sicut potest vnam meliorare distribuendo legitimā, ita etiam cōstituendo ei dotē: Si tamē intellexit (vt reuera fecit) teneri cōstituere dotem parē legitimæ, sicut quādo moriens distribuit inter filios legitimā, vnicuiq; assignando, errat, & illū hoc nomine accusat Soci. cōf. 288. nu. 15. lib. 2. & dixi supra, Si tamen filia esset exclusa per statutū, tūc si dos excederet summā congruam, vel si excederet legitimam filix competentem (vel quod verius est) si excederet necessarium, vt honestè nuberet, filij possunt reuocare excessum: licet in dubio, dos data à patre presumatur congrua, ita Alex. conf. 33. num. 4. lib. 4. Iaf. in. l. voluntatis. C. de fideicom. Curt. iunior, conf. 10. nu. 1. Deci. conf. 26.**

Curt. seni. cōf. 27. col. pen. ad finē. De qua re iam supra dixi. vers. ego cum Socino, & versic. illud tamen non omisserim. Illud tamen notandum, quod pater in dubio videtur dare filix secundæ, tantum quantum dedit primæ, ratione æqualitatis seruandæ, secund. Soc. & Rip. num. 93. l. 1. ff. solut. matrim. Lup. cap. per vestras. §. 14. num. 7. fol. 91. col. 2. de donat. int. vir. & vxor.

27 **Curo autem Regio, ante istam legem, pater poterat in dotem dare filix legitimam, & insuper tertiam, & quintam bonorum partem, etiam si alios filios haberet, neque ex hoc dos dicebatur inofficiosa, textus est, in. l. 29. Tauri. Scribit Lupus. cap. per vestras. §. 22. in constituenda num. 11. & num. 14. Segura. in. l. cohæredi. §. cum filix. fol. 12. vers. viso. ff. de vulg. Gomezius Arius, in. l. 27. Tauri. num. 5. glos. in. l. 8. tit. 4. Part. 5. in verbo *A otro*, text. in. l. 17. Tauri. Bernardus Diaz regula. 213. fallen. 4. glos. l. 3. tit. 15. Part. 6. verbo *No queria*. Ad cōtēntem licet tertiam matrimonij ratione dare, vt licet alioquin melioratio in tertia posset reuocari, etiam si facta esset per donationem inter viuos filio, vel filix emancipatis, vt in. l. 17. Tauri hoc tamen non admittebatur si melioratio facta fuisset matrimonij ratione ita definitur in d. l. 17. Tauri. Imo etiam si solum promississet meliorare matrimonij ratione, promissio efficax erat, & omninō implenda, vt in. l. 22. Tauri. Quanquam autem in filia, hoc correctum sit per hanc legem (ne scilicet meliorari possit matrimonij ratione) tamen in filio masculo, ille leges seruandæ sunt, vt infra dicam. Ad cōtēntem melioratio ratione matrimonij irrevocabilis sit, non solum in tertia (de qua loquitur d. l. 17.) Sed etiam in quinta (si etiam in ea filius melioratus sit) Quod apud nos in dubium reuocari video, quoniam, d. l. 17. solum loquitur de melioratione in tertia, & cum non loquatur de melioratione in quinta: contendunt nonnulli non recedendum à verbis legis. Sed certè indignum est hæc studiosis facere negotium. Primo quoniam, l. 22. Tau. (quæ solum loquitur de promissione meliorandi, per viam matrimonij) eā promissionē efficacē, & irrevocabiliē esse decernit, etiā in quinta, si de ea mentio facta sit. ibi. *si promissio el padre, o la madre, de mejorar a al-***

28

B gno

De non meliorandis

guno de sus hijos, o descendientes, en el dicho tercio y quinto por via de casamiento, que en tal caso sean obligados a lo cumplir, y hazer: y sino lo hizieren, que passados los dias de su vida, la dicha mejora, y mejoras de tercio y quinto, seã *quidas* por fechas. Cum ergo promissio meliorandi in quinta, efficax sit, & irrevocabilis, si fiat matrimonij ratione, multo magis erit irrevocabilis ipsa melioratio eo nomine facta, & cū tertia (quæ est legitima quoad filios) reuocari non possit, cur reuocabitur quinta, quæ extraneis, & ignotis dari, & legari potest? Iure autem, leges nostræ: regis, tantum tribuunt meliorationi factæ ratione matrimonij, nam etiam de iure cōmuni contractus minus efficaces vim, & spiritum sortiuntur, si matrimonij ratione fiant, vt prudenter scripsit Guido, de c. 145. In l. ex hoc iure. nu. 66. ff. de iust. & iure. Segura in l. vnum ex familia. §. sed si fundum. col. 3. 2. versic. posset dari. ff. de lega. 2. Dec. cōf. 414. Quāquā nescio quid senserit Lupus, in c. per vestras. §. 22: in constituenda prope finem de donat. inter virum & vxor. Scripsit enim patrem, meliorationem ex matrimonio factam, posse reuocare, quod est aduersus leges regias.

29 ¶ His præmissis, videamus qua in re hæc lex corrigat ius ciuile, & regiū. Et certè, quamuis pater olim posset filiam dotis nomine meliorare, in tertia, & quinta bonorum parte, (vltra legitimam sibi debitam) hodie non potest, vt probatur ibi. *Mandamos que ninguno pueda dar ni prometer por via de dote ni casamiento, tercio ni quinto de sus bienes, ni se entienda ser mejorada: tarita, ni expressamente.* Ecce neq; tacita, neq; expressa melioratio dotis ratione admittitur. Tacitā autē meliorationem lex appellat, cam; quæ re fit, non verbis. Nam si quis filix vltra legitimā in dotem daret, quod legitimam excedebat, censēbatur melioratio, vt in l. 26. Tauri. Nam opus sufficit, vt quis videatur per legare. l. vxorem, & ibi Bar. ff. de leg. 3. Ioan. Lup. in c. per vestras. §. 22. in constituenda. nu. 12. & 13. de donatio. inter virum, & vxor. Segura in l. vnum ex familia. §. sed si fundum. fol. 5. quod est. 48. suorū operum vers. tertio quod non solū pater. ff. de leg. 2. Cifonta. in di. l. 26.

30 ¶ Quinimo hodie, ex dispositione huius legis, pater non potest semper dare filix in dotem integram legitimā, imo vnusquisq; inspectis annuis redditibus, ad summū da

re potest quantitatem hic præfinitam, nō amplius, non autem integram legitimam, vt ex tenore legis patet, quæ breuior esse potuisset, si legislator solum sensisset, patrem posse dare in dotem legitimam non autem meliorare. Hæc enim tribus verbis significare potuit. Quod autē hæc sit mens legis, probatur ibi. *El que tuuiere quento y medio de renta, y dende arriba, pueda dar en dote a cada vna de sus hijas, la rēta de vn año, y no mas: con que no pueda exceder de doze quentos, no embargante que la dicha su renta sea mas de los dichos doze quentos en qualquier cantidad.* Nota hæc verba vltima, ex quibus infertur, q̄ habens redditus quātumuis amplissimos, hoc est, *mas de doze quentos en qualquier cantidad*, non potest filix in dotem dare, *mas que doze quentos*, quæ summam efficiunt duorum, & triginta aureorum millium paulò plus vel minùs. Ergo si quis habeat octuaginta aureorum millia ex redditibus annuis (habet enim Hispania nonnullos huiusmodi opes possidentes) certè facultates huius; plus valent, quam centum auri Miriades. Summa est: incredibilis, & immensa vix æstimare potest. Finge hūc duas habere filias, supputa quātum ratione legitime vnique debeat, diuisis equaliter paternis facultatibus. Nō dubitabis (vt existimo) legitimā cuiusq; octingentis aureorum millibus æstimare. Tamen lex prohibet dotis nomine filix dare, vltra duo, & triginta aureorū millia, quātumuis annui redditus maximi, & opulentissimi sint. Quinimo in hoc exemplo, non solum nō licet in dotem dare medietatem facultatum, (quæ est iure regio legitima filix æqualiter diuisis portionibus) verum neq; dimidium annuorū reddituū. Non enim habens octoginta, vel septuaginta aureorū millia ex annuis redditibus, potest vni ex duabus filiabus, dare in dotem quadraginta aureorū millia, vt ex verbis legis manifeste deducitur. Tantum ergo abest, vt filix generaliter integra legitima dari possit, vt nonnunquam neque dimidium annuorum reddituum (quæ multo minoris sunt quam ipsa legitima) dari possit, si excedatur summa hic præscripta. Si tamen aliquis eos haberet redditus, vt seruata summa hic præscripta, legitima, & summa hic præfinita paria sint, & tunc non dubitandum, legitimam solidam, & integram dari posse, non quòd summa æquualet legitimæ

gitima, sed quia non transgredimur decretum huius legis, neque summam in ea præfinitam: Rursus nota quòd si pater daret dotem, & diceret, ne filia afferret in collationem; certè si ex hoc resultet melioratio, non seruandum, & in hoc casu est correctæ Authen. ex testamento. C. de collat. & l. 3. tit. 1. §. part. 6. & dicam latius infra.

31 Ergo hodie, dotis ratione pater non potest dare filie, ultra legitimam, tacite, neq; expressè. Quinimo neque ipsam legitimam si excedatur summa hic præscripta. Rursus nullus iudex coget patrem dotare ultra modum hic præfixum, & neque volens, neque inuitus transgredi poterit legis decretum. Nam iudex est legum custos. Poterit tamen pater non excedendo præfinitionem, vberius dotare vnam filiam quam aliam, non enim hæc est melioratio, vt infra dicam capite vndecimo ad finem.

Meminisse tamen oportet, quòd hæc lex non præscribit summam quam pater necessariò tenetur dare, sed modum statuit vsque ad quem potest dare, ita vt ultra transgredi non liceat. Ergo si pater cogendus sit dotare, non consulimus hanc legem, vt videamus quantum cogendus sit dare, sed ultra quam summam non possit dare. * Nam hæc lex, modum statuit liberalitati paternæ, vt eam transgredi non possit, non tamen cogit, vt vsque ad eam summam det. Vt patet ibi. *Pueda dar hasta vn quento y no mas.* Et ibi. *No pueda dar arriba de seiscientas mil maravedis.* & ibi, *pueda dar hasta vn quento y medio de maravedis,* & rursus ibi, *pueda dar la renta de vn año, y no mas, con que no pueda exceder, &c.*

33 Fateor tamen quòd cum hæc lex, à prudentibus condita sit, iudex qui statuere vult dotem, consulere poterit hanc legem, non, vt patrem cogat dare, quod hic ei permittitur dare, (neque enim præfinitio huius legis admittenda, si resultet melioratio, vt infra dicam) neque inuitus id facere debeo quod volens possum. Sed vt adhibita consilium prudentia, æstimatis facultibus & redditibus, numero liberorum, & gentis dignitate, solertèr, & accuratè statuatur, illud expendens, legem hanc utilissimum iudicasse, sumptus ressecare, dotem moderari, & rursus mediocritatem in omnibus rebus esse optimam, nihilq; magis accedere ad disciplinam Christianam, quàm frugalitatem, quam modestiam, opulenti-

æ superbiæ matri inimicam. Rursus vt sibi quid sit factu optimu aliqualiter persuadeat, expendet summam hic præfinitam, quas peculiaritèr recedere operæ pretium non duxi, cum supra, omnia verba legis ne dempra quidem syllaba præfixerim.

34 Nam igitur deinceps cessabit iudicium arbitrium, quoad cogendum patrem excedere summam hic præscriptam. Nam præfinitio legis seruanda est, vt dicam cap. seq. notat Curt. senior cons. 27. vers. venio ad quartu col. 14. huius autem nostræ legis meminit. gl. in l. 8. tit. 4. lib. 5. vbi dicit hodie hanc legem videndam. Meminit etiam. Couarr. in Epitome super. 4. 2. part. 4. 7. num. 3. Auend. de mandatis regum. c. 14. & Antonius Padilla generosis moribus, & litteris illustrem nominis famam adeptus in rep. Auth. res quæ, num. 24. C. commun. de lega. Orosius in l. omnes populi. num. 147. ff. de iusti. & iure.

S V M M A.

1 **A**N hæc lex præfinitens summam dotibus sit valida, & num. 6. validis argumentis, probat num. 8. 14. & 20.

2 Statutum tollens liberam contrahendi matrimonij facultatem non valet, neq; circa accessoria ipsius.

3 Assignatur ratio quare hæc lex sit condita.

4 Lex civilis licet non possit dispicere circa matrimonia, potest tamen circa dotes.

5 Statutum, vt talis non possit contrahere nisi citrali, licet non valeat quo ad impediendum valorem matrimonij, valet tamen quo ad patriam potestatem, & ius successionis, & inibi. Refelluntur Hypopoliti argu. sing. 589. & genera huius legis ratio, & causa assignatur.

6 Hæc lex matrimonia auget, & alit coniugia.

7 Lex civilis auferrens feminis contrahentibus licrum, quod ex lex deservitur, valet.

8 Pæne imposita feminis secundo nubentibus, iure civili sublata sunt.

9 Statutum tollens omninò dotem, & iubens ne pater teneatur filiam dotare, valet. Valet etiam matrimonium absq; dote.

10 Statutum, vt Princeps possit præscribere dotis summam valet, neq; esse contra substantiam matrimonij probatur.

De non meliorandis

- 11 Statutum, vel lex præscribens nequis possit (etiã ad salutem animæ) legare, vsq; ad quintam bonorum partem in præiudicium liberorum, valet.
- 12 Intellectus Authen. vnde si parens. C. de inoffi. testamen.
- 13 Mulier secundo nubens omnia sua in dotem dare potest, dummodo nõ apponatur pactum, vt eã maritus lucretur tanquam præiudicialia filijs primi matrimonij.
- 14 Filio naturali pater vltra quintam bonorum partem, legare non potest.
- 15 Legitima filiorum iure naturæ debita, etsi lege in eorum tolli nõ possit, potest tamẽ limitari.
- 17 Maritus, & vxor olim se iniucem emebant.
- 18 Veneti neminem, vel ditissimum, vel nobilissimum ciuem: vltra sex millia aureorum nummum filia in dotem dare patiuntur.
- 19 An hæc lex iusta sit, & num. 20.
- 21 Dos parua præstat vxorem morigeram, & marito obedientem.
- 22 Masculus conseruat familiam:
 Fœmina interitus, & finis est familiæ
- 23 Decisio huius legis tam fratribus masculis, quã fœminis indistincte competit, & in eorum vtilitatem condita est, & num. 29. contra Hugonem Celsum.
- 24 Mala quæ relictæ ex ampla, & superflua dote;
- 25 Pater etiam inuitus cogitur dotare filiam, & num sequenti.
- 27 Infaniuntur qui supra rei familiaris modum, dotant filias.
- 28 Romanorum ciuium ea erat parsimonia vt cœna, & victus essent publica lege præscripti.
- 30 Ornamentis mulierum, etiam hæc lex modum statuit.
- 31 Mulieribus se ornari non prohiberi, auctoritate sacra scripturæ probatur.
- 32 Pater non cogitur dare masculis (saltem de consuetudine) donationem propter nuptias.
- 33 Dos succedit loco alimentorum.
- 34 Dos congrua indicatur ex persone qualitate.
- 35 In dotandis filiabus inspicienda sunt qualitates patris.
- 36 Leges semper curãt, ne sit inter filios inæqualitas.
- 37 Dos congrua indicatur etiam in Comiti mille aureos.

- 38 Non tantum meliorari nem, sed etiã meliorationis promissionem, hac lege profectum est.
- 39 Statutum excludens fœminas stantibus masculis, plausible & fauere dignum videtur: præsertim si dos ei relinquatur.

An dispositio huius legis valida sit, & an iusta, & aqua, & qua ratione prodita fuerit. Cap. II.

SED An hæc lex, præfiniens summam dotis: valida sit. Hanc rem, ambigua reddit apud quosdam, Hyppolitus, qui singulari. 589. incip. Alias de anno. Scribit statutum Bononiense, præfiniens metam dotis, cum poena, esse inualidum, & quod miratur rectores eius inclitæ ciuitatis, tale statutum edidisse. Mouetur quoniam matrimonia debent esse libera. cap. gemma de sponsal. & statutum tollens liberam facultatem contrahendi matrimonium non valet, secund. Ioan. Andr. in cap. statutum de hæreti. in. 6. in Nouella. Alexand. consil. 97. principalis dubitatio. lib. 1. & consil. 1. lib. 3. & consil. 209. lib. 3. & quod cū non valeat statutum super matrimonio, etiã non valet circa accessoria ipsius matrimonij, scilicet circa dotem: autore Ancharran. consil. 20. incip. pro solutione dubiorum, Socin. consil. 80. præsens consultatio col. penul. lib. 4. Alexan. consil. 97. lib. 1. col. 4. & 6. Hæc sunt Hyppoliti fundamenta, quem tanquam huius sententiæ autorem, citat & accusat Didacus Couarruias vir vtiq; doctissimus, sed vna præsertim ingenij castitate mirabilis in epitome super. 4. 2. part. 6. 7. num. 3.

2 **¶** EA Equidẽ nefas esse duco, de huius legis valore dubitare, quod, vt probem: eius rationem subiciam, & prudentissimam esse magnorum virorum auctoritate probabo. Quod autem valeat probo primo auctoritate Bernardi Diaz in regul. 213. fallen. 4. ad finem, vbi præter alia, acriter inuehitur in patres, qui spiritu stultitiæ, filiam dotis nomine meliorant vt potenti vel nobili nubat, & expilant ceterarum facultates. Rurfus probo ex Didaco Couarr.

in dict. epitome super. 4. in. 2. part. 6. 7. num. 3. qui loquitur in specie Gregorius Lopez in l. 8. tit. 4. part. 3. Et leges restringentes dotium summam probat Soc. conf. 57. lib. 1. & vir eruditionis excussæ Molineus in tractatu de donationib. fact. in contractu matrimonii. num. 10. Rursus Auedani. de e. sequendis mandatis cap. 14. dicit legem hanc valere, & seruari, ita nu. 6. ad finem, & in principio eius cap. Et è republica esse vt seruetur, scribit doctissim⁹ Antonius Padilla, in rep. Auth. res quæ. num. 24. C. commu. de lega. Eiusq; meminit Orosius elegantis ingenij laude clarissimus in l. omnes populi num. 147. ff. de iust. & iure. Deinde Veneti, prudentiæ auctoritate, in toto orbe nobiles, & clari, dotium præstationem ad certam summam redegere, quod Gulielmus Postelus memoriæ prodit, lib. 3. 3. de magistratibus Atheniensium. Idem videntur Bononienses fecisse, vt Hyppolitus refert. * Et hoc quidè iure fieri potest. lex enim ciuilis, si nõ circa matrimonia, certe circa dotem, disponere potest, auctore Innocen. in c. 1. de spõsal. Abb. ibi, nu. 7. vers. Innocētius d. cit. & nu. 8. ad finem vers. statutum la. eorum, & ibi Antonius: Alex. conf. 97. col. pen. vers. ad quartum dum dicebatur, lib. 1. Bal. in rub. de constit. col. 2. Felin. in c. quæ in ecclesiis. num. 8. & eed. tit. vbi dicit hanc communem. Bal. in c. clerici. col. 2. de iud. c. glo. & dd. in c. cum securum leges, de hæret. in 6. Ca. de in. c. 2. ad fin. de clandest. de spons. Corn. conf. 2 & 2 col. fir. lib. 1.

4 Rursus licet statutum quòd talis non possit contrahere cum tali, non valeat, quoad impediendum valorem matrimonij, tamen quoad patriam potestatem, & ius successioneis arbitratur valere, Corset. singul. 3. 13. incip. statuto cautetur, quòd inter homines diuersarum terrarum. Angel. in l. 1. §. ius naturale, in vltimis verbis. ff. de iustit. & iure. Facit quòd scribit Bart. in l. ædicimus. C. de murileg. & ibi Angel. Bald. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iustit. & iure. Bald. in l. omitem, ad finem. C. ad Tertul. Roman. & Alexard. in rub. ff. solut. matrim. Dominic. in cap. statutum de hæret. in 6. Abb. in cap. per tuas de arbitr. Salic. in l. 1. col. 6. C. de nup. Roderic. in l. 2. tit. de los casamientos. nu. 15. Ij doctores, loquuntur in specie multo magis dubia, scilicet: in statuto disponente quòd qui contraxerit matrimonium cum tali,

possit exheredari, vel puniatur amissionone talis rei, & tamen contendunt valere, & eorum opinio nouissimè tuctur Moline⁹ apud Alexard. cõf. 97. col. 3. lib. 1. littera. A. Ioã. Lup. in c. per vestras. §. 3. incip. sed si filia. nu. 1. & 7. de donat. inter vir. & vxor. Bal. in tractat. statutorũ vers. cõsensus nu. 1. las. in l. 1. in fin. ff. de iust. t. & iure. Rursus alij (& ij vt arbitror plures) contendunt non valere. Ego in hac specie nihil definio, nisi quòd procliuor sum in eorum sententiam, qui sentiunt huiusmodi statuta ex iusta, & prudenti causâ prodita, valida esse. Quæ stio autem nostra dissimilima est, lex enim ista, non impedit directè, neque indirectè matrimonia, neque ea vlllo modo prohibet, vel retardat, sed loquitur in patre, filiam matrimonio collocante, neque in ea est vllum verbum pœnale filix contrahenti, nisi forsam pœnam arbitramur, non pati legem, vt filix exhauriant suis dotibus patris facultates, & cæteros fratres mendicare cogant. Si euoluas omnia loca supra citata, reperies omnia iura, omnesque Doctores loqui in statutis vetantibus matrimonia, ab sçq; voluntate patris vel matris, vel consanguineorum, sub pœna exheredationis, vel amissionis dotis, vel huiusmodi pœnæ. Hæc autem lex, non dat formam matrimonio, neque in ea verbum de modo, vel solemnitate quo debet contrahi, imo loquitur de parentibus sponte locantibus filias suas, quos freno cohercere vult, ne cupiditate locandi filias, cæteros liberos (vt moris est) spolient, & expilent, quæ res est correctionè digna, vt pie, scribit Bernardus Diaz, Calaguritanus Episcopus, in regula. 2. 13. fallentia. 4. ad finem, Covarruias, & Padilla in locis supra citatis. Itaque hic, nullo modo quadant argumenta Hyppolitij, & arbitror statutum quòd refert huic dissimile fuisse, scribit enim continere pœnam. * Et certè, potius hæc lex alit matrimonia augetq; coniugia, nam si pater (vt est nostri seculi corruptela?) vnã filiam locabat, non poterat aliam locare, quia primæ dos facultates deuorabat, nimirum locata patris infania, viro potenti cui splendidam familiam dari oportuit, expilatis cæteris filiabus. Quod hæc lex moderans dotes, auget matrimonia, nam si pater parua dote locet filiam, & secundam, & tertiam, & quartã locare poterit, & facultates

De non meliorandis

omnibus sufficient. Itaque nemo obicere potest legem hanc tollere libertatem matrimonij, vel punire directè, vel indirectè, matrimonium, iubendo, vt filia ex hæredetur, vel remaneat indotata.

6 ¶ Rursus quòd lex præfinitens summam certam dotis valeat: probatur, quoniam ante istam legem definitum erat: ne pater dotem daret, ex qua cæterorum liberorum legitima minueretur, vt per Paul. l. vna. numer. §. C. de inoffi. dotib. & ibi Bart. Bal. Odofred. Faber. & Cin. Corn. confi. 100. col. 1. lib. 3. Ioan. Lupus in. c. per vestras. 3. notab. §. 22. in cõstituenda. nu. 11. & 14. de donatio. inter virum & vxor. & docui supra cap. primo num. 32. nemo tamen exortus, est, qui id improbaret, ex eo quòd tollat libertatem matrimonij, vel loquatur circa matrimonia, vel eius accessoria, puta dotes, Nam cum Alex. in dist. conf. 97. lib. 1. & Ancharran. consil. 21. docent, legem vel statutum laicorum non valere etiam circa dotes, loquuntur de statuto prohibente matrimonium, absque consensu certarum personarum, sub pœna amissionis dotis, & quia sunt plures Doctores, qui contendunt id statutum valere, quia non annullat matrimonium, sed punit in dote, respondet Alexand. tale statutum circa dotem non valere, quia imponendo pœnam amissionis dotis vetat indirectè matrimonium, nullus enim ardebit cum tali celebrare nuptias ne pœnam dotis incurrat. Itaque ibi statutum circa dotem, non valet: quia tendit ad impediendum matrimonium, & re vera metus amissionis dotis immedit. Si tamen statutum generaliter disponat circa dotem, quam pater filix, nuptui tradens, potest dare, potius cohercet patrem, quam filiam, potius illi ligat manus, quam filiam à nubendo exteret, & vt supra dixi nu. 5. hæc lex potius auget matrimonia quam tollit, quoniam parentes si tenuem dotem dare consuefcant, plures filias poterunt matrimonio locare, & consuetudo modicè dotandi, plurimorum animos excitabat ad nuptias, qui ignominie metu abstinent, ne videantur tantilla dote nupsisse.

7 ¶ Item quando lex civilis tollit fœminæ contrahenti lucrum quod ex lege deferretur, valet, glo. in. c. cum secundum. de hæreti. in. 6. docet Alexan. d. confi. 97. num. 3. versi. hanc etiam opinionem. lib. 1. Anton. in. c. 1. de sponsali. Sed certe inuitus

his nugis tantum temporis do. Hæc enim lex non loquitur cum filiam matrimonium contrahente, sed cum patre eam omni alacritate nuptui tradente volens cæteris filijs prospicere. Sed quoniam varia sunt hominum iudicia, pergam probare hanc legem validam esse: Et probò efficacissime. * Nam notum est pœnas impositas de iure civili fœminis secundo nubentibus sublatas esse, vt in cap. pen. & fide secun. nup. notant omnes in. l. 1. C. de secun. nup. quoniam matrimonia debent esse libera, nihilominus tamen decretum. L. hac edictali. C. secur. d. nupt. quo prospicitur, & prouidetur filijs primi matrimonij, non est sublatum, iubet autem illa lex, vt fœmina secundo nubens non possit in dotem dare secundo marito maiorem summam: quam est legitima vnus ex filijs primi matrimonij. Ecce vides præfinitionem dotis: tamen nullus adhuc (quod ego quidem sciam) scripsit, legem illam correctam esse quòd tollat libertatem matrimonij, imò contra indubitanter asserunt, Ancharran. consil. 101. col. 1. Vbi dicit, quòd pœnæ impositæ quia nubit intra tempus luctus sublatae sunt, tamen decretum dist. l. hac edictali. durat, quia non est pœna sed remedium aliorum filiorum, ita ibi Ancharran. veri. primum est vtrum leges, Socin. confi. 35. col. pen. & fin. lib. 4. Corn. consil. 33. repetito diuino numine, lib. 1. & consil. 118. col. 1. eodem libro, & confi. 309. lib. 3. Aymon. confi. 142. col. 2. num. 4. Deci. & onines, in. d. l. hac edictali. Curt. senior. confi. 78. col. 3. versi. sed præmissis omnibus, Bart. Bald. & Sal. c. in. l. vna. C. de inoffi. dotib. Ergo præscribere dotis summam ne cæteri filij mendicent non est contra libertatem matrimonij: Rursus è nostris Hispanis, præter Couar. Oroscium, Padillam, Auendanium hanc legem sanctam appellat. Didacus Perezus multè eruditionis doctor Salmanticensis in additione ad rep. Seguræ in. l. col. x. redi. §. cum filix, num. 130. ff. de vulg. & pup.

9 ¶ Rursus valere statutum, tollens omnino dotem, & iubens ne pater teneatur filiam dotare, scrij sit Ferdinandus Vasqui. in tractatu de resolutione vltimarum voluntatum. §. 20. nu. 291. quoniam lex statuere potest ne pater cogatur dare filio alimeta, secundum Dec. in. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. & potest tollere in totum legitimam filij, secundum Ang. in. l. Papinianus. §. quarta. ff. de

de inoffi. testamen. Abb. in. c. Raynuntius de testamen. & est communis autore Decii in d. iura sanguinis, & conf. 19. num. 5. & conf. 255. num. 5. Alexand. conf. 75. col. 2. lib. 1. Ange. in. l. quòd de bonis. ff. ad leg. Falci. Bart. Imol. & Paul. in. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & de monstra. vbi loquuntur de tollenda dote. Corn. còf. 180. lib. 1. vbi d. cit hãc cõmunẽ. Vale. enim matrimoniũ absq; dote. l. cum multæ C. de dona. ante. nup. c. si quis diuitis. 30. quæst. 5. Non enim dotibus, sed affectu matrimonia contrahuntur. l. fin. C. de repu. 6. illud in Authen. quibus mod. natu. efficiantur. legitimi. Tamen quòd dixi de tollenda prorsus legitima, an verum sit hic non definitio, vide Boeri. Deci. 204. num. 2. Roder. in. l. quoniam. in secunda limitatione legis Regiæ. C. de inoffi. testamen.

10 ¶ Rursus quòd præscribere dotis summã liceat principi, neque id sit inualidũ quod videatur esse contra libertatem matrimonij: probatur, quoniã donatio propter nuptias, (quæ censetur dos ex parte viri) debet esse par doti. vt in Authen. æqualitas. C. de part. conuen. quòd videtur esse genus quodam præfinitionis, quoniam donatio propter nuptias, non potest excedere dotem, vt in. l. fin. §. si igitur dote iam præstita. & in. l. si constante. C. de donat. ante. nup. l. 2. tit. 11. part. 4. Ioan. Lupus in rubr. de dona. inter virum & vxor. §. 24. inci. & circa illud col. 1. Rursus hæc ipsa donatio propter nuptias (quam nos arram vocamus, vt in. l. 1. tit. 11. part. 4.) non potest excedere decimam partem bonorum, vt in. l. 1. tit. 2. lib. 3. fori. Et si pater vel mater sponsi amplius dederint, datio inualida est, & propinquiores ipsius viri excessum repetere possunt, vt in. d. l. 1. tit. 2. lib. 3. fori. Ecce quòd pater, vel mater, non possunt dare nurui dotem ultra certam summam. Nam vt dixi donatio propter nuptias est dos ex parte mariti. Hastenus tamen nullus exortus est, qui harum legum decreta reuerterit, quòd tollant libertatem matrimonij, imò seruantur ad vnguem, & eis nouum robur addit. l. 50. Tauri. Et illam legem fori, enarrat Rodericus, & legem 50. Tauri interpretatur. Cifontanus, Antonius Gomezius, Castellus, Arius, ne per somnium quidem cogitantes eas leges inualidas esse? Sic, dos data iuræ limitata est, ne possit excede-

re necessaria ad alimẽta Bal. in. l. eam quã num. 41. ff. de fideicõmil. Capitius Deci. 18. col. 2. Ioan. Igne. in. l. siquã illustris. num. 67. C. ad officia. Palco. de nothis capit. 45. Couar. in Epit. super. 4. in. 2. par. §. 6. cap. 8. nu. 12. & dicã latius suo loco.

11 ¶ His accedit quòd licet de iure testamenta debeant esse libera, vt in. l. 1. C. de sacro. ecclesi. l. stipulatio hoc modo. ff. de verbor. oblig. & licet prouisum sit vt pijs locis liceat liberè relinquere, nihilominus valet lex præscribens nequis possit (vel ad salutem animæ suæ) legare plusquam quintã bonorum partem, in præiudicium filiorũ, ita Paul. & Ias. num. 9. in. l. maritus. C. vn. de vir & vxor. Archar. conf. 25. videtur prima facie. vers. his non obstantibus. Felic. ecclesi. san. Mariæ col. 33. de cõst. Abb. conf. 63. lib. 1. Rode. in. l. quoniam. in declaratione legis Regiæ col. 11. vers. nihilominus his non obstantibus. Ioan. Igr. e. in rep. l. omnes popul. num. 93. vers. amplius vidi dubitari. ff. de iusti. & iure. qui citat Bald. conf. 19. inci. in quæst. cuq; vertitur. Sic Paul. in Auth. si qua mulier, nu. 1. C. de sacro sanct. ecclesi. scribit: patrem etiam ad pias causas non posse præiudicare filio, in legitima: Rursus cum bona damnatorũ deferantur agnatis, certe damnatus non potest legare etiam ad pias causas in præiudicium agnatorum. Secus de m. Ioan. Arde. in. c. 2. de vsur. l. b. 6. Cardinal. conf. 42. Et simile definit Federicus conf. 78. Domin. in. c. fin. de immuni ecclesi. l. b. 6. Horum omnium ratio est, quòd licet piæ causæ absolute si impæ plurimũ debeat reuerentiæ, tamen si concurrat cum filijs (quos creditores lex censet) eorum causa magis pia est, autoric beatis: mo patre Augustino, in. c. fin. 17. quæst. 4. Vides l. beatitatem testardi, a nostris tantopere obferratam, non irritare decretum factum in fauorem filiorum? vt pater eorum portiones etiam ad pias causas minere non possit. Et vt disponere non possit ultra certam summam, etiam ad piãs causas, non obstat. quòd videtur legem ciuilem super hoc disponere non posse, & quòd hoc regulari deberet secundum ius Canonicum, vt in. c. relatum & c. cum tibi de testament. & quòd in his quæ concernunt animam lex diuina, & non humana videbatur inspicienda, arg. c. litteras de restitu. spoliat.

12 ¶ Hinc videmus definitum in Authen. B 4 vnde

De non meliorandis

- vnde et si parens. C. de inoffi. testamen. ne pater donare possit in præiudicium legitimæ filiorum, & de iure Regio, nemo potest meliorare, vltra tertiam, & quintam partem bonorum, & si nõ meliorat vnum ex filijs non potest eis præiudicare in plus, quam in quinta parte, licet hæc præfinitiones videantur contra libertatem testandi. Quoniam hæc leges factæ sunt in fauorem filiorum, neque libertas testandi debet esse impia aut inepta, & tales taxationes valent, vt per Fabrum. §. alteri. col. 4. insti. de inuul. stipul. Boer. in consuetudin. Bituricensi. titul. de consuetudine matrimoni. §. 1. versic. & idem tenet. Hæc autem lex facta est in filiorum fauorem, vt infra manifestè probabo. Facta etiam est ad minuendum luxum, & innanem pompam, & hoc casu statuta laicorum etiam pertinentia ad res ecclesiasticas valent. Valet enim statutum quòd in funere non deferantur, nisi tot fasces, & quòd non committentur funus nisi tot clerici. Abb. in. c. fi. de reb. eccles. non alienan. Ioan. Igne. in rep. l. omnes populi num. 100. ff. de iusti. & iure: quoniam hæc fiunt ad minuendam pompam prophanam. l. 2. tit. 5. lib. 5. Recopil.
- 13 Sic etiam mulier secundo nubens, potest dare omnia sua in dotem, dummodo non apponatur pactum vt maritus lucretur, quia hoc est præiudicialè liberis primi matrimonij, vt per Bald. in l. ea lege. C. de condit. ex lege. Roman. consi. 447. Aymon consi. 142. Deci. consi. 246. col. 1. Florian. in sua disputatione. incip. mulier viduata Bart. & Angel. in Authen. de nupt. §. optime. Ioan. Ferrar. in sua practica. in forma libelli quo petitur dos in verbo *dote domine Margarithæ*, & est communis secundum Bertran. in rep. l. hac æd' Itali. num. 28. C. de secund. nupt. hoc tamen non habet locum quando secundo nubens est tutrix filiorum impuberum, tunc enim si nubat antequam faciat dari tutorem filijs, & redat rationem, non potest secundo viro dare in dotem vltra tertiam bonorum partem, ita. DD. in l. 1. & in Authen. eiusdem poenis. C. de secund. nup. in glos. in verbo, parijt. Bertrand. in. d. l. hac æd' Itali. num. 29. & est tex. in l. 1. C. cod. tit. & ibi. DD. notant, neque quisquam est qui somniet hæc sublatum esse iure canonico imò plurimùm laborant. DD. in elucidando eius, & similia legum decreta, tanquam valida neque somniant inualida esse, licet taxet dotem.
- 14 Rursus si lex ciuili non posset præfinire certam dotis summam, certe. DD. non probarent dictam filiam non posse reclamare aduersus dotem à patre datam, quia præsumitur pro naturali affectu filiarum rectè consuluisse, contendunt tamen ad vnguè seruari debere, & ita docet Bal. in l. fin. num. 4. C. de dotis promiss. Alex. consi. 121. lib. 6. Corn. consi. 290. lib. 3. col. 14. Curti. senior consi. 27. col. pen. ad finem. & col. 14. versic. venio ad quartum, Alex. consi. 83. num. 3. lib. 4. Corn. 197. col. 3. lib. 1. & consi. 288. nu. 18. lib. 2. Aymon. consi. 11. num. 14. lib. 1. Segura in l. coheredi. §. cum filiarum. fol. 22. versic. facit ad illud. ff. de vulg. de quo vide quæ scripsi supra cap. 1.
- 15 Rursus, & alimenta iure naturæ debita videmus certis finibus circumscripta, nam filio naturali vltra quintam partem pater legare non potest, vt in l. 10. Tauri, & dos filiarum naturalis est taxata, & vltra datum, reuocatur, vt per Ripam. l. 1. num. 68. ff. solut. matri. & dicam infra. c. 13. Capit. decis. 181. Præterea legitima quæ censetur debita iuræ naturæ, vt in l. scripto. ff. vnde liberi, si non potest in totum tolli (vt supra dixerunt. c. 1. num. 9.) certe potest limitari: vt latè per Boeri decisione. 204. nu. 22. & tradunt. DD. in locis supra citatis. Alex. consi. 55. col. 2. lib. 2. Ioan. Lup. c. per vestras. 3. notab. §. 22. incip. in constitueda nu. 14. de dona. inter vir. & vxor. Rodericus. l. quoniã, in declaratione legis Regiz. 2. limitatione. nu. 6. Cur ergo dos nõ possit circurcidi, limitari, & præfiniri vt in eius locum succedat, vt per Cin. in l. Sancimus. C. de nup. & dicam infra.
- 16 His congruit quòd angustis finibus circumscribere dotes, iustum & prudentissimum est: id enim Solon Philosophus & legislator nobilissimus fecit. *Constituit enim (auctore Plutarcho in vita ipsius) ne vxor in mariti domum, quicquam adduceret, præter tres vestes, & quadam paruo empta vasa.* Rursus Varro lib. 1. de moribus populi Romani, & Nonius Marcellus sub titulo de doctorum indagine scribunt, nubentes ex veteri lege Romana asciscis tres ad maritum venientes ferre, atque vnum quem in manu tenebant tanquam emendi causa marito dare, alium quem in pede habebant in loco larium familiarum ponere, tertium in sacciperone (ampla scilicet crumena) quem in compito vicinali certo

17 certo tempore solebant resignare. * Quod Volaterran⁹ retulit, de Philologia lib. 30. c. de coningio quis in eo veterū ritus: qui rei citat autorem Festum: Olim enim maritus, & vxor se inuicem emebant, quod Apuleius significat lib. 8. Metam. & Boetius lib. 2. cōmentariorū, in Topica Ciceronis. Sic Licurgus Lacedemoniorū legislator, statuit Virgines absque dote nubere, ne propter dotem colerentur, quod Plutarchus prodit in vita ipsius, quanquam aliter de eo refert Aristoteles, lib. 2. Politic. c. 7. Vbi leges Lacedemoniorū accusat, quod magnam dotem dari permitterent, cum præstet (inquit) dotem aut nullam aut paruam esse. Et Chilon vxorem humilem, apparatu modico ducendam esse censui (autore Laertio) quod, & Tiraquellus refert in. 5. lege connubiali, num. 10. Plato dotes prohibuit autore Volaterrano. Et Nicostратūs Græcus, autor apud Stobeum sermone. 68. Si quis (inquit) meæ sententiæ fuerit, vel paruam dotem libenter accipiet. Vxor enim amplam ferens dotem, onus est graue, iuxta sententiam Antiphanis Græci poëtæ quæ Latinæ sic habetur.

Haud illum est onus grauius.

Re vera, quæ vxor dote[m] ferens copiosam.

Et Demencus, Apud Plautū in A sinaria.

Argentum accepi, dote imperium vendidi?

Vxor enim diues, seruum putat sibi esse maritum, semper cum eo litigat, neque vel leue conuicium patitur, iuxta illud Plauti, in Menecchio.

Cum viro litigium natum esse aliquod, ita iste solent, quæ viros.

Subseruire sibi postulant, fretæ dote særoces.

Et Euripides in Menalipe, apud Stobeum sermone. 68. Græca carmina refert, quæ Latinæ sic leguntur.

Quicunque nuptias, aut genere præstanticres contrahunt.

Aut mulcarum opum gratia, vxorem ducere nesciunt.

Vxor enim imperans domi,

Subiicit maritum, ita vt amplius nō sit liber.

Et Iuuenalis Satyra. 6. inquit.

Intolerabilis nihil est, quam fœmina diues.

Et Cato.

Vxorem suge ne ducas, sub nomine dotis.

Rurfus Aufonius Gallus, immodicas dotes improbat, his verbis.

Sape in coningibus, fixa noxia finimio est dos.

Et Horatius poëta prudentissimus virtutem coniugis, doti anteponeit.

*Nec dotata (inquit) regit virum coniux,
Probamque pauperiem, sine dote quæro.*

Et Plautus in Aulularia inquit.

Dūmodo morata restet venias, dotata est satis.

¶ Et Iulius Bassus apud Senecam. 6. controuersia lib. 2. Omnes (inquit) vxores diuites, seruitutem exigunt, crede mihi, volunt regnare in suis diuitijs.

¶ Rurfus Diuūs Ambrosius, lib. 1. de Abraham Patriarcha. Qui suauitatem (inquit) quærit coniugij, non superiorem censu ambiat, non monilibus ornatam, sed moribus.

18 ¶ Vnde Veneti neminem, vel nobilissimum, vel ditissimum ciuem patiuntur, vltra sex millia aureorum nurūm filiæ in dotem dare, quod ex Postello libro de magistratibus Atheniensium refert Couarr. in Epitome super. 4. in. 2. par. cap. 3. §. 7. nu. 3. Boni enim viri dicunt cum Alcmena in Amphitrione Plauti.

Non ego illam mihi dotem duco esse quæ dos dicitur;

Sed pudicitiam, & pudorem, & sedatum cupidinem.

¶ Neque vanū arbitror, quod legimus Laccenam interrogatam: quam dotem marito traddidisset? pudicitiam respōdisse: quod Corassi. refert in. l. qui libero, num. 23. in lectura. ff. de ritu nupt.

19 ¶ Hæc de valore legis, Nunc traagemus de eius ratione, & an iusta sit. Nam Auendanius vir bonus & doctus, libro de exequendis,

De non meliorandis

quendis, mandatis regum cap. 14. num. 7. significat decretum huius legis inducere vitium, dum differentiam constituit inter masculos, & feminas aduersus naturæ legem. Vetat enim feminas meliorari, nulla de masculis facta mentione, unde iniquum censet feminas, & masculos diuerso iure censeri, contra. I. maximum vitium. C. de libe. præter. vel ex here. ibi, *Qui cum tales differentias inducunt, quasi nature acsatores existunt.* Et quid in legem hanc prudentissimam esse, nemo negabit qui rem acutius perspexerit.

20 *Primum, si exempla mouere solent, (vt mouent efficacissimè) habemus exemplū Solonis, Licurgi, Aristoteiis, magnorum, & clarissimorum virorum. Sunt nobis exemplo, veteres Romani, apud quos grauius, & incorrupti mores viguisse videntur. Probant dotium paupertatem, Ambrosius vir sanctus; eruditione, & prudentia insignis Antiphanes, Juuenalis, Nicostatus. Veruit dotes Plato autore Voluterrano lib. 29. Probam pauperiem sine dote querit Horatius, quem Diuus Hieronymus poëtam prudentissimum appellat. Accedunt his Cato, Plautus, & Euripides, humanarum actionum scientissimi: utique talium virorum sententiæ, pro rationibus haberi solent. Rursus si vt poëta quidam vere scripsit, *pax est optima rerum que homini natura dedit*, non ne præstat paruum dotem accipere cum pace, quam opulentam cum iurgio? Oblatrat vxor, nimia dote turgida. Deditur parere marito. *Exo ut scias* (inquit Plautus) *dotate mulieri conuitium dicere quid periculi sit.* Neque hæc lex vitium contra naturam inducit, sed naturam bene institutam instaurat, quæ vxorem non ferocem, non turgidam, non oblatratricem dote nimia esse vult, sed morigeram ac marito obedientem.*

21 *Hoc modica dos præstat, experientia magistra, totque doctissimis viris testibus. Vbi nam obsecro est iniquitas? an quòd non idem in masculis, imò id prudentissimum? quoniam masculus dominus, & caput est vxoris sue, iuxta naturæ legem, ac diuinam institutionem, unde in eo deficiat ratio, qua in foemina dos nimia prohibetur. Foemina enim marito insultans, infœlix reddit coniugium, dote enim nimia, ferox parere viro, deditur. At masculus cum caput vxoris sit, nihil contra naturam facit, si vxorem subigat,*

sibi que audientem esse velit.

22 *Deinde masculus splendorem, ac dignitatem familiæ conseruat, foemina familiæ suæ interitus est, & in alienam inseritur. I. pronuntiatio. ff. de verborum signifi. Quare iure optimo melioratio admittitur in masculo, qui facultatibus suffultus: familiæ columen erit, & ruentem paternam domum sustinebit tanquam Athlas cœlū. Deinde falsum est foeminam non posse meliorari à patre. Dotis enim tantū ratione meliorari nõ potest, extra causam verò dotis meliorari potest, deficiunt enim verba huius legis, à quibus non est recedendum. Quinimò tantum per contractum inter viuos vetat meliorari ratione dotis, vt suo loco dicam. Quòd hic vitium est? Quæ differentia inter masculum, & foeminam? præfertim cum foemina nullo modo excludatur à petitione legitimæ, imò pater eam si bi relinquere tenetur, iuxta vulgata iura.*

23 *Præterea proprius explicando rationem huius legis, certum est paternas facultates, vt plurimum exhauriri dotandis filiabus, filios autem masculos egestate præmi, quibus tanquam conseruantibus suorum splendorem, oporteret, & paternas, & auitas facultates (quantum æquitas patitur) in solidum præstari, cuius rei vice succedit miteræ egestas, deploratis paternis facultatibus sororum dotibus. His succurri oportuit, & eorum ratione mihi videtur præcipue cõdita hæc lex, vt patet ex verbis supplicantium Principi, ibi. *Supplicamos à V. M. que las dotes que en estos Reynos se dieren, no puedan ser mas de la legitima que le vendria a la dotada, si entonces se partiessen los bienes del dotador, nota illa verba. Mas de la legitima que vendria a la dotada.* Ex quibus apparet, legem aliorum filiorum vtriusque sexus legitime consulere voluisse, petitur enim à principe, vt iubeat, ne possit in dotem filiarum dari plusquam legitima, quare hoc nisi vt aliorum legitima salua sit, & incolumis. Rursus nota illa verba. *Si entonces se partiessen los bienes del dotador.* Ergo eorum fauorem lex respexit, cum quibus facultates patris dotantis diuidendæ sunt. Rursus hoc probatur ex verbis legis, ibi. *No pueda mejorar.* Hæc verba non quadrant nisi inter fratres, ergo ad vtilitatem, & fauorem fratrum cõdita est lex. Solent enim parentes promittere nimias dotes, in filiorum præiudicium, vt inquit Paul. in l. vna C. de nomi. doti. quos tanquam hostes exterarum*

24 terarum filiarum, accusat Bernardus Diaz regula. 2 13. fallentia. 4. dicens, meliorationem ratione dotis iniquam esse. Et quòd hæc lex aliorum filiorum favore condita sit probatur, quia. l. hac ædictali. C. de secund. nup. quæ taxat dotes, censetur condita favore filiorum, autore Bertrand. ibi. num. 43. post Bart. ibi, & Ioan. Garron. in rubri. C. de secund. nup. num. 12. Præterea nimium verè respondet princeps in initio huius legis. *Atenta la desorden, y daños que somos informados que se han recrecido de las dotes excessivas. Quæris quæ nam sunt ista mala, quibus hanc legem oponere oportuit? & quidem multa ac magna sunt. *Primo minuuntur facultates parentum, & expedit reipublicæ ciues habere locupletes, vt in. §. 1. in Authen. defenso. ciui. & in. §. 1. in Authen. vt omnes obedi. iudici. prouin. & in. §. 1. in Authen. vt iudices, sine quoquo suffragio. Item expedit ne quis re sua male vtatur, vt in. §. sed etiam. Insti. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. Habèda est enim ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere, flagitiosum est, vt inquit Cicero of. fil. lib. 2. Deinde praua consuetudo immodicè dotandi filias, corrumpit bonos mores, efficitque vt foemine non moribus sed dotibus nubant, vt que potior sit pecuniæ, quam pudicitia ratio, ex quibus coniugia infoclicia, & bonorum morum pestis oritur. Inuenis enim non ad virtutem animû intèdit, sed accipiam (inquit) puellam affatiam dotatam, quæ mihi, & rem, & molle otium in omnem vitam pariat. Rursus vxor dote turgidâ ferocit, & insultat, dote enim libertatem credit emisse. Præterea immodica dotium præstatio, impedit foeminarum nuptias, quæ enim lautam dotè non habet maritum non inuenit, (inquit enim iuuenis) cur ille alter aureorum quatuor millia accepit: ego minus accipiam, præstat abstinere à cõiugio quam tale dedecus perpeti. Et qui modica dote sex posset locare filias, vna ampla dote locare vix potest, in magnum præiudicium cæterarum filiarum, quæ indotatè, celibatarum amplecti coguntur, aut ad turpitudinem oculos adijciunt. Deinde miseri parentes, de filiarum honore solliciti, & sexus fragilitati volentes consulere, coguntur eas immodicè dotare, & ratione matrimonij meliorare, omnia deuorantes, dummodo filia pudor saluus sit, & illibatus. Quid enim non faciât paterno amore proclinati, si ac-*

25 cedât clamoræ preces, & longa suspiria matris, filiaq; in patrè subamarus oculus quæ tatis florem inutilis perdere cogatur, dū cum ea pater præter consuetudinem paritius agit. * Auget necessitatem lex, quæ patrem etiam inuitum cogit dotare filiam. l. qui liberos. ff. de rit. nup. Bald. in. l. fin. C. dot. promif. las. in. l. de alimentis num. 7. C. de tran. & in. l. huiusmodi. §. cum pater num. 19. ff. de leg. 1. & in. l. filius familiâs. §. diui. in. 2. lect. num. 74. ff. eod. d. l. qui liberos. ff. de rit. nup. l. obligamur. vers. lege. ff. de act. & oblig. Quod si non vult, iudex eum cogit, indicto carcere, vel multa, si uè petat filia, se velle matrem esse, siue propinqui, vel ex officio nemine petente, potest iudex facere, autore Nouelo in tractatu de dote. 6. part. priuileg. 14. priuile. 17. num. 1. Bald. in. l. fin. col. fin. C. de dot. promif. Aufre. quæst. Tolos. 290. Boer. decis. Burdeg. 230. num. 4. & 6. Bosque. de nup. lib. 5. nu. 23. Curt. seni. conf. 39. Ioan. Lupus. c. per vestras. §. 20. col. 2. vers. ad simile. Hyppoli. conf. 125. nu. 10. & 12. Casafan. in conf. Burg rubr. 7. §. 12. num. 24. & rubr. 1. §. 4. num. 21. vers. sed iuxta. * Cogitur enim pater filiam locare & dotare, vt per. DD. in locis supra citatis. Alexan. conf. 33. lib. 4. Iacobi. l. cum patre. num. 32 & in. l. profectitia. §. si filius. ff. de iur. dot. Curti. senior conf. §. 9. col. 1. Ad eò autem cogitur filiam dotare, vt etiam si diues sit, & habeat vnde se dotet, adhuc pater tenetur eam dotare, Soci. conf. 147. lib. 1. num. 15. l. 8. tit. 11. part. 4. l. fin. & ibi glos. Bald. & Angel. C. de dot. promi. Angel. in Authen. de equali. dot. §. quia vero. in fi. Alexand. in. l. à filia. num. 4. ad Trebel. & in. l. si cum dotem. num. 10. & in. l. 1. num. 12. ff. solut. matrim. Paul. in. l. quoties. & in. l. marito. §. si voluntate. ff. solut. matrimon. Ioã. Lup. c. pef vestras. §. 20. vers. ad simile de dot. inter vir & vxor. communis auctore Vincen. num. 31. & Rip. num. 34. in. l. 1. ff. solut. matri. Ioã. Lupus. c. per vestras. §. 14. quinto officiu. fol. 91. informis maioribus. de don. inter vir. & vxor. Curt. cõf. 39. in fin. las. §. fuerat. num. 105. instit. de actio. Benedic. c. Raynun. verbo dotem quam et dederat. num. 22. Alexan. l. mul. cr. §. cum proponeretur num. 16. ff. ad Trebelian. las. in Authen. res que. num. 14. Hyppoli. conf. 125. nu. 10. Alexan. conf. 7. lib. 2. col. fin. Imo etiam si sit exclusa statuto, est congruenter dotanda, vt dixi supra

De non meliorandis

supra cap. 1. num. 10. 12. 16. & 21. & onus adhæret bonis, & transit ad hæredem patris, Decius conf. 379. num. 13. & per Ioan. Lupum. c. per vestras in. 2. notabili. num. 16. Bart. & Paul. in l. si marito. §. si voluntate. ff. solu. matrim. & in l. post dotem. in. 2. quæst. princ. cod. tit. Paul. in l. si focer. in princ. cod. tit. Hyppol. conf. 125. col. 1. Alexand. conf. 169. nu. 2. lib. 7. Bal. in l. fin. C. de dot. promif. Curt. senior confil. 27. col. 14. vers. venio ad quartû. Aretin. l. qui superstitis. ff. de ac. qui. l. ære. Dos enim habetur loco æris alieni, vt per Bar. & Alexand. in l. à filia. nu. 3. ff. ad Trebel. Bald. in l. fin. col. fin. C. de iure doti. Quamquam hoc sanè intelligendum, prius enim deducendum quod pater creditoribus debet, quod propriè est æs alienû, & post deducetur dos: ita Bart. & Ripa. num. 14. in l. quæsitam. §. si sponsa. ff. de prinile. credito. & de residuo filia dotanda. Corn. conf. 282. col. 2. lib. 1. Non omittendum quod Alciat. parerg. lib. 8. c. 3. censet patrem nõ cogendum dotare filiam præsertim diuitè, quia licet. d. l. qui liberos ff. de ritu nup. & d. l. obligamur vers. lege. ff. de action. & oblig. dicant officium paternum esse dotare filias; officium significat beneficium, vt apud Tullium, in lib. de officijs vsurpatur. Sed certe officium etiam significat, & inducit necessitatem, iuxta illud Oui. lib. 2. de arte amandi.

Odi, quæ prober, quæ sit præbere necesse.

Sicq; delana cogitat ipsa sus.

*Quæ datur officio nõ est mihi grata voluptas,
Officium faciat nulla puella mihi.*

¶ Et satis inducit necessitatem. l. dedit dotem. ff. de col. bonorum. Licet diuitem filiam necessario dotari, durum sit quod Co. uar. scribit post alios in Epi. om. sup. 4. 2. part. c. 3. §. 8. num. 8. Corrafi. in repe. l. qui liberos. num. 96. ff. de ritu nup. Bosqueus de nup. lib. 5. num. 26. Alciat. de præsumptio. reg. 1. præsum. 26. Bar. in l. mulier. §. cû propeneretur. ff. ad Trebelian. Hæc patris obligatio tot cuniculis armata, hæc morum pestis, hæc cæterorum filiorum ruina, visa sunt digna correctione, & certe ad propulsandum hominum luxum, nihil hac lege aptius inueniri potuit. Solebant (& adhuc solent) patres, plus dare in dotem quàm facultatum modus patitur, & qui supra facultates expendit: dicitur ad inopiam ver-

gere, autore. Paul. in l. si constante col. 2. ff. sol. matri. tex. in A. ut. vt determinatus sit numerus clericorû in princ. colla. 1. Abb. in. c. apostolus. in. 2. nota. de cõsib. * Et insanire mihi videntur qui supra rei familiaris modum expendunt aduersus consilium D. Bernardi, in episto. de regimine domus, & Abb. in. c. quoniã de vita, & honestate clericorum. Apud veteres erant leges sumptuariæ, atq; ad eò Corinthi, quæ ciuitas erat cæteris corruptior, lex erat opposita sumptuosius quam pro rei familiaris modo expendentibus. Eam apud Athenum. lib. 6. Diphilus refert, & latine vertit Erasmus, in hunc modum.

*Hoc, lege cautum est, hic apud Corinthios,
Si quempiam obsonare semper splendide
Videmus, hunc rogare, vnde viuat, &
Quid faciat operis, si facultates habet,
Vt reddicus harum soluere expensas queat:
Perpetitur illum persui bonis suis.
Sin forte sumptus superat ea quæ possidet,
Prohibemus huic ne faciat hoc in posterum.
Ni pareat: iam plectitur multa graui.
Sin sumptuosus è viuit, is qui nihil habet,
Tralant eum torcoribus, pro Hercules?
Nec enim licet vitam absq; malo degere.
Nos genus hoc mortaliû, eijcimus hac ex vrbe,
Veluti purgamins.*

28 ¶ Apud veteres Romanos ea erat parsimonia, vt cœne, & victus essent publica lege præscripti, hinc lex Fannia, & lex Licinia, & cætere leges sumptuariæ, quarû meminit Gellius, Noctium Atticarum, libr. 2. cap. 24. De quibus Cælius Iurisconsultus, cum Phauorino philosopho disputans, nõ veretur ita pronuntiare, lib. 20. c. 11. apud Gellium. Quid tam necessarium existimatum est propulsandæ ciuium luxuriæ, quàm lex Licinia, Fânica, alizq; item leges sumptuariæ? omniã tamen hæc oblitterata, & operta sunt, ciuitatis opulentia quasi quibusdam fluctibus exestuantis. Rursus Liuius Decadis. 3. lib. 3. Capuanæ ciuitatis mores improbens, Prona semper (inquit) ciuitas in luxuriam, nec libidini nec sumptibus modus erat: Ac riora dicturus si nostram luxu diffluentem, ac tantum non cõuulsam videret rempublicam. Rursus Suetonius in Cæsare, lege (inquit) præcipue

præcipue sumptuariam exercuit, dispositis circa macellum custodibus. Et Spartianus in Adriano: Iudicium (inquit) sumptus constituit et ad antiquum morem reddegit. Quidam enim adeo profusi sunt, ut illud quod Lamprius de Heliogabalo refert, amare videantur. Cum enim Heliogabalo omnia fœde profundenti quidam diceret, Non times pauper fieri, respondisse fertur: Quid melius quam, ut ipse mihi heres sim, uxori mee. Quinimò, & in facultatibus videtur modus fuisse, sic enim Livijs lib. 7. ab urbe condita. Popilius in mille aureos condemnauit Licinium Stolone, quod mille terræ iugera possideret: Similemque legem apud Venetos vigere, publicæque in omnibus orbis regionibus instaurandam, scribit Budæus in Epistolis, Laudanda igitur hæc lex que parsimoniam docet, si enim parua dos fuerit, parui erunt sumptus, & verissimè dictum est, Magnum vestigal parsimonia, ut hinc lex ista dare potius nubentibus quam auferre videatur, virtutem enim docet, & rem parsimoniam docendo auget. Quid quod valet statutum præfiniens meritum prætium, ut per Abbi. & DD. in c. 1. de emp. & vend.

- 29 Non prætereundum, quod Celsus, in indice Regiarum legum, significat hæc legem masculorum fauore conditam, verbo Dotes, Celsi iudicium non placet Auendanio, libro de exequendis mandatis cap. 14. num. 10. Certè Celsus, memoria lapsus videtur, non enim solet illè interpretari, sed contextere indicem legum. Et quod hæc lex non magis condita fuerit fauore masculorum quam foeminarum, probatur ex verbis legis, & ex verbis supplicatiu principii, ibi: *Mas de la legitima que le vendria a la dotada,* hoc: propter legitimam aliorum positum est, foeminis autem non minus deberetur legitima quam masculis, ut in l. maximum. C. de libe. præter. vel ex hæred. Idem probatur d. l. ibi: *Si entoces se partiesen los bienes del donador,* non enim masculus in re patris magis facit partem quam foemina, imò æqualiter diuidunt. Postremò probatur, quoniã renuntiatio facta à filia, non minus videtur facta fauore sororum, quam fauore fratrum masculorum, ut significat Alex. consi. 29. num. 4. lib. 3. Sali. in l. pactum quod dotali, col. fi. vers. aut pasciscitur. C. de pact. Corn. consi. 291. lib. 4. col. 3. vers. ideo, & col. 4. in princip. Parisi. consi. 26. num. 24. lib. 2. Couarru. c. quamuis pactum. 3. part. §. 3. num. 4. de pact. lib. 6. vbi distinguit,

& dicam latius infra suo loco. Satis est quod exclusio ex hac lege facta, ne filia dotis ratione meliorari possit, non magis masculorum quam foeminarum fauore facta est, ut ex verbis legis manifestè deducitur.

- 30 Neque solum hæc lex dotibus modum statuit: sed & ornamentis muliebribus. Non enim potest maritus uxori dare modum excedentem octauam partem dotis, quam acceperit, quoniam (præter alias rationes) uxor potest eligere quid malit, donationem propter nuptias (quam nos arram vocamus) an vestes, & mundum nuptiarum tempore sibi à marito datum, non enim utrunque consequi potest, sed electio datur, ut in l. §. 2. Tauri. Mulieris enim ornamenta mores: sunt non aurum, & ut Crates dicebat. Ornamentum est quod ornat, ornat autem quod honestiorem mulierem facit, talerum autem non reddit vestis, non aurum, sed que pudoris modestiæ & grauitatis speciem habent. Matronæ verum ornamentum pudicitia est, non vestis, nam vestes auratæ non dignitatis sed luxuriæ instrumenta sunt, quod Pythagoram Samium Crotoniensibus persuasisset autor est Iustinus, lib. 20. Aristoteles eius est sententiæ, mulierem minori cultu uti debere, quam patriæ leges moresque præscribunt. Modicus cultus foemine pudicitiam arguit, immodicus luxus, & libidinis suspitionem præbet. Apud Lium lib. 8. legitur: *Minutiam virginem Vestalem, incestus insimulatam propter iusto mundiorem cultum, ac tandem damnatam fuisse.* Zaleucum Loctorum Legislatorem, legitur statuisse: *Ne liceret mulieri arte elaboratis venustisque ornamentis uti, nisi cum scortari vellet:* hoc probri genere pernicem delictiarum, & intemperantiæ labem coercere volens. Hinc Bald. in proemio, Gregoriano col. §. scribit valere statutum quo Episcopus fulminat excommunicationem in foeminas portantes vestes superuacuas, vel sumptuosas, de quo vide Alberi. in l. factum à iudice. ff. de reg. iur. Anchar. in repe. c. canonum statuta in. 1. 1. q. principali de const. versi. super hoc termino, & in. 2. parte statutorum. q. 198. Ioan. Andr. in reg. ea que fiunt de reg. iur. in. 6. Rusticum enim, & miserum iudicant, id solum velle quod fat est, ac, de quibusdam dici non iniuria potest illud Ouidij lib. 3. de arte amandi. *Quis pudor est census, corpore ferre suos.* Et illud Senecæ: *Video sericas vestes, si vestis vocande sunt, in quibus nihil est, quod defendi, aut membrum, aut corpus, aut denique pulcor possit.*

De non meliorandis

possit. Rursus Diuus Ambrosius, libro de Nabuche Israelita. c. 5. Delectantur (inquit) compedibus mulieres, dummodo auro ligentur, non putant onera esse si pretiosa sunt, non putant vincula esse, si in his thesauris corruscet, delectat, & vulnera, ut aurum auribus inseratur, & Margaritæ dependant: habent & gemme pondera sua habet vestimenta frigora sua, iudatur in gemmis, algetur in feris, tamen pretia tuant, & quæ natura auersatur, comendat auaritia, Smaragdum & Hiacinthum, Berillum, Achatem, Iaspem, Sardam summo querunt furore, vel si dimidium patrimonij petatur. Non parcunt dispendio, dum indulgent cupiditati. Liander, cum Dionysius Siciliae tyranus filibus suis vestes muliebremque mundum misisset, ea accipere recusauit, vereri se dicens, ne huiusmodi ornamenta de honestarent potius filias, quam ornarent: autore Plutarcho in Lisandro.

¶ Rursus ut ad sacras literas, sancti Spiritus afflatu prodditas, veniamus. legimus? Ecclésiastici cap. 9. Auerte faciem tuam a muliere cõpta. Et Beatus Paulus, primæ ad Timotheum. c. 2. de mulieribus loquens (inquit) Cũ recundia & sordiditate ornantes se, & non in toris crinibus, aut auro, aut Margaritis vel veste pretiosa. Rursus Diuus Petrus, in prioræ catholica Epistola cap. 3. inquit. Mulierum, non sit extrinsecus capillatura aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus. Huiusmodi multa lectu digna, locupletissimè protulit. Tiraquellus scriptor candidissimus, & diligentissimus, conubiali lege tertia. Cui præfinitionem muliebris cultus addere visum est, ut opinor prætermisit, quod apud Lampridium in Alexandro Seucro legimus, in hunc modum. Matronas Regias contentas esse debere uno reticulo atque in auribus, & baccato monili, & corona, cum qua sacrificium facerent, & unico pallio auro sparsa, & ciclade quæ sex uncias auri plus non haberet, imitati sunt eum magni viri, & uxorem eius matrone per nobiles. Ac rursus Lampridius, inquit: Cum quidam legatus uniones duos uxori eius per ipsum obtulisset, magni ponderis, & inusitate mensuræ, vendi eos iussit, quod cum pretium non inuenirent, ne exemplum malum à Regina nasceretur, si eo uteretur, quod emi non posset, in auribus Veneris eos dicauit. Præterea Suetonius in Cæsare: Legem (inquit) præcipue sumptuariam exercuit. Et paulo supra lecticarum usum item conciliate vestis & margaritarum nisi certis personis & etatibus perq; certos dies addemit. Ex quo apparet

31 cultum immodicum, & patrimonium exhaurire, & pessimi exempli rem esse, libidinemque excitare, quare prudenter lex hæc, fœminei cultus ornatui modum imponit ei scilicet qui à marito datur, quod nimium est improbens, quod moderatum est permittens, non enim omninò improbatur mulierem se ornare, dummodo moderate id faciat. * Nã ut legimus, Genes. c. 24. Rebecca à seruo Abraham, accepit in aures aureas, appendentes siclos duos, & armillas totidem pondo siclorum decem quibus se ornaret. Hester vnguentis & aromatibus usam fuisse, legimus lib. 2. eius historix. Et Ruth. 3. legimus, Noemi piam fœminam, docentem Ruth quoniam modo sibi maritum Both nasceret, dixisse: Lauare & ungere, & induere cultioribus vestimentis. Et certè animus, tempus, & locus licitum, vel illicitum faciunt mulieris cultum autore D. Thom. 2. 2. q. 169. artic. 2. Ioan. Andr. & Franch. in. c. ea quæ fiunt de regul. iuris in. 6. Alberic. in. l. factum à iudice cod. tit. Abb. & Host. in. c. 1. ne cleri. vel mona. Cepola in. l. mulieris in prin. q. 12. ff. de verbor. signifi.

¶ Sed ut ad dotis præfinitionem reuertamur, nostrorum æquitatem vide, qui cum possent imitari Italix: ferè totius statuta excludentia fœminas, aliarumq; gentium similia statuta, medium elegerunt, ut neq; filiam excluderent, neque vlla in re duriorum eius quam masculi conditionem facerent, neq; rursus pati voluerunt, filiam de uastare patris facultates, qui tantum non cogitur totam substantiam in dotem dare, tanta est seculi corruptela? Illud ergo quod pater volens nolens cogebatur facere, id tanquam iniquum lex coerces. Extra, tamen causam dotis filia meliorari potest, neque hæc lex tollit quo minus legitimam, ut olim consequatur, dummodo id suo tempore fiat, & non violenter cogendo patrem. In masculis autem hoc non fuit necessarium rationibus supra dictis. Tum etiam quoniam si soror mea non melioratur, etiam vxor mea non melioratur, & quod illa patitur à patre, ego patior à focero, qui non meliorat filiam suam vxorem meam, & sic omnium par. conditio est. * Rursus masculus, saltem de consuetudine non cogit patrem ut sibi det donationem propter nuptias, ut per Corrasium in. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum glos. & DD. in Authent. x qualitas. C. de pact.

paſt. conuen. Eald. in Authen. dos data. C. de dona. ante nupt. & ibi Salic. Angel. & gloſ. in Authen. de æquali. doti. §. 1. Nouel. de dote. 7. part. princip. in. 8. ſpeciali. num. 3. verſic. nec propter hoc Pariſ. conſil. 126. num. 6. lib. 1. & maſculus abſque donatione propter nuptias accipitur, fœmina autem raro nubit abſque dote. Rurſus maſculus d. tiorem reddit patrem, nam pater recipere ſolebat (ſaltem de iure commun.) dotem nurus, & eius uſufructu fruēbatur, donec emancipabat filium, ita Bald. Paul. Angel. Roman. Alexan. col. 2. & 3. in. l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamus. ff. ſolu. matrim. Nouel. vbi proximè. Iaſ. conſil. 198. lib. 2. Boeri. deciſione. Burdeg. 199. col. ſi. Rurſus diuerſo iure centeri nuptias fœminæ, & nuptias maſculi, arguit quòd apud Boer. deciſione. 130. nu. 14. & apud Aſſi. & conſtitu. Neapolita. de adiutorijs exigendis. lib. 3. num. 21. legimus vaſallos teneri pecunia iuuare dominos cum filias locant, non tamen cum filios, quoniam cū locat filiam, dat dotem, cum verò locat filium accipit dotem. Alia circa hanc differentiam dicam infra cap. an hæc lex ſeruanda in maſculo.

33 ¶ Nunc proprius ad peculiarem rationem hic ſtatutorum accedendo, nota legē hanc, dotis ſummam ſtatueri ex redditibus, ratio eſt, quia dos eſt loco alimentorum, vt per Alexand. conſil. 7. lib. 2. Cin. & Bald. in. l. mater. C. de iure doti. Cin. in. l. nemi. ni. C. de adm. n. tutor. Curti. ſenior conſil. 39. col. 1. Iaſ. in. l. cum iſ. §. ſi mulier. ff. de condi. & indeb. Aſſi. & deciſione. 111. nu. 10. alimenta autem non ſtatuantur ex valore rerum, ſed ex redditibus, Bart. in. l. Imperator. ff. ad Trebel. Angel. in. l. qui bonis ff. qui bonis cedere poſſ. Socin. in. l. diuor. tio in fine. ſolu. matrim. num. 19. Ioan. Garron. in rubr. C. de ſecund. nup. pagina 17. num. 42. Deci. in Authen. præterea col. ſin. C. vnde vir, & vxor. & in. c. Epifcopus de præben. nu. 12. & 13. Alex. conſil. 70. lib. 4. Aymon. conſil. 219. lib. 2. Deciſio Delphinalis noua. 323. & 913. nu. 10. niſi aliud ſuadeat cauſa vrgentiſſima, & prudenti viro digna.

34 ¶ Rurſus dos congrua iudicatur ex qualitate perſonæ, vt dixi ſupra cap. primo, num. 7. & 8. l. quæro. l. cum poſt. §. gener. ff. de iure doti. l. ſi filia. ff. de legat. 3. Alex. in. l. ſi conſtante num. 2. ff. ſolu. matrim. text. in Authen. res quæ, ibi, *Pro dignitate*.

C. commun. de legat. Aretin. conſil. 17. Aymon conſil. 236. nu. 3. Alberic. in. l. cogno. uimus. C. de hæreti. dignitas autem perſonæ æſtimatur ex facultatibus, iuxta illud Horatianum libro ſermonum. 2. Sa. tyra. 2.

Omnis enim res

Diuitis parat, quas qui conſtruxerit illæ.

Clarus erit fortis, iuſtus, ſapiens, etiam Rex.

¶ Rurſus Euripides apud Stobeum, termin. 89. ex tradu. ctione Geſneri.

Sciſne quod nobiles quidem mortalium

Dum pauperes ſunt, non amplius clari exiſtunt.

¶ Rurſus Euripides in Pheniffa.

Opes hominibus prætiſſime.

Potentiamq; maximam in humanis rebus habent.

35 ¶ De qua re, vide Cardi. Floren. in Clemen. 1. de Baptiſmo. q. 6. Alberic. in. l. Imperatores. ff. de ſtatu. homi. Bal. c. ſuper eo. col. 2. de teſtib. cū alijs innumeris quos diligentia prodigioſa profert. Tiraq. de nobilitate. c. 3. * In dotandis autem filiabus inſpiciendæ ſunt facultates, vt per Doctores in locis à me citatis, ſupra cap. 1. d. nu. 7. & 8. l. quæro. l. cum poſt. §. gener. ff. de iure doti. Curti. ſenior conſil. 27. col. 14. Sa licet. in Authen. res quæ. col. 1. Bart. in. l. ſi filia. ff. de legat. 3. Socin. conſil. 288. num. 18. lib. 2. Cum autem olim congrua dos relinquere tur arbitrio iudicis, vt d. xi. cap. primo. num. 7. Regij Senatores voluerūt definire pro ſua eximia prudentia & dextera. c. vſque ad quam ſummam poſſit dare in dotem pater, neque hodie vllò modo recedendum à verbis legis quæ ſeruetur & ſeruari debet, vt in. l. proſpexit. ff. qui & à quibus, & quòd ſeruetur teſtatur Auendani dicto tractatu de exequendis mandatis cap. 14. col. 1. Teſtius Ferdinandus. l. 17. Tauri. Aretius. l. 10. & 12. & 26. Tauri, quibus autem in rebus corrigat do cui ſupra cap. 1. num. 29.

36 ¶ Generalis autem diſpoſitio huius legis, quæ meliorem dotis cauſam prohibet, vel eo nomine laudanda eſt, quòd Bald. in. l. inter filios. C. ſami. hæreſis. inquit, ſtatuta in æqualiter admittentia liberos, eſſe contra naturalem æquitatem. Semperq; leges curāt ne inter filios ſit inæqualitas. l. pen. in fine. C. commu. diuid. l. ſin. C. commun. vtriuſque iudicij, & multa ſiunt ratione euitandæ inæqualitatis inter filios, gloſ. & DD. in. l. illud. C. de colla. Pariſ. conſil. 126. col. 4. lib. 1. His congruit Authen. de nup. §. illud quoque. vbi lex monet filios æqua. liter

C 2 liter

De non meliorandis

liter instituendos. Et in dubio probandū id, per quòd fratres reddiguntur ad æqualitatem, autore Soci. in. l. cum auus. col. 20. ff. de condi. & demonst. Corne. consil. 309. lib. 1. His cõsonat quòd scribit D. Ambrosius libro de Ioseph Patriarcha. c. 2. *Iungat (inquit) liberos æqualis gratia, quos iunxit æqualis natura, lucrum pictas nescit pecunie. Quid miraris si propter fundum aut domum oriūtur inter fratres iurgia, quando propter tunicam inter 1a. ob sancti filios exarsit inuidia? Gaudēt enim fratres hostes potius habere patris facultates: quam fratrem, in tunica sibi præferri, vt inquit Ang. consil. 287. col. 3.*

¶ Rurſus hanc legem prudentissimā esse, suadet Damasceni, de fœminis Hispanis honorificum elogium, inquit enim: *Adeò frugales esse, vt moris fuerit quotannis in medium populis suis telas ab eis textas proferre, iudicesq; quorum iussu hæc fiebant solere vberius honorare eas que plus laborauerant.* Ita Volaterranus Philologix lib. 30. cap. de moribus mulierum. *Quid hic tu supputas redditus? abunde diues est, que pudica est, que sobria, que modesta, non est indocta, que ad rem parcendam alacris est ad seruandam vigilans.*

37 ¶ Finem faciā si illud addidero. DD. mille aureos iudicasse dotē cõgruā etiā Comiti? Bal. cõs. 255. lib. 2. Fulg. cõs. 22. col. 2. Deci. cõs. 26. nu. 3. Bal. cõs. 123. lib. 1. Ias. cõs. 133. lib. 4. cum alijs citatis, cap. 1. num. 9. circa medium, nisi pater aureorum triginta millia habeat, & nobilis sit ita Soci. cõs. 100. num. 11. lib. 3. quamquam hæc moribus cuiusq; regionis variantur. Adeò autem dos immodica odiosa est, vt regnum non transeat in eum qui cum regina nubet, de quare vide Bald. c. significante. de rescrip. & ibi Barba. Ioan. Lupum. c. per vestras. §. 43. vers. ex istis infertur. l. 3. tit. 15. part. 2. & ibi glos. similis in. l. 1. tit. 1. part. 2. litera. A.

38 ¶ Notandum autem non solum meliorationem, sed & promissionem meliorandi prohibitam esse ex hac lege. Sola enim promissio meliorandi ratione matrimonij faciebat rem irreuocabile, vt in. l. 22. & 29. Taur. Et promittere dotem eundem habet effectum, quòd dare, secundum Bald. in. l. fin. num. 2. C. de dot. promissio. col. 1. vers. & sic facit ad statutum Afflict. decisione Neapolitan. 61. num. 2. Alexand. consil. 63. num. 26. lib. 4. & in. l. non tantum. nu. 16. ff. solut. matri. l. fin. ibi: *Dederit vel promiserit.* C. de dotis promissio. & in. l. ex morte,

vers. similiq; modo. C. de pact. conuen. Et ex promissione mulier dicitur dotata, ac si res iā ei tradita fuisset. l. cū post mortem. §. 1. vers. sed is de quo. ff. de adm. tuto. Bart. l. cum plures. §. vlti. ff. eod. tit. Bal. in. l. si pater. C. de sponsal. Paul. & Alex. in. l. cum plures. §. 1. ff. de condi. ob causam & in. l. si marito. §. 1. ff. solut. matri. Areti. in. l. rei iudicatę. §. socero. ff. eod. tit. Salic. in. l. si constante. C. de donat. ante nup. Tiraquell. de retract. conuentionali. ad finem num. 32. cum sequentibus. Sic Deci. consil. 35. num. 6. Scribit patrem promittendo filię dotem videri eam dare. Sic & præfinitio arre, non solum præstationem sed & promissionem comprehendit ne fiat vltra legitimum modum: vt in. l. 1. tit. 11. lib. 3. fori. Prudentissima ergo est hæc lex, quæ suadente causa reipublicę vtili, filiam dotis nomine meliorari prohibet, sicuti & ciuilia iura solent ex iusta causa filium abdicare à facultatibus paternis. * Cumque statu-
tum excludens fœminas stantibus masculis plausibile, & fauorē dignum videatur omnibus feræ doctoribus: præsertim si eis relinquatur dos, vt probat Ioan. Andr. ad Specul. in rubri. de successione ab intestato in additione inci. est sciendum Ang. in. l. quisquis. C. ad leg. Iuli. Mar. & consil. 67. Cin. & DD. in. l. 1. C. de adul. Roman. consil. 16. DD. in. l. 2. C. de in ius vocan. Imol. in. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demonst. Ias. in. l. qui se patris num. 57. C. vnde l. beri, cum alijs passim obijs, multò magis erit fauorabilis hæc lex, quæ neque legitimam, neque dotem filię tollit, imò neque meliorari eam prohibet, nisi ex causa dotis, & id inter viuos de quo suo loco dicam. Præsertim cum nimiam, & iam nulli tollerandā sumptuum profusionem coherceat, parsimoniam alat, virtutem diuitijs suffocari non sinat, & inæqualitatem inter filios tollat, tantorūque philosophorū & nobilissimarum gentium instituta emuletur, quæ iusta, prudens, rationalis, & fauore digna iudicanda est.

S V M M A.

- 1 *Filia an possit in minori particula, quā in tertia paterni census, meliorari.*
- 2 *Contrarium. C. num. 5.*
- 3 *Melioratio ratione dotis sicut non admittitur in parte, tertia parte, ita neq; in parte, quinque parte.*

Melioratio

- 4 *Melioratio dicitur facta filie ratione dotis si plus aliquid accepit quam legitima.*
- 6 *Verbum hoc Mejorado en tercio y quinto, intelligitur apud nos non solum si quis in solidum tertiam, & quintam partem melioratur, verum quādo melioratur in aliqua parte tertij, vel quinti.*
- 7 *Melioratio an valeat si dos excedat legitimam cum tamen non excedat huius legis summam.*
- 8 *Melioratio fieri posse etiam si excedat legitimam, dum tamen non excedat huius legis summam.*
- 9 *Contrariam sententiam tenetur contra Auentanum, vsq; ad fin. capitis.*

An filia dotis ratione meliorari possit in minori summa, quam tertia, & quinta pars bonorum, scilicet in particula ultra legitimam: & an saltem admittatur melioratio quando non exceditur summa hic præscripta. Cap. III.

- 1 **S**ED An filia si non in tertia, saltem in minori particula, paterni celsus meliorari possit. Dubium facit, quod prohibitio huius legis, de non meliorando in tertia vel quinta parte loquitur, ut patet ibi. *No pueda dar por via de dote, tercio ni quinto.* Ergo si melioratio sit minor tertia vel quinta parte admittenda videtur: ubi enim non quadrant verba legis, non quadrat eius dispositio, ut in l. 4. §. toties. ff. de damno infec. & non est recedendum a verbis legis, ut in l. non aliter. ff. de leg. 3.
- 2 **S**ed verius est filiam non posse dotis nomine meliorari, etiam in minori summa quam sit tertia, vel quinta pars, quoniam, ubi primum datur filie ultra legitimam sit præiudicium legitimæ cæterorum liberorum, quæ minui non potest, nisi per meliorationem tertiæ partis, ut dixi supra cap. 1. nu. 9. melioratio autem in tertia prohibita est: inquit enim lex. *No pueda dar por via de dote, tercio ni quinto.* Et addit: *Ni se entienda ser mejorada*

tacita ni espressamente. Hæc vltima verba omnem ambiguitatē tollunt, nam ubi primum exceditur legitima, est *Meliorata*, lex autem non solum vetat dari tertiam, verum addit. *Ni se entienda ser mejorada.* Rursum cum quinta quæ dari potest extraneis non possit dari in dotem filie, multo minus dabitur pars tertiæ partis, quæ aliquando iudicatur legitima filiorum: ut supra. c. 1. nu. 17. & 28.

- 3 **R**ursum hoc probatur ex illis verbis: *No pueda dar ni prometer tercio, ni quinto.* Quinta enim pars particula est tertiæ partis (hoc est minus est tertia parte) tamen etiam in eo quod minus est tertia parte prohibetur melioratio, ergo cum verbum debeat vni-formiter definire contenta in eadem oratione, ut in l. quamuis. C. de impub. & alijs sequitur quod sicut non admittitur melioratio in parte tertiæ partis (scilicet in quinta) ita etiam non admittetur in parte quinta. Præterea hoc probatur, ex verbis postulantium a Principe ne dos excedat legitimam, quorum sunt hæc verba. *Suplicamos a V. M. que las dotes no puedan ser más de la legitima que se vendria a la dotada, si entonces se partiesen los bienes del dotador.* Quibus Princeps respondet. *Mandamos que ninguno de por via de dote tercio ni quinto, ni se entienda ser mejorada, &c.* Item in principio legis dicit: *A tentada vuestra suplicacion, &c.* Certum autem est quod si plus accipit quam legitimam, est meliorata, & quod si eo tempore diuiderentur bona dotantis æqualem cum cæteris portionem acciperet.

- 5 **P**ostremo hæc sententia probatur, quoniam si neque integra legitima in dotem dari potest (si excedatur summa hic præscripta) multo minus admittetur melioratio. Fateor tamen hoc argumentum non esse semper efficax, fieri enim potest, ut dos præstita non excedat summam hic præscriptam, & tamen quod resultet melioratio, quæ licita non est etiam si non excedatur summa præscripta, ut statim docebo.
- 6 **H**is congruit quod hæc verba *Mejorado en tercio y quinto*, apud nos non solum intelliguntur quando quis in solidam tertiam, & quintam partem melioratur, verum etiam quādo melioratur in parte tertiæ seu quinta partis, ita probatur in l. 26. Taur. ibi: *Si el padre, o la madre hizieren alguna donació a alguno de sus hijos, aunque no digan que lo mejoran en el tercio, o en el quinto, entienda se que lo mejoran en el tercio, o en el quinto de sus bienes.*

De non meliorandis

Hæc verba non significant, vt quælibet donatio censeatur facta de tertia aut quinta parte bonorum, sed vt videatur filius melioratus in parte tertiæ seu quintæ partis, pro modo quantitatis rei donatæ: ita apertius exprimitur in verbis quæ statim sequuntur in ea lege, tamen melioratus ex tacito leges iudicio, etiam si sit melioratus in portione minori tertia vel quinta parte, dicitur vulgo melioratus in tertia, & quinta. Ergo hæc verba nostræ legis. *Ninguno pueda prometer ni dar por via de dote tercio ni quinto, ni se entienda ser mejorada, &c.* Significant filiam neque in tertia, neque in parte tertiæ, neque in quinta, neque in parte quintæ, meliorari posse dotis ratione: quod satis significant generalia verba quæ sequuntur: *Ni se entienda ser mejorada tacita ni expressamente.* Nam tacita melioratio censeatur quælibet donatio à patre facta filio, iuxta. d. l. 2. 9. Tauri, notat Ioan. Lupus, in c. per vestras. §. 2. 2. in constituenda. col. pen. de donat. inter virum, & vxor. Bart. in l. vxorem. ff. de leg. 3.

7 Sed est quæstionis, quid si dos excedit legitimam, non tamen excedit summam in hac lege præscriptam, an valeat melioratio. Subijciam exemplum quo res sit dilucidior. Lex hæc præscribit, vt habens infra ducenta maropetinorum millia ex annuis redditibus possit dotis nomine filię dare vsque ad sexcenta maropetinorum millia, quæ efficiunt summam aureorum mille & sexcentos, & non amplius. Finge hominem habentem ex annuis redditibus trecentos aureos, & sex filias, locat vnam matrimonio, & dat in dotem aureos mille & sexcentos reclamant cæteræ filię, allegantes hæc lege filiam non posse dotis ratione meliorari.

8 Contra nupta & nouus maritus tuentur etiam sub decreto huius legis, agnoscentes quidem quod ex eius decreto melioratio dotis nomine prohibetur, sed id demum contendunt verum esse quando exceditur summa in hac lege præscripta, cum enim in ea permittatur, vt habens minus quam ducenta maropetinorum millia possit in dotem dare vsque ad mille, & sexcentos aureos: allegat, patrem nihil aduersus legem fecisse, neque cæteras filias improbare posse meliorationem, si summa præfinita non exceditur: cum enim summa sit conformis legi, nihil videtur factum aduersus legem. Huic causæ, non deest aduocatus magni nominis, Petrus Auendanius,

nam lib. de exequendis mandatis, cap. 14. nu. 19. pro filia calculum fert, esse scilicet meliorari si summa in lege præscripta non excedatur: Hæc opinio omnino improbanda est, aduersetur enim expressis verbis legis. cuius decretum esset irrationabile, si Auendanius sententia probanda nobis esset. Quod aduersetur verbis legis probatur, ibi: *Mandamos que ninguno pueda dar por via de dote ni casamiento, tercio ni quinto de sus bienes, ni se entienda ser mejorada tacita, ni expressamente.*

9 Hæc verba apertissima & generalia sunt, & ex eis omnis melioratio tacita expressa vel subintellecta reijcitur, ibi: *Ni se entienda ser mejorada*, Hæc est noli interpretari legem sensisse, vt aliquo casu meliorari possit, non enim lex tale quippiam intelligit. Rursus hoc probatur quatuor rationibus. Primò illud est manifestissimum cum de iure appellari melioratum qui aliquid accipit ultra legitimam, legitima enim censeatur quasi debita, gloss. & DD. in l. 3. C. de iur. & facti. ignor. & qui plus debito accipit: melioratus dicitur, vt distat sensus communis, & docet Ioan. Lupus, in c. per vestras. §. 2. 2. num. 13. de donat. inter vir. & vxor. Lex autem ista postquam diuersas summas iuxta facultatum diuersitatem præscripsit, volens regulæ incertissime lucem admouere, declarat, ita demum summas præfinitas dari posse, si modo melioratio ex eis non resultet, inquit lex: *Mandamos que por via de dote, ni casamiento, ninguno pueda dar tercio ni quinto, ni se entienda ser mejorada tacita ni expressamente.*

10 Nota illa: *Ni se entienda ser mejorada.* Hæc verba ad legitimam referenda sunt, vt dos nunquam possit eam excedere, & cum apponantur post præfinitionem summarum, manifestum est legem sensisse, ita demum summas præscriptas dari posse, si modo melioratio non resultet. Alioquin si in summis præfinitis admittebatur melioratio, quorsum lex postea (inquit) *No pueda dar tercio ni quinto, ni se entienda ser mejorada tacita ni expressamente*, potius diceret: *No se entienda ser mejorada excediendo la tassa arriba escrita*, cum autem generalem clausulam de non meliorando post summam subiecit, manifestum est summam ita demum dari posse, si melioratio non resultet. *Si enim intra summas lex vellet meliorationem admitti, non diceret postea: *Nadie pueda mejorar.* Imo hæc clausula prorsus inepta, & superuacanea esset, & lex ipsa sibi repugnare.

Rursus

Rursus ut non daretur ultra summam, sufficiebat ipsa prohibitio legis, iam enim prescripserat quantum quisque dare posset. Quorsum ergo clausula de non meliorando postea subiicitur, nisi ut intelligamus tunc demum summam dari posse, quando non resultat melioratio.

Rursus hæc sententia probatur quoniam si Legislatoris mens fuit, ut summa præfixa semper dari posset, etiam si resullaret melioratio, sufficeret dicere: *Pueda dar hasta seiscientas mil maravedis*: non autem adderet clausulam negatiuam. *No pueda mejorar*, quæ profecto non additur, nisi ut ita demum summa dari possit si melioratio non resulleret.

12 Hoc est multò manifestius, quoniam lex non dicit in aliqua parte: *Pueda dar tanto, sino pueda dar hasta tanto, o no pueda dar arriba de tanto*, ut patet ibi: *No pueda dar ni de arriba de seiscientas mil maravedis*, & ibi: *Pueda dar hasta un quento y medio de maravedis*, nota illud verbum: *Pueda dar hasta*, nam hoc verbum *hasta*, equipollet verbo Latino, *usque ad*, hoc autem non includit, neque significat, ut tota illa summa generaliter dari possit, sed ut possit dare, *usque ad* eam summam, habita scilicet ratione ne fiat præiudicium legitimæ aliorum filiorum, vel ne alia oriatur iniquitas. Quod autem verbum *usque ad*, huius naturæ sit notat Bart. in l. patronus. §. Sempronio, col. 2. ff. de leg. 3. & in l. meminisse. ff. de officio præconsul. Imol. in l. quòd dicitur. ff. de verb. obligat. Bald. in Authent. hoc amplius. C. de fideicommiss. præsertim quando aliter intellectum contrarietatem, vel irrationabilitatem induceret, ut per Bart. d. l. patronus. §. Sempronio. Et præsertim hoc dicitur sensus communis. Si enim lex vellet, ut posset dare *Quento y medio*, simpliciter nõ diceret *Pueda dar hasta un quento y medio*, quod nil aliud significat nisi, ut quando nõ resulleret melioratio possit extendere liberalitatem suam. *Hasta un quento y medio a lo mas*, non autem quòd simpliciter id possit dare, sed quòd ad plus id possit dare.

13 Præterea hæc sententia probatur, quoniam si Auendanius iudiciũ probamus, hæc lex est iniquissima, quòd apparet ex exemplo. Suppono quòd in hac lege dicitur, ut habens ex annuis redditibus minus quam ducenta maropetinorum millia, possit filiam in dotem dare, usque ad mille & sexcentos aureos, & non plus. Finge hominem ha-

bere quadraginta maropetinorum millia ex annuis redditibus, & habet decem filias, poterit ne vni dare in dotem mille & sexcentos aureos? Auendanius contendit posse, quia non exceditur præfixio legis, sed meo iudicio nimis fallitur, quoniam præter expressa verba legis, repugnat equitas, aduersatur legis mens, volentis moderatissimo fine, dotium quantitatem concludere. Quinimò latior esse posset dos quam olim erat de Iure communi vel Regio. nam de Iure communi, licebat filiam amplè dotare, & meliorare, dummodo non fieret præiudicium legitimæ cæterorum liberorum, in portione eis debita ex Authent. nouissima, ut docui supra cap. 1. nu. 16. Et de Iure Regio licebat dotare filiam in legitima, & in tertia & quinta parte bonorum, non ultra, ut in l. 29. Tauri. At in specie proposita, si filia hominis habentis quadraginta maropetinorum millia, posset dotis nomine accipere aureos mille & sexcentos, certè vniuersas patris facultates absorberet, & nihil reliquum esset. Nam quadraginta maropetinorum millia annuatim non valent communiter plusquam mille & sexcentos aureos, & sic filia opulentiùs dotari posset ex hac lege quàm olim poterat. Egre giè scilicet præstitisset Princeps quod ab eo petitum fuit, & quòd ipse præfatur se vellet, scilicet cohercere immoderatam dotandi licentiam? Rursus hæc opinio probatur ex verbis legis ibi: *Y el que tuuiere dozientas mil de renta y dende arriba hasta quinientas mil maravedis de renta pueda dar en dote a cada vna de sus hijas hasta un quento de maravedis*. Nota, que el que tiene mas de dozientas mil de renta, putà, que tenga dozientas y veinte mil: potest dare in dotem tantum, *Como el que tiene quinientas mil*. Nonne hoc insanum esset, nisi vltima clausula lucem adderet significando summas seruandas si legitima, non excedatur. Neque quisquam calumnietur legem loqui, *De quando llega a quinientas mil de renta*, Quoniam contra probatur, ibi, *Dozientas mil y dende arriba*.

14 Rursus illa verba legis, *No pueda dar tercio, ni quinto, ni mejorar, &c.* Vbi melius quadrabunt quam in homine paupere cuius immoderatam dotandi licentiam magis oportuit cohercere, quam profusionem hominis opulentissimi, quem lex admodum compressit: ut quantumuis ad filiam ratione legitimæ pertineant sexcenta aureorum millia, tamen pater non potest eam dotare, in

De non meliorandis

in plus quam duo, & triginta aureorum millia, quæ efficiunt Doze quentos, paulò plus vel minus. Quod si homini opulenti ssimo lex non permittit integram legitimam præstare, vt dixi cap. 1. nu. 9. & 11. cur homini pauperrimo licebit nõ solum integram legitimam, verũ etiam tertiam, & quintam bonorum partem in dotẽ dare? Certè hæc summa iniquitas & irrationabilis absurditas esset, aduersus omnia iura, & rationes. Sed reclamabit aliquis tunc integram legitimam dari non posse cum exceditur summa in hac lege præfixita, sed huic ego respondeo, quòd si lex ita strictè præfixit dotem, vt non semper possit dari intra legitimã, quanto magis credendũ est voluisse, ne dos villo modo excedat legitimam. Rursus respondeo, summas hic præfixitas non cõtinere misterium, vt simpliciter dos reputetur iusta, si non excedat summam, sed est demonstratio summe quam prudens Legislator expensis redditibus iudicauit ad summum posse dari, & cum prospiceret magnam iniquitatẽ posse oriri, si summe præfixitæ semper & generaliter dari possent subiicit clausulam omnibus superioribus lucem admouentem, scilicet, vt melioratio nunquam dotis nomine admittatur, tacitè, vel expressè, quasi diceret tunc potest dari summa quando non resultat vlla melioratio.

15 ¶ Postremò hoc probatur ex verbis postulantium à Principe, ne dos excedat legitimã quorum verba sunt: *Suplicamos a vuestra Magestad, que las dotes no puedan ser mas que la legitima.*

Quibus ita respõdetur Princeps Inuictiss. *Atenta vuestra suplicacion, y la desorden y daños, que se han recrecido de las dotes excessiuas, mandamos, que, &c.* Et post præfixitas summas, inquit. *Y mandamos, que ninguno pueda dar ni prometer por via de dote, ni casamiento, tercio ni quinto de sus bienes, ni se entienda ser mejorada tacita ni espressamente:* Iunge verba petitionis euni responso Principis, & expẽde illa verba legis, *Atenta vuestra suplicacion:* Et facillè perspicias legem voluisse ne dos villo modo excedat legitimam etiam si non excedatur summa, nam ea videtur apposita, vt detur minus legitima imò minusquã dimidium annuorum reddituum, vt docui supra cap. 1. Auendaniij rationes non est animus refellere. Nam Alexand. quem citat. Nihil docet huic tractatui aptum, nam hodie si dubitetur, an dos data sit iniqua,

vel non, & an possit dari vltra legitimam, vel admittatur melioratio, res omnis hac lege metienda & definienda est, vt docui supra cap. 1. num. 30. & c. 2. num. 35. Et nominatim in simili specie, docet Brunus de statuto excluden. fœminas, art. 9. num. 35. qui citat Alex. Paul. & Salic. & scribit Socin. cons. 288. lib. 2. nu. 16. Facit quòd in simili scribit Alexand. cons. 121. l. b. 6. Corn. cons. 290. lib. 3. col. 14. Curt. senior, cons. 27. col. pen. ad finem Alexand. cons. 83. nu. 3. lib. 4.

16 ¶ Rursus inquit Auendanius, quæ hæc lex iniqua esset si intelligamus generaliter fœminam dotis ratione meliorari non posse, masculos vero alio iure censerì. Hoc quid ad rem de qua agimus? scilicet ad interpretationem verborum legis, cuius prudentè & maximè politicam constitutionè multis exemplis, ac rationibus confirmaui, supra cap. 2. nu. 19. 20. & 21. Vbi dixi cur aliter in masculo aliter in fœmina.

17 ¶ Pergit Auendanius. Impedirentur (inquit) fœminarum coniugia, si generaliter dotis ratione meliorari non possent. Imò hac ipsa ratione contrariã sententiam probare debuit. Etenim si fœmina nubẽs sex habet sorores, iniquissimum est, vt adhuc, vt ipsa nubat relique remaneant indotatè, & per cõsequens innuptæ. Sed neq; oportet hoc reddere respõsum cum de iure dos congrua dicatur illa quæ patrimonio dotantis, & numero filiorum conuenit, vt. l. si filiz. ff. de leg. 3. & docui supra latè. c. 1. nu. 30. & 33. Quare si quis plures habet filios, non dicitur habere patrimonium, vt filia dotis nomine melioretur, ex eo quòd aliter maritum non inueniat, etenim si nõ datur nubere nobili, nubat diuiti, nubat cui possit inspecto modo facultatum, & sororum, & fratrum multitudine.

S V M M A.

1 **D**ispositio huius legis, an sit seruanda ab eo qui nullos habet redditus, sed tamen est ditissimus.

2 **A**n hæc lex practicanda sit in eo, qui non habet redditus annuos. ¶ nu. 3. 4. 6. 7. 8. 9. ¶ 20.

Et an in habenti redditus ad vitam. num. 25.

5 **R**atio expressa in lege, licet eam excedere vltra casum in ea designatum.

10 **A**n hæc lex practicanda sit in habenti redditus annuos.

- annuos reddimibiles, & nu. 11. 12. 13. et. 14.
- 15 Annuos redditus prospexit ista lex nō vero principalis eorum reddituum. & num. 16.
- 17 Redditus reddimibiles, redditus proprie appellantur, & seq.
- An inter immobilia computentur. nu. 26.
- 20 Redditus iustus: iusta morem regionis, & cōmūnem hominum estimationem, ex rei situ, vel circumstantia indicatur, & num. 21.
- 22 Intellectus l. 4. tit. 15. lib. 5. Recopil.
- 23 Decem pro vno dari in annuo redditu: pretium iustum an sit.
- 24 Pretium: redditus, ad vitam, quod fuerit olim, & quod hodie.
- 26 Annua aduocatorum praestazione, an veniant appellatione redditus in hoc tractatu.

An hac lex practicanda sit in eo qui non habet redditus annuos, & quid si sint reddimibiles, vel ad vitam, an stādum sit praefinitioni huius legis. Cap. IIII.

- 1 EST Quaestio an dispositio huius legis seruanda sit ab eo, qui nullos habet redditus, sed tamē ditissimus est. Dubium faciunt verba legis, ibi: *El que tuuiere dozientas mil marauedis de renta, o dende arriba, & ibi: El que tuuiere menos de las dichas dozientas mil de renta: Item ibi: Y que el que passare de las dichas quinientas mil marauedis hasta yn quento y quatrocientas mil marauedis de renta, pueda dar hasta yn quento y medio de marauedis: y que el que tuuiere quento y medio de renta, y dende arriba, pueda dar en dote a cada vna de sus hijas la renta de yn año, y no mas, con que no pueda exceder de doze quentos; no embargante que la dicha su renta, &c.*
- 2 Vides legē semper loqui de habente redditus: ergo solum in eo practicanda: nō autem in eo qui redditus nō habet cui enim non quadrāt verba legis non quadrat eius dispositio, vt in l. 4. §. toties, & ibi DD. ff. de dam. infecto. Hac ratione Auendanius in tractatu de exequendis mandatis Reg. cap. 14. nu. 7. docet legem hanc non practicandam in non habente redditus, quoniam casus omissus iudicandus est secundum ius commune. Mihi contraria sentētia placet

ex verbis legis, ibi: *El que tuuiere menos de dozientas mil marauedis de renta, no pueda dar ni de en dote arriba de seiscientas mil marauedis.*

3 Ille enim qui nullos habet redditus, minus habet De dozientas mil de renta, & sic hic casus haud dubiē ex mente, & verbis legis comprehenditur, ibi: *El que tuuiere menos de dozientas mil de renta.*

4 Quod confirmatur ex illis verbis: *Mādamos que ninguno pueda,* Hæc vniuersalia verba scripta post diuersas summas, significāt nullum posse dotis nomine meliorare, siue redditus habeat, siue non habeat, siue fatrapa sit, siue diues, siue inops colonus, qui cubito nasum emungat. Rursus probatur, ibi, *Ningun cauallero, ni persona,* His cōuenit efficax ratio si enim lex ista moderatur dotem à viris opulentissimis dandam, cur nō cēseatur voluisse moderari dotē, ab hominibus tenuibus præstādā, quales ferē sunt, qui redditus nō habent: præsertim cū etiā dos modica reuocetur ex titulo de inofficiosis dotibus, vt per Afflēt. decisio. 80. il li autem, qui redditus nō habent, modicas dotes dant inspecta summa quam dāt, sed inspecta substantia, dotes magnæ sunt, & idcō reuocandē.

5 His congruit q̄ quando ratio exprimitur in lege, licet cā extendere vltra casum in ea specialiter designatum, vt in l. 1. §. sex. ff. de postuli. quāuis lex sit correctoria iuxta vulgatā. DD. traditionem in l. si cōstante. ff. solu. matrim. & in Authen. quas actiones. C. de sacro sanct. Ecclesi.

6 Et tanquā in fauorem Reipublicæ prolatā extendendā esse hanc legem, cōtendit ipse Auenda. d. c. 14. nu. 7. versi. vltima et go. *Quæ nā obsecro fuit ratio huius legis? Audi eius verba: Atenta la desorden y daños que somos informados que se han recrecido y reuocados de las dichas dotes excessiuas:* Nota illa verba: *De las dichas dotes excessiuas:* Nonne potius erit dos immoderata, illa quæ datur ab eo, qui nō habet redditus, quā illa quæ datur ab eo qui magnos redditus habet? Vbi nā melius quadrabit reformatio legis quā in homine nō habēsi redditus? Huiusmodi enim homines ferē seper paupertate premuntur. Certē cōiicere nō possum, quæ nā possit inueniri ratio differentie inter habētē redditus, & non habētē redditus, nisi q̄ hic (scilicet in eo, qui redditus non habet) multo maior viget ratio moderādi dotem. His rationibus oporteret, vt si hæc opinio non eninceretur ex verbis legis, quod secus

De non meliorandis

secus est, vt supra dixi num. 2. Ad ea quæ Auendanius ex aduerso protulit respondere non oportet, nego enim hunc casum non comprehendendi ex verbis legis, etsi hic casus omissus esset, sufficeret in eo vigere multò maiorem rationem, si enim coherceo sumptus Ducis, Comitum, & Marchionum, & dotes à quocumq; datas cur non cohercebo dotem ab inope datam? quis nam maiori eget medicina?

7 **¶** Rursus si lex non vult fieri præiudicium legitimæ filiorum hominis ditissimi, & opulentissimi, cur patietur legitimam inopis labefactari? Si utilitas publica spectatur, hic maior est utilitas, quo maior est necessitas, & inopia. Si sumptus respicere prudentia est, prudentissimum est rescindere sumptus inopis. Præterea si expendantur rationes huius legis, prolata cap. 2.

8 *Liquebit omnes multò aptius quadrare ei, qui non habet redditus, quàm ei qui redditus habet. Item hoc suadet ex verbis supplicationis factæ Principi, ibi. *Supplicamos a V.M. mande, que las dotes no puedan ser mas de la legitima.*

¶ Quibus Princeps respondet inter alia: *Y mandamos, que ninguno pueda,* Cum ergo petitio generalis fuerit, & ratio petendi, & decidendi, & verba ipsa legis vtrumq; casum comprehendant, vterq; casus legis decreto exactissimè definitur, non enim hi qui redditus non habent (qui innumerati sunt) relinquuntur sine lege, cum ditioribus regula seuerè imponatur, præsertim cum inopes infinito numero superentur vires, qui vt plurimum redditus habent.

Sed quomodo regulabimus secundum hanc legem eos, qui redditus non habent? Respondeo hæc lex circa duo versatur. Primo circa id quòd dari non potest, scilicet tertia, vel quinta pars, seu alia quælibet melioratio, & certè sicut qui habet redditus non meliorat, ita & qui non habet redditus, meliorare non poterit, iuxta illa verba: *Ninguno pueda,*

9 * Rursus hæc lex definit quantum dari possit, & certè in eo, qui redditus non habet considerabo valorem facultatum, & faciam computationem quantum redderent ad rationem vnius pro quindecim, vel pro sexdecim, iuxta morem regionis plus, vel minus, vt statim dicam: nã hæc lex ex redditu computat facultates, & taxat.

10 **¶** Quid tamen si quis redditus habet: sunt tamen reddimibiles, an poterit dotare si-

lias iuxta præfinitionem huius legis, vel quid si sint redditus durante tantum pro tempore vitæ: Subijciam exemplum. Hæc lex disponit, vt habens annua ducenta maropetinorum millia possit dare aureos bis mille, & septingentos, quid si redditus sunt reddimibiles, quos vulgo vocamus, *Censos abiertos*, Distinguo, aut enim habens huiusmodi redditus, minus habet quam ducenta maropetinorum millia, & comprehenditur in illis verbis: *Y el que tuuiere menos de dozientas mil de renta.*

11 **¶** Quauis enim sint redditus reddimibiles, vel ad vitam, quantumuis paruus sit eorum valor, comprehenduntur in supra dictis verbis. Si tamen habet annua ducenta maropetinorum millia, ambiguitas maior est, an possit excedere legitimam, vel an possit excedere summam præfinitam, esset enim insanum de hoc dubitare, cum enim habens annuatim ducenta millia perpetua, non possit meliorare, neq; excedere summam præscriptam, cur poterit, qui eos redditus habet reddimibiles, seu ad vitam?

12 * Ambiguitas ergo est: an habes annua ducenta millia reddimibilia, possit dare summam præfinitam in hac lege. Videtur posse, lex enim generaliter loquitur de redditibus, & hi reddimibiles vulgo redditus appellantur, & lex Hispanicæ scripta intelligenda est iuxta vulgatum usum loquendi, non secundum proprietatem Romani sermonis, secundum Bald. in l. lege col. fin. C. de legi. hæredi. Alexand. consil. 26. nu. 12. lib. 3.

13 **¶** His accedit quod lex ista præfinit dotem iuxta redditus: redditus autè quauis sint reddimibiles, & minoris valoris quam perpetui, tamen negari non potest, quin ipsa pecunia, quæ ex redditibus colligitur, eiusdem valoris sit quod pecunia, quæ colligitur ex redditu perpetuo. Quod autem lex præfinit dotem secundum redditus, apparet ex omni legis contextu præsertim, ibi: *Pueda dar en dote la renta de vn año.* * Ecce in hoc casu, profectu nescio an negari possit, posse dari redditum vnius anni, etiam si redditus sint reddimibiles, inspexit enim lex quantitatem redditus vnius anni, non valorem. Sed contra urgere videtur, quod est verisimile legislatores iudicasse valorem facultatum ex quantitate redditus. Rursus facit, quod semper cum tractamus de redditibus alieniis, si dicimus eum habere annua centum maropetinorum millia addimus, sunt reddimibiles,

- biles, quasi improprii, & temporarij redditus sunt. Mihi certè placet, legē hanc seruari etiam in redditibus reddimilibus, seu ad vitam, dummodo legitima non excedatur, neq; aliqua insurgat melioratio: moueor ex rationib⁹ supra dictis: moueor etiam quoniam præcipua, & nobilior definitio huius legis est: *vt dotis nomine nō admittatur melioratio tacita, neq; expressa.* * Et cū hoc seruetur certè non oportet morosè restringere legem, constituendo differētiā inter redditus reddimibiles, & perpetuos.
- I 7** ¶ His accedit q̄ redditus reddimibiles, redditus appellantur, & sunt: quoniam redditus appellatur: quoniam singulis annis redditus ipse reddit, autore Corn. conf. 289. incip. videtur in hac, col. 2. vers. & licet stricta. lib. 1. Tiraq. de retract. Lignagier. §. 1. gl. 6. nu. 1. & esse redditus notat Bald. in liubemus nulli post princip. C. de sacro sanct. Eccles. Quinimò etiam si reddimi possint, iudicatur redditus perpetui, vt in l. sufficit, & ibi per Ias. ff. de condi. indebiti scribit Tiraquel. de retract. lignagier. §. 1. gl. 14. nu. 120. & d. §. 1. gl. 6. nu. 8. ad finem, & quanquam Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 13. gl. 5. q. 10. in fine dicat hos redditus computandos inter res mobiles, non autem inter immobiles, cū quosentit Arnoldus Ferron. in consuetudin. Burdegal. tit. de fixu. §. 20. certè quicquid sit: nullus negat hos esse redditus.
- I 8** ¶ Quanquam ego eos non iudico redditus perpetuos, quod & cōmunis vsus loquēdi probat. Quare circa consuetudinem Baetiz, & Conchæ, & aliarū Hispaniæ vrbū, in quibus iure veteri municipal: consuetudine confirmato, stipis reddit ad stirpitē, quod vulgo appellant, *Boluer rayz a rayz, y tronco a tronco.* * Dubitari vidi an redditus reddimibiles ad stipitem reddere debeant, & verius est, hic consuetudinem cessare, quanquam enim Molineus, & Tiraq. cūq; his Arnoldus dissentiant: an in redditus inter mobilia, an verò inter mobilia computandi sint, & vtrum sint redditus perpetui, vel non, negari non potest verba illa consuetudinis, *Rayz a rayz, y tronco a tronco,* efficaciter requirere, vt *res sit propriè & absolutè immobilis, & perpetuo ex natura sua duratura.* Non tamen nego hos redditus aliquando iuxta materiam, & argumentum posse aliquo respectu iudicari res immobiles, & redditus perpetuos iuxta tradita per DD. in locis supra citatis quorum
- sententias hic nō excutio, quia non est locuscus aptus: dicam tamen infra nu. 26.
- I 9** ¶ Reddeundo ad quæstionem propositam, adiuuat nostrā sentētiā, q̄ Philippus III. Hispaniarum Rex inuictissimus, hos redditus reddimibiles, reddegit ad rationem vnus pro quatuordecim, in Madridēsi cōuētū, anno. 1563. quod habetur. l. 6. tit. 13. lib. 5. Recop. redditus autem perpetui, non semper multò maioris prætij sunt, in. d. ali quando minus valent, quam ad rationem vnus pro quatuordecim, iuxta regionis morem, & rei circūstantiam, quæ prætij, vel auget, vel minuit, quāuis enim plures sentiant, annui redditus perpetui iustum esse prætij, vnū pro viginti, vt in simili scribit Sali. in Auth. perpetua. q. pen. C. de sacro san. Eccl. Ias. in l. si fundum per fidei commissum, col. 2. ff. de leg. 1. Guid. consil. 180. Bertrā. conf. 318. nu. 2. lib. 3. Tiraq. de retract. lignagier. §. 1. gl. 6. nu. 19. Fulg. & Pau. in. d. Auth. Perpetua, tamēn verissimum est, rem iuxta morem regionis, & cōmunem hominum æstimationem, ex rei situ vel circūstantiā iudicandā, quod quotidiana experiētia docet. Nō enim regula generalis trādi potest. cū prætij in vna, & eadem vrbe, varium sit, ex varijs circūstantijs, redditus enim tabernæ in foro positæ, maioris prætij sunt, quā redditus domus in extremo vrbis angulo sitæ, quod prudenter sentit Couarr. varia. resol. lib. 3. c. 9. nu. 6. versic. ex quibus colligitur.
- I 10** ¶ Itaq; aliquando duodecim pro vno, aliquando viginti, aliquando triginta, prætij est iustum redditus perpetui, & aliquando decem erit prætij iustum, si iuxta cōmunem æstimationem ex iusta causâ plus non valeat arg. l. prætia rerum. ff. ad l. Falcid. Frequenter tamen valet vnū pro quindecim, vel vsq; ad decem, & octo. Itaq; cū Princeps redditus reddimibiles ferè exæquarit redditibus perpetuis, manifestū est legem hanc seruandam etiam in habentibus redditus reddimibiles, siue lex respexerit summā quæ colligitur ex redditibus, siue valorem rei ex qua redditus colligitur.
- I 11** ¶ An autem d. l. 6. tir. 13. lib. 5. Recopil. à Philippo Rege lata dura sit, hic excutere nō oportet certè, frequentiori calculo receptum est, annuū aureū nō restè dari pro decē aureis, nā Guido d. cōf. 180. scribit iniqū esse prætij annui redditus reddimibilis si minor sit quam ad rationē vnus pro viginti, quod Delphinales obseruant, &

Ger-

De non meliorandis

Germani, autore Conrado de cōtractibus. q. 84. Rursus Ioan. And. ad Specul. tit. de vfaris prima additione, scribit vnū reddimibile non iniquè emi pro duodecim, q̄ Galli obseruant, autore Tiraq. de retract. linagier. §. 1. glos. 6. nu. 19. ad finem, q̄ si minoris emerit reduci: ur ad rationē quindecim, in pœnani, vt ibi Tiraq. notat. Sic & apud nos Rex Carolus. huius nominis primus, significasse videtur iustum pretiū redditus reddimibilis esse vnum pro quatuordecim, ita probatur in l. 117. condita in conuentu Madritēsi, anno. 1534. Idē significatur in l. 10. condita in conuentu Toletano, anno. 1539. quæ hodie habētur sub vna lege. l. 4. tit. 15. lib. 5. Recop. Nihilominus tamen cum consuetudo regionis licitum, vel illicitum: nimium, vel modicum faciat videri redditum, tota ferè Bethica, & ex gētes, quæ citra Tagum incolunt, vnum pro decem iudicabant iustum redditum. id enim vbertas agri, & regionis opulencia, suadebant. Hodie tamen Philippi Principis. l. 6. tit. 15. lib. 5. Recop. seruat. Quibusdā dura videtur, saltim quo ad has regiones: videtur enim tolli cōmercium, q̄ diuites pecuniā alijs in rebus maioris quæstus collocant, vnde qui pecunia eget, cogitur fundum vendere, cum decem fortè aureis necessitati satisfacere possit, & fundum vitæ præsidium retinere. In alijs Hispaniæ prouincijs: vnū pro quatuordecim abundè magnum est prætiū, nulla enim in re pecunia collocari potest, quæ maius ibi reddat commodum. In Bethica alia prorsus est ratio, nam cœli clemētia, & fœcundi soli vbertate, lōgè fœlicitissima, multò aliàs ostendit augendę Rei vberiores occasiones, quare vnum pro duodecim satis æquum redditum esse, quibusdā videretur, nisi clemētissimi Regis, & prudētissimi Senatus auctoritas, diuersum suaderent, ex dictis legibus, quos fortassis mouit animus æquissimus, liberādi quosdam ære alieno obrutos quod Lucullū fecisse Plutarchus non dissimili ratione cōmemorat, in eius vita. Cum ergo lex Principis seruanda sit, non oportet excutere, an vnum pro decem iustum prætiū sit. Disputant DD. & vnum pro decē licitè dari videtur probari, in Extrauagāti. 1. & 2. de emptio. & venditio. Paul. Eleazar, in cap. Salubriter de vfaris. Bart. in l. Falcidia. ff. ad lega. Falc. Bald. l. fin. §. præterea. C. de iure doti. col. 2. Corn. cōs. 265. col. 2. lib. 1.

23

Capistranus Theolo. in trac. de vfur. chart. 4. vers. secūda quæstio: sed certè æquior est lex Principis, & opinio sententium vnū pro decem prætiū esse iniquum, hoc est durum, si tamen quis rem hanc certius definire velit, qualitatem, & vbertatē cuiusq; regionis cōsideret, & vel d. decem, vel quatuordecim iudicabit esse iustū prætiū, quod absolute Couarr. opinatur, variarum resolut. lib. 3. cap. 10. col. 3. num. 2. ad finem. Sed lex scripta est, cui obedire nos oportet.

24

¶ Redditus ad vitam, apud nos emūtur ad rationem vnus pro octo, quod Rom. scripsit, consi. 302. quando emitur ad vitam viri, & vxoris. Rursus Raphael Comēsis redditus ad vitam patris, & duorū filiorū iuuenum, opinatur esse iustum prætiū vnū pro decē. Rursus alij aliter sentierunt, quos Couarr. diligenter retulit variarum resolut. lib. 3. c. 9. nu. 7. qui demū censet cōmūne prouinciæ æstimationem respiciendā, vel rem arbitrio boni viri relinquendā, quod verius, & prudentius est, nam ex varietate regionū, & occasionum variatur prætiū. Hodie autem ad rationem vnus pro septē sunt redacti redditus ad vitam, vt ex pragmat. Philippi Regis nostri Madriti, anno 1583. promulgata.

25

¶ Sed an hæc lex practicanda in habente redditus ad vitam? certe practicanda, quo ad hoc, vt non possit meliorare, non enim plus dabit quam habens redditus perpetuos. Sed si non oriatur melioratio certè æquum videtur, vt possit dare quod is, qui habet redditus reddimibiles, quāuis enim redditus non tantum valeant, & nulla fors reddenda sit, tamē pecunia, quæ colligitur eiusdem valoris est, & forsam lex ad summam pecuniæ, quæ colligitur ex redditu respexit, vt dixi sup. nu. 10. Sunt & aliæ rationes assignatæ supra. Illud tamen memouet: q̄ si pater non meliorat in tertia, neq; in quinta, neq; facit vllum præiudicium legitime, quæ ex teo is filijs tempore dotis assignatæ competit, non videtur ita astringendus, vt saltim ex redditibus non possit dotare filiam infra legitimam, vel vsq; ad legitimā, si fortè summa hic præfixita, & legitima paria sint, vt docui sup. c. 1. nu. 32. Præcipuè enim obseruare debet iudex, ne dos excedat legitimā, ne ve vlla fiat melioratio ratione dotis, hæc est enim potior, & præstātor definitio huius legis, reliqua summa æquitate transigēda sunt.

¶ Sed

26 Sed an salaria annua quæ aduocatis vel iudicibus dantur, redditus appellatione in hoc tractatu veniāt? haud quāquā veniunt nam, & ipse communis vsus loquēdi repugnat, aliud enim est *renta* aliud *salarium*, neque hæc salaria imposita sunt super re immobili, sed sunt personales præstationes ex utraque parte. Præterea hi redditus non sunt ex bonis nostris, quod hæc lex considerat, ibi, *su rentz*, sed potius industria personali parantur. Quæ quoniam dubio vacare videntur latius nō prosequor. quoniam hæc præstationes personales nequaquam inter immobilia cōputantur, quanuis regulariter annui redditus iudicentur bona immobilia, Clem. exiui de paradiso. §. cumque annui redditus. de verbor. signific. ita Bald. in. §. sciendum, titul. de feudi cognitione, Bart. Albe ric. Bald. Alexan. & Iaso. in. l. sciendum. ff. qui latifida. cogan. Tiraquell. de retractu. linagier. §. i. gloss. 6. numer. 1. i. limitatione tertia. Sed cum tex videatur respexisse ad redditus, certè tantum valet pecunia annua, quæ iudici soluitur pro salario, quantum si ex reddito perpetuo percipere retur, & quanquam propria, & stricta ratione non videantur redditus, certè tantum utilitatis obuenit patri, quantum si ex perpetuo reddito pecunia colligeretur. Sed contra facit quod si pecuniam, quæ colligitur ex reddito respexisset lex, eam solam iuberet dari in dotem: at hic, magis datur quam redditus vnus anni, item esset dare plusquam legitimam si pater nihil haberet præter hos redditus.

S V M M A.

- 1 Pater an possit constituta dote, post matrimonium contractum, per viam augmenti dotis, filiam meliorare, & num. 8. 9. 11. 12. 14. 21. 22. & 38.
- 2 Pater an cogatur filia nupta sine dote, dotare, & num. 4.
- Vxor etiam non dotata alenda est à marito.
- 3 Pater, & dotare, & locare filiam tenetur.
- 4 Dos datur, & vt matrimonium locetur, & vt onera ipsius sustineantur.
- 5 Maritus si uxorem (nulla facta mentione dotis) accepit: potest dotem petere. dum tamen

- mulier invito patre non nupsit cetera. Mathafilanum.
- 6 Pater an teneatur dotare filiam qua congruè dotata est ab extraneo.
- 7 An dos data filia cum maritatur, possit esse maior legitima.
- 10 Donatio inter patrem & filiam ante matrimonium an valeat iure civili.
- Et quid statutum est de iure Regio.
- 15 Donatio propter nuptias non potest esse maior dote.
- 16 Vxor matrimonio constante potest dotem constituere marito. & num. 17.
- 18 Arra an possit dari à marito constante matrimonio.
- 19 Arra datur in premium pudicitia. l. 29 Tauri, in quantum loquitur de melioratione rationis dotis correctæ est per legem istam.
- Et eius intellectus num. 29.
- 20 Titulus de donatione inter virum & uxorem, & donatio, & melioratio de qua hic diuersè iudicantur.
- 23 Obligatio dotandi filias, debet intelligi, vt dotentur ante matrimonium.
- 24 Pater an teneatur augere dotem filia præstita quando eius facultates creuerunt, & numer. 25. & 29.
- 26 Dos ad hoc vt dicatur in officiosa, respicitur tēpus mortis, vel tempore cōstitutæ dotis, & electio est in arbitrio filia dotata.
- 27 Filia exclusa per renuntiationem, à paternis facultatibus, si creuerint admittenda est ad augmentum recipiendum etiam dote iam constituta. & num. 28. quod intellige mortuo patre, num. 30.
- 33 Filia lesa enormissime in dote tempore renuntiationis, an si iuret possit petere augmentum, & numer. 34.
- 36 Pater an si velit possit dotem datam filia augere si facit præiudicium legitime aliorum filiorum, vel oritur melioratio.
- 39 Melioratio non admittitur per viam augmenti, & num. 40.
- 41 An admittatur in vltima voluntate remissive.

D An

De non meliorandis

An hac lex locum habeat quando pater constituit, vel auget dotem filia iam maritata, & an ex augmento rei paterna filia possit petere augmentum dotis. Cap. V.

- 1** **S**ED Quid si pater dotem filia constituit, post contractum matrimoniū an possit eam dotis ratione meliorare, saltim per viam augmenti dotis. Hic duo videnda sunt. Primū vtrum filia iam nupta sine dote, dotem, extorquere possit, à patre inuito. Deinde, vtrum talis dos saltim à patre volente cōstitutata, possit excedere legitimam, si filia nupta sit. * Quoad primū, patrem non esse cogendū dotare filia iam nuptā, docuit ipse Bar. in. l. obligamur. §. 1. vers. lege. ff. de acti. & oblig. & in l. mulier. §. cū proponeretur. ff. ad l. rebel. Guliel. Cuneus, in. l. cum is. §. mulier. ff. de condict. indebi. Bar. in Auth. res quæ. C. cōmu. delegat. Salic. in. l. qui liberos. ff. de ritu. nupt. & ibi Bal. Abb. in. c. 1. de adult. Fulgo. in Auth. res quæ. C. cōmu. deleg. Alcia. Parergon iuris lib. 3. c. 8. & est cōmunis autore Alex. conf. 61. nu. 4. lib. 7. & videtur idem sentire cōf. 33. col. 2. nu. 2. lib. 4. sed re vera disputat, non diffinit.
- 3** * Horum omnium rationes sunt: quod cū filia sit alenda à marito (etiā nulla dote data) vt per Cin. & DD. in. l. quod in vxorē C. de negot. gest. l. quod si nulla. ff. de religio. & sump. fune. DI. in. l. si cum dotē. §. fin autem in seuisissima. ff. solut. matr. certē iam non debetur dos, quæ loco alimentorū datur, vt per Cin. & Bard. in. l. mater. C. de iure doti. Bal. in. l. fin. C. de his quib. vt indign. Curt. senior. conf. 39. col. 1. Iaf. in. l. cum h. s. §. si mulier. ff. de cond. indebi. Ergo cum filia aliundē habeat alimenta non est audienda si ea petat, vt in. l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de liber. agnoscent. vbi nouissimē Lara, neq; rursus dotē petere potest vt nubat, cum iam nupta sit.
- 4** Contraria tamen sentētia receptor est: eam tuentur glo. in. l. obligamur. §. 1. vers. lege ff. de actio. & obliga. gl. in. c. hoc sanctū. 32. q. 2. glo. in. c. de raptoribus. 36. q. 1. Bal. Imol. Raph. Roma. & Alex. in. l. 1. ff. sol. matr. ibi Ripa. nu. 56. Alex. in. l. huius

modi. §. cum pater. ff. de legat. 1. vbi dicit hanc cōmunem idem conf. 7. col. fi. nu. 10. lib. 2. & conf. 169. nu. 2. lib. 7. & conl. 56. nu. 5. lib. 4. Iaf. in. l. si filiam tuā. C. de inof. testamē. & in. l. 2. §. quod si in patris nu. 28. ff. solut. matrim. & in rubr. & in. l. 1. ff. cod. tit. Curt. senior. conf. 39. col. fin. vers. in. ò tortius, & c. f. 27. col. 12. Iaf. in Auth. præterea. C. vnde vir. & vxor. nu. 8. Bertr. conf. 161. col. 1. lib. 1. Bal. in. l. obligamur. ff. de actio. & obliga. & in. l. fi. C. de senten. quæ sine cert. quan. Iacobin. l. 1. nu. 7. C. si aduer. dotem. Ang. in. l. nupta. ff. solut. matrim. Hyppoi. conf. 125. in præsentī causa nu. 11. decit. Tolosana. 290. Alexan. conf. 97. lib. 1. Paris. conf. 26. nu. 71. lib. 3. Bal. & Ang. in Auth. res quæ. C. cōmu. de lega. Raph. Commen. conf. 131. Soc. conf. 57. lib. 4. Paris. conf. 29. nu. 62. lib. 3. Abb. conf. 65. & in. c. cum causa. de raptor. Iaf. in Auth. sed si post nu. 6. C. de inof. testamē. & in Auth. res quæ. nu. 14. C. cōmu. delegat. Corali. in rep. l. qui liberos. n. 96. ff. de ritu nupt. Curt. iunior. in Auth. res quæ nu. 25. C. cōmu. deleg. Beroy. q. 113. nu. 4. n. ouentur duabus rationibus, primo quoniam pater non solum locare verum etiam dotare filiam tenetur. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. quod deberi iure actiones est magis communis autore Curtio in Auth. res quæ. nu. 25. C. cōmun. deleg.

5 Deinde quoniam dos, non solum datur, vt matrimonium coeat, sed vt onera matrimonij sustineantur, vt inquit Bar. in. l. nupta. ff. solut. matr. Curt. senior, confil. 39. col. fi. & vt vxor nō spernatur à marito. l. fi. C. ad Velleia. Neq; obstat quod dos est loco alimentorum, & quod alimenta non dāda ei qui habet vnde se aliat, quoniā hoc casu non valet argumentum de alimentis ad dotē, quoniā filia etiā si diues sit, & habeat vnde dotē dare possit, dotē dāda est à patre. l. 8. tit. 11. par. 4. l. fi. C. de dot. s. promissio. & ibi gl. Bal. & Ang. in Auth. de equalita. dotis. §. quia vero fin. Alex. in. l. à filia nu. 4. ff. ad l. rebel. & in. l. si cū dotē nu. 10. & in. l. 1. nu. 12. ff. solu. mat. Paul. in. l. quoties. ff. cod. tit. Hyppol. conf. 125. nu. 10. dec. f. Tholosana. 290. Ripa. l. 1. nu. 56. solut. matr. Lupus. c. per vestras. §. 20. nu. 6. vers. ad simile fol. 454. in nouis, de donat. inter virū, & vxor. Et quod hoc argumētū nō valcat, scribūt. dd. in locis pro hac opinione citatis, Alex. cōf. 7. col. fi. lib. 2. Curt. sen. cōf. 27. Iaf. in Auth. res quæ. col. 3. C. cōmun.

commun. de legat. Deci. in l. si certis annis col. 2. C. de pact. Everardus in locis legalib. l. c. 3. 9. à contr. ad iudi.

6 ¶ Quinimo, etiam si quis vxorem acceperit, absq; mentione dotis, potest filia, dotē petere, quoniam dos nos solum est ad inueniendum maritum, sed ad sustentandū se, & liberos, vt in. l. vbi adhuc. C. de iure doti. Nouel. de dote. 6. par. priuil. 16. nu. 6. ad finem. Benedi. c. Raynūtius verbo. dotem, nu. 42. de testam. Imo si nupsit cū parua dote potest petere dotem augeri secundū Benedi. vbi supra, nu. 42. Alex. cōf. 56. nu. 5. lib. 4. Decisio Tolosa. 290. Curt. senior, cōf. 27. col. 12. Ias. in Auth. præterea, nu. 8. C. vnde vir. & vxor. Rip. l. 1. nu. 56. ff. solut. matr. Bertran. conf. 161. col. 1. lib. 1. quamuis contra sentiat Matefelan. notabili. 105. dicens, maritatam à patre sine dote, non esse dotandam, nisi ipsa marito dotem promiserit: sed errat. Quod procedit, etiam si filia inuito patre nupsit, iuxta glossi c. hoc sanctum. 32. q. 2. & est communis. secun. Ias. in l. si filiam tuam, & in Authen. led si post, num. 6. C. de inoffi. testamen. & in l. 2. §. quod si in patris. ff. solu. matrim. Alex. in l. huiusmodi. §. cum pater. ff. de leg. 1. Curt. senior conf. 39. col. fin. Alex. conf. 7. nu. 10. lib. 2. & conf. 97. lib. 1. Imol. in l. 1. ff. solu. matrimo. Socin. conf. 57. lib. 4. Ias. in l. si donaturus. §. si quis indeb. tam. ff. de cond. & cau. data. Alexan. conf. 161. col. 4. versu. & ita tenetur lib. 2. dd. in l. 1. ff. solut. matrim. Paris. cōf. 29. num. 62. lib. 3. Deci. in l. nuptias. ff. de reg. iuris. Quod ampliant etiam si filia nupsit indigno, de quo per Dec. in d. l. nuptias. per Soc. conf. 57. lib. 4. per Lupum. c. per vestras. §. 3. notab. §. 7. pro totū, de donatio. inter virū & vxor. Rip. l. 1. nu. 56. ff. solut. matr. & dicā infra, & vide Couarr. in Epitome super. 4. in. 2. part. c. 3. §. 8. nu. 8. ad finem. Illud tamen nota quod si filia est maritata cū dote data ab extraneo, pater eā dotare non tenetur nisi sit in congruē dotata, ita Nouel. de dote, fol. 21. col. 4. versu. & hoc erit, in si in formis minorib; gl. in l. 8. tit. 11. par. 4. litera. B. col. 2. versu. quid si filia dotetur ab alio. Licet contra sentiat Benedi. c. Raynuntius. verb. dotē nu. 23. de testa. Tamen Lupus in. c. per vestras. §. 1. §. incipiente, quinto offi. nu. 10. dicit quod nihilominus pater tenetur filiā dotare: citat Nouel. de dote. 6. part. priuil. 16. nu. 8. qui reliquit cogitandū. Mihi pri

ma opinio equior videtur, nā, & nupta est, & dotata, & hoc esset indubitabile quādo dos data ab extraneo, esset data cōtemplatione, vel occasione patris, vt per Alex. cōf. 179. lib. 5. & primā opinionē videtur probare Afflict. decis. 160. limitanda tamen est, quando extraneus repetere possit dotem, vt per Lupum. d. §. 15. & nu. 12. & in rubr. §. 66. Socin. conf. 5. col. pen. lib. 4. & vide que dicā capite de fraudibus aduersus hāc legē. Et vide Lupū in rub. fol. 252.

7 ¶ His ita definitis, restat secūda pars, scilicet, an dos data filiā iam maritata, possit esse maior legitima. Et quidem si inuito patre nupsit, res est manifestissima, nā si pater (et ā si vellit) nō potest filiā meliorare dotis ratione, quātomius cogetur nolēs, & relucētās, præsertim cū de iure filix quæ inuito patre nupsit minor dos sit dāda: ita prudēter. Imola. c. accedēs de procura. Iacobin. in l. 1. nu. 7. C. si aduer. dotē. Quod cōfirmatur, quoniā si pater ipse matrimonio tradiderit filiā, & post matrimoniū velit maximo affectu filix constituere dotē, adhuc verius est eum non posse meliorare. Quod quoniā vidi in hoc regio senatu in quæstionē verti nonnulla in cōtrariū proferā. * Et primo videtur patrē dotē cōstituentē filix post nuptias, posse eā dotis ratione meliorare vidētur enim deficere verba legis, ergo cessare debet eius dispositio, vt in l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. Quod autē cessent verba legis, probatur ibi. *Ninguno pueda me, or. r por via de dote ni casamiento.*

9 ¶ Illa enim verba, *Per via de casamiento.* vidētur significare, ne melioret, vt matrimoniū effectū sortiatur, hic autem supponimus matrimonium iam contractum.

10 ¶ Rursus inter patrem, & filiam, nō valet donatio ante matrimonium, de iure cōmuni. l. 3. §. qui in eiusdem. ff. de donat. inter virum, & vxor. l. donationes quas parentes. C. de donat. inter virum, & vxor. tamē contracto matrimonio valet iure regio donatio inter patrem, & filiam, quoniā iam est emancipata, ita Lupus. c. per vestras. §. 42. incip. Sed quamuis iura ciuilia. Cassan. in consuetudinib. Burgun. tit. l. des droitz. §. sed sumenda, num. 16. Ferronus in Burdegalen. consuetudinib. tit. 2. Boer. in consu. Bituricen. tit. 1. §. 3. Sic ergo, licet pater ante matrimonium, sit expeditum, quod non potest meliorare filiam vt nubat, tamen post nuptias videtur, quod melioratio valeat.

D 2 ¶ Deinde

De non meliorandis

- ¶ Deinde, hic videtur, deficere necessitas illa, qua parentes nolentes coguntur immodicas dotes filiabus præstare, vt sexus fragilitati consulant, quam rationem protuli inter alias, supra capite secundo. num. 25. & 26.
- 11** ¶ Sed his non obstantibus contraria sententia verissima est, & probatur ex verbis legis, ibi. *Ninguno pueda dar por via de dote,* & ibi: *Pueda dar en dote.* Ex quibus colligitur, decretum huius legis, hoc casu practicandum esse, quoniam dos constituta constan. e matrimonio, (etiã si nulla præcesserit promissio) dicitur propriè dos, vt in §. est, & aliud Instit. de donat. ibi. *Dotes non solum argentum verum etiam fiunt constante matrimonio.* Idem probatur in. l. cum multæ, & in. l. si constante. C. de donat. ante nup. & l. 1. tit. 11. par. 4. Bart. in. l. Lucius, la primera, col. fin. vers. sed si testator. ff. de lega. 2. Ias. in. l. huiusmodi. §. cum pater nu. 19. ff. de lega. 1. * Sic, & arræ, matrimonio cōtracto constitui possunt, glo. l. 1. in glo. magna tit. 11. par. 4. licet contra sentire videatur, Rodericus. l. 1. tit. de las arras. num. 28. Ias. in rubr. ff. solut. matrimo. Ioan. Lupus in rep. rubricæ de donatio. inter virū, & vxor. §. 24. num. 1.
- ¶ Rursus hæc opinio probatur ex verbis legis, ibi. *No pueda dar ni prometer.* Illud verbum, *dar*, ex recepto, & vulgato vsu loquēdi, significat dotis præstationem, vt supra resolimus. c. 2. nu. 38. Præstatio autem nō fit nisi post matrimonium cōtractū. Illud autē verbū, *prometer*, referendū est ad promissionē dotis, quæ semper solet præcedere matrimoniū. * Ergo ex verbis legis, vterq; casus definitus videtur, scilicet, quādo melioratio fit ante nuptias, vel post nuptias. Præterea nota illa verba legis. *No pueda dar tercio ni quinto por via de dote, ni casamiento,* Nota hæc vltima. *Ni por via de casamiento,* ex quibus colligitur regulā generalem huius legis esse, vt filia rationē matrimonij meliorari non possit. Filia autē nupta: matrimonij ratione petit, vel accipit dotē, ergo meliorari non potest. Verbum enim *casamiento*, Hispanicæ, matrimoniū cōtractū significat. Rursus si cū matrimonium destinatur cōtrahi, melioratio prohibita est, multo magis cū iam est cōtractum: si enim ipsum matrimonium rem prohibet, certè post contractum, verè est, & appellatur matrimonium, ergo tunc præcipuè practicabitur hæc lex.
- 14** ¶ His congruunt illa verba legis. *No pueda dar ni de.* Hæc verba, *no de*, præsentis tēporis sunt. Illa autem, *No pueda dar*: futuri: significant q̄; neq; ante, neq; post matrimonium licere filiā dotis ratione meliorare. Rursus nota illa verba. *Porque cessen todas fraudes, mādamos que todos los pactos, y promissiones que se hizieren en fraude desto, sean en si ningunos.* Certè facile eluderetur decretum prudentissimum huius legis, si melioratio matrimonio cōtracto admitteretur ratione dotis.
- 15** ¶ His accedit quòd donatio propter nuptias est certis terminis circumscrip̄ta, scilicet, vt non possit esse maior dote, vt in Auth. æqualitas. C. de pact. conuen. hoc autem præc. sic seruandum est, siue fiat ante matrimonium, siue post, ita definitur in. l. si constante, & in Auth. sed iam n. cessit. C. de donat. ante nup. & in Auth. æqualitas. C. de pact. conuen. Sic, & arra non potest excedere decimam partem bonorum, siue ante matrimoniū siue post cōstituatur. l. 2. tit. 1. lib. 3. fori. Lupus in rep. rubricæ de donatio. inter virū & vxor. d. §. 24. n. 1.
- 16** ¶ Huius farinæ est quòd vxor matrimonio constante, potest dotem constituere marito, si tamen dos modum excedat marito, & dignitati congruentem, censetur liberalis donatio, & ideo dotis constitutio non valet. Vtrumq; scripsit Lupus, in rub. de donatio. inter virum & vxor. §. 3. nu. 1. & 2. Nouel. de dote. 7. part. priuileg. octauo. Primū, scilicet quòd vxor dotem cōstitue re possit constante matrimonio, probatur in. l. si quis pro vxore. §. si vxor. ff. de donat. inter virum, & vxor. quam licet nonnulli contendat, debere intelligi quando ante matrimonium dos fuerat promissa, certe propriè loquitur, de dote matrimonij iam cōtracto constituta, inquit enim dotem ab uxore datam, item inquit non obstat, quòd inter coniuges, non valet donatio, quia hoc est pro oneribus matrimonij, quæ argumentatio superflua esset, si ante nuptias dos per promissionem constituta fuisset. * Secundum, scilicet, quòd si dos constituta excedit modum, id quod excedit iudicatur donatio, & non valet, dubium videtur Ioanni Lupo in d. §. 3. & mihi ambiguum videtur, quoniam cum vxor donat marito: donatio nō valet, quia donat, vt mariti fiat, cum autē dotem cōstituit, intelligit dotem ad se reddituram, etiam si amplissima sit, ideò videtur

18

ur valere. Si tñ alicui placeat, q̄immodicū
 .c. i. nō valere, habet auctoritātē, & augmē
 tū, vt cuiucat dotis permissæ fines, neq;
 aut: matrimoniū neq; post excedi possē.
 ¶ Non videtur præterendum, quod ad
 disputant, an sicut vxor dorem constitue
 re marito potest cōtracto matrimonio, ita
 etiam maritus vxorem dotare possit con
 stante matrimonio, & an saltem donationē
 propter nuptias; & arras dare possit con
 stante matrimonio. Et certē, quod maritus
 matrimonio constante possit dotare vxor
 em, scribit Barbat. in. l. si diuortio, de
 verbor. oblig. cū quo, sentit. Lupus, in rub.
 de donatio. inter. virum & vxor. §. 3. nu.
 1. 2. Sed quia hic locus non est satis aptus
 huic tractatui. vide Rodericum. l. 1. titul.
 de las arras: versif. one quod tēpore nu. 2. 8.
 & quæ dicam infra cap. de marito dotante
 vxorem, & Abb. antiquum, & recentiorē,
 & Ioā. Andr. in. c. et si, necesse. de donatio.
 inter virum, & vxor. Tamen circa arras
 quod possint constitui matrimonio con
 stante, res videtur expedita, Roderic. in. d.
 l. 1. d. num. 2. 8. Iqan. Lupu in rep. rubricæ.
 de donatio inter virum, & vxor. d. §. 2. 4.
 & §. 1. 2. nu. 1. quoniam arra succedit loco
 donationis propter nuptias, apud nos, vt
 in. l. 1. tit. 1. par. 4. l. 8. tit. 1. 8. part. 3. &
 donatio; propter nuptias potest fieri con
 stante matrimonio, vt in. l. cum multæ, cū
 alijs supra citatis. nu. 1. 5. C. de donat. ante
 nupt. Nouissimē tamen Gregorius in. l. 1.
 tit. 1. par. 4. litera. D. rem dicit esse dubiā.
 mouetur quoniam. l. 1. tit. 2. lib. 3. fori vi
 detur velle, vt datio arrarum fiat tempore
 contracti matrimonij, & quia generaliter
 donatio; est prohibita inter virum & vxor
 em. Ego arrarum donationem fieri posse
 constante matrimonio iudicarem, ex ratio
 nibus supra relatis. Deinde nego. l. 1. & 2.
 tit. 2. lib. 3. fori requirere vt arrarum dona
 tio fiat tempore, quo matrimonium con
 trahitur, neq; ibi verbum video, ex quo
 hæc necessitas inducatur. * Rursus arrarū
 donatio, re vera non est simplex donatio,
 sed fit in præmium pudicitæ, quam vxor
 marito prostituit, & in præmium dotis, &
 vt aliquid ipsa accipiat, à marito, de iure
 autem communi huiusmodi donatio inter
 virū, & vxorē prohibita nō est, vt per totū
 tit. C. de donat. ante nupt. & cū donatio an
 te nupt. prohibita nō sit constāte matrimo
 nio, non est in probanda arrarum donatio,
 eo tempore facta, cum in eius locum succe

19

20

dat. Rursus pro hac opinione facit. l. 4. 2.
 Tauri: quæ hodie habetur. l. 4. tit. 2. lib. 5.
 Recop. ibi. No auiedo arras en el casamiento
 y matrimonio; Præterea hæc opinio pro
 bari videtur, in. l. 8. tit. 1. 8. part. 3. cuius
 verba sunt, Arras e donaciones sacen los mari
 dos a sus mugeres. Nota illa verba, *maridos a
 mugeres*, nam iuxta communem usum lo
 quendi, *marido y muger*, dicitur qui qua
 trimonium copula, & longa cohabitatio
 ne contumacunt. Rursus inquit lex.
 La carta deue ser fecha en esta manera: sepan
 quantos, &c. Como Juan Garcia dio en donacion
 por razon de casamiento a doña Teresa firmu
 ger. Nota illa *su muger*. * Neq; ista res me
 tātū adducit ad huius opinionis professio
 nem, quam quod donationes de quibus in
 titulo de donationibus inter virū, & vxor
 em, profusaliæ sunt, nimirum donatio
 nes liberales nō remuneratoriæ, vel nuptia
 les. l. fin. §. similiq; modo. C. de donat. ante
 nuptias. Bar. & Paul. in. l. si ita stipulatus.
 §. si tibi nupfero. ff. de verbor. oblig. Abb.
 in. c. de illis. de cōditio. apposi. Campeg. de
 dote. 1. part. q. 5. 2. Lupus: c. per vestras no
 tabili. 3. §. 2. i. de dona. inter virū, & vxor.
 & in rubr. §. 3. 1. Curt. iunior, cons. 6. 1. nu.
 20. Couarr. super. 4. in. 2. par. c. 3. §. 3. nu.
 2. lal. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. & di
 cam infra. c. 1. 8. Rursus hoc expressum vi
 detur, in. l. 1. tit. 1. par. 4. vbi postquā lex
 dixit, apud Hispanos donationem propter
 nuptias appellari arram, subiicit propē fi
 nem. *Las dotes, e las donaciones que sacen el ma
 rido a la muger, e la muger al marido, asi como
 de suso diximos, se puede sacen ante que el matr.
 monio sea acabado, o despues.* Nota illa verba.
Ante que el matrimonio sea acabado, o despues,
 & quod arra possit constitui post matri
 monium, significat Couarr. in. d. Epitome
 super. 4. in. 2. par. c. 3. §. 7. num. 1. 2.
 ¶ Redeundo ad propositam quæstionem,
 quod filia maritata non possit dotis nomi
 ne meliorari, à patre, probatur efficaciter,
 ex Dino. cons. 1. 2. col. 2. vers. dicensū est.
 vbi dicit, quod cum pater secundam vxor
 em ducēs, nō possit dare secundæ vxor
 i certā summā, ex dispositione. l. hac ad di
 ctali. C. de secun. nupt. & l. 1. C. de inef. do
 tib. certē neq; cōstāte matrimonio poterit
 filijs præiudicare, dādo vxori donationē
 propter nuptias, vltra legis modū. Rursus
 hoc probatur, in. d. l. hac ad dictali. in princi
 pio. vbi præfinitio dotis, quam secundo
 nubens potest dare marito, seruanda est,

D 3 sine

- siue dotem det, ante matrimonium, siue constante matrimonio, ne portio à lege præfinita excedatur, præiudiciumq; fiat liberis primis matrimonij. * Rursus cū præcipua ratio huius legis, sit cuitatio iacturæ, quam cæteri filij ex immodicis sororum dotibus pati solent, & vt homines discant parsimoniam: luxusq;, & sumptus cohibeantur, vt dixi supra cap. 2. num. 4. & 24.
- 22 certè omnes hæ rationes vigent, etiam quā do dos constituitur, constante matrimonio, Imo vero viget maior, & probabilior ratio, etenim si pater sollicitus: de integro filix virginis pudore, non potest illam dotis ratione meliorare, quanto minus poterit quando filia maritum habet, animusq; paternus his anxietatib; vacat, vt per Curti. in A. uth. res que num. 25. C. commu. de leg: Præfertim, quod iuxta rectè rationis iudicium, maior dos debetur virgini quā nuptæ, vt per Afflict. decis. 160. cum ergo virgo nubens, meliorari non possit, multo minus poterit maritata. Vidua tamē maiori dote æget, quā virgo, vt per Bal. cōf. 98. lib. 2. Boe. in consu. Bituricē sib. tit. de consu. matri. §. 5. Cassia. in consu. Burgū. rubr. 4. nu. 26. * His accedit qd licet pater cōstituat dotē constante matrimonio, tamen obligatio dandi dotē in ipso matrimonio immo, & ante ipsum matrimonium orta est, vt in. l. quiliberos. ff. de ritu nup. Lex autem ita obligat sicut homo, imò verò obligatio hominis debet esse conformis legi, quod si aduersetur legi, obligatio nulla est: vt in. l. non dubium. C. de legib. quis autem obligationem ex lege ortam, sub certis prohibitionibus, dicat mutari, & inuerti, si homo obligationem à principio ortā post certum tēpus impleat? Certe nullus, & simili argumento vtitur Ias. in. §. fuerat instit. de actioni. Non obstat quod licet ante nuptias non valet donatio inter patrem, & filiam, post nuptias valet: hic enim concedo valere dummodo nimia nō sit aduersus hanc legem. Ad cætera argumenta, ex superiobus patet responsum.
- 24 ¶ Sed dubium est an pater possit augere dotem filix præstitam, quia creuerunt facultates: Hæc quæstio duo habet capita. Primum, an pater auctis facultatibus teneatur augere dotem filix. Secundum, an absq; eo quod facultates creuerint, plus, quam valebant tempore dotis datæ, possit per viam augmenti dotis, tacitè, vel expresse filiam meliorare. * Quoad primum,
- 25 videtur augmentū auctis facultatibus peti posse, quoniam filia licet fuerit congruenter dotata, si tamen paternæ facultates creuerint, augmentū petere potest, ita Paul. conf. 265. lib. 1. in antiquis. Nouel. de dote. 6. par. priuilegio. 17. num. 4. Dec. conf. 277. num. 2. col. 3. versic. & ista conclusio. Soci. conf. 100. lib. 3. Cassian. in consuetudin: Burgū. rub. 7. §. 12. nu. 23. * His accedit. l. 29. Tauri, vbi definitum extat, vt si quādo veniat in quæstionem an dos sit inofficiosa, vel non, non inspicitur tempus datæ dotis, si filia ipsa velit aliud tempus patris fœlici; respicere. * Rursus facit quod filia dotata exclusa per renuntiationem, à paternis facultatibus, admittenda est ad augmentum dotis, si paternæ facultates creuerint, ita Bal. conf. 369. col. 2. versic. pono quod tempore date dotis, lib. 3. Francus. c. quamuis pactum. col. 3. versic. tertio. limita. de pact. in. 6. Nouel. de dote. 6. part. priuileg. 17. num. 4. versic. imo si tempore. Bald. in. l. pactum col. 2. oppositione. 6. C. de colatio. Paul. in. l. in ratione, num. 5. ff. ad leg. Falci. Bal. in. c. cū. M. col. 4. ibi Ripa. nu. 38. de constitutio. Ruinus. l. Gallus. & quid si tantum col. 70. ff. de libe. & posthum. Soci. conf. 100. col. 4. lib. 3. Roderi. l. quoniā in. 4. limita. legis Regiæ, col. 4. & 6. vbi dicit hanc communem. C. de inoffi. testa. Lupus in. t. per vestras. §. 23. sed pulchrum. 31. col. 1. de dona. inter vir. & vxor.
- 28 ¶ Quanto magis hoc videtur dicendum quando filia nunquam renuntiavit, vt auctis paternis facultatibus, possit petere augmentum dotis, ex textu quem omnes citant, in. l. si quando §. & generaliter. C. de inoffic. testamen. Postremò facit quod filix incōgruè dotata, possunt petere augmentū dotis: quod Ias. docuit conf. 69. col. pen. lib. 1. Deci. conf. 180. col. 2. Ioan. Lupus. c. per vestras. §. 25. col. fin. Bald. in. l. fin. nu. 4. C. de dot. promiss. Aimon consil. 236. num. 4. vbi alios citat Rubeus conf. 163. num. 3. Nouel. de dote. 7. part. 8. speciali vbi dicit quod potest petere interesse augmenti Parisi. conf. 126. num. 14. lib. 1. Alexan. conf. 136. num. 27. lib. 6. & conf. 69. lib. 1. Curti. senior consil. 38. pro quo facit quod scripsit Lupus in. c. per vestras. §. 12. num. 8. de donat. inter virum & vxor. & §. 20. incip. & tenendo col. 2. versic. sic ergo videtur.
- 29 ¶ His tamen non obstantibus, verius est filiam nō posse compellere patrem, vt dotē augeat,

augeat, etiam si facultates patris auctæ sue rint, aliud enim est filiam, à patre rectè dotatam petere augmentum dotis, aliud filiam exclusam, à statuto petere mortuo patre, vt dos exequetur legitimæ, habito respectu ad tempus mortis patris, & quòd eius facultates valdè creuerunt: Primo casu, non potest petere augmentum, si dos est còpetens, quod nominatim docet Dec. consil. 277. num. 2. col. 3. versic. & ista conclusio. ibi & pariter. Pater enim viuens potest frui re sua, & cum mortuus fuerit filia ad hæreditatem cum cæteris fratribus admitteretur, etsi facultates creuerint, erit quo eius portio pinguescat. Et hoc secundo casu, quando pater mortuus est, & filia exclusã petit, à masculis sibi, dotem augeri, loquuntur omnes doctores ex aduerso prolati. neq; obstat. l. 29. Tauri, quoniam loquitur quando filia mortuo patre dotem fratribus confert, vel conferre non vult, quãquam illa lex in quantum loquitur de melioratione, rationi dotis correctã est per hanc legem.

30 ¶ Rursus non obstat quòd filia dotata etiã si renuntiauerit, potest petere augmentũ dotis, si paternæ facultates creuerint, quoniam omnes doctores loquuntur mortuo patre. Deinde in eo casu de dotata renuntiatẽ, opinio contraria videtur magis communis, eam probat Butricar. in. l. pactum quòd dotali. C. de collat. quæst. fin. Bald. in l. quamuis. C. de fideicom. Ang. in. l. stipulatio hoc modo concepta. fallentia. 10. ff. de verbor. obliga. & ibi Roman. & Imola. col. 2. versic. & potes etiam addere. Paul. in Auth. res quæ. col. 2. C. commu. de lega. Alexan. consil. 180. col. 1. lib. 5. Boer. decis. 62. num. 14. Natam. in rep. c. quamuis pactum col. 2. versic. tertio fallit. & col. 3. versic. an autem in æstimatione legitimæ, de pactis in. 6. vbi asserit hanc communem, Laurentius à Palatijs, in tracta. de statuto excluden. foeminas. col. 21. circa medium Brunus. in tractatu, quem de eadem re edit artic. 9. 1. quæst. princ. col. fin. vers. post prædicta quæri potest. Ias. in. l. si quãdo. §. illud, col. 1. C. de inoffi. testam. Barbat. c. cū M. Ferrariensis, fol. 50. de constitutio. Boer. in consuetudini. Bituricen. tit. de testa. quæst. pen. §. 6. in additione incip. per quæ dico. Aretin. l. 1. in. 2. notabil. C. de pact. & hoc est magis expeditum, quando filia renuntiauit cum iuramento. vt per doctores in locis supra citatis. tradunt

Corn. Ias. Dec. & Alexan. in. l. pactũ quòd dotali. C. de collatio. idem Alexan. d. consil. 180. lib. 5. col. 1. & consil. 181. eod. lib. & in. l. in ratione in. 2. ff. ad leg. falcid. Bened. cap. Raynuntius verbo duas habens filias. num. 242. de testam. * Ex quo liquet, quã parum fidutiæ in hoc argumento collocari possit. vt tamen proferam quid in tanta doctorum diuersitate in hæc specie sentiã, certè si filia renuntiauit legitimæ, quia dotem accepit, & honestè locata est, & habet vnde se, & liberos alere possit, & renuntiatio facta est tacitè, vel expressè: vt in domo paterna plus remaneat roboris ad conseruandam dignitatem familiæ, seruariẽ cõmunem opinionem, vt auctis facultatibus, non possit petere augmentũ. Idem dicere in masculo renuntiante, si perditus, si imbellis, si aleator, si impius, si gulæ mancipium sit, etenim etiam si facultates patris post renũtiationem (accepta legitima) creuerint: illi, augmentum non præstabo, sed cogam stare renuntiationi, tanquam fauore indignum, si deceptus re, vel consilio non fuit, inspecto tempore renũtiationis.

32 * Si tamen vir bonus sit, modestus, ac bona fortuna dignus, ac forsam pauper, communis opinio durior videtur, quam Christiana charitas patiatur, cui quamquam iudices non teneantur sese exactè conformare, aliud enim Papinianus, aliud Paulus Apostolus loquuntur, certè quando res est ambigua, & magnis vtrinque auctoritatibus communita, ei parti quæ Christianam lænitatem, ac mansuetudinem magis sapit me accommodabo. * Filia enim tempore renuntiationis enormissimè lesa, etiã si iurauit, defenditur, à pluribus, quos Decius citat. consil. 179. numer. 14. & consil. 180. col. 2. & consil. 26. col. 1. & 2. Paris. consil. 26. lib. 3. de quare infra suo loco dicam. Itaque non semper nec generaliter doctores iuramento robur tribuunt, nec sine iudicio simpliciter rem definiunt.

34 * Sed rursus mihi non placet, miserum filiũ, vel filiam, inopia forsam oppressos, ex vi renũtiationis iurate, excludi ab augmento mortuo patre, cum Christus ipse: qui bonitas, & charitas est, iudicandum sit, ei mitissimè remittere obligationem qua sibi ex iuramento censetur deuinctus. ¶ Non obstat vltimũ argumentũ quòd filia supplemẽtũ dotis petit, quoniã illud procedit quando tenuitè, & incongruè dotata est, de qua re dixi supra cap. primo, versic. &

De non meliorandis

pro hac sententia quod pater. Itaque concludo in principali questione pro qua protuli hoc argumentum quod pater auctis facultatibus, non tenetur augere dotem filii: quia diminutis facultatibus non posset dotem filiae datam restituere de qua re dicam infra. c. 3. l. de patre post dotem inopia oppressio.

36 ¶ Nunc tractemus, an possit pater si velit augere dotem filiae datam. Et quidem, si facit praedictum legitimum aliorum filiorum,

37 vel ortum, melioratio, non potest dotem augere, quod non minus scribit Dinus cōf. 12. col. 2. Vbi scribit quod cum ex dispositione. l. hac edictali. C. de secun. nupt. pater non possit secundae uxori facere donationem propter nuptias, ultra modum dictae legis: neque in praedictum filiorum, certe, neque per viam augmenti id facere poterit, post contractum matrimonium. Ita, & hic cum haec lex prodita fuerit, ne caeteri filii damnari patiantur ex immodica dote, certe melioratio, tacita, neque expressa, admittenda non est, etiam si per viam augmenti dotis fiat.

38 ¶ Kurtius, licet dos possit augeri in constante matrimonio, ut in §. est. & aliud. in §. de donatio. l. si constante. & c. cum multae. C. de donat. ante nupt. Corn. cōf. 3. lib. 4. littera D. & dixi supra, tamen augmentum, & dos una, & eadem dos dicitur, & de eo iudicatur: tanquam de una dote, ut per Aretium cōf. 153. col. 1. Ias. cōf. 171. col. 4. vers. item sicut donatio. ib. 4. Cum ergo dos non possit inducere meliorationem, certe neque augmentum dotis, id poterit inducere. Quod autem dos, a patre, in constante matrimonio augeri possit; probatur in l. etiam. C. de iure doti. l. fin. vers. fin. C. de donatio. ante nupt. quae iura generaliter loquuntur, non distinguendo ante nuptias, vel post, ergo generaliter sunt intelligenda. l. 1. & generaliter. ff. de leg. praest. ad. Nouel. de dote. 7. par. principali in. 8. speciali. Alexan. cōf. 134. nu. 3. lib. 6. Bal. in l. etiam col. 2. vers. si quaero de quo augmento. C. de iur. dot. Brunus. in tract. de augmento dotis, in. 3. conclusione principali, nu. 33. vers. ex his patet. Campeggi de dote. 1. par. quaest. 6.

39 ¶ Praeterea quod etiam per viam augmenti non admittatur melioratio, probatur; quoniam augmentum; regulatur secundum naturam dotis, Ias. col. 133. nu. 4. lib. 4. Bart. & DD. in l. si marito. §. si fundum. ff. solu. matrim. Bald. in l. si constante, & in Auth. sed iam necesse. C. de donatio. ante nupt. dummodo qui auget, possit id facere, ut

in Auth. de aequalitate dotis. §. aliud quoque; vers. dedimus autem. ubi dicitur uxorem posse augere dotem, & maritum donationem propter nuptias, dummodo non excedant modum, & summam, a lege praefinitam (scilicet) ut tantum sit augmentum dotis, quantum donationis propter nuptias, quod etiam Abb. scribit cōf. 46. in. 1. dubio. lib. 1. Ita etiam augmentum dotis, licet fieri possit a patre, intelligitur dum modus huius legis non excedatur, alias augmentum facere non potest, lege prohibente. Augmentum enim, sequitur naturam dotis, & cum per viam dotis non liceat meliorare, etiam non licebit per viam augmenti dotis. Facit quod scribit Brunus. de Augmento dotis, in quinta conclusione principali, nu. 5. Illud tamen aduertendum, quod licet olim dos non posset augeri, nisi maritus augetet donationem propter nuptias, id hodie contraria consuetudine est abolitum, ut dixi supra. c. 2. & hac ratione Parisi. cōf. 126. num. 6. lib. 1. improbat sententiam Abb. d. cōf. 46. lib. 1.

40 ¶ Deinde quod melioratio per viam augmenti non admittatur; probatur quoniam statuta loquentia in dote, seu uanda sunt in augmento dotis, cum augmentum sit pars dotis, & una, & eadem res, non debeat diuerso iure censeri. l. cum qui ad des. ff. de usufructu. l. inter locerum. §. cum inter. ff. de pact. dotali. C. in. l. si constante. C. de donat. ante nupt. Abb. d. cōf. 46. lib. 1. Cāpegi. de dote. in vitima par. q. 19. Bald. & Bar. in l. etiam. C. de iure doti. Ang. in Auth. de aequalitate dotis. §. 1. Soci. cōf. 153. col. 10. & cōf. 254. col. fin. & cōf. 296. col. 3. lib. 2. Ias. l. cum filio. num. 36. ff. de leg. 1. Parisi. cōf. 126. nu. 8. & nu. 14. lib. 1. Ruben. cōf. 15. Ias. l. quod in rerum. §. si quis post. ff. de leg. 1. Ergo cum dotis ratione melioratio non admittatur, etiam per viam augmenti non admittatur. Augmentum enim, a patre censetur factum, potius, ut debitam, & congruam portionem soluat, quam, ut de nouo donet, ut per Nouel. de dote. 6. part. princ. in. 14. speciali. col. 2. vers. praeterea tunc. Parisi. cōf. 126. num. 23. lib. 1.

41 ¶ Quod intelligo quando pater per contractum inter viuos meliorat, tacite, vel expresse per viam augmenti, si enim id in ultima voluntate faceret, aliud videtur sentiendum, ut infra dicam. c. 2. An extra contractum inter viuos filia meliorari possit dotis ratione, lege si placet quae ibi scripsi.

S V M M A

S V M M A.

- 1 **P**ater nullum habens filium masculum an possit ratione dotis meliorare filiam, & num. 3. s. 10. 11. & 15.
- 2 Filias dotandas esse pinguius quando nullus extat masculus, Alex. sensit.
- 4 Renuntiatio legitima, an noceat filia mortuo masculo.
- 6 Intellectus verborum supplicantium Principi, ut legemissam conderet. & num. 9.
- 7 Verbum, vlcjorar. quibus competat.
- 8 Hagonis Calsi iudicium circa istam legem; taxatur, ab Auendaño. Defenditur ab Autore, num. 10.
- 12 Pater faciens filiam renuntiare, an in dubio videatur facere propter masculos.
- 13 Pater unicam habens filiam, ex omni sobole matrimonio non locata, & nullum filium; an dotis ratione possit meliorare, & num. sequenti.

¶ Si nullus extat masculus, an filia dotis ratione meliorari possit, & an saltem hoc admittatur quando masculus non extat, & omnes filie sunt nupte præter eam qua dotis ratione melioratur. Cap. VI.

I SOLET frequenter dubitari, quid si pater nullum habens filium masculum, filiam vult dotis ratione meliorare, an possit. Dubium facit, quod Cælius diligens nostrarum legum contextor, eruditi ingenij vir, scripsit in indice regiarum constitutionum, verbo Dotes, hæc verba. *Ninguno que tuuere hijos varones legitimos, no pueda dar por via de casamiento, ni de dote de hija, tercio ni quinto de sus bienes. Premática ciento y una.* Ex quibus apparet, illum in hac fuisse sententia, ut non existente masculo, filia dotis nomine, possit meliorari, ita enim probatur à contrario sensu, quod in iure visitatum est, & in hac materia admitendum, scribit Brunus, in tractatu de statuto exclud. foeminas artic. 7. num. 16.

2 **H**is congruit, quod Alex. conf. 69. num. 2. lib. 1. & conf. 83. ad fin. lib. 4. scribit, filias pinguius dotandas, quando nullus extat masculus. Idem repetit, consil. 33. lib. 4. ad fin.

3 **R**ursus filiam posse meliorari non existere masculo, probatur quoniam filia quæ dote accepta, renuntiat facultatibus paternis, videtur renuntiare, & excludi favore masculorum, tempore renuntiationis viventium: unde si masculi moriantur, filia non obstante renuntiatione, admittitur ad bona paterna, cum cæteris sororibus, quæ non renuntiauerunt, autore Bald. conf. 437. in cip. quædam puella. col. 2. in 2. dubio. lib. 1. Deci. in l. pactum. num. 9. C. de collatio. Aymon. consil. 42. num. 1. vers. sed quid si tempore. Decius consil. 433. num. 2. * Et quod si masculi moriantur, renuntiatione non noceat filiz, etiam si sit facta iuxta. c. quamuis pactum. notant Corne. & Deci. in l. pactum dotali. num. 9. C. de collatio. & ibi Bald. Salicet. in l. pactum quod dotali. C. de pact. Dominic. in d. c. quamuis. de pact. in 6. Alex. and. in l. stipulatio hoc modo concepta. num. 11. ff. de verbor. obliga. Roman. & Aretin. in l. qui superstitis. ff. de acquir. hæredi. & ibi Crotus. num. 33. Parisi. consil. 26. num. 2. lib. 3. Francus in d. c. quamuis. 6. limita. de pact. in 6. Nam in tractatu de statuto. exclud. foeminas. posito in d. c. quamuis pactum, in 8. limitatione. Deci. consil. 433. num. 2. & consil. 370. col. si. Cepola. causarum civilium consil. 49. num. 11. Alexand. consil. 29. num. 9. lib. 3. Guido Papæ. decisione Delfinal. 192. Bertrand. consil. 60. & conf. 133. col. 1. lib. 1. Aymon. conf. 42. col. 1. Ex quo videtur renuntiationem à filia factam, videri factam favore masculorum, non vero favore cæterarum sororum, quæ non renuntiauerunt. Quod etiam sentire videntur, Barbat. consil. 38. col. 18. vers. & faciat, lib. 1. & consil. 19. col. 15. l. b. 2. Corne. consil. 291. col. 2. lib. 4. Seci. consil. 34. col. 2. num. 4. lib. 4. Bologni. consil. 35. col. penul. Cum ergo exclusa per renuntiationem, admittatur, si nullus extet masculus (etiam si ad sint aliæ filiz foeminae,) videtur dicendum, ut exclusio, ne filia melioratur, inducitur a ex dispositione huius legis, intelligenda sit, dum modo adsit masculus. & quod non si faciat, ut adsint aliæ filiz foeminae. Quod præter Bald. d. consil. 437. lib. 1. opinatur Aymon. consil. 42. lib. 2. dicens quod filia nunquam,

De non meliorandis

nunquam, à patre confetur induci ad renuntiationem fauore altarum filiarum, sed fauore masculorum qui extant, vel postea nascuntur, quòd si non nascantur, dicit filiam non censeri exclusam, neque renuntiationem aliquid operari in fauorem aliarum filiarum, sed filiam succedere posse, ac si renuntiatio facta non fuisset.

5 **H**is tamen non obstantibus, mihi verius videtur, filiam meliorari non posse ratione dotis, siue ad sint filij mascululi, siue foeminae. Moucor ex verbis legis, quæ generalia cum sint, generaliter debent intelligi, vt in l. de prætio cum vulgar. ff. de publica. Nullum enim hic est verbum, ex quo conijcere liceat, legem non seruandam si nullus ad sit masculus. Quinimo legem non magis masculorum, quam foeminarum fauore proditam, probant verba supplicantium Principi, ibi: *Supplicamos a V. M. que las dotes que ca estos Reynos se dícen, no puedan ser mas que la legitima que le vendria a la dotada, si entonces se partiessen los bienes del dotor.*

6 **E**x quibus verbis duo nota. Primum, quod hæc lex condita est, fauore eorum, cum quibus dotata diuidere debet hæreditatem paternam, de iure autem communi, & regio, filia nupta, & filia non nupta, pariter succedunt, & æqualiter eis hæreditas paterna debetur, non minus quam si masculi essent, cum ergo dotata succedere debeat, cum sororibus, certe in earum præiudicium meliorari nõ poterit, petitur enim à Principe, *Que la dote no sea mas, que la legitima que le vendria a la dotada.* Dotate autem, partem facit, non dotata, in successione patris, ergo etiam si sit foemina, non potest fieri melioratio in eius præiudicium.

7 **R**ursus nota verba legis. *Mandamos que ninguno pueda mejorar.* Hoc verbũ *Mejorar*, non quadrat nisi inter eos quibus hæreditas paterna debetur, filiabus autem, nõ minus debetur, quam filijs, ergo in earũ præiudicium melioratio fieri non potest.

8 **H**is accedit quòd Auendanius vir doctus, & bonus, libro de exequendis mandatis, cap. 14. num. 10. dicit Cæsum ineptissimè iudicasse, legem hanc masculorũ fauore proditam, non enim ex mète, vel verbis legis tale quippiam colligitur.

9 **R**ursus nota præfationem legis, ibi: *Atenta la desorden y daños que somos informado que se han seguido, y seguen de la dotes excessiuas.* Hæc in commoda quæ, & qualia sint

explicui capite secundo, num. 24. omnia autem illa vigent, si filia (etiam non extante masculino) meliorari possit, inò est multo efficacior ratio conseruandi legitimam filiarum, quam legitimam filiorum masculorum, filia enim si diminuta legitima immodica sororis dote, congruam dotem nõ habeat, magnis est periculis obnoxia, maritum enim non inueniet, & inopia periclitabitur pudicitia, & in totum equius est minui posse legitimam masculi quam foeminae. Facit. l. fin. C. de dona. ante nupt. in princip. ibi: *Cum melius sit mulieribus propter fragilitatem sexus quam maribus subueniri.*

10 **F**oemina enim natura fragilis, & imbecilla, omnibus omnium iniurijs exposita est, masculus vero, viri robore instructus, & mente excelliori insignis, literis vel manibus sibi prospicere solet. Rursus nota illa verba legis: *Pueda dar a cada vna de sus hijas.* Nota filias solas sufficere, vt filios immodica dari non possit. Postremo hæc lex, dotes inoficiosas (hoc est immodicas) improbat, declarando quæ censendæ sint immodicæ: dotes autem immodicæ, non minus improbant foeminae, quàm masculi, vt in l. 1. & 2. C. de inof. donatio. neq; quisquam doctus, dotem inoficiosam idò defendit, quòd pater masculum nõ habeat, certe neminem repeto me legisse, qui dotem nimiam defenderet quòd nõ sit masculus. Postremo huius opinionis esse videtur Bernardus Diaz regula. 213. fallentia. 4. prope finem vbi, inquit, cui non videantur inique parètum quorundam affectiones, qui, vt aliquam filiam potentiori nuptui tradant, alias quas habent filias nudas relinquunt, & aut parietibus reluctantes includunt aut domesticè cuidã religioni astringunt; ex quo alix desperatam; alix inuidiæ plenam; agunt vitam. Non obstant ex aduerso prolata. Nam Cælius memoria lapsus videtur, non enim vir ille leges regias interpretatur, sed indicem contexit, & lex ista quam citat, simile nihil dicit, & verba DD. intelligenda sunt secundum legem quam citant: ex verbis autem huius legis, illa de prompta non sunt: vt dixi supra. c. 2. num. 23. & 29.

11 **R**ursus nõ obstat, quod protuli ex Alex. cons. 69. num. 2. lib. 1. quoniam Alex. loquitur in casu, in quo ex statuto filia excluderetur, stãtibus masculis, dicit autem quòd cum nulli sint filij masculi, pinguis dotanda est filia, nimirũ; deficiente mète statuti,

statuti, nam propter agnatos masculos nō est adeo seuerē excludenda. filia testatoris, sicut si masculos filios reliquisset. Deinde non obstat, quōd filia exclusā à patre per renuntiationem, videtur exclusā si pater masculos habeat, nō verō si fœminas, quoniam censetur voluisse excludere filiam propter masculos.

12 ¶ Hic, (vt quod sentio proferam) pater faciens filiam renuntiare, in dubio videtur facere propter masculos, vt sentiunt. DD. in locis supra citatis, si tamen aliud verbis, vel coniecturis, probari posset, ei stabo, cū Parilio, conf. 26. num. 22. versū. istis tamen non obstantibus. lib. 3. Rursus si tempore renuntiationis nulli erant masculi, filiarū etiam fauore conijciam factam renuntiationem, vt per Alexand. conf. 29. num. 4. lib. 3. reprobata opinione. Aymon. consil. 42. col. 2. qui dicit quōd si nulli erant masculi tempore renuntiationis, renuntiatio videtur facta, fauore eorum qui postea nascituri sunt, non fauore aliarum filiarum. Et generaliter, ommissis peculiaribus respectibus pater videtur facere, vt filia dotata renuntiet, vt ab eo creditore liber sit, & ceteris filiabus, vel filijs liberē prospicere possit, satis enim est ei filiarū nil debere, & vnum saltim telum esse. Et quōd fauore filiarum videatur facta renuntiatio, probatur, ex Afflict. decis. 161. num. 3. Corn. conf. 291. col. 3. littera. H. lib. 4. Alexand. conf. 29. num. 4. lib. 3. cum quibus sentit Couarru. in repetitione. c. quamuis pactum. 3. par. §. 3. nu. 4. qui alios citat, & prudenter distinguit. Mihi tamen videtur, hanc rationē, certo definiti non posse, quis enim certo scit, quid paternum mouerit animus? Certē si masculos habebat, eis videtur præcipuē voluisse prospicere, non tamen idē minus censendus est voluisse filiabus prospicere, cum eis dotem debeat, quæ obligatio superat obligationē qua filio obstrictus est, filius enim non potest cogere patrem ad beneficentiam, & dotem, cur ergo duriori causæ non censetur voluisse prospicere arg. l. 1. ff. de solut. Cur sibi non censetur cauissē, vt scilicet habeat vnde filias locare, & dotare possit, iuxta obligationem sibi à iure impositam, vt dixi supra. c. 2. num. 25. & 26. præsertim cum hoc filiarum pudicitia, & per consequens patris honorem respiciat. Italia plena est statutis fœminas excludentibus, gensque illa natura ad gloriam, & nomi-

nis immortalitatem duci videtur, vnde nostri recentiores. Iure Consulti (qui fere omnes Itali sunt) frequenter in ore habēt, animam conseruandæ familiæ, & propagandæ agnationis per masculos. Hispania ea statuta non admittit, fœminas: æquissimo iure, cum masculis admittit, ius conseruandæ agnationis per masculos curat, non tamen in id spoliat fœminas. Itaq; renuntiationem præcipue credā curatam fauore masculorum, non tamen ommissum respectum fœminarum, patremq; maximē voluisse suam sibi libertatem asserere, vt, vel filio, vel filiarū qui non renuntiauit gratus, & beneficus esse possit.

¶ Rursus cum dos immodica reuocāda sit, & applicāda fratribus proportionē nimia (vt infra dicam) eorum fauore videtur hæc lex facta quibus bona applicāda sunt, vt post alios notat Couarru. in. c. quamuis pactum. 3. part. §. 3. num. 4. de paci. in. 6. bona autem vltra legē in dotē data, tā masculis quam fœminis applicantur, aliās esset inter eos inæqualitas; & minueretur legitima filiarum, & quōd vna via prohibetur alia efficeretur, quod admittendum non est.

13 ¶ Quid tamen si pater non solum caret filio masculo, verum etiam omnes filias matrimonio locauit, præter vnā quæ reliqua est, ex omnī sobole; an istam poterit dotis ratione meliorare? iam vidi hanc speciem in controuersiam verti: disputabaturq; an melioratio valeret. * Ego non valere respondere, quamuis enim hoc casu videatur non tantum damni obuicere ceteris filiabus, quoniam iam omnes dotatæ, & matrimonio locatæ sunt, neq; eorū nuptias immodica fororis dos remoratur, negari tamen non potest, etiam in hoc casu vigere rationem, qua condita est hæc lex, scilicet euitare iacturam, quam ceteræ filiarū patrentur in legitima si melioratio valida esset. * His accedit generale decretum huius legis, grauissimis de causis proditum illud autem priuata auctoritate restringere, nescio quantum abesset à temeritate? Nam si legislatorem mouit frugalitas, & parsimoniarū laus (quæ iam olim exultat à nostra republica) vt dixi supra. c. 2. nu. 2. & hic quoq; viget ea ratio, si virtutis fauor, & pacis studium, nescilicet potior sit fœmina pecuniosa, quam bona, neque, dote nimia fœrox vxor, marito insultet, & hic quoq; ea ratio quadrat. Si ceteris liberis prospe-

De non meliorandis

16 prospectum voluerent, certè huius legis clipeo egent, ne melioratio fiat in fauorem suæ, quæ solû est innupta, nã, & ipse maior i subltãtia egent ad alendum maritum, & liberos, vt in l. vbi adhuc in fine. C. de iure doti. * Ergo cum eadem sit ratio, eadem viget legis mens, neq; obscure hanc opinionem asserit ipse totius legis tenor, fateamur ingenuè, legem istam seruandã etiam si nullus adsit masculus, & etiam si omnes filii præter dotatã nuptã sint non enim legislator qui quantũuis prudens, homo est, intelligere debet le cautiones aut singraphas forenses scribere, vt omnes omnino casus speciatim definiat, sufficit mētem legis quadrare, quãquam huic speciei, non video quomodo non quadrent verba legis.

S V M M A.

- 1 Lex vetans meliorationem ratione dotis, an sit seruanda in donatione propter nuptias, quam pater matrimonij ratione filio dat, & num. 2.
- 2 Dotem dare, propriam est fœminarum, non masculorum.
Dos data viro censetur donata eius mulieri.
- 3 Fœsum appellatione non veniunt filij.
Masculinum concipit in se fœmeninum, & num. 1. 2. in odiosis, vbi odium est rationabile.
- 4 Nuptia fœminæ, & nuptia masculi diuerso iure censentur.
Pater, donationem propter nuptias filio dare nõ tenetur, saltem de consuetudine.
Iure communi dot. m; & eius fructus patri deferuntur donec emancipet filium.
- 5 Masculus melioris est conditionis, quam fœmina.
Lex ista, de masculis, an loquatur.
- 6 Neptis ex masculino, eodem iure, ar censetur, quo masculus ex fœmina.
Communis vsus loquendi inspiciendus est.
Nepotes, ex vi vocabuli, appellatione filiorum non veniunt, veniunt tamen ex interpretatione si sit iusta, & rationi consona.
- 7 Nepotes in dispositionibus restringentibus, & legibus correctorijs non veniunt appellatione filiorum.

- 10 An hæc lex practicanda sit in dote neptis, & num. 11.
- 12 Statutũ prohibens aliquem donare, quia habet filios: an seruetur in habente nepotes, & num. 16.
- 13 Statuti ratio loquens in filios: seruetur in nepotibus, & num. 14.
- 16 Auus paternus, an cogatur dotare neptem, si filius non habet vnde eam daret, & num. 26.
& quid de iure communi.
An autem hæc procedant in auuo materno, & num. 22 & 23.
- 17 Gregorij Lopez sententia in l. 8. tit. 11. par. 4. glo. 4. examinatur.
- 20 Intellectus l. fin. C. de dotis premis. contra Socin. & nam. 21.
- 21 Nepotes sunt in auorum potestate.
- 22 Iure communi filius per nuptias non efficitur sui iuris, vnde in eius substantia vsus fructum pater habebat.
- 24 Emancipatio inducta ex matrimonio apud nos, ex l. 47. Taur. non operatur in his, quæ filio damnosa, & detrimentosa sunt.
- 25 Obligatio dotandi neptem, ex affectu naturali oriri videtur.
- 27 Dos ab auuo data: filius eam in legitimam computare tenetur.
- 28 Dos in dubio propter legitimam data censetur.
Neptes ipsa cum ex patris persona succedit impurat, sibi data in dotem.
Et dotem matris, & num. 30.
- 32 Coactruatio: quando ex ea nascitur nullitas actus facienda non est.
- 33 Neptis ex masculino an meliorare possit dotis ratione.
- 35 Fœmina exclusa; extãtib; masculis, filius etiam fœmina si masculus sit. videtur exclusus, die vt infra, num. 39.
- 36 Nepotes ex filia, non veniunt appellatione masculorum.
Prohibitus succedere, prohibentur etiam descendentes ex ea.

J An

An hæc lex habeat locum in filio masculino, & an seruanda sit in nepte, ex masculino, & in neptibus, ex awo. Cap. VII.

- 1** ANTE Annos tres in quæstione verti vidi, an dispositio huius legis vetantis meliorationem ratione dotis, seruanda sit in donatione: propter nuptias quam pater matrimonij ratione filio dat. Dubium faciebat, quòd pater in prouincijs, vbi in vsu est, tenetur filio assignare donationem propter nuptias. l. fin. C. de dot. prouinss. Paul. in Auth. res quæ, col. 2. C. com. de leg. DD. in Auth. xqualitas. C. de pact. conuen. Corras. in. l. qui liberos. ff. de ritu. nup. nu. 137. glo. & Abb. in. c. peruenit. de empt. & vèdi. Bened. c. Raynuntius. verb. dotè quã ei dederat nu. 29. de testam. Curt. senior cõf. 27. col. 7. vers. mouetur Paul. & Ias. cõf. 231. nu. 3. lib. 2. Rip. l. 1. nu. 87. ff. sol. matr. Neq; enim filius, aliter inueniet vxorẽ, neq; habebit quid obliget vxori pro restitutione dotis. * Cũ ergo parsit obligatio patris, dotãdi filiã, & assignandi donationẽ propter nuptias filio, & vtrũq; fiat ratione matrimonij, videtur qd sicut melioratio dotis ratione improbat, ita etiã improbetur per viã donationis propter nuptias. His accedit qd ab humanitate videtur alienũ foeminas, & masculos diuerso iure cõseri, vt in. l. maximũ. ibi. *Quæ enim differentias inducunt: quasi nature accusatores existunt* C. de lib. præter. vel ex hære. His tamen nõ obstantibus cõtraria sententia est verissima. * Moueor primo quoniam hæc lex, vt ex eius serie patet loquitur de dotibus; vr in petitione, ibi: *Las dotes que se dieren no pueden ser mas, que la legitima que le vendria a la d. tada:* dos autem, & dotari, proprium est foeminarum, nõ masculorum, vt tradit, Soci. conf. 57. num. 1. lib. 2. Curti. iunior, in Authen. res quæ, nu. 18. vers. vltimo circa hoc. C. com. de leg. Bened. c. Raynuntius. verb. dotem. nu. 11. de testam. l. 1. ff. solu. matrimo. Imò: si dos viro datur, cõsetur donata eius mulieri, ad eò mulierum proprium est dotari. l. 1. §. extraneum. C. de rei. vxor. actio. Socin. d. conf. 57. num. 2. lib. 2.
- 2** Rursus probatur ex illis verbis *A ningu- na de sus hijas* & ibi: *Por via de casamiento d:*
- 3**
- 4**

hija, & ibi, La dotada. De filiabus lex loquitur, appellatione autem filiarum, non veniunt filij. l. Si ita scriptum. ff. de leg. 2. gl. in. l. 1. ff. de verbo. signifi. gl. §. fin. Instit. qui dare. tutor. post. Ias. in. l. si quis id quod. num. 24. ff. de iurisd. & omni. iudic. glo. in Clem. Attẽdentes. de statu. monachorum. DD. in. d. l. si ita scriptum. ff. de leg. 2. licet aliàs masculinum concipiat foeminum, vt in. l. pronuntiatio. ff. de verbor. signifi. ca. DD. in. l. si quis id quòd. ff. de iurisd. omni. iudic. Alexand. conf. 29. num. 10. lib. 3. & conf. 134. lib. 6. copiosè Tiraquel. de retractu linagier. §. 1. glof. 9. num. 178. Et huius opinionis videtur esse Auendanius d. tractatu de exequen. mandatis. c. 14. nu. 10. vers. neque quod possit.

5 Rursus nuptiæ foeminae, & nuptiæ masculi. diuerso iure censentur, vt per Boer. decisi. 130. num. 14. per Afflict. constitutione Neapolitana de adiutorijs exigendis. lib. 3. num. 21. Vbi legimus, valallos teneri iuuare dominos, cum filias locant, non cum filios, quoniam cum locat filiam, dat dotem, cum vero filium, accipit dotem. Ita, & hic, pater, cum nuptias filij celebrat, nihil tenetur ei dare propter nuptias saltem de consuetudine, iam cõm. donatio propter nuptias consuetudine abolita est, glof. in Authen. xqualitas. C. de pact. conuen. Bald. in Authen. dos data. C. de dona. ante nup. & ibi Ang. & Sali. glof. in Authen. de xquali doti. §. 1. Paris. cõf. 126. nu. 6. lib. 1. Corras. in. l. qui liberos. nu. 137. ff. de ritu. nupt. Imò masculus ditiozem nuptijs reddit patri em: (saltem de iure cõmuni) cum dotem, & eius fructus patri deferantur, donec emancipet filium. l. 1. & 2. C. de bon. quæ lib. Bal. Ang. Roman. & Alex. in. l. si cum dotem. §. trãsgrediamur. ff. solu. matrimo. Boer. deci. 199. col. fin.

6 Rursus masculis cõseruantibus patris agnationem, plurimum honoris debetur, & xquum est melioris conditionis esse quam filias, quæ in alienam familiam inseruntur, qua ratione tot statuta laudata legimus, etiam si foeminas stantibus masculis excludant. Postremò in masculino matrimonij ratione meliorato, deficiunt omnes rationes adductæ in cõfirmationem huius legis: capite secundo num. 24. in foemina enim id eò dos nimia prohibetur, ne marito dote ferox insultet, masculus autem etiã si foeminam subigat, sibiq; obedientem esse velit, facit quòd naturalè est, cum

E vic

De non meliorandis

7 vir caput si vxoris, de quare dixi. cap. 2. * Vltimo nota initium huius legis. *Atentos los daños que se han seguido de las dotes excessiuas.* Certe secundum cōmunem vsū loquendi nescio quomodo possit quis conijcere, legem hanc de masculis loqui. Præsertim quòd rarissimè pater filio vxorem ducenti tantum tribuit quantum filix, idcò verosimilimum est legem hanc de masculis non intellexisse sed de fœminarum dotibus, vt expressè, & d'fertè lex declarat. ibi: *Por via de dote ni casamiento de hija.*

8 Sed quæstionis est, an neptis ex masculo, eodem iure censeatur quo masculus ex fœmina, an scilicet dotis ratione meliorari possit ab auo, sicut pater masculus. Ad explicationem huius quæstionis, subijcere primo oportet an hæc lex habeat locum in auo dote neptem, cum enim lex sit correctoria, videtur restringenda, & cum loquatur de filiabus, non videtur extendenda ad neptes, nam in omni dispositione inspiciendus est communis vsus loquendi. l. labeo. ff. de supplec. lega. l. liberorum. §. quod tamen Cassius. ff. de legat. 3. l. cum delationis. §. asinam molendi nariam. de fundo. instruc. c. ex literis de sponsal. aliter autem filios, aliter nepotes appellamus. l. quòd si nepotes. ff. de testam. tut. §. pen. & fin. insti. qui dari. tuto. poss. & re vera licet hic locus (an appellatione filij veniat nepos) generaliter definiri non possit, illud tamen verum est, nepotes non venire ex vi vocabuli appellatione filij, sed ex interpretatione, si sit iusta, & rationi consona. l. iusta. ff. de verbor. significat. glo. in clement. 1. in verbo, liberi. de Bapti. Anton. in. c. ad extirpadas. de filiis præsbite. Bar. in. l. liberorū. col. 1. in vlti. oppositione. ff. de verbor. significat. & iterum col. 4. vers. secundo principaliter. Alberic. in tractatu. statutorum in. 2. par. quæst. 107. Bald. in. l. filium in. 2. notabili. ff. de his qui sunt sui vel alieni. iuris. Salicet. in. l. 2. in. 2. 1. 9. C. de iure emphyteo. Florian. in. l. 1. ff. de fide instrum. Abb. c. 2. de verbo. significat. Lucas de Poena. l. 3. col. 3. C. de tyroni. lib. 12. Corn. conf. 182. col. 3. vers. sexto videtur. lib. 2. Molin. ad Alexand. conf. 1. num. 12. lib. 1. & ibi Alexand. num. 12. Bar. l. Gallus, §. instituens. ff. de libe. & posthumis. Alexand. conf. 9. per totum lib. 1. Sec. l. cum vir. col. 1. ff. de conditio. & demōstra. & conf. 152. lib. 1. Deci. conf. 445. Gozadin. conf. 36. Curti. iunior. l. venia.

col. 3. vers. ex ista communi. C. de in sus vocan. Cum ergo hæc lex correctoria sit, videtur ad auum non extendenda, & per consequens neque ad neptes, loquitur enim de filiabus, vt apparet ibi: *A ninguna de sus hijas.* * In statutis autem, & legibus correctorijs, & generaliter in dispositionibus restringendis, nepotes non veniunt appellatione filij, vt per Bart. in. l. liberorum. ff. de verbo. signi. Alexand. Imol. & Ias. in. l. Gallus. §. instituēs. ff. de libe. & posthum. cum alijs supra citatis. nu. 8.

9 Rursus cum hæc lex excludat fœminas; ne matrimonij ratione meliorentur, certè exclusio debet solum seruari in personis specialiter nominatis, autore Casfan. qui alios citat in consuetudinibus Burgund. rubr. 7. §. 1. 2. num. 1. 1. ergo cum hæc lex solum nominet filias, videtur non excludere neptes, & cum ex. l. 17. & 22. Tauri, neptis matrimonij ratione meliorari possint ab auo, vt cuitetur legum correctio, vt æquum, & prudens est. Postremò hæc res definiri videtur, nam licet mulier secundo nubens non possit vltra certam summam marito in dotem dare, vt in. l. hac ædictali. C. de secund. nupt. tamen in fauorem filiorum nasciturorum, vltra illam summam marito dare potest, autore Bald. l. vna. num. 6. C. de inoffi. dotibus. Deci. conf. 246. col. 1. num. 3. Bald. d. l. hac ædictali, col. 4. vers. denuo formatur, & conf. 22. lib. 5. Sic licet hæc lex, vetet vltra certam summam filix dotem dare, non extendetur ad neptem, sed tantum circa ipsas filias prohibitio consistet, & seruabitur, & quòd hæc lex non sit practicanda in dote neptis docet Tellius Ferdinandus. l. 17. Taur.

11 His tamen non obstantibus, auus neptēstantibus alijs, vel filiabus neptibus, vel nepotibus meliorare dotis ratione non potest. Moueot quoniam cum auus propriam, à se genitam educatam, ac dilectam filiam meliorare non possit, multo minus neptem filiam alienam meliorare poterit, & cum affectus paternus certis terminis sit circumscripctus, etiam auus eisdem terminis concludendus videtur. Rursus cum pater ipse filiam suam meliorare non possit; cur auus possit? Rursus neptis non debet esse melioris conditionis quam mater, in cuius locum succedit. l. si viua matre. C. de bonis mater. Curtior senior, conf. 44. col. 1. 1. vers. ad secundum. Mater

Mater autem dotis ratione meliorari non potest, igitur neque filia. Præterea hoc speciatim prebatur, in l. hac ædificati, in principio, versiculo *Quam obseruationem*. C. de secund. nupt. vbi præfinitio dotis seruanda est, in persona aui, & auix proau, & proauix sicut in persona patris, vel matris, & nihil expressius videtur posse reperiri quoniã ibi, præscribitur certa summa dotis quam excedere non licet. Facit. l. in quibus, & l. si quis prioris. C. de secund. nupt.

12 Præterea hæc opinio nominatim probari videtur, ex Paul. consil. 448. col. 1. lib. 2. Vbi docet statutum prohibens aliquem donare quia habet filios, seruandum in habente nepotes, quod Tiraquel. refert in. l. si vnquam verbo *Filios non habens*. num. 11. versic. his autem. C. de reuocand. donat. Lex autem ista prodita est fauore aliorum filiorum, quibus legitima debetur siue masculi sint, siue foemina, vt docui supra cap. 2. num. 23. & 29. & cap. 6. num. 5. sed an hæc lex seruanda quando nullus extat masculus. igitur eius dispositio seruanda non solum in filiabus, sed etiam in neptibus, siue dotans filios habeat, siue nepotes vtriusq; enim legitima debetur.

13 His accedit quod magna auctoritate scribunt doctissimi viri, quod si filia excludatur à successione patris, etiam nepotes ex ea censentur exclusi, quia eadem ratio versatur in auo quæ in patre, quia auus demonstratur nomine patris. l. iusta. ff. de verbor. significat. & licet lex loquatur in patre, vel matre, mens legis viget in auo, & auia, scilicet, vt agnationum salua sit dignitas. l. ab omnibus. ff. de legat. 1. ita Ioan. Andr. in aditio. Speculi. titul. de successione. ab intestato. in rubrica. vbi refert Iacobum Arenam in quæst. *Statutum est quod consuetudo, docentem, quod si statutum permittit fratrem repellere sororem, à successione patris, illam congruentè dotando, idem erit in auo, cui ab intestato succedunt nepos, & neptis, nam inspecta ratione statuti, idem seruandum in nepotibus quod in filiis. Quod Alexand. latius exequitur. consil. 134. animaduersis diligenter, num. 1. cum seqq. col. 2. lib. 6. Bart. in. l. liberorum, versic. his præmissis. ff. de verbor. significat. Bald. in. l. maximum vitium. versic. item facit. C. de liber. præterit. vel ex hæredi. & in. l. quod verò. ff. de legib. Bar. in. l. 2. §. fin. ff. ad Tertul. Anchar.*

in rep. c. canonum statuta. de constitu. Alexand. consil. 36. num. 10. & consil. 89. num. 14. lib. 6. nam ratio statuti est attendenda, & vbi ratio obtinet. ibi debet obtinere consuetudo. vt per Doctores. l. 1. C. quæ sit longa consue. Sic Bald. in. l. scimus in fine princip. versic. septimo quæ ro. C. de inoffi. testamen. scribit, quod si ex statuto frater possit repellere sororem dotando eam, idem seruabitur: si auus decedat relicta nepte ex filia, quod probat Alexand. consil. 134. num. 4. versic. si ergo. & consil. 36. num. 10. & consil. 89. num. 14. lib. 6. Sic statutum faciens mentionem de matre extenditur ad auiam, etiam si sit contrarius commune, autore Bart. in. l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. Bald. in. l. quod verò. ff. de legib. & in. l. Non senius. ff. de neg. gest. & in. l. illam. C. de collat. Angel. consil. 389. & in. l. de quibus. ff. de legib. Alexand. consil. 134. num. 5. lib. 6. nam masculinum cœcipit foeminum etiam in odiosis. vbi odium est rationale. l. si quis id quod, & ibi late Ias. & DD. ff. de iurisdic. omni. iudic. Dianus & Bart. in. l. 1. ff. de verbor. significat. Alberi. Soci. & Pau. in. d. l. si quis id quod glos. in. l. 1. C. de rapto. virg. glo. in. l. quisquis. in verbo *mixtus*. C. ad leg. Iul. mar. ges. glo. in. l. si constant. §. vltimo. ff. solur. matrim. glo. in. l. si quis in tantam. in glo. magna. C. vnde vi. quam ibi probant Alberic. Bart. & Bald. Curti. senior. post Fulgo. in rep. l. si quis maior. colum. 2. & 3. C. de transact. copiose. Tiraquel. de retractu. l. i. nag. §. 1. glo. 9. num. 211. cum sequentib.

14 * Sic ergo licet hæc lex solum præscribat ne filix dotis ratione melioreneur, idem seruandum est in neptibus cum vtroq; ratio sit eadem, etiam si auis careat liberis, & solum habeat nepotes, vel neptes non enim nepotes ex filiis deterioris debent esse conditionis, quam ipsi filij, vt in. l. maximum vitium. versic. fancimus. C. de liber. præte. vel ex hæred. vbi notant Bald. Paul. & Corne.

15 His congruit quod ratio huius legis est, ne ceteri filij, vel filix quibus hæc redivas paterna debetur, minorem portionem accipiant si paternæ facultates dotibus in modicis exhauriantur, vt iam sæpius repetitum est: præcipue cap. 2. num. 2. hæc autem ratio magis quadrat quando nepris immodicè dotatur in præiudicium ipsorum filiorum, cū enim filiam propriam immodicè dotare nõ possit, cur neptem possit?

De non meliorandis

De iure autem communi quando extensio de filio, ad neptem est iusta, lex loquens de filio, vel filia extenditur ad nepotem, vel neptem. l. iusta. ff. de verbor. significat. glos. in. §. fin. in verbo appellatur, Instit. qui testamen. tuto. dari poss. l. liberorum. §. sed & Papinianus. ff. de verbor. significat. glos. in. §. cum igitur, in verbo. filiorum, in Authen. de non eligen. secundo. nubentes. Bald. in. l. maximum vitium, col. 2. C. de liber. præter. vel ex hæred. Ancharran. in rep. c. 1. charta vltima versic. accedant hic, de constitu. Cepola. causarum ciuiliu, consi. 7. Antoni. in. c. ad extirpandas. de filijs, presbyte. Bart. in. l. liberorum. col. 1. in vltima oppositione. ff. de verbor. significat. Moline. ad Alexan. consi. 1. num. 12. lib. 1. & ibi Alexan.

- 15 Rursus huic opinioni suffragantur verba legis generalia, ibi *Mandamos que ninguno pueda*, Ergo neque pater, neque mater, neque auus, neque auia. His cõsonat quod inter alias rationes huius legis, eam protulimus. c. 2. num. 25. & sequentib. quod pater cogitur dotare filiam, & quod hæc obligatio oportet certis finibus circumscribi, ne cupiditate locandi filiam, vel iudicis imperio, cogatur ~~tantam~~ dotem assignare, vt melioratio dotis nomine fiat in præiudicium cæterorum liberorum quibus legitima debetur. * Hæc autem ratio etiam quadrat in auo, nam auus paternus cogitur dotare neptem, si filius non habet vnde eam dotet. l. dedit dotem. ff. de collatio. bonorum. l. Et idco. ff. de in rem verso. ita Bald. in Authen. res quæ, num. 12. & ibi Paul. & Iaso. num. 32. C. cõmu. de leg. Roman. & Alexand. num. 19. in. l. 1. ff. solu. matrimo. & ibi Bart. & Ias. nu. 26. & 27. Bal. & Salicet. in. l. fin. C. de dotis, promiss. Bart. in. l. non quemadmodum. ff. de liber. agnosce. Iaso. in. §. fuerat, num. 93. Insti. de actio. & est communis secun. Ripam. l. 1. nu. 74. ff. soliu. matri. Aretin. consi. 17. col. 9. vers. verio ad quartum. Alexand. consi. 8. num. 8. lib. 3. & consi. 138. num. 3. lib. 5. Corrafi. in rep. qui liberos, nu. 105. ff. de ritu nupt. Alexand. consi. 117. num. 6. lib. 6. Curti. senior consi. 27. col. 7. Barba. consi. 80. col. 4. lib. 3. Soci. consi. 33. num. 16. lib. tertio, vbi dicit communem à qua recedendum non est, Salicet. in. l. filius familias si in id. ff. ad Macedo. A ditio decisionis Tholosang. 290. Lup. c. per vestras. §. 27. 3. notabi. num. 1. de donatio. inter vir. & vxor.

- vbi hæc dicit esse opinionem cõmunẽ Bal. consi. 323. lib. 3. Curti. senior consi. 27. col. 7. Curti. iunior. in Auth. res quæ. nu. 16. C. cõmu. de lega. Bosqueus de nupt. lib. 5. nu. 23. Nouel. de dot. 6. par. priuil. 16. col. 1. Regia. l. 8. tit. 1. part. 4. vbi dicit auum paternum teneri neptẽ dotare, nisi neptis ipsa habeat substantiam ex qua se dotet, quod est notandum, quoniam de iure communi ex Soci. sententiã. l. 1. nu. 47. & 48. ff. solu. matrimo. auus paternus tenetur dotare neptem etiam si ipsa diues sit. * Quod etiam Grego. opinatur esse verum de iure communi. glo. 4. in. d. l. 8. tit. 1. part. 4. ex Bar. & Ang. quos citat in. l. 1. ff. solu. matrim. Sed certè neque Bart. neque Ang. tale quicquam scripserunt, & de iure cõmuni verius est, quod si neptis habeat vnde se dotet auus non tenetur eam dotare, quod optima ratione ructur, Ioan. Lupus in. c. per vestras. 3. notab. §. 27. num. 1. de dona. inter virum, & vxor. quoniam cum auus iuxta cõmunem supra relatam, non cogatur dotare neptem, si eius pater habeat vnde illam dotet. idem sentiendum quando ipsamet neptis habet vnde se dotet, nam auus tenetur dotare neptem propter filiũ, d. l. dedit dotem. ff. de collat. bonor. vnde si filium habeat, cessat obligatio patris propter filium obligati, sicut cessat obligatio fideiussoris præ sente, & diuite reo principali, vt tradunt. DD. in locis supra citatis. Ergo cum auus obligatus sit propter filiũ, & filius sufficiens liberet patrem, idem sentiendum si neptis sufficiat, cui minus debetur quam filio eius patri, qui eam præcedit iuxta iura vulgaria. Neq; quẽquam legi, qui doceat auum de iure communi teneri dotare neptem diuitem.
- 18 ¶ Forsam mouit Gregorium dist. l. 8. glos. 4. quod dici solet auum maternum non cogi dotare neptem, nisi neptis sit inops, & ipse habeat, vt per Doctores in locis supra citatis, & per Benedict. c. Raynuntius verbo dotem, num. 68. de testament. per Ias. in Authen. res quæ, num. 32. C. cõmun. de legat. & ibi Curti. iunior, nu. 15. per Bosqueus. de nupt. lib. 5. num. 23. per Nouel. de dot. 6. part. priuil. 16. col. 2. Vnde, vt sit differẽtia inter auum paternum, & maternum, videtur auum paternũ teneri dotare etiam diuitem; maternũ nõ nisi inopem. Sed cõsiderare debuit mediũ esse inter diuitias, & paupertatem. Rursus moueri potuit, ex eo quod dicit. d. l. dedit dotem

dotem. ff. de collat. bono, quod necessitas qua cogitur pater, filiam dotare extenditur ad auum, unde sicut pater tenetur dotare filiam diuitem, vt docui supra cap. 2. num. 25. & 26. l. fin. C. de dotis promissis. idem videtur dicendum in auo. * Sed certe pater ex sua persona tenetur dotare filiam, auus verò non ex sua persona, sed ex persona filij, obligatio enim est principaliter in filio, secundario in auo, vnde si filius, idè que pater habeat, vnde dotet filiã cessat obligatio aui, iuxta cõmunẽ supra relatã, itaque non est omninò eadem obligatio aui, quæ patris, nec per omnia equi- parantur.

20 ¶ Argumenta autem prolata per Socin. d. l. 1. num. 47. & 48. ff. solu. matrim. scilicet quòd. l. fin. C. de dot. promissis. loquitur: non solum in filio, & filia sed in progenie, & quòd verbum progenies comprehendit neptes, vt in. l. fin. C. de natura. libe. certè illa lex dum dicit officium esse paternum dotem dare pro sua progenie, regulam generalẽ ponit, non tamen ea generalitas operatur, vt lex intelligatur vltra casum peculiarem in quo disponit scilicet de filio, & filia, & ita omnes. DD. communiter docent quòd si filius idemq; pater habeat vnde dotet neptem, auus non tenetur neptem dotare, hæc est communis, à qua Socin. sibi contrarius dixit non recedendum conf. 3. num. 16. lib. 3.

21 ¶ Rursus illud ipsum dispositum in. d. l. fin. scilicet quòd pater cogitur dotare filiam diuitem durissimum est, & nisi ea lege diffinitusset; plures aliter iudicarent, vt dixi. cap. 2. num. 25. & 26. idè ad neptem extendere non oportet. Illud tamen non omiserim, obligationem aui ad dotandum neptem, hodie (vt quibusdam placet) cessare, quoniam cum ex lege regia Tauri. 47. filia efficiatur sui iuris per matrimonium: filia eademque neptis ex ea non est in potestate aui. Quamuis enim nepotes sint in auorum potestate, vt in. l. nepotes. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. & in. l. pater filium. ff. de adopt. & in. §. 1. & §. pen. Insti. quib. modis. ius. patriæ potestatis soluitur, hæc tamen locum non habet quando ante natum, seu progenitum nepotè, filius est emancipatus. §. pen. Insti. quib. modi. ius patriæ potestatis solui. vnde. cù filius cõtracto matrimonio liberetur, à patria potestate iure regio, ex. d. l. 47. Tauri, certe nepotes ex eo nati nõ sunt in potesta-

te aui, quod nominatim docuit gl. l. §. ti. §. par. 6. Vnde Lupus in rep. c. per vestras. §. 27. nu. 1. vers. sed caue. & vers. sed ego. de donatio inter vir. & vxor. scribit q. l. 8. tit. 1. par. 4. quæ dicitur auum cogi dotare, intelligitur si habet neptem in potestate, vt patet ibi: *El aguelo de parte de padre que viue- re su nieta en poder, tenudo es de la dotar*, & de habente liberos in potestate, loquitur. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. Vnde cù hodie nepotes vel neptes non sint in aui, potestate, credit auum etiã paternũ non cogi dotare neptẽ etiam inopem, (vt eruditè, & cordate docuit), dicit dato maiori otio attentius cogitandum, neq; enim, vt quidam solent rem temerè definiunt.

22 ¶ Hæc opinio confirmari potest, quoniam de iure cõmuni, cù filius per nuptias non efficeretur sui iuris, vt in. l. 1. §. fin. & §. si nupta. ff. de iniuri. l. 2. §. quòd si in patris. ff. solu. matrim. pater in eius substãtia, & etiã in dote vsumfructũ habebat. l. si cum dotẽ. §. transgrediamur. & ibi Bald. Paul. Rom. & Alexan. col. 2. & 13. ff. solu. matrim. l. as. conf. 198. lib. 2. Boeri. decis. 199. Vnde cum pater haberet vsumfructum, certe si filius: filias progignebat, pater idemq; auus tenebatur eas dotare, vt in. d. l. dedit dotem, nisi filio s̄permisset; administrationẽ, & fructus bonorũ aduentitiorũ, quod glos. significat, in. d. l. 8. tit. 1. par. 4. quia tunc cum filius habeat ea, pater idemq; auus non tenetur. Sed occurrit Gregor. in. d. l. 8. titu. 1. par. 4. glos. 4. & dicit: quicquid Lupus scripserit in. c. per vestras etiam hodie stãte. l. 47. Tauri. auus paternus cogitur dotare neptem, neque aliter rem ratione, vel auctoritate probat.

23 ¶ Ego in eam partẽ procliuior sum, vt etiã hodie teneatur auus paternus neptẽ dotare: ¶ Moueor quoniã obligatio dotandi nõ oritur ex patria potestate, vt in. l. si. C. de dotis promissione vbi filiũ, vel filiã emancipatos, pater dote, vel donatione propter nuptias ornare tenetur, cum ergo auus teneatur dotare propter filium, certe filius idemq; pater etiam emancipatam dotare tenetur, neq; ius patriæ potestatis consideratur sic, & frater qui non habet sororem in potestate, cogitur eam dotare. vt per Bart. & Alex. l. 1. ff. solu. matrim. & dicam in fr. c. 1. 2.

24 ¶ Rursus, & hoc me magis mouet, emancipatio inducta ex matrimonio, nõ operatur in his quæ filio damnosa, & detrimentosa sunt, autore Roderico. l. si. tit. De los pleitos.

De non meliorandis

- num. 23. lib. 1. fori Gomezii Arius. l. 47. Tauri. Pyrrhus in consuetudinibus Aurelianiensibus tit. de societate inter virum, & vxor. col. 2. Bosqueus in tractatu de nuptijs lib. 2. nu. 31. Ergo licet filius sit extra patriam potestatem, ex matrimonio, non ideo minus eius pater non videtur cogendus ad dotandum neptem filiam suam, alias sibi damnosum esset fieri sui iuris. Quoniam tamen in hoc ultimo, variant eruditorum sententiæ, an scilicet censeatur emancipatus etiam in damnosis, cõtra enim sentit Castellus, & Antonius Gomezii Christianæ integritatis senex optimus in. d. l. 47. Tauri.
- 25 ¶ Rursus hæc obligatio dotandi neptem, ex affectu naturali oriri videtur. l. qui liberos. ff. de ritu nup. d. l. fin. C. de dotis promiss. l. dedit dotem. ff. de colla. bonorũ. Hic autem affectus, & amor non intermittitur, neque interruptitur, ex eo quòd lex regia soluat patriam potestatem, ex matrimonio, patria enim potestas moribus non natura introducta est. §. 1. instit. de patria potestate, & naturalis affectus nõ tollitur emancipatione. glo. Faber. Plat. & Angel. in. §. in testam. Instit. de testam. Pro prima tamen opinione facit quòd scripsit Socin. l. 2. §. quòd si in patris num. 14. ff. solut. matrim. quòd licet pater teneatur secundo dotare filiam, non tenetur si filia sit emancipata, sed contra sentit Boeri. decis. 131. nu. 6. & dicam infra. c. 16. Certe dos succedit loco legitimæ quã natura ipsa videtur deferre filiis. l. scripto. ff. vnde libe.
- ¶ Neque obstat si quis dicat iniquum esse, auum qui filio bona aduentitia restituit, cogi eius filiam dotare, cum filius ipse fructu dotis, & rerum aduentitiarum redditibus fruatur. Sed huic satisfacit communis opinio, quæ auum liberat ab obligatione dotandi neptem, si filius habeat vnde eã dotet, vt supra dixi nu. 16.
- 26 ¶ Postremò hanc opinionem asserit communis affectu, & lex naturæ, neque enim auus minus curat (vel curare debet) honorem neptis, quã ipse filius, cumq; pro patre habeatur, & appellatione patris rectè secundum naturam veniat: certe prudens equũ, & naturali ratione conueniens videtur, vt si neq; filius, neq; neptis habeant bona, & ipse locuples sit, cogatur eam dotare & charitatem in proprium sanguinẽ exercere. Auos enim patres, & teneriori quidẽ affectu appellamus. Rursus illi nepotes, vel neptes filiorum dulci nomine compellant, quod & apud Hebræos usurpatũ fuisse indicat beatus Matthæus. c. 1. qui sanctum CHRITI Euangelium exordians. Liber (inquit) generationis IESV CHRISTI filij Dauid, filij Abraham.
- ¶ Certè, frater sororem in potestate non habet, tamen lex cogit eam, sororem dotare, volens naturæ legem, & affectum inanem non esse, vt per Bart. & Alexand. l. 1. ff. solut. matrimo. & dicam infra cap. 12.
- De fratre dotante sororem.
- 27 ¶ Hoc mihi equius iurique, & naturæ magis consonum videtur, omissis verborum argutijs, & sophisticis nugamētis optimo viro qui veritatem ipsam sectari vult prorsus ommittendis. * Redeũdo ad quæstionem quòd hæc lex seruanda in dote data ab auo, probatur quia filius tenetur eam computare in sua legitima: quia in dubio propter eum data censeatur. Bal. in Auth. ex testamento. C. de colla. Cinus. l. scimus in. §. quæstione. C. de inoffi. testam. Deci. conf. 81. Alexand. conf. 31. num. 4. lib. 3. Bertrand. conf. 73. col. 4. lib. 1. Alciat. de præsum. regula. 1. præsumpt. 17. Rip. nu. 95. & omnes in. l. in quartam. ff. ad leg. falc. Alex. conf. 24. lib. 1. & Deci. conf. 81. & neptis ipsa; cum succedit ex persona patris imputat sibi data in dotem, vt per Alexand. d. conf. 24. lib. 1. Ripa. l. 1. num. 75. ff. sol. matrimo. Paul. l. si alienam. ff. de dona. caus. mor. Quæ generaliter intelligo restringenda, vt per Doctores in. d. l. in quartam. per Parisi. conf. 60. nu. 46. lib. 2. Item neptis imputat dotem matris, vt per Deci. & Alexand. in. l. illam. C. de colla. ergo si excedit vtraque dos, rescanda est. Et de hac imputatione vide Roderi. l. quoniam in. 4. limitatione num. 11. versi. sed superest quæstio. C. de inof. testam.
- 29 ¶ Sed, vt ad id, vnde digressi sumus reuertamur meminisse oportet, quod si nepres ex filio, vel filia prædefunctis plures sint, non solum non poterunt dotis ratione meliorari, verum neque summam hic præfinitam consequi. Quid enim si habeo sex filios, & filias, & ex filia præmortua sex neptes certè nulli earũ præstanda est summa in hac lege præfinita, quoniam impossibile ferè esset non oriri meliorationem, & inæqualitatẽ inter filios, quod hæc lex prohibitum voluit. Quare omnibus neptibus tantum dotis ratione dari potest, quantum

tum ipsi matri prædefunctæ legitimæ ratione pertinet, seruata hac lege. Cum enim admittantur ex persona matris ad facultates aui, non debent amplius habere quam esset matris legitima, si superstes esset.

30 ¶ Quid tamen si filia prædefuncta dotem acceperat à patre, qui demum dotat neptem ex ea, an sit facienda coaceruatio summarum vtriusq; dotis, vt videamus an summa præfinita in hac lege excedatur. Aequidem si vtraq; dos iuncta: magnam summam efficiant, ita quòd stante vtraq; dote, oriatur melioratio in præiudicium cæterorum filiorum, vel neptum, rescabitur, ex dispositione legis, & ex argumētis quibus supra num. 16. & 26. probaui legem hanc ab auo seruandam esse, & quia neptis adfert in collationem datum matri. vt in l. quoniam nouela. C. de inoffi. testam. latè Deci. in l. illam num. 26. & ibi Alexan. & DD. C. de colla. in collatione autem rescabitur, quod nimiū est. Item probo, quia nepti datum à matre, & contemplatione matris datum videtur, Campe. de dote, quest. 10. ergo si excedit rescandum tanquam si à matre datum esset. Facit etiam. l. pen. §. pen. ff. si quid in fraud. patroni, & quòd tradit Bald. l. 1. col. 7. versic. vltimo queritur. C. de iure fisci. Si tamē dotes datæ matri, & nepti, nō excedant legitimam debitam filię, & nepti ex persona matris, & tunc etiam si excedatur summa hic præfinita facta computatione vtriusq; dotis, certe dotis datio valebit. Sūma enim hic præfinita intelligitur de vna dote, non de duabus, & de dote data vni non duabus, vt patet ibi. *Pueda dar a cada vna de sus hijas.* Nota illa verba, *A cada vna.*

31 ¶ Rursus probatur quoniam hæc lex prohibet dotē excedere summā hic præfinitā, dos autem data filię non excessit præfinitionem, ergo non est improbanda, & idem in dote neptis. Quauis autem vtraq; dos iuncta excedat præfinitionem legis, nihil aduersus eā fit, quia duę dotes sunt, & lex singulas dotes præfinit. Deinde neptis dotem; matri datam, non habet ex causa dotis, sed tanquam hæres matris, iuxta glo. l. dos à patre. ff. solu. matrimo. DD. l. post dotem. ff. eod. titu. lex autem tantum præfinit, quid iure dotis dandum, non quid iure hæreditatis possidendum.

32 ¶ His accedit quòd coaceruatio faciendā non est quando ex ea nascitur nullitas actus: vt per. DD. in l. si idem, cum eodem.

ff. de iurisdic. omni. iudic. quòd si hic admittimus summarum coaceruationem impeditur dos neptis. Et iuxta hanc distinctionē intellige quod in simili scribit Ias. conf. 88. col. 2. versic. nihil etiam adiuuat lib. 1. Quid tamen si auus aliquid legauit nepti ad nuptias? an si legatum iunctum cum dote quam pater postea dat, excedat: rescandum sit, & certe non quia aliunde habet vide infra. c. 1. ver. his ita, nu. 48.

33 ¶ His ita definitis, quid iudicandum in nepte ex masculo, an meliorari poterit dotis ratione? videtur posse, quia pater potest, quia masculus, & si statutum excludat feminas propter masculos, certè femina ex masculo non repellitur, (vt aliquorum opinio est) scilicet Bald. l. vna, col. fin. C. de in ius. vocan. Paul. l. fin. C. de suis & legitimi. hæredi. Anchar. in c. 1. versic. his igitur de constitu. Corn. conf. 96. col. fin. lib. 3. Areti. §. ius autem ciuile. col. fin. de iure natur. genti. & ciuili. Soci. conf. 122. col. 2. lib. 5. & est communis si credimus Iaso. l. qui exceptionem col. 1. ff. de cond. indebi. Sed contra sentiunt Alexan. Deci. Fulgo. Curti iunior. & ipse Iason in d. l. vna. Georgius Natan. in tractatu de statuto excludente feminas positū, in c. quāuis pactum de pact. lib. 6. in. 7. quest. 2. quest. principalis, & hæc secūda opinio videtur verior, sed ego nihil definitio, tantum sentio neptem etiam ex masculo non posse dotis nomine meliorari ab auo, quoniam cum proprias filias non possit, cur possit neptem, argumento. l. si viua matre. C. de bonis mater.

¶ Deinde hic melioratio dotis ratione prohibetur, dos autem nepti data dos est, per omnia, vt l. dedit dotem. ff. de colla. bono. Curti iunior in Auren. res que. num. 18. versic. vltimo circa hoc. C. commu. de lega. cum alijs supra citatis ergo cum dos sit, dotis ratione nō est admittēda melioratio. Rursus femina ex masculo quāuis sit ex linea virili, certè vir non est, iuxta glo. Aretin. Alexand. & Ias. in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. ff. de liber. & posthu. cum ergo vir non sit, non est quòd quis obijciat. masculum ratione matrimonij meliorari posse, hic enim deficit qualitas masculinitatis, hac autem deficiente aliter iudicandum in filia ex masculo quam in ipso masculo, ita Alberi. Salicet. & Angel. l. 1. C. de adul. Ioan. Andr. in rubrica de successio. ab intestato, col. 3. versic. similem questionem

De non meliorandis

Areti. l. Gallus. §. & quid si tantum col. 10. ff. de libe. & posth. Soci. conf. 116. col. 6. lib. 1. Iaf. l. venia. col. 2. C. de in ius voca. Deci. conf. 309. col. 1. Facit, quod notatur in. l. fin. C. de natu. libe. latè Tiraq. de primoge. quæst. 40. nu. 50. & 51.

34 ¶ Postremo hic concurrunt mens, & verba legis, loquitur enim de dote? & hic dos est? loquitur de fœminis? hic fœmina est? loquitur de refecandis immodicis dotibus? & hic quoque necessarium? cautum vult legitimæ aliorum liberorum, ne minuatur ratione dotis? hæc eadem cautio necessaria? Vltimò faciunt tot argumenta supra producta. Doctores enim cum disputant an neptis ex masculo excludatur per statutum excludens fœminas stantibus masculis, præcipuè respiciunt agnationem, & familiaritatem, ut infra dicam, lex autem ista aliorum fratrum legitimæ cautum voluit, & dotes certis finibus præfinire, & morum pestem refecare, & ad partitionem homines reuocare, quare alia hic inuenienda ratio.

35 ¶ Reliquum est videre, an supposito quod masculus matrimonij ratione meliorari potest, ut supra dixi ex num. 6. an hoc seruandum sit, etiam si masculus sit nepos ex filia fœmina. Dubium facit, quod si fœmina excluditur stantibus masculis, certè filius fœminæ, etiam si masculus sit, videtur exclusus, quod post Ricardum docuit Ioan. And. in additio Specul. in rub. de testamen. col. vltimâ. Bal. in l. 2. C. de successio. 2. d. to. Alexand. Aretin. Soci. & Iaf. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liber. & posthu. & ibi Paul. versi. si quis dixisset. idem Paul. & Iaf. in l. maritus. C. de procurat. Matefilan. sing. 120. Guido Papæ decisi. Delphinasi. 133. Cardina. Alexan. in arbore consanguinitatis, col. 12. Deci. c. in præsentia. col. 18. versi in eadem glôf. de proba. Bertran. conf. 54. num. 4. lib. 1.

36 ¶ Nepos enim ex filia licet veniat appellatione liberorum, non tamen venit appellatione masculorum, ut per Bal. in additio. Specul. tit. de locato. §. nunc aliqua versic. 146. Bald. & Salicet. in Authen. si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccles. Bald. l. 2. C. de succe. edict. Corne. l. 1. col. 4. C. de condi. inser. latè Ruben. qui distinguit. c. 2. 2. & consil. 128. Tiraquel. de primogenijs. quæst. 13. num. 8. & 9.

¶ Et id generale est, ut si vna persona prohibeatur succedere: videantur prohibiti

descendentes ex ea. Bald. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. Bald. Angel. Fulgo. & Paul. in Lillam. C. de colla. Raph. Comensis consil. 117. Alex. consil. 80. col. 4. versi. item si statutum lib. 1. Capra. consil. 1. col. 3. versi. sed his non obstantibus. Corn. c. 21. col. 1. lib. 1. Deci. conf. 85. in fine.

37 ¶ Ergo cum fœmina ex hac lege non possit meliorari, à patre, ratione matrimonij, videtur idem dicendum in filio fœminæ. Sed cõtraria sententia apud me, & verior est, & probabilior, quoniam ut supra dictum est, num. 3. lex ista loquitur de dotibus, & de filiabus dotatis, verbum autem dos non quadrat nisi fœminis, ut per Socin. d. conf. 57. num. 1. lib. 2. l. 1. ff. solu. matrimo. Item verbum *filiabus* non quadrat masculis, ut in l. si ita scriptum sit, filiabus ff. de leg. 2. glo. l. 1. ff. de verbo. signifi. cum alijs supra citatis.

38 ¶ Masculus autem ex filia, licet sit de linea fœmenina masculus est, & quod ei matrimonij ratione datur non dicitur dos, & verè in eo deficiunt mens, & verba legis. Non obstant adducta in contrarium, non enim hæc lex simpliciter prohibet filias meliorari, sed tantum ratione matrimonij, extra causam matrimonij, & id quidè per contractum inter viuos melioratio prohibita nõ est, ut docui supra. c. 2. & infra dicam.

39 ¶ Rursus non obstat quod exclusa per statutum filia: masculi ex ea censentur exclusi, quoniam. DD. loquuntur in statutis proditis ad conseruandam agnationem, & cum masculi ex fœmina, patris non matris familiam sequantur, eruditi excludunt filios fœminæ, haud aliter quam ipsam fœminam. Hæc autem ratio deficit in nostro casu, non enim hæc lex favore conseruandæ agnationis est prodita, filia enim à nulla parte legitime excluditur, neque pater ei minus debitor est quam cæteris filijs, neque rursus meliorari prohibetur extra causam dotis, quod iam sæpius est repetitum supra cap. 2.

40 ¶ Quid tamen si tempore matrimonij pater dat magnam summam & gener vel filia acceptent eam pro filij suis nascituris? an talis melioratio dotis causa valeat vide infra suo loco.

41 ¶ Sed quid si pater, neque filios neque filias habet, tantum habet nepotes, & neptes, an idem in eis seruandum quod si filij essent? certè idem mihi seruandum videtur dum tamen iudex ante omnia inspiciat, an omnes

omnes sint nepotes ex eodem filio, an vero ex diuersis filiis, vel filiabus, semper enim tantum iure legitime ad nepotes pertinet quantum ad patrem, vel matrem, cuius personam representat, ut in §. cum autem. Instit. de hæred. quæ ab intesta. deferuntur. Unde, si excedatur legitima pertinet ad matrem, vel patrem prædefunctos, etiã si non excedatur summa hic præfixita, dotis præstatio non valebit, quoniã tunc demum summa præfixita dari potest, quando melioratio non resultat, ut docui supra cap. 3.

¶ Si tamen nepotes, & neptes omnes ex eodem, & unico patre, vel matre sunt, auus in dotibus constituendis huius legis decretum seruabit, quoniam viget eadem ratio quæ inter filios: quoniam nepotibus nullis extantibus liberis omnia aucta substantia debetur, excepta quinta parte, iuxta iura vulgaria. Et Doctores legem loquentem de exclusione filiarum, extendunt ad neptes, ut supra late probaui, scribit Alexan. conf. 134. nu. 1. col. 2. lib. 6. Bar. l. liberorum. ff. de verbor. signif. Alex. conf. 36. nu. 10. & conf. 89. nu. 14. lib. 6. cum alijs citatis supra nu. 13. vers. his accedit quod magna auctoritate.

S V M M A.

- 1 Primogenium oppulentum habens, neq; præter bona ipsius primogenij, alia bona, an possit dotis ratione filias meliorare.
Primogenij successor fratribus legitimam primogenij ratione an assignare teneatur.
Et an teneatur dare alimenta.
- 2 Matrimonium est iuris publici, & num. 14.
- 3 Bona restitutioni subiecta ratione dotis alienari possunt, & num. 4. extenditur, ut procedat etiam pro restituenda dote, & num. 5. si dote detur postquam bona prohibita sunt alienari, & num. 6. ut procedat contra testatoris expressam alienationis prohibitionem.
Auctoris sententia circa hoc, & num. 9. & 13.
- 7 Componitur distinctione contra omnes: contra viam opinionem tenentes.
- 8 Grauumen de legitima reijcitur, & ibi. Intellectus. l. 11. tit. 4. part. 6.
- 9 Filio, etiam si ultra legitimam relinquatur: onus tamen debet reijci de legitima, & ibi. Intellectus. l. 27. Tauri.

Grauumen in tertia stantibus pluribus filiis bene potest apponi ne alienentur pro dote. Cum Couarruua.

- 11 Intellectus. l. scimus. §. cum autem. C. de inoffic. testam.
- 12 Tritauius primogenij institutor, qui ab nepotem non cognouit, an pro dote filia, vel pro arri uxori dandis alienare possit res ad primogenium pertinentes. Et an teneatur ipse, & abauus dotare, vide nu. 37. & 40.
- 13 Iuri communi stabilita efficaciora existimantur.
- 14 Bona restitutioni subiecta non solum pro dote alienantur, verum etiam ex eis dos constituitur ultra legitimam: si non sint alia ex quibus dos constituatur iuxta dignitatem, & modum personis congruum.
- 15 Nobilium filiarum opulentiùs dotanda sunt, quàm ignobilium Contrarium nu. 18.
Extende, ut si nobilis habeat aliquid male acquisitum, quod necessario pauperibus est erogandum, possit id filiabus dotis rationi dare.
- 16 Quinta bonorum pars, quæ filiis stirpibus relinquatur ex lege regia, si non sufficiant ad alimenta, an sit plus relinquendum, & vide nu. 30. & ibi. Intellectus ad l. 10. Tauri quæ habetur. l. 8. tit. 8. lib. 5. recepil.
- 17 Filia à patre detata non potest conueniri de tenuitate dote, non habet locum, quando dos est maxime tenuis.
- 19 Pater non potest minuere, neq; vendere possessiones ad primogenium pertinentes.
- 20 Dos succedit loco legitime.
- 21 Habens facultates restitutioni subiectas: debet ex fructibus dotare filias, & nu. sequenti.
- 22 Pater inops non tenetur dotare filiam.
- 24 Fideicommissum, & prohibitio alienationis imposita à patre filia, quæ nubere vult, & se dotare mor tuo patre: fideicommissarius probare tenetur fuisse alia bona, ut rescindatur dotis constitutio.
Legitima, autem & Trebellianica consumpta à filia, nihil ex alienari prohibitis accipere potest.
- 25 Auth. res quæ, in quantum permittit se dotare ultra legitimam, correctæ est per legem istam. Et

Differen-

De non meliorandis

Differentia inter d. Auth. res qua, & nostram legem notatur.

- 26 *Arre au possit dari ultra legitimam: de bonis alienari prohibitis.*
- 27 *Hodie pater donationem propter nuptias filio assignare non tenetur.*
- 28 *Auth. res qua, hodie practicitur circa arras.*
- 29 *Aui obligatio dotandi neptem tunc cessat cum filius cui fideicommissum est inuictum filiam habeat, in qua practicananda est dict. Auth. res qua.*
- 31 *Spurijs alimenta ita debentur, non aliter quam creditori deb. rum, ac ita si quintum non sufficiat ad alimenta potest pater in plus quam in quintum liberalitatem exercere.*
- 32 *Alimenta filiorum, & alimeta filiarum, quibus dos par legitima, ad vitam non sufficit, an metiantur dignitate, vel necessitate, & nu. 23.*
- 34 *Dos magis debetur, quam alimenta, & nu. 35.*
- 36 *Dos filia data, etiam bona restitutioni subiecta alienare potest, & in ea solum tenet grauumen, quatenus dos est ultra legitimam.*
- Dos danda est ultra legitimam;*
- 38 *Intellectus Authen. de restitur. & ea que parit. s. quam ob rem, & l. mulier. s. cum proponeretur. ff. ad Trebel.*

1 *An hac lex seruanda sit in filiabus nobilium habentiu primogenia alienari prohibita, ita quod si non possint filias meliorare dos non sufficiet ad alimenta filia, & an filio spurio ultra quintam bonorum partem dari possit si quinta alimētis non sufficit.*

2

3

Cap. VIII.

I **R** VRSVS Quæro quid, si aliquis primigenium habet opulentum, neque præter ea alia bona, vel forsam pauca an possit filias dotis ratione meliorare. Videtur posse, nam cum primogenium subiectum sit restitutioni: alienari non potest,

ac rursus ex eo filia nil consequetur stante fratre ad quem primogenij iure res omnis in solidum pertinet, vt in l. 4. Tauri. Non enim successor primogenij legitimam primogenij ratione, fratribus assignare tenetur; autore Petro Iacolo. tit. de successione regni. Franciæ. col. 4. in paruis. versic. sed quid dum decessit glc. in. c. licet. de voto, & ibi Innocen. Hostiensis, & Cardinal. Florentinus, & Abb. col. 2. versic. in gl. si. Paul. conf. 179. col. 2. lib. 1. Guido confil. 140. Tiraquel. de primogenijs. quæst. 5. Ruber, conf. 34. col. 3. versic. & si iterum dicatur. Licet alimenta eis dare teneatur, vt per Guidonem conf. 131. Lauden. de primogenitura. q. 5. Abb. conf. 72. Guido decision. 476. Socin. conf. 47. col. 2. lib. 3. Franchus in rubr. de testam. charta antepen. versic. 25. lib. 6. Iacobinus in. l. cum antiquioribus. col. fi. q. 8. C. de iure deliber. Ioan. Andr. in Regu. sine culpa. de reg. iur. lib. 6. & nouissimi Ludou. Molin. ingenij acumine Laudandus. lib. 2. de Hispan. primog. c. 15. nu. 43. & seq. Cū ergo filia ex subitātia primogenij nil consequatur, & ex eo nihil ad eam pertineat, videtur eius parentem posse eam meliorare: saltim ex fructibus, & redditibus primogenij, qui inter fratres æqualiter diuidi possunt, autore Alberic. in suo indice in verbo feudum versic. item quæro pulchrā. col. 2. & ibi ratio diuersitatis, vbi citat Raynerium. Et plures alios citat Tiraq. de primog. q. 4. nu. 52. * His cōgruit, quod si hoc non fiat, filia nobilium (qui, vt plurimum possidēt primogenia,) matrimonia locari non poterunt, saltim honestè, matrimonia autem ad publicam vtilitatem spectare censentur, vt in l. 1. ff. de lect. matr. & matrimonia inter impares cōtracta, & ratione inopiæ, infelicia sunt, regnante inter coniuges discordia, similitudo enim gignit benevolentiam; dissimilitudo odium, non ergo credendum est legislatorem aduersus publicam vtilitatem sanxisse.

3 **H**is accedit quod bona restitutioni subiecta, alienari possunt ad dotandum filiam, vel ipsam personam quæ grauata est, ita expresse probatur in Authen. res qua. C. commun. de leg. & ibi notant Bart. Bald. Paul. Salt. Fuig. & Ia. ext. l. mulier. §. cū proponeretur. ff. ad Trebel. & ibi Paul. & Doctores, Alexan. conf. 33. nu. 4. lib. 3. & conf. 3. nu. 7. lib. 3. & conf. 67. nu. 4. lib. 4. Curt. senior conf. 27. col. 6. Paris. conf. 63. nu.

num. 3. lib. 2. Gozadin conf. 93. num. 10. Rubeus conf. 78. Corrafi. in rep. l. qui liberos. nu. 89. ff. de ritu nup. Boer. decif. 130. num. 12. Socin. conf. 23. lib. 3. Salic. in. l. voluntas. C. de fideicom. Rodericus. l. quoniam. in declaratione legis regie in. 2. limitatione. nu. 20. vers. ex quibus infertur ad questionem quotidianam. Nouel. de dote par. 6. priuileg. 13. Gratus conf. 17. Rubeus conf. 124. Lupus in rubr. de donat. inter virum & vxor. §. 13. nu. 1. & §. 14. num. 1. & §. 15. num. 1. melius: vbi loquitur de bonis maioratus. Belon. conf. 83. num. 3. & adductis ab Anton. Menes. in Authen. res quæ. nu. 46. & 118. C. comun. de lega. Castillo expressi. in. l. 40. Tau. nu. 22. Felus Fernan. in. l. 20. Tauri. nu. 14. qui pluribus allegatis, plene disputat nunquid aliena debita ex fructibus substantiæ possessoris, salua proprietate deducenda, sit, & Molina remissiuè de Hispan. primog. lib. 2. c. 17. num. 21.

4 ¶ Neq; solum pro dote, vel donatione propter nuptias, sed etiam pro restituenda dote alienari, & obligari possunt, bona restitutioni subiecta, Bal. Ang. Salic. & Ias. in d. Authen. res quæ. Alex. consil. 67. nu. 4. lib. 4. Bar. in Auth. de restitutione, & ea quæ parit, communis omnium, autore Belon. d. conf. 83. num. 4. Gozadin. conf. 97. nu. 10. Rubeus. conf. 78. Deci. conf. 376.

5 * Etiam si dos detur postquam bona prohibita sunt alienari, & restitutioni subiecta, alias enim non verificantur verba Authen. res quæ, quæ dicit, bona subiecta restitutioni posse alienari pro dote, ita Anna conf. 61. Socin. conf. 23. col. 1. lib. 3. Gozadin. conf. 97. num. 3. communis autore Decio. conf. 376. Curt. iunior. conf. 59. nu. 2. Belon. conf. 83. num. 5. Alex. consil. 67. nu. 4. lib. 4. reprobata opinione Angel. in Auth. de restitutione, & ea quæ parit, col. pen. Ias. in Auth. res quæ, & conf. 231. nu. 3. lib. 2. qui contra senserunt. Quod admittitur etiam si alienatio expressè prohibita sit, auctore Ias. post alios in. d. Authen. res quæ, nu. 24. Gozadin. conf. 97. num. 9. Bart. in. l. filius familias. §. diui. col. 2. in. 2. q. ff. de lega. 1. quem omnes ibi sequuntur, & est communis, autore Croto, ibi num. 50. Loazes, num. 341. Alexan. conf. 56. lib. 1. Dec. conf. 519. Curt. senior conf. 27. in. 2. q. col. 6. & 7. Rodericus. d. l. quoniam in. 2. limitatione legis regie, nu. 10. & 11. vers. ex quibus infertur. C. de inof. testam. Lu-

pus qui loquitur etiam in bonis maioratus alienari prohibitis, in rubr. de donat. inter virum & vxor. §. 16. incip. ex istis potest inferri, nu. 6. & 8. versic. Sed propter ista, & communem testatur Belon. conf. 83. num. 5. versic. si quidem respodetur. Socin. regula. 11. fallent. 1. * Quinimo idem admittendum etiã si testator expressè prohibuerit alienari pro dote, vt per Ias. dicit. Authen. res quæ. col. fin. limitat. 13. C. comun. de lega. Belon. d. conf. 83. nu. 6. Paul. conf. 8. lib. 1. Guido decif. 96. Boer. decif. 129. nu. 5. licet contra sentiat Alex. conf. 59. nu. 3. lib. 1. & dubium videtur Grato. conf. 17. num. 21. & affirmat Rodericus in repetit. l. quoniam. d. 2. limitatione, nu. 11. qui dicit, quod hoc casu indubitabile est rem subiectam restitutioni alienari non posse pro dote. Loazes. §. diui. num. 360. Couatr. variar. lib. 3. c. 6. num. 10. versic. ceterum. Lupus. d. rubr. §. 16. num. 11. Idem probat Croto. d. l. filius. §. diui. nu. 59. Ripa. num. 75. Ias. nu. 96. ff. de legat. 1. * Cum quibus ego quoq; sentio, ratio enim qua filia alienat: pro dote, restitutioni subiecta, est præsumpta voluntas testatoris, volentis pudicitiam filie illibitam seruare, vt in. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. & in Auth. de restitutione, & ea quæ parit. §. quam ob rem in fin. in verb. præsumptione, notat Paul. in. d. l. mulier. §. cū proponeretur, col. 1. & 2. ff. ad Trebel. dd. in Authen. res quæ. C. comun. de legat. Paul. ibi, num. 10. Curt. nu. 13. Deci. conf. 376. num. 2. Præsumimus enim testatorẽ idem facturum, vel permissurum fuisse. Croto in. d. §. diui. num. 49. num. 59. cum de iure si viueret dotaret filiam, & hanc rationem significat. d. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. Corrafi. in rep. l. qui liberos. num. 170. ff. de ritu nupt. nam præsumitur velle filios facere quod ipse si viueret facturus esset, vt in. l. cum seruus. & c. sic. nam quæ ipse viuus. ff. de condi. & demonstrat. cum autem expressè dixerit se nolle etiam ex causa dotis alienari, in claris non est locus coniecturis. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3.

8 ¶ Et vt liquidius quid sentiam explicem, distinguo, aut enim pater vnica habebat filiam, aut plures, etsi habebat vnica, & ei ultra legitimam dedit quantum, vt post eius mortem veniret ad aliquem nepotem tam legitima, quam quod amplius ei legauit, & tunc cum censeatur meliorata in eo, quod

De non meliorandis

quòd excedit legitimam iuxta. l. 26. Tauri. pater poterit apponere quodcūque gra-
uamen voluerit scilicet, vt non ali. nec
etiam in causam dotis: vt in. l. 27. Tauri,
quod expendit Crotus dist. §. diui. nu. §. 9.
dicens omne grauamē posse apponi filio,
cui relinquitur, vltra legitimam, & quòd
idco prohiberi poterit, ne alienet ratione
dotis. Sed hic scrupulum facit quòd cum fi-
lia sit vnica, iure regio omnes paternæ fa-
cultates ei ratione legitimæ debentur, vnde
non posse grauari contendunt, Anton.
in. l. 17. num. 19. & Lupus in. l. 27. nu. 23.
Tauri, & alij quos nominatim citabo in-
fra cap. seq. a num. 8. & 9. sed certè si pa-
ter ei reliquit quintam partem liberalita-
tem in eam confert, cum possit iure regio
eam dare extraneo, vt dixi supra cap. 1.
nu. 17. vnde videtur posse grauari, in quin-
ta. l. ab eo. C. de fideicom. vide quæ dicam
in loco supra citato.

9 **R**ursus est alius scrupulus, quòd licet fi-
lio relinquitur vltra legitimam onus
reijcitur de legitima, quòd in dote proba-
tur. l. si. §. filia. ff. de leg. 2. ibi Dinus. Bar. &
Paul. Rodericus. l. quoniam in. 6. ampliat.
C. de inof. testa. & dicam infra cap. nono,
ex nu. 19. & hic nu. 10. l. scimus. §. cum au-
tem. & ibi Bald. Fulg. & Ias. C. de inoffic.
testam. vnde videtur quòd licet nomina-
tim prohibeat alienationem ex causa do-
tis, certè quoad legitimam grauamen non
valet: quòd pro grauissimi ingenij sui præ-
stantia sensisse videtur Socin. consil. 288.
nu. 15. vers. sed cum reuerentia, lib. 2. vbi
citatur Salic. Rursus in eo quòd excedit legi-
timam (scilicet quintum) facit scrupulum
l. 11. tit. 4. par. 6. vbi, licet filio relinquitur
vltra legitimam, non potest etiam in eo,
quòd legitimam excedit apponi conditio
casualis, vel mixta, & si apponatur non te-
net, & nihilominus filius dotum quòd ex-
cedit consequitur, quam leg. cum conatur,
rationi conformare Roder. in repet. l. quon-
iam, in. 2. amplia. per totam. C. de inoffic.
testam. cui suas opes coniunxit nouissimè
Grego. in commento eius legis, ac vix quic-
quam vcrisimilè quòd quadret verbis leg-
is adducere possunt. Sed nõ arbitrator eam
legem voluisse vetare, ne filio substitutio
fieri possit, in eo quòd accipit vltra legiti-
mam, cū manifestissimi iuris sit filium ac-
cepta legitima extraneum iudicari, quoad
ceteras patris facultates, vt in. l. par. titibus.
C. de inof. testa. notat Crotus in. d. §. diui.

nu. §. 9. Abb. conf. 111. ad finem lib. 2. A y-
mon. conf. 142. col. 2. Soc. cõf. 127. nu. 24.
lib. 3. Dec. conf. 254. nu. 2. & posse ei fieri
substitutionem decernitur in. d. l. 27. Tau-
ri. solum loquitur illa lex Partitæ de filio
instituto, vltra legitimam sub conditione
casuali, vel mixta, nõ de filio cui substitu-
tio fit: non enim fas est dubitare quin fieri
possit.

10 **R**ursus quòd attinet ad. l. scimus. §. cum
autem, tator onus reijci de legitima etiã
si filio vltra legitimam relinquitur, & quòd
consequatur residuū, præsertim si non ha-
beat coheredem, vt hic, quo casu non expe-
ctatur conditionis euentus. Imol. d. §. cum
autem. Xuar. l. quoniam. 6. ampliatione in
princ. si tamen cū relinquitur, vltra legiti-
mā: pater dicat meliorem filij in tertia par-
te meæ substantiæ sub conditione, vt, &
tertia, & legitima iure primogenij perue-
niant ad posteres meos (& si sint plures fi-
lij) non dubito quin si conditioni non ste-
tur melioratio ad melioratum non perti-
neat, vt in. d. l. 27. nam. §. cū autem. loquitur
quando simpliciter relinquitur filio, per
viam substitutionis vltra legitimam: non
quando speciatim requiritur aliquid fieri,
vt consequatur quòd legitimam excedit, &
stantibus pluribus filiis benè potest in ter-
tia apponi grauamen ne alienetur pro do-
te, autore Couar. variarū resolut. l. b. 3. c. 6.
vers. ceterū ad finem, vbi concludit quòd
si grauata debetur legitima, non potest ap-
poni grauamen ne alienet pro dote.

II **P**ostremò casus. d. §. cum autem alienif-
simus est ab hoc nostro, filius enim, ibi,
nulla in re instituebatur, sed extraneus, &
substituebatur tantum filius, & id in quo
substituebatur excedebat legitimam, qua-
re ne filius famæ percat, præcipitur vt sibi
confestim tradatur legitima, ac rursus, vt
substitutionis ius sit incolume quoad re-
siduū excedens legitimam. Itaq; si condi-
tio non apponeretur in melioratione, scili-
cet, vt eam consequatur si consentiat gra-
uamen in legitima, res erit clara propter
communem intellectum. d. §. cum autem.
Et facit quòd pater tenetur dotare filiam,
vt docui supra c. 2. nu. 25. & 26. & sic pro-
hibitio de non alienando (si aliter nubere
non possit) non valet in legitima, præser-
tim in vnica ex defectu potestatis, & in
hoc casu loquitur Ias. in. d. Auth. res quæ,
col. f. Belon. d. conf. 83. nu. 10. Paul. d. cõf.
80. lib. 1. quòd etiam si dicat ne alienetur
ratione

ut. c. 9. in u.
sup. quæ. l. 3.
p. d. 9. 11. nu. 19

ratione dotis non valet prohibitio. Meo tamen iudicio amittet quod exc. dit legitimam, scilicet quintum, quia cessat presumpcio in qua se fundat Auth. res quæ, cum testator dixerit ne dotis etiam ratione alienaretur sub pœna amissionis. Restat secū dus casus (scilicet) quando pater plures habeat filios, vel filias, & tunc si nominatim videret alienari ex causa dotis, vel donationis propter nuptias, seruabo extra legitimam, scilicet in tertia & quinta, & ita videtur intelligendum quod Guido, & Ias. scripserunt, & quod excedit amittetur, si cōditionaliter datū sit, vt supra dixi. nu. 8.

12. ¶ Hæc intelligenda sunt, quando illa quæ dat dotem, vel ille qui dat arras, erant filij, vel nepotes testatoris, vt per Lupum in rubr. de donat. §. 16. num. 14. versic. pater, nam pater necessario tenetur filiam dotare, & filio dare donationem propter nuptias, quid tamen si sit ab nepos quem tritauus institutor primogenij non cognouit, an hic pro dote filix, vel pro arris vxori dandis alienare possit res ad primogenium pertinentes, & si testator expressè prohibuit ne dotis, vel arrarum nomine, alienarentur seruandum omninò est, cum enim possessor primogenij, qui forsam est ab nepos, eo viuente natus nō fuerit, neq; prognatus, certè ei tritauus institutor primogenij, neque legitimam, neque dotem debebat, cum in rerum natura nondum esset, & idcō cessat argumentum, quod cum sit debitor dotis non potest prohibere alienationem ratione dotis, quod sensisse videtur Lupus in rub. d. §. 16. num. 14. versic. pater.

13. ¶ Item, cum dixerit, ne alienentur ratione dotis: cessat tacita voluntas, qua progenitores mortui censentur velle, vt descendentes in matrimonium sortiantur, etiam si primogenij res alienentur, ne deficiat soboles, quia eorum memoria propagetur in terris. Si tamen non expressisset ne res dotis ratione alienentur, stabo legis iudicio, quæ presumit hoc casu testatorem voluisse alienari fauore liberorum, vt notant omnes in d. Authen. res quæ, per text. ibi in verbo *liberis*, quod posteros significat, vt in l. liberorum. ff. de verb. sign. Paul. in l. mulier. §. cū proponeretur. ff. ad Trebel. Socin. reg. 1. fallen. 3. & nescio an hæc distinctionem senserit Rodericus. in dict. declaratione. d. nu. 10. vers. ex quibus inferitur. dum distinguit, an maioria sit à pa-

tre, vel ab ato. Nouel. de dote. 6. part. priuileg. 13. Sic Bald. in Authen. res quæ, in lectura antiqua, & ibi Corne. col. 1. dicunt illum text. intelligendum de descendentibus conceptis viuo testatore. Sed id non placet. Curt. num. 18. versic. retenta, nam solum considerandum an testator si viueret tunc teneretur, sed ego Bald. sequor.

¶ Reduendo ad propositam quæstionem, ita dotis causa fauorabilis visa est, vt non solum restitutioni subiecta in dotem dari possint, verum etiam semel data non redeunt ad fideicommissarium, vel primogenij successorem, quinimò potest apponi pactum de lucranda dote data ex re subiecta restitutioni, ita Paul. in Authen. res quæ. col. 2. & ibi gloss. & Ias. & Curtius nu. 50. Socin. conf. 23. lib. 3. Belon. cont. 83. col. 2. Lupus in rubr. de donat. §. 13. nu. 1. & 2. vbi latè quod bona fœudalia, vel emphiteotica dari possunt in dotem, sic gloss. in l. 10. tit. 26. part. 4. litera. L. col. 5. versic. quid autem si rex dedit: scribit, quod si ex regia facultate possessor primogenij, dotet filiam, de re ad primogenium pertinente, certè etiam si post dotans fiat diues: non tenetur refundere rem acceptam, nec aliam sufficere. Eruditiones enim cū vident rixam inter Doctores, an si ex contractu prohibita sit alienatio, an possit alienari ex causa dotis, & an si fructus sufficiant, vel legitima, & Trebelianica sit alienata an admittenda Auth. res quæ, vt per Gratum, conf. 17. consulunt amicis, vt à Principe facultatem alienandi pro dote, vel arris impetrent, quæ facillè videtur cōcedenda cum sit menti iuris conformis nisi expressè testator prohibuisset alienationem pro dote, & id iure communi scilicet per viam tertij, & quinti, & non ex rescripto. Principis faceret, efficaciora enim sunt, quæ iure cōmuni valent. vide Couar. variarum lib. 3. cap. 6. col. pen.

14. ¶ Postremò quod ad propositam quæstionem magis accedit, res subiectæ restitutioni, non solum pro dote alienantur, verum etiam ex eis dos constituitur, vltra legitimam, si non sint alia ex quibus dos constituitur iuxta dignitatem, & modum personæ congruū tex. in Auth. res quæ. C. commu. de lega. ecce expressè definitum, vltra legitimam dari ex bonis restitutioni subiectis, & ibi notant omnes. DD. præsertim Salic. Fulg. & Ias. cum alijs, Belon. d. & conf. 83.

De non meliorandis

nu. 9. Boeri. decis. 130. nu. 12. Favor enim nuptiarum consecutus publicus, & privato præferendus, ut expresse definitur in hac specie in Auth. de restitutione, & ea quæ parit. §. quam ob rem. prope finem.

15 ¶ Ultimo æquum est nobilium filias opulentiùs dotari quam filias ignobilium, ut latissimè scribitur in innumeris locis per Bart. in l. si diuortio. ff. de verbor. obligat. per Doctores in l. si voluntate. C. de dotis promiss. per Ias. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Imò filix nobiliùs maiori indigent dote secundum Bal. in l. quæ ro. ff. de iure doti. Boer. decis. 130. nu. 13. Neq; omittendum quòd scripsit Lupus in rep. c. per vestras. §. 12. vers. idè dicendum de donatio. inter virum & vxor. nu. 7. quòd si nobilis pauper habet aliqua malè acquisita, quæ deberet pauperibus erogare, potest ea filiabus in dotem dare argum. eorum quæ scribit D. Ambros. lib. 1. officio. c. 30. & habetur. c. consideranda. 86. Distinctione. Vbi legimus præcipuè subueniendum nobilibus paupertatem incurrentibus quia mēdicare erubescunt. Adducit alia quæ (ne prolixior sim) omitto. Cum ergo dare possit filiabus aliena cur propria non poterit, quò restitutioni subiecte sint?

16 ¶ His accedit, quòd si seruamus dispositionem huius legis, & filix eorum qui primo genia possident non meliorentur dotis ratione, plerumque dos non sufficiet alende dotatæ. de iure autem etiam si lex regia præfinit ne filijs spurij plus relinqui possit, quam quinta pars bonorù, ut in l. 10. Tauri: id nullatenus seruandum, si non sufficit ad alimentum, ut pro sua prudentia, & Christiana æquitate docuit vir optimus, & doctissimus Præses Didacus Couarruias, in Epitome, super. 4. in. 2. par. c. 8. §. 6. num. 4. versic. quarto deducitur citat Lupum in repet. c. per vestras. 3. notabili. §. 24. nu. 7. & 10. glo. l. 22. tit. 3. lib. 1. ordina. col. 4. Sic proprius ad dotem scripsit Socin. conf. 100. nu. 11. versic. & quatenus lib. 3. quòd si dos alende filix, non sufficit poterit filia supplementum petere etiam si aliàs non possit.

17 ¶ Eiusdem farinae est, quòd licet communis opinio esse videatur, ut filia à patre dotata non possit conqueri de tenuitate dotis, (lex enim plurimum tribuit amori paterno) ut per Deci. consil. 26. col. 2. Alex. conf. 33. nu. 4. lib. 4. cum alijs congestis supra capite primo num. 11. versic. & pro hac

sententia quòd pater, hoc tamen, locum non habet quando dos est maximè tenuis, ut per Socin. conf. 57. num. 28. lib. 4. Bal. l. fin. num. 4. C. de dotis promiss. Ias. cor. fil. 69. col. pen. lib. 1. Deci. conf. 180. col. 2. Ay. mon. conf. 236. num. 4. Rube. conf. 163. num. 3. Nouel. de dote. 7. par. octauo specia. li. Paris. conf. 126. nu. 14. lib. 1. cum alijs citatis supra cap. 5. versic. postremò, facit quòd filix incongrue.

18 ¶ His tamen non obstantibus contraria sententia mihi verior videtur. Moueor ex verbis legis quæ loquitur de habentibus triginta, & quadraginta aureorum millia ex redditibus annuis: ut patet ibi. *Pueda dar en dote a cada vna la renta de vn año, cõ que no pueda exceder de doze quentos, no embargante que la dicha su renta sea mas de los dichos doze quentos en qualquier cantidad.* Hi autem qui tam oppulentos redditus habent, ex eorum numero sunt quos maioratus appellamus, quorum facultates alienari prohibitz, & restitutioni subiectæ sunt, nihilominus tamen regula legis continentur, ut etiam patet ex statim sequentibus ibi.

Y mandamos que ninguno pueda dar, ni prometer tercio ni quinto por via de dote, &c. Nota illa vniuersalia verba. *Ninguno pueda.* Et illa: *Ningun cauallero, ni persona.*

¶ Rursus hæc opinio probatur quoniam lex videtur sentire, ut dos filiabus constituat ex redditibus, non autem ex substantia patris, ut patet ibi *Pueda dar la renta de vn año,* & ibi. *No embargante que la dicha su renta sea mayor.* Redditi ergo spectandi, non paterni fundi vendendi.

19 ¶ Quibus accedit quòd pater non potest minuere, neque vendere possessiones ad primogenium pertinentes, autore Alberi. in prohemio. ff. §. discipuli col. 5. Ioan. Andr. in additio. specul. tit. de feudis col. pen. Lucas Pēna. in l. 1. col. 10. in solut. 8. rationis. C. de priuil. fiscali. lib. 10. Abb. c. in tellesto col. 2. versic. de cõsuetudine. de iure iuran. prolixè Tiraquel. de primog. q. 21. Curt. senior conf. 67. col. 11. versic. & per hoc concludit. Ias. in l. nemo potest. col. 1. Ripa ibi. col. 2. ff. de leg. 1. Molinæus in cõsuetudin. Parisi. tit. 1. §. 8. glo. 3. q. 3.

20 ¶ Præterea cum dos detur loco legitima, ut per Cin. & Bald. in l. Sancimus. C. de nup. Bar. l. Titio cētum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonstr. sequitur quòd cum ex bonis adscriptis primogenio, nulla legitima debeat filibus, neque filijs,

- quòd neq; dos ex eis præstari debet. Primum scilicet quòd ex eis non debeat legitima, probatur in l. 41. Tauri, & dixi in huius capituli initio.
- 21 ¶ Rursus, quòd habens facultates restitutioni subiectas debeat ex fructibus dotare filias, probatur quoniam dispositio Athen. res quæ, non admittitur quando dos ex fructibus dari potest, vel ex alia qualibet re restitutioni non subiecta, puta ex legitima. ita Iacobus Arena. & Sali. in l. voluntas. C. de fideicommiss. Cuman. & Alexan. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. per text. ibi Angel. ibi & Roman. conf. 232. quòd intellige si fructus extant, & vide Paul. in d. §. cum proponeretur. Curt. in Athen. res quæ. nu. 49. C. commun. de leg. Ias. & alios. l. filius familias. §. diui. num. 97. ff. leg. 1. idem Ias. in d. Athen. res quæ. col. fi. & ibi Curt. nu. 15. Alex. conf. §. 6. num. 3. lib. 1. Gratus conf. 17. lib. 1. num. 21. Lupus in rubr. de dona. inter virum & vxor. §. 14. nu. 5. vbi dicit tantum alienari in subsidium, Soci. conf. 75. in princip. lib. 1. Belon. conf. 83. nu. 8. Anania conf. 61. Aret. cõf. 67. col. 2. vers. venio ad tertium, Boer. decis. 130. nu. 13.
- 22 ¶ Rursus quòd ex fructibus, filiæ dotari debeant, probatur quoniam etiam si ipsa bona ad primogeniũ pertinetia alienari nõ possunt, fructus, & alienari, & diuidi possunt, vt dixi supra in principio huius capituli.
- 23 ¶ Quid tamẽ si dos quæ dari potest ex redditibus tenuissima est, ita, vt non sufficiat alende filiæ, an tunc pater ex ipsis redditibus facta computatione quantum ratione legitimæ ad filiã pertineat ex ipsis possit eam meliorare. A Equidem ante omnia prospiciendum ne patri desint alimenta, Corne. conf. 282. col. 6. vers. nec etiam lib. 1. Aret. conf. 17. col. pen. ver. dico etiam. Pater enim inops non tenetur filiam dotare, vbi enim non sunt facultates, pater non tenetur (imò neq; potest) dotare filiam, auctore Bal. in l. fin. col. 3. C. de doti. promiss. vers. sed quid si pater nu. 10. Roman. l. 1. ff. solut. matrim. citat. l. ait pretor. §. si cum mulier, & l. fin. §. si à socero. ff. de his quæ in fraud. credi. & l. si successione. C. de reuocã. donat. scribit Ias. in §. fuerat col. 36. vers. secundo notatur. Insti de actio. Lupus cap. per vestras. 3. notab. §. 22. in constituenda tamen dote, col. 1. fol. 95. col. 4. in formis maioribus, de donatio inter virum, & vxor. Corn. conf. 282. Ripa in l. quæsi-
- tum. §. si sponsa. ff. de priuileg. cred. & dicam infra. c. 16. nu. 6. & c. 28. nu. 1. Si tamen saluis patris, & familiæ alimentis restent fructus ex redditibus, tunc si fructus qui dantur sufficiant ad alimenta, & æqui ualent honestè doti nihil amplius petere potest etiam si summa quæ datur non sit par taxationi hic scriptæ. Taxatio enim habet locũ, quando non resultat melioratio, vt supra late probaui capite tertio. Cũ enim ex redditibus solũ possit deducere legitimã, certè meliorari nõ potest si ad alimenta sufficiunt, imò si sufficiunt honestè doti, nõ potest petere totum, quòd ex fructibus ad eã pertinet ratione legitimæ, vt dixi. c. 2. & 3.
- 24 ¶ Si tamen fideicommissum, & prohibitio alienationis essent imposte, à patre filiæ quæ nubere vult, & sibi dotare mortuo patre, & tunc si ex fructibus, vel ex alijs bonis non potest se dotare habet locũ Athen. res quæ, nisi prohibita esse, alienatio ex causa dotis, vt supra dixi, ipse autem fideicommissarius probare tenetur fuisse alia bona, vt rescindatur dotis constitutio, auctore Decio conf. 519. Socin. conf. 104. in fi. lib. 3. Belon. conf. 83. num. 8. Curt. in nior. in Athen. res quæ, nu. 59. Notandum tamen quòd si filia legitimã, & Trebelianicã contempsisset nihil amplius ex alienari prohibitis accipere posset, vt late Paul. in locis citatis per Ias. in Athen. res quæ, col. fi. limitatione penultima. C. commun. de leg. Gratus conf. 17. nu. 22. lib. 1.
- 25 ¶ Rursus videtur quòd Athen. res quæ, in quantum permittit filiã se dotare, ultra legitimã, sit correctã per hanc legẽ, quoniam, vt supra dixi, nu. 6. hic ille textus procedit ex præsumpta voluntate patris: cũ autẽ pater videatur sese conformare iuri, & hæc lex veteri dotẽ, ultra legitimã, videtur quod ex defectu voluntatis filia nihil possit dare ultra legitimã, sicuti supra re iudicauimus ex voluntate testatoris si prohibeat re dotis nomine alienari. Sed nihilominus d. Athen. nomine seruanda est: nam hæc lex loquitur de dote, à patre danda, textus autem ille de filia se ipsam dotante. Item hic patre viuo, ibi patre mortuo. Item hic de melioratione, quæ fit inter viuos, ibi de dote post mortem constituta. Item hic ceteri fratres ex dote fraudabantur sua portione, ibi iam mortuo patre quisque portionem suam acceperat. Item hic de filia meliorata pro dote, & nomine

De non meliorandis

- dotis:ibi oportuit lege cōcedi, vt ex aliena ri prohibitis se dotare possent, & hoc vltimū est notandum quia Auth.res quæ, loquitur in specie aliena ab hac nostra.
- 26 ¶ Si tamen in specie Auth.res quæ.fideicōmissum iniunctum fuisset filio, & vellet constituere donationem propter nuptias, videtur hodie non licere quoniam apud nos in desuetudinē abierunt tales donationes, vt dixi supra cap. 2. & cap. 7. Sed certē in eius locum successerunt arre. vt in l. 7. titul. 1. 1. part. 4. & dixi cap. 2. Sed an arras dare possit vltra legitimam de bonis alienari prohibitis, & certē decimam bonorum partem excedere non poterit, vt in l. 1. titul. de l. arras. lib. 3. fori, quæ loquitur in ipso marito dante pro se arras, vt non possit excedere. Sed an in computatione bonorū veniant bona alienari prohibita; cum possit ea dari pro arras, vt supra docui, certē de mente Lupi, & aliorum videtur esse, vt hodie possit, sed certē durum videtur, vt fiat computatio bonorum quæ restant, vltra legitimam; dispositio enim Authen.res quæ. nititur in præsumpta voluntate testatoris, & fauore nuptiarum, & eo sculo donationes propter nuptias erant in vsu, & dos partem donationem propter nuptias depolebat, vt in Authen. æqualitas. C. de pact. conuen. Authen. dos data, & l. fin. C. de donatio. ante nupt. idēdō fr̄us videbatur non posse reperire vxorem nisi donationem propter nuptias constitueret, vt per gloss. & Abb. in c. peruenit de emptio. & vendi. Benedict. c. Raynuntius verbo, dotem. num. 29. de testa. Item pater cogebatur assignare filio donationem propter nuptias, vt in l. si. C. de dot. promiss. & dixi supra. c. 7. nu. 5. idēdō prohibendo alienationē non videbatur se posse eximere ab obligatione, neq; tollere filio ius suum; idēdō constituitur, vt filius possit restitutioni subiecta alienare pro assignanda donatione propter nupt. & hac ratione condita est Auth. res quæ. vt ibi per Paul. col. 2. Ias. col. fi. Belon. cōf. 83. num. 10.
- 27 ¶ Hodie autē pater donationē propter nuptias non tenetur assignare filio, est enim consuetudine sublata, vt per Paris. cons. 126. nu. 6. lib. 1. Corrafi. in rep. l. qui liberos. nu. 137. ff. de ritu nupt. gl. in Auth. æqualitas. C. de pact. conuen. Bal. Ang. & Sañic. in Authen. dos data. C. de dona. ante nupt. Sed hæc disputatio superflua videtur, cū legitima sit tertia pars bonorum patris, de iure communi, & sic pars decima. Sed certē hoc quadraret si esset vnicus; tūc enim assignādo legitimam pro arras plusquam decimam assignare videretur: sed certē tantæ possunt esse facultates, vt valeat plus decima bonorum prohibitorum alienari, & subiectorum restitutioni, quā legitima, præsertim si conditum sit primogenium ex facultate regia, tunc enim legitima, maximē dimittitur, & supra tertiam, & quintam restitutioni subijcere potest.
- 28 ¶ Sed certē etiam hodie practicanda circa arras Authen.res quæ. Moueor, quoniam tacita voluntas patris, qua lex præsumit eum velle, vt filia dotem, & filius donationem propter nuptias constituent: (etiam de prohibitis alienari) non solum oritur ex obligatione, sed præcipuē ex affectu, & amore. Quod probo quoniam pater non tenetur dotare filiam vltra legitimam, imō neq; vsque ad legitimam, vt docui supra capite primo, nu. 2. 3. 9. & 11. Textus autem in dict. Auth.res quæ, non solum legitimam, sed supra legitimā permittit dare de bonis alienari prohibitis. Itaq; licet hodie filio non teneatur pater assignare donationem propter nuptias, tamen verisimile est patrem velle, vt filius det spōsæ suæ arras sicuti cæteri homines omnium ordinu mfaciunt. Item Authen. res quæ, condita est fauore nuptiarum, quæ ad publicam vtilitatem spectare videntur, vt in Authen. de restitutione, & ea quæ parit. §. quam ob rem, frequentius autem contrahentur nuptiæ, si homines intelligant etiam de restitutioni subiectis arras constitui posse. Rursus. l. mulier. §. cū proponeretur. si ad Trebei. considerat votum patris, scilicet efficacem voluntatem, vt liberi matrimonio copulati beatē vitam transigant.
- 29 ¶ Si tamen filius cui fideicommissum est iniunctum, filiam haberet testatoris neptem, & certē quod tunc sit practicanda Authen.res quæ, omnes consentiunt, nisi pater haberet vnde eam dotaret, tunc enim cessaret obligatio aui etiā si viueret, vt latē docui supra cap. 7. nu. 16. & 26. & in specie Authen.res quæ, notat post alios, Iaso. ibi nu. 32. & Curtius. Si tamen bona alienari prohibita essent ab atavis, sequeretur quod supra dixi hoc ipso capite, ver sic. hæc intelligenda sunt.

¶ Memi-

30 Meminisse tamen oportet, quòd si filia non posset ex fructibus maioratus, vel ex alijs bonis restitutioni non subiectis, consequi tantam legitimam, quæ sufficeret alimentis, certè tunc admitterem meliorationem ratione dotis, & generaliter non seruabo hanc legem in casu in quo legitima etiam si integra detur, non sufficit alende filix tunc enim admittam meliorationem ex his quæ dixi supra hoc ipso capite numer. 16. versiculo his accedit quòd si seruamus. Hoc enim casu, quod exceditur: ratione alimentorum datur, & filia potius petit alimenta, quam dotem, & accipere alimenta censetur potius, quam dotem, & text. in Authen. res quæ non solum seruandum ad constituendam dotem, sed etiam ad augendam dotem paruum, ira Bald. & Paul. in dict. Authen. res quæ ibi Curtius num. 45. Et supradictis adde, quòd sicut ius Canonicum, corrigit ius ciuile, definiens spurios alendos, & ratio correctionis est, quia non conuenit charitati Christianæ homines fame perire, & idè decernit spurios alendos. vt in. c. cum haberet. in fine, de eo qui duxit in matrimonium quam pollu. per adulte. Bart. in Authen. ex cõplexu. C. de incest. nupt. cum alijs in numeris, quos ad longum cõgesit. ipsius text. in dict. c. cum habere intellectum conferens. Lara in. l. si quis à liberis. §. idem rescripti à num. 9. ff. de liber. agnoscen. ita hæc prouisio inutilis esset, si alimenta tam pauca essent, vt filius vitâ producere non posset, idè. l. 10. Tauri, quæ habetur. l. 8. tit. 8. lib. 5. recop. præfinites, ne spurio ultra quintam partem dari possit, demonstratio est, & taxatio liberalitatis paternæ, vt eam summam excedere non possit, si tamen quinta, summam tamen tenem efficeret, vt filius viuere non posset, certè quintam excedent alimenta, neque enim doctorum placita aduersus Charitatem, & verbum Dei admittenda sunt quâuis enim videatur legitimam aliorum minui, iuste minuitur.

31 Neque obstat, quòd ultra quintam omnia filijs legitimis debentur, hic enim spurius alimenta petit, haud aliter quam creditor debitum suum, & sicut debita minuit legitimam, vt in. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. testamento, ita quod ex lege pater dare tenetur minuit legitimam. Hoc enim axioma est verissimum, pater cogitur alere filios. quid si quinta

non valet aureos decem; & forsam pater ex sua industria possit alere spurium, certè ipsam æquitatem apprehendam, legis taxationem non curabo, illa enim taxatio est præfinitio, vt pater non possit in plus liberalitatem exercere, potest enim quinta valere aureorum duo millia. non tamen lex voluit, vt si quinta non sufficeret ad alimenta. ita quòd filius viuere non possit, quòd non teneatur plus dare, si enim lex tale quippiam definisset, non valeret, sicuti non valent leges ciuiles quæ filio spurio denegant alimenta. Vide Dec. in. l. iura sanguinis, num. 6. ff. de reg. iur. & ibi Cagnol. vide nouissimè ea quæ affert ampli fermone. Lara vbi proximè à nu. 59. vsq; ad nu. 66. in. d. §. idem rescripti. ad hoc, vt spurij si quinta paternæ substantiæ nõ sufficit ad alimèta an ultra id progredi liceat. Sunt qui negent hanc obligationem esse de iure naturali, idè contendunt tolli posse, certè instinctus est naturalis, sed adè infixus pectoribus hominũ, vt lex à Deo, homini imposita videatur. Quis (inquit Christus) petet à patre suo panem, & porriget lapidem, vide Claudi in. §. ius naturale insti. de iure natura genti. & ciuili.

32 Hæc autem alimenta spuriorum & alimenta filiarum, quibus dos par legitimitate ad vitam non sufficit, non metiar dignitate, sed necessitate, nam alimenta debentur, vt vitæ subueniatur. c. pasce. 86. distinct. l. necare. ff. de liber. agnos. Bal. in. l. si maritus. ff. solut. matrimo. Caslan. conf. 39. nu. 55. Lupus. c. per vestras. §. 24. num. 3. licet contra sentiat glo. in. l. nepos proculo. ff. de verbor. signif. l. 1. §. fin. insti. de actio. col. 1. Alexan. in. d. l. si maritus. Imol. l. Nensennius. §. fin. ff. de re iudica. Tiraquel. de primogen. q. 4. num. 33. Covarr. super. 4. 2. par. c. 8. §. 6. num. 7. videndus omnino præter alios, Lara vbi proximè, numer. 52. 53. & 90.

33 Licet enim aliqua species occurrere possit, in qua æquissimum sit filium spurium ali iuxta dignitatem, (quod non nego) eum pater diues, & opulentus est, tunc enim quinta assignata iure regio forsam ad splendorem sufficit, & si relinquatur iure optimo eam filius possidebit, etiam si nimium sit, vt per Covarr. dict. §. 6. nu. 8. Si tamen spurius alimenta petat à patre viuo, certè si quinta congrua alimenta excedat, non dabo spurio quintam partem alimentorũ nomine, lex enim Tauri

De non meliorandis

loquitur quando pater sponte relinquit, non tamen quando repugnat ultra congruū dare, non enim præcisse cogitur dare quin tam pro alimentis: vt expresse probatur in.l. 12. Tauri. & l. 1. tit. 6. lib. 3. fori. l. 10. tit. 8. lib. 8. recop. Pro quo facit quod ceteri pater supra cap. primo ex principio. An dos debeat pars legitime: Cū tamen lex summā præfinierit, vsque ad quā licet dare dotē, & alimenta, certē si taxatio excedenda est, rem naturæ necessitate: non dignitate metiar, argumentum enim est patrem esse inopem cum summam præfinitam, à lege det, & non sufficiat alendæ filiz.

34 ¶ Postremo cum hæc lex, dotem taxaue- rit, ne cæteri filij damnum incurrant, cer- tē maximum damnū paterentur: si quod dotis ratione dari non potest, daretur per viam alimentorum, præsertim cum dos magis debeatur quam alimenta, filij enim diuiti alimenta, non dantur tamen datur dos, vt latè per Alex. conf. 7. col. fin. lib. 2. Bal. & Ang. in. l. fi. C. de dot. promiss. Alexan. in. l. à filia nu. 4. ff. ad Trebel. Alex. conf. 169. num. 2. lib. 7. cum alijs citatis su- pra cap. 2. versi. adeò autem cogitur.

35 ¶ Itaque si dos quæ ex redditibus primogenij, vel ex rebus extra primogeniū da- tur, tam parua sit, vt non sufficiat alimen- tis, res ipsæ primogenij assignari pote- runt, iuxta tradita in Authen. res quæ, & quia licet ex rebus primogenij non debeat legitima, debentur alimenta, vt supra dixi, & nominatim in dote filiz, scribit Ti- raquel. de primogen. quæst. 62. col. fin. & dispositio Auten. res quæ, non solum ha- bet locum in dote, verum etiam, in alimen- tis secundum Bart. ibi cuius opinio est communis, secundum Curtium, ibi numer. 28. Neque obstat quòd exceditur legitima, quia hic non tanquam dotem, sed tanquam alimenta accipit, & exclusus à legitima non videtur exclusus ab alimen- tis, vt supra dixi, quanto magis filia, quæ à legitima exclusa non est.

36 ¶ Illud tamen non omiserim, quòd etiam si filia pro dote alienare possit restitutio- ni subiecta, tamen ipsa dos quæ filiz da- tur, nō potest prohiberi ne alienetur, neq; subijci restitutioni, sed liberè danda est, & solum tenet grauamen quatenus dos est, ultra legitimam. l. fin. §. filiz. ff. de lega. 2. & ibi Din. & Bar. & Paul. Din. consil. 36. col. fin. versic. mihi autem. Gomezius Arius. in. l. 27. Tauri. num. 64. Dos enim si-

ne onere danda, vt per Al ex. cōf. 33. nu. 2. lib. 4. & conf. 83. num. 3. lib. 4. Socin. conf. 288. num. 16. lib. 2. Dec. conf. 106. nu. 3. Alexa. conf. 85. lib. 2. Paul. in. l. ci. m. virū. num. 5. C. de fideicommiss. Bald. & Salic. in. l. quoniam in prioribus. per textum ibi C. de inoffic. testam. in. 2. quæst. Cin. in. l. 1. §. videam. C. de rei. vxor. actione. Imola in. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonstr. Aretin. consil. 43. & conf. 53. col. 2. versi. ista conclusio. Rodericus in. l. quoniam in. 6. ampliatione. nu. 1. versi. adde tamen vnam elegantem exten- sionem. C. de inof. testamen. las. in. l. ex tri- bus num. 7. de inof. testam. & in. l. si Titio §. sicuti nu. 10. ff. de lega. 1.

37 ¶ Circa id tamen quòd dixi supra nu. 12. versi. hæc intelligenda, quòd Authen. res quæ solum practicauda in descendantibus con- ceptis viuo testatore, iuxta sententiā Bal. & Cornei ibi, certe id mihi videtur iuri magis conforme, neque obstat quòd Curt. scribit, ibi nu. 18. quòd Authen. res quæ. so- lum considerat, an si testator eo tempore viueret, teneretur dotare abneptē natam fortassis octuaginta annis post mortem te- statoris, & quòd cū eo tempore si viueret, te- neretur eam dotare quòd Authen. res quæ practicauda etiam in ea.

38 ¶ A Equidem legi textum in Authen. de restitutione. & ea quæ parit. §. quam ob rem. vnde desumpta est Authen. res quæ. legi etiam. §. cum proponeretur. l. mulier. ff. ad Trebel. quæ sunt loca præcipua, vnde omnis hæc materia dimanat: videoq; rem triplici ratione diffiniri. Primum ex tacita voluntate patris volentis pudicitiz filiz succurri, & vt filia marito iuncta, fo- liciter, & suauiter viuat, hoc mihi signifi- cari videtur in. §. cum proponeretur. Rur- sus in. §. quam ob rem, vbi res extenditur ad donationem propter nuptias dandam à filio masculino, Imperator nuptijs dicit te velle fauere, ex quibus vtilitas publica ori- tur, ac rursus rem diffinit ex præsumpta voluntate patris. Neque aliam rationem ibi video assignari. Itaq; ratio adducta à Paulo conf. 80. lib. 1. & à Iaso col. fi. in Au- then. res quæ, & ab alijs supracitatis, quòd cum pater teneatur filij dare dotem nō po- test id impedire subijciendo rem restituti- oni, & iubendo ne alienetur, ex causa do- tis. * Certè haud quaquā id fuit causa, dice- ret textus quòd potest filia dare in dotem
vltra

ultra legitimam, si mariti dignitas, & alia quæ congruum faciunt id requirant, & addunt. DD. quòd potest dare omnes omnino res restitutioni subiectas, nam pater laud quamquam, si viueret, teneretur filię integram legitimã in dotem dare, & multominus ultra legitimam: multo etiam minus omnes facultates, itaq; text. in Auth. res quæ, non nititur in obligatione patris.

40

¶ Fatcor tamen Paul. & cæteros, id argumentum aptè direxisse, in speciem qua pater vetat res alienari etiam ratione dotis à filia indotata nō enim idco minus filia dotē capere poterit, nō enim pater ei potuit tollere dotem, sicut neq; legitimã, vt supra dixi. At extendere hoc ad pronepotes, qui abauū, vel tritauum nunquã viderunt, neq; eius seculo concepti fuerunt, mihi alienum ab omni ratione videtur, alias, & illi quoq; ex antiqui progenitoris facultatibus petere poterunt legitimam, quoniam si viueret legitimam dare teneretur, & si hoc admittimus, certe ad rem subiectam restitutioni ius habebunt, quinquaginta ab nepotes, vel abnepotes filij descendentiū testatoris, & sic possessōr maioratus, siue det dotem, siue donationem propter nuptias descendentiibus: breui nihil habebit, & cū filijs eius concurrent plures alij, qui fortassis gradus ratione maiorem portionem capere se debere dicent: quia si viueret testator dotem, & legitimam deberet. Itaque ego Ba'd. & Corneli opinionem sequor, præcipuè quòd in his qui tempore testatoris nati non fuerāt cessat affectus, & præsumpta volūtas qua. §. cum proponeretur nititur, vt in l. qui filiabus. ff. de leg. 1. & cessat obligatio. Neque aliquis obijciat quòd in l. à filia. ff. ad Trebel. probatur rem hãc definiri quia pater est obligatus; dare dotem, alius enim est casus eius legis.

S V M M A.

- 1 **D**otis ratione meliorare, an habeat locum in vnica filia tantum habenti. & nu. 3. 4. 20. 21. 22. 23. & 26.
- 2 **I**n intellectu. l. Gallus. §. quid si is, in verbo Filij ff. de liber. & posth. Verbum Filij in dispositionibus, positus, in plurali verificatur in singulari.
- 6 **M**elioratio tertia partu an habeat locum & propriè dici possit, facta vnico filio, vel

filia. & num. 7. 8. & 60.

9 **P**ater, licet non possit grauare filium in legitimis, potest tamen grauare in eo quod relinquitur supra legitimam.

Grauumen à patre impositum, putà, quod bona sint inalienabilia, & perpetuo veniant ad descendentem primogenitum: iure primogenitura, si taceat per omnem vitam, an post eius vitam bona diuidi possint inter filios grauati, & num. 10.

11 **E**t quid in filio vnico meliorato, in tertia, & quinta.

12 **E**t quid si in tertia tantum, & postea nascantur alij filij & nu. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.

13 **I**n intellectu. l. 27. l'auri.

24 **F**ilia vnica pinguis dotanda an sit, & nu. 25.

27 **P**luralis loquutio non verificatur in singulari, quod procedit si versitur diuersa ratio in plurali, quam in singulari. vt num. 29.

28 **V**erbum in quibus equippollet relatiuo Cui libet. & posito sic in plurali, verificatur in singulari.

30 **L**ex taxans summam dotis, vel alicuius rei, in fauorem consanguineorum, si non extant, potest excedi taxa.

32 **D**os data filie vnica, quæ, fortè, tanta fuit, vt tertiam, & quintam bonorum excederet, & aliquid plus, quomodo reuocetur.

33 **D**onatio etiam amplissima facta filio vnico, reuocatur vsq; ad legitimam recēs nati. & nu. 40. 41. 48. & 67. & quid in filia ratione dotis, vel donationis num. 42.

34 **O**pinio Francisci Ripæ, in hoc.

35 **I**n intellectu. l. si rotas. c. de inoffi. donatio. contra Molinæum impugnatur. num. 36. 37. 38. 60. 61. 98. & 99.

39 **G**regor. Lopez opinio, an filius vnicus dicatur propriè melioratus.

43 **O**pinio, quando res est in dubio, ea promanda est, quæ fratres ad aequalitatem reducit. & num. 32.

44 **I**n intellectu l. 9. tit. 5. lib. 3. fori.

45 **M**elioratus à patre, in tertia, & quinta parte bonorum, an iste partes saluæ maneant meliorato, & de residuo deducatur legitima, eo casu quò melioratio facta sit, eo vnico existente.

De non meliorandis

- 46 Opinio Gregorij Lopez, Bernar. Diaz & au-
toris in hoc. & num. 47.
Dispositio. l. si vnquam. C. de reuocand. donat.
an admittatur quando pater de liberis nasci-
turis cogitauit.
- 49 Quae appelletur legitima filiorum.
- 50 Tertium an sit legitima quo ad filios, & num.
53. 54. 55. & 56.
- 51 Differentia inter ius commune, & regium cir-
ca legitimam filiorum, & num. 52.
- 57 Donatio facta uxori iure Regio, an reuocetur
in totum.
- 62 Donatio facta ab extraneo, si filius posthu-
mus nascatur, donatio illa in quota per-
maneant.
- 63 Donatio dotis causa, an reuocetur in totum
ex liberorum superuenientia. & num. 64.
65. & 70.
- 66 Dos vnica filiae praestita, an reuocetur quo ad
tertiam, & num. 67.
- 68 Intellectus glossae Gregor. in. l. 8. tit. 4. par. 5.
glos. 3.
- 71 Ioã. Bernar. Diaz sententia taxatur, & nu. 72.
- 73 Opinio Molinae contra Ias. approbatur circa
reuocationem dotis amplè. & nu. 74. 75.
& 76. ex legis nostrae ratione.
- 77 Autor probat supradicta, ex argumentis eo-
rum qui dicunt tertiam partem bonorum
patris esse legitimam filiorum.
- 78 Casanae opinio circa supra dicta diuersa cen-
setur attendente lege nostrae.
- 79 Melioratio in vnico filio facta alio iure cen-
senda est, natis post modum filijs, quam non
natis.
- 83 Arra quaata debeat esse iure Regio.
- 88 Pro disposito habetur, id quod verisimiliter
testator disposuisset si de eo fuisset interro-
gatus.
- 91 Iauohiar Ias. conf. 174. lib. 4. cum Molinaeo,
& respondetur ad eum & nu. 92. & 93.
- 64 Dos vltra modum (etiã quo ad maritum) cen-
setur titulus lucratius.
- 95 Verbum, Dotata, quomodo intelligendum.

*¶ An filia vnica dotis ratione
meliorari possit, & an melio-*

*ratio reuocetur si alij liberi
post nascantur, & quatenus
reuocetur, an scilicet pro legi-
tima denuo nati, relicta ter-
tia & quinta parte filia me-
liorate, an vero in totum re-
uocetur, ita quod dotata &
deriso natus sint aequales.
Caput. I X.*

I **Q**VAERO, An dispositio huius
legis vetantis meliorationem ra-
tione dotis habeat locum in patre
habente vnica filiam. Dubium facit ge-
nerale decretum huius legis indistinctè
meliorationem vetantis, & cum quadrent
verba legis videtur quadrare eius disposi-
tio, vt in. l. 4. §. toties. ff. de damno in-
fecto.

2 **¶** Rursus probari videtur in. l. Gallus. §.
quid si is. in verbo filijs. ff. de liber. & po-
sthu. & ibi Bar. Alexand. & Iaso. col. 1. no-
tant quod verbum filijs positum in plura-
li in ea lege, verificatur in singulari scilicet
quando vnicus tantum adest filius,
& docent quod stante statuto, vt stan-
tibus masculis foeminae non succedant,
quod si adsit vnus masculus, idem iudi-
candum, quod si essent plures, quod etiam
Bald. scribit in. l. 1. C. de condi. infer. A-
lexand. in. l. qui quartam. §. vltimo. ff. de
leg. 1. Franchus in. c. si pater. colum. 27. de
testamen. in. 6. Tiraquell. latissimè in. l. si
vnquam. in verbo suscepit liberos. num.
207. C. de reuoca. donatio. Ergo illa ver-
ba: A cada vna de sus hijas. verificanda etiam
si vnica tantum adsit filia.

¶ Sic & verbum liberis positum in plura-
li, verificantur in singulari, vt in. l. 1. C. de
condi. infer. notant Alexand. & Iaso. in. d.
§. quid si is, & plures alij à Tiraquelo cita-
ti in loco supra allegato. His consonat ge-
nerale decretum huius legis. Mandamos que
ninguno pueda dar por via de dote, tercio ni
quinto.

¶ Contraria tamen sententia verior est,
eam in specie probat Gomez Arius. l. 22.
Tauri, & tenere videtur Bernardus Diaz:
eruditi ingenij Episcopus Calagurritanus,
cuius

cu ius de pietate libellum Hispanice scrip-
tū summa cum animi voluptate legi. Is
in regula. 2. 13. fallentia quarta, prope fu-
nem, supponit vnicam filiā dotis ratione
meliorari posse, idem supponit. Gregorius
in. l. 8. tit. 4. part. 5. litera. C.

¶ Rursus hæc opinio probatur ex verbis
legis ibi: *A cada una de sus hijas*. quæ verba
non admittunt eum sensum, vt practicatur
in vnica filia.

4 ¶ Præterea hæc sententia probatur, ibi
Ni se sentienda ser meiorada. Ex quibus pro-
batur legem loqui quando plures ad sunt
filij, cum enim iure Regio omnes parētū
facultates sine legitima filiorum excepta
quinta parte, manifestum est quod cum
vnica tantum adest filia, ad quam iure le-
gitimæ omnes facultates pertinent, quod
non potest verificari illud verbū *meiorada*,
non enim comparatiuum ponitur, nisi in-
ter plures hæredes, & qui plus legitima
accipit dicitur *meiorado*, cum autē omnia
sint vnice filia, non potest dici *meiorada*.

6 ¶ Deinde probatur quoniam melioratio
tertiæ partis, non habet locum quando est
unicus filius, vel filia quod quoniam apud
nos variè tractari solet hic, excutere vitium
est, res est enim cognitione digna. Si enim
unicus filius meliorari potest in tertiā, po-
terit in ea grauari. l. 27. Tauri. Si autem
melioratio non tenet quia omnia bona pa-
tris sunt legitima vnici filij, excepta quin-
ta, certe in legitima nō potest apponi gra-
uamen, vt in. l. quoniam. C. de inoffi. testa-
men. Hac in re nostri variè senserunt, nam
Castellus in. l. 1. 2. Tauri significat meliora-
tionem valere atque adeo nō reuocari etiā
si alij filij nascantur.

7 ¶ Rursus Lupus in. l. 27. Tauri, num. 23
scribit, quod ad hoc, vt possit fieri meliora-
tio tertie, requiritur vt sint plures filij,
idem Couarruias variarum resolution.
lib. 1. c. 1. col. 1. & secūda. Idem sentit An-
tonius Gomez in. l. 17. Tauri, nu. 19. Ber-
nardus Diaz, d. regula. 2. 13. fallentia quar-
ta versic. nec huic meæ sententia. ibi nec
illa minuitur. glos. in. l. 8. tit. 4. part. 5. lite-
ra. C. col. 2.

8 ¶ Mihi distinguendum videtur, aut enim
pater meliorat vnicum filium tacite, vel
expressè in tertiā, & quinta parte, aut in
tertia solum, si in tertiā, & quinta, & tunc
etiam si grauatur, grauamen tenet, quoad
quintam partem, in residuo, nō tenet, quo-
niam censetur legitima. Moueor quoniam

iure regio omnes facultates patris perti-
nēt ad filiū iure legitimæ, excepta quinta
parte, vt in. l. 7. tit. 1. 2. & l. 1. titu. 6. & l. 9.
tit. 5. lib. 3. fori & docui supra cap. primo,
num. 9. 11. & 17. quamuis enim. l. 7. lo-
quatur de habente filios, idem iudicandum,
quando vnicus tantum est filius, vt in. l. 1.
C. de condi. & infer. & l. non est sine libe-
ri. ff. de verbor. signifi. Alexand. & Ias. in
l. Gallus. 6. quid si is. ff. de lib. & posthum.
glos. & Barr. in. l. ex facto. §. si quis. ff. ad
Trebel. cum alijs citatis supra in initio hu-
ius capituli. Ergo si pater relinquat quintā
vltra legitimam, grauare filiū potest, quo-
niam liberalitatem exercet, vt in. l. ab eo.
C. de fideicom.

9 ¶ Licet autem grauare possit: quia relin-
quit plus legitima, tamen grauamen solū
tenet in eo quod relinquatur supra legiti-
mam, scilicet in quinta, vt per Rodericum
in. l. quoniam in. 10. ampliatione nu. 23
vers. primus est. C. de inoffi. testam. neque
enim sufficit relinquere vltra legitimam,
vt grauamen valeat in ipsa legitima, ita
probarur, in. l. sciuntus. 6. cum adrem. C. de
inoffi. testamen. & ibi notant omnes. DD.
Fulgo. Paul. & Iaso. Paul. in. l. 1. de con-
dit. institu. Iaso. in. l. cum ex filio. col. 3. in
3. vers. item est alia imparitas. ff. de viug.
& pupilla. Rodericus. l. quoniam in. 6. au-
pliatione & amplia. 10. d. nu. 23. vers. pri-
mus est. C. de inoffi. testamen. Notandum
tamē, quod potest esse, vt filius vnicus cui
per viam meliorationis datur tertiā, &
quinta, tacuerit per omnem vitam suā, non
reclamando aduersus grauamen, à patre
impositum in legitima: putā, quod bona
sint inalienabilia, & perpetuo veniant ad
descendentem primo genitum iure primo
geniture, & certè etiam si taceat per omnē
vitam grauamen non valet in legitima, &
bona inter filios grauati diuidi possunt, ita
definit vir grauis & cordatus Rodericus
in dict. l. quoniam in decima ampliatione.
num. 11. 2. 2. 3. & 24. & vers. ex prædi-
ctis. C. de inoffi. testamen. Tamen in eo q̄
excedit legitimam tale grauamen valet ita
Rodericus, ibi col. 17. vers. primus est quā-
do pater. Si tamen grauamen esset in quā-
titate alia ratio esse videtur, vt per Rode-
ricū. d. 10. amplia. col. 8. vers. ex prædictis.

10 ¶ Si tamen filius grauatus tacuit toto tem-
pore vite suæ, & etiam eius filij minores
nati non reclamarūt, per triginta annos
post mortem patris, aduersus dispositionē
aui,

De non meliorandis

hui, dicendo non valuisse contra patrem in legitima, & bona esse diuisibilia tunc etiam in legitima grauamen tenet argu- mento eorum quæ notatur in l. sci mus. §. repletionem. C. de inof. testam. docet Rodericus in d. 10. ampliatione. nu. 23. versi- secundus casus erit, cuius dicta non excu- tio, quia non est hic locus aptus sed vide Deci. conf. 267. num. 3.

11 ¶ Itaque filius vnicus melioratus, in tertia, & quinta bonorum parte grauari potest, quoad quintam. Si tamen pater diceret: melioro filium in tertia, & etiam in quin- ta, cum tali grauamine, & ea conditione, vt si reclamaret aduersus grauamen ratione legitimæ amittat meliorationem quintæ partis, cerè hoc casu si reclamet aduersus grauamen legitime amittet quintam par- tem, quo ad eam enim censetur extraneus, & patet liberalitate meram confert., ideo eum non minus grauare potest quam ex- traneum. vt in l. ab eo. C. de fideicommissi. & l. 27. Tauri. Potest autem filius con- sentire grauamini sibi imposito in legiti- ma, præsertim si iuret, vt late disputat Rodericus in d. 10. ampliatione, col. 19. versi. superius dicta militat, consule eum, & Lupum in l. 27. Tauri. num. 16.

12 ¶ Restat secundus casus, scilicet quando pater vnicum filium meliorat in tertia, & tunc verius videtur, vt non magis censetur melioratus, quam si ei qui debeat cen- tum; dicam dono centum, non enim filium meliorat, qui debitum præstat, vt dicitur sensus communis, neque melioratus dici potest, respectu sui ipsius.

13 ¶ Rursus cum dicit l. 27. Tauri supra citata deo patri facultatem, vt melioret vnum ex filiis in tertia, cerè quando lex dat patri arbitrium assignationis inter filios, intelli- gitur quando plures adsunt filij, vt in §. 2. Insti. de assignat. liber. & in l. vtrum. in. 2. ff. de assignat. liber. facit. l. cum quidam la. 2. ff. de leg. 2. l. in fideicommissariam. §. si legatum. ff. ad Trebel. glos. in l. si posses- sor. §. 2. ff. de peti. hæredi. l. cum pater. §. hæred. tatem. ff. de legat. 2. Sic omnes leges regis, quæ loquuntur de melioratione, lo- quuntur inter plures filios vel descenden- tes, vt in l. 17. 26. & 27. Tauri, & in legi- bus fori supra citatis, num. 8. Neq; obstat. l. 27. dum dicit quod non existentibus fi- liis potest pater grauare filium in tertio in fauorem consanguineorum, mens enim legis est, vt si pater velit fideicommissio sub-

ijcere tertiam, prius vocet filios, & descen- dentes legitimos, & eis deficientibus, alios: non tamen suppenit, quod melioratus fue- rit vnicus filius, sed quod deficientibus fi- liis vocet alios ibi designatos.

14 ¶ Quid tamen si cum haberem vnicum fi- lium meliorauim eum in tertia, & postea na- scuntur alij filij, an melioratio conualecat, & si valeat, quatenus ex natiuitate filij re- uocetur.

15 ¶ Equidem si pater meliorauit eum per hæc verba, melioro filium meum in tertia parte bonorum meorum, cerè cum verba partitionis scilicet tertia pars, non qua- dræt nisi inter plures hæredes necessarios, videtur voluisse meliorare filium respec- tu aliorum filiorum nasciturorum, aliàs non oporteret vt verbo meliorationis, nec verbo, partitionis, & cum vsitatum sit, maiorem natu meliorare, cerè pater me- mor humanæ fragilitatis, videtur voluisse tempestiuè memoriam nominis sui pro- pagare meliorando maiorem natu. Neque obstat si quis dicat legem dare arbitrium patri, vt melioret quem velit, & quod, cū non sit natus nisi vnus, non potest iudica- re cuiusque virtutē, & eligere, & quod ex eo non videatur voluisse meliorare.

16 ¶ Equidē dupliciter respondeo. Primo: quod ea est seculi corruptela, vt parentes maiorem natu etiam pessimum præferat secundo genito, corporis, & animi bonis præstanti, neque merita excutiunt, tatum naturam reuereri se dicunt, quæ illum pri- mo in lucem protulit, & cui natura fauit, testantur se velle fauere. * Itaq; ista ele- ctio, (præsertim si rem perpetuo subijciat restitutioni) rarissimè fit, imò semper eli- gunt primogenitum. Secundo respondeo, quod si pater filium tacitè meliorasset non vtendo hoc verbo *Melioro*, neque verbis partitionis, scilicet *Melioro in tertia*, quæ non quadrant nisi inter plures filios: tunc conijcere fortassis liceret illum nō voluisse meliorare in præiudicium nasciturorū, (quanquam hæc coniectura non quadrat, cum donatio sit filio, vt notant. DD. in l. si totas. C. de inoffi. donatio.) tamē cū vsus fuerit verbo *Melioro*, & verbo *Diuisiois & partitionis*, cerè eius mens fuisse vide- tur meliorare in præiudicium nasciturorū: ideo si postea nascantur, melioratio conua-lescere videtur, & viuere, ex mente me- liorantis, quod Couarru. docet variarum lib. 1. cap. 19. num. 4. in fine, quatenus
autem

- autem reuocetur postea dicam.
- 18 ¶ Præterea glossin. l. 8. tit. 4. part. 5. litera. C. col. 2. & Bernardus Diaz in dict. regula. 213. fallentia. 4. Cassane in cōsuetudinib. Burgun. rubr. 7. §. 12. num. 8. Boeri. in cōsuetudinib. Bituricensibus titu. de consuetudine matrimonij. §. 1. col. fin. dum tractant quatenus reuocetur, significat mero iure valere, & hoc expressius tuetur, Castellus in l. 12. Tauri. qui contendit nullo modo ex natiuitate liberorum reuocari. Quibus consonare videtur: quod melioratio inualida ratione fratrum; rata manet mortuis fratribus, vt infra dicam cap. 10. Ita ergo melioratio inualida quia nulli erant fratres, conualidabitur nascentibus fratribus, vt contrariorum eadem sit disciplina, saltem, vt valeat mero iure.
- 19 ¶ Solum ob stare videtur quod grauumen appositum in legitima reijcitur ipso iure, vt ex pluribus definit Rodericus in d. l. quonia in prioribus. ampliatione. 10. nu. 1. cum sequent. C. de inoffi. testam. ex quo videtur quod melioratio tertie partis; facta vnico filio, si sit cum grauamine ipso iure nulla sit. Sed responde grauumen reijci de legitima mortuo patre tunc enim legitima debetur, & grauatus conqueri potest non ante. l. 1. & l. fin. C. de inof. donat. Bart. & Bald. in d. l. 1. col. pen. Molin. de donatio. in contra. matrim. num. 12. Hic autem loquimur quando viuo patre meliorante, alij nascuntur filij, qui possunt mori, vel renuntiare hereditati paternæ, vel profiteri institutum Diui Francisci, ita vt melioratio rata maneat præsertim patre in eadem voluntate manente, vt infra dicam. Quoniam tamen nostrorum opinio videtur esse, vt si alij filij nascantur melioratio tertie reuocetur, vt infra dicam hæc latius non excutio.
- 20 ¶ Sed reddo ad nostram questionem, qua definita, tractabimus, quatenus melioratio tertie, & quinte reuocetur, ex natiuitate liberorum. Ergo videtur filiam vnicam dotis ratione non posse dici melioratam, cum melioratio non sit, neque esse possit nisi existentibus pluribus filiis.
- ¶ Sed obiicit aliquis, hoc verum quoad tertiam quæ vni ex filiis præleganda est, non tamen quoad quintam, nam cum extraneo legari possit, certè si detur dotis nomine filia in illa videtur meliorata.
- 21 ¶ Sed responde, quod cum quinta non debetur alijs fratribus etiam si existerent, certe
- filia non potest dici meliorata, saltem in eorum præiudicium, imò neque meliorata: nam melioratus dicitur qui plus accipit, quam alius, cui debetur hæreditas, sicut sibi, quinta autem, neque filie vnice, neque alijs fratribus debetur.
- 22 ¶ Rursus non ex eo quod pater non donet extraneo quintam, videtur filiam meliorare, sed potius non minnere facultates ad filiam in solidum pertinentes, si quinta non legetur. * Quis autem melioratus dicitur, quod habeat illud quod sibi debitum, saltem ab intestato adiri potest, aliquo respectu, scilicet legando, vel donando ad libitum? Sed reclamabit, aliquis satis est meliorata, cum pater illi dotis nomine det in vita maximam summam nullo existente filio, iure efficaci, vsq; ad mortem, vt in l. 1. ff. de hære. vel act. vendi. gloss. & DD. in l. 3. C. de iur. & fact. ignor. Sed respondeo, quod si præstatio in vita, facit aliquam videri meliorationem certè, neque legitima, neque minor portio dari posset in dotem. Cum ergo ex quantitate dotem vnice filie non possimus improbare, anquam meliorationem, certe non improbabimus quod in vita data sit, vt in l. Pomponius Philadelphus. ff. famili. hærcif.
- 24 ¶ Rursus quod dos magna dari possit vnice filie, satis significat Iaso. conf. 171. lib. 4. vbi loquitur de eo qui dedit omnia bona sua in dotem, reservato vsu fructu, & disputat quatenus reuocetur natis alijs liberis. Itaque supponit maiorem dotem dari vnice, quam si duo essent. idem significat Secin. conf. 147. lib. 1. Cassane. in consuetudinib. Burgun. rubr. 7. §. 12. nu. 8. Boerius in consuetudinib. Burdegal. tit. de consuetudi. matrimo. §. 1. col. fin.
- 25 ¶ Rursus quod vnica pinguis dotanda sit, notat Soci. conf. 288. num. 15. lib. 2. Corne. conf. 290. col. 13. vers. circa secundum caput. lib. 3. & conf. 115. col. 1. lib. 3. Alexand. conf. 7. num. 5. lib. 2. Curtius senior conf. 39. col. 2. versic. nam videmus. His suffragatur ratio huius legis, ea præcipue ratione condite, vt cuitetur damnum cæterorum filiorum quorum legitima minuitur, ex melioratione ratione dotis, vt docui cap. secundo cum autem vnica tantum sit filia, nulli sit iniuria, nullus est qui reuocationem petere possit.
- 26 ¶ Rursus nota verba, petitionis: *Las dotes no sean mas, que la legitima que le vendria a la dotada, si entonces se partiessen.* Ergo loquitur

De non meliorandis

- tu: stantibus pluribus inter quos bona diuidenda sunt.
- 27 **¶** His congruunt verba legis. *Puella dar a cada vna de sus hijas* numerus autem pluralis non verificatur in singulari, iuxta gloss. in l. meuius. §. cum qui. ff. de legat. 2. l. fin. ff. ad Trebel. Alexand. & Ias. in l. qui quartam. ff. de leg. 1. Bart. l. cum tale. §. fin. ff. de condit. & demonstra. & rursus in. d. l. qui quartam col. fin. & ibi. DD. scribunt verbum, *hijis*, positum in aliqua dispositione, non verificari stante tantum vnico filio, quod idem Bart. & Iaso. scripserunt. in l. qui filiabus. ff. de leg. 1. Paul. in. d. l. qui quartam. §. si. Ias. l. Gallus. §. quid si is. col. 2. de m. Bar. citat. ff. de libe. & posthu.
- 28 **¶** Rursus hæc lex non solum dicit *Hijas* in plurali sed *A cada vna de sus hijas*, verba autem hæc *A cada vna*, æquipollent relatiuo quilibet, quod est distributiuum secundum Imol. & Bart. in. l. hoc articulo. ff. de hæredi. institu. & quando pluralis numerus scribitur addito pronomine distributiuo, nunquam verificatur in singulari, autore Socino. l. cum tale. §. fin. ff. de condit. & demonstra.
- 29 **¶** Et generaliter, quando versatur diuersa ratio in plurali, quam in singulari, verba pluralis numeri, non verificantur in singulari, autore Alexand. in. l. qui quartam. §. fin. ff. de leg. 1. Ias. l. Gallus. §. quid si is. ff. de liber. & posthu. & innumera citat Tiraquell. si vnquam. verbo sus. cepit liberos. num. 215. C. de reuoc. donatio.
- 30 **¶** In casu autem quo vnica adest filia, manifestissimū est deficere omnes rationes huius legis, nullum enim damnum fit ceteris fratribus, & quando lex taxat summam in fauorem aliorum consanguineorum si illi non existat, taxa excedi potest, ita Bald. in. l. 1. in fine. C. de secund. nupt. Corne. conf. 324. vers. & pro hac conclusione lib. 4. & dicam infra.
- 31 **¶** Ergo dotata filiam vnica, summā hic præstitam excedere potest, nunquam tamen proprie dicitur meliorasse filiā; melioratio enim non datur nisi inter plures filios. Non obstant in cōtrarium adducta, quoniam ex superioribus patet, quando pluralis numerus verificetur in singulari.
- 32 **¶** Sed est questio, quatenus reuocetur dos data filie vnice, quæ forte tāta fuit, vt tertiam, & quintam bonorum partem cōprehenderet, & in super aliquid plus. Hæc questio dubia est, & vt rem alius repetamus, non solum de dote data vnice filie, sed etiam de donatione tractabimus. Quæro ergo, feci donatione vnico filio, quæ tertiam, & quintam bonorum partem; & amplius comprehendit: nascitur alius filius, vel filia, quæro quatenus reuocetur donatio, an scilicet in eo quod excedit tertium, & quintum, an verò in totum.
- 33 **¶** Hæc res de iure communi non tantum habet dubitationis, contentiunt enim. DD. communiter, quod donatio etiam amplissima facta filio, non reuocatur, nisi vsque ad legitimam recens nati. l. si totas. C. de inof. donatio. & ibi Bart. Angel. & ceteri omnes. Bald. Imola. Paul. & Alberic. in. l. Titia seio. §. Imperator. ff. de legat. 2. Bald. in. l. de functo. col. 1. vers. quæro an filius. C. si in fraud. patro. Bald. Salicet. & Ang. in. l. si vnquam. vbi Tiraquell. in verbo libertis. num. 60. C. de reuocan. donatio. Socin. in rep. l. cum auus. col. 19. ff. de conditio. & demonstra. & hæc est communis, vt per Tiraquell. dict. nu. 60. Alexand. conf. 103. col. 4. lib. 3. Ias. conf. 171. col. 2. vers. non obstat etiam, & col. sequenti. vers. sed præmissis, lib. 4. Antoni. Ioan. Andræ. & Abb. in. c. fin. de donatio. cum pluribus alijs citatis per Tiraquell. dicto num. 60. Ioan. Bernar. regula. 213. fallen. 4. Segura. l. 1. §. si vir. col. 26. ff. de acquir. possess. & l. vnum ex familia. §. sed si fundum col. 14. vers. tertio facit. ff. de leg. 2.
- 34 **¶** Solus ab hæc opinione recessit Ripa in. d. l. si vnquam. q. 47. mouetur, quia si pater de alijs liberis cogitasset, non est verisimile, quod eorum portiones huic filio donasset. Sed responde, quod cum legitima eis salua maneat, eorum portio debita non minuitur. Rursus adducit, quod pater videtur velle seruare æqualitatem inter filios. Illud. C. de collatio. Sed certè cum filio in vita, tam amplam faciat donationem, præstando ei ius in re sua in vita, etiam verisimile est, velle præferre eum; portionibus filiorum postea natorum. Rursus nescio qualiter responderi possit ad. l. si totas.
- 35 **¶** Sed nouissimè Molin. in tractatu de inof. sciosis donationibus, num. 33. & in tractatu de donationibus, factis in contractu matrimonij, nu. 38. & nu. 48. oppugnat communem intellectum. l. si totas. & dicit donationem valere, & ratam manere, vsque ad virilem filij, cui facta est donatio, cetera

cætera reuocari ex natiuitate filij.

36 ¶ Legi, quæ vir ille scripsit, de hac re; mihi tamen sua nondum persuasit sententia, tantum adfert acclamationes, & non respondet ad hanc totas, non enim sufficienter respondere potest, nisi diuinet, ut Ripa facit. dict. quæst. 47. idem communem intellexit, ut amplectitur. Couarru. variarum lib. 1. cap. 19. col. 1. qui confirmatur, quoniam pater plus diligit filios natos, quam non natos, ut in l. qui filiabus. & ibi Bal. Imol. Raph. Paul. & Alexan. post glossam. ff. de legat. 1. Si tamen donet amplissime vni ex filiis; natis, alius filius tantum reuocat quoad legitimam, ut in Authen. vnde si parens. C. de inoff. testam. Segura. l. vnum ex familia. §. sed si fundum. col. 14. versic. tertio facit. ff. de legat. 2. Faciunt quæ Bald. scripsit, & post eum Angel. & Arctin. in l. Titius. ff. de liber. & posthum. de qua re vide Tiraquel. d. l. si vnquam verbo filios non habuerit in principio.

37 ¶ Inspecto tamē iure Regio: hæc quæstio est multo magis dubia, nam de iure communi, legitima filij, si sint quatuor, vel pauciores, est tertia paternæ substantiæ, & si plures sint est dimidium, ut in Auth. nouissima. C. de inof. testam. vnde si donauit vnico filio, maximam partem rerum mearum, vel totas facultates eo modo quo licet, si nascitur alius filius, certe tantum reuocat donationem quoad dimidium tertiæ, & si filius donatarius remanet cum cæteris omnibus facultatibus patris, & aliud dimidium tertiæ dandum est illi filio in quem donatio collata est, qui præter illam medietatem dimidiæ remanet vigore donationis cum cæteris omnibus facultatibus patris. At de iure Regio, si donauit filio vnico totas facultates meas: eo modo quo licet, censetur melioratus, ut in l. 26. Taur. nascitur alius filius, vel plures petunt reuocationem, quia in vnico filio melioratio non tenet, ut dixi, supra ex num. 11. & quia censetur concurrere tacita voluntas patris: qui si cogitasset eos nascituros, non tam ample donasset, hæc est enim ratio. l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. opponuntq; quod iuxta communem opinionem, donatio facta filio, reuocatur vique ad legitimam aliorum filiorum, & quod tertia, de iure Regio est legitima, saltem quoad extraneos, & quod ideo filius remanere debet solum cum sua legitima, & diuidere cum fratribus tertiã, & quintam partem, vel saltem tertiam

quæ censetur legitima, & ita filius remanet, cum multo minori portione quam de iure communis.

38 ¶ Quid iuris? Ioan. Bernardus. d. reg. 213. fallētia. 4. dicit donationem factam vnico filio, reuocari ex natiuitate alterius filij, quoad legitimam, filij denovo nati, non diminutam per deductionem tertiæ, sed quod fratres debent æqualiter diuidere, ac si donatio facta non fuisset; mouetur quoniam cum omnes facultates patris excepta quinta parte debeantur filijs iure Regio, ratione legitimæ; non dicitur filius legitimam consequi, si frater donatarius tertiã virtute donationis retineat, & ita dicit quod communis opinio supra relata, num. 33. scilicet quod donatio facta filio, reuocatur ab alio filio, vsq; ad legitimam ass. rit hæc opinionem.

39 ¶ Rursus adducit, quod filius vnicus, non potest videri melioratus, ut supra dixi ex num. 11. si ergo melioratio non tenuit diuisio æqualiter faciēda est. Nouissime autem Gregorius, à Christianæ vitæ integritate bonis omnibus cōmendatus, in l. 8. tit. 4. part. 5. littera. C. col. 2. scribit opinionem Ioannis Bernardi æquissimam esse, & verissimam. Adducit quod filius vnicus, non potest videri melioratus, & quod cum alij filij nondum fuerint nati, pater non potuit eorum merita agnoscere, ut expensis omnium virtutibus, tertiam digniori donaret.

40 ¶ Horum opinio confirmari potest, ex Ripa. d. l. si vnquam. quæst. 47. vbi docet donationem filio factam reuocari in totum, natiuitate aliorum liberorum, & quod omnes debent æqualiter succedere. Rursus facit quod scripsit Moline. in dict. tractatu de inof. donatio. num. 33. & in tractat. de donatio. fact. in contractu matrimo. num. 58. quod huiusmodi donatio facta vnico filio natiuitate aliorum filiorum irritatur, & solum manet valida quo ad legitimam, ipsius filij cui facta est donatio. Hæc opinio quo ad Ius Regium, consonat opinioni Bernardi Diaz, & Gregorij, nam si omnes facultates patris sunt legitima filiorum, diuident ea æqualiter quia vtriusque legitima par est. At, quo ad ius commune; durissima videtur, nam filio cui totæ facultates modo licito donatæ sunt, solum relinquit dimidium tertiæ partis, & reliquum dimidium tertiæ partis, alij fratri pro legitima dandum; tertia enim est legitima duorum, vel trium, vel quatuor

G fratrum

De non meliorandis

fratrum de iure cōmuni, vt in Authent. nouissima. C. de inof. testamen. & præsertim erit dura si pater cogitans donationē ipso iure reuocata; alia omnia præter tertiam legauit vel donauit, extraneo si enim pater esset mortuus ab intestato; æqualiter succederēt, in omnibus bonis iuxta opinionem Molinei, & haberent vtriles.

41 ¶ Rursus facit, quod si pater tempore donationis habebat tertiam in bonis, & donauit centum filio, & forte postea nascuntur sex alij filij, quibus sola centum paulo amplius remanent pro legitima, certè ij omnes famulabunt: si melioratio maneat valida quoad tertiam.

42 ¶ His consonat quod scribit Cassan. in consuetudin. Burgun. rubr. 7. §. 12. nu. 8. quod si pater, & mater omnia bona sua dederūt in dotem filiz vnice, & nascitur alius, quod ille reuocat dotis præstationem, pro parte quæ ei competeret ac si natus fuisset ante donationē, certum autem est, quod si ante donationē filius natus fuisset, haberet ius ad tertiam partem, pro sua virili; & conferretur eius legitima, cum alio fratre diuidēda, nisi pater prælegaret.

43 ¶ Rursus hæc sententia confirmatur, quoniam si eam probamus, filij reducuntur ad æqualitatem, & indubio ea opinio probanda per quam fratres ad æqualitatem rediguntur, autore Socino. l. cum auus. col. 20. ff. de condi. & demonstra. Corne. consil. 309. lib. 1. semperq; mens legis esse videtur ne inter filios sit inæqualitas, vt per gl. & DD. in l. illud. C. de collat. l. 29. Tauri.

44 ¶ Rursus facit. l. 9. tit. 5. lib. 3. fori, vbi expresse definitur, omnes parentum facultates esse filiorum legitimam, excepta quinta, & quanquam lex det facultatem patri, vt melioret quæ voluerit ex liberis in tertia, non idcō definit esse legitima, quia si non vtatur facultate, meliorandi omnia iure legitime ad filios pertinent.

45 ¶ Contraria tamen opinio imò q̄ tertia, & quinta maneat salua meliorato, & quod de residuo deducatur legitima, placuit Castello in l. 12. Tauri. in verbo. *siguente*. col. 5. Couarru. variarum lib. 1. cap. 19. num. 4. versi. ceterum, vbi dicit hanc opinionem efficacissimè iure probari, cuius opinionis videtur esse licet sub obscure, Ioan. Lupus. in rep. c. per vestras. §. 22. incip. in constituenda num. 15. versi. idem dicendū in tertia. de donatio. inter virum, & vxor. vbi dicit, quod iure Regio si maritus post

annum matrimonij, aliqua donauit vxori non stantibus filijs, quod valet donatio, si tamen postea nascantur filij, donatio rata manet quoad quintam partem bonorum donantis; subiicit Lupus idem dicendum in tertia parte inter filios, ex quo aperte colligitur illum sensisse, quod si dono vnico filio, & post alij nascantur, donatio non reuocatur quo ad tertiam partem, quia potui eam vni ex filijs prælegare. Idem sentit Segura. in l. vnum ex familia. §. sed si fundum col. 14. versi. tertio facit. ff. de legat. 2. Quanquam responderi potest hunc loqui, quando donatio fit vni ex pluribus filijs iam natis, quo casu, manifestum est, patrem posse meliorare cum in tertia, & quinta, & quod alij non poterūt reuocare, & solum reuocabunt quod plus est, vt per Seguram ibi, & in l. 1. §. si vir. folio. 7. versi. tertia erit conclusio. ff. de acquir. posses. Gomez Arius. l. 27. Tauri. num. 8. versic. infertur etiam, & probatur expresse in l. 29. Tauri.

46 ¶ Mihi placet hæc opinio, & quo ad quintam res est sine dubio, nullo enim respectu dici potest legitima, & communis opinio est, donationem reuocari vsq; ad legitimam, & quod quo ad quintam rata maneat, probatur expresse in l. 3. tit. 2. lib. 3. fori. vbi si non habens filios donauit vxori, & postea nascuntur filij, donatio rata manet quo ad quintam, quod est mente figendū, nam cum donatio non fit filio, reuocatur in totū ex natiuitate filiorum, vides tamen ibi donationē factā alij quā filio non reuocari in totum ex natiuitate filiorum, & illum textum notat Lupus. d. c. per vestras. §. 22. nu. 14. de donatio. inter virū, & vxor. Castellus. d. l. 12. verb. *siguente*, col. 5.

47 ¶ Et quod nullo modo reuocetur quo ad quintam, est demente Bernardi Diaz, & Gregorij, & aliorum qui solum digladiantur super tertia.

¶ Rursus quod tertia rata maneat, videtur etiam manifestum esse, quando donans cogitauit alios liberos sibi nascituros, q̄ multipliciter colligi potest, quid enim si donans florenti ætate iuuenis sit, habeatq; vxorē puellam, & fecundā; æquidem facillè credam hunc, aut vecordem esse aut voluisse maiorem natu filium propagata tempestiue nominis memoria: meliorare, etiam in præiudicium nasciturorum præcipue si vsus est verbo tertia, vel quinta. Dispositio autē. l. si vnquā, nō admittitur quādo pater

pater de liberis cogitauit, vt per Roman. conf. 269. Socin. l. 2. col. 1. ff. solut. matri. & conf. 147. col. 5. num. 12. lib. 1. vbi multa adfert, ex quibus hæc mens donantis colligi potest, & dicit num. 13. hanc esse communem opinionem.

48 ¶ Fateor tamē admitti hoc casu dispositio nē. l. si totas. C. de inof. donatiō (scilicet) vt donatio reuocetur quoad legitimā recens nati, etiā si pater de alijs filijs cogitauerit, vt notant. DD. ibi. Cum tamen credamus, illum de filijs cogitasse, & meliorationem fecisse, videtur non voluisse reuocari, in totum, etiam si alij filij nascantur.

49 ¶ Præter hæc opinio probatur, quoniam legitima dicitur illa quæ necessario debetur, idē appellatur debitum bonorū subfidium, vt in Auth. en. vnde etsi parens. C. de inof. testam. & l. si totas. C. de inof. donat. §. aliud quoq;. in Aut. vt cū de appell. cogno. Tertia autem pars, non debetur nec cessat, si filijs, denuo natis, quia pater eam prælegare potest vni ex filijs iam natis, vt in l. 9. tit. 5. lib. 3. fori. ergo sequitur quod non reuocatur ex natiuitate alterius filij, quoniā iuxta communem opinionem supra citatā: donatio facta filio solū ex natiuitate aliorum reuocatur, quoad legitimam.

50 ¶ Rursus quod tertia non sit legitima, quoad ad filios, probatur, quoniam pater non solum vnum ex filijs, sed etiam vnum ex nepotibus omnis filijs potest in ea meliorare, vt in l. 18. Tauri vbi ergo necessitas? vbi ius necessarium cōpetit filijs ad tertiā? nisi respectu extraneorum, vt in l. 27. Tauri: cum pater spreto filijs etiam parētibus nepotū, possit ipsos nepotes meliorare in tertia. Ergo tertia non est legitima quoad filios, aliās iam quod ea possit prælegari vni ex filijs, non possit prælegari nepotibus, quos ipsi filij præcedunt. Quis autem appellabit tertiā, legitimam, ex eo quod si pater non meliorat in ea filium, sit inter omnes diuidenda? Certē hac ratione omnes patris facultates etiā de iure cōmuni dicentur legitima filiorū, quia si pater nihil leget omnia necessario debentur filijs, vt in l. inter filios. C. famil. hærcif. De iure cōmuni deducta tertia, vel dimidia bonorū: iuxta filiorū numerū, pater de residuo; quæ vellet ex filijs meliorare potest, vel donare extraneo, vt latē probaui cap. primo. Quod si nihil leget, vel donet omnia debentur filijs ab intestato: vt in dict. l. inter filios.

51 ¶ Differentia ergo quæ est inter ius commune, & ius Regiū, est, quod iure Regio, deducta tertia, & quinta parte, reliqua omnia filijs necessario debentur pro legitimis, quæ paulo plus, vel minus æquivalent natiuitati substantiæ paternæ, nam tertia, & quinta ferē dimidium efficiunt. Itaq; ius Regiū concordat cum Auth. nouissima, in quantum filijs decernit, deberi dimidium bonorum, quamuis differat, quia lex Regia, non inspicit in numerum liberorum, & Auth. nouissima: requirit, vt sint plus quam quatuor filij, vt legitima sit dimidium bonorum, item differt, quia de iure cōmuni, si sit vnus filius; debetur ei tertia pars, at iure Regio debentur ei omnes facultates patris excepta quinta.

52 ¶ Præcipua tamen differentia est, quod iure communi, pater residuum extra dimidium, potest dare, perdere, & profundere. At iure Regio pater tertiam potest ad libitum prælegare, debet tamen fieri prælegatum, vni ex liberis, non extraneis, ad eod quod extranei substitui non possunt filio, in tertia, in præiudicium descendentiū, vt in l. 27. Tauri. Itaq; re vera, legitima filijs debita, est: quod ex re paternā super est, deducta tertia, & quinta.

53 ¶ Et quod tertia non sit legitima, probatur; quia filius in ea melioratus grauati potest, vt in l. 27. Taur. quod si legitima esset grauamen non valeret, vt in l. quoniam in prioribus. C. de inof. testamen. Rursus quod rata maneat melioratio in tertia, probatur, quoniam si pater potest meliorare in præiudiciū filiorum iam natorum, quibus iam debet, & quos iam diligit, & quibus intelligit opus esse substantiā ad transigendam vitam, & quibus actus inducit meliorationem tacitam, vt in l. 26. Tauri, quanto magis poterit meliorare in præiudicium non natorum, quibus tunc nihil debet, quorum natiuitatem multi casus possunt impedire, & erga quos minus tenetur affectus; iuxta Jos. Bald. Paul. & Alexand. in l. qui filiabus in principio. ff. de legat. 1. Barba. l. cum acutissimi, col. 2. C. de fideicomis. Bart. l. si cum dotem. in principio. col. fin. ff. solut. matri.

54 ¶ Rursus hæc opinio probatur, quoniam ea sententia probanda est, per quam reddimus ad ius cōmune, à viris prudentissimis elucubratum, cuius adā est enim legum correctio, attamen si hanc opinionem probamus, reddimus ad ius cōmune, quo legitima

De non meliorandis

filiorum ad summum est dimidium paternæ substantiæ, vt in Authen. nouissima. At, si melioratio tertiæ, & quintæ partis salua maneat meliorato, relinquatur cæteris filijs pro legitima aliud dimidium paternæ substantiæ, & cum tot doctissimis viris hæc portio congrua visa fuerit, non debet nobis videri in congrua, præsertim cum nostro iure regio, id patri concedatur (meliorare scilicet in tertia, & quinta, & residuum relinquere filijs pro legitima.)

55 ¶ Postremo, pro hac opinione adduco Achilæ. argumentum, nam si melioratio tertiæ, facta vnico filio, reuocaretur in totum ex natiuitate aliorum, peior esset conditio meliorati de iure Regio, quam de iure communi, nam de iure communi, si pater totas facultates vnico filio donauit, & postea nascitur alter, donatio solum reuocatur pro portione debita denuo nato ratione legitime, reliqua omnia salua manent melioratio, iuxta communem supra relatam, à num. 35. & dispositionem. l. si totas. C. de inof. dona. At si melioratio tertiæ reuocatur, stante iure Regio, multo magis nocet meliorato denuo natus, quam nocet de iure communi, nam de iure communi omnia excepta legitima remanent apud melioratum, at iure regio nihil prorsus præcipuum apud eum manet, sed omnia equaliter diuidenda sunt, quod admitendum non est.

56 ¶ Vltimo, facit efficax argumentum, nam si melioratio tertiæ, ex natiuitate alterius filij in totum reuocatur, nulla est differentia inter donationem factam filio, & donationem factam extraneo, vtraq; enim ex natiuitate prorsus reuocaretur, hoc autem obstat communi. DD. sententiæ in. d. l. si vnquam, & in di. l. si totas. vbi constituunt differentiam inter donationem factam filio, & extraneo, nam donatio extranei in totum reuocatur, at donatio filij rata manet, deducta portione necessario debita denuo nato, vt constat ex. DD. supra citatis & ex. d. l. si totas. * Quinimò esset durior conditio filij quam extranei, nam

57 (vt aliquorum opinio est) iure regio, donatio facta extraneo (puta vxori) non reuocatur in totum natis filijs, vt in. l. 3. tit. 1. lib. 3. fori. Casellus. l. 1. 2. Tauri verbo siguente, col. 5. Lupus. c. per vestras. §. 2. 2. in constituenda num. 15. de donatio. inter virum & vxor. Quis autem ferat duriorē

esse conditionē filij quam extranei aduersus ius naturale, & ciuile? Præsertim cum melioratio filij licita, & permissa sit, etiam stantibus alijs filijs. At donare extraneo permissum non est, nisi vsq; ad quintam, & id quidem iure communi reuocatur natis filijs si modo magnam summam efficiat, vt per Socin. conf. 1. 47. col. fin. lib. 2. Tiracquel. l. si vnquam. verbo omnia, vel partem nu. 6. & seq. C. de reuo. dona. nimirum extacita voluntate patris, qui si cogitasset filios sibi nascituros: non donasset.

58 ¶ Cū ergo doctores prudenter constituent differentiam inter filium, & extraneum, quia in filio præsumitur patrem voluisse donare etiam si alij liberi nascituri sint, in extraneo secus, cur nos rem prudentissimam, naturæ conformem, obliterabimus? Præsertim cum pater rem iure permissam fecerit, nam meliorare filium in tertia, etiā in præiudicium iam natorum permissum est, vt supra dixi. num. 33.

59 ¶ Non obstant in contrariū adducta. Primò non obstat quod tertia sit legitima, nā legitima dicitur quæ addimi nō potest, tertia autem addimi potest, & per donationem iam est adēpta, & quod non censeatur legitima patet ex supra relatis. * Rursus, non obstat quod filius vnicus non potest dici melioratus, quoniā nato alio filio, vel filijs rectè melioratus dici potest, & quæ anto erat donatio, dicitur rectè melioratio. Rursus non obstat quod pater nō potuit merita omniū filiorum cognoscere, vt digniorē melioraret, nam hæc sane via, si duo essent filij, etiam non posset meliorare, expectandi nimirum essent postea nascituri. Communis cōsuetudo recipit meliorare primo genitū, etiam si alius melior, & dignior sit. Et apud omnes gentes, hoc moris esse videtur primogenitum peculiaribus honoribus afficere, vt patet ex Tiracquel. de primogenijs in præfatione præcipue. nu. 17. vbi id probat ex sacris literis, & grauissimorum virorum traditionibus. Non obstat opinio Rip. & Mol. vt supr. dixi.

61 ¶ Non obstat, quod Castaneus scripsit, quoniam facit pro nobis, si enim filius natus fuisset tempore donationis, certe filius vnicus procul dubio meliorari posset. Non obstat, quod sit postea nascantur plures filij, fame peribunt, quoniam eadem ratio versatur, quando tempore donationis nati erant, & nihilominus permittitur filium meliorare in tertia, vt manifesti iuris

62 Iuris est, & hæc opinio indubitabilis est, si pater in eadem volūtate perseveret. * Illud non omittendum, quòd si facta à patre donatione extraneo, filius nascatur post mortem patris, donatio valida manet, quoad quartam bonorum partem, textus est in l. 3. tit. 12. lib. 3. fori, quem Roderic. notat in l. quoniã. in nona limitatione legis Regiæ. C. de inof. test. & hoc est efficax argumentum. Si enim donatio facta extraneo, rata manet in parte tertix partis, scilicet in plusquam quinta parte, in portione quæ dicitur tota esse filij legitima; cur donatio facta filio non manebit rata in tota tertia parte, quæ opinio confirmatur ex his quæ infra dicam. Rursus si donatio facta vnico filio valuit, si nõ vt melioratio, saltim vt donatio, iam tempore quo filius nascitur, tertia non est in bonis patris; & si non est in bonis patris, non debetur sibi legitima in ea.

63 ¶ His ita diffinitis, quid sentiendum de amplissima dote data vnice filix, nascitur postea alius filius, an dos exequari debeat taxationi huius legis, ita, vt nulla sit melior ratio: sed tertia, & quinta, & cætera omnia æqualiter diuidantur cū filio nato. A Equidem videtur dotis præstationem, ratam, & validam manere, quæ in l. si vnquam non habet locum in donatione ob causam, ita docuerunt Bald. & Angel. in d. l. si vnquam. Alexand. conf. 29. in fin. lib. 3. Are. l. 1. C. de pact. & ibi Alciat. verbo. sustulerat. Socin. conf. 147. col. vltima lib. 2. Iaf. qui loquitur in donatione ratione dotis conf. 171. col. 4. lib. 4. copiose Tiraq. qui alios citat in l. si vnquam in verbo donatione largitus num. 122. C. de reuoc. donat. Deci. conf. 182.

64 ¶ Et nominatim, quòd donatio dotis causa non reuocetur in totum ex liberorū superuenientia, docuit Socin. d. conf. 147. lib. 2. Iaf. conf. 171. col. 4. lib. 4. Imola, in. c. fin. versu. tertio casu. de donatio. vbi nominatim loquuntur in patre dante filix dotem, vel filio donationem: propter nupt. nam dos data filix non est mera donatio, sed donatio ob causam, quoad ipsam filiam, vt late probat Iaf. d. conf. 171. num. 2. lib. 4. Soci. conf. 147. col. fin. lib. 2. Licet dos data extraneæ, censeatur mera donatio, vt ibi per Iaf. col. 5. versu. bene verū est, qui citat Paul. l. vna. C. de inof. dotib. Bart. & Salic. l. fin. C. de iure doti.

65 ¶ Rursus probatur efficacissimè, quoniam

etiam si filia, sit exclusa à statuto stantibus masculis, si pater ei vnice, amplissimam dotem præstat, dos non reuocabitur natis masculis, nisi vsque ad legitimam necessario masculis debitam, ita Iaf. conf. 171. col. 7. versu. sed præmissis non obstat etiani, lib. 4. Imola. c. fin. de donat. colum. 3. Tiraquel. l. si vnquam. verbo libertis. num. 63. C. de reuoc. dona. Bertr. conf. 383. lib. 1. vbi satis significat non reuocari ex. l. si vnquam.

66 ¶ Postremò, quòd dos vnice filix præstita non reuocetur quoad tertiam, docet glo. l. 8. tit. 4. par. 5. litera. C. adducens quod su pradixi. num. 63. l. si vnquam. non admittendam in donatione ob causam. Et quãuis ibi dicat patrē videri exercere liberalitatem cum filiam dotat, vltra legitimam, quia meta dotis est legitima, non quadrat themati proposito, loquimur enim de vnica filia, quo casu vniuersæ facultes excepta quinta censentur legitima, & sic multo minus quadrat quod postea dicit de numero liberorum.

¶ Rursus, facit probabilis ratio, nam si mera donatio collata in filiã rata manet in tertia, & quinta parte, etiam si alius filius nascatur, vt supra dixi ex num. 45. quanto magis hoc probandum quando non fuit mera donatio, sed causa dotis, quæ quoad generum optimo iure censetur onerosa, vt per Iaf. 9. item si quis in fraudem insti. de actio. Cin. Bart. Bald. & Salicet. & Paul. l. vna. C. de inof. dotib. Molinæus in tractatu. de donatio. fact. in contra. matrim. numer. 30. Bart. & Doctores in l. Meuia. ff. fol. matr. Bart. Bald. & Salic. l. fin. in prin. C. de iur. dot.

67 ¶ Ergo ea opinio verissima est, vt dos amplata data filix vnice solum reuocetur pro legitima denuo nati, vt supra dixi num. 33. & est communis secundū Molinæum de dona. fact. in contra. matr. num. 46. Si tamē dos extraneæ data esset, reuocatur omnino, ex natiuitate filiorum; ita Alex. cōf. 71. lib. 4. Iaf. conf. 171. col. 6. versu. ex istis omnibus. lib. 4. Bertrand. conf. 76. col. fin. lib. 2. Molinæus ad d. Alex. cōf. 71. lib. 4. & in tractatu de donationib. fact. in contra. matrim. num. 4. & num. 64. Tiraquel. in d. l. si vnquam in verbo donatione largitus, num. 193. C. de reuocan. donatio. Quia est mera, & pura donatio, & non ob causam, vt per Iaf. d. conf. 171. col. 5. lib. 4. Agnosco dotem non reuocari

De non meliorandis

natiuitate alterius filij, si filiz facta sit, quod tamen si sit immodica, tunc enim non impugnamus solum ex. l. si vnquam sed ex titulo de inofficiosis dotibus, & ex hac lege.

68 ¶ A Equidem glos. in. d. l. 8. tit. 4. part. 5. solum tractat an reuocetur ex æquitate. l. si vnquam, & dicit non reuocari, nisi pater eam fecisset desperans alios habere filios: tunc enim si nascantur, dicit videri æquum dotis opulentiam reuocari. Faciunt ad hoc quæ scribit Pau. l. l. col. 3. vers. vnũ tamen scias. C. de inoff. dona. Socin. consil. 126. lib. 3. Ripa. l. si vnquam. q. 50. Tiracquel. ibi in principi. legis. num. 109.

69 ¶ Sed Ioan. Bernard. dicta regul. 213. fallentia. 4. vers. & adeo existimo. dicit, magnam donationem vnice filiz dotis ratione factam, reuocari ex æquitate. l. si vnquam, & quod filiz dotata, non debet remanere tertia pars, sed quod æqualiter est diuidenda, cum denuo nato, inuehitur q; in parentes stultos, qui, vt filiam vnã splendide locent, alias expilant, & ad religionis professionem vel impudicitiam adigunt. Quid iudicandum?

70 ¶ Mihi æquidem videtur, amplam donationem filiz factam reuocari; non solum ex dispositione. l. si vnquam. quæ in dote vnice filiz data habet locum, si aliquid peculiare accedat explicans mentem patris dotantis: quo scilicet animo fecerit, vel si sit magna dos, licet enim præsumamus patrem voluisse dotare filiam, etiam si cogitarit de nascituris, (est enim ad id iure obligatus) tamen viget. l. si vnquam. quia præsumimus, quod si cogitasset de nascituris, non tam ample dotasset, ita in simili Angel. in d. l. si vnquam Barba. c. fin. col. fin. de donatio. Rip. in. d. l. si vnquam. quæst. 13. & 14. Molineus, de donatio. fact. in contractu. matri. num. 51. Rursus, vltra tacitam mentem dotantis reuocabitur ex titulo de inofficiosis dotibus, vsq; ad legitimam denuo nati: vt per Paul. l. l. nu. 5. C. de inoff. dotib. expresse Ias. conf. 171. col. 7. vers. c. sed præmissis, non obstantibus lib. 4. Imola. c. fin. de dona. cum alijs citatis supra hoc capite. num. 65. vers. rursus probatur, & est communis secundum Molinæum. vbi proximè.

71 ¶ Dubium ergo est quatenus reuocetur, Ioan. Bernard. d. fallentia. 4. regula. 213. dicit reuocari; ita, vt denuo natus æqualem portionem sortiat cum dotata, quoniã ter-

tia est legitima, & dicit non obfarc. l. 29. Tauri. quoniam ibi, quando tractatur, de reuocanda dote inofficiosa, ex titulo de inofficiosis donationibus, non enim eo tempore dos erat inofficiosa, etiã si occuparet tertiã, & quintam partem, & legitimam dotatæ. At hodie id correctũ est, & nescio quare Bernardus huius rei non meminisset, quãuis Gregori in. l. 8. tit. 4. par. 5. litera. C. dicit hodie consulendam hanc legem.

72 ¶ A Equidem si Ioan. Bernardus, qui non vidit vel meminit huius legis, reuocat tertiam, ex sola. l. si vnquam, multo magis videtur hodiè idem dicendum, cum præter mentem patris, de qua in. l. si vnquam, concurrat hæc lex, quæ iudicat dotem esse inofficiosam, vbicunque ex dote oritur melioratio, non enim ratione dotis vel matrimonio admittitur melioratio, imò efficacissimè improbat, ex hac lege.

73 ¶ Pro hac opinione, facit quod Molinæ. scripsit in tracta. de donatio. factis cõtract. matri. num. 58. & in tractatu de inoff. donatio. num. 33. vbi expressim loquẽdo de dote oppugnat opinionem Ias. d. cõf. 171. lib. 4. & dicit dotem amplam reuocari omnino salua solum legitima virili, ipsius dotate, & quanquam hæc sit noua opinio, certè quoad ius Regium parum videretur interessẽ, an reuocetur, vsq; ad legitimam dotatæ, an verò vsque ad legitimã denuo natæ, cum omnes facultatis patris (excepta quinta parte) sit legitima æqualiter diuidenda, & si reuocatur tertia, vt Bernardus opinatur: certè æquales erunt nam contendunt tertiam esse legitimam, & quod cum reuocetur vsq; ad legitimam etiam tertia est diuidenda, & sic amat æqualitatem cum Molinæo.

74 ¶ Rursus hæc opinio probatur quoniam hic non solum videtur reuocanda tertia ex tacita voluntate patris dotantis: & ex eo, quod tertia contenditur esse legitima, sed etiam ex hac lege quæ vetat tertiã in dotẽ dari verbis efficacissimis, & absolutis non relatis ad filios, ibi: *Mandamos que ninguno pueda dar ni prometer tertiõ ni quinto de sus bienes, por via de dote, ni casamiento, ni se entienda ser mejorada tacita, ni expressemente.*

75 ¶ Rursus cum potissima ratio huius legis sit, ne ceteri filij, vel filiz damnum patiantur ex melioratione sororis, certè cum filij denuo nati damnum patiantur si legitimam tertia diminuta, accipere debeant: videtur hic adesse vera, & solida legis mens,

mens, & quòd æquitatem hic clamantem audire debemus, & quòd ob iuris subtilitatem vel hominum, traditiones non sit viri prudentis spernere æquitatem præsertim aduersus legem.

76 ¶ Et certè quòd hic maiorem præstat difficultatem est, quòd hæc lex vetat meliorationem ex causa dotis, & quanquam in questione de donatione simplici viget argumentum, quòd natis alijs filijs, melioratio videtur propriè consistere, quia in vno non consistit, & quòd pater nihil videtur fecisse aduersus legem; nam licet meliorare in tertia, & solum ibi disputatur de tacita mente hic præter tacitam mentem. (nã non tam amplè dotasset si cogitasset alios nascituros) viget, & vrget decisio huius legis quæ vetat meliorationē ratione dotis.

77 ¶ Rursus hic vrget omnia argumenta eorum qui dicunt tertiam esse legitimam, & quòd legitima diminuta communiter, nõ dicitur absolutè legitima; & cum lex dicat reuocari vsq; ad legitimam: videtur reuocanda vsq; ad tertiam.

78 ¶ Rursus Cassan. in consuetudinib. Burgund. rubr. 7. §. 1. 2. num. 8. scribit quòd si pater, & mater vnice filie omnia dederunt in dotem, & nascitur alius: quòd dos reuocatur pro parte quæ competeret denuo nato, si ante donationem natus fuisset. Iure autem nostro, si tempore dotationis alius filius natus fuisset: impediret, ne filia dotis ratione melioraretur, ne vè sibi præiudicium fieret in legitima; ergò idem iudicandum si postea nascitur. & dicit Cassan. hoc esse de mente Doctorũ in. d. l. si vnquã Arbitror illum sensisse de communi opinione: quæ donationem filio factam reuocat, vsq; ad legitimam denuo nati.

79 ¶ Rursus, licet supra ex num. 9. in donatione dixerim, legitimam censendam deducta tertia, hic non potest deduci tertia, ratione dotis, neque obstat si quis dicat potuit cum esset vnica? Quoniam natis filijs aliud iuris esse videtur. Neque obstat si quis dicat inspiciendum tempus date dotis, vt patet in supplicatione Principi oblata, ibi. *Que no sea mas que la legitima que le venia a la dotada, si entonces se partiessen los bienes del dotador.* Nota illa verba, *si entonces se partiessen.* Scilicet tempore date dotis, nam cum petit augmentum dotis aliud tempus inspicit, vt dixi supra cap. 5. Et si tempus date dotis esset inspiciendum, neque legitimam diminutam daret, fratribus cum eo

tempore, alijs filijs non extantibus nihil deberetur.

80 ¶ Neq; obstat si quis dicat, durum esse decipere generum sustinentem onera matrimonij, neque aliàs vxorem ducturum, gener enim nõ potest dici deceptus, sed stultus, quis enim vxorem ducit, qui non expendat an focer novos filios gignere possit? Deinde quis ignorat naturale esse gignere filios, neq; maritum quamuis frigidum semper pati vxorem esse otiosam. Quod si hæc non cogitauit, appellet se stultum, vecordem, incautum, non deceptum, neq; enim focer promissit vxorem abdicare, neq; est prudentis viri dicere non putaram, neq; debuit ignorare dispositionem huius legis.

¶ Rursus nota initium legis. *Atentos los danos que se han recrecido de las dotes excessiuas.* Hic est *damnum*, hic sunt suspiria fratrum, hic viget æquitas, & legis mens.

81 ¶ Rursus hæc lex, non permittit dari integram legitimam, si excedatur taxatio præfixita, vt docui supra capite tertio. Ergò non solum curauit ne fieret præiudicium cæteris fratribus: non enim fieret, si legitima daretur, sed ne vnquam præiudicium fieri posset natis alijs liberis, qui quod tunc iustum, & legitimũ erat, efficiunt videri iniustum, cum ipsi faciendo partem, pro sua legitima, minuant legitimam dotatæ.

82 ¶ Rursus si hanc opinionem probamus, filij reducuntur ad equalitatem, & in dubio ea opinio probatur, per quam fratres æquales sunt, vt supra dixi num. 43.

83 ¶ Postremò facit efficax argumentũ, nam iure regio, maritus non potest vxori dare arras vltra decimam partem bonorum. l. 50. Tauri. l. 2. tit. 2. lib. 6. Recop. hoc autè procedit, etiam si tempore quo dat arras, nullos habeat liberos, quod probatur. l. 1. tit. de las arras, lib. 3. fori. vbi quod excedit, applicatur proximioribus cõsanguineis, ergo tunc non habebat filios; nihilo minus tamen etiam nullis extantibus filijs seruanda est legis taxatio: ita ergò licet vnica tantum sit filia, neq; alij extant quibus præiudiciũ fiat certè si postea nascantur, melioratio tacita vel expressa reuocari debet.

84 ¶ Præterea probatur, quoniam si dotans cogitabat alios filios sibi nascituros fraus est (saltim destinatione) & hæc lex seuerit simè omnem fraudem improbat, si non cogitauit quod naturale est, stultis adnumera-

De non meliorandis

rari potest, quis autem stultitiæ fauceat? nã paria sunt scire, vel scire debere, neque socio. dia patris filijs nocere debet. Et certè si melioratio facta vnica filia valeret, facile eluderetur decretum huius legis, si vbi primun iñi filia nascitur, amplissimè doto eam, ita quòd respectu nasciturorum videatur meliorata.

85 ¶ Rursus verisimile est, quòd si dotans cogitasset alios filios sibi nascituros, nò tam amplè dotasset, & se legi huic conformare voluisset. Postremò facit fortissimum argumentum, si enim de iure communi dos reuocatur vsq; ad legitimam denuo nati, quia legitima tolli non potest, cur hic non reuocetur, vsq; ad integram legitimam, cù legitima minui non possit ratione dotis, neq; melioratio fieri.

86 ¶ Et sic vides lector, ex hac ratione respõderi posse ad argumentum, quòd in contrarium fieri posset, scilicet quòd cù esset vnica tempore dotis, melioratio fieri potuisset, tum non deberetur legitima alicui, nulli enim erant fratres. Respondeo enim quòd hac ratione, etiam legitima deducta tertia non daretur denuo nato, quia tempore dotis: cum neq; natus, neq; conceptus fuisset, nulla debebatur ei legitima, contra tamen definitur in dict. l. si totas. vt probaui sup. num. 35.

87 ¶ Rursus hæc opinio probatur, quoniam tempore quo erat vnica: melioratio non tenuit in vim meliorationis, non enim respectu sui ipsi dici potuit meliorata. Rursus nato fratre, melioratio incipere nõ potest, quia dotis ratione melioratio nõ consistit, resistente hac lege.
¶ Præterea hæc opinio equior est, & cum iure probari videatur, rigori videtur præferenda, neq; me aliud magis cogit, quam ipsa legis mens, seuere meliorationem ratione dotis omnino prohibentis.

88 ¶ Postremò facit gloss. l. tale pactum. §. si. ff. de pact. & quòd notant Doctores ibi, & in. l. Titius. ff. de liber. & posthum. scilicet quòd debet haberi pro disposito, id quòd legislator disposuisset, si de eo fuisset interrogatus, & hoc est quòd vulgo dicimus mentem legis esse spectandã. * Meo autè iudicio, si conditor huius legis de hac specie fuisset interrogatus, haud dubiè pronuntiaffet, meliorationem etiam hoc casu non admittendã, si enim in præiudicium filij adulti, & virili robore valentis melioratio non valet: cur valeat in præiudiciũ

89

teneri infantis iudicio, robore, industria, & facultatibus carentis? Si non spoliemus virum: Cur spoliemus infantem? Si prospicim⁹ ne legitima viri minuatur: cur nõ multo, magis curadum ne legitima denno nati infantis minuatur? Vter dignior fauore: vter dignior misericordia? Vbi iustior? vbi prudentior hæc lex? * Quod si hanc opinionem probamus, certè neq; in quinta teneb t melioratio lex enim ista, neq; tertiam, neq; quintam dotis ratione dare permittit. Neque obstat quòd supra dixi. nu. 62. 64. 65. & 70. aliter in donatione, vel melioratione extra causam dotis quoniã melioratio extra causam dotis prohibita non est, ad dotis ratione prohibita omninò est. In hac autem specie nihil proderit, quòd pater in eadẽ voluntate perseveret eius enim volũtati resistit hæc lex.

91 ¶ Hanc opinionem tanquam equiorẽ probabo. Neque obstat quòd Ias. scripsit. dict. conf. 174. lib. 4. quòd si filia exclusa stantibus masculis melioretur à patre, tempore, quo nullum alium filium habebat, quòd etiam si dotem amplissimam acceperit, non reuocatur dos, nisi vsq; ad legitimam filiorum denuo natorum: ex quo dici posset, quòd etiam si filia per hanc legẽ meliorari non possit, si tamen melioretur: cum sit vnica, si postea alij nascantur melioratio non reuocetur nisi, vsq; ad legitimam denuo nati, videtur enim idem esse casus, nam Ias. loquitur in specie qua filia excludebatur, non stantibus filijs; & hic sumus in casu in quo filia excluditur à melioratione: stantibus filijs, & sic vides quòd etiam si lex resistat factum legitime non reuocatur etiam si casus postea eueniat à quo incipere non potest.

92 ¶ Hic tripliciter respondeo. Primò quòd filia exclusa stantibus masculis, non excluditur, à congrua dote, vt latè scripsi cap. primo, idè non mirum, si retinet dotem. Deinde respondeo, quòd si ex eo quòd tempore dotationis filia sit vnica in eam amplissima donatio conferri potest, quia nullus filius est: cui debeatur legitima, certè hoc respectu, neq; vsq; ad legitimã denuo nati, reuocaretur dos, quia denuo natus tempore donationis natus vel conceptus non fuerit contrarium tamen definitur in. l. si totas, & est communis quòd etiam si donationem amplissimam contuli in filium vnicum (quòd potui alijs non existentibus) quòd nihilominus si alij nascantur dona-

donationis, & dotis præstatio reuocatur, vsque ad legitimam denuo natorum, vt dixi supra nu. 33. 40. 41. 48. & 67. & quod in filia ratione dotis, vt donationis, vt supra num. 42.

93 ¶ Ergo hic dotis præstatio reuocari debet, vsque ad legitimam non diminutam, sed integram quia lex non vult legitimam minui, ex dote.

94 ¶ Tertio respondeo illam Ias. opinionem in specie ab eo proposita falsam esse, multoq; à vero extortâ scripsit Molinæ. de donatio. fact. contr. matrimo. num. 48. cum sequentib. & num. 60. Nam. si vnquam habet locum in donatione ob causam, quâdo modum, & congruam summam excedit, vt supra dixi. dos autem modum excedit si melioratio ex ea resultat. * Item dos ultra modum censetur titulus lucratiuus etiam quo ad maritum. l. si sp̄sus. §. circa ff. de donat. inter virum & vxor. Ange. in l. sed, & si lege. §. cōsuluit. ff. de peti. hered. l. mol. Roman. & Ang. in l. Aquilius. ff. de donat. Molin. de donat. in contractu matrimo. num. 51. Tiraquel. l. si vnquam, verbo donatione largitus, num. 69. C. de reuocand. donat.

95 ¶ Neque obstat quòd videtur gener deceptus, potius enim appellandus stultus. Sed obijcis, non duxisset in dotatam, sed hic congruam, & legitimam dotem relinquimus, verbum enim dotata, de congruè, & iuxta leges dotata intelligendum, vt per Molin. vbi supra. nu. 55. Non obstat quòd scripsit Socin. cons. 147. lib. 2. alius enim est casus, ille.

96 ¶ Postremo pro hac opinione facit, quòd prorsus iniquum videtur vt quatuor, vel quinque masculi, post dotacionem nati mendicent, & dum filia in alienam familiam inserit paternis facultates, fratres lucem fugiant, qui paternæ domus splendorem conseruare possent.

97 ¶ Finem faciam, si pro defensione communis intellectus, ad l. si totas. prius satisfecero his quæ Molinæus in contrarium adducit. Dicit enim. l. si totas non loqui quando donatio reuocatur ex tacita voluntate donantis. (scilicet ex liberis susceptis.) Sed contra eius voluntatem, ratione inofficiositatis. Præcipuum fundamentum est, quòd d. l. si totas. dicit hæc verba. *Id quod ab inofficiosi querelam non ingratis liberis relinqui necesse est, ex factis donationibus ad tam. patrimonium reuertitur.* Nota (inquit

Molinæus) verbum, *ingratis*, ergo loquitur, de his quos pater potest excludere. Rursum nota illa verba, *necesse est.* Ergo (inquit) lex loquitur de reuocatione contra voluntatem patris facta, ex dispositione legis.

98 ¶ Equidem si fas est tantæ eruditionis accusare virum, vim facit legi, & eius verba detorquet, ad suum sensum. Illa enim verba, *nullo modo.* significant donationem aduersus patris voluntatē reuocari, & ideo inspiciendū, qui grati, qui ingrati sint, sed lex per demonstrationem dicit donationem filio factam reuocari ex natiuitate aliorum filiorum, vsque ad *id quod ad submouendam inofficiosi testamenti querelam non ingratis liberis relinqui necesse est.* Hæc sunt verba legis, & mentio ingratorum, non significat ibi disputari qui grati, qui ingrati forent, sed quoniam ingratis debitum bonorum subsidium non debetur, dicit lex donationes reuocari ex natiuitate aliorum, vsque ad id, quod ad submouendam inofficiosi querelam non ingratis liberis relinqui necesse est. Ad legis scilicet summam se refert, & pro qua portione reuocetur per relationem demonstrat, referendo se ad debitum bonorum subsidium, quòd filio relinqui necesse est, vt de inofficioso testamento non agat, si non sit ingratus.

99 ¶ Rursum lex loquitur cum patre, cui dicit donationem reuocari, vsque ad legitimam denuo natorum, si ergò pater viuebat, non agebatur de inofficiosa donatione, non enim ante mortem patris de inofficiosa donatione agi potest. l. 1. & l. si. C. de inof. donat. Bar. & Bal. in d. l. 1. col. pen. Molin. de donatio. in contractu matrim. num. 12. Cetera quæ adfert, quamuis erudita sint, non tantum habent roboris, vt eis respondere oporteat: Arguit enim ab absurdo, hic autem nihil video absurdi, si qui in rebus proprijs filio tribuit ius in vita sua, sibi ipsi cum præferens, velit eum filijs præferri. Ad cetera, responderi potest ex pluribus quæ supra produxi, & minuta quædam sunt, quæ ad euincendum contra communem non sufficiunt.

100 ¶ Sed quoniam supra ex num. 1. docui, dotem filie vnice dari posse supra taxam huius legis, meminisse oportet, quod non dicetur carere liberis qui eos habet, licet ignoret se habere, imò prohibitio alienandi ratione liberorum seruanda est etiam si donans, vel dotans ignoret se alios habere præter

De non meliorandis

præter filiam unicam, ita probatur in l. si
cut certi, & in l. si cum vel in utero. C. de
testam. mili. & l. Titius. §. L. Titius. ff. de li-
ber. & posthu. scribit Angel. conf. 108. &
in Authen. ut cum de appellatio. cognosci-
tur. §. siue igitur. collat. 4. vers. finaliter di-
ci potest A ret. l. ex facto. col. 6. ff. de vulg.
& pupill. & consi. ultimo.

¶ Si tamen mortuo patre, nascatur posthu-
mus, iam supradixi, quod ex l. regia dona-
tiones factę extraneis rate manent, usq; ad
quartā partē, videtur enim esse differētia
inter natū viuente patre, & natū mortuo
patre, ut ibi notatur. Sed si donatio ne ex-
traneo, sed filio facta fuisset, rata manet
pro tertia, & quinta parte, ut supra dixi.
Si tamē dos ampla vnice filię data, fuisset,
an posthumus reuocet in totū tertiam, &
quintā, ita ut æqualiter diuidāt ac si viuo
patre natus esset, ut supra dixi. Videtur fi-
liā ad minus retinere quartā, cū enim eam
retineat extraneus, cur non n. agis filia, &
gener onera matrimonij sustinentes: Sed
obstat prohibitio huius legis, & cætera su-
pra adducta. Sed certè tempore quo dedit
dotem, cum vnica esset, amplè dotare po-
tuit. Saluo tamen meliori, & saniori iudi-
cio, omnis melioratio rescicabitur. Hęc
enim lex neque quintam supra taxam dari
vult, quam tamen certum est extraneis,
& ignotis dari posse. Si autem quinta etiā
expresse dari nō potest, cur dabimus quar-
tam? At extraneo licuit donare quintam,
& licet lex relinquat plus quam quintam,
scilicet quartam, certè maior pars quartę,
rectè, & licitè extraneo dari potuit, scilicet
quinta, hic autem, neque quinta supra ta-
xam vilo tempore rata manet nascentibus
alijs fratribus: quia lex vetat dari quin-
tam ratione dotis.

S V M M A.

- 1 **H**abens plures filios, & filias meliorando
vnam amplissimè ratione dotis, & fi-
lij moriuntur præter dotatam, an meliora-
tio rata maneat & nu. 7. 11. & 24.
- 2 **Q**ualitas adiuncta verbo debet intelligi, secun-
dum tempus verbi.
- 3 **V**erbum, que tuicre, in hac lege quid si-
gnificet.
- 4 **P**rohibitio facta fauore consanguineorum eis
non statimibus, an excedi possit.

5 **Q**ualitas exclusiua posita in Statutis ad hoc: ut
aliquis excludatur debet adesse eo tempore,
quo res præstatur.

6 **L**ex nostra condita est, ne legitima aliorum fra-
trum ex immediata dote præstatu ne mi-
nuatur.

*Renunciatio fauore cæterorum fratrum facta
non obest renuntianti si fratres mortui sint.*

7 **C**onditio si liberos æducauerit, an videat-
ur impleta si quis liberos habeat qui statim
moriuntur.

8 **F**æmina exclusæ Statuto, stantibus masculis
an sufficiat, ut masculus aliquo tēpore viue-
ret, ad hoc ut fæmina perpetuo excludatur,
& num. 14. 15. 16. 17. 18. 19. & 24.

9 **T**estamentum ruptum non conualescit: si filius
præteritus moriatur viuo patre.

10 **D**onatio que reuocatur: ex filijs: non conuales-
cit si filij postea moriantur.

11 **F**ilia exclusæ à successione (pactō inuito) admittitur
inuito patre ad eius successione, si
fratres, & sorores mortuæ sint.

12 **H**ęc lex quorum fauore condita sit, remissiuè.

20 **I**n intellectu. l. si filius qui in potestate. ff. de liber.
& posthum. §. 1. Insti. de ex hered. liber. &
num. 21. & 22.

23 **D**ispositio. l. si vnquam. C. de reuocand. donat.
an loquatur in donatione facta extraneo.

25 **F**ilia exclusæ Statuto, stantibus masculis,
an admittatur ad bona patris, si frater mas-
culus moriatur, sine liberis post mortem pa-
tris, & num. 26.

27 **E**t quid si fratres viuunt, non tamen sunt in po-
tentia succedendi, an tunc filia dotis nomine,
accipere possit tertiam, & quintam partem
& num. 30 & 31. ex Soci & num. 32. 33.
35. 36. 37 & 39. Et quid in materia limi-
tata dote num. 40.

*Et quid si postea efficiantur capaces, ex dispen-
satione, num. 42. & 43.*

*Et quid si monachus, monachatum absq; maio-
rum licentiam deseruit, num. 44.*

29 **C**onditionalia specificè implenda sunt.

34 **S**tatutum excludens fæminas extantibus mascu-
lis: non admittitur si masculi non succedant.
*Mater ad hoc ut excludat substitutum ex ta-
cita vngari, requiritur, ut sit hæres.*

Legi-

- 35 Legitimus non facta mentione alicuius qualitatis necessaria, an possit succedere stantibus aij, fratribus legitimis, & in quo verificetur. Cum Paulo de Castro, & Iasone.
- 41 Deficientibus, vel non succedentibus fratribus, & sororibus, pater an immodicam dotis prestationem, vel agendo, vel excipiendo aduersus generum ex probare possit.
- 45 An dotis ratione meliorare possit filia si ij ad quos res pertinet renuntiet huic legi, & num. 46.
- 47 Praescriptio dotis scripta in d. hac adictali. C. de secund. nupt. an excedi, possit si dicta lex renuntietur.
Et quorum favore sit prodita, num. 63.
Iuri in fauorem alterius introducto non potest renuntiare per pasciscentes, & num. sequenti.
Vide etiam posita infra. num. 99.
- 50 Iuri prohibitiuo an renuntiare possit.
- 51 Donatio inofficiosa, qua de iure prohibita est, non proderit, si pater meliorans legi renuntiet. Donatio prohibita inter coninges, non conualecit, etiam si maritus donet renuntians legi, vel consuetudini.
- 53 B. si vnquam. C. de reuoc. donat. licet non sit prohibitiuus, tamen inducta in fauorem filiorum, an renuntiare possit.
- 54 Filij, & filia consentientes, sororem, dotis ratione meliorare renuntians huic legi an melioratio hoc casu valeat, & numer. 55. & 56.
Et quid in impuberibus, vel infantibus, remissive, numer. 57.
Quid si approbet pacta dotis num. 58 59. 60. 61. 62. & 64.
- 64 Fratres viuo patre, & consentiente, si diuidue inter se hereditatem patris an liceat excedere metam huius legis.
- 65 Filius vasalli an possit, restituendo pratium, reuocare feudum alienatum, de eius consensu.
- 67 Clausula irritans contra factum non operatur, si velit is in cuius fauorem posita est.
- 68 Dominus nolens feudum paternum esse commissum ob Factioniam, & vasallo condonet eam, an videatur feudum nouum, vel maneat, ut erat antiquum.
- 69 Filij legitimi, & naturales renuntiantes, &
- non succedentes: naturale tantum alias exclusi, an succedant.
- 70 Filia statuto exclusae extantibus masculis, si masculi renuntient, & vellint illas admittere, an admittantur.
- 71 Extenditur in melioratione de qua in nostra lege, & num. 72.
- 73 Filia renuntians hereditati patris non videtur renuntiare iuri quod postea sibi competat, ex l. hac adictali. C. de secund. nupt.
Limita non procedere quando tempore quo filia renuntiauit iam ei competeat ius formatum ad poenas quas mater incurrit ex secundis nuptijs.
- 76 Dispositio l. hac adictali: non cessat quando versatur fraus & num. 77.
Statutum de non meliorandis filiabus dotis ratione, primario inductum est ad priuatae utilitatem: secundario ad publicam.
- 78 Praesentia, & taciturnitas ceterorum filiorum, an sufficiat ad hoc, ut possit immodicam dotem auccare, & num. 79.
- 80 Extende etiam, ut procedat quando pater dicit se dotare, de bonis eius: filijs praesentibus, & tacentibus.
- 81 Agnatus praesens, & tacens, alienationi feudi, an sibi praedictet.
- 82 Dotes datae filiabus alicuius, an intelligantur datae de communibus bonis fratrum, si datae sint scientibus eis, nec protestantibus.
- 83 Fabri opinio circa hoc.
- 84 Intellectus l. si seruus. ff. de donat. inter virum, & uxorem. Contra Fabrum.
Coniunctio sanguinis an sufficiat, ut praesumatur donatio, si non concurrat cursus temporis, & rationes sapienter calculatae, & un. seq.
- 86 Filius minus legitima accipiens, & promittens amplius non petere ratione supplementi, an legitima consequi possit.
- 87 Merus reuerentialis quid operetur remissum.
- 88 Filij nouum sponsum decipientes, dicendo renuntiationem fecisse, ad quid teneantur.
- 89 Consensus, & approbatio meliorationis: eis nocet, qui approbarunt.
- 90 Dispositio qua respicit cognatos, vel agnatos, an respiciat ipsos, ut singulos, vel ut vniuersos,

Filij

De non meliorandis

- 91 Filij concedentes, vt pater liberè filiam dotet, an ex hoc sibi praiudicent, aut melioratio valeat.
- 92 Episcopus qui de licentia S. P. liberam habet testandi facultatem, contra statutum prohibens, ne ultra certam summam possit testare, nulla facta mentione per S. P. de tali statuto, an possit ultra portionem in statuto comprehensam testare.
- 94 Approbationem immodica dotis oportet esse expressam, non autem tacitam.
Hæres an possit impugnare factum defuncti in eo, quod excessit dispositionem l. hæc adit. l. C. de secund. nupt. quæ huic nostra legi non nihil accedit.
- 95 Pater, tutor vel curator filiorum an nomine eorum possit approbare meliorationem, quam facit, ratione dotis.
- 96 Et an sufficiat si rata habeat meliorationem.
- 98 Contractus venditionis super re ecclesiastica, iuris, quæ à principio sine consensu prelati factus, nullus est, an conualescat si ab Episcopo confirmetur.
- 100 Filius renuntias hereditatem paternam, fratri presenti, & recipienti: an accrescat omnibus, vel illi soli.
- 101 Quid si præsumptiuè intelligamus donationem factam esse fauore vnus.
- 102 Filia consensiens dari in dotem legitimam suam: sorori nubenti, & postea gignat filios, an talis donatio reuocetur. ex. l. si vnquam. C. de reuocand. donatio.
Declarat vt procedat secundum tradita numer. 114 & 115.
- 103 Et quid in auo, qui contemplatione matrimonij donauit nepoti suo, & num. 104.
- 105 Dispositio l. si vnquam m. an habeat locum in renuntiatione facta à filia de hereditate paterna. & num. 107. & 108.
- 106 Declaratur vt procedat in hereditate nondum delata.
Iuri querendo an possit renuntiare.
- 109 Remittere ius questum est donare.
- 111 Renuntiatio matris an noceat filiis.
- 112 Renuntiatio facta per matrem videtur habere tacitam conditionem, si successio ei deferatur.
- 113 Extende vt procedat etiam si sit iurata.
- 119 Filia superstes patri, etiam si post mortem, an filij eius possint venire ad hereditatem ani.
- 210 Filiam vnica amplissimè dotans, & moriens vxore pregnante, an si posthumus non nascatur, melioratio, & dos (quantumvis ampla) rata maneat.
Et quid si nascatur an irritetur melioratio à die quo nascitur, an vero à die quo conceptus fuit & num. 121. & 126.
- 122 Venter antea quam in lucem prodeat: an rumpat testamentum in quo præteritus est. & num. 125.
- 123 Ventri an debeat legitima quousq; nascatur. & num. 124.
- 127 Dotem improbens, eo nomine quod dotans alios habuerit filios, neque dotata vnica fuerit: cui incumbat probandi onus.
- 129 Filij se simul obligantes cum patre, pro dote sororis, an videantur consentire sororem meliorari, & portionem suam minui.
- 130 Factum positiuum inducit consensum.

¶ Quid si post dotem filia constitutam, ceteri filij moriantur, aut ex delicto, vel monachatu non succedant, aut quia paternis facultatibus renuntiarunt, vel meliorationem consenserunt, an valeat melioratio dotis nomine facta.
Caput. X.

I **Q**VAERO Quid si habens plures filios, & filias, vnâ amplissimè dotauit meliorando eam in tertia, & quinta ratione dotis, & ceteri omnes filij, & filia moriuntur: præter dotatam, quæro an melioratio rata maneat. Difficilis est quæstio, & habet capita duo, aut enim ceteri filij moriuntur ante dotem præstitam seu promissam, aut post.

2 **¶** Primo casu, melioratio valet. Mouetur quoniam qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus, verbi. l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. l. in delictis. §. si extra-

extraneus. ff. de noxal. actio. Verba autem huius legis sunt: *Pueda dar en dote a cada vna de sus hijas.* Nota illa verb. *En dote a sus hijas*, ergo tēpore datæ dotis debet habere plures filios, vt melioratio fieri non possit, si vero filia tempore dotis sit vnica, meliorari potest, iuxta dicta. c. præcedenti.

3 ¶ Rursus nota alia verba legis, ibi, *Pueda dar en dote a cada vna de las hijas que tuuiere*, Nota illa verba, *que tuuiere* Significant enim: oportere, vt tempore constitutæ dotis, pater alios habeat filios, vel filias, vt melioratio fieri non possit.

4 ¶ His congruit, quòd si ex statuto præfinitur summa, putà ne vir succedat vltra octauam partem ab intestato, an deficientibus consanguineis possit succedere in re fiduo. Et si prohibitio fuit facta fauore consanguineorum, certè eis non extantibus summa excedi potest, ita Bald. l. 1. col. fi. propè finem. C. de secund. nupt. Corne. consil. 3 24. col. pen. litera. N. lib. 4. Hæc autem lex fauore cæterorū fratrum, & sororum condita est, vt supra docui cap. 2. nu. 23. & 29. ergo eis non extantibus non admittetur legis decretum. c. cum cessante. de appellat. cum similibus.

5 ¶ Simile est, quod scribit Brunus in tractatu de statuto exclud. fœmin. artic. 13. quæ st. 3 2. num. 303. & art. 6. membro. 4: quæ st. 9. qui scr. bit qualitatem exclusiuā, vel admissiuam adesse debere tēpore quores præstatur, argum. text. in. l. interuenit. 24. ff. de lega. foris, ibi, *Et placuit in ea necessitudine huic esse quando dies legati cœsit.* In non oportet. de lega. 2. l. si quis cum haberet. de suis & legit. hæred. l. 1. 6. si quis pximior. ff. vnde cognat. ex pluribus doctissimæ (sicut cætera alia) Molina. de Hispan. prim. lib. 1. c. 13. num. 37. Greg. Lopez in. l. 8. tit. 7. part. 6. gl. 2. qualitas autem exclusiua est: cæteri fratres, vel sorores, nam vnica filia meliorari potest.

6 ¶ Rursus, hæc lex prodita est, ne legitima aliorum fratruū ex immodica dotis præstatione minuatur, de iure autem renuntiatio hæreditatis paternæ quæ fauore cæterorum fratrum facta censetur, vt dixi supra cap. 6. non obest renuntianti, si fratres mortui sint, ita Salic. l. pactum quòd dotali. C. de pact. Imol. Areti. & Roman. l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred. Dominicus. c. quanuis pactū. de pact. lib. 6. Alex. cōf. 29. lib. 3. Guido. decis. 192. Corn. cōf. 330. lib. 1. & cōf. 85. col. 2. & cōf. 98. lib. 2.

Dec. cōf. 209. & cons. 370. in fine. Bertrā. cōf. 133. col. 1. lib. 1. Ripa. l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 89. post Areti. ff. de verb. oblig. Alex. cōf. 69. nu. 1. lib. 1. Deci. l. pactū. nu. 9. C. de collat. & cons. 433. num. 2. Alex. l. stipulatio hoc modo cōcepta. nu. 11. ff. de verb. obli. Bertrā. cōf. 60. & cōf. 133. col. 1. lib. 1. Aymō cōf. 42. lib. 1. Natia in cap. quāuis. in vltima fallētia de pact. in. 6. Couarr. ibi. 3. part. §. 3. nu. 4. Ergo si fratres mortui sint, filia aliàs prohibita meliorari potest.

7 ¶ Quoad secūdū, an si post meliorationem filij moriantur, melioratio rata maneat, dīstingue, aut filij moriūtur superstitē patre, aut post patrē. Primo casu, videtur meliorationē non conualidari, quoniā si habere alios filios est causa, ne melioratio fieri possit, sufficit filios aliquo tēpore extitisse, licet postea moriantur. l. cū vxori. C. quādo dies leg. cedat. & ibi notant Bald. & Corn. l. hæredibus. §. 1. ff. ad Trebel. vbi hæc conditio si liberos æducauerit, videtur impleta si quis liberos habeat, qui statim moriātur, q̄ Ias. explicat, in. l. in substitutione. ff. de vulg. Idē probatur in. l. si quis hæredē. C. de institu. ex quo Bal. & Alberi. ibi scrībunt. q̄ si adsit pactū, vt mulier habens filios, sibi lucretur dotē, cōditio videtur impleta natis liberis, etiā si statim moriātur, quod etiam Alberi. docuit. 2. par. statutorum. q. 108. Facit. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & q̄ Ias. scripsit in. l. si quis heredē. C. de institutio. & in. l. inter stipulantem. §. sacram. col. 8. ff. de verb. oblig. Bald. in Auth. sed, & si quis. C. de secund. nupt. Alexan. cōf. 29. col. fi. lib. 1. in quibus locis cōmuniter notatur, q̄ hæc cōditio si liberos habuerit, videtur impleta si quis, vel paruo tempore habeat liberos, licet postea moriantur, cū igitur melioratio facta sit statibus filijs, & eis extantibus lex prohibeat meliorationem, videtur eā non conualidari licet postea filij moriantur.

8 ¶ Quibus maxime cōgruit, q̄ si ex statuto fœmina excludatur statibus masculis, sufficit masculū aliquo tēpore vixisse, vt fœmina perpetuo sit exclusa, ita Bal. Areti. Alex. & Ias. in. l. si quis posthumos. §. 1. ff. de lib. & posth. Bal. in. l. in quibus. C. de fecū. nup. col. 2. Areti. cōf. 50. col. 3. Soci. cōf. 124. col. 2. lib. 4. Deci. cōf. 39. col. 2. Ias. in l. inter stipulatē. §. sacram. col. 8. de verb. oblig. Salic. & Pau. in. l. auus. C. de lib. pter. vel exher. Bal. in. l. si Pōtionilla. C. quādo

H dies

De non meliorandis

- dies leg. ced. A ret. l. Gallus. §. & quid si tantum col. fi. ff. de liber. & posth. Ergo, cum ex hac lege foemina sit exclusa à melioratione ratione dotis, si fratres extent, sufficit si aliquo tempore extent, licet postea moriantur, vt perpetuo sit exclusa à melioratione.
- 9 **¶** His accedit. l. si filius qui in potestate. ff. de libe. & posth. §. 1. Insti. de ex hère. liber. Vbi definitur, testamentum ruptum non conualescere, etiam si filius præteritus moriatur viuo patre.
- 10 **¶** Postremò, adest efficacissimum argumentum, scilicet quòd donatio quæ reuocatur ex filiis, non conualescit etiam si filij postea moriantur, ita Bart. & Bald. in l. Titia Seo. §. Imperator. ff. de leg. 2. Bart. consil. 235. Bal. l. 1. col. fi. C. de inoff. don. & cõf. t. 67. col. 1. kb. 5. Imol. c. fi. col. 6. de donat. A ret. in consi. 93. Ias. in l. si quis hæredem col. 3. C. de instit. & in l. in substitutione. ff. de vulg. & cons. 66. col. 8. lib. 3. sic ergo melloratio quæ infirmatur ex alijs filiis, vel filiabus, non conualescit, licet postea moriantur.
- 11 **¶** His tamen non obstâtibus, contraria sententia mihi verior videtur & æquior, humanoq; comercio magis accommodata. Eam in specie. l. hac qdâ tali, quæ ressecat dotem vltra certum modum datam, tenet Bertrandus. ibi. §. si verò plus num. 17. Bart. fin. ff. de reg. Cationi. Ias. in l. seruis. C. de legat.
- 12 **¶** Rursus moueor, quoniam exclusus à successione per renuntiationem, admittitur si fratres, vel sorores moriantur, & pater non habet liberam testamenti factionem, imò filia ipsa pacto iurato exclusa, admittitur inuito patre ad eius successione si fratres, & sorores mortuæ sint, quoniam renuntiatio eorum fauore facta censetur, ita Salic. pactum quòd dotali. col. penul. vers. aut pasciscitur. ibi quinimò. C. de pac. Paul. l. pactum quòd dotali. nu. 6. C. de colla. A ret. l. qui superstitis. ff. de acquir. hère. col. 3. vers. circa tertiam limitationē Parisi. cons. 26. num. 20. lib. 3. Couarru. in cap. quamuis pactum. 3. part. §. 3. num. 4. cum alijs supracitatis, num. 6.
- 13 **¶** Quod autem ceterorum fratruum, & sororum fauore: hæc lex condita sit, probaui supra cap. 2. nu. 23. et. 29. vbi dixi in quorum fauorem filia renuntians videatur renuntiare. Ergo deficientibus fratribus, & sororibus melioratio rata manere debet, cū filia remaneat vnica, & deficiât illi in quorum fauorem hæc lex condita est, cū enim bona immodicè data in dotē alijs filiis applicanda sint, vt infra dicā, manifestissimū est hanc legē eorum fauore conditā fuisse, vt in filia renūtiante, hac ratione colligit, Couarru. in loco supracitato.
- 14 **¶** Rursus, hæc sentētia probatur, quoniam statutū excludens foeminas stâtibus masculis, ita demū seruatur si masculi vixerint tempore mortis patris, & delatæ successione, secus si moriantur ante patrem, ita Brunus. in tractatu de statuto excludēte foeminas artic. 13. q. 6. nu. 87. & artic. 2. q. 7. nu. 108. Alex. cons. 20. col. 4. num. 7. vers. nono & vltimo lib. 1. Georgius Natā. in tractatu de statuto exclud. foemi. in §. q. principali. q. 26. nu. 120. Bart. l. fi. ff. ad Tertul. Bal. l. in quibus. C. de secūd. nups. A ret. l. Gallus. §. & quid si tantum: ff. de liber. & posthum.
- 15 **¶** Neq; obstat, q̄ cōtradicit cōmunē Ias. l. si quis posthumos. §. 1. col. 2. & 3. ff. de lib. & posth. post Alex. ibi, quoniam loquitur in statuto excludente foeminas donec vixerint masculi, tunc enim licet masculus moriatur post mortem patris, filia ius habet, & admittenda est. Secus si simpliciter foemina excluderetur stantibus masculis, tunc enim si masculi moriātur post patrē, non admittitur. Tamen generalitas communis opinionis, quæ mortuo masculo admittit foeminā, facit prò nobis, vt filia cuius melioratio clauditabat, ppter fratres, habeat ius validum eis mortuis.
- 16 **¶** Hæc opinio mihi multò probabilior videretur, si pater mortuis filiis perseueraret in eadem voluntate, iam enim nullus alius est, qui illam impugnare iure, vel facto posset. ita probatur in summa titulo de donationibus. §. quanto vers. hæc autem reuocationes Bald. l. 1. col. fi. C. de inoff. donatio. Salic. l. si totas ad finem. C. de tit. Imol. c. fi. col. 6. de donatio. Paul. l. 2. ad finem. C. de posth. hæred. instit. Corn. cõf. 4. col. 5. lib. 3.
- 17 **¶** Postremò, hanc opinionem nominatim probat. Molineus in tractatu de inofficio testamento, num. 79. col. fin. versiculo satisq;.
- 18 **¶** Non obstant ea quæ ex aduerso stare videntur. Primò non obstat, quòd hoc verbum habere filios, dicitur impletum etiam si viuo patre moriantur, fateor id verum esse, nego tamen meliorationem

ex

ex eo solo irritari, nisi filij uiuant, vsque ad mortem patris, iuxta ea quæ superius retuli.

19 ¶ Rursus non obstat, quod conditio statuti excludentis fœminas stantibus masculis, dicitur impleta, etiam si masculi paruo tēpore durent. Fateor id verum esse, dūmodo uiuant post mortem patris tēpore delatę successionis, & ita loquuntur. DD. secus si uiuo patre moriantur.

20 ¶ Non obstat. §. 1. Insti. de exhære. libero. quoniam loquitur in testamento, quod posthumi natiuitate redditur nullum, si sit præteritus. l. posthumo nato. C. de contra tabul. cum autem sit præteritus, deficiatq; in testamento hæredis institutio, quæ caput est testamenti, vt in. §. ante hæredis. Insti. de legat. non est absurdum, vt etiam posthumo mortuo testamentum nō conualescat, cum sit ipso iure nullum. In nostra vero quæstione, non est defectus formæ, neque rei alicuius pro forma requisitæ.

21 ¶ Rursus responde illa iura procedere de Iure Ciuile, non de æquitate prætoria, vt in. l. posthumus præteritus est. ff. de iniurto rupto, scribunt Alexand. & Ias. in. l. posthumo nato. C. de contra tabul.

22 ¶ Præterea, respondeo, illa iura loqui in vltimis voluntatibus, nos autem loquimur in contractibus, quorum robur maius est, & difficilius irritatur, vt per Bart. & Bald. in Authent. ex causa. C. de liber. præter. vel. exhære. Filius enim mortuus habetur, ac si natus non fuisset, vt in l. 1. in principio & §. vltimo. ff. de a signa. liber.

23 ¶ Deinde, non obstat quod natiuitas filij etiam statim mortui reuocat donationem à patre factam, illud enim peculiarem habet rationem, scilicet quod. l. si vnquam. loquitur in donatione facta extraneo, nos autem loquimur in dote data filię, quo casu deficit dispositio. l. si vnquam, vt docui cap. præcedenti.

24 ¶ Restat vltimus casus, scilicet an melioratio rata maneat si omnes filij, & filię moriantur post mortem patris. Et distinguendum est, aut enim ceteri fratres moriuntur ex testamento, aut ab intestato. Primo casu, fratres ad hæredes suos transmittunt ius reuocandi meliorationem, neq; ipsorum mors illam conualidat. Moueor, quoniam si ex statuto filia excludatur stantibus masculis, vt dixi supra ex num. 6.

14. 1. §. & sequentibus. certè etiam si masculi moriantur post mortem patris filia reddere non potest ad bona paterna, sufficit enim vel momento superuixisse patri, vt fœmina perpetuo sit exclusa, ita colligitur ex Bald. & Salic. l. 2. C. de liber. præterit. vel. exhæred. Alexā. consil. 20. col. 4. nu. 7. lib. 1. tex. & ibi Bald. c. 1. §. in omni. Titu. Episcopum, vel Abbatē. Bald. in. l. in quibus. C. de secun. nup. Alex. cōsi. 29. pro pē finē lib. 1. Bald. in Auth. sed & si quis. C. de secū. nup. Bal. l. si quis posthum. §. 1. ff. de lib. & posth. & ibi Aret. idem consil. 50. Socin. 114. col. 2. lib. 4. Ias. in. l. si quis col. antep. C. de institu. Georgius Natā. c. quamuis pactum. in fi. q. 2. quæstionis principalis de pact. in. 6. Aret. consil. 143. Ias. consil. 220. col. 6. lib. 2. Bald. l. si Pontionilla. C. quando dies lega. cedat Ang. & Aret. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. Brunus in tractatu de statuto excludente fœminas. art. 13. q. 6. nu. 84. Ias. in. l. inter stipulantē. §. sacram. col. 6. ff. de verb. oblig. & dixi sup. d. nu. 6. & seqq.

25 ¶ Neq; obstat quod Ias. post Alexand. in l. si quis posthumus. §. 1. col. 2. ff. de lib. & posthu. dicit quod filia exclusa admittitur ad bona patris si frater masculus moriatur sine liberis post patrem. Quoniam illud verum quando statutum non excludit simpliciter fœminas, sed quamdiu vixerint masculi, tunc enim ex verbis ipsius statuti videtur fœmina admitti quādocūq; mortuis masculis, etiam post patrem, vt per Lupum in repet. rubricæ. §. 69. extra hos num. 32. vers. idem voluit de donat. inter virum & vxor.

26 ¶ Stante ergo præcedenti cōclusionē, cum fratres, & sorores excludat dotatam à melioratione, certè etiam si statim post mortem patris moriantur, melioratio non conualescit, sufficit enim vel momento post mortem patris superuixisse, vt melioratio eis viuentibus facta ratione matrimonij non conualescat. Si tamen fratres, & sorores omnes morerentur ab intestato, ad sororem dotatā pertinet hereditas deficientibus liberis, & melioratio rata maneat.

27 ¶ Quid tamen si filij viuunt, non tamen ex eis quisquam succedere potest patri, vel ex delicto, vel ex monachatu instituti Diui Francisci præter vnicam filiam, quero an dotis nomine accipere possit tertiā, & quintam partem. Dubium facit quod de iure, hæc verba habere liberos, dicuntur

H 2 impleta,

De non meliorandis

- impleta, etiam si quis habeat liberos qui succedere non possunt, quod Bart. & Doctores notat ex tex. ibi in l. filius familiæ §. cū quis. ff. de lega. 1. glo. Corne. Raph. & Paul. l. 1. C. de cōd. infer. Annania. cōf. 2. 2.
- 28 ¶ Sic cōditio si sine liberis decesserit, deficiente dicitur, si quis habeat filios naturales ita docent Bart. Angel. Imol. & Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. Bar. l. cum auus. ff. de conditio. & demonstrat. Doctores in l. generaliter. C. de institutu. Soci. cōf. 83. lib. 3. Sali. l. 1. C. de condit. infer. Naturalis autem inuito patre succedere non potest, iuxta gloss. l. 1. §. 1. ff. de contra tabul. Bald. l. fin. C. de natura. liber. Angel. in Authen. quibus modis natural. efficiant. sui. §. fin.
- 29 ¶ Notandum autem Doctores supracitato, loqui etiā, si habere, liberos requiratur conditionaliter, quod fortius est, cum conditionalia specificè implenda sint. l. in conditionibus. §. 1. l. quæ situm. ff. de condit. & demonstr. l. 1. §. & cum hereditas. ff. de his quæ in testam. delui. ibi. *Non quasi adempta sed quasi non data.* l. pecuniā ibi: *Perinde est,* &c. ff. si cert. petat. In nostra autem lege, filij non requiruntur conditionaliter, ut filia meliorari non possit, imò neq; expressè, ergo ad hoc ut meliorari non possit sufficit habere fratres vel sorores incapaces.
- 30 ¶ Contraria tamen sententia, mihi magis probatur, imò si quis filios, vel filias habeat qui succedere nō possunt, filiā vnicā capacem, meliorare potest, (si modo hoc verbū meliorandi hic quadrat.) Moueor, ex huius legis ratione, quæ ideo cōdita est ne alij filij, vel filiarum damnum patiantur diminuta legitima, ex immodica dotis præstatione, ut docui cap. 2. nu. 23. & 29. Cū autem cæteri succedere nō possint, cessat mēs legis, & filia meliorata dici nō potest, ut docui sup. c. 9. cū sibi paternæ facultates insolidū debeantur excepta quinta parte.
- 31 ¶ His congruit, quod Socin. post longā disputationem scripsit in l. cum auus versi. se ptimo quæritur. ff. de conditio. & demōstr. vbi tractans, an filij incapaces faciāt deficere conditionē, si sine liberis decesserit, tandem desinit, quòd si filij requisiti succedere debeant, vel præferri in successione his in quorum persona cōditio adijcitur, quòd tunc habens filios incapaces, vel qui succedere non possunt, non videtur habere filios, neque dicitur impleta conditio si filios habuerit. Cum ergo in hac lege, melioratio prohibeatur ne legitima filiorum minuatur ex dote, manifestum est, quòd iuxta mentem legis requiritur filios posse succedere, ut filia meliorari non possit.
- 32 ¶ Quam sententiam, asserunt verba legis. *No se entienda ser mejorada.* Cum ergo lex loquatur in melioratione, ergo oportet alios posse succedere, quomodo enim dicitur melioratus, respectu eius qui nihil habere potest.
- 33 ¶ In hac ergo specie, deficiunt verba legis, deficit eius ratio, scilicet damnum cæterorum filiorū, nam cum incapaces sint: exceptione repelli possunt, cum eorum non interfit, vt. l. 2. §. 1. & ibi Ias. ff. de verbor. obligat.
- 34 ¶ Rursus, hæc opinio probatur, quoniam statutū excludens fœminas stantibus masculis, non admittitur si masculi non succedunt, Bart. l. 2. §. sed, & si sint sui, per textum ibi. ff. ad Tertul. & l. 1. §. quidā cum filium. quæ sit. 4. & §. ff. de cōtra tabul. Bal. l. si matre. col. fin. C. de suis, & legitim. hæredi. & l. maximum vitium col. 4. versic. item quæro. C. de liber. præter. vel ex hæred. Brunus in tractatu de statuto excluden. fœminas artic. 9. num. 82. & 83. qui citando Roma. l. 1. C. qui admitti, dicit fœminam ex lege exclusam, admittendam esse si masculi non adeant hæreditatem, vel alias hæredes non sint, & est communis secundum Socin. consi. 35. num. 16. lib. 4. Idem docet Corne. consi. 341. col. 1. lib. 1. Ancharr. c. 1. de constitut. 14. quæ sit. principali. Roma. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus circa finem. ff. ad Trebel. Alexan. consil. 20. col. 2. versic. quinto, quia statutum lib. 1. & cons. 69. col. 1. lib. 4. & cons. 13. num. 22. col. 1. lib. 3. Sic Bar. in l. Centurio col. 2. ff. de vulgar. scribit quòd ad hoc ut mater excludat substitutum ex tacita vulgari, requiritur ut sit hæres, quod etiam probant ibi Paul. Angel. & Alex. col. 13. idem Alexan. in l. in substitutione col. 3. ff. eodem titul. & in l. si is qui ex bonis, & l. Lutius. ff. eodem titul. Paria enim censentur, non succedere, vel non esse in rerum natura. l. 2. §. sed et si sint sui. ff. ad Tertul. l. pater filium. ff. de inoffici. testament.
- 35 ¶ Vnde Paul. cons. 29. lib. 2. Ias. cons. 168. versi. sexto lib. 3. scribunt, quòd licet legitimatus non facta mentione alicuius qualitatis necessariæ, non possit succedere stantibus, alijs fratribus legitimis, illud verum

verum si legitimi succedere volunt, quòd si nolint legitimatus etiam non ritè succedet.

36 ¶ Rursus Roman. consil. 43. in. 3. dubio, scribit quòd etiam si stantibus legitimis naturales non possint succedere in totam substãtiam patris, illud verum si legitimi volunt esse hæredes, quod etiam docuerunt Alexand. & Iaso. in. l. si is qui ex bonis. ff. de vulg.

37 ¶ Præterea, proprius ad hanc legem, hæ opinio probari videtur, ex Angel. in Authent. de nuptijs. §. optimè. col. 4. Vbi scribit, quòd si ex statuto, maritus non possit relinquere vxori plus quam vni ex filijs primi matrimonij (vt videtur probari in l. hac ædiftali. C. de secund. nupt.) illud nõ admittendum quãdo filij primi matrimonij non succedunt. Idem Angel. in Authent. de non eligendo secundo nubentes. circa finem. Et in materia limitatæ dotis, Bald. in. l. hac ædiftali. in lectura noua. C. de secund. nupt. vbi Bertrandus, in repetitione, num. 62. versic. in textu ibi. Socin. consil. 35. num. 9. & num. 12. lib. 4. vbi tractant de incapacibus ex monachatu, vel delicto.

38 ¶ Non ignoro in numeras. DD. auctoritates citari posse, quibus docentur, sufficere habere filios etiam incapaces, vt non videatur defecisse conditio *si sine liberis decesserit*, illa tamen verissima opinio est, quòd si lex faciens liberorum mëtionem, respicit ad bona in quæ filij successuri sunt, necessariò filij debent esse capaces, & successores, alias non cõsetur habere filios, vt supra docui ex nu. 27. & ex hæc distinctio respondetur ad omnia in contrariũ adducta.

39 ¶ Ex hoc infero, quòd si filia, fratres habet in religione impios, vel aliàs incapaces, putà monachos ordinis incapacis, perinde habentur, ac si in rerum natura. nunquam fuissent, foeminaq; dotari amplè potest tanquam vnica, ita probatur, ex superioribus.

40 ¶ Et nominatim in materia limitatæ dotis, docet Bald. l. hac ædiftali. in lectura noua. C. de secund. nupt. & ibi Bertrandus, in rep. nu. 62. versic. addo. Vbi dicit hoc intelligendum in monachis omninò incapacibus. Quid autem si soror esset monacha, distinguere an monasterium sit capax, vel nõ, vt per Bertrand. d. l. hac ædiftali. num. 63. versic. deinde querit Bald. & dicam infra.

Item probatur ex Alexand. consil. 13. col. 1. lib. 3. & consil. 121. lib. 2. Corn. cõl. 258. lib. 3. Ancharr. consil. 396. Deci. c. in præsentia nu. 62. de probatio. in quibus locis plura citantur. Bart. Paul. Raph. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de leg. 1. Segura. l. cohæredi. §. cum filia fol. 5. versic. ex ista responsione. ff. de vulg.

41 ¶ Quæstionis tamen esse potest, an deficientibus, vel non succedentibus fratribus, & sororibus, pater ipse immodicã dotis præstationem, vel agendo, vel excipiendo aduersus generum improbare possit. Et certè in hac specie, non potest. Quauis enim immodicam dotem à se datam repetere possit (vt infra docebo) illud verum quando nõ licuit tantam dotem dare, quoniam aderant alij filij, hic autem sermonem habuimus de habente, re, vel effectu, vnica tantum filiam, quia alij succedere non possunt, quo casu dos ultra summam hic præfinitam dari potest, velut vnica, vt supra cap. 9.

42 ¶ Quid tamen si monachus professus institutum beati Francisci, efficiatur postea capax ex dispensatione Romani Pontificis, an corruat dos immodica. Hanc quæstionem in specie dotis limitate, proponit Bertrandus in repet. l. hac ædiftali num. 62. versic. sed an si talis filius. C. de secund. nupt. vbi dicit quòd dispositio. l. hac ædiftali. vetantis foeminam dare in dotem secundo marito ultra certam summam, nõ habet locum quando filij eius sunt monachi incapaces, tamen quòd si ex dispensatione Pontificis fiant capaces, practicanda est in eis lex.

43 ¶ Faciunt scripta, per Socin. l. si cognatis. col. 4. num. 6. ff. de rebus dubijs, & per Alexand. & Ias. post alios in. l. ex facto. §. fin. col. fin. ff. de nupt. & pãp. vbi concludunt, quòd monachus reddens ad seculum ex dispensatione Papæ, recuperat ius succedendi. Ex quo videtur; quòd si filia quæ per fratrum monachatum remansit vnica, nubat postquam ipsi fratres monachatum deseruerunt, & tunc absq; dubio vera mihi videtur opinio Bertrandi, & taxationi dotis stabo. Si tamen dos iam data esset, & soror esset nupta, tanquam vnica, non admitterem definitionem Bertrandi, etiam si Pontifex illum faceret capacem, non enim restitutio Principis tollit ius ad aliũ translatum, iuxta sententiam glos. Bart. Areti. Alex. & Ias. nu. 21. in. l. Gallus. §. &

De non meliorandis

quid si tantum. ff. de liber. & posthu. glo.
& Doctores. l. 2. C. de in ius vocan. glo. l. 2.
tit. 1 §. part. 2. col. 4.

44 Si tamen monachus absq; maiorum licē
tia monasterium desereret, & profesio-
nem tāquam impius absque legitima cau-
sa contemneret, nullum impedimentum
præstat sorori, etiam si nupta non sit, ni-
hil enim recuperat, imò prorsus incapax
est, & Christiana correctione dignus, ita
Bal. c. in præsentia. col. 5. deprobat. Ias. l.
ex factō. §. Julianus. col. fi. propè finem. ff.
de vulg. Hic autem, non videtur necessaria
illa disputatio, an faciat partem, qui non
admittitur ad partem, idcō omitto, vide
Doctores præcipuè Alexan. & Ias. l. planè
la. 1. §. si duobus. ff. de lega. 1. Deci. consil.
607. Belon. conf. 83. num. 13.

45 His ita definitis, quæro an sufficiat si
ij ad quos res pertinet, renuntiet huic le-
gi. Distingue, aut pater dans dotem renun-
tiet huic legi, aut renuntiant filij, huic le-
gi, aut hæreditati paternæ, aut approbāt
pacta, & meliorationē sororis, aut simpli-
citer consentiunt, aut solū præsentēs sunt,
& tacent.

46 P̄t̄mo casu, quando pater renūtiat huic
legi, videtur posse meliorare, nam videtur
facta in eius favorem, vt scilicet non cogā-
tur filiam dotis ratione meliorare (olim e-
nim iuxta quorundam opinionem cogē-
batur date ultra legitimā, vt docui supra
cap. primo ex num. 2.) vnde videtur posse
renuntiare iuri suo, vt in l. si quis in cō-
scribendo. C. de pact. l. sicut initio. C. de a-
ctio. & oblig. l. ab emptione. ff. de pactis.
l. iuris gentium. §. ad cō. ff. eod. l. diuersa
pars. C. de transact.

47 Sed verissimum est, renuntiationem ni-
hil operati, nam præfinitio dotis scripta
in l. hac ædiftali, nō potest excedi, etiam si
lex illa renuntietur, & etiam si iuretur, vt
infra dicam, ita Bar. l. hac ædiftali. in fine
principij. C. de secund. nupt. Bertrand. ibi
in repetitione. num. 43. Bar. l. Titia. Seio.
§. Imperator. col. 1. & 2. ff. de lega. 2. Bal.
l. 1. col. 4. vers. ex prædictis. C. de inof. do-
nat. ibi Salic. q. 9. Ant. & Imol. c. fi. de dona-
tio. Quia taxatio dotis facta est in fauorē
filiorum, vt notatur in d. l. hac ædiftali, &
docui supra cap. 2. nu. 23. & 29. Iuri autē
in fauorem alterius introducto, nō potest
renuntari per pasciscentes, ita Bar. l. pen-
col. 2. vers. secundo quæro. C. de pact. & in
l. inuitus. §. 1. post glossam. ff. de reg. iuris,

48 & in l. ius publicum. ff. de pact. Abb. in c.
si diligenti. de foro comper. * Et nomina-
tim ferè in hoc casu notat Paul. conf. 348.
vers. 2. videntur. lib. 2. Alex. conf. 53. col.
3. vers. nec prædictis lib. 1. Ias. conf. 125.
col. 3. ver. & præmitto. lib. 1. Fran. Curti.
conf. 1. Parisi. conf. 73. nu. 41. lib. 1. Ro-
dericus. l. 1. titul. de las a ras. §. quæro ter-
tio. ad finem.

49 Rursus probatur in l. 50. Tauri, quæ ha-
betur. l. 2. tit. 2. lib. 5. Recopil. vbi præcipi-
tur, quòd arra (scilicet donatio propter nu-
ptias) data à marito vxori, non excedat de-
cimam partem bonorum, & quòd ei legi
renuntiare non possit. Ita etiā præfinitio
dotis non potest excedi etiā si huic legi re-
nuntietur. vt patēbit statim num. seq.

50 P̄t̄mo, probatur ex hac lege, ibi. *Man-
damos, que todos los pactos hechos en fraude de
esto, sean en si ningunos.* quòd si renuntiare le-
gi, sufficeret, fieret facillimè fraus legi. Vt
t̄mo probatur, quoniam hæc lex est prohi-
bitiua, ibi. *Mandamos, que ninguno pueda dar, ni
prometer tercio ni quinto de sus bienes por via de
dote.* Et decernit: contra factū. esse ipso iu-
re nullum, legi autē prohibitiuæ renūtiari
nō potest, gl. & DD. in l. 1. verbo fidei ius-
sorem. C. ne fidei iussores doti dentur. Ias.
post alios in l. non dubiū. C. de leg. b. & in
l. nemo potest. ff. de leg. 1. gl. in Auth. imò
& ibi Bal. C. de actio. & oblig. Cin. & Bal.
in Auth. si qua mulier. C. ad Velleia. Barr.
in l. de his nu. 3. ff. de transact. Curtius cōf.
68. cōmunis secundū Alex. in l. si constā-
te. §. quoties. col. 2. ff. solut. matr. Lupus in
rep. Rubricæ de donat. §. 17. nu. 5. gloss. &
Bal. in l. libertorū. C. de testi. Bal. Alber. &
Ang. in l. de his. ff. de transact. Aret. l. si Ti-
tius. col. 4. vers. non obstat. ff. de verbo. o-
blig. Salic. l. 1. q. 8. C. ne fidei i. doti. den.

51 Sic cū donatio inofficiosa prohibita sit,
in l. Titia. §. Imperator. ff. de legat. 2. non
proderit si pater donans legi renuntiet, vt
per Bar. ibi tōl. 2. & alios supra citatos Bal.
& Salic. q. 9. l. 1. C. de inoffi. donat. An-
toni. & Imola. d. c. fi. de donatio. Alexan-
conf. 55. lib. 1. Sic donatio prohibita in-
ter virum & vxorem, non conualescit, e-
tiam si maritus donet renūtiando legi, vel
consuetudini, ita Ba' dus consilio. 286. li-
bro tertio. DD. in l. nemo potest. Boer. in
consuetudinib. Bituricen. tit. de consuetu-
dine matrimonij. §. 1. col. 3.

52 Et hoc est iuris manifestissimi, neque
obstat quòd hæc lex videtur cōdita in fa-
uorem

uorem patris, quoniam præcipue condita est in fauorem filiorum, & filiarum, vt docui supra. c. 2. num. 23. & 29.

53 ¶ Sic. l. si vnquam: licet non sit prohibitiua, tamē quia videtur inducā in fauorem filiorū, renuntiare nō potest, hæc est sanior, & magis communis sententia autore Molineo de donationibus factis. in contrac. matrimo. num. 34. vers. sola enim, quam de hoc vide Tiraquel. in. l. si vnquā in principio. legis. num. 85. C. de reuocand. donatio. vbi late disputat. Præterea obseruatio huius legis censetur spectare ad publicam vtilitatem, vt pro sua rara, & eximia prudentia scribit vir omni laude dignus Antonius Padilla, in rep. Authen. res quæ. C. commu. de legat. Auedani. de exequen. mandatis. cap. 14. iuri autem publico renuntiare nemo potest. l. ius publicum ff. de pact. l. nemo potest. ff. de legat. 1.

54 ¶ Restat secundus casus, scilicet quando filij, & filix legitimæ consentiunt, sororem dotis ratione meliorari, renuntiano huic legi, an melioratio hoc casu valeat. Videtur meliorationem nō valere, quia hæc lex prohibitiua est, ergo renuntiare non potest, iuxta superiora. Item prodita est ad publicam vtilitatem, ergo priuatorum pacta nihil ad rem faciunt.

55 ¶ Sed certe, si cæteri filix, & filix legitime cōsentiāt sororē meliorari, videtur prudētius meliorationē ratam habere. Moueor, quoniā in. l. hac ædictali. præfinitur sūma dāda dotis nomine ab ea quæ secūdo nubit, remouēdo, omnē fraudē, attamē si filij nubentis renūntent ei legi, certē cessat præfinitio legis, dū tamē sint certificati de remedio legis, ita significat Guid. deci. 228. Bertrand. in rep. l. hac ædictali. num. 8. & 14. cum sequentibus. Imo ad hoc vt cesset dispositio. l. hac ædictali, sufficit si mater, vel pater transeant ad secūdas nuptias ex consensu filiorum, glol. in Authen. de non eligendo secundo nubentes. §. 1. verbo copulantur, ibi: *Inuito filio.* & ibi notat Angel. & in consi. 396. incipien. doctor singularis. col. 2. versic. secundo fallit. Ioannes Garronius in rubrica. C. de secund. nupt. num. 116. Roma. sing. 250. incip. ex thēmate consultationis, & consil. 219. Boer. decisione. 185. nu. 26. in prima parte. Barbat. in rep. l. cum acutissimi, circa. 25. col. C. de fideicommiss. Cremenfis singu. 74. Præposi. c. fin. de secund. nupt. Cepola cau-

tela. 235. Nicolaus Vbaldius in tracta. de successio. ab intestato. col. 51. Jas. l. 2. in primo notabili, versic. limita. C. de indieta. vi duita. col. en. & in. l. filium quem habetem col. 8. C. famil. hærcif. Bologni. in additionibus. ad tractatum. Matthæ fil. de success. ab intesta. in. 17. col. additione duodecima. Dec. conf. 206. col. 1.

56 ¶ Et quod consensus filiorum faciat deficere. l. hac ædictali, supponit Ioan. Garronius, in. d. rubr. C. de secund. nupt. nu. 121. quia taxatio dotis, & cætera scripta. in. l. hac ædictali disposita sunt in fauorem filiorum, Bertrandus in rep. d. l. hac ædictali §. si verò plus, num. 6.

57 ¶ Requiritur tamen vt filij sciant remedium, & dispositionem eius legis, vt per Boer. d. deci. ho. 185. num. 23. Quid enim si impuberes essent, vel infantes, vide Boer. ibi, & Ioannē Garronium. d. rub. nu. 122. Iason. in Authen. quod locum, num. 6. ad finem. C. de collation. vbi dicit non nocere minori.

58 ¶ Sed nouissimè Moli. in tractatu de inoffici. so. testamen. num. 77. dicit non sufficere consensum filij, vt mater transeat ad secundas nuptias, ad hoc, vt possit excedere præfinitionem. l. hac ædictali, nisi ipsemet approbet pacta dotis, quod mihi verius videtur.

59 ¶ Moueor duplici ratione. Primò quia filius consentit nuptijs credens ius suum sibi manere saluum, ex. l. hac ædictali, ergo sibi non præiudicat, vt in. l. licet. §. non videtur. ff. quib. mod. pig. vel stip. solui. Deinde filius quid mirum si consentit nuptijs, quas prohibere non potest? ergo id sibi damno esse non debet, argumento eorum quæ traduntur in. l. quæ dotis. ff. solut. matrimon.

60 ¶ Rursus, arbitror mentem doctorum fuisse, vt filius cōsentiāt donationi dotis excessiue, & hoc senserunt cum dixerunt filium cōsentire nuptijs, hoc est pactis dotalibus, aliàs cū in re (matre viuente) non habeat dominium; imò neque actionem realem, vel personalem præsentem, nescio qualiter consensus eos priuet re materna, contra distinctionem Bart. communiter approbatam, in. l. quæ dotis. ff. solut. matrimon. Sed quicquid sit de iure communi, de quo Moli. dixerunt, in additione ad Dec. in rubr. C. de secund. nupt. certē quo ad hanc legem, non est dubitandum quin consensus fratris, vel sororis, consentientis sororem suam

De non meliorandis

- suam nuptui dari, non præiudicet eis quominus meliorationem auocare possint, nisi expressè, & legitimo modo, iure approbato, & permisso, meliorationē ratificauerint, iam maiores, vel additovinculo quòd ætatem supplicat, vt iuramentum, vel aliud.
- 61 ¶ Moueor, quoniam ratio communis opinionis, scilicet quòd. l. hac ædictali. cessat cum mater nubit consentientibus filijs, & quoniã volenti non fit iniuria, ita ibi Garronius num. 116. post alios. Non enim filij probro, vel tristitia afficiuntur, ex secundis matris nuptijs, si eas consentiant. At in hac lege, nõ prohibetur melioratio, quia fratribus fit iniuria ex nuptijs sororis, sed ne eorum legitima minuat dotem, vnde consensus vt soror nubat, non est consensus validans meliorationem.
- 62 ¶ Et certè saluo iudicio doctorum, quibus libenter mea omnia submitto, idem cum Molin. sentio seruandum, in specie. l. hac ædictali, ratio enim eius legis est fauor filiorum, ne scilicet res matris cum pacto de lucrando transcant ad vitricum secūdam maritum, ita vt ipsi filij ea portione spoliarentur, nam si mater secundo, nubens nõ faceret pactum de lucrando, haud dubie maiorem dotem dare potest, quam. in. d. l. hac ædictali, præfinitur, ita Bald. in. l. ea lege. C. de condit. ob. caus. Roma. cons. 447. Aymon cons. 142. Deci. cons. 246. col. 1. Bart. & Ang. in Auth. de nupt. §. optimè. Bertran. d. l. hac ædictali, num. 28.
- 63 ¶ Ergo præfinitio. l. hac ædictali, fauore filiorum, ne priuentur substantia materna; prodita est, aliàs si propter probum, & tristitiam filiorum, quomodo si non sit pactum de lucrando, potest amplissimam dotem secundo marito dare? Cetera ad hanc rem pertinentia, vide apud Molin. in additione ad Deci. in rubri. C. de secun. nup. non enim illum consulere potui, quia Decius cum Molinei additionibus non est in mea Bibliotheca.
- 64 ¶ Rursus si fratres, certo modo diuidant inter se hæreditatem patris, viuo patre, & consentiente, licet excedere metam huius legis, vt latè probat Roderic. in rep. l. quoniã, in declaratione legis Regiz. §. limita. C. de inof. testamen. quem vide.
- ¶ Rursus, quòd si fratres, & sorores meliorationem consentiant, rata maneat, probatur, quoniam si filij consentiunt patri donare omnia bona sua non possunt illas inofficiosas donationes reuocare, ita Iacob. de Rau. & Cinus. in. l. 2. C. si in fraudè patroni. Tiraq. de retractu. linagier. glof. 9. num. 134. Sic si patronus contentit donationi facte à lberto, reuocare eam non potest ætione Fauiana l. non videtur. ff. si quid in fraud. patro. glo. in. l. 2. C. eod.
- 65 ¶ Sic licet filius vasalli, possit restituendo præmium reuocare feudum alienatum, si tamen consensit alienationi, non audietur reuocare volens, cap. Titius filios. ibi glof. & Bal. si de fœudo fuerit controuersia. inter dominum, & agnatos, Paul. cons. 190. col. 2. vers. restat nunc. lib. 2. glof. in. c. 1. in princip. verbo. consentientibus. post textū. ibi de alienatio. fœudi. pat. c. præterea. & ibi Bal. quibus modis fœdum amittat. Alvaro. & Cardi. Alexan. in. c. 1. col. 5. Alvaro. 30. conclus. quæ fuit prima causa beneficij. amittent. Paul. cons. 84. lib. 2.
- 66 ¶ Ergo si filij, approbent, & consentiant meliorationem factam à patre, melioratio rata erit.
- 67 ¶ His congruit, quòd clausula irritans contra factum, non operatur si velit is in cuius fauorem posita est, ita Ioan. Monachus. Ioan. Andr. & Domini. in. c. statutum nu. 3. & ibi Francus. col. fin. de præben. in. 6. Imol. c. statutum. §. cum vero. & ibi Dominicus. col. 5. vers. nota tamen ex glo. d. rescrip. in. 6. Benedict. in. c. Raynuntius. in verb. in eodem testam. relinquens, in prin. num. 91. de testam.
- 68 ¶ Sic si dominus nolit fœdum paternum esse commissum ob Fœloniam, & vasallo condonet eam, non videtur fœdum nouum, sed manet, vt erat antiquum, glof. in. l. quòd dicitur necessarias, ad fin. prin. verbo. creuisse, & ibi Bart. ad fin. & Alberi. ff. de impen. in reb. dotal. fact. Aretin. l. filio quem pater. in fin. principij. ff. de liber. & posth. Aretin. Alexand. & Ias. in. l. si mihi & Titio. ff. de verbo. oblig. & dicam infra. Facit quòd cum pater ex consensu filiorum donat. vel meliorat. ipsi filij dare videntur l. in edibus. §. quòd filius. ff. de donat. l. si quis hac lege. §. si filius. ff. qui, & à quibus. De iure autem frater potest sororem dotare ultra summam hic præfinitam, vt dicam infra cap. 12.
- 69 ¶ His congruit quod si filij legitimi, & naturales, renuntiant, & per consequens non succedunt. c. quamuis pactum de pact. in. 6. filij naturales alias exclusi succedunt patri, ita prudenter definit Roman. cons. 43. col. 1. Alexand. & Ias. in. l. si is qui ex bonis

- bonis. ff. de vulg. & pupilla. glo. l. 8. tit. 13. par. 5. litera. A. Benedict. c. Raynuntius. verbo *Et uxorem nomine Adelasiam*. decisio. ne. 5. num. 117. de testamen. Et faciunt ea quæ dixi supra de fratribus non succeden tibus notat Parisi. conf. 26. nu. 43. lib. 3.
- 70 ¶ His tradit quod, si ex statuto foemina excludatur statibus masculis, certè si masculi renuntient, & vellint illas admittere, admittendæ sunt, non obstante statuto, ita Bald. in l. maximum vitium. col. 4. versic. sed pone quod frater. C. de liber. præterit. vel ex hærc. Alexan. consi. 12. col. 2. versic. quinto quia statutum. lib. 1. Barbat. conf. 12. col. 2. lib. 1. Socin. consi. 114. col. 2. lib. 1. Ias. in. §. item si quis. in primo. col. pen. Institut. de actio. Isernia. in constitutione Siciliæ incip. in aliquibus. col. 7. versic. quid si frater nollet. & ibi. Afflict. col. 4. versic. quid si isti filij. Anchar. in rep. c. r. 13. q. principali. de constitu. Hyppol. sing. 361.
- 71 ¶ Cum autem statutum excludens foeminas stantibus masculis (quod nonnulli cõsuerunt spectare ad publicam vtilitatem autore Bruno de statuto excluden. foeminas in prin. num. 17.) tollatur si fratres velint admittere foeminas, videtur idem dicendum in melioratione, vt valeat si fratres consentiant.
- 72 ¶ Hæc opinio probabilis, & æqua videtur, præsertim quod reddimus ad ius commune, & commercium, & nuptias augemus, & videtur deficere ratio & mens huius legis. Duò sunt quæ obijci possunt.
- 73 ¶ Primò, quod filia renuntias hæreditati patris, non videtur renuntiare iuri quod postea sibi competit, ex l. hac ædictali. scilicet vt possit auocare dotem inofficiosam à matre datam, & lucra ibi delata accipere, ita Deci. in rubr. C. de secund. nup. nu. 7. Guido. decisio. 228. Socin. consi. 35. nu. 12. lib. 4. Oldral. cõf. 294. Purpura. l. fi. nu. 196. C. de pact. Deci. conf. 230. Couar. e. quamuis pactum. 3. par. §. 3. col. 2. Ripa in repetitione. l. foeminæ. num. 16. C. de secund. nupt. Bertrand. in repe. l. hac ædictali. §. si vero plus, num. 8. C. de secund. nup. Decius. consi. 206. col. 1. & 6. Sed respondeo, hoc non procedere quando tempore quo filia renuntiauit iam ei competeat ius formatum, ad pœnas quas mater incurrit ex secundis nuptijs, ita Decius. in rubr. C. de secund. nup. nu. 7. Et faciunt quæ tradit. consi. 206. ad finem Bertran. in. d. l. hac ædictali. §. si verò, plus nu. 14. versic. vnde
- ex prædictis. Si enim tempore renuntiationis cogitatum fuit etiam de ea re, certè renuntiatio ad illa extenditur, vt per Deci. vbi supra Boer. decisio. 185. nu. 23. versic. & idem dicitur, Ang. conf. 396. Bertrand. conf. 175. lib. 2. Bald. consi. 455. lib. 2.
- 74 ¶ Hic autem suppono filiam, vel filios renuntiare legitimæ cum iuris solemnitate, vt soror dotis nomine meliorari possit, & vt legitima eorum minuat, & sic renuntiatio non fit ad alium effectum.
- 75 ¶ Rursus fundamentum. DD. vbi supra, est quod pœna quam secundo nubens incurrit, videtur res aliena à bonis quibus filia renuntiat. Renuntio enim bonis debitis iure sanguinis, non debitis ex culpa, secundo nubendi. Hic autem non in alium vsu filia renuntiat, nisi, vt soror nubat, & melioretur, & sic etiam si præcessit renuntiatio bonorum paternorum, & facta fuit ante meliorationem, certe non poterit eam improbare renuntians, quia non potest alio nomine impugnare quam ratione legitimæ, non autem ratione culpæ, vel delicti, vt est in casu. l. hac ædictali, legitima autem nulla debetur quia renuntiauit.
- 76 ¶ Rursus alius obijciat, hanc esse fraudem & quod hæc lex seuerissimè omnem fraudem improbat & excludit, & quod vt patet ex Boetio, decisio. 185. nu. 23. versic. & hoc nisi fraus. dispositio. l. hac ædictali, non cessat, quando est fraus, ita Paul. conf. 149. in antiqua impressione. Sed respondeo, qd si in renuntiatione fuit fraus, vel dolo, non est curandum de ea. Non tamen dicitur esse fraus, si filius maior, legitimè, & liberè consentit, sororem meliorari. Si dare alienis bona nostra, non appellamus fraudem, cur fauere sorori sit fraus? cur nõ possim sorori dare: quod possum extraneo?
- 77 ¶ Præterea, ipsa. l. hac ædictali, admonet omnes fraudes reijci. DD. tamen renuntiationem filiorum non iudicant fraudem, cum dicant id sufficere, vt cesset eius legis dispositio, vt supra docui. Solum respiciendum, an ipsa renuntiatio fraude vel dolo ex torta fuerit. Non obstat, quod hæc lex videtur inducta ad publicam vtilitatem. quoniã præcipuè est ad priuatam, secundario ad publicã: vt per Bart. Alex. & DD. lib. 1. ff. solu. matri. Bar. nu. 25. & hoc casu renuntiare potest, ita Ias. in. d. l. 1. nu. 39. Bar. in. l. si quis pro eo. ff. de fidei iusor. ¶ His

De non meliorandis

78 ¶ His absolutis, videamus an presentia, & taciturnitas cæterorum filiorum, sufficiat vt non possint immodicam dotem auocare. Non recitabo loca cõmunia, res est enim manifesta hoc filijs non nocere, ita Ioannes Garronius in rep. rubricæ. C. de secund. nupt. num. 118. Boer. decisi. 185. num. 23. vers. aliàs presentia, & taciturnitas. lib. 1. vbi concludunt, quod etiam si filij presentes sint, & taceant quando mater secundo nubit, non idè minus cessat dispositio. In hac ædictali, quæ inter alia taxat certam summam dotis.

79 ¶ Mouentur, ex Bart. in l. quæ dotis. ff. solu. matri. vbi docet, quod in actu præiudiciali quem non possum impedire, non nocet mihi presentia & taciturnitas. Hic autem filij vel filix præter honorem, & reuerentiam patri debitam, melioratione non possunt impedire, neque enim id viuo patre admittendum, vt infra dicam. Cũ ergo impedire non possint, presentia, & taciturnitas sibi obesse non debent, glo. in l. Caius. & ibi Bart. ff. de pigno. actio.

80 ¶ Et ita in specie magis dubia definit, Parisi. consil. 80. num. fin. libr. 3. A ff. de decisione. 178. num. 13. vbi presentia, & taciturnitas, non nocet filie dotatæ quam pater dicit se dotare de bonis suis, & maternis. Facit etiam quod notat Bald. l. fin. §. necessitate. col. pen. vers. quæ ro. an sufficiat presentia. C. de bon. quæ liber. A retin. l. Gallus in princip. col. 3. ff. de libe. & posthum.

81 ¶ Sic agnatus presentis alienationi fœudi, & tacens, non præiudicat sibi autore Curio iuniore in tractatu fœdorum. 4. part. fol. 42. vers. non quid autem in casibus, licet contra sentiant alij, quos Tiraquel. citat & improbat, lib. 1. de retr. actu. §. 1. glo. 9. nu. 148. Sic consanguineus presentis, & tacens venditioni rei consanguinei, non prohibetur illam retrahere, vt tandem definit, Tiraq. d. loco. num. 146. cum seq. cætera in materia retractuum, vide apud Matiençum ex l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopil. qui ad longum, & ex professo disputat istam materiam, accuratè, & practicè. Quæ omitto quoniã vulgaria sunt, neque quod pertinet ad nostram legem, oportet tot adducere, aliud enim est an presentis, & tacens venditioni rei suæ, vel fœudi sui, vel prædij emphiteotici sibi præiudicet. Ibi enim est ratio dubitandi quod dominus sunt filius autem viuento patre dominus nõ est

tantum habet ius quodam nondum formatum, vel efficax, vel reale. Quod argumentum præstat. l. in suis. & quæ ibi notant. DD. ff. de liber. & posthumis. & quæ elegantissimè consuluit Oldral. conf. 94. nu. 15. Costa. in l. Gallus. 6. & quid si tatum. 3. par. num. 55. ff. de liber. & posthum. Vacconius à Vacunna declar. 112. Tiraq. in l. si vnquam. in præfact. nu. 19. Cephal. cõf. 186. nu. 58. lib. 2. Is autè cui aliquid, actio ne personali debetur, nunquã videtur sibi præiudicare etiam si taceat, & presentis sit, vt per Bart. & Ias. num. 97. in dict. l. quæ dotis.

82 ¶ Solũ obstat quod scribit Imola. consil. in cap. in casu præmisso. de pluribus. in. 4. dubio. Deci. conf. 66. num. 4. vers. secundo principaliter, & conf. 68. num. 4. Hyppling. 344. num. 3. Vbi scribunt quod dotæ datæ filiabus alicuius intelliguntur datæ de cõmunibus bonis fratrum si datæ sunt scientibus fratribus, nec aliquid protestantibus. Sed ij loquuntur quando fratres successerunt patri, & sunt iam domini, rerum paternarum, & viuunt in communi, quod est societatis genus, vt infra dicam. Hic viuere pater, & filij domini nõ erant, & sic non poterant impedire, & ita Decius conf. 6. num. 4.

83 ¶ Magis obstat, auctoritas doctissimi Fabri. in §. admonendi. num. 2. vers. quidam maritauit. Insti. quibus modis ius patris potestatis solui. Vbi ferè in specie scribit, quid si maritauit vnã de duabus filiabus, de meis bonis proprijs, postea maritauit aliam de bonis matris presentis, & non cõtradicente prima maritata, an hæc presentia, & taciturnitas præiudicet ei, vt non possit petere partem in bonis maternis datis in dotem secundæ filix, & definit quod si primo maritata erat emancipata, præiudicat ei. Vnde videtur, quod si filius presentis, & tacens erat emancipatus, quod non possit dotem immodicam auocare.

84 ¶ Mouetur Faber, ex l. si seruus. ff. de dona. inter virum, & vxor. vbi probari videtur quod inter coniunctos presentia, & taciturnitas habentur pro consensu. Sed salua auctoritate Fabri, eius opinio falsa videtur, nam in l. si seruus. consanguineus non solum presentis fuit, & tacuit, sed rem tradidit, ita Bald. in l. cum proponas filios. propè finem. C. de pact. lasso consil. 3. col. 4. vers. & dum successiue lib. 1. Neque obstat. l. Procula. ff. de probat. nõ enim sufficit

- sufficit coniunctio sanguinis, vt præsumatur donatio, nisi concurrat cursus temporis & rationes sæpius calculatæ, ita Bart. l. quæ dotis col. 2. ff. solut. matrimo. Alex. ibi num. 14. Ias. num. 18. vbi dicunt hanc communem. Ias. conf. 263. lib. 2. Alexand. conf. 46. col. fin. lib. 1. Decius consil. 267. num. 1. ff. de decisione. 13. num. 12. Alciat. de præsump. regu. 1. præsump. 32. Corrafi. l. qui. liberos. ff. de ritu nupt. nu. 118. glos. in l. libertis quos. §. 1. ff. de alimen. & eiba. lega.
- 85 **Oportet enim consanguineum præter taciturnitatem, & præsentiam, aliquum actum facere, vt videatur consentire, vt per Ias. & Alciat. in d. l. cum proponas filios. C. de pact.**
- 86 **Et hoc, in nostro casu est multo verius, legitima enim adeo debetur filio, vt etiam si minus legitima accipiens promittat amplius non petere ratione supplementi, nihilominus legitimam consequi potest. l. si quando. §. fin. C. de inoff. testamen. De quo plura ibi per omnes. DD. & per Ias. l. omnimodo. col. 1. C. de inoff. testamen. per Rodericum in l. quoniam in. 10. ampliatione. C. eod. tit. Cum ergo expressum pactum ei non noceat, quantum minus nocet præsentia, & taciturnitas. Præsertim, cum concurrat præsentia patris, qui volens locare filiam, & fidem forsam iam datam implere, terribilis clamabit in filios, viuum vultis spoliare? quid vobis in re mea? quid censetis facturum filium, præsertim rerum humanarum rudem, & ex obedientia, domini munificentiam sperantem.**
- 87 **His accedunt quæ Bart. tradit de metu reuerentiali in l. quæ dotis col. fin. ff. solu. matrimo. de quo vide ibi Alexand. & Ias. num. 96. Bart. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non det. copiosè, Tira. quel. leg. connubi. glos. §. num. 36. Magis vrget. l. 9. tit. 9. lib. 1. fori, & ibi Roderi. §. secundum est.**
- 88 **Si tamen filij nouum sororis sponsum decepissent, dolosè affirmando se renuntiationem fecisse, & post, tempore quo melioratio fit à patre exprimendo patrem velle diminuere eorum legitimam, taceant quasi confirmando quod sororio affirmauerant certè dolus, & fraus eis nocebit, & de dolo tenebuntur, vt infra dicam. c. 12. Sicut enim renuntiatio ab eo facta rescinditur si dolo inductus sit, vt supra dixi ex Boerio decisione. 185. num. 23. ita etiam**
- si dolo persuasit sororio, se renuntiasse do li pœnas dabit. quod notat in simili Molin. de donat. in contract. matrimo. nu. 65. Et in tacete dolosè quòd sibi præiudicet, probatur. in l. 2. C. si res alien. pigno. dat. fit. l. si sine. 3. ad Velle. Bal. l. suus hæres. C. de repu. hære. Ias. l. quæ dotis. num. 80. ff. solu. matrimo.
- 89 **Notandum tamen, quòd consensus, & approbatio meliorationis, eis solis nocebit qui approbarum cæteris autem, ius suum remanet saluum, & illibatum, etiã si ij qui consenserunt faciant maiorem partem. Hic enim agitur de præiudicio singulorum, ideò consensus maioris partis non sufficit. Ita loquendo in materia. l. hac ædictali, quæ huic nostræ nonnihil accedit, definit Ioannes Garron. in rubrica. C. de secundis nuptijs, num. 120. vers. sed prædicta quæ ro. facit. l. per fundū. ff. de serui. iusti. prædico. & quod eius argumento definit Bart. & DD. in l. omnes populi. ff. de iulli. & iure. Abb. in hoc in. c. cum omnes. à nu. 4. & ibi. additio. litera. A. in nouis. de cõstit. & notata à Gregorio. in l. 10. tit. 31. part. 3.**
- 90 **His suffragatur quòd scribit Socin. l. si cognatis, num. 23. ff. de reb. dubi. post Bart. ibi. quòd dispositio quæ respicit cognatos, vel agnatos, dicitur respicere ipsos, vt singulos, non, vt vniuersos, & quòd sic dispositio maioris partis non nocebit minori. Notandum etiam, quòd etiam si consentiat vnus sacerdotum meliorari, non ideò sibi præiudicant quoad alias, secundum Iaso in Auth. quòd lectum, num. 6. ad finem. C. de colla. qui citat Paul. conf. 120.**
- 91 **Men inisse etiam oportet, quòd si filij solum concederent, vt pater liberè filiam dotaret, non ex hoc sibi præiudicant neque melioratio valet. Moucor ex eo quod Bal. scribit in l. si quando. in principio. C. de inoff. testamen. per textum ibi: quòd si ex consuetudine, vir debeat habere dimidiam partem, in bonis vxoris, & Imperator concesserit vxori, vt possit libere testari, quòd nihilominus tenetur relinquere dimidiū viro. Idem scribit Cremenfis singul. 155. Boeri. decisione. 244. num. 3. & in consuetudin. Bituricensibus. tit. de consuetudine matrimonij. §. 2. col. 3. vers. sed quid stante dicto pacto.**
- 92 **Sic Alberic. in Authen. licentiam. col. 2. in fine. q. 2. scribit, quòd si in ecclesia sit statutum quòd episcopus possit testari vsque ad certam summam, & Pontifex ei concedat**

De non meliorandis

concedat liberam testandi facultatem, ex privilegio in quo nulla fit mentio statuti, dicit quod nihilominus non potest testari, ultra portionē in statuto comprehensam. Idem docet in. 2. part. statutorum. q. 189. incip. in ecclesia Cathedrali.

93 ¶ Sed quid si pater locat matrimonio filiam, & eam meliorat, post fratres; secundo locat matrimonio sororem, an per redintegrationem matrimonij, videatur approbare dotem. Et certe si pater ipse redintegraret matrimonium, videretur approbare dotem, quia tenetur dotare filiam etiam secundo nubentem, vt infra dicam. In fratribus autem qui extranei censentur, vt. l. vna. §. accedit. C. de rei vxor. actio. non iudicabo efficacem approbationem quod secundo locarint sororem matrimonio, nisi expressē de quantitate dotis fecerint mentionem, tunc enim si promississent dotem certam fore, ex promissione tenebuntur. Hæc enim lex non admittenda in fratre dotate vt infra dicā. c. 12. Si verò enūtiatū retulerint sororem tantam dotem habere, tenebuntur de dolo si postea reuocare velint. Vide Pau. in. l. si mulier, num. 3. ff. solu. matrim. & d. cam infra. d. c. 12.

94 ¶ Illud tamen aduertendum, approbationem immodicę dotis oportere esse expressam, vt per Aymon consil. 200. num. 5. & 9. non enim sufficet addere hereditatem meliorantis, vt videar approbare meliorationē, vel non possim eam improbare, non enim adeundo hereditatem videor approbare factum à testatore aduersus prohibitionem legis, ita Bald. consil. 161. lib. 5. Vbi nominatim scribit, quod hæres potest impugnare actū defuncti, in eo quod excessit dispositionem. l. hac ædiftali. Pro quo facit, quod scripsit Bertrand. in rep. d. l. hac ædiftali. §. si vero plus. num. 12. Facit. l. dota. §. fin. ff. de fundo dotali. Vbi vxor addiens hereditatem mariti, nō prohibetur vindicare fundum dotalem, à marito alienatum.

95 ¶ Notandum etiam quod si pater sit tutor, vel curator filiorum, non poterit eorum nomine approbare meliorationem quam facit ratione dotis. Est enim donare rem filiorum: quod tutor facere non potest. l. pactum curatorum. C. de pact. Facit quod scribit Bald. Nouellus. in tractatu de dote. 6. part. priuileg. 37. & nominatim Bald. consil. 22. lib. 5. Vbi scribit, quod mater non potest excedere præfinitionem. l.

hac ædiftali, etiam si tutor filiorum cōsentiat, quod probat Ioan. Garron. d. rubr. C. de secund. nup. num. 122.

96 ¶ Sed an sufficiat quod filij ratam habeant meliorationem, certè sufficit, nam à beneficio. l. hac ædiftali, condito in eorum fauorem ne sua minuantur ex secundo matrimonio matris, excluduntur: non solum si à principio probent, verum etiam si ratificent, ita docet Angel. consil. 396. incip. doctor insignis Ioan. Garronius. in rubr. C. de secund. nupt. num. 116. vbi dicit se alibi non legisse. Molin. de inofficiosis donation. num. 77. quæ ex pluribus vulgaribus probari possunt.

97 ¶ Notandum tamen, magni esse momenti an à principio probent filij meliorationem, an postea ratificent, nam cum dos immodica reuocetur cum fructibus, vt infra dicam, certè fructus non debentur à die ratificationis, præteriti autem fructus debentur, nisi remittantur.

98 ¶ Moueor, quoniã si factus sit cōtractus super re ecclesiastica, absq; auctoritate Episcopi, quæ interuenire debuit in ipso cōtractu, si postea ambæ partes petant coram Episcopo cōtractum confirmari, cōtractus conualescit, si ab Episcopo confirmetur, ita Bald. consil. 475. col. 2. versu. quæro igitur. lib. 1. Facit quod de donatione absque insinuatione scribit. Bar. l. Modestinus. ff. de donat. Bologni. consil. 59. scilicet quod si post factā, partes eam præsentant iudici, conualescit. Hoc tamen nouum robur, non retrahitur sed solū valet ab eo die quo interuenit, ita Bald. c. edoceri col. 4. versu. videtur. de rescrip. Salicet. l. si. col. fi. C. ad Maccedo. Lucas Pœna. l. 2. col. 1. C. de iure fisci. lib. 10. Deci. l. semper qui non prohibet col. 3. versu. quarta regula. ff. de reg. iuris A retin. consil. 127. col. 2.

99 ¶ Nō obstat aduersus l. æ. l. 50. Taur. quæ habetur. l. 2. tit. 2. lib. 5. Recopil. quoniam ibi quando ipse prohibitus renuntiat legi, hic autem loquimur de fratribus & sororibus qui non prohibentur sororem amplissimè dotare, nam si pater ipse huic legi renuntiaffet nihil neceret filijs, neque ex eo melioratio vires summeret, vt supra dixi, ex num. 49.

100 ¶ Sed circa prædicta, posset facere scrupulum, quod quando filius renuntiat hereditatem paternam fratri: præsentanti, & recipienti, nihilominus accrescit omnibus, & non

non illi soli, ita Bald. in l. pactum quod dotali. q. 8. C. de collat. Dinus cōf. 6. Ioan. Andr. in aditio. Specul. tit. de testam. §. 1. in aditio. incip. §. si. Areti. conf. 90. in. 1. & 2. du bio. Roderic. l. quoniam. in l. 4. limitatione. col. 1. C. de inoffi. testament. Boer. decisio. ne. 184. nu. 3. par. prima. quoniam natura iuris accrescendi est, vt accrescat portioni non personæ. l. si totas. l. qui ex duabus. ff. de acqui. hæredi. Bart. l. re coniuncti vers. quinto quæro an ius accrescendi transeat in singulari successorem. ff. de leg. 3. Et de ista materia vide plura per Antoni. Gomez tom. 1. varia. resol. c. 10. per totum.

101

¶ Ex quo videtur, quod licet frater renuntiet hæreditati paternæ, melioratio non valeret pro tota sua parte, quia non omnis sua pars accrescit sorori, sed etiam alijs fratribus. Sed respondeo, hoc non procedere quando verè, vel præsumptiuè intelligimus in cuius fauorem renuntiatio facta sit, nam si scimus quod in fauorem vnus, certè ei soli prodest, ita Bald. in. dict. l. pactum. l. in ædibus. vers. veluti. ff. de dona. l. si actionem, & ibi glos. & Alexand. C. de pact. Rodericus. d. 4. limita. col. 2. Boer. d. decisio. 184. num. 4. vers. & hanc partem, Lancelotus, Deci. l. duobus. ff. de leg. 1. Paul. l. planè. §. si duobus. col. 3. ff. de legat. 1. vbi dicit quod renuntiatio, prodest illi cuius contemplatione est facta, cum ergo intelligamus fauore sororis factam, ei proderit soli.

102

¶ Sed hic attende, quid si filia quæ renuntiauit, vel consensit legitimam suam dari in dotem sorori nubenti, gignit filios, certè filij, vel ipsa met renuntians possunt rescindere renuntiationem ex. l. si vnquam, ita docet Alexand. conf. 71. lib. 4. & nominatim in sorore quæ in contractu matrimonij fratri suo, dedit omnia bona paterna exprimendo se donare propter nuptias, reseruata certa summa, sibi per fratrem soluenda pro sua dote, certè si liberos habeat donatio est ipso iure reuocata in totum, etiam si sit iurata, ita cōsuluit Bertrand. conf. 383. viso casu. lib. 2.

103

¶ Rursus in homine qui in contractu matrimonij, & eius contemplatione donauit nepoti suo, consuluit quod si liberos habeat donatio ipso iure reuocatur, etiam si non fuisset donatio omnium bonorum, sed tertie partis, ita Bertrand. conf. 157. siue donatio. lib. 2. Boerius decisio. 159. num. 11. col. 3. part. 1. Tiraq. l. si vnquam,

verbo, *Donatione largitus*, num. 193. C. de reuocand. donatio. Molin. de donatio. fact. in contractu matrimon. num. 64. cum sequentibus. Iaf. conf. 171. col. 5. vers. confirmatur lib. 4. Thomas Parpal. in rep. l. 2. in princ. col. 1. ff. solut. matrimon. & est communis, autore Molin. de donatio. nu. 71. vers. & ita limito. Vbi prudenter declarat, an constante matrimonio reuocari possit, vt infra dicam. Et num. 85. tractat, quid si soror renuntians, sororis maritum decepit. Et hoc procedit etiam si maritus renuntiantis approbauerit renuntiationem, vt per Molin. vbi supra num. 42.

104

¶ Sed obijciat aliquis, hos DD. non loqui propriè in renuntiatione, sed certè Boerius. decis. 193. & 159. loquitur in renuntiatione facta à fratre vt soror nuberet.

105

¶ Sed obijciat aliquis dispositionem. l. si vnquam, non habere locum in renuntiatione facta à filia, de hæreditate paternâ, ita Corn. cōf. 11. in præfenti cōsultatione. col. 3. ver. nec etiã videtur. lit. K. & col. pe. ver. nec obstât ea, lib. 3. & cōf. 206. viso supra scripto themate. col. 8. vers. coadiuuantur. Tiraquel. l. si vnquã. d. verbo *Donatione largitus*, nu. 151. Boer. decis. 159. nu. 181. par. Soci. conf. 39. in quæstione quæ veritatur. col. fin. lib. 3. Socin. l. 1. propè finem. C. de pact. licet relinquat cogitandum, & ibi Deci. & Curti junior, nu. 9. & Aiciat. verbo sustulerat Deci. l. pactum quod dotali, num. 14. C. de collat.

106

¶ Respondeo enim hoc verum esse, in hæreditate nondum delata. Iuri enim quæredo renuntiare potest, in præiudicium filiorum. l. qui autem. ff. quæ in fraud. credi. l. si spòsus. §. si maritus. ff. de dona. inter virum, & vxor. l. Iulianus. ff. si quis omiſsa causa testa. Bald. illud. col. 3. C. de sacros. Eccles. in. 3. q. Tiraq. d. l. si vnquam. verbo *Donatione largitus*, num. 147. Item DD. loquuntur, quando filia renuntiat quia locatur matrimonio, & dotatur, nã ferè omnes loquuntur, quando filia renuntiat in cōtractu suo dotali, tunc enim cū præsumatur cogitasse de liberis non mirum si renuntiatio valet, iuxta tradita per Socin. l. 2. in princ. ff. solut. matri. per Tiraq. l. si vnquam. in principio legis. num. 61. & hanc rationem post alios reddit Tiraq. d. l. si vnquã. d. verbo, *Donatione largitus*, nu. 152. ¶ Rursus reddunt aliã rationem, quod renuntiatio fit ob causam dotis, vt ibi per Tiraq. Ex quo colligere potes. DD. loqui in renuntiatione facta à

I filia,

De non meliorandis

filia, quæ dotem accipit, non verò si gratis nulla dote accepta renuntiat, vt det forori nubenti, ita Boeri. d. decis. 159. num. 17. & est de mente Bertrandi. & aliorum citatorum supra. Et quòd. DD. loquantur de renuntiatione facta à filia ipsa quæ dotatur, patet ex Deci. conf. 181. col. fi. ad fin. ex Alex. conf. 29. num. 16. lib. 3.

107 ¶ Aduertendum tamen, quòd si filia renuntians in fauorem sororis, renuntiet hæreditati iam delatæ, & iuri iam quæsitæ, tunc si filios post haberet: certè renuntiatione reuocaretur ex. l. si vnquam, & idem intelligo quando ipsamet filia renuntiat in fauorem fratrum quia ipsamet locatur matrimonio.

108 ¶ Exemplum sit, habeo sex filias, & vna, matre mortua, cum soror, vel ipsa locatur matrimonio, & dotem à me acciperent, renuntiant omnibus bonis maternis in fauorem sororum, & contracto matrimonio pariunt filios, certè talis renuntiatione reuocatur, ex. l. si vnquã, ita Corne. cõf. 30. lib. 4. Alexand. conf. 162. lib. 6. explicat Molin. in tractatu de donatio. factis in contractu matrimonij, num. 37. cum sequentibus. Et videtur esse de mente Tiraquel. in. d. l. si vnquam. verbo donatione largitus, num. 147. dum distinguit inter donationem iuris quæ sitæ, & quærendi.

109 ¶ Ecce ergò, quòd soror approbans meliorationem, & ad id renuntians hæreditati maternæ iam delatæ, potest si filios habeat rescindere renuntiationem, quoniam remittere ius quæsitum est donare. l. contra. §. si filius. ff. de pact. l. sicut. §. an pascisci. ff. quibus modis pignus, vel hypote. soluitur, ergo reuocatur ex. l. si vnquam, quæ in donatione loquitur. Nam & renuntiatione si sit inofficiosa reuocatur, sicuti donatio Bald. conf. 183. in princ. lib. 4. faciunt quæ dixi supra hoc ipso cap. num. 102. vers. sed hic attende.

110 ¶ Sed his omnibus videtur obstare communis opinio, docens filios matris renuntiantis admittendos esse ad hæreditatem aui, etiam si mater renuntiauerit, quare videtur filios filiorum, vel filiarum renuntiantium posse impugnare meliorationem auuitæ.

111 ¶ Ante omnia, illud est communi opinione definitum, renuntiationem matris non nocere filijs, quamuis enim contra sentiat Roma. l. qui superstitis. ff. de acqui. hæred. Deci. l. pactum quòd dotali, num. 18. C. de

collatio. Rube. conf. 42. nu. 6. contraria est magis cõmunis, autore Grammatico decis. 57. nu. 39. Couarru. c. quamuis pactum 3. par. §. 2. nu. 4. Bal. & Alex. in. d. l. pactum quòd dotali. Tiraquel. de primogen. q. 40. nu. 117. Francus, & Nattam in. d. c. quamuis. Rodericus. l. quoniam. 4. limita. col. 6. vers. solum modo. C. de inoffi. testamen. Bald. l. fin. col. pen. vers. hic incideter, quæritur. C. de pact. Deci. conf. 181. nu. 6. Aymon. conf. 84. num. 5. lib. 1.

112 ¶ Hic duo casus considerandi. Aut enim filia renuntians moritur ante patrem, & certè eius renuntiatione non nocet nepotibus, quominus venire possint ex persona sua ad hæreditatem aui, hæc est communis, ita Bald. Fulg. Paul. Alex. & Deci. nu. 181. l. pactum. C. de collat. Decius. d. conf. 181. nu. 6. Bald. l. si. col. 4. C. de pact. vers. sed hic incidenter. Paul. & Arsti. l. qui superstitis. ff. de acqui. hæred. Quoniam renuntiatione facta per matrem videtur habere tacitam conditionem si successio ei deferatur, idcò si moritur ante patrem, habetur pro non facta. Et hanc distinctionem sequitur Roderic. d. l. quoniam. d. limita. 4.

113 ¶ Et hæc opinio est verissima, & æquissima etiam si sit iurata renuntiatione quando filia gratis renuntiauit nulla dote accepta. Hoc enim casu etiam Roma. autor primarius diuersæ sententiæ, probat hanc opinionem, in. l. qui superstitis. Imol. Aret. & Pau. in. d. l. qui superstitis. Nattan. Fracus, & Couarru. c. quamuis. 3. par. §. 2. col. fin. Benedict. c. Ravnuntius. verbo duas habens filias. num. 280. Grammati. decis. 57. nu. 39. Ripa respons. lib. 1. c. 6.

114 ¶ Ex qua communi opinione, videtur quòd si soror renuntians hæreditatem patris, vt soror melioretur, habet postea filios quod melioratio corruat. Huic argumento, tripliciter respondeo.

115 ¶ Primo, quòd cõmunis opinio habet locum, quando filia excluditur facto suo: nõ directo in alicuius fauorem, secus si in fauorem alicuius puta sororis, vt melius nubit, ita notat Imola in. l. qui superstitis. ff. de acqui. hæred. col. 1. vers. sed aduerte quia tale factum.

116 ¶ Secundo respondeo, nepotem admitti ad hæreditatem aui ex persona sua, non verò ex persona matris. ita Bald. Paul. Alexan. & Deci. nu. 181. l. pactum. C. de colla. Imola in. l. qui superstitis col. 2. Deci. cõf. 181. num. 6. Alexand. conf. 29. ad finem lib. 3. Roderic.

Roderic. in. d. 4. limita. & ratione. l. Diuo Marco. C. de quest. l. vt in testato. C. de suis & legat. hæred. Vnde cum non succedat ex persona matris, neque renuntiationem ab ea factam rescindat, vt per glos. cõmuni ter approbatam. in. d. c. quamuis. certè melioratio quæ vires sumpsit ex renuntiatione, non infirmatur ex eo quod ipse succedat, non enim ipse succedit quia renuntiatione non valuit, sed ex persona sua, tanquam nepos sublata. l. si ex patronis. §. fin. ff. de bonis liberti. l. si quis filio ex hære dato. in princip. ff. de iniusto rupto.

117 ¶ Rursus, cum nõ succedat ex persona matris, neque irritet renuntiationem, iam cum venit ad hæreditatem mortua matre reperit meliorationem validam, ex renuntiatione matris, quæ bona nondum quæsitæ scilicet hæreditatem nondum delatam renuntiare potuit, in præiudicium filiorum, vt supra dixi sequendo communem opinionem.

118 ¶ Tertio respondeo, quod nõ sequitur: nepos succedit auo, ergo renuntiatione ab eius matre facta non tenet, quod patet ex communi opinione dicente, quod renuntiatione hæreditatis nondum delatæ valet, & non reuocatur ex natiuitate filiorum.

¶ Patet etiam ex alia cõmuni opinione, distante, quod nepos ex persona sua succedit auo, non obstante renuntiatione matris; vt de Alex. ita sentientem hunc nodum dirimi cons. 29. propè finem lib. 3.

119 ¶ Si tamen filia renuntians, superstes sit patri, & tunc etiam si post moriatur, non potest venire nepos eius filius ad hæreditatem aui, ita Paul. Imol. Aretin. l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred. Bal. Alexan. & Deci. l. partem. C. de collat. Deci. cons. 181. nu. 6. Rodericus. d. 4. limita. Si tamen filia postquam hæres fuit patri, renuntiauit hæreditatem in fauorem fororis nubentis, certè si post gignant filios renuntiatione reuocatur, ex. l. si vnquam. vt supra dixi hoc ipso cap. versic. aduertendum tamen quod si filia, num. 107.

120 ¶ Sed vt nihil relinquatur, quod animum ambiguitate distorquere possit, proponere visum est, quod circa præcedentia in quaestione verti vidi. Quidam filiam vnica amplissimi me dotauit, & tandem mortuus est vxore prægnante, quæro an si posthumus non nascatur, melioratio, & dos quãtũuis ampla rata maneat.

¶ Rursus si posthumus nascatur, an irritetur melioratio, à die quò nascitur, an verbò à die quo conceptus fuit.

tur melioratio, à die quò nascitur, an verbò à die quo conceptus fuit.

121 ¶ Quoad primum, facit dubiũ quod supra dixi, quod si filij moriuntur post patrem, melioratio dotis nomine facta nõ cõualidatur, vnde cum posthumus qui nascitur mortuus, dicatur perisse post mortem patris, videtur meliorationem rescandam.

122 ¶ Sed contra verius, quoniam venter antequam in lucem prodeat non rumpit testamentum, in quo fuit præteritus, vt in. l. 3. vers. ex his apparet. ff. de iniusto rupt. l. 1. & 2. C. de posthum. hæredi. instit. l. posthumo nato. & ibi Ias. & Deci. C. de contra tabul. Bal. in Auth. ex causa. col. 2. C. de liber. præter. vel ex hære. Ergo cum non rumpat testamentum, multo minus reuocabit meliorationem ex contractu ad sustinenda onera matrimonij inductam, difficilius enim reuocantur contractus quam vltimæ voluntates, vt supra dixi nu. 22.

123 ¶ Rursus hæc opinio probatur, quoniam ventri non debetur legitima quousq; nascatur, autore Bald. in. l. cum posthumus. ff. de liber. & posth. Ias. & Deci. l. posthumo nato. C. de contra tabul. Neque petere potest hæreditatis partem, quousq; lucem prospiciat, vt in. l. vtrum. ff. de reb. dubi. l. antiqui. ff. si pars hæredi. peti. Bald. l. si nemo. §. fin. ff. de testam. tute. Neq; enim hæres est antequam nascatur, secundum Bal. l. cum quidam. in principi. C. de instit.

124 ¶ Cum ergo vtero non debeatur legitima, neq; partem faciat quousq; nascatur, imò nec iudicetur animal, si credimus Plutarcho, lib. 5. de placitis Philosophorũ, & habeatur veluti cogitatio si in lucem nõ prodeat, vt per Bald. l. 1. vers. circa secundum. C. qui admitti Ias. ita legatum. §. illi si volit. ff. de legat. 1. & ibi. col. 2. ff. de condit. ob causam. plane sequitur, eum nõ infirmare dotis præteritionem, quæ ideo certis est finibus præfixita, ne legitimæ aliorum filiorum præiudicium fiat.

125 ¶ Idem dicã si in ipso nascendi actu, inter muliebriũ angustias est suffocatus, vel si nõ nascatur integer, hic enim etiã si præteritus sit paternũ testamentũ nõ rumpit ergo sibi nõ debetur legitima. l. 3. C. de posth. hæred. instit. & ibi Bar. Corn. & Aret. Bar. Alexand. & Iaso. in. l. quod dicitur. ff. de liber. & posthum. Alciat. l. qui mortui. ff. de verbo. signif.

126 ¶ Quoad secundum, scilicet an si nascatur; censetur facta reuocatio à die quo fuit

De non meliorandis

In utero, an verò à die quo nascitur. Et cer-
tè à die quo nascitur, jus habet ad reuocan-
dam immodicam dotem non ante. Quo-
niam ante sibi legitima nõ debetur, neque
partem facit sorori, vt per Bald. l. cum pos-
thumus. ff. de liber. & posthum. l. vtrum.
ff. de rebus dubi. l. as. & Deci. l. posthumo.
C. de contra tabul.

127 ¶ Quatenus autem posthumus reuocet do-
nationem extraneo vel fratri factam, &
quatenus reuocet dotem immodicam, do-
cui supra. c. 9. ad finē versic. si tamen mor-
tuo patre.

¶ Si quis autem dotem improbare velit eo
nomine, quòd dotans alios habuerit filios,
neq; dotata vnica fuerit, ipse probare de-
bet, vt in. lex factio. §. si quis autem. ff. ad
Trebel. Alexand. in. l. is potest. nu. 15. l. as
in eadē lege. col. pen. ff. de acqui. hæredit.
Alexand. & Ias. in. l. in illa stipulatione si
Kalendis. ff. de verbor. obligat. Alex. conf.
20. col. fin. lib. 1. & l. sed et si de sua. col. fin.
ff. de acqui. hæred. & cõs. 36. col. 1. lib. 1.
Socin. l. qui duos. §. 1. col. 2. nu. 4. ff. de reb.
dub. Paul. conf. 387. nu. 4. lib. 1. Dec. conf.
662. Nam, & actor probare debet quod
asserat. l. actor. C. de probatio.

129 ¶ Sed est quæstionis, an si filij obligent se
cum patre pro dote sororis, an videantur
consentire sororem meliorari & portionē
suam minui. Et Benedic. c. Raynuntius,
verbo *Dotem quam ei dederat.* num. 24. de
testam. scribit, quòd frater solum videtur
gessisse negotium patris, & nihil de suo de-
disse, vel promississe, licet secus esset, si solus
sine patre se obligaret, citat Bald. l. fin. C.
de dotis promiss. Sic Lupus in rep. rubricę
de donatio. inter virum, & vxor. §. 46. ex
prædictis. num. 2. & §. 66. num. 10. versic.
subdit tamē scribit, quòd si pater, & mater
se obligant pro dote filiz, quòd mater vi-
detur se obligare animo intercedendi pro
patre, & quòd non possunt ex ea causa ve-
di res dotales. Hodie autem seruanda est
dispositio. l. 53. Taur. quæ habetur. l. 8. tit.
9. lib. 5. Recopil. si vir & mulier constan-
te matrimonio promittunt dotē filiz vel
donationem propter nuptias, filio ex bo-
nis cõmunibus constante matrimonio quæ-
sitis soluenda est dos filiz, vel donatio pro-
pter nuptias filio, circa quod vidē notata
per Matienço. d. l. 8. & in. l. 3. glo. 7. nu. 7. &
8. tit. 9. lib. 5. Recopil. De ista quæstione,
vidē omnino quæ dicam. c. sequenti.

130 ¶ Tamen quod attinet ad propositā quæ-

stionem, certè si pater disertè dicit se me-
liorare filiam in terttia, & quinta ratione
dotis, manifestum est filiam contenti, vt
sua legitima minuat. Quid enim est me-
lioratio, nisi diminutio legitime? & hoc
casu aduersus filium legitime obligatum
pronuntiabo ratione consensus, nisi metu,
vel dolo, vel ætatis infirmitate fecerit. Si
tamen simpliciter se obligaret cum patre
ad soluendum centum pro dote, certè si re-
sultaret melioratio pronuntia rem pro fi-
lio, quid enim si ignorauit meliorationem
resultare. Vtique cessat voluntas, & con-
sensus, & rem hanc ex eius consensu legi-
timo, & ex approbatione meliorationis
approbamus, & an quando simpliciter se
obligat, videatur intercessor vel fidei iuror
vide quæ dicam. c. 12. nam superiora solū
definimus ratione consensus, & licet faciat
factum positiuum qui alias inducit con-
sensus, vt per Abb. c. cum virum col. 3. de
regula. l. as. l. quæ dotis. nu. 90. ff. solui. ma-
trim. hic non est consensus, quid enim si
ignorabat resultare meliorationem?

S V M M A:

- 1 **A**N mater dotans meliorare possit filiam,
¶ num. 11.
Appellatione parentum: & mater, & pater
veniunt.
- 2 **M**asculinum non proprie, sed ex interpretatione
extensiuè, cõcipit fœmininum.
Masculi in dispo. sitione vocati (exclusis fœmi-
nis) semper talis masculus intelligitur de pro-
prio, ex linea masculina descendenti, non
autem de masculo descendenti ex fœmina.
Ex masculorum vocatione, & exclusione fœ-
minarum, inducitur agnationis conser-
uatio.
- 3 **I**n statutis masculinum non concipit in se fœ-
mininum.
- 4 **N**eque in contrahentibus.
- 5 **M**ater an teneatur filiam dotare ¶ num. 7.
- 6 **M**ater hæretica; an, & quando teneatur dota-
re filiam Catholicam, & Orthodoxam.
Mater an teneatur filiam alere.
- 8 **M**atri hæretica bona, eo casu quo ad fiscum
deuenerunt, an fiscus teneatur filiam do-
tare,

Statuta

- 9 Statuta excludentia filius propter dotem receptam: an sint admittenda quo ad bona eius: cuius officium non est dotare.
- 10 Mater non magis quam pater, potest meliorare filiam dotis ratione.
- 12 Mater magis diligit prolem foemeninam, quam masculinam.
 Similitudo sexus peculiarem gignit benevolentiam.
- 13 Arrarum praestatio, ne excedat bonorum decimam partem, servanda est, siue praestetur à patre, siue à matre.
- 14 An lex nostra respiciat familiae conservationem, vel tantam praesidium fratrum, sublatum velit. & num. 15. & 16.
- 17 Masculinum concipit foemeninum in materia pœnali. & odiosa.
- 22 Mulier nupta, an absq; mariti consensu dotare possit filiam. & num. 55.
- 23 Mater sola dotans filiam, habita licentia à marito de quibus bonis videatur dotare.
- 24 Dos data ab uxore, sine licentia mariti, an debeatur.
- 25 Mater an possit donationem filio facere absq; patris licentia, & num. 51. & 65.
- 26 Uxor qua in scio marito, de perse, & secreto dotavit filiam, an matrimonio soluto: cum libera est à potestate mariti, teneatur in id quod dotavit. & num. 49. 68. 69. & 70.
- 27 An praescriptio huius legis locum habeat, quando pater, & mater simul dotant. & an si utraq; dos excedat praescriptionem & taxa huius legis rescari debeat. & num. 29. Ratione, & auctoritatibus probatur. num. 31. 32. 33. 34 & 40.
- 28 Verba singularis numeri, non verificantur in plurali, quando adest diversa ratio.
- 30 Filia dotata non succedens ex dispositione facturi, intelligitur exclusa solum ab hereditate eius qui eam dotavit.
- 32 Filia non dicitur dotata à me, si non est dotata de bonis meis.
- 34 Dos data à solo patre, ex quibus bonis consecratur data.
- 36 Mater iure communi, an se obligare possit, simul cum patre pro dotis constitutione. & num. 37 & 38.
- Quid in hoc iure Regio stabilitum sit. num. 41. & 44.
- 39 Donatio inter virum, & uxorem; iure prohibita, an pro dotanda filia valeat.
- 40 Intellectus Auth. siue à me. C. ad Velleian.
- 41 Obligatio matris dotantis simul cum patre, quatenus efficax sit. & an teneatur pro virili, vel sit facta ante, & intercedendi.
- 42 Mater absente marito, & tamen suo nomine dotans filiam, licet non protestetur, an possit à marito dotem repetere: actione negotiorum gestorum.
 Limita ut in num. 43.
- 45 Alienatio fundi dotalis pro dotanda filia, an valeat. & num. 46. & 47.
 Intellectus. l. quamvis, cum sequenti. ff. solut. matrimonio.
- 49 Uxor in piam causam absq; mariti licentia an possit contrahere. & num. 50. 52. & 57.
- 52 Statutum adversus privilegium, an valeat. & num. 53.
 Dotis causa an indicetur pia. & quo casu num. 66.
- 54 Contractus factus à muliere valet si marito sit proficuum, & utilis.
- 56 Contractus factus inter patrem, & filiam nuptam, an valeat, sine mariti consensu.
- 58 Leges politicae, & prudentes servanda sunt etiam si actus fiat cum ecclesia, vel alia quavis causa pia.
- 59 Uxor absque mariti licentia an eleemosynam largiri possit.
- 60 Statutum, ne uxor contrahat absque licentia mariti, factum est, ut maritus praesidium fiat.
- 61 Intellectus. l. 53. & 55. Tauri. l. 2. tit. 3. lib. 5. Recopil. & l. 3. tit. 20. lib. 3. fori.
- 62 Contrahere prohibitus favore alterius prohibetur, etiam contrahere ad pias causas.
- 63 Dotis causa piissima est.
- 64 Donatio constante matrimonio facta à matre filia: an valeat.
- 71 Mulier matrimonio soluto an teneatur stare contractui absq; mariti licentia facto. remissive. & num. 72.
- 73 Dotem alienans constante matrimonio, qua à sui in initio est inualida; an eo soluto
 l. 3. conualide.

De non meliorandis

- conualidetur, & valeat, & num. 74.
- 75 Filius patris debitores liberans, mortuo patre an teneatur stare liberationi, & num. 77. & 93.
- 76 Maritus constante matrimonio, licet, non possit dorem alienare, si alienauerit, & dos ipsius lucro cefferit, an alienatio teneat.
- 79 Verbum: No puda. resistit actui & reddit illum ipso iure nullum, & num. 80. & rursus. Verbum: Non possit contrahere sine licentia viri. inducunt solemnitatem & formam, cuius omisio reddit actum nullum.
- Follit etiam presentia, qua sublata reddit actum nullum.
- 82 Faciens actum ipso iure nullum potest illum improbare.
- 83 Actus nullus ex defectu solemnitatis non conualefcit ullo temporis spacia, nisi ratificetur. & num. 84.
- 85 Filius alienans bona aduentitia in vita patris sine eius consensu, an post mortem patris possit ipsemet ab emptore renocare. & nu. 86.
- 88 Lex iniicio contractui resistens, neq; in habili tempore conferri potest.
- Aditor non potest actum facere, neq; in tempore licitum conferre.
- 92 Intellectus. l. cum vir. ff. de usu cap.
- 93 Intellectus. l. 2. §. quod si in patris. ff. soluto matrimonio.
- 94 Mater genero, vel filia nubanti, si aliquid det, quod sit contra hanc legem videtur dare ratione matrimonij. & dotis. & an valeat.
- 95 Pater mortua matre filiam dotas, an tunc possit excedere huius legis metam & num. 96.
- 97 Et an videatur datare eo casu de lucris constante matrimonio inter virum, & uxorem quesitis. & num. 99. 110. 112. & 113.
- Limita, vt num. 125.
- Conarru. & Anton. Gomez. opinio circa hoc. num. 107.
- 98 Ant. Gomez. & Castelli sententia in hac re.
- 100 Fœmina. ex statuto non succedens stantibus masculis, si masculus moriatur postquam hares fuit patri, an soror succedat in eius bonis. & num. 101. & 103.
- 102 Pater an teneatur dotare filiam de proprio, etiam si in dotis constitutione dicat se dotare de bonis suis, & bonis filiae extensiuè. & num. 128. 129. 130. 131. 132. 133. & 134.
- Limita quando pater esset ipso, vt si de suis & bonis filiae promittat, quod sit iuuendum de bonis filiae.
- Limita, etiam vt si pater dicat promitto centum de meo, & centum de bonis filiae, vt num. 128.
- Limita etiam. vt in num. 137. vt non procedat si filia ipsa simul cū patre agreget bona sua, dote premissa à patre.
- 104 Intellectus. l. fin. C. de dotis promissione. & num. 114. 123. 143. 146. & 147.
- Et contra Nobellum. 150. 151. & 152.
- 105 Socius an socij filiam de bonis omnibus societatis teneatur dotare. & num. 121. & 122.
- 106 Dominium bonorum quæstorum, constante matrimonio, an absq; apprehensione uxoris eam transeat. & num. 120.
- Et quid in possessione.
- 108 Inter socios sicut lucra sunt communia, ita & onera, licet soluantur soluta societate.
- 109 Onus dotandi transit cum bonis, ex quibus dos debet constitui.
- 114 Quæsitæ constante matrimonio, ad quem pertineant iure communi.
- Et quid stabilitum sit iure Regio.
- 116 Patres semper curant, quod vtilius sit filijs, & pro eis stat præsumptio.
- 119 Ratio legis, quando est generalior lege, an liceat eam extendere, ultra verba, & præter verba.
- 122 Intellectus. l. si socius pro filia. ff. pro socio.
- 124 An licitum sit argumentum de lucra, ad societatem remissum.
- 126 Pater aliquid dans filia, expressè ex lucris, an computanda sint. vt videamus an legis summam excedi possit.
- 127 Administratio bonorum constante matrimonio quæstorum libere commissæ est patri, ita vt citra fraudem libere de eis possit disponere.
- 132 Dos illa confertur quæ processit ex bonis illius ex cuius hereditate agitur.
- Statutum loquens de dote, non habet locum quando pater, & alius dotant.

- 136 An pater curator filia eam dotans, videatur dotare, ut pater, an ut curator.
- 139 Pater dotans filiam, expresse diuidens quantitatem quam de bonis suis, ei dabit, & dicitur doto filiam in mille computato omni eo quod ei debetur, tam de bonis matris quam patris, an filia possit bona materna repetere; nulla deductione facta ratione dotis, & nu. 140 141. 143. 145. & 146.
- 142 Copulata natura, ratione dotis, est diuidere obligationem equaliter.
Committio sanguinis facit presumi donationem.
- 144 Si pater & filia sint diuites, pater dotans filiam protestans dare ei dotem computatis bonis maternis, in eo casu non data congrua dote) possit filia supplementum petere.
- 148 Certa appellantur ea, quae per relationem ad alia sunt certa.
- 154 Insumpta in festiuitatem nuptiarum ex quibus bonis solui debeant.
- 155 Mater dotans ex quibus bonis videatur dotare. Mater turtrix, vel curatrix, promittens dotem ultra patrimonium filiae an pro quo excedat videatur promittere de suo.
Es quid in fratre dotante.
- 156 Pater promittens dare dotem de bonis filiae nulla facta mentione de suis, an virtute promissionis cogi possit ad soluendum de suis bonis remissiuè.
- 157 Pater dotans filiam de bonis comunibus etiam si dos sit excessiua, & talis quod ea alias daturus non esset, an si excessus sit ut resultet in maioratio contra istam legem tollerari possit.
- 158 Matthaei de Afflictis. & Pauli Parisij sententia circa hoc.
- 160 Pater stantia hac lege, an possit vberius dotare unam filiam, quam alteram, remissiuè. & nu. 161. & 162.
- 163 Pater dotans filiam de bonis paternis & maternis si filia renuntiet in forma omnibus bonis, tam paternis, quam maternis an nihilominus bona paterna petere possit: & pater integram dotem soluere debeat. & nu. 164. & 165.

An mater possit filiam meliorare dotis ratione, & an pa-

ter, & mater simul dotando possint excedere praefinitionem huius legis, & an saltem filia ultra summam huius legis accipiat quando habet bona matris, vel aliunde quaesita, & an dos de per se secreto data à matre peti possit soluto matrimonio. Cap. XI.

Quarto an mater dotans meliorare possit filiam. Haec quaestio plura habet capita, aut enim mater est vidua, aut est nupta. Primo casu videtur posse meliorare. Mater enim relinquendo ceteris legitimam, filium vel filiam meliorare potest, ut docui supra capite primo. Cum enim id permittatur patri, idem censendum in matre, ut in. l. parētibus. C. de inoff. testam. Appellatione enim patrum, & mater yohiūt. ut, notatur l. 4. §. parētes. ff. de in ius vocā. Neq; enim plus iuris filij habent aduersus bona matris, quam aduersus bona patris. Sic Iuris Regio mater, matrimonij ratione poterat filium, vel filiam meliorare lex Tanti. 1. 7. quae habetur. l. 1. tit. 6. lib. 5. Recop. & l. 2. 2. Taur. quae est hodie. l. 6. tit. 6. lib. 5. Recop. His suppositis, videtur hanc legem ad matrem extendendam non esse, quoniam deficiunt verba legis, quae de patre masculo loqui videtur, ibi, Nimguno pueda.

Cum ergo lex de masculis loquatur, ad foeminas trahenda non est. Masculinum enim non concipit foemininum propriè, sed ex interpretatione extensiuè. tum in adoptiuis. §. quae in filio. C. de adopt. glos. in. l. seruis legatis. in princip. ff. de leg. 3. Bart. & Alber. l. 1. ff. de verbo signifi. Bal. l. fin. col. 6. versi. itē impropria locutio. C. de hzred. instit. Angel. l. quicūq; col. 1. C. de ser. fugi. Alexan. cons. 61. col. 1. lib. 1. Ias. l. qui filiabus col. 2. ff. de leg. 1. Deci. consil. 453. post medium. Soci. consil. 73. col. 1. lib. 4.

Quod adeo intellige, ut procedat: ut sit conclusio certa, & indubitata quod ubicūq; masculi in dispositione vocantur, exclusi foeminis, talis dispositio semper intelligitur, de masculis propriè, ex linea masculi-

De non meliorandis

na descendētib. non autem, de masculis descendētib. ex fœmina, etiam si sit filia, vel neptis: vt originalit̄ scripsit Ricardus de Malubi. in disput. Incip. Titius habens duos fratres. quam retulit Ioann. Andr. in additio. ad Specul. tit. de Emph. §. nunc aliqua vers. 146. num. 173. & ibi Bald. in additio. quæ sunt positæ in fi. tit. col. antep. vers. Nepos. Idem Bald. in Auth. si quas ruinas. in vlti. verb. C. de Sacro san. Eccles. & in l. si. num. 2. C. de suis & legit. hæred. & in c. 1. nu. 3. quemadmod. fœ. ud. ad fili. pertin. & in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vocan. addit. vlt. & post eum Ange. Alex. & Ias. ibidem. Roman. conf. 40. nu. 4. Socin. conf. 251. nu. 9. lib. 2. Ioan. Riminal. conf. 261. num. 48. Alber. Brun. in tract. Quod stantib. mascul. art. 6. princip. nu. 8. cum multis sequenti. & secundum hoc Matthæ silan. notab. 130. dicit hoc dē decidisse. Ant. Butr. Barthol. Salic. & Florian. in locis ab eo citatis. Idem Butr. cōf. 9. dub. 1. & conf. 47. Bened. Capra. cōf. 18. Ias. cōf. 105. nu. 3. lib. 4. Craueta. conf. 22. nu. si. & conf. 202. nu. 12. Natta. cōf. 198. nu. 6. lib. 1. Guido Papæ. conf. 18. nu. 7. & decisio. 133. & 612. Palac. Rub. in repetitione rub. de donat. inter. §. 69. num. 24. Guiller. Bened. in c. Raynuntius. verbo duas habens filias. nu. 124. de testam. Tiberi. Decian. conf. 46. nu. 33. lib. 1. Ruin. conf. 18. nu. 5. lib. 3. Greg. Lopez. l. 6. glo. verbo. *Algun hijo*, tit. 26. part. 4. & l. 3. col. 7. in fi. tit. 12. part. 2. & alij plures quos vltra memoratos retulit Pinel. in l. 3. C. de bon. mat. num. 19. & 20. Molina lib. 3. de primog. Hisp. c. 5. nu. 47. dicēs. quod sicut fœmina ipsa si viueret excluderetur, similiter etiam masculus ab ea descendens excludendus erit. vt euitetur absurdum, vt filius admissus esset, ad id, quod alias mater si viueret non esset admisura. contra. l. si viva matre. C. de bon. mat. vt in proposito casu cōsiderat Paul. in l. Gallus. §. nunc de lege Veleya. nu. 6. ff. de lib. & posth. & conf. 421. nu. 2. vers. & primo probatur. lib. 1. Alexan. in lex facta. §. si. nu. 3. ff. ad Treb. Bertr. conf. 161. num. 4. lib. 3. & ita (sicut afolet) prudenter dixit Peralta in Rub. nu. 122. vers. tertio eadem. ff. de hæred. instit. quod masculus ex fœmina, & fœmina à masculino descendens parificatur in materia successionis, & ante eum Bart. in l. 2. §. vidēdū. nu. si. ff. ad Tertul. asserēs se ita consuluisse in ciuitate Florentiæ.

¶ Horum viua ratio esse videtur, quia ex masculorū vocatione, & nō fœminarū inducatur agnationis conseruatio. vt notat Ioan. And. in additio. ad Specul. quem refert. tit. de successio. ab intest. vers. & est sciēdum. Cin. & Salicet. in l. 1. C. ad l. Iul. de adult. Alex. in l. venia. nu. 6. C. de in ius vocan. Curt. sen. conf. 40. num. 12. Ruin. conf. 139. nu. 17. lib. 3. Decius conf. 372. col. 2. post medium. Craueta cōf. 113. nu. 2. & alij quorum meminit Molina lib. 3. de Hispan. primog. c. 5. nu. 29. vers. his autē. Menoch. conf. 95. num. 52. lib. 2.

3 ¶ Cum ergo hæc lex sit correctoria & per consequens non extēdēda videtur ad matrem porrigendam non esse. In dispositionibus enim quæ extendi non debēt (puta in statutis) masculinum non concipit fœmeninum secundum Bart. cōf. 229. col. 2. vers. circa secundum. Din. l. 1. ff. de verb. signific. Signorol. de Homode. conf. 220. col. fin. Soci. regula. 255. incip. masculinū. fal. 3. Cardi. c. Quintauallis. de iure iur. Fulgo. conf. 34. Matienço. l. 8. tit. 11. glo. 2. num. 2. lib. 5. Recop. & an. & quādo masculinum cōcipiat in se fœmeninum vidē eundem vbi proxime. nu. 1.

4 ¶ Sic, neq; in contractibus, masculinū nō concipit fœmeninum, vt per Alber. l. quicunq; col. 3. vers. sed quid in contractibus. C. de ser. fugi. Archi. in c. si quis suadēta. 17. q. 4. Collecta. c. Raynaldus. col. 1. de test. Imol. l. si ita scriptum sit filiabus. ff. de leg. 2. col. 2. Alexā. l. quod dicitur. col. 11. vers. subdit tamen. ff. de verbo. obligat.

5 ¶ Rursus hæc opinio probatur, quoniam hæc lex dotium summā præfinire voluit, ergo verisimile est de eis sensisse ad quos onus dotandi pertinet. Mater autem non tenetur dotare filiam, vt in l. neq; mater. C. de iure doti. & ibi Rayner. Cin. Bald. & Sali. Cin. Bart. & Bald. in Authēt. res quæ C. com. mu. de leg. Nisi filia sit catholica, & mater hæretica. l. cognouimus. C. de heret. glof. in d. l. neq; mater. & ibi Cin. Ias. §. fuerat. num. 115. Insti. de actio. Regia. l. 9. tit. 11. Part. 4. Lupus. in rub. de dona. inter virum & vxor. §. 35. nu. 4. Simācas vidē dus de cathol. instit. tit. 9. nu. 23. Lara. in l. si quis à liberis. §. si mater nu. 15. 22. 23. & seqq. ff. de lib. agnos. Ioan. Lecerier. de primog. li. 1. q. 17. nu. 7. vbi probat quo iure hodie vtamur, & cū hōdie correctæ sunt iura, Iure Canonico per. c. vergentis. de hæreti. vbi bona hæreticorum ad fiscum

deuoluuntur eorūq; successione priuatur filij orthodoxi ita gl. in summa. 23. q. 7. sequitur ibi Archidi. & Ioan. de Fano. Abb. in cap. 1. de offi. ordi. quem sequitur Ioan. Lupus. vbi supra nu. 15. Ripa in. l. 1. nu. 75. ff. sol. matr. Gregor. in. l. 2. tit. 26. part. 7. glos. verbo, De suis filijs: & glos. verbo Catholicos, in. l. 7. tit. 7. Part. 6. plures quos in vnum congesit Simacas de Cathol. in. stit. c. 9. nu. 1. & c. 29. nu. 8.

6 Et licet Nouel. de dote. 6. part. priuileg. 16. col. 2. dicat hoc de hæretica iure non probari, est communis autore, Ripa. l. 1. nu. 77. ff. solu. matr. ibi Vincent. nu. 35. & Corrafi. l. qui liberos num. 109. ff. de ritu nupt. & certè satis probatur in. d. l. cognouimus. Et Iure Regio definitur in. d. l. 9. Quam tamen glos. ibi limitat, nisi filia sit diues, vide Lara vbi proxime. num. 14. Sed certè errare videtur, nã vt aliquid speciale sit in matre hæretica, requiritur, vt teneatur dotare filiam etiam diuitem, nam si filia inops est, certè mater etiam non hæretica tenetur eam dotare si possit, ita Rayner. Cin. Bal. & Sali. in. d. l. neq; mater. l. 1. d. 9. fuerat nu. 115. Alexan. nu. 21. & Ias. l. 1. ff. solu. matrimo. Lupus. d. 9. 35. Bosqueus de nup. lib. 5. nu. 23. Bart. Cin. Alberi. & Bald. in Authen. res quæ. C. comu. de lega. qui loquuntur in casu quo pater est pauper. Quo casu scilicet quando pater, & filia sunt pauperes, & mater diues, verissimum est matrem cogi dotare filiam, vt notat. Nouel. de dote. 6. part. priuileg. 6. Socin. consi. 22. nu. 10. lib. 4. Boer. decis. 129. nu. 3. & Curtius senior. 22. col. 2. & omnes communiter in Authen. res quæ. Corn. consi. 282. lib. 1. col. 4. litera. G. Mouentur, quia isto casu mater tenetur filiam alere. l. si quis à liberis. 9. pen. ff. de liber. agnosc. vbi Lara. ex nu. 316. vsq; ad. 60. vbi plures species ponit.

7 Et licet contra sentiant (scilicet quòd nõ tenetur dotare, etiam si sit diues) Roman. in. d. l. 1. Angelin. l. à filia. ff. ad. Trebel. & dubitet Iaso. in Authen. res quæ. col. 4. & dicat esse verius in puncto iuris. Alexand. in. d. l. 1. nu. 21. Tamen certè, quoad quantitatem necessariam ad alimenta, verissimum est teneri, vt per Alexan. d. nu. 21. l. 1. ff. solu. matrimo. Curti. iunior. in Authen. res quæ. nu. 4. & etiam supra alimenta debere, docet. Ripa. d. l. 1. nu. 79. Vincentius nu. 36. & hæc videtur esse magis cõmunis opinio, & certè est æquior, & humanitati

congruentior, & placet Corrafi. l. qui liberos. num. 113. ff. de ritu nupt. vbi dicit hanc communem.

8 Quod autem dixi de matre hæretica, intellige tolerata ab ecclesia, aliàs cum bona amittat, vt in Auth. Gazaros. C. de hæret. non habebit vnde dotet filiam, sed onus transibit ad fiscum, vt per Ripam. d. l. 1. nu. 78. & dicam infra. Extra hos casus, mater non tenetur dotare filiã, quod præter superiores docent, Ioannes Andrin. additio ad Specul. tit. de Fœudis. Petrus Jacob. tit. de causis ex quibus vafalli col. 1. in paruis verli. audiui dici. Iaso. consi. 133. nu. 11. lib. 4. Ceter. de primog. lib. 1. q. 19. Alexan. consi. 144. nu. 14. lib. 6. Cũ ergo mater non teneatur dotare filiã, certè hæc lex quæ dotes præfixit ad eam pertinere non videtur magis quam ad extraneos.

9 Præterea, hæc opinio probatur, quoniam hæc lex; phibet filias meliorari ratione dotis, statuta autè excludentia filias propter dotem, non sunt admittenda nisi quoad bona eius cuius officium non est dotare, hoc argumento vtitur Iaso. l. in ius vocare. 6. prætor ait. nu. 9. ff. de in ius vocati. Christophorus Castellion. inter consilia Fulg. consi. 54. Bald. l. 1. C. de legi. hæredi. Alex. consi. 134. nu. 7. lib. 6. Ancharr. c. 1. de constit. Cum ergo officium maternum nõ sit dotare filiam, videtur hanc legem ad matrem non extendendam.

10 His accedit, quòd ferè sepe, maior pars substantiæ, pertinet ad patrem, saltim quoad liberam administrationem (nã de bonis lucratis constante matrimonio liberè disponit dum fraus absit, vt statim dicam.) Ergo satis est ligasse manus ei qui potentior est, & ei qui magis frequenter solet locare filias (scilicet patri quæ lex ad hoc obligat, vt in. l. qui liberos. ff. de ritu nupt.) neq; oportet eidem legi subiacere matrè, ad quam onus dotandi non pertinet. Quæ ratione, dem videtur dicendum in auo materno cum non cogatur dotare neptem, vt docui supra cap. 7. nu. 22. & 23. & est cõmunis secundum Ripam. l. 1. nu. 8. ff. solu. matrimo. post alios ibi.

Hodie autem Iure nostro Regio cum lucra constante matrimonio communicatur inter coniuges ad societatem huiusmodi spectat onus dotandi filios, quare siue vterq; dotem promittat, siue alter eorũ tantum, debentis constante matrimonio quæ sitis centebatur filij dotatq; nõ de proprijs viri,

De non meliorandis

viri, nisi bona communia deficient. Turc nimirum seruabitur dispositio. l. ult. C. de dotis p. omis. iusta interpretationem Palac. Rub. in repetit. rub. §. 66. nu. 7. & seq. & Ant. Gomez in. l. §. 3. Tau. nu. 21. & seq. Gregor. in. l. 8. tit. 1. part. 4. ver. *El padre*, Vbi autem ambo promittunt dotē filiae, vel donationem propter nuptias filio etiā si bona communia deficient ad totam dotem, vel partem exolueudam, quilibet coniugum tenebitur pro dimidia ex proprijs bonis etiam dotalibus ad residuum, si vero solus pater promisserit ipse de bonis proprijs soluere tenebitur, vt in. l. 8. tit. 9. lib. 5. Recop. scripta ex. l. §. 3. Tau. ex qua hoc expendunt interpretes maximē Ant. Gomez nu. 21. & 24. Pal. Rub. d. §. 66. nu. 8. & i. 3. in fin. Greg. l. 6. gl. 1. ad med. tit. 10. Part. 5. Domin. Præses. lib. 3. vari. resol. c. 19. num. 3.

I 1 His tamen non obstantibus, mater non magis potest meliorare filiam quā pater. Moueor ex verbis legis, ibi: *Mandamos, que ninguno pueda*. Hoc est, neq; pater, neq; mater, neq; auus, neq; auia: deniq; nullus. Rursum probatur, quoniam potissima ratio huius legis est, efficere ne legitima filiorum minuatur immodicis dotibus pro seculi corruptela necessario dandis, vt docui. c. 2. nu. 2. Hæc autem ratio, tã quadrat in matre quam in patre, non enim minus debetur liberis hæreditas matris, quam patris. Imò multo probabilior ratio est disponendi hoc in matre quam in patre, nã matres pro sexus foeminei fragilitate imprudentiores sunt, & affectibus magis ducuntur, præsertim spiritu stultitię, & vanitatis, & dum filiam splendido quippiam Pürgopolinici locent, absorberi se paupertatis fluctibus libenter sinent. Ideò verisimile est, legis conditorem potius matrem voluisse coercere quam patrem qui iudicio, & stabili prudētia magis valet. Si ergo hic prudentior lex, amplectamur q̄ prudentiæ cōuenit, si hic magis necessaria, curemus q̄ magis medelam requirit, si hic proximior ruina, & certior morbo, opponamus legis antidotum, neq; medicinam tanta prudētia proditam relpuamus.

I 2 His accedit, q̄ mater magis diligit prolem foemineam quam masculam, autore Ancharr. cōf. 336. pro maiori. col. 4. vers. tertio quod proles. Similitudo enim sexus siue maius effigiem peculiarem gignit beneuolentiam. Nec parum argumētum ex

ceteris animalibus trahūt, qui ferē gignētibus, similia nascuntur sic Hesiodus Græcus dixit, quod Latine vertit Erasmus in hunc modum.

Et similem sobolem genetricis patribus edant.
Quod respexit Virgili. lib. 4. Aeneid. cum cecinit.

Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset.

*Ante fugam soboles, si quis mihi parulus aula
Luderet Aeneas: qui se tantam ore resferret.*

Ad quod sexcenta alia aduertit Andreas Tiraq. l. 7. cōnub. nu. 52. Ergo & utile & necessarium est, hunc affectum certis circumscribere finibus, ne amoris lenocinio delirent.

I 3 Præterea, hæc opinio probatur, quoniã præfinitio ne arra excedat decimam partem bonorum (de qua dixi cap. 9. nu. 83.) seruāda est siue detur, à patre siue à matre, vtrobiq; enim eadem est ratio. Ita definiti extat. l. 1. tit. 2. lib. 3. for. l. 2. tit. 2. lib. 5. Recop. Hoc argumētū efficacius est, quoniam ea, quā nos vocamus arram, successit in locū donationis propter nuptias, quę cēsetur dos ex parte viri. Huius autem dotis præfinitio, seruāda est siue detur à patre, siue à matre, vtrobiq; enim eadē est ratio.

Deinde, hæc opinio probatur, quoniam si ex decreto alicuius statuti, filia nō possit accipere ultra certā summā nomine dotis, intelligitur, vt neq; de cēsu patris, neq; de cēsu matris, plus possit accipere, etiā si statuti verba masculis solis conuenire videatur, quia verbis masculinis scripta sint. Ita Alex. cōf. 134. animaduersis diligenter. num. 6. lib. 6. A ff. l. in constit. Siciliæ lib. 3. tit. de successione filiorū nu. 48. Brunus in tract. de statuto excluden. foeminas arti. 8. nu. 83. q. 9. & art. 8. q. 14. num. 53. qui citat Pau. cōf. 40. lib. 1. Ias. l. in ius vocare. §. prætor ait, nu. 9. ff. de in ius voca.

I 4 Et quāuis aliter videatur sentire Christopho. Castellion. cōf. 54. inter cōf. Fulg. tamen de eius opinione dubitat. Ias. d. §. prætor ait, nu. 9. & respondet eius fundamentis. Deinde Christophorus, loquitur in statuto prodito fauore conseruandæ hereditatis agnatorū inter agnatos, vt explicat Brunus in loco supracitato: tunc enim forte recte sentit. Quod ego asserere noli, non enim rē satis deliberaui. Hæc autem lex, nō respexit ad familię, vel agnationis conseruationem, tantum præiudicium cæterorum fratrum sublatum voluit.

I 6 Rursum hæc opinio probatur, ex verbis huius

- huius legis, ibi: *Ninguna persona*, quæ verba manifeste foemina includunt, & ita vnico verbo, sensit Auendan. lib. 1. de exequendis mādatis. cap. 14. nu. 7. vers. itaq; vt inspiciatur.
- 17 ¶ Postremo, etiam si hæc lex non loqueretur per illa verba, *Ninguna persona*, adhuc res est manifesta. Nam masculinum concipit foemeninum etiam in materia pœnali, & odiosa. l. si quis id quod. vers. sed & vtrum. ff. de iurisdic. omni iudi. vbi Paul. So cin. & Ias. qui domū. iun. ta. l. si mater. ff. de adul. glof. l. 1. verbo. sponsum. C. de raptu. vitg. glof. in l. qui quis. in verbo minus. C. ad leg. Iulianā maiest. Bald. Imo. Pau. & Alex. l. si constante. §. si. ff. solut. matri. post glossam ibi Bart. Bald. Alber. & Sali. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. glof. & Ias. l. cum proponas. C. de pact. latè Tiraq. de retract. linagier. §. 1. glof. 9. nu. 177. cū pluribus frequentibus: vbi tandem definit, masculinum concipere foemeninum in odiosis, & pœnalibus, & in re scriptis, & cōtractibus nisi lex vel statutum sit irrationabile, vt supra dixi. c. 7. nu. 4. & 13.
- 18 ¶ Hæc autem lex, neq; odiosa est, neq; pœnalis, sed prudens, & dilatandæ publicæ vtilitati maximè apta, vt dixi cap. 2. nu. 5. Ergo etiam si omnia verba eius solū ad aptādā essent patri, intelligendum est, idē seruandum in matre, cum enim lex patrē qui masculus est, & maiori prudentiæ robore suffultus coerceat, credendum est eodem vinculo voluisse alstringere matrem.
- 19 ¶ Non obstant ex aduerso pro lata. Primo nego legē loqui solum per verba masculina, dicit enim *Ninguna persona*, Itē etiam si omnia essent verba masculina, comprehendūt foeminas, vt supra probaui (præsertim quando eadem est ratio.)
- 20 ¶ Rursus non obstat q̄ statutum excludēs dotatam: solum videtur excludere ab hæreditate eius qui dotare teneretur, nō enim tale quippiam scribunt. DD. Sed q̄ solum videtur excludere ab hæreditate eius qui dotat, vt infra dicam. Deinde cum mēs huius legis & ipsa æquitas tam quadrent matri quam patri idem de vtroq; iudicādū.
- 21 ¶ Restat secunda pars, nostræ quæstionis, scilicet an mater nupta filiam dotis ratione meliorare possit. Et habet duas partes. Prima an ipsa sola mater dotans separatim, possit filiam meliorare. Secunda an dotādō simul cum patre eodemq; marito suo possit meliorare.
- 22 ¶ Primo casu, certum est meliorationē nō valere; tum quia mater ex decreto huius legis non potest meliorare, vt dixi. nu. 10: tum quoniam mulier nupta non potest absq; consensu mariti dotare filiam, stante statuto, vt non possit contrahere absq; cōsensu viri, ita Bart. in disputatione incip. Mulier habens. Corne. conf. 282. col. 6. lib. 1. Vbi scribit, hoc verum esse etiam si essemus in casu in quo mulier ex lege dotare teneretur, quia filia, & pater essent inopes, ipsa vero diues, vt supra hoc cap. dixi, nu. 5. & 7. Quoniam etiam si hic videatur actus fauorabilis, scilicet liberare se ab obligatione, potest esse damnosus, nam dotare (etiam se ipsam) nō nunquam dan. nū parit, vt in rub. C. si aduersus dotem.
- 23 ¶ Sic Antonius Gomezius in l. 5. 1. Tauri nu. 24. vers. secunda ratio, & Lupus in l. 53. num. 2. Scribit, quod mulier sola dotans, videtur dotare de bonis lucratis constante matrimonio, tamen quod debet id facere habita facultate a marito, Iure enim Regio vxor, neq; contrahere, neq; quasi contrahere potest absq; licentia mariti, vt in l. 55. Tauri. l. 2. tit. 9. lib. 5. Recopil.
- 24 ¶ Et q̄ stante tali cōsuetudine, dos ab vxore constituta absq; licentia viri nō debeatur, docet Boer. in consuetudin. Bituricen. tit. de consuetud. matr. mo. §. 1. col. penul. dicens q̄ ita consuluit Bald. conf. 75. ad filib. Facit gl. in l. si constāte. C. de donat. inter virum & vxor. Nam dos saltim ex parte matris censetur donatio, vt l. si. C. de dona. ante nup. & infra dicam. Prohibita autem contrahere, absq; licentia viri non potest donare ita Corne. consil. 41. col. 2. vers. tamen secus lib. 1. & cōsi. 126. prope finem, lib. 1. Barba. conf. 41. col. 7. vers. & si aliter lib. 3. Anto. Canar. in tractatu in sinuationū in. 2. part. q. 53. Alcia. l. Labeo in. 2. in glof. 1. ff. de verb. signifi. & d. l. 55. Tau. licet contra responderit Corne. conf. 224. col. 2. lib. 3. & male.
- 25 ¶ Cum enim statuatur in fauorem mariti, ne absq; eius facultate contrahat, & etiam in fauorem ipsius vxoris ne sexus imbecillitate decipiatur, certē nullibi videtur esse posse deceptio manifestior, cū in dando quod ex sua natura continet gratis dare, quantis hic aliquis respondere possit, quod potest donare filio absq; licentia viri, vt per Bald. conf. 407. lib. 2. Sed dubitat Tiraquel. post leges cōnubiales glof. 8. vide infra.

¶ Sed

De non meliorandis

26 ¶ Sed est quæstio quotidiana an vxor que in scio marito de per se, secreto dotauit filiam, teneatur saltim soluto matrimonio cum libera est à potestate mariti.

27 ¶ Hæc quæstio aptius tractabitur infra hoc ipso capite: post quæstionem quâ hic prius excutere libet. Scilicet an præfinitio huius legis locum habeat quando pater, & mater simul dotant, an scilicet si vtraq; dos iuncta excedat præfinitionem huius legis rescribi debeat.

¶ Hæc quæstio duo habet capita, Aut enim ex vtraq; dote (scilicet) ex vtraque portione data à patre, & à matre resultat melioratio in parte patris, vel in parte matris, respectu cæterorum filiorum vel filiarum: & non valet, quoniam neq; pater, neq; mater possunt meliorare dotis ratione, vt dixi num. 10. Aut non resultat melioratio, sed dos ab vtroq; constituta excedit summam hic præfinitam, & meo iudicio etiam si excedatur, dotis constitutio valet.

28 ¶ Moueor, ex verbis legis, ibi: *Mãdamos, que ninguno pœda*, Nota illud verbum, *Ninguno* ex quo apparet legem loqui quando vnus tantum dotat filiam, q̄ ille non possit vltra summam præfinitam dare. Verba autem singularis numeri non verificantur in plurali, quando adest diuersa ratio, vt per Alexan. & Iaso. l. qui quartam. §. si. ff. de leg. 1. & in l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. & postea. Tiraquel. l. si vnquam verbo *Suscepit liberos*, num. 185. C. de reuoc. donat. & dixi supra cap. 8. nu. 27. & 29.

29 ¶ Rursus, hæc opinio probatur ratione, cū enim pater: solus possit ex facultatibus proprijs filiam dotare, vsq; ad summam hic præscriptam, vt patet ex verbis legis, & vxor tantundem dare possit, cur si ambo maritus, & vxor filiam dotent, non licebit excedere summam vni soli præfixam: Præterea lex de vna dote loquitur, hic autem duæ dotes prima facie videntur esse.

30 ¶ Præterea, hæc opinio probatur, quoniam si dotata ex dispositione statuti non succedat, intelligitur exclusa solum ab hæreditate eius qui eam dotauit, ita Bald. l. 1. C. de legi. heredi. Ang. consi. 129. Alexan. consi. 151. lib. 2. nu. 3. & consi. 134. nu. 7. lib. 6. Anchar. consi. 80. incip. retento ordine. Gratus consi. 43. nu. 8. las. in l. quoniam Nouella. nu. 7. C. de inof. testamen. Bald. l. neq; mater. C. de iure doti. Bald. in tractatu statuo: um. verbo fratre, & cõf. 9.

lib. 2. las. l. vt liberis col. 2. C. de collat. Bertran. cõf. 145. col. si. lib. 1. Corn. consi. 74. lib. 1. Decius consi. 346. & consi. 379. col. 2.

31 ¶ Sed in nostro casu, filia non potest excludi, quoniam excluditur ne melioretur, vel dotetur vltra summam, at dos matris non excedit, neq; item dos patris excedit, & licet vtraq; iuncta excedat, nil ad rem, quia lex loquitur de vna persona, nō de duab; & quoad vnâquâq; debet fieri de per se cõputatio, sunt enim diuersæ personæ dotantes: neq; enim facienda coaceruatio vbi resultat nullitas actus, vt in l. si idem cū eodem. ff. de iurisd. omni. iudicū, & dixi supra cap. 7. num. 32.

32 ¶ Simile scribit, Socin. consi. 121. col. 1. nu. 2. ve: si. potest etiam dici lib. 1. Corn. consi. 171. lib. 4. col. 2. litera. E. Vbi statutum loquens de dote, non habet locum quando pater, & alius dotant.

33 ¶ Non enim tota dos hic est de bonis patris, neq; dicitur dotata à me, si non est dotata de bonis meis. Aymon cõf. 142. nu. 10. Curtius seni. consi. 27. col. antepen. vers. nam vt dixit, & probatur expresse in l. profectitia. §. si quis certâ. ff. de iure doti. notat Aymo consi. 84. nu. 4. Affiit. cõsti. Siciliæ. lib. 3. tit. de successio filiorum, nu. 47. Alex. consi. 134. nu. 7. 18. & 19. lib. 6.

34 ¶ Rursus hæc opinio probatur, quoniam alix sunt facultates matris, alix facultates patris, & q̄ datur ex facultatibus matris, non est considerandum, vt ex eo videatur resultare melioratio, si cõiungatur cū data à patre, non enim pater meus cõfitebitur meliorare, si ipse det mihi legitimam ex bonis suis ad me pertinentem, & insuper mater det: q̄ etiã ex substantia sua ad me pertinet. Verbum enim *Mejorar*, positum in lege, ad bona propria cuiusq; refertur, nō enim pater meliorat quod vxor, vel extraneus amplectent.

35 ¶ Sed obiicit aliquis, q̄ dos data à solo patre, soluenda est de bonis lucratis cõstante matrimonio, vt in l. 53. Taur. l. 8. tit. 9. lib. 5. Recopil. & in hoc transeunt Gregor. l. 6. tit. 10. part. 5. glos. 1. ad medi. D. Præses lib. 3. variat. c. 19. nu. 3. & q̄ idem est faciendum quando pater & mater dotant, vt ibidem decernitur, & q̄ cum datū à patre non possit excedere summam, idem cū datur à patre & matre, cum de eisdem bonis solui debeat. Sed respondeo quod licet de eisdem bonis sit soluendum tamen magis soluetur cum datur à patre, & matre: quâ cum

cum datur à patre solo, quoniam pater solus potest dare legitimam nisi excedatur summa, atq; item mater idē facere potest pro sua parte.

36 ¶ Sed rursus obijciat alius, patrē, & matrē simul dotantes nō posse maiorem summā dare quam si solus pater dotaret, quoniam obligatio matris iure cōmuni obligātis se simul cum patre ad dotem non valet, vt in Auth. siue à me. C. ad Velleia. & docet Aretii. l. 1. col. pen. ff. solu. matri. post Alexā. ibi nu. 39. Quoniam etiam si fœmina obligans se pro dote, non iuuetur Velleiano, vt in. l. si dotare. & l. si. C. cod. tit. hic alia est prohibitio, scilicet ne obliget se simul cum marito, & dispensatio circa vnum casum scilicet circa Velleianum non extenditur ad aliam prohibitionem obligandi se cum marito. l. cū propter, & ibi Bart. ff. de lega. præstan. idē videtur q̄ etiam pro dotata communi filia vxor nō possit se obligare simul cum marito.

37 ¶ Contrariam tamen sententiam probat Roman. & Bald. in. d. l. 1. ff. solu. matrimo. Gregor. glo. 3. l. 3. tit. 12. part. 5. Bald. conf. 106. punctus quidā vir & vxor. lib. 5. Et valere obligationē, supponit Nouel. de dote. 6. par. priuil. 3. & 12. Aymō conf. 77. nu. 1. part. 1. Lupus in rep. rubricæ de donatio. inter virum & vxor. §. 66. illud autem nu. 10. Quāquam idem. §. 46. nu. 2. in eadem rubrica rem contra definiat. Sed mihi ea opinio verior videtur: vt scilicet valeat obligatio. Cū enim fœmina obligās se pro dote extraneæ, non iuuetur Velleiano, cur pro dotata filia non obligetur efficaciter? Etsi lex dispensat quo ad dotem extraneæ, cur nō videatur dispēfasse quo ad dotem filiarū?

38 ¶ Rursus si cōsideres rationes quas reddit l. si. C. ad Velleia. videbis omnes hic quadrare, scilicet ne dotata reperiat se deceptā, & maritus eam expellat à domo, item fauore nuptiarū. Quōd si ne extranea expellatur lex facit efficacem obligationem à muliere factam pro extranea, cur non quādo se obligat pro filia (hoc est pro viscerib⁹ suis) Facit. l. 3. tit. 12. part. 5. ibi: *Por alguna cosa suya.* Item vbi iustior nuptiarū fauor, quā vbi sunt nuptiæ filiarū? vbi magis miserendum cum decipitur extranea, an cum decipitur filia?

39 ¶ Præterea hæc opinio probatur, quoniam donatio inter virum, & vxorē prohibita, valet pro dotata filia. l. siue vxor, & ibi

Bart. ff. de donat. inter virum & vxor. Cre mēlis sing. 4. Lupus. d. rubrica de donatio. §. 46. ex prædictis nu. 1. Boer. in consuetu dini Bituricen. tit. de consuet. matrimo. §. 1. col. penult.

40 ¶ Non obstat auctoritas Alexandri apud me, vt par est maxima, quoniam sæpe animaduerti virū illū vehementi quodā studio improbare quæcūq; Romanus pbat, & in illū supra æquum nōnunquā stomachatur. Nō obstat Auth. siue à me, quoniā nisi me fallit animus, cōdita est ad tollēdū dubiū, an prohibitio intercedendi inducta ex Velleiano haberet locum quando fœmina obligat se simul cum viro, videbatur enim q̄ tali consorte addito, obligatio valet. Prudentia enim viri suppletet imprudentiam vxoris, statuitur autem cōtra, nō, vt mulierem à marito liberarent, vel prohibitionem peculiarem inducerent, sed vt Velleianū extenderent. Cum autem Velleiano non iuuetur etiam si sola se obliget pro dote extraneæ, absq; licentia mariti (de iure communi) cur iuuetur cum simul cum marito, & cum eius facultate obligatur p dote filiarū, debito iusto, & Christiano, matribus maximē grato, vtpote quæ nihil magis desiderāt quam filiam ex animi sententia locasse.

41 ¶ Hoc iure Regio, omni vacat ambiguitate, valet enim obligatio matris facta simul cū patre pro dote filiarū, ex his, quæ dixi supra nu. 35. licet pro alia causa non valeret, vt in. l. 61. Tauri. Sed quatenus efficax sit hæc obligatio dubitatur, an scilicet vxor teneatur pro virili, an vero solum teneatur quasi animo intercedendi se obligauerit; non vero animo donandi. Et certē si maritus sit diues, & habeat quo dotet filiā, cessat in persona matris obligatio dotandi filiam, & videtur se obligasse animo intercedendi & reperendi, non vero donandi, ita Bald. conf. 184. refutatio, lib. 4. Soci. cōf. 5. nu. 14. lib. 4. notat Nouel. de dote. 6. par. priuil. 3. col. 3. versic. vidi etiam de facto. Bosqueus de nupt. lib. 5. nu. 35. Lupus in rub. de donat. §. 46. ex prædictis nu. 3. & in rep. c. per vestras. §. 14. quinto offic. u, nu. 9. de donat. inter virum & vxor. & iterum in rep. rubricæ. §. 66. illud autem nu. 10. versic. subdit tamen, Aymon conf. 77. nu. 3. Vbi extendit etiam si maritus, & vxor se in solidum obligauerint, nam licet vterq; ex æquo conueniri possit ab̄ trio generi tamen cum negotium principaliter
K perti-

De non meliorandis

- pertineat ad patrem, cui ius imponit onus dotandi, certè vxor quoad maritum cense-
tur fideiussor, ita in specie dotis promissæ,
notat Corne. conf. 3 24. lib. 1. & conf. 3 16.
lib. 4. Nouel. de dote. 6. parte priuileg. 3.
Aymon. d. conf. 77. nu. 3. Argumento eor-
um, quæ notat Bart. in l. reos. ff. de duobus
reis per. l. vir vxori. §. si. ff. ad Velleia. Et
simile quidam scribit Benedic. c. Raynuntius.
verbo Dorem, nu. 24. Quod tamen li-
mitandum, nisi bona mariti non sufficiant
ad solutionem dotis promissæ, & mater sit
diues, tunc enim cum pater sit inops & ipsa
diues dotare tenetur filiam, & onus ad eam
pertinet, vt supradixi, nu. 5. & 7. Et tali ca-
su, nõ poterit repetere à marito ita Lupus
in. d. rubrica. §. 46. ex prædictis nu. 3. vers.
secus si vir, & de his aliquid scribit Beroi.
quæst. 11.
- 42 ¶ Hinc Nouel. in. d. loco, scribit quòd si for-
te patre absente, mater etiam suo nomine
filiam dotauerit & licet non protestetur
potest repetere à patre actione negotiorum
gestorum, cum onus dotandi non ad eam
sed ad patrem pertineat, sicut dicimus in
alimentis. l. si quis à liberis. §. si mater. ff.
de libe. agnosc. Bart. in. l. Nessènius, & ibi
est textus. ff. de nego. gest. & in. l. alimen-
ta. C. cod. tit.
- 43 ¶ Hoc intellige, nisi essent bona lucrata cõ-
stante matrimonio, tunc enim mater cum
videatur gerere negotium mariti absentis,
videbitur promississe de bonis mariti, si nul-
la sunt bona lucrata constãte matrimonio
si autem essent de illis est soluenda dos, cū
enim lucra iure societatis diuidantur inter
maritum & vxorem, certè debita contra-
cta durante societate sunt soluenda de bo-
nis lucratis societate durante, vt. l. 207. sti-
li. l. 4. tit. 20. lib. 3. fori. l. Socium qui in eo.
§. Socius. ff. pro Soci. cum. l. sequi. l. filius fa-
miliæ in princi. vers. quid ergo. ff. de do-
natio. Vtrumq; docet Lupus. d. rubrica. §.
66. illud autem num. 8. vers. & si dixeris,
& nu. 13. vers. ex his infertur. Quòd cre-
do verum esse, ex his quæ postea dicentur,
nã filia durante matrimonio prognata est,
& sic eo durante oritur obligatio dotandi,
& sic de bonis lucratis constante societate
(scilicet matrimonio) soluenda sunt, vt
in. l. 60. Tauri, quæ habetur. l. 9. tit. 9. lib. 5.
Recopil. & vide, quæ dixi supra nu. 23.
vers. sic Antonius. vide insuper, quæ scri-
psit nouissimè Matieço ad d. l. 9. tit. 9. lib.
5. Recopil. glos. 1. & 2.
- 44 ¶ Sed obijciat aliquis, si mater obligans se
cum patre pro dote filix, non videtur eam
dotare de suo sed intercedere animo repe-
tendi, ergo sequitur quòd non potest dari
in dotem magis quam si pater solus dota-
ret. Hoc argumentum efficax aliquantulum
appareret, nisi adessent leges Regiæ quæ
matrem obligantem se, cum patre cogunt
ad solutionem dimidiæ partis, ita proba-
tur in. l. 14. tit. 6. lib. 3. fori, & in. l. 53. Tau-
ri. l. 8. tit. 9. lib. 5. Recopil. vbi probatur
quod si pater, & mater simul dotant filiam, vel
donationem propter nuptias constituunt
pro filio, quòd soluenda est de bonis lucra-
tis constante matrimonio, & eis deficienti-
bus de quibuscunq; alijs bonis pro dimi-
dia patri, & pro dimidia matri.
- 45 ¶ Sed rursus, obijciat alius, quòd mater nõ
quam potest cogi soluere de bonis suis do-
talibus, non enim valet alienatio fundi do-
talis ad dotandam filiam communem, vt
notat Specul. tit. de emptio. & vendi. §. ter-
tio loco col. 4. vers. quid ergo si vir. num.
11. Imola. c. cum contingat de iure iuran-
do, & in. l. cum vir. ff. de vsucapio. Alexã.
l. 1. nu. 39. ff. solu. matrimo. Campegius de
dote. 4. part. quæst. 25. Lupus (qui dubitat)
in rub. de donatio. §. 46. ex prædictis, col.
2. & §. 66. illud autem, nu. 13. vbi reliquit
cogitandum. Quauis in contrarium ad-
ducat. l. quauis, cum sequenti. ff. solu. ma-
trimo. Sed certè illa lex, non loquitur de
quando pater infumit dotem in dotanda
filia communi, prout illum allegat Lupus.
Vrget tamen ibi (quia iusta & honesta cau-
sa est.) Satis enim iusta, & honesta, videtur
dotare filiam.
- 46 ¶ Sed respondeo, quòd quidquid sit de Iu-
re cõmuni, certè Iure Regio, ex supra tra-
ditis d. num. 35. mater cogitur soluere de
bonis dotalibus, vt patet ex d. l. 53. Tau-
& l. 8. tit. 9. lib. 5. Recopil. ex generalitate il-
lorum verborum. *Lo paguen de por medio de
los otros bienes què les pertenecierẽ en qualquier
manera, sino viuiere bienes ganados constante el
matrimonio, que basten a la paga:* & ibi notat
Cifontanus, Lupus, & Castellus, in verbo
En qualquier manera: Anto. Gom. l. 51. nu.
25. vers. primo, quia cum regulariter.
- 47 ¶ Hic nihil est quod scrupulũ amplius fa-
cere possit, quauis Lupus in locis proxi-
mè citatis (vti doctũ, & graue decet) nõ-
quam fortis sit asserendo. sed hic quoq;
dicit cogita. Sed Antonius Gomezius me-
lioris seculi vir optimus, in. l. 51. Tauri. d.
nu.

- nu. 2 §. scribit, etiam de iure cōmuni bona mulieris dotalia alienari posse pro dotē filiarū, quod aduersus communem sententiā esse videtur. Et dicit q̄ mater obligans se simul cum patre tenetur pro dimidia soluere de bonis dotalibus si non sunt paraphrenalia, quæ omnia de iure cōmuni falsa, & periculosa esse videntur, vt ipse postea significat quanuis eiusdem sententiæ videatur esse Boer. in consuetud. Bituricē. tit. de consuetud. matrim. §. 1. col. fi.
- 48 ¶ His ita definitis, videamus an hæc procedant etiam si vxor inscio marito dotē filiam de per se, an saltem soluto matrimonio teneatur ratam habere meliorationē. Dubium facit, quòd vt dixi supra, vxor absq; facultate mariti nō potest filiam dotare, stante. l. 55. Tauri. Ergo cum à principio dotis constitutio non valeat, videtur quòd tractu temporis non conualescat.
- 49 ¶ Hæc est dubia questio. Primo, quoniam licet supra dixerim à nu. 22. vxorē absq; licentia viri non posse dotare filiam, citādo Bart. Corn. Boeri. & Gomezium, qui loquuntur in casu nostræ consuetudinis, qua vxor non contrahit absq; licentia mariti, vt in. l. 13. tit. si. lib. 3. fori, & l. 55. Tauri, quæ habetur. l. 2. tit. 3. lib. 5. Recop. Repetio quòd Lupus in rub. de donat. o. §. 48. requiritur etiam, nu. 4. vers. ex quo si verum est, reuocat in dubium hanc questionē, & dicit q̄ in piam causam, vxor absq; mariti licentia contrahere potest, vt per Bald. l. generali. C. de sacro san. Eccl. & quod dos censetur causa pia, & q̄ idē dotis constitutio facta absq; licentia mariti videtur valida, ac tandē iniecto spiculo fugit nulla certa re definita. Videlicet? properabat ad alia.
- 50 ¶ Huic successit Cifontanus, eruditi ingenij vir, qui in. l. 55. Taur. col. 3. ver. 71. §. 1. dubitatur, inquit. Quæro vtrum vxor possit absq; licentia mariti promittere dotem, videtur q̄ sic, quia dotis promissio est causa pia, de quo vide Lupum in d. repetitione. Sed certē Lupus nihil definit.
- 51 ¶ Rursus facit dubium, quòd scripsit Bald. conf. 407. præsupponendum est quòd in terris lib. 2. q̄ prohibita contrahere absq; mariti licentia, potest donare filio, quia statutum conditum est propter fragilitatem mulierum, dotare autem filio non videtur procedere ex fragilitate sed ex pietate, & prudentia, vt in. l. liber captus. C. de capti. cuius opinionem videtur sequi. Tiraquel.
- post leges connubiales. glos. 8. q. 12. num. 110. si modo statutum ne cōtrahat absq; licentia viri, conditum fuit propter fragilitatem mulierum.
- 52 ¶ Rursus, facit dubium, q̄ licet ex statuto mulier non possit se obligare absq; cōsensu propinquorum, potest se obligare in fauorem Ecclesiæ, vel piæ causæ, nā Ecclesiæ & pia causa sunt priuilegiata, & non valet statutum aduersus priuilegium. l. fi. C. de sacro san. Eccl. iura docuerunt Bald. in. l. generali in. 1. & 2. q. C. de sacro san. Eccl. & ibi Paul. Fulgo. & Alcia.
- 53 ¶ Rursus Bald. conf. 93. lib. 2. idē consulit, stante statuto requirente cōsensum mariti, & illam opinionem Bald. in. l. generali, probat Anchar. in rep. c. 1. chart. 2. 2. vers. dicit etiam dominus Bal. q. principali. 1. 1. de constit. Alex. ad Bart. l. 1. q. 5. princ. C. de summa Trinit. Alex. conf. 105. nu. 1. lib. 4. Aretin. l. mutū. col. fi. vers. illud etiā scias. ff. de acquir. hæred. Iaso. in. l. si vnus ex argentarijs. §. pactus ne peteret. col. 9. vers. tertio limita. ff. de pact. cū pluribus alijs quos Tiraqu. adfert, post leges connubiales. gl. 8. nu. 163. Abb. in. c. Ecclesiæ, col. 16. vers. quid enim si statutum. de cōstit. & ibi Felin. col. 61. vers. alia autem. Dotis autem causa iudicatur pia. l. cū is. §. si mulier. ff. de condi. indebi. ibi Bart. & Ias. Deci. l. captatorias, nu. 25. & l. ex his nu. 13. C. de testa. mili. 35. tit. 14. part. 5.
- 54 ¶ Præterea facit dubium, q̄ contractus factus à muliere absq; licentia viri, valet si viro sit proficiuus, vt in. l. 54. Tauri scribit Lupus, in rubrica de donatio. 6. 68. operatur, nu. 7. Dotari autem filiam, & vtile, & honorificum videtur patri, nā si filia nupta, & dotata sit, ipse amplius dotare non tenetur, vt dixi supra in hoc opere.
- 55 ¶ His tamen non obstantibus, mihi verius videtur matrem non posse dotare filiam absq; cōsensu mariti. Primo ex generalitate legum Regiarum, quæ neq; contractum, neq; quasi contractum patiuntur fieri ab vxore absq; licentia mariti. Deinde ex autoritate Bart. Corn. Bald. Gomezij, & Boerij, quibus nemo (quòd sciam) aduersatur, nam Lupus loquitur sub dubio & Cifontanus, ad eius doctrinam remittit lectorem.
- 56 ¶ Rursus, moueor ex. l. 8. incip. Si padre tit. 1. lib. 1. Fori. l. 6. tit. 1. part. 5. vbi contractus factus inter patrem, & filiam nuptam, non valet, nisi maritus filie cōsenserit,

De non meliorandis

senferit, quòd ibi valde notat Roderic. col. fin. Ergo, & hìc contractus dotis factus inter matrem, & filiam, vel inter matrem, & generum, non valet, si fiat absq; licentia mariti.

57 **R**ursus facit, quòd prohibita contrahere absq; mariti licentia, non potest cōtrahere etiam ad pias causas, au: ore Salic. in Authent. Cassa. in pen. q. col. fi. ver. quero modo de statuto. C. de sacro san. Eccle. vbi loquens de statuto requirente consensum proximorum, dicit seruandum etiam si cōtractus fiat cum Ecclesia. Idem scribit Alber. in. 2. part. statutorum quæst. 2. Cardi. Floren. c. perpendimus. q. 9. de sententia excommu. Roma. cōf. 166. Barba. cōf. 14. col. 4. ver. & adduco. lib. 2. Deci. c. Ecclesia col. pen. de constit. quibus accedit. Molin. ad Alexan. conf. 105. nu. 11. lib. 4.

58 **Q**uod mihi verius esse videtur, leges enim politicæ, & prudentes seruandæ sunt etiam si actus fiat cum Ecclesia, vel alia causa pia. Nonnunquam enim causæ quæ piæ videntur, piæ non sunt, vt patet in donatione facta Ecclesiæ, in præiudicium filiorum, vt ait D. August. in serm. 2. de vita cleri. & serm. 3. ad fratres in Eremo. & in concil. Aquisgranensi. c. 112. & in cap. quicunq; 17. q. 4. & in hanc partem videtur procliuior esse, Tiraquel. post leges cōnubiales glos. 8. q. 18. nu. 173. Sic minor bona sua, absq; iuris solemnitate nō alienat, etiam ad pias causas, ita Innocent. & Ioan. And. in. c. in præsentia. de probatio. & ibi Abb. in vltimo notabili.

59 **R**ursus hæc opinio probatur, quoniam elemosyna est res pijsissima. Deoq; maxime grata. Facite inquit vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant in æterna tabernacula. Et rursus redime elemosynis peccata tua. Tamē mulier in scio marito non potest elemosynam largiri, glos. c. quòd Deo, verbo *Hunc*, & ibi Archid. 3. 2. q. 5. vbi glos. dicit, quòd neq; de dotalibus, neq; de paraphrenalibus potest elemosynam dare, Alber. in rub. ff. rerum amota. Bart. l. 1. q. fi. ff. eo. tit. Bald. l. si sponsus. §. concessa in. 2. ff. de donat. inter virū & vxor. Florian. l. pen. ff. ad leg. Aquili. Barba. c. quod quibusdā, col. 2. de fide iuss. Lupus in rub. de dona. §. 48. requiritur, nu. 3. & ver. hodie tamen D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 8. Florian. l. pen. ff. ad l. Aquili.

60 **R**ursus hæc opinio probatur, quoniam ratio qua statutum est apud nos, ne vxor

contrahat absq; licentia mariti: est, ne fiat præiudicium marito, i. a Lupus in rep. rubricæ de donatio. §. 68. col. 1. nu. 3. verfic. ne igitur Antonius in. l. 54. Tauri, col. 1. Lupus in. l. 55. Taur. nu. 2. Bald. & Salice. in. l. 1. C. vnde vir & vxor. Et licet innumeri teneant q̄ videtur factum ob imbecillitatem mulierum, scilicet Bart. Bald. Paul. l. trāsactionē. C. de transactio. Imol. & Alex. l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. tamen inspectis legibus Regijs, manifestè colligitur legē præcipuē respexisse ne marito damnum fiat.

61 **P**ro qua opinione, nota. l. 54. & 55. Tauri, & l. 2. tit. 3. lib. 5. Recop. bi: *La muger durante el matrimonio no pueda sin licencia de su marido*: Nota illa verba *Durante el matrimonio*: Ergo fauore mariti statuitur, alioqui si propter imbecillitatē vxoris, certe neq; soluto matrimonio posset sola contrahere, tunc enim imbecillior est, nimirum destituta cōsilio viri. Rursus nota. l. 13. tit. 20. lib. 3. Fori. ibi: *Muger no puede fazer denda sin otorgamiento de su marido*. Nota verbum *Marido*: Ergo quæ marito caret, libere cōtrahere potest, si potest, ergo propter maritum fit prohibitio, non propter imbecillitatem vxoris, & certè maritus est potior ratio.

62 **H**oc supposito, quod etiam Tiraq. probat. post leg. cōnub. gl. 6. nu. 40. ex iuis cōstitutionibus. Succedit traditio Bart. l. 1. C. de sacro san. Eccl. Vbi dicit, q̄ qui fauore alterius prohibetur contrahere, non potest cōtrahere etiam ad pias causas, quòd sequitur Abb. cōf. 63. videtur primo col. 3. ver. 4. aduco. lib. 1. vbi citat text. c. licet. §. fi. de sepul. in. 6. Cum ergo vxor fauore mariti prohibeatur contrahere, nō potest filiam dotare, etiam si dotis causa sit pia.

63 **H**is congruit, q̄ licet libertatis causa sit pijsissima, vt in. l. 1. C. de commu. seruo. manu. Bart. l. si vnus. C. de testa. Bald. l. 2. C. de fideicōm. liber. Alex. l. Centurio, col. 2. ff. de vulg. tamen minor viginti annis, nō potest seruū manumittere, absq; certis legis solēnitatibus. §. eadē leg. Insti. quibus, ex causis manu. non licet.

64 **R**ursus facit glos. l. si constante. C. de dona. inter vir. & vxor. vbi notatur, q̄ donatio constante matrimonio facta, à matre filiz, non valet, & ibi notat Bald. & in. l. filiz cuius. C. famil. hercis. Iaso. l. frater à fratre, nu. 46. ff. de condi. indebi.

65 **N**on obstant adducta in contrarium; Primo,

- Primo, non obstat Bald. conf. 407. lib. 2. nam si prohibitio fit favore mariti, certe neq; filio donare mater potest, secus si statutum fieret propter imbecillitatem for mi nei sexus, tunc enim pium, & non stultum habetur donare filio. Auferre autem marito ius, & commodum suum iniquum esset. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. & ita Tiraq. d. glos. 8. nu. 110. distinguit an statutum factu fuerit favore mariti vel non.
- 66 ¶ Rursus, non obstat, quod dos est causa pia, non enim semper est causa pia, nisi detur pauperi, vt per Bart. & Alexand. si constante. col. pen. ff. solu. matrim. Roman. in Authent. similiter. C. ad l. Falcid. Lupus in cap. per vestras. §. 12. & in. 2. notabili num. 20. de donat. inter virum & vxor. Belon. consi. 16. nu. 4. Et licet essemus in casu in quo est causa pia, non licet vxori auferre ius suum marito, vt pietate exerceat, vt supra probaui.
- 67 ¶ Postremo, non obstat quod dotare filiam est proficuum marito, forre enim damnosum est, inspecto tempore persona circumstantijs rei suæ, & familie, generi, vel filie, vel alio respectu: possunt enim esse innumeri.
- 68 ¶ His absolutis, videamus an saltem soluto matrimonio dotis constitutio à matre: in scio, vel innito patre facta teneat, & Cifon tanus, in. d. l. §. Tauri. col. 1. versi. quinto dubitatur, dicit qd si vxor contrahit absq; facultate mariti, non tenetur ad obseruationem contractus matrimonio soluto.
- 69 ¶ Rursus Boer. in consuetud. Bituri. tit. de consuetudine, iuris personarum. §. 4. glos. §. col. 9. versi. sed quid si vxor contraxit, vel donauit, proponit quæstionem, & remittit se, ad titulum de consuetudine matrimonij, videtur tamen ex eis quæ allegat, sentire mulierem cogendam ad obseruationem contractus. Allegat enim quod filius familias liberans patris debitores, tenetur, & sibi nocet liberatio post mortem patris.
- 70 ¶ Deinde ipse Boer. tit. de consuet. matri. §. 1. col. pen. versi. & in proprijs terminis, proponit quæstionem de matre dotante filiam in scio patre an soluto matrimonio teneatur soluere dotem, & dicit rem esse dubiam, & remittit se ad dicta, tit. de consuet. iuris persona. §. 4. vbi sentit mulierem teneri.
- 71 ¶ Postremo Tiraquel. ab infinita lectionis prodigiosa diligentia, vir doctissimus glos. 8. post leges cõnubiales q. 11. nu. 99. disputat, an soluto matrimonio mulier teneatur stare contractui absq; mariti licentia facto.
- 72 ¶ Et quod valeat, dicit probari, quoniam quando aliquid fit à non domino, vel alijs inhabili, si is postea efficiatur habilis, dispositio sortitur effectum. l. rem alienã. ff. de pigno. actio.
- 73 ¶ Rursus, licet mulier dotem alienare non possit constante matrimonio. l. constante. C. de donat. tamen soluto matrimonio valet alienatio facta constante matrimonio, ita glos. in dict. l. constante. Bald. & Faber. Cin. Bald. & Rapha. in. l. si prædium. C. de iure doti. Specul. tit. de emptio. & vendit. §. tertio loco. versi. sed nunquid. Quibus addes alios qui eam sequuntur, scilicet Ias. in. l. si constante. col. pen. ff. solut. matrim. & in. l. is potest, num. 50. ff. de acquir. hæred. & in. l. 2. in princip. col. antep. ff. solu. matrimo. Bart. l. 2. §. item si voluntate in princip. Alexand. §. quod si in patris. col. 2. ff. cod. tit.
- 74 ¶ Sed hoc dubium est, contra enim sentit glos. §. 1. verbo interdicta, & ibi Aretin. dicit hanc communem. Instit. quibus aliena. licet. Specul. tit. de emptio. & vendit. §. tertio loco. versi. quid ergo si vir, & ibi. Ioã. Andræ. Sali. in. d. l. si prædium. q. 3. Inola in. l. cum vir. ff. de vsucap. cum pluribus alijs. quos citat Vitalis Camba. in tractat. clausularum. char. 96. col. 3. Bertran. conf. 95. lib. 1. Lupus in rub. de donat. §. 17. col. 2. versi. quæ quidem alienatio.
- 75 ¶ Rursus adfert, quod filius liberans debitores patris tenetur stare liberationi mortuo patre. l. 2. §. quod si in patris. ff. soluto matrim. per quem ita docet. Alber. in rub. ff. de pecul. legat. Sed neq; hoc tutum est, quoniam contra sentiunt, Paul. Alexand. Aret. & Ias. l. 2. §. qd si in patris. vbi optime respondent ad eum textum, vt late per Tiraq. d. glos. 8. nu. 107.
- 76 ¶ Rursus adducit optimum text. l. cum vir ff. de vsucapio. vbi licet vir constante matrimonio non possit dotem alienare, si alienauerit, & dos ipsius tuero cesserit, tenet alienatio. l. penult. ff. de fundo dotali. Bernard. Alphan. collectanea. 975.
- 77 ¶ Rursus aducit. l. si dubitetur. §. filius familias. ff. de donat. vbi licet filius familias, qui pro patre fideiussit, non teneatur dum est in potestate patris, tamen factus sui iuris tenetur.

De non meliorandis

78 ¶ Tandem definit, quòd si licentia mariti requiritur ne fiat præiudicium marito, quò soluto matrimonio vxor tenebitur, deficit enim causa legis, & dicit ita fuisse iudicatum in senatu Parisiensi. Si tamen licentia mariti requiritur ad solemnitatem, & in fauorē mulieris, ne scilicet propter sexus imbecillitatem decipiatur, & tunc dicit mulierē etiā soluto matrimonio non teneri.

79 ¶ Vides lector, rem hanc admodum ambiguum esse. Ego tamen Cifontani iudiciū magis probo. Moucor, ex. l. 5. 4. & 5. 5. Tauri, & ex. l. 1. 3. tit. 20. lib. 3. fori. Inquit. l. Tauri. *La muger durante el matrimonio no pue da sin licencia de su marido, &c.* Hoc verbum. *No pueda*, resistit actui, & reddit illum ipso iure nullum, Bald. l. de his col. 1. vers. præterea ista. ff. de transact. *Collecta. c.* at si clerici. col. 2. de iudici. Abb. c. si quis contra, nu. 1. 5. de foro compet. Felin. c. quanto de præsump. Alexand. l. quia poterat. col. 4. vers. limita tamen. ff. ad Trebel. Barbat. conf. 9. col. 6. lib. 1. Corne. consil. 2. 16. col. 2. lib. 1. Iaso. in. l. Gallus. col. 5. ff. de libe. & posth. & in. l. pacta quæ contra. C. de pact. & in. l. frater à fratre. col. 1. 4. vers. tertia difficultas. ff. de cõdit. in debi. & in. l. stipulatio ista. §. alteri. nu. 1. 7. ff. de verb. oblig.

80 ¶ Et quò contractus mulieris, prohibitus per hæc verba, Non possit; sit ipso iure nullus probat Socinus consil. 9. 3. col. pen. lib. 1. & consil. 1. 12. lib. 1.

¶ Rursus hæc verba, *Non possit contrahere*, absq; licentia viri inducunt solemnitatē, autore Barba. consil. 2. scripsit luculēter. col. 5. vers. & sic pondero, lib. 2. Corn. cõf. 2. 16. col. 2. lib. 1. Socinus. conf. 2. 8. 3. col. 2. lib. 2. vbi scribit, etiam inducere formam, & quòd si ostendatur, actus est nullus. l. cū ij. §. si prætor. ff. de transact. Iaso. l. 1. in princip. ff. de verb. oblig. Hippolit. consil. 3. 9. col. 4. Item tollit potentiam glos. c. 1. verbo non potest. de regul. iur. in. 6. Bart. l. fin. col. 2. ff. de feri. & ibi Fulg. Rom. Pau. Alexand. & Ias. Sublata autem potentia, actus est irritus, secundum Bald. l. fin. col. fin. vers. extra quæro. C. de fideicom. & cap. 1. §. fin. col. 5. vers. considerandum, tit. de pace iura. firman.

81 ¶ Ex his apparet, quòd omnis contractus factus ab vxore, absq; licentia viri, est ipso iure nullus, ex defectu potestatis, & ex defectu formæ, & ex defectu solemnitatis.

82 ¶ De iure autem, ille qui facit actum ipso

iure nullum potest illud improbare. l. 1. & ibi glos. C. de libe. causa Bart. l. si post mortem. col. 1. ff. de adopt. vers. si vero est factū cõtra legem Baid. l. 1. C. de libe. causa. Alexand. l. si collatione, nu. 10. C. de colla. l. quemadmodum. C. de agricol. & censu. lib. 1. l. iubemus in. 2. §. sanè. C. de sacro san. Eccles. l. a. d. l. si collatione nu. 7. & similia scribit Ias. l. frater à fratre col. pen. ff. de condit. indebit. Cum ergo vxor possit actum absque licentia viri factum improbare, tanquam nullum ipso iure, sequitur quòd non tenetur ad eius obseruantiam.

83 ¶ Sed obijciat aliquis, fateor quò non tenetur ad eius obseruantiam quando est ipso iure nullus, sed ea nullitas tollitur per solutionem matrimonij, sed respõdeo, quòd quando actus est nullus ex defectu solemnitatis, non conualescit nisi postea ratificetur.

84 ¶ Exemplum sit, minor contraxit absque autoritate curatoris, certè factus maior nõ tenetur ad obseruantiam contractus, nisi denuò ratificet, non obstante quò iam liber est a potestate curatoris, ita probatur, per totum titulum. C. si maior factus, & in specie simili scribit Bald. l. 1. col. 7. vers. sexto incidenter quæro. C. de sacro sanct. Eccles. quòd si filius familias fecit testamentum ad pias causas absq; consensu patris, qui requiritur cap. licet. de sepul. lib. 6. certè si pater moriatur, non propterea conualescit testamentum nisi denuò conficiatur. l. 1. §. si filius. ff. de legat. 3. Sic Signorolus. consil. 1. 36. scribit, quòd si filius familias rem peculij aduentitij inscio patre vendiderit, quòd licet pater moriatur, potest ipsemet ab emptore reuocare.

85 ¶ Licentia autem viri videtur requiri pro forma, inquit enim lex: *No pueda sin licencia de su marido.* & pro solemnitate. Hæc enim omnia inducit hæc oratio: *Non possit.* Rursus facit quòd scribit Bald. l. fin. §. filijs autem num. 1. C. de honis quæ libe. vbi si filius alienat aduentitia viuo patre, non tenetur etiam mortuo patre.

86 ¶ Rursus vxor, quæ cõtrahit absq; licentia viri aduersus prohibitionem legis, reuera vel decepta est, & obligatio clandestinum est celebrata, vel seipsam decepit, & huiusmodi contractus improbandi à bonis viris sunt.

¶ Deinde si vxor soluto matrimonio tenetur

netur ad obseruantiam contractus, facillimè fiet fraus legi, aduersus omnem rationem. Et passim celebrabuntur contractus spe soluendi matrimonij morte viri, & hanc aperire ianuam, est præbere occasione mille fraudibus, præsertim cum feminæ faciles pro natura sua, & leuè mentis plerumq; sint.

87 ¶ Præterea re vera, fit præiudicium marito, si matrimonio soluto vxor tenetur ad obseruantiam contractus, nam qui ad felicitatem sobolis plura disponere posset cum vxore, quam liberam ab omni obligatione esse credit, nihil aget si vxor obligationis vinolo est irretita. Et quodammodo vir priuatur commoditate voluntatis vxoris, quam pro vtilitate communium filiorum ad id quod rectius, & conducibilius est adducere posset, nisi obligatam inueniret.

88 ¶ Postremo, hæc opinio probatur efficaciter, quoniam etiam si vxor quæ inscio marito contrahit, rem conferat in tempus habile, scilicet in tempus soluti matrimonij, certè contractus nullus est, quoniam cum lex initio resistat, certè nec in habile tempus conferri potest, vt in. l. si minor. C. de seruis exportan. vbi sicut minor non potest actum facere, non potest id in tempus licitum conferre, vt per Bart. l. 1. §. enuntiatio. ff. de noui oper. nuntia. Imola. in. l. in tempus. ff. de hære. insti. Ita his rationibus definiunt. Decius conf. 145. circa primum. col. 2. vers. nec obstat quod dicta. Ruynus conf. 502. col. 1. Cum ergo contractus vxoris expressè collatus in tempus soluti matrimonij, non valeat absque licentia viri multo minus valebit, quando absque destinatione in tempus habile contractus aduersus prudentissimum, & exquisitum legis decretum conficitur.

89 ¶ Postremo, ad tempus soluti matrimonij oculos adijcere, quid est nisi cuniculis subuertere legem & fraudibus occasionè præbere?

90 ¶ Nō obstat quod ex aduerso protulimus. Primò, quoniam dubium est, deinde quoniam non ita efficaciter lex ibi resistit, sicut hic.

91 ¶ Præterea, hic viget mens legis, etiam soluto matrimonio, quoniã quæ decipit mulierem, vt aduersus legis decretum contrahat, bonus vir non est, & vel mulierem, vult decipere, vel maritum iniuria afficere qui vbi primum vxori copulatur omnia vxor-

ris lege humana & diuina putat sua esse, præsertim si adsint communes liberi, neque minus dolebit vxorem in tempus soluti matrimonij deceptam, quam si statim contractus seruandus esset, & res auferenda in præiudicium posteritatis suæ, cui haud aliter quam sibi prospectum vellet.

92 ¶ Deinde, non obstat. l. cum vir. ff. de vsu cap. quoniam ibi prohibitio legis non dirigitur in personam, maritus enim vendere potest, non tamen res dotales. Hic autem vxor ipsa prohibetur contrahere, & verba prohibitiva in ipsam diriguntur, & inter has prohibitionis formulas magna sollet differentia non est, vt per Bart. l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. vide quæ dicam infra cap. de fideiussore dotis.

93 ¶ Præterea, non obstat quod filius liberationem factam viuente patre tenetur ratam habere mortuo patre, quoniam vt ex superioribus apparet, ea res est maximè dubia, & l. 2. §. quod si in patris. ff. solut. matrim. nil euincit, quoniam loquitur in liberatione actionis communis patri & filie, & sic cum haberet filiam patrem, non mirum si cogitur liberationem ratam habere. In summa ergo in hanc partem procliuor sum.

94 ¶ Quid tamen si pater dotat, mater autem non ratione dotis, sed simpliciter filiam meliorat, an valeat melioratio, videtur valere, quoniã lex vetat meliorationem ratione dotis, vel matrimonij, ibi: *Por eis de dote nã casamiento.* Et extra hos casus filia meliorari potest, vt supra cap. 2. & cap. primo. dixi. Sed certè si mater genero, vel filie nubenti aliquid det, quod sit contra hanc legem, puta si melioret, videtur etiam si simpliciter det, dare ratione matrimonij, & dotis. l. quod autem. ff. de iure doti. & ibi Bart. Bald. l. nulla. C. de iure doti. Corne. conf. 282. col. 4. litera. F. lib. 1. & ex consequenti non valet. Præterea, videtur fieri fraus legi, quæ seuerè omnes fraudes reijciendas dicit, quod infra suo loco latius prosequar.

95 ¶ Nunc tractemus quid si pater mortua matre filiam dotat, an tunc possit excedere huius legis decretum. Hæc quaestio, duo habet capita. Aut enim simpliciter dotat filiam: Aut dicit se eam dotare de bonis suis, & de bonis ad filiam pertinentibus ex materna hæreditate. Primò casu, aut nullam fuerant lucra constante matrimonio, & certè pater solum de bonis suis videtur eam dotare, vt in. l. fin. C. de dot. promiss.

De non meliorandis

- Iacobi huiusmodi. §. legatum. col. fi. ff. de legat. 1. & probabo infra. & supra probavi. num. 35. & seqq. Et certe si dos excedat, relectabitur usque ad legitimum modum. Cum enim dos eius quæ nihil habet præter spem paternæ liberalitatis, non possit excedere præfinitionem, nullo tamen dos eius quæ habet substantiam aliunde, scilicet ex materna hæreditate, qua possit dotem augere.
- 96 ¶ Si verò fuerint lucra constante matrimonio, certè pater videtur de illis dotare, ut infra dictum est, à num. 126. & cum ad filiam pro parte qua est hæres matri pertineant, videtur quòd dos possit excedere summam hic præfinitam, quoniam pater non dat omnem summam de suo, sed de lucris ad filiam pertinentibus quo casu legis præfinitio seruanda non est, ut statim dicam.
- 97 ¶ Sed ante omnia videamus, an pater soluto matrimonio dotans filiam, videatur eam dotare de lucrativis constante matrimonio, inter eum, & uxorem. Quæstio est dubia, utilis & quotidiana. Dubium facit Regia. l. 3. Taur. l. 8. tit. 9. lib. 5. Recopil. l. D. Præf. l. b. 3. resole. 19. num. 3. ad fin. Gregor. in l. 6. glof. 1. tit. 10. part. 5. Matienço. l. 3. glof. 2. num. 9. tit. 9. lib. 5. Recopil. qui dicunt quòd dos est soluenda de bonis lucrativis constante matrimonio, siue constituitur à patre, & matre, siue à patre solo, matrimonio constante. Hæc verba *Durante el matrimonio*, bis repetuntur in illa lege primum in principio, ibi: *Si el marido y la muger durante el matrimonio*. Rursus post medium, ibi: *Pero si el padre solo durante el matrimonio dota, etc.* Non ignorant cruditi quantum tribui soleat verborum repetitioni ea enim quæ geminantur videntur maxime fuisse cordi legislatori. l. Balista. ff. ad Trebel. l. 1. §. sed sciendum. ff. de x dil. x di. ibi: *Ego proo adiles tollende dubitationis gratia eis idem dixisse, ne qua dubitatio superesset.*
- 98 ¶ Hinc Antonius Gomezius, ibi num. 24. versic. secunda ratio. scribit, quòd si pater matrimonio soluto promittit dotem, non est soluenda de bonis lucrativis constante matrimonio, sed de bonis proprijs ipsius patris, quia deficiunt verba. l. 3. & eius ratio. Eiusdem opinionis est, Castellus ibi col. 10. versic. secus d. cerem.
- 99 ¶ Confirmatur, hæc opinio quoniam soluto matrimonio, iam non dicuntur materna, vel matrimonio constante lucrata, sed
- 100 ¶ propria bona filiarum. l. sed si plures. §. si filio impuberi. ff. de vulg. & pupil.
- ¶ His congruit, quòd licet ex statuto stantibus masculis femina non succedat, certè si masculus moriatur postquam hæres fuit patri, soror in eius bonis succedit, quia non succedit patri, sed fratri, & licet excludatur ab hæreditate patris, non excluditur ab hæreditate fratris, ita Alexand. l. 1. §. veteres. per illum. text. ff. de acqui. posses. Bald. c. 1. §. quin etiam. Tit. Episcopum, vel Abb. Iaso. l. 2. num. 7. C. de in ius vocan. Angel. conf. §. 1. incip. Dominus Guiliel. Roman. consil. 165. circa primum de quo quæritur. Facit etiã, quòd scribit Bal. l. si viua matre. C. de bonis mater. in fine, quòd si ex statuto, mulier nubens extra territorium non succedat patri, certè si antequam nubat, pater moriatur, & sic iam successerat, non priuatur hæreditate licet extra territorium nubat, quia non est amplius hæreditas, allegat. l. fin. ff. v. de liberi. & sequitur Roman. consil. 40. visis & discussis Raph. l. 1. §. veteres. ff. de acqui. posses. Iaf. d. l. 2. num. 7.
- 101 ¶ Sic ergo, licet pater, matrimonio durante dotans filiam videatur eam dotare delucretis constante matrimonio (quorum administratio plenè ad eum pertinet) certè si matrimonio soluto dotat, de bonis proprijs videbitur dotare, non enim amplius dicitur multiplicatum matris, vel matrimonio constante lucratum, sed propria res ipsius filiarum, & cæterorum filiorum.
- 102 ¶ Rursus probatur, quoniam pater videtur dotare filiam de proprio, etiam si in constitutione dotis dicat se dotare de bonis suis, & de bonis filiarum. textus est expressus in l. fin. C. de dot. promissio. qui ut statim dicam, à pluribus doctis extenditur, ut habeat locum, etiam si pater in constitutione dotis dicat computato omni eo quòd ad eam pertinet ex bonis matris & ex meis, ita Nouel. de dote. 6. part. priuileg. 6. de cuius veritate statim dicam. Illud tamen omnes ubique fatentur, quòd etiam si dicat se dotare de bonis suis, & de bonis filiarum, semper de suo soluendum est si facultates suæ sufficiant.
- 103 ¶ Cum ergo expressa protestatio patris, non sufficiat, ut videatur filiam de bonis ipsius filiarum dotare, quantum tamen videbitur eam dotare de bonis ipsius filiarum habitis ratione maternæ hæreditatis ex bonis lucrativis constante matrimonio, si simpliciter eam

104 **¶**eam dotet, non declarans se de illis dotare? **¶**Sed respondebit aliquis, ratio est, quoniã pater sudore proprio illa acquisiuit, ideò de illis æquum est, vt videatur dotare, & vt de illis dotare possit. Sed responderi potest, quòd etiam in. l. fin. C. de dot. promiss. pater erat tutor vel curator bonorum filij, (loquitur enim lex etiam de filia emancipata) & si emancipata erat pater ex lege erat tutor, vt in. §. 1. Insti. de leg. paren. tutela: tamen etiã si labor administrationis: præmium, & gratiam promeretur, vt pater minus grauaretur, nihilominus lex iubet, vt de suis bonis soluat dotem, etiam si dixerit se dotare de bonis suis, & filij. Certe administratio præmiũ meretur, & præsertim debebatur gratia patri, tum quia pater, tum quia administrator, & quia expressè declarauit animum suum, nihilominus tamen lex dicit, quòd de suis bonis solvere debet dotem. His accedit, quòd pater cogitur dotare filiam, etiam si filia diues sit, & habeat quo se dotet, vt dixi supra cap. 2.

105 **¶**His congruit, quòd licet socius omnium bonorum teneatur dotare filiam socij, hoc non procedit soluta societate, ita limitat. l. si socius pro filia. ff. pro socio. Antoni. conf. 7. incip. prout supra. in primo dubio, hic autem morte matris soluta est societas matrimonij, & opinionem Antoni. sequi. Deci. conf. 66. nu. 4. & conf. 68. nu. 4.

106 **¶**Postremo, illud addendum, non ideò seuerius iudicandum de bonis lucratis constante matrimonio, quòd ea constante matrimonio lucrata sint, dominium enim eorum hæud aliter transit ad hæredes, quam dominium cæterorum bonorum. Nam quod est mirabile, dominium quæ sitorum constante matrimonio transit in vxorem ipso iure absque apprehensione. l. 46. titu. 28. part. 3. Lupus. in rubr. de donat. §. 65. num. 24. Couarru. variarum resolu. lib. 3. c. 19. col. 2. & 3. Roderic. l. 1. tit. De leg. nancias. versi. quæritur. vlt. Segura de bonis lucratis constant. matrim. num. 44. Molin. in consuetu. Parisien. §. 25. col. 1. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 2. num. 6. Antonius Gomezus. l. 51. Tauri. num. 76. Vbi & possessionem dicunt in vxorẽ ipso iure transferri. Cũ ergo dominium horum bonorum, tanto fauore acquiratur, cur de eis seuerius iudicandum quã de alijs quæ filia habet? præsertim, postquã ad filios peruenerunt, quo tempore non

cognoscuntur neque distinguntur ab alijs bonis nomine multiplicati, sed simpliciter bona filiorum dicuntur.

107 **¶**Reperio tamen, quòd Didacus Couarruias, Optimus, & doctissimus vir. variarũ resolu. lib. 3. c. 19. num. 3. ver. ex quo inferitur. Scribit, quòd si pater soluto matrimonio, filiz dotem dederit, aut promissit, censetur dedisse, vel promississe, ex bonis lucratis constante matrimonio. Et eiusdẽ opinionis est, Gregor. l. 6. tit. 10. part. 5. littera. A. & dicit Couarru. quòd in praxi, est frequentiori iudicum suffragio receptum. Mouetur, ex ratione legis Taurinæ, quæ ideò permittit filiam dotari de bonis matrimonio constante lucratis, quia onus, & obligatio dotandi, pata fuit durante matrimonio, filia enim durãte matrimonio prognata fuit, & cum obligatio nata fuerit durante matrimonio, dissoluenda est ex bonis eo constante lucratis, vt in. l. 59. Tauri. l. 14. tit. 20. lib. 3. fori. l. 207. l. iiii. Neq; obstat quòd solutio fit soluto matrimonio, quoniam debitum contractum est eo durãte, ex dispositione legis quæ cogit dotare filiam quod satis est.

108 **¶**Hanc rationem adducit Couarru. & sentit Gregorius, in loco supracitato. Et comprobatur, quoniam inter socios sicuti lucra sunt cõmunia, ita & onera, licet soluantur soluta societate. l. omne æs alienum. ff. pro socio. l. 7. tit. 10. part. 5. l. nec quicquã. ff. pro socio. l. 2. tit. 9. lib. 5. Recopiat. vbi latissimè materiam prosequutus est Matienço. glos. 1. per totam.

109 **¶**His accedit, quòd onus dotandi transit cum bonis, ex quibus dos constitui debet, Bart. & Paul. in. l. si marito. §. si voluntate. ff. solut. matrim. Deci. conf. 379. nu. 13. Bart. l. post dotem. in. 2. q. principali. ff. solut. matrim. Pau. in. l. si socer in princip. cod. tit. Lupus. c. per vestras. in. 2. notabili. nu. 16. de donat. inter virum, & vxor. Hypolit. conf. 125. col. 1. Alexand. conf. 169. num. 2. lib. 7. Curti. senior. conf. 27. versic. venio ad quartum. col. 14. Aretin. l. qui superstitis. ff. de acqui. hæredi. Ripa. l. 1. nu. 77. ff. solu. matrim.

110 **¶**Ex his apparet, rem hanc ambiguum esse. Pro prima enim parte, vrget ipsa Taurina constitutio. §. 3. à doctissimis viris ad tollendas litium ambiguitatis religiosè, & magno consilio prodita, ideò apud nos illæ leges supra cæteras Hispaniæ constitutiones in praxi sunt, nihil enim in eis credimus

Denon meliorandis

credimus esse quod non discussum, ac magno opere consideratum ad publicam utilitatem fuerit. Legem autem bis repetentē: *Durante el matrimonio*, extendere ad matrimonium solum videtur, aduersus expressa legis verba.

111 ¶ Ego tamen, ut meum interponam iudicium, in secundam sententiam propensior sum, ex rationibus in eius comprobatione adductis. Deinde quoniam æquior esse videtur. Præterea quoniam prudentiæ magis videtur conuenire.

112 ¶ Postremo, quoniam durissimum est, ut qua ipse ad extremos nauigans Indos, per tela, per ignes, ac varios casus parauit, ut filijs prospicerem, non liceat mihi eis uti ut faciam quod in rem filiorum est, atque in meam quoque, dum liberor ab onere dotandi.

113 ¶ Præterea moueor, quoniam mater libera est ab onere dotandi, nihilominus tamen pater dotat de bonis ad eam pertinentibus ex lucris quæ sitis constante matrimonio, etiam si ipsa nolit. l. 3. Tauri. d. l. 8. tit. 9. lib. 5. Recopil. ergo etiam filia quæ etiam si diues sit, non potest cogi se ipsam dotare. l. fin. C. de dotis promiss. & dixi supra cap. 2. poterit dotari de bonis matrimonio constante lucratis, imò videbitur de eis dotata. Nō enim ipsa magis libera est ab onere se dotandi, quam mater, imò magis tenetur quam mater. Nam si pater dotat filiam de bonis suis, & filia, si bona patris nō sufficiunt videtur pro residuo dotasse de bonis filia. l. fin. C. de dot. promiss. At si infamia, vel inuita vxore, dotat filiam de bonis ipsius vxoris, dotis constitutio non obligat vxorem, quoad bona sua, quæ habet extra lucra, ita definitur in. l. 3. Tauri. & in. d. l. 8. Recopil. & in. l. neque mater. C. de iure dot. Bosqueus de nup. lib. 5. nu. 34.

114 ¶ Confirmatur hæc opinio, quoniam rigor. l. fin. C. de dot. promiss. nascitur ex eo quod de iure communi quæ sita constante matrimonio pertinet ad solum maritum, vxor vero solum deducit suam dotem. l. quintus. ff. de donat. inter virum, & vxor. l. etiam. C. eod. tit. Abb. c. 2. de donat. inter virum, & vxor. Ideo non videbatur adeo iniquum, ut pater de suo videretur, ac teneretur dotare filiam, nimirum omnia sua industria quæ sita matrimonio constante, vel ex fructibus rerum dotalium, ad eum pertinebant, nulla cōmunicata parte vxori, ideo non mirum si sustinebat onera,

qui commodum auferebat. At hodie Iure Regio, cum lucra diuidantur, & mortua matre veniant ad filiam. l. 1. tit. 3. lib. 3. fori. l. 2. 3. & 4. tit. 9. lib. 5. Recopil. æquissimum est, ut patri utilis sit suus labor & industria, dum ex lucris potest dotare filiam.

115 ¶ Alioqui, vide baratrum iniquitatis in quod contraria opinio nos adducet. Finge patrem, ex sua peculiari substantia habitam ante matrimonium (quam vulgo vocamus *Capital*) habere aureos mille, & constante matrimonio lucrari aureorum decem millia, habet duas filias, quæ succedunt in dotem matris (fortè opulentam) & in dimidium lucrorum, scilicet in quinque millia aureorum, an æquum est, ut non solum auferant sudorem patris, ex durissima consuetudine diuidendi lucra, sed etiam ut eū cogant dotare ex proprijs rebus, fortè usque ad legitimam, ita enim musant quidam, ut dixi. c. 1. Aequidē, si illos quinque mille aureos, filia aliunde habuissent, tolerandum vtcunque esset, ut diuites cogerent patrem ad dotem. At diuites sunt ex sudore & vigilis patris, quid oportet auferre ab eo quod restat? Nonne satis est, ut quæ tanto labore parauit, videat in filiarum dominium in sua vita translata, nisi expiletur etiam: & de cute (quod aiunt) laboret?

116 ¶ His accedit; quod hæc opinio conuenit grauitati Christiane, non enim nisi quando æquitas est manifesta filio fauendū est aduersus patrem, quem iuris prudētes credunt semper curare quod utilius est filio. l. nec in ea. ff. de adul. si furioso. §. puberi. in fin. ff. de cura. furio. & dixi supra. c. 2.

117 ¶ Postremo in hanc sententiam adducor, quoniam etiam si receptum sit patrem cogi dotare filiam diuitem, ut dixi. c. 2. num. 25. & 26. opinio rigida & durissima est, ut tibi dixi, deo restringenda est quando diuitiæ dimargarunt ex industria, & re patris.

118 ¶ Ultimo moueor, quoniam diuidere ex æquo lucra inter maritum, & vxorem, durum est, & licet sit seruandum, est æquitate molliendum, & prudentia limitandum.

119 ¶ Non obstant in cōtrarium adducta, quoniam quando ratio legis est generalior lege, licet eam extendere ultra verba, & præter verba, ut per. DD. in Auth. quas actiones. C. de sacrosan. & Ecclesi.

120 ¶ Deinde respondet, quod lex. §. 3. Tauri, & ceteræ ideo loquuntur durante matrimonio, ut definiant casum magis dubium.

Cura

Cum enim dominium, & possessio acquiritorum constante matrimonio pertineat ipso iure ad uxorem, vt supra dixi num. 106. durum videbatur, vt maritus inuita uxore posset dotare filiam de lucris iure dominij, & possessionis ad eam pertinentibus, at soluto matrimonio morte uxoris, non videtur durum, vt pater filiam dotet de his quæ proprio sudore acquisiuit: neque, vt in utilitatem ipsius filix det industriam, & fructum vitæ suæ, ipsi filix idē hic casus tanquam minus dubius non deciditur.

121 ¶ Neque obstat si quis dicat, imō est magis dubius, quoniam soluta societate socii non est dotanda, de bonis societatis, vt per Anton. d. conf. 7. Hic mihi lectoris æquitas adsit oportet. Fateor quod si sit expressa societas omnium bonorum etiam quo ad actus non quæ stuariorum, socius teneatur dotare filiam socii, ita enim intelligitur. l. si socius pro filia. ff. pro socio, vt per Alexand. conf. 1 § 4. lib. 2. col. 2. & conf. 133. num. 2. lib. 2. & conf. 77. lib. 4. & dicam infra latius suo loco, tamen, ad hoc, vt socius teneatur dotem dare filix socii, requiritur, vt id expresse cautū sit vel æqui polens, vt latē per Alex. in. d. locis.

122 ¶ Ad rem; fateor filiam socii soluta societate nō dotandam de communibus bonis, quid hinc sequitur? dices. sequitur quod soluta societate matrimonij, filia nō est dotanda de communibus bonis, scilicet de lucris. Sed respondeo quod soluta societate soluendum est æs alienum contractum durante societate, vt dixi num. 108. & durante societate matrimonij orta est obligatio dotandi. Sed replicabis, etiam durante societate erat obligatio dotandi filiam socii, sed respondeo quod obligatio dotandi filiam socii, erat ratione societatis bonorū, si soluta autem societate relinquitur vnicuique suum, vt vnusquisque filiam suam dotet, vel ad libitum disponat. hic est obligatio ratione causæ naturalis scilicet personæ patris non ratione lucrorum, & hæc obligatio soluta etiam societate durat, & non est æquum vt socii (scilicet vxor) relinquat maritum irretitum obligatione, & ipsa liberè auferat partem suam.

123 ¶ Deinde societas viri, & vxoris, multo alia est, quam sociorum, hic enim maritus ferè omnia quæ dicuntur lucra, acquirit sua industria, tenuissima enim sunt fœminarū lucra, idē etiam soluta societate, æquum

est, vt detur libertas patri qui sudore proprio lucra acquisiuit. Neque de societate semper licet arguere ad lucra viri, & vxoris, vt patet ex Segura, Roderic. Molin. & Cassaneo in locis supra citatis.

124 ¶ Non obstat quod soluto matrimonio iā non dicuntur lucrata, sed propriæ res filiorum, quid ad rem? si re vera, sunt lucra patris, labore acquisita? quis laborat de nomine cum viget eadem ratio, & viuit & clamat æquitas?

125 ¶ Non obstat, quod pater videtur dotare filiam de proprio, quoniam limitandum, & intelligendum nisi dotet de lucris à se acquisitis, tunc enim licet lucra in dominium filix transferant, potest pater ea dare in dotem, quoniam transeunt in dominium filix adfecte hac qualitate, vt ex eis soluenda sint debita matrimonio constante nara sicut est dos, vt dixi. Hæc protuli vt crudeliores certius aliquid adferant.

126 ¶ Sed an ea quæ pater dat filix expresse ex lucris, computanda sint: vt videamus an excedatur lex. Distingue, aut pater solus dotat viua matre, & si oritur melioratio vel excessus, ressecatur, neque sustinetur eo colore quod filia videatur dotata de bonis patris & matris, quoniam etiam si pater solus dotet, soluenda est dos de lucris, & licet lucra pertineant ad vtrumque, tamen dos ab vno solo dicitur constituta, ita probatur in. d. l. 53. Tauri, & d. l. 8. tit. 9. lib. 5. Recop. ibi: *Però si el padre solo durante el matrimonio desta alguna hijo comun, si del tal matrimonio hauiere bienes de ganancia, de aquello se pague.* Nota illa verba, *Si el padre solo.* Ergo licet dos soluatur de lucris ad vtrumque pertinentibus, ab vno tantum constituta dicitur, si ab vno, ergo non potest excedi lex.

127 ¶ Sed obijcies, quid ad rem si ab vno constituitur, si ea quæ dat, nō sunt omnia sua. Nam de iure, si det bona ipsius filix nō facient partem: vt inde videatur meliorata, vel excedi taxa legis vt statim dicam. Sed respondeo, quod licet lucra pertineant ad uxorem iure dominij etiam matrimonio constante, vt supra dixi num. 106. tamen administratio eorum libere commissa est patri, ita vt circa fraudem liberè possit de eis disponere. l. 4. tit. u. 4. lib. 5. ord. n. l. l. l. l. 205. Lupus in rubr. de donatio. §. 66. nu. 24. itaque. & 6. 46. nu. 5. Et hodie est text. in. l. 5. tit. 9. lib. 5. Reco. vers. *Y para si, que los bienes que fueren ganados y mejorados, etc.* vbi

De non meliorandis

vbi Matienço. glos. 6. verbo: *Que los pueda enagenar el marido.*

128

¶ Itaque si maritus solus dotauit, dos soluenda est de lucris, lucra autem non debet excedere legitimam patris, ab eo enim solo dicitur dotata, & licet lucra sint communia, tamen ex die quo maritus ea alienat, dicuntur esse extra dominium vxoris, ac si acquisita nunquam fuissent, vt patet ex num. precedenti. Quoniam administrator soluit res alienum societatis, & alienatis lucris, vxor vel eius hæredes non est quod alienata petant, sed ea quæ tempore soluti matrimonij reperiuntur, ea soluenda sunt, & diuidenda, cætera alienata citra dolum, non sunt in cõsideratione, neque mater videtur ea dedisse. Quod satis probatur ex dictis iuribus Regijs, nam in principio dicunt, quod si vxor simul cum marito se obligat, dos soluenda est de lucris, vel de alijs bonis ipsius vxoris pro sua dimidia, si tamen solus pater dotet, dicitur dotem soluendam de lucris, & quod si lucra nõ sint, soluenda est omninõ de bonis patris, non autem ex bonis vxoris.

129

¶ Ex his liquet, quod etiam si lucra det pater, non videtur dare res vxoris, sed suas proprias, tempore enim soluti matrimonij, id quod reperitur, dicitur matrimonio constante lucratum, & diuidendum, nisi aliud probatum fuerit ex lege Regia. 1. tit. 9. lib. 5. Recop. si tamen ipsa promississet dotem, simul cõ marito, à duobus videatur dotata, & cessat lex, vt supra dixi.

130

¶ Si tamẽ inortua matre, pater dotet filiã, videbitur quidem dotare de lucris, tamen lucra quæ pertinent ad filiam ratione hæreditatis maternæ, non facient partem, vt inde filia videatur meliorata, quoniam pleno iure pertinent ad filiam, neque pater in eis iure proprio habet quidquã, neque ex illis aliquid filię auferre potest, sed filia est pleno iure domina, & pater ad summum habebit ius quod habet extraneus tutor, vel curator quoad administrandũ non autem quoad percipiendum decimam, vt docet in tractatu de decima tutori Hispanico iure præstanda. c. 4. *De Patre tutore.* Cum ergo pater, quoad lucra non videatur dotare de suo, certè nõ facient partem, vt inde filia videatur meliorata, vt dixi supra.

131

¶ His ita definitis, tractemus de secũda parte quæstionis principalis. Pater dotauit filiam, dicens se dotare & promittere illam summam ex bonis suis, & ex bonis filię.

Tamen si cogitur omnia soluere de suo, resultat melioratio, & præiudicium cæterorum filiorum, & sunt aliqui Doctores qui dicunt quod etiam si filia habeat bona, pater ita promittens, debet totam dotem soluere de suo etiam si non habeat quo cæteras filias matrimonio locet, ideõ hunc locum oportet breuiter excutere.

132

¶ Illud ante omnia supponendum, quod si pater dotat filiam de bonis suis, & de bonis filię, bona filię non faciunt partem, vt inde filia videatur meliorata, sed habentur ac si in dotem data non essent. Non enim dicitur dotata à patre, quæ non est dotata de bonis patris. l. profectitia. §. si quis certam. ff. de iur. doti. Et patet ad sensum, & docet Aymo. conf. 84. num. 4. Afflict. consti. Sicilię. lib. 3. tit. de successio. filiorum, num. 47. Curt. senior. conf. 27. col. antepe. versi. nam vt dixit. Aymo. conf. 142. nu. 10. sic filia in re propria instituta non dicitur instituta, sed præterita. glo. l. 3. §. Sed vtrum. ff. de mino. Bal. conf. 93. col. 2. lib. 3. Pau. cõf. 455. col. 1. lib. 2. Alexã. cõf. 20. col. 3. lib. 3. Aym. cõf. 142. nu. 10. Et facit bonus textus. l. si res quas. ff. de iure dot. Et facit, quod solum illa dos confertur, quæ processit ex bonis illius de cuius hæreditate agitur. l. vt liberis. C. de colla. Bal. l. quoniam Nouel. circa prin. C. de inof. testam. Ias. cõf. 88. col. 1. lib. 1. Ias. l. quoniam. col. 2. C. de inof. testa. & in. l. vt liberis. col. 2. C. de collatio. Barbat. conf. 38. lib. 1. Cremen. Sing. 167. Alexand. conf. 13. col. 3. lib. 6. Callan. consuet. Burgund. rubr. 7. §. 12. Sic statutum loquens de dote non habet locum quando pater, & alius dotant Socin. conf. 121. col. 1. num. 2. versi. potest etiam dici. lib. 1. Corne. conf. 171. col. 2. l. tera. E. lib. 4.

133

¶ Sed obijciat aliquis, pater dotans filiam nunquam videtur dotare de bonis filię sed de proprijs. Hic distinguitur, aut enim dotat simpliciter, & videtur dotare de proprijs. l. fin. C. de dot. promif. glo. l. 1. ff. solu. matrimon. & ibi Bart. Paul. Alexand. Ias. Rip. & omnes communiter sequuntur etiam si filia habeat bona aduentitia. l. fin. supra citata. l. profectitia. §. pen. & ff. de iure doti. Nisi sint lucra, vt supra dixi. Et semel constituta dote non potest constitutionem declarare, vt intelligatur tantum de bonis filię, & tantum de bonis suis, ita docet Angel. conf. 209. Petrus de Sao. ciuis Lanuensis. Aretin. l. 1. ff. solu. matrim. & ibi

& ibi Vincen. nu. 12. Quod intellige siue filia sit emancipata, siue in potestate, vt expressè statuitur in. d. l. fin.

134 ¶ Si tamen pater dixit se dotare de bonis suis, & de bonis filię maternis, certè si idoneus est facultatibus: videtur de suo promississe, & adiectionem bonorum filię in subsidium factam. ita definitur in. d. l. fi. & probant omnes. DD. in. d. l. 1. ff. solut. matrim. glo. l. 7. tit. 1. part. 4.

135 ¶ Quod verū est, etiam si immodicè dotaue rit, ita quòd nō præsumeretur tantum dedisse de suo, ita probatur. l. fin. ibi: *Poterat enim*. DD. in. d. l. 1. Benedic. c. Raynuntii. verbo dotem. num. 24. Paris. cons. 80. col. 1. lib. 3. Campeti. de dote. 1. par. priuil. 16. Nouel. de dote. 6. part. priuil. 6. Antonius Gomezus. l. 5. 1. Fauri. nu. 21. Alciat. de præsump. regula prima. præsump. 26.

136 ¶ Quod procedit, etiam si pater esset administrator bonorū filię, ita probatur in. d. l. fi. C. de dotis promissio. Nam loquitur in patre habente bona filię aduentitia quorū est legitimus administrator. Et hoc licet dubium fuerit apud quosdā, nam Bar. contra sentit, in. l. Nescienti. ff. de neg. gest. col. 2. & Cerman. cons. 87. col. 2. tamen probatur nominatim, in. l. profectitia. §. fin. ff. de iur. dot. Vbi pater videtur dotem promittere, vt pater, non, vt curator, & ita quòd de suo videatur promittere, etiam si sit curator, not. Imol. l. 1. col. 2. ff. solu. matr. Rom. col. pen. 3. speciali. nu. 16. Alex. nu. 17. Ias. nu. 25. Soci. nu. 37. Rip. nu. 90. vbi dicit cōmunem. & ibi Vincen. nu. 21. Paul. fin. ff. de pet. hære. Fulg. l. Nescientius. ff. de neg. gest. Aret. §. fuerat. nu. 19. & ibi Ias. In sti. de actio. Nouel. de dote. 6. par. priui. 3. Cāpe. de dote. 1. par. priui. 16. nu. 4. vbi re cte probat. Pari. cōf. 80. lib. 3. Lupus. c. per vestras. §. 14. quinto officiu. nu. 2. Benedi. verb. dotē. nu. 22. Lupus in rubr. §. 66. nu. 17. Quod limita, nisi filia cōsentiat dotem dari de suis bonis sicut pater testatur, pro parte, vel in totū. l. profectitia. §. pen. ff. de iure doti. & d. l. fi. Aret. & Alex. l. 1. ff. solut. matr. & ibi Vincen. nu. 25. glo. in. d. l. 8. Campeti. in. d. 1. par. priuileg. 16.

137 ¶ Item limita, nisi filia ipsa simul cū patre ageget bona sua doti promissæ à patre ita probatur in. d. l. fi. ad finē. Et qui velit rigidā, & insidiosam eius legis constitutionē effugere, ita debet facere cū de suis, & filię bonis dotat. Itē limita quando pater esset inops tūc enim si promittat dotē de suis, &

de filię rebus: de bonis filię solvendū, ita probatur in. d. l. fi. ver. vbi autem, ita Aret. Alex. Rip. Soci. nu. 39. & cæteri. in. d. l. 1. Vincen. nu. 26. Pari. cōf. 80. lib. 3. Afflict. deci. Neapol. 179. Nōn enim obligatur pater inops promittens dotē, Bald. l. fin. C. de dot. promiss. cum alijs quos citauit. c. 8. vers. æquidem ante omnia prospiciendum.

138 ¶ Itē limita, quādo pater distertè dixisset: promitto centū de bonis meis, & centū de bonis filię, tunc enim ita seruandū probatur, in. d. l. fi. quæ re vera loquitur in casu dubio, scilicet quādo non exprimitur certa quantitas, vt patet ibi: *Simpliciter*, itē ibi: *Nihil adendum putauerit sed simpliciter*, item ex vers. *Vt re vera*, & ibi: *Nedum effusa sermone*. & ita notat Bal. ibi. col. 1. Afflict. in cōsti. Neapolita. lib. 3. tit. de successi. filiorū. nu. 50. Rip. nu. 92. l. 1. ff. solut. matr. & ibi Soci. nu. 37. Vincen. nu. 28. & reliqui omnes.

139 ¶ Quid autē si nō expressè diuisit quātitatē quā dabat de bonis suis, & quā dabat de bonis filię, sed dixit doto filiā in mille cōputato omni eo quod ei debetur tam de bonis maternis quā paternis, an filia possit bona materna repetere nulla deductione facta ratione dotis? Bal. Nouel. de dote. 6. par. priuil. 6. nu. 22. dicit. quod etiā hoc casu, dos cēsetur data de bonis paternis, & de eis est soluenda, si sufficiant, & quod ita cōsultuit Ioā. de Mōtesperelo. Ias. §. fuerat. nu. 105. Iulii. de Actio. Vincen. l. 1. nu. 27. ff. solu. matr. Gerardus. Singul. 71. Anton. Gomez. d. l. 5. 1. nu. 21. Ias. cōf. 133. num. 11. lib. 4. Crot. in. l. frater à fatre. nu. 111. ff. de condi. indebi.

140 ¶ Mouetur ex. d. l. fin. vbi pater videtur de suo dotare, etiā si dicat se dotare de bonis paternis, & maternis, & de eius bonis est soluēda dos quatenus sufficiūt. Idē autē casus videtur si dicat cōputato quod ad eā pertinet ex bonis paternis, & maternis, videtur enim eandē esse significationē vtriusque orationis, ergo idem iudicandum.

141 ¶ Contrariam tamen sententiam probant, Marian. Socin. c. tuz de sponsal. Socin. l. 1. nu. 41. ff. solu. matr. & ibi Ias. nu. 24. Rip. nu. 92. Corne. cons. 16. col. pen. lib. 3. Alci. præsump. regula prima. præsump. 26. nu. 6. vbi dicit opinionem Nouel. esse satis iniquam, quod mihi quoque videtur.

142 ¶ Mouetur ex tribus. Primò quia secundū DD. communiter in. d. l. 1. idē dos soluenda de bonis patris, etiā si dicat se dotare de bonis paternis, & maternis, quoniā fauore

L dotis

De non meliorandis

dotis licet natura copulatiuæ, sit diuidere obligationē æqualiter. l. reos. §. cū in tabulis. ff. de duob. reis. tamē in dote data à patre, intelligitur secundum ordinē charitatis, & lex præsumit bona filix adiecta in subsidium, scilicet si bona paterna non sufficiant. Cōiunctio enim sanguinis facit præsumi donationē: vt per Bar. l. quæ dotis. ff. solu. matri. vt dixi supra. c. 1. d. nu. 84. Hæc est ratio. Tamē cū pater expressè dicit promitto cētū in dotem, cōputato omni eo: q̄ ad filiā pertinet ex bonis meis, & ex bonis maternis, iā cessat præsumptio, cū expressè dicat dotem soluendā computatis bonis maternis. Verbum enim computatis, nihil aliud significat quam se dare in dotē bona materna, neq; hoc solum sed omnia bona materna, nā indefinita æ quipollet vniuersali. Cum ergo dicat omnia bona matris cōputada, iam disertè & specificè dicit, quid sentiat, neq; ei obijci possunt illa verba. l. fin. *Nedum effuso sermone se iactat*, hic enim nulla est iactantia, nulla effusio. Non enim solum dicit doto de bonis paternis, & maternis, sed doto, vt accipiat in computationē quòd ad eam pertinet ex bonis matris, & ex meis.

143 ¶ Negare hanc opinionē esse verā, est negare patri potentiā declarādi, dotem dari ex bonis maternis, hoc autē ei licet, si disertè faciat, vt probatur in. d. l. ff. Rursus, cessat hic illa præsumptio, quòd videtur promittere secundum ordinem charitatis cū dicat expressè se promittere cōputatis bonis matris. Neq; obstat si quis obijciat, q̄ ratio. l. ff. est, q̄ pater tenetur dotare filiā, & quòd idē protestatio nō prodest, vt liberetur ab onere sibi per legem imposito, & q̄ idē non prodest etiā si dicat: computato, argumento gl. l. si quis à liberis. §. non tantū. ff. de lib. agno. glos. Bar. Aibe. Paul. & Alex. l. alimenta. C. de neg. gest. quoniā ea ratio quadrat, quando dos non excedit debitū modū. At. DD. supracitati, nu. 175. dicūt: l. ff. procedere etiā quando dos est excessiua, quo casu cessat obligatio, & est liberalitas patris, qui olim poterat dotare ultra legitimā, vt dixi. c. 1. Et quod. l. ff. habeat locū etiā in dote excessiua probatur in ea lege vers. *Poterat enim*. Itē lex ipsa in fine, significat q̄ si disertè dicatur soluendū de bonis matris, ita q̄ non sit ambiguitas, q̄ de eis soluendū est, ergo prodest patri se declarare, neque lex se fundat in obligatione.

144 ¶ Fateor tamen, q̄ si pater non daret con-

gruam dotem de suis bonis, filia supplemētum petere possit, etiā si cōputatis suis bonis, dos esset congrua. Pater enim cogitur dotare de suo, etiā si filia sit diues, vt latè dixi. c. 2. à nu. 25. & tunc protestatio: q̄ dat dotem computatis bonis maternis, nō prodest, vt est de mente. DD. in. d. l. ff. vbi vide Soc. nu. 39. & Alex. & Aretin. & Vincen. nu. 28. Alcia. d. præsump. 26. reg. 1. nu. 40. Neq; etiā prod. fiet expressa diuisio, promitto centū de meis, & centū de maternis, nisi filia cōsentiret maiorē dotē sibi nō dari de bonis patris, vt supra dixi, & notat Soc. d. l. ff. nu. 137. post Arc. & dixi supra.

145 ¶ Denique vt ad rē reddamus, negari non potest efficaciorē modū significadi esse, doto cōputatis bonis maternis, quam illud doto ex paternis, & maternis. Sed nouissime Vincen. in. d. l. ff. nu. 27. & post eū Gomezus. d. l. §. 1. nu. 21. defendūt opinionē. Nouel. dicentes, q̄. l. ff. ad hoc, vt pater non soluat totā dotem requirit, vt decideret quā tum det de bonis suis, & quantū de bonis filix, ibi: *Vt re vera appareat quid ipse vult iare, & quid de substantia filiorum profiscitur*, &c. Et quòd etiā si dicat: computatis maternis: non apparet quam summam faciāt, & quòd idē idem iudicādum quòd si dixisset, doto de paternis, & maternis.

146 ¶ Sed mihi placet contraria sententia, quoniam sensus verborū. l. ff. Doto in centū de paternis & maternis non ineptè interpretari possunt, vt dos videatur securior quoniā etiā materna obligari videntur, & forsam hoc mouit Imperatorē in. d. l. ff. q̄ scilicet materna videantur adiecta, vt tantū obligata ad solutionē, faciant dotē securiorem, non autē, vt de eis fiat solutio, & voluit Imperator corrigere ineptiā eorum qui præ verborum iactantia ambigūe contrahunt. At cum dicitur, cōputatis paternis, & maternis, iam materna expressè apponuntur ad solutionē, verbū enim cōputatis, efficacissimè significat inde soluendū, & omnem ambiguitatem tollit.

147 ¶ Sed obijcit Vincentius, nō constat quantū dat de bonis matris, imò constat, cū dicit computatis maternis qui enim totū dicit nihil excludit. Itē nota illa verba. l. ff. *Poterat enim secundum vires suas dotem pro filia dare, & consentire filijs partem vel totam substantiam paterne liberalitati aggregare*. Nota illa: *Poterat secundum vires suas*. Nam qui dicit computatis maternis, satis significat, solū velle se dotare de suis, secundum vires suas cætera

148 cetera de maternis deducenda. * Discedere ab hac opinione, est discedere ab ipsa equitate, imò etiam à sensu communi. Imperator enim iudicat ex præsumptione, in casu ambiguo, hic verba clamant bona filiarum computanda. Obijcit Vincentius, non constat quanta sint bona filiarum. An oportuit, ut speciatim ad numerum constent? Dicit oportet facere computationem, quid inde? si facta computatione facillimè constat quanta sint? Certa appellamus ea quæ per relationem ad aliud sunt certa. l. à se toto. ff. de hæred. institu. l. institutio. ff. de condit. institu. l. si ita scripsero. ff. de condi. & demonstra. Alioqui, neq; quòd ipse pater dat, constat, quantum sit, cum se referat ad computationem faciendam de eo quòd ad filiam pertinet ex suis.

149 Ruesus, inquit Imperator in fine: *Nedam effugio sermone se iactat in promptum incidat sui periculum.* Quis autem promptum periculum iudicet, si expressè dicat, computanda omnia materna. Certè qui Nouelli sententiam secutus fuerit audiet optima iure, illam viri prudentissimi vocem, summum ius summa iniuria, & litera occidit spiritus viuificat.

150 Quis dubitat decisionem. l. fin. ad eò esse infidiosam, rigidam, inspidam, ut legentè subeat admiratio, nisi cum Socino. l. i. intelligat eam legem in quantitate dotis necessario danda non autem in dote excessiua. Cum ergo eam constitutionè videtur improbare sensus communis, oportet eruditos, ita eam interpretari, ut nò sit palam absurda, impia, & iniqua, aduersus omnem rationem, ius, & æquitatem. Excogitanda ratio est, qua non fit apud audaculos risui, quod fit commoda, & prudèti interpretatione. Negare autè vim, & efficacè significationem verborum, peruicacia est. Nò intelligere, inscitia, negare. l. fin. non loqui in casu ambiguo, est non legisse eam. Negare quòd in specie Nouelli, non significatur efficacissimè patrem velle dotè solui etiam de maternis, est in media luce caligare. Si expressa declaratio prodest (ut re vera prodest) quid oportet tot rimas, tot cuniculos excogitare. Ius est ars boni & equi, quæ hic æquitas? quæ bonitas?

151 Sed reclamationes, legè loqui, quando re vera constat, quantum pater det de suo quantum de re filij. Respòdeo, legem non requirere, ut speciatim appareat quantum, tantum dicit. *Poterat enim secundum suas vires dotem dare, &*

consentire filiarum, sua aggregati, ut re vera appareat quid ipse vult dare, &c. Nota illud verbum *Poterat.* Nò enim lex nominatim requirit, ut specificet quantum, sed dicit quod potuit id facere, & quòd melius fecisset, non tamen requirit, ut adsit talis specificatio, & quòd si nò adsit, nò prodest etià si pater expressè declaret per verba significatissima, velle se dotem solui de maternis. Nò quòd dicam, illud hoc melius esse, ideò hoc improbo. Non quòd dicam potuisse euadere periculum tali via, nego alià esse viam. Iactantia effusam ex qua ambiguitas oritur improbat lex. Eos qui promptum periculum nò fugiunt castigat. Qui dicit computanda bona matris, prompto periculo proximus nò est, & longe abest à iactantia & effusione.

152 Sed certè, quidquid senserit còditor eius legis, si Hispanica lingua pater dotet ita. *Dotò est mil, entrando en cuèta lo que le pertenece de la herencia de su madre, y de la mia, audacissimè patris iudiciu sequar etià si omnes DD. aliud dicant.* Sequuntur enim dispositionè. l. si. quæ de pmissione latine facta loquitur, quæ fortè iuxta vim, & delicias Romani sermonis, aliu sensum delicatis præbere potest, qui ambiguitatè pariant, verba autè Hispanica manifesta sunt, & cerdonibus, & aurigis, palpabilia. Sed de his hætenus.

153 Non omittendū, falsum esse quod iuxta Nouelli sententiam scripsit Ias. conf. 133. nu. 11. lib. 4. quòd si pater leget filiarum centum pro dote, pro omni eo quòd possit habere ex hæreditate paterna, & materna, nihominus dos tota soluenda de bonis patris.

154 Neque illud etiam prætereundū, quòd licet dotas filiam de bonis suis, & maternis, teneatur dotem soluere de suis, tamen in sumpta in festiuitatem nuptiarum est soluendum de aduentitijs filiarum. l. si. & ibi Bal. & Ang. ff. de peti. hæredi. Ias. l. huiusmodi. §. legatum. num. fin. ff. de leg. 1.

155 Sed an mater videatur de suo dotare, & certè si est tutrix, vel curatrix filiarum videtur promittere dotem de bonis filiarum nò de suis, & idem in cæteris qui non habent filios in potestate, & sunt curatores, quoniam cum non teneantur de suo dotare, videntur promittere de bonis eorum quorū bona administrant. l. cum post mortem. §. 1. ff. de admi. tutor. l. Nessenius. ff. de neg. gest. Et nominatim docet glo. i. si. verbo. intelligi. C. de dot. promiss. & ibi DD. Nouel. de dote. 6. parte. priui. 6. Lupus in rubr. de

l. 2. donatio.

De non meliorandis

Donatio. 6. 66. num. 14. Bofoueus de nup. lib. 5. nu. 34. Anton. Gomez. l. 5. 1. Tauri. num. 23. Beronius. quæstione vndecima. Quod limitant, nisi mater utrix promittat dotem ultra patrimonium filiarum, nec enim pro eo quod excedit videtur de suo promittere. l. vna. §. accedit. iunctio. extraneum. C. de rei vxo. actio. scribit Lupus. d. rub. 6. 66. nu. 14. quem consule. vide etiã cum in d. rub. 6. 62. vide lucra. nu. 5. 1. DD. l. fi. C. de dot. promiss. & ibi Bald. col. pen. Bar. l. Nescienus col. 2. ff. de neg. gest. & ibi Paul. & Albe. & vide quæ dixi in tractatu de decima tutori Hispanico iure præstada cap. 4. De matre utrice. Et vide quæ in fratre dotante scribit Lal. & Sali. in d. l. fi. Ripa. l. 1. nu. 94. ff. solut. matris. quod videtur dotare de suo nisi sit administrator, de quo vide latè Soci. conf. 5. col. pen. & fil. lib. 4.

156 ¶ Quid autem si pater promittisset dotem de bonis filiarum, nulla facta mentione de suis, & certè hoc casu virtute promissionis non poterit cogi ad solvendum de suis bonis, iam enim summus extra casum. l. fin. ubi promittit de suis, & de maternis, non tamen idè definit possit cogi dotare filiam, nam filia etiam dicitur dotanda, nisi ipsa legatim consentiat dotem solum dari de suis, vide quæ supra dixi nu. 157. Et Aret. & Vincen. num. 28. in d. l. fin. nam proportione qua pater ex lege est obligatus dotare, non liberabitur etiam si dotet filiam de proprijs ipsius filiarum.

157 ¶ Nunc supradictis utamur ad declarationem legis nostræ. Dotavi filiam de meis & de bonis mortuæ matris, dicunt. DD. & l. fin. quod dos solvenda solum de meis, etiam si sit excessiva & talis quod cum alias daturus non fuerim, querro an si excessus talis sit, ut reuertet melioratio, tolerari debeat. Aequidem. DD. supra citati, num. 135. solum loquuntur de dote excessiva, quam alias pater daturus non fuerit.

158 ¶ Reperio tamen quod Afflict. decis. 179. dicit, quod e. l. fin. C. de dot. promiss. si pater dotat filiam de bonis paternis, & maternis, solvenda est dos de substantia patris, si sufficiat, & quod sufficere videbitur, etiã si soluta dote non habeat quo ceteras filias matrimonio æqualiter locet. Moveretur ex d. l. fin. quæ dicit patrem debere solvere, nisi poenitus inopia tentus sit, & quod inops est qui nihil habet, & inopia consideratur respectu dotis promissæ pro filia, & non respectu aliarum filiarum, etiam si non possit

eam æqualiter dotare, & quod ita fuit iudicatum in sacro consilio Neapoliitano.

159 ¶ Hanc definitionem refert, & sequitur Parisi. conf. 80. num. 3. lib. 3. dicens quod, ut intelligamus an pater sit solvendo, considerabimus dotem promissam & bona quæ possidet, non autem numerum filiarum, vel filiarum quas habet dotare. Hæc candidè interpretanda sunt. Et quidem de Iure communi, si dos promissa præiudicium faciat legitime aliorum filiarum, vel filiarum reflexanda erat, ut per Paul. l. 1. num. 5. C. de inoff. doti. cum alijs quos citavi capite primo num. 24. Si tamen legitime filiarum, vel filiarum præiudicium non faceret, dos solvenda esset de paternis, etiã si dos ceterarum filiarum non posset esse tam ampla. Potest enim pater unam filiam dotare in plus quam aliam, ut latè probavi capite primo, num. 25. dummodo legitime aliorum non minuatur, ut ibi dixi. Et idem erat Iure Regio ante conditam istam legem, nam meliorari filia poterat in tertia, & quinta parte substantiæ paternæ, ratione dotis, ut in l. 29. Tauri. Et quod verba Afflict. & Parisi intelligenda sint dum non fiat præiudicium legitime aliorum, probatur quoniam si filia quæ nihil habet non potest accipere dotem ex qua resultet præiudicium legitime aliorum fratrum, multo minus illa quæ habet bona materna, vel aliunde quæ sita, & hæc est ratio efficax plenæ æquitatis, & iuri conformis. Adco enim in hac specie non aliter iudicandum quam in illa, ut Bartolus ipse iuris peritissimus, cum alijs relatis cap. 2. dixerit filiam, quæ bona habet aliunde non debere dotari à patre. Et quod non sit faciendum præiudicium legitime aliorum in specie. l. fin. C. de dot. promiss. videtur sentire Socin. l. 1. num. 39. ff. solut. matris. & forsam. idem sentient Doctores cum dicunt, l. fin. servanda si pater sit sufficiens.

160 ¶ Hæc de iure communi, quo legitima quatuor filiarum, vel minoris numeri est tertia pars paternæ substantiæ, & ad summum dimidia, si plures sint filij quam quatuor, ut in Auth. nouissima. Deducta autem hac portione pater unam filiam uberius dotare poterat quam aliam, ut dixi capite primo, nu. 25. Sed quid attenda hac lege?

161 ¶ Aequidem etiam stante hac lege, pater potest uberius dotare unam filiam quam aliam, dum non excedat summam vel meliorem. Nam summa hic præfixa non est

est summa, vsque ad quā pater tenetur dotare, sed vsque ad quam potest ad summū dotare nisi resuitet melioratio, hac autem potentia non tenetur vti; si nolit, vt dixi. l. d. nu. 25. Itaque potest filiam vnā dotare, vsque ad summā præfinitam, & alias infra summam nisi dos sit incongrua.

162

¶ Et licet alie filie non possint vsq; ad eā summam dotari, non ideo prima dicitur meliorata, cum supra legitimam nihil accipiat sed fortè infra legitimam. Si tamen ex dote per patrē promissa, resultaret melioratio, de eius bonis soluēda non est pars excessiua, nam fit præiudicium legitimæ aliorum filiorum, vel filiarum, quæ ex dote minui nō potest resistente hac lege quæ omnem meliorationem dotis ratione improbat. Quod etiam probatur ratione, nā si melioratio ratione dotis facta filie quæ nihil habet præter dotem quam pater dat, est nulla ipso iure, multo magis erit nulla melioratio facta filie quæ habet bona materna. Si enim pauper meliorari non potest, multo minus diues. Quæ sunt notanda ad declarationem præcedentium.

163

¶ Vltimo, vt plenè ista tradantur nota. Quid si pater dotat filiam de bonis paternis, & maternis, & filia renūtiat in forma omnibus bonis paternis, & maternis, quæro an nihilominus bona materna petere possit, & pater integrā dotem soluere debeat. Reperio quòd Afflict. decisio. 178. num. 13. Scribit filiam dotatam de paternis, & maternis, debere de paternis consequi totam dotem etiam si renuntiauerit: quādo fuit maritata à patre: citat Anchar. c. quamuis. de pact. in. 6. recentiores. in. l. stipulatio hoc modo. ff. de verbo. obligat. illam opinionem Afflict. sequitur Parisi. d. consi. 80. num. 4. lib. 3.

164

¶ Sed ex aduerso, reperio consuluisse Aymonem consi. 84. magister Anselmus. nu. 4. & 6. lib. 1. Vbi scribit, quòd si filia dotata à patre renuntiat in forma quibuscunque iuribus sibi competentibus pro bonis matris, amplius materna petere nō potest, nam licet dicamus quòd ex. l. fi. videtur dotata de bonis patris, non potest petere materna, quia obstat sibi renuntiatio. Item respondet ad. l. fin. quòd illa lex, non procedit quando filia consensit bona materna in dotem dari, vt ibidem probatur, & docui supra, & quòd filia quæ ratione dotis quā pater dat, renuntiat bonis maternis, videtur illa ipsa in dotē accipere, quia nisi re-

nuntiasset, pater tantam dotem nō dedisset, argumento corū quæ tradit Paul. cōsi. 372. ad finem lib. 1. quòd quando dos constituitur filie pro omni iure quod habere potest in bonis patris, videtur habere dotem ratione legitimæ.

165

¶ Et hanc opinionem sentire videtur Molin. in tractatu de donatio. fact. in contract. matrimon. num. 42. versi. rursus aduertendum. vbi dicit quòd licet filia videtur dotata de paternis, non de maternis, fallit nisi renuntiet bonis maternis, idem sentit Benedictus. c. Raynuntius. verbo dotem. num. 22. Afflict. in constitutio. Neapolita. lib. 3. tit. de successione filiorum. nu. 50. & puto hoc verius esse. Quando autem renuntiatio valeat, & quando, & ex quibus causis rescindi possit vide loca communia, & an si filia renuntiat in manibus patris, vel fratris, & postea habet filios an renuntiatio rescindatur, vide Corne. consi. 30. lib. 4. Alexand. consi. 162. lib. 6. Socin. consil. 147. lib. 1. Molin. in tracta. de donatio. factis. in contractu matrimonij. num. 37. cum sequentibus, vbi latè & scientè rem explicat.

S V M M A

- 1 **F**ater dotans sororem an possit eam meliorare ultra modum; & taxa definita lege nostra Regia. & nu. 2. 32. 33. 34. & 47.
- 3 **P**ater dotans, an solum gerere videatur negotiū patris, vel aliquid de suo dare, vel promittere. & num. 4. 8. 10. & 14.
Et quid si negotium gerens minorem dotem dec quam pater dare potest: an residuum de suo soluere teneatur. num. 9.
- M**aritus, & vxor simul, & insolidum se obligantes pro dote filia constituta, an vxor quoad maritum censetur fidei iussor.
Et quid in alio se obligante cum patre.
- 5 **F**rater obligans se cum patre, ad partem excedentem huius legis taxam, scilicet quod resultat melioratio, an isto casu prædicta melioratio rata maneat.
Correns debendi obligatus ex causa lucratius, an repeat à correo si soluat.
- 6 **C**orrens obligatus simul cum eo ad quem onus pertinet censetur fidei iussor.
- 7 **M**ater obligans se cum patre, pro dote filia: li-

De non meliorandis

- cet iure cōmuni repetere possit, an habeat locum quando dos tam ampla est promissa, ut bona mariti non sufficiant pro ea constituenda.*
- 8** Filius viuo patre dotans de perse sororem constitudo magnam dotem, ita ut excedat huius legis metam, an dotis constitutio valeat. & num. 20. 21. & 22.
Filius familias ex quibus cōtractibus obligetur.
- 9** Filius fam. dotē constituere sorori an possit, cōfratēdo rem in tēpus, quo sit sui iuris effectus: Actio de in rem verso non habet locum nisi quatenus pater est liberatus, & quatenus dos daturus esset.
- 10** Dos data à fratre censetur data animo donandi, etiam si in dotem dederis rem communem sibi, & sorori.
Limita ut non procedat si frater administret bona sororis. & num. 15.
Limita etiam, nisi det supra taxam sciens bona sororis non sufficere. ut d. num. 15.
Quid in fratre non administratore, & soror patrem habeat, an ex hoc præsumaturo donatio & repetere possit. num. 16. & 17.
Intellectus. l. unica. §. accedit. C. de rei vxor. actione. d. num. 10. & 12.
- 11** Patre absente, vel in compedibus detento, mater proprio nomine filiam dotans, an possit à marito repetere; licet non protestetur, & num. 18.
Extende ut procedat in amico.
- 13** Extraneus præsians alimenta extraneo, an præsumaturo habere animum repetendi.
- 18** Mater dotans filiam patre absente, nulla spe habita recuperandi à patre, an de suo videatur dotare.
- 18** Frater dotans de perse, animo donandi, & non gerendi negotium patris, filiam mortuo patre, an possit suam legitimam petere.
Et quid si de suo dotauit, contemplatione tamen patris, an censetur dos profectitia, & computari debeat in legitima.
- 22** Filia prohibita succedere patri, an etiam videatur prohibita succedere fratri.
- 24** Filia renuncians bonis paternis, an in eis possit succedere postquam iuvenne fratris.
- 26** Frater an cogatur dotare sororem,
- Limita, ut non procedat si soror non habeat res de se dotet.*
- Limita. & in sorore consanguinea, hoc est ex parte patris, non verè in vxorina. & num. 30. & 31.*
- 28** Frater clericus, sorori agena an dotare teneatur extra conscientia ex redditibus sui beneficij.
Et quid si sit exheredata.
- 29** Intellectus. l. 18. tit. 8. part. 6.
Intellectus l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admin. tut.
- 30** Frater an sororem vxorinam alere teneatur.
Dos, & alimenta equiparantur.
- 32** Extraneus an possit amplissimè dotare suaminā.
Et quid in habente filios. num. 42.
- 34** Intellectus. l. 28. Taur. quæ habetur. l. 12. titu. 6. lib. 5. Recop.
- 35** Dotis constitutio facta aliq̄ quam filia: dicitur mera donatio.
- 39** Frater possessor primogenij si sorori nec in remaneant alimenta, ex quibus se possit alere, an teneatur dotare de bonis maturatis.
- 40** Frater si non habet filios, vel filias an possit amplissimè dotare sororem in præiudicium aliarum sororum, & num. 41.
- 44** Frater sororem dotando in mille, solvendis de bonis sororis, & de eius prædijs an possit cogi pro horum præstatione, si illa nollit dicta prædia in dotem dare.
Petens dotem à fratre, an interim ab eo sit alenda.
- 45** Filius quatenus possit matrem dotare.
- 46** Filius an cogatur dotare matrem.
- 47** Et quid in inope matre & num. 48. & 49.
Periculum vitæ, & periculum famæ, à pari iudicantur.
- 51** Legis nostræ taxatio, an procedat in filio dotante matrem.
- An hæc lex practicanda sit in dote quam filius constituit matri, vel frater sorori. Caput. XII.*
- 1** **D**VBITARI Solet an hæc lex practicanda sit in dote quam frater constituit

stituit sorori, vel filius matri. Quod attinet ad fratrem, questio multiplex est. Aut enim frater dotat sororem viuo patre, aut mortuo patre. Si patre viuo, aut dotat eam obligando se, simul cū patre, aut de per se solus. Primo casu, si pater disertē dicit se meliorare filiā ratione dotis, & filius ratā habet meliorationē, melioratio valet ratione approbationis & cōsensus, vt dixi. c. 10. a num. 54. & num. fi.

2 ¶ Si verò solum se obligat cū patre ad soluendum centum pro dote, certè si melioratio resultat non valet, quid enim si ignorauit ex illa summa resultare meliorationem, certè dici non potest eum consensisse sororem meliorari. Aliud enim est dicere promitto centum in dotem, aliud melioratione dotis, hoc enim vltimo casu manifestissimum est filium cōsentire legitimam suam minui, nihil enim aliud est sororem meliorari, quam suam portionem labefactari, & minui. At obligari pro centū, nō est consentire meliorationem, potuit enim ignorare an resultaret melioratio. Itaq; hic casus, ex consensu definiiri non potest, sed remanet, in mera vi obligationis.

3 ¶ Videndū ergo quatenus sit efficax obligatio, & Benedictus in rep. c. Raynuntius. verbo *Dotem quam ei dederat*. nu. 24. scribit, q̄ frater dotans solum videtur gerere negotium patris, & nihil de suo dedisse, vel promississe, quod videtur sentire Bald. cōf. 184. lib. 4. & Benedictus citat Bal. l. fi. C. de dot. prom. in. 12. Sic Aymon, cōf. 77. nu. 3. lib. 1. scribit, q̄ si maritus, & vxor simul, & in solidum se obligant pro dote filia, certè vxor quoad maritum cōsetur fideiusor, quod nominatim in patre, & in alio cum eo se obligante pro dote, scribit Corne. cōf. 124. incip. In nomine Domini nostri. vers. tamen his non obstantibus lib. 1. & cōf. 316. lib. 4. Nouel. de dote. 6. part. priuil. 3. vers. vidi etiam de facto col. 3. Lupus in rub. de donatio. §. ex prædictis, num. 3. & in rep. c. per vestras. §. 14. quinto officium. nu. 9. & iterū in rep. rubricæ. §. 66. illud autem, nu. 10. vers. subdit tamen de qua dixi supra. c. 11. num. 41. & probatur ex Alexan. in. l. si filius. C. de negot. gest. Imola, & Roman. in. l. quæ dotis. ff. solu. matrimo.

4 ¶ Ex his inferitur, filiū videri se obligasse animo intercedendi, non animo donandi, & q̄ ita repetere poterit à patre, attamē quo ad sororis maritum, certè tenetur ei pro di-

midia si generaliter se obligauit simul cū patre, ita notat Aymon, cōf. 84. num. 3. vers. siue etiam dicamus, lib. 1. Antonius Gomezius. l. 51. Tauri, nu. 25. qui loquitur in patre, & extraneo dotem promittentibus, & dicit quemlibet teneri pro dimidia, iuxta regulam generalem. l. reos. §. cū in tabulis. ff. de duobus reis, vt dixi supra cap. 11. num. 41. in marito & vxore.

5 ¶ Illud tamen aduertendum, q̄ si pater maiorem summam promittat, ex eo q̄ filius vult se obligare ad partem excedentē hanc legem, vel de suo aliquid dat sorori, certè hoc casu etiam si videatur resultare melioratio ex portione quam frater dat, rata manebit melioratio. Nam pater solum dat portionem legitimam, & filius reliquum prestat, quo casu cum dos à duobus prestatur, filia non potest dici meliorata à patre, imò neq; dotata pro tota portione, ita probaui, supra cap. 11. nu. 31. & 32. Quinimò tali casu, filius non poterit portionem suā repetere à patre. Quod probo quoniam correus debendi obligatus ex causa lucratiua, non repetit à correo etiam si soluat, Bart. l. reos in. 2. q. C. de duob. reis. Alexand. l. si ex toto. §. ita scriptum, col. pen. nu. 7. ff. de leg. 1. Corne. cōf. 124. col. 1. lib. 1. Quod etiam probatur, ex. l. & id. cō. ad finem. ff. de in rem verso. Nam hoc casu, non dat, vt gerat negotium patris, cum det supra obligationem patris.

6 ¶ Rursus probo, quoniam etiam si correus obligatus simul cum eo ad quem onus pertinet, cōsetur fideiusor, vt per Bar. l. reos. ff. de duob. reis. glos. in. l. vir vxori. ff. ad Veleya. & ibi Raph. Paul. & Ang. & est communis, secundum Corne. cōf. 124. col. 1. lib. 1. Aymon, cōf. 77. nu. 3. Certè quatenus dos excedit summam hic præfixam, onus non pertinet ad patrem, cum etiam si vellit non possit filiā dotare ultra taxam, & ita pro ea portione filius repetere non poterit, quod in extraneo (Christo auspice) dicā infra, cap. de correo, pro melioratione simul cum patre, obligato.

7 ¶ Præterea, hæc opinio comprobatur, quoniam etiam si mater obligans se cū patre pro dote filia, posset de iure communi repetere, hoc non habet locum quando dos tā ampla est promissa, vt bona mariti (forsam inopis) nō sufficiant, tunc enim vxor de suo soluit. Ita docet Lupus in. d. rubrica de donatio. §. 46. ex prædictis num. 3. vers. secus si vir. Rursus hæc opinio pro-

L 4 batur,

De non meliorandis

batur, quoniam etiam si dos à patre constituta de bonis paternis, & maternis, sit solū solenda de paternis, & non de maternis ad filiam iure hæreditatis pertinentibus, certè id non habet locum quando paterna non sufficiunt, ut dixi sup a cap. 1. num. 134. & 137. Quod comprobatur ex his, quæ infra statim dicam, versu.

Et sentit Gomezus Arius. l. 27. Tauri, nu. 47. & nominatim in fratre notat Bosquens de nuptijs lib. 5. nu. 35.

8

¶ Si tamè filius viuo patre, dotaret de se sororem, constituendo magnam dotem, dotis constitutio valet. ita Abb. conf. 12. col. pen. lib. 1. ex l. vna. §. accedit. C. de rei vxor. actio. idem Ias. l. iuris gentium. §. si ante additā. ff. de pact. Gomezus Arius. l. 27. Taur. nu. 49. Obligatur enim filius familias ex omni cōtractu excepto mutuo, vel voto. l. filius familias. ff. de actio. & obligat. & de dote probatur in l. & nihil. ff. de in rem verso. Quod tamè limitat Ias. d. §. si ante additam, ad finem, nisi filius promississet id ad quod pater tenetur saltim officio iudicis, & idem, inquit Arius. d. l. 27. nu. 49. Sentiant opinor, quod cum filius facit id ad quod pater est obligatus (scilicet dotare filiam) quod videtur eum liberare, & negotium eius gessisse, textus est expressus, qui loquitur in specie magis dubia in l. & idè. 6. si. cum lege sequenti. ff. de in rem verso. l. si filius familias. ff. de eo. tit. & idè filius repetere potest à patre actione de in rem verso dotem quam sorori constituit, cum etiam datam propriæ filix repetere possit à patre suo eodemque auo filix, ut in d. l. & idè. §. si. ff. de in rem verso.

9

¶ Ex his duo inferuntur. Primum quod filius familias dotem sorori constituere potest etiam si rem cōferat in tempus quo sit sui iuris, ut expressim notat Abb. d. conf. 12. col. pen. lib. 1. Secundum quod potest constituere dotem magnam & amplam. Sed hoc intelligendum hoc modo, quod si dotauit, ut gereret negotium patris, certè si maiorem dotem dat quam pater dare potest, de suo residuum solvere debet. l. & nihil. cum. l. precedenti, ibi, Quatenus auus dotaturus fuerit, ff. de in rem verso. Arius in l. 27. Tauri, nu. 47. cuius opinio comprobatur ex Ias. d. l. iuris gentium. §. si ante additam, ubi dicit quod dos constituta à filio familias sorori, tenet, considerandum tamen an id procedat si constituat id ad quod pater tenetur officio iudicis. Forte sentiendo quod si excessit

patris obligationem de suo solvere debet. Hoc confirmatur ex dictis supra nu. 5. versiculo quinimò tali casu. Et videtur de iure verisimum, cum actio de in rem verso, non habeat locum nisi quatenus pater est liberatus, & quatenus pater dotem daturus fuerit. l. & idè. §. si. l. si pater. l. si filius. ff. de in rem verso. Et supra taxam huius legis, non est verisimile patrem dotaturum filiam, quinimò non potest. Tamen hoc proprio casu de fratre dotante sororem quod repetat à patre, quatenus pater dotaturus fuerit non plus, probatur in l. & nihil in d. §. precedenti, ibi, Quatenus auus dotaturus fuerit, ff. de in rem verso.

¶ Hæc opinio vera est, si filius eo animo sororem dotauit, ut negotium patris gereret, alioquin videtur de suo dotasse. l. & idè. §. si. ff. de in rem verso. l. & nihil. ff. eod. tit. l. vna. §. accedit. C. de rei vxor. actio. ubi dos censetur data animo donandi, nisi data fuerit ab ascendente, habente mulierem in potestate. Et ita quod dos data à fratre censetur data animo donandi, etiam si dederit in dotem rem communem sibi, & sorori, scribit Bald. l. si. nu. 12. vers. ibi fortuna. C. de dotis promiss. ubi querit quid si frater dedit in dotem sorori rem communem, an videatur donasse partem suam, vel dedisse animo repetendi in diuisione, & concludit post Cinu. quod censetur donasse, nisi administrat bona sororis, tunc enim videtur administratorio nomine dedisse, & dicit quod ista est communis opinio. Et hanc opinionem probat ibi Bartholom. de Sali. in. 6. quæst. Ripa. l. 1. nu. 94. ff. solu. matrim. ibi Vincent. nu. 3234. & 37. Soci. conf. 5. nu. 15. vers. quibus tamen non obstantibus lib. 4. & cōfil. 6. In Christi nomine, nu. 6. cod. lib. & sentit Bald. l. Nessenius col. 2. ff. de negot. gest. Licet aliter videatur sentire Corras. l. qui liberos num. 120. ff. de ritu nupt. sed videtur loqui in administratore. Sed nulla in parte hoc expressius probatur, quam in l. & idè. ff. de in rem verso. §. si. & melius. l. seq. Plures enim existis doctoribus, loquuntur de fratre dotante sororem mortuo patre, si autem viuo patre dotaret, non ita facile præsumeretur donatio, cum frater moueri potuisset ad constituendam dotem, ut patrem liberaret ab obligatione dotandi filiam. Quæ difficultas augetur quoniam, ut quorundam opinio est, definitio. l. vna. §. accedit. C. de rei vxor. actione non procedit quando uiuit pater, ad quem onus dotandi

dotandi pertinet, quia tunc extraneus dotans videtur facere animo repetendi, non donandi, ita consuluit Paulus, consil. 1 15. in Christi nomine. in antiqua impressione. Mouetur ex eo quod dici solet, quod mater videtur præstare filio alimenta animo donandi, nisi habeat patrem, tunc enim præsumuntur præstita animo repetendi à patre, ut traditur per Doctores in l. alimēta. C. de nego. gestis. per Beroium q. 1 1. per Bald. l. Nessenius. ff. cod. tit. l. si quis à liberis. §. si mater. ff. de libe. agnosc. Et videtur expresse probari in l. Et nihil interest. iūsto. l. præced. in si. ff. de in rem verso, ubi si filius dat dotē pro sorore, videtur versum in rem patris quatenus pater daturus fuerit, si filius hoc animo dederit, ut patris negotium gereret, & repetere potest, ergo cessat donatio de qua. d. §. accedit.

11 ¶ Rursus probatur, quoniam si patre absente, vel detēto in carcere, mater proprio nomine filiam dotat potest à marito repetere licet non protestetur, ita Noue. de dote. 6. part. priuilegio. 3. col. 3. Lupus in rubrica de donatio. §. 66. Illud autem nu. 1 2. & in rep. c. per vestras. §. 1 4. quinto officium, nu. 9. versi. & quod plus est. Rursus probatur, quoniam Lupus. d. §. 66. num. 1 2. Hoc extendit ad amicum dotantem filiam amici absentis, nā dicit quod potest dotem ab eo repetere non obstante. §. accedit.

12 ¶ Sed ex aduerso. Socin. cons. 5. nu. 20. versi. nec obstat lib. 4. dicit, quod dispositio. §. accedit. multum restringitur, si intelligamus extraneum tunc demū censeri donare dotem, quando mulier patrē non habet, quoniam est contra generalitatem eius legis. Eiusdem opinionis videtur fuisse, Iacob de Rauena. in d. l. si. C. de dot. promis. ubi tractans de extraneo dotante mulierē, an videatur dotare animo donandi, an vero censetur promisisse de bonis patris mulieris, arguit quod videatur gessisse negotium mulieris, vel patris, ac tandem definit, quod videtur donare, per. §. accedit, & ita videtur sentire. Bart. l. Nessenius, col. 1. ff. de nego. gest. dum dicit quod frater videtur dare de suo nisi gerat negotia sororis, declarando glos. in l. si. C. de dotis promisio.

13 ¶ Et huius opinionis est, Salic. l. si. q. 3. C. de dot. promis. & ad argumenta de alimentis, scilicet quod mater repetit à patre alimenta data filio, dicit quod non valet argumentum de alimentis ad dotem, quoniam extraneus præstans alimenta extraneo, præsumitur

habere animum repetēdi, ut in l. si pater. no. C. de nego. gest. à contrario sensu, & ibi est glos. communiter approbata, secundum Socin. cons. 5. col. si. l. b. 4. & DD. ibi. at dos præstita extraneæ cēsetur præstita animo donandi, ut in d. §. accedit.

14 ¶ Pro resolutione præcedentium, dico quod si filius dotauit sororem animo gerendi negotium patris, & de hoc animo apparet, repetet dotem quatenus pater dotaturus fuerit, scilicet inspectis facultatibus, numero filiorum, regionis consuetudine, & dignitate generi, & filia. l. si filia. ff. de leg. 3. & dixi cap. 1. Nihil autem repetet, quod excedat hanc legem, sed de suo videbitur dotare, nam præsumitur scire hanc legem, & quod pater ultra legitimam dare non poterat.

15 ¶ Si tamen non apparet quo animo dotem dederit, & tūc si est administrator, videtur dedisse non de suis sed administratorio nomine, & cessat. §. accedit, ut supradixi, hoc capite nu. 10. & præcedenti. Quod limitandum nisi det supra taxam sciens bona sororis non sufficere. l. cum post mortem. §. 1. ff. de adm. tuto. Nouel. de dote. 6. parte priuil. 4. At in dubio frater qui nō est administrator, videtur dotare animo donandi, scribit Benedic. c. Raynuntius. verbo. dotem. nu. 24. in fratre administratore secus, ut per Bald. l. si. nu. 1 2. C. de dot. promis. Socin. cons. 1 2 1. nu. 1 4. versiculo, & demum habuit lib. 1.

16 ¶ Si autem frater, vel extraneus dotās, administrator non est, & certē etiā si mulier nubens patrem habeat, præsumam animū donandi, & repetere non poterit. Moueor ex quatuor rationibus. Primo autoritate Iacobi, & Saliceti, Bart. & Socini. Deinde ex dispositione generali. d. §. accedit. Tercio ex l. & idē. §. si. ff. de in rem verso. ubi dicitur filium posse repetere à patre dotē sorori datam, si dedit animo gerendi negotia patris, ex quibus verbis elicitur, quod ipse debet probare se dedisse animo gerendi negotium patris.

17 ¶ Neque obijciat aliquis, quod ibi non præsumitur voluisse gerere negotiū patris, quia dotauit filiam propriam, quam suo respectu potius quam respectu patris potuit videri dotasse, quoniam lex statim sequens, dicit: Et nihil interest, an filia an sorori dotem dederit, Quarto moueor, quoniam si animū dotantis scitemus, ex frequentiori hominum actione, & ingenij humani natura,

De non meliorandis

rari sunt qui alienam filiam dotent, nisi cū est animus donandi. Nemo enim vult pecuniam suam in alium transfere, spe recuperandi eam. Quis enim, vel iustissimam causam fouens, ius suum pluribus annis cōsequitur? Quis tricis inuolui vult? aut quis debitum ingenuē soluit? Er. o alienam filiam dotans, si animum aliter nō declarat, videbitur dotare animo donādi, quisenim ad id beneficus est, vt tacitē vel ex sse nō testetur se velle repetere, si is sit animus?

18 ¶ Sed rogas, an hoc etiam verum sit, in matre dotante filiam absente patre, an in dubio videatur de suo dotare, nulla spe recuperandi à patre. Et certē si maritus captus est ab hostibus, vel longius abest, nō præsumentur animum donandi, sed matrem, veluti alterum patrem, & eandem personam cum patre, filiam collocasse, sperans maritum boni consulturum. Marito enim absente, vxor, & de facto, & de iure, māoris potestatem habet in rebus mariti, quā extraneus, idē dotando communem filiam, vtitur potestate quam iure coniunctionis, & mutui amoris, videtur habere circa res mariti, & gerit negotium eius, scilicet locat filiam.

¶ Supradicta autem, scilicet q̄ frater, & extraneus videntur habere animum donādi, etiam si mulier habeat patrē, ex mille circumstātijs immutari potest, ex quibus colligi potest animus, & vbi appareat dotātis consilium, ei stabo, vt vel repetitionem negem, vel concedam.

19 ¶ Illud tamen maximē notandum, quōd si frater dotans de per se dotauit animo donandi, & non gerendi negotium patris, q̄ filia mortuo patre, potest petere suam legitimam, vt per Afflict. consil. Sicil. lib. 3. tit. de success. filiorū, nu. 47. & ibi Ifernia. col. 9. Seco si dotasset de bonis patris, vt ibi, Si tamen dedisset de suo contemplatione patris dos etiam ab extraneo data censeretur profectitia, & est computanda in legitima, vt la. è per Alex. d. consil. 179. col. 1. lib. 5. Cinus. l. omnimodò. C. de inoffi. & ibi Sali. §. si. per illum textum. Ange. & DD. l. In quartam. ff. ad leg. Falci. Curti. iun. de fœudis. par. 3. nu. 43. Bertrand consil. 306. lib. 2. & consil. 381. col. 1. lib. 3. Cremē. sing. 82. Iacobin. de fœudis, verbo dictiq; vassalli promiss. non committere Fœloni. col. 16. Brunus, consil. 58. Et cum hac distinctione, intē ligendū q̄ scripsit, Afflict. decis. 160. q̄ si dos sit data ab extraneo, nihilominus

debetur dos de paragio, sed distingue cuius contemplatione dederit. Optimum tamē consilium est, vt frater declaret se dare de bonis sororis, & q̄ ipsa cōsentiat, ita Vincent. l. 1. nu. 37. ff. solut. matrim.

20 ¶ Nunc exequiamus secundam quæstionem, principalem partem, an scilicet frater dotans sororem mortuo patre, possit eam dotis ratione meliorare, ei scilicet tantā substantiæ partem dare, vt si filia esset censeretur meliorata.

21 ¶ Mouet quæstionem, lex & petitio Principi oblata, ibi, *Las dotes no pueden ser mas de la legitima que le vendria a la dotada si entonces se partiesen los bienes del dotador*: Nota illa verba *La legitima que le vendria a la dotada*: Nam frater non debet sorori legitimā, neq; ipsa partem facit cum filijs fratris, ex quo liquet legem loqui de filiabus, quibus parentes legitimam debent. Rursus inquit lex: *No pueda dar en dote a cada vna de sus hijas legitimas mas de, &c.* Filius autem & pater nomina sunt correlatiua, & cū lex loquatur in filiabus, supponit & est manifestum de patre sermonem facere.

22 ¶ Cum autem lex in dote data à patre loquatur, videtur non admittenda in fratre, præsertim cum sit correctoria, & eius verba deficient, & vbi verba legis nō quadrāt, non quadrat eius dispositio. l. 4. §. totiens ff. de damno infecto. Rursus faciūt illa verba. *Si entonces se partiesen los bienes del dotador*: Ergo loquitur in ea quæ partem facit, in bonis dotantis, soror autem non facit partē in bonis fratris. l. si fratres. C. de inoffi. testam. Deinde nota illa verba legis: *Ninguno pueda dar por via de dote, tercio, ni quinto, ni se entienda ser mejorada, &c.* Melioratio non quadrat nisi inter plures quibus hæreditas debetur, ille enim qui plus debita portione accipit, dicitur melioratus, vt supra dixi cap. 9. per plures numeros. de vnica filia, cum autē sorori, frater: nihil debeat, non quadrat in ea verbum *Meliorata*, neq; illa *tercio ni quinto*.

23 ¶ His accedit, q̄ prohibita meliorari à patre, non videtur prohibita meliorari à fratre. Nam prohibita succedere patri, nō videtur prohibita succedere fratri, autore Bal. c. 1. §. cū etiam. Titu. Episcopum, vel Abba. in vsibus fœudorum. Fulgo l. quanquā C. ad leg. Falci. Alexan. Aretin. & Ias. nu. 20. & 26. vbi dicit hanc communem. l. 1. §. veteres. ff. de acquir. possess. Capra. consil. 73. quidam Petrus in. 2. dubio. Iaso. l. 2.

nu. 7.

- nu. 7. C. de in ius vocan. Alexan. & Ias. in l. si is qui ex bonis. ff. de vulg. & pupi.
- 24 ¶ Sic mulier que renuntiauit bonis paternis, potest in eis succedere, postquam sunt fratris, nō enim iam dicuntur paterna, vbi primum frater successit. glo. l. 1. §. veteres ff. de acquir. possess. ita Ias. ibi nu. 23. vers. adde. Aretinus, ibi, & Ang. cōsi. §. 3. dominus Gilius. Roman. cōsi. 158. circa primū quo queritur. Guido Papæ, decis. 192. num. 4.
- 25 ¶ Ergo licet hæc lex prohibeat filiam meliorari à patre, non videtur prohibere meliorari à fratre, etiam si possideat bona patris, non enim iam dicuntur paterna. Sicuti dicimus in spurio q̄ potest succedere fratri ad quem deueniunt bona patris, licet non possit succedere patri, vt per DD. d. l. si is qui ex bonis. Vbi I. C. notabiliter habet posse patrē impuberi filio pupilariter substituere ad omnia bona filij cui ex bonis proprijs non posset vltra certam quantitatem relinquere, quod Bart. & omnes ibi exemplificant in filio naturali ampliātq; in filio spurio cui pater (saltem ratione legitime) nihil omnino relinquere posset, q̄ receptum est, vt per Alex. & Ias. ibi nu. 3. ex glo. in Auth. quibus mod. nat. effi. sui ad fi. §. vlt. verb. *Participium*, & est recepta sententia secundum Ripam in l. Lucius nu. 3. ff. de vulg. Bened. in c. Raynuntius, verb. *et uxorem*, nu. 690. Ducñas reg. 366. num. 12. & in. 2. limitat. vbi plures citat Pinel. in l. 3. nu. 2. l. C. de bonis mater. Ioan. Rojas in epitome successio. c. 11. à nu. 26.
- 26 ¶ Rursus hæc opinio probatur, quoniam hæc lex prohibet filias meliorari ratione dotis, statuta autem excludentia filias propter dotem, solum admittēda quoad bonum ad quem pertinet officium dotandi, quo argumento vtitur Ias. l. in ius vocare §. prætor ait nu. 9. ff. de in ius vocā. Christophorus Castellion. inter consilia Fulg. cōsi. §. 4. Bald. l. 1. C. de legi. hæredi. Dotare autem sororem nō est officium fratris. Frater enim nō cogitur dotare sororem. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admi. tuto. & l. sequenti. §. fin. ff. eod. tit. l. 1. §. præterea. ff. de tutel. & ratio. distrah. nisi non habeat unde se dotet, secundum glo. in d. §. cum tutor. Bart. & Bald. & Ias. in Auth. res quæ col. 3. in fine. vers. iuxta hoc nota. & col. 10. C. commu. de leg. Bart. in l. qui filium. ff. vbi pupil. & duca. debeat Cin. & Sali. in l. non omni. & ibi glo. C. de admi.

tuto. Bald. l. voluntas col. 2. C. de fideicom. & l. fin. col. 2. vers. sed nunquid frater. C. de dotis promiss. Guido decis. 96. in fine. vers. sexto quia etiam, & sing. 479. Boerius decisione. 129. nu. 7. Afflict. decisio. 371. num. 3. Ias. §. fuerat num. 105. instit. de actionib.

¶ Quod tamen verum in sorore consanguinea, hoc est ex parte patris, nō in vterina, ita glo. l. cum plures. §. cum tutor. per illū textum. ff. de admi. tuto. & ibi Bart. & Alberi. glo. l. non omni. C. de admi. tuto. & ibi Cin. Bald. Sali. & Bart. glo. in l. & nihil ff. de rem. vers. Communis, secundum Curti. in Auth. res quæ, nu. 19. C. commu. de leg. & ibi Bart. col. 1. vers. eodem modo dico. Bald. l. 1. col. 2. vers. sed quid in fratre, & ibi Alex. col. 7. vers. quid autem in fratre, vbi Ias. dicit ab hac opinione neminem discrepare, col. 7. vers. vltimo querit ff. sol. matri. Corrafi. l. qui liberos nu. 116. ff. de ritu nupt. communis, secundum Ripam. l. 1. nu. 83. ff. sol. matri. Benedictus cap. Raynuntius, verbo dotem, col. pen. & fin. Ang. Imola, & Alexan. l. à filia. ff. ad Trebel. Abb. cōsi. 12. col. pen. in. 7. dubio. Alexand. cōsi. 66. dōl. 1. lib. 4. Lupus in c. vestras. §. 24. num. 3. & §. 20. & tenendum nu. 4. Et est magis communis, secundum glo. l. 18. tit. 16. part. 6. Cui adde fratrem adeo cogi dotare sororem inopē, vt teneatur dotare etiam ad ingressum monasterij, autore Beroio quæstione. 113. nu. 6. & dicam infra cap. de monacha. & vide Affli. in constit. Neapol. lib. 3. tit. de successio. filio. nu. 411.

¶ Itaq; hæc opinio communis, q̄ frater sororem non tenetur dotare, nisi sit egena, & consanguinea, tunc enim frater dotare tenetur etiam si sit clericus: Ita Antoni. Imol. Abb. & Ancharr. in c. peruenit. de arbitris. Et cum bona conscientia potest eam dotare ex redditibus suæ ecclesiæ, argumento. c. 1. de cohabita. cleri. & mulier, & c. omnia iuncta glo. 31. distin. & cap. non satis. 88. distin. & notant Alexand. & Ias. in d. l. 1. ff. solu. matrim. in locis supra citatis Ias. in Auth. res quæ. col. 4. vers. item tamen. C. comm. de legat. Quinimò Alexand. dicit. l. 1. dicit q̄ tenetur dotare de redditu suæ ecclesiæ, quod refert & confirmat Boeri. decisione. 129. nu. 8. Lupus. c. per vestras. §. 24. nu. 3. fol. 10. cum sequentibus. de donat. inter virum & vxor. Decisi. Tolosan. 290. vers. quid de fratre: & notissimè

De non meliorandis

missimè profuso, & amplo sermone Lara de Cordoua, in l. si quis à liberis. §. idem recripsit à num. 9 §. ff. de lib. agnoscen. Cā p̄gius de dote. prima parte. q. 23. & 24. Beneficius. verbo: Dotem, col. pen. & fin. d. cap. Raynuntius, vbi dicit q̄ est dotāda etiam si sit ex h̄redata, Corrali. l. qui liberos nu. 118. ff. de ritu nupr.

29 ¶ Non videtur prætereundum, q̄ hodie. l. Regia. 18. tit. 16. part. 6. Simplicitate, & generaliter dicit, bona minoris alienari posse pro sorore dotanda, & significat hoc esse debitum necessarium, neq; distinguit an soror sit gena, vel consanguinea, vel vterina. Sed certè licet lex non distinguat, intelligi debet iuxta l. cum plures. §. cum tutor. ff. de administ. tutor. à qua est desumpta quæ loquitur in sorore ex eodem patre nata. de quo vide latissimè per Greg. Lopez in d. l. 18. glos. 3. per totam hanc questionē (sicut cetera) de h̄rentem pro sui ingenij subtilitate. Leges enim Regiæ, (quas quòd sint in septem partem distributæ) appellamus Partitas, ius Romanum Hispanica lingua referunt. Quod si quando non ita distinctè loquuntur, non idè nouate intelligēdæ sunt, sed explanari debent, iuxta l. ius Ciuile, à quo sunt desumptæ.

30 ¶ Quòd tamē attingit ad vterinam, videtur etiam dotandam à fratre, nam frater sororem vterinam alere tenetur, autore Cin. l. 1. q. 2. C. de alien. libe. Bald. l. qui filium. ff. vbi pupi. educa. debe. per eum textum generaliter loquentem in fratre. Alexand. l. à filia. ff. ad Trebel. & in l. 1. ff. solu. matrim. In Auth. res quæ. col. 4. ver. terra est. C. commu. de lega. Imola. r. ff. 3. ff. solu. matrim. Lara de Cordoua, vbi proximè nu. 88. Dominus Ludouicus, Molin. de Hispan. primog. lib. 2. c. 1 §. à nu. 59. & alij plures huius sententiæ autores quos refert, idem Lara de Cordoua, in loco supracitato. Quod si tenetur alere, ergo, & dotare, hoc enim argumento vtitur glo. in d. l. nō omni. Bart. in d. l. cum plures. §. cum tutor Cin. & Bald. in l. neq; mater. C. de iur. dot. Cin. & Sali. in d. l. non omni. Bart. l. fin. C. de his. quibus, vt indig. Sali. in Auth. res quæ in. 4. q. Dos enim & alimenta æquiparantur, vt per Bart. l. si certis annis, circa medium. C. de pact. l. si cum dotem. §. sui autem. ff. solut. matr. l. vbi adhuc. C. de iure doti. Lara. d. l. si quis à liberis. §. si vel patres nu. 10. & seqq. ff. de liber. agnosc. Abb. in c. cum haberet de eo qui duxit in vxor.

quam pollu. per adult. nu. 5. Bart. in l. si. ff. de his quibus, vt indig. nu. 7. Xuar. in repetitione. l. quoniam. C. de inoffi. testa. in 2. limitatione ad l. fori. nu. 3. Tiraq. de primogen. q. 62. num. 4. et. 5. & Molina cod. tract. lib. 2. c. 1 §. nu. 8.

31 ¶ Qua ratione, videtur fratrem cogi dotare sororem vterinam, saltim vsq; ad alimentata, habito respectu, q̄ semel soluere dotem etiam diuitibus durum est, alimenta autem ad vitæ subsidium sensim præstare, non ita est difficile. Idè iudex prudenter, inspectis circumstantijs facultatum, & personæ vtriusq; fratris, rationem excogitabit qua vterinam dotet, vsque ad quantitatem alimentorum, ita sentit glos. 3. in d. l. 18. tit. 16. part. 6. Cuius opinio confirmatur, quoniam cum inter doctores disputatur, an mater teneatur dotare filiā vterinam, Alexand. l. 1. num. 21. ff. sol. matrim. scripsit, q̄ tenetur dotare saltim, vsq; ad alimenta, cum vsque eam alere teneatur. Cuius moderatio placuit, Curtio iuniori in Authent. res quæ. num. 4. Sic cum disputatur an filia naturalis sit dotanda à patre. Alexand. in l. 1. nu. 18. ff. solu. matrim. scribit q̄ saltim est dotanda, vsq; ad alimenta. Itaq; non est nouum, cum res est dubia, dotem alimentis exequare. Præsertim autem hæc opinio amplectenda, q̄ sapit Christianam charitatem, & sceminarum inbecillitati fauet. Frater autem possessor maioratus qualiter teneatur dotare sororem dicam infra.

32 ¶ Redeundo ad propositam questionem, videtur fratrem posse dotare sororē ultra præfinitionem, & taxam huius legis, quoniam extraneus censetur, omnis ille qui non habet dotatam in potestate. l. vna. §. extraneū. C. de rei vxor. actio. Extraneus autem potest amplissimè dotare sceminā, autore Romano consi. 219. col. fin. vers. tertio dum non sit fraus, & probatur ex Corneo. consi. 290. col. 14. vers. deueniendo ad finem. lib. 3. Et satis probatur ex verbis huius legis, quæ de patre, & filia loquuntur, ergo à verbis non recedendum.

33 ¶ Quid ergo, probanda ne est hæc sententia? Certè durissimum & irrationabilè videtur, vt qui non potest meliorare filiam, possit meliorare sororem. Si enim in fauorem filię non possum ceteris filijs præiudicare nomine dotis, cur possum in fauorem sororis? Et hoc est fortissimū fundamentum,

mentum. Filix enim legitimam debeo, & in meis bonis ius habet. Sorori nihil debeo. Ergo quod non possum facere pro filia, cur possim facere pro sorore?

34 ¶ Distingue, aut frater habet filios, vel filias, vnum, vel plures, & certè sorori nihil potest dare ultra quintam bonorum partem. Moueor duplici ratione. Primo, quia si tertiam non potest dare propriæ filix ratione dotis, in præiudicium filiorum, multominus poterit dare sorori. Cur enim quod filix dare prohibetur dare poterit sorori? Secundo quoniam omnis substantia patris excepta quinta parte est legitima filiorum. Et ultra quintam non potest legare, vel donare in præiudicium filiorum. l. 28. Tauri, quæ habetur. l. 12. tit. 6. lib. 5. Recopil. Declarat Roderic. l. quoniam in fine. C. de inoffic. testam. glos. l. 8. tit. 4. Part. 5. in verbo *A otro*, Et licet illa lex Tauri loquatur de donatione facta descendenti, idem, & multò fortius in donatione, quæ fit extraneo, vt declarat Cifontanus, Gomezius, & Lupus, ibi, & glos. d. l. 8. tit. 4. Part. 5. Soror autem non est descendens, & sic lex Tauri loquitur in fortioribus terminis, ergo in præiudicium filiorum non potest dotari à fratre ultra quintam.

35 ¶ Quod comprobatur, quoniam dotis constitutio facta alij quam filix, dicitur mera donatio, vt per Ias. consi. 171. col. 5. vers. bene verum, lib. 4. qui citat Bart. & Salic. l. fin. C. de iure doti. Paul. l. vna. C. de inoffic. dotib. Quod est verissimum, nam cum frater non teneatur dotare, donari videtur quod nullo iure cogente conceditur. l. donari. ff. de reg. iuris. Et probatur in l. vna. §. accedit. C. de rei vxor. actione. Et dixi supra, cap. 9. à num. 84. notat Camp. de dote. 1. part. quæ st. 55. Et sic donatio ad dotem, facta à fratre, sorori, vel à sorore, fratri, ad nuptias: reuocatur ex superuenientia liberorum, autore Bertrā. consi. 383. viso casu. lib. 2. & consil. 157. siue donatio. lib. 2. Molin. de donatio. factis in contractu matrim. num. 64. & num. 71. & probaui supra cap. 10. num. 102. vers. *Sed hic attende*, Quod certè non fietur si non esset donatio simplex, vt latè probaui supra cap. 9. num. 63. ver. *His ita definitis qui l. sentendum de amplissima dote.*

36 ¶ Limitabis tamen supra dicta, quando frater dotaret sororem consanguineam & ægenam, tunc enim, ultra quintam dare

potest. Quoniam non est donatio simplex, sed donatio ob causam, scilicet facta ob necessitatem, & obligationem quam lex imponit: tunc enim quoad soluendum debita, lex non præfinit summam patri, legitima enim filiorum dicitur deductis debitis, vt in l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. testam. Et hoc casu frater dotare poterit, ultra quintam, si quinta non sufficiat congruæ dori, neq; filij conquiri possunt, vt est manifesti iuris quoniam est æs alienum, vide Socin. consi. 35. col. 2. nu. 2. vers. secundo confirmatur, lib. 4.

37 ¶ Dos autem sororis congrua dicitur, arbitrio iudicis, inspecta dignitate gentis, numero filiorum fratris, & quantitate facultatum, iuxta ea quæ late dixi capite primo. Licet autem possit sorori dare ultra quintam, non tamen poterit dare tertiam, si meliorat ratione dotis (hoc est si tertia tantum valet, vt si esset filia censeretur accipere plusquam legitimam) & sic meliorari. Neque etiam posset dare quintam, si quinta tantum valet, & dotans tot filios habet, vt soror (si filia esset) videretur accipere supra legitimam. Non enim soror debet esse melioris conditionis quam filia. Itaque taxationi legis stabo, cum enim dos filix quam pater natura diligit plusquam sororem, & cui plus debet in suis bonis quam sorori, non possit excedere summam hic præfinitam, multominus poterit excedere dos sororis.

38 ¶ Notandum autem, quod dos data sorori ægenæ, non reuocatur ex natiuitate filiorum in totum, quoniam non est donatio simplex, sed facta ob necessitatem legis, quo casu cessat dispositio. l. si vnquam, vt late dixi supra cap. 9. num. 63. vers. *His ita definitis*, vbi pro quâ portione rata maneat: In casibus tamen in quibus filius simul cum patre dotat sororem animo donandi, mera donatio est, & reuocabitur ex natiuitate liberorum ex dictis supra num. 35. & in locis ibi citatis.

39 ¶ Illud tamen longo indice notandum, quod si pater instituit in mea persona primogenium, & in eum contulit tot bona, vt sorori meæ, filix testatoris, non remaneant alimenta ex quibus se possit alere, vel dotare, certè ego frater etiam de bonis maioratus teneor sororem dotare, vt notat Rodericus. l. quoniam in secunda limitatione legis Regiæ col. 15. vers. ex

M qui

De non meliorandis

- quibus infertur. C. de inoffic. testam. Lupus in cap. per vestras. §. 24. an auus. num. 4. versic. ex hoc infertur ad vnum singulare. de dona. de qua materia dixi supra cap. 8. Nam hoc casu soror dotanda est, supra legitimam à patre ei debitam, si legitimatam tenuis est, vt non sufficiat alimentis, vt docui supra cap. 8. num. 28. & hoc casu non dicitur accipere supra legitimam ratione dotis, sed ratione alimentorum, vt ibi dixi. Frater enim ad eò tenetur alere sororem, vt etiam si soror dotem habeat, debet ab eo alii, vt dote non diminuta melius nubat, ita piè scripsit Lupus cap. per vestras. §. 20. num. 4. & §. 24. nu. 4. de donat. inter virum & vxor Casfan. in consuetud. Burgund. rub. 7. §. 12. verbo, *Viuans*, num. 3. Beroyus quæst. 11. num. 4.
- 40 ¶ Quoad secundum casum, scilicet quando frater non habet filios, vel filias, certè potest amplissime dotare sororem, etiam in præiudicium aliarum sororū, quoniam nulli debet legitimam, & potest bona sua extraneis dare. l. si frater. C. de inoffic. testam. & nullus potest conqueri se grauari, idè cessat hæc lex, vt dixi supra cap. 9.
- 41 ¶ Non obstant in contrarium adducta, nā, vt dixi cap. 2. potissima huius legis ratio est, ne fiat præiudicium legitimæ cæterorum filiorum, & cum dotando filiam non possit cæteris præiudicare, multo minus dotando sororem, & cum ratio legis est generalior verbis, certè extenditur ultra casum legis, vt per DD. in Authent. quas actiones. C. de sacro san. Eccles. Et in sorore est æquissimum legem hanc practicari cum praticetur in filia. Non obstat etiam, quòd prohibita succedere patri, nō videtur prohibita succedere fratri. Quoniam hoc statutū non est seruandum si sint filia hæredes necessariae fratres, tunc non poterit instituere sororem, nisi iuxta distinctionem supra factam. Hæc autè lex facta est ne legitima cæterarum filiarum, & filiorum minuatur ex melioratione, & cum frater habeat filias, certè non magis poterit meliorare sororem quam filias.
- 42 ¶ Non obstat quòd hæc lex intelligenda in eo cuius officium est dotare, quoniam id argumentum est falsum, vt docui cap. vndecimo loquendo de matre ad quā non pertinet onus dotandi. Non obstat quòd extraneus amplissime dotare potest, quoniam si habet filios non potest dotare ultra quintam, quoniam est mera donatio, & non donat ultra quintam. l. 28. Tauri, quæ habetur. l. 12. tit. 6. lib. 5. Recopil. & reuocatur superuenientibus liberis, vt per Alexand. consil. 71. lib. 4. & docui supra cap. 10. num. 102. Ex his apparet, quid in hac specie sentiendum.
- 43 ¶ Nolim autem cuiquam scrupulum facere, quod supradixi, fratrem posse in dotem dare sorori, quintam, etiam si ægena non sit. Forfan enim obijciat, aliquis, quòd hic prohibetur melioratio in tertia, & etiā in quinta: sed respondeo quòd hic loquitur lex de filia, quæ supra legitimam non potest pro dote accipere quintam, soror autem, non habet legitimam in bonis fratris, neq; supponimus fratrem ei dare quantitatem parem legitimæ vnus filia, & insuper quintam. Rursus, licet frater det quintam, non idè soror dicitur meliorata. Nam meliorata dicitur filia, vel filius, cui datur aliquid supra debitum. Sorori autem nihil debetur, in re fratris, iure legitimæ. Idè donataria dici potest, vel creditrix, si sit ægena, non vero meliorata, licet hoc verbo vsus fuerim, ad commodiorem explicationem.
- 44 ¶ An autem si dotaui sororem in mille solvendis de bonis sororis meæ, & de eius prædijs, possim ego cogi soluere, si illa nolit prædia sua in dotem dari, vide Vincenzium Herculan. l. 1. num. 30. ff. solut. matrimon. Bald. l. fin. ad finem. C. de dot. promiss. Arium. l. 27. Tauri. num. 50. quæ latius non exequor, quoniam non est satis aptum, proposito argumento. Illud tamen adde, quòd petens dotem, est interim alenda à fratre, vt per Afflict. decis. 11. Cassane. in consuetud. Burgund. rubri. 7. §. 12. num. 26.
- 45 ¶ Nunc videamus, quatenus filius possit dotare matrem. Et certè si filios habet, non potest eis præiudicare ultra quintam, vt in l. 27. Tauri, quæ habetur. l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopil. Nam si dos data à matre filia, dicitur donatio, & est donatio, quia mater non cogitur dotare filiam, vt per Salic. Bart. Ba'd. & Paul. l. vna. C. de inoffic. dotib. C. apog. de dote. 1. parte quæst. 55. multo magis dos data matri à filio, dicitur & est donatio. Nam filius non cogitur dotare matrem, vt statim dicam. Et cum propriam filiam meliorare non possit, multo minus poterit tam amplè dotare ma-

matrem, vt videatur meliorata, vt supra dixi in sorore. Si tamen filius, filios non habeat: potest amplissimè dotare matrem, nimirum nullo existente, cui legitimam debeat, nec qui se læsum clamare possit, quòd latè comprobauit supra cap. 9. Et probatur, quia ratio potissima huius legis, est ne fiat præiudicium cæteris filijs.

46 ¶ An autem filius cogatur dotare matrem, communis opinio est quòd non. l. 1. §. præterea. versi. sed si munus. ff. de tute. & ratio. distrah. & ibi Bald. idem in. l. 1. prope finem. C. de inoffic. donatio. & in. l. si vineæ per illum textum. C. de præscrip. long. tempo. & in. l. qui liberos. ff. de ritu nup. Benedict. cap. Raynuntius. ver. Dotē, num. 70. de testam. Angel. l. 1. col. 1. versic. adde quòd filij. ff. soluto matrim. & ibi Alexand. col. 5. Ripa. num. 82. Ias. §. fuerat, num. 121. Instit. de actio. Corrafi. l. qui liberos num. 115. ff. de ritu nupt.

47 ¶ Mouentur, quoniam non debet cōferre filius ad suam contumeliam, nam mater secundo nubens videtur ei facere iniuriā, vt in Authent. de non ehgen. secund. nuben. §. Gregoriana. l. tutor secundum dignitatem. §. fin. de administ. tuto. Auth. de nupt. §. soluto. & §. si nō expectet. col. lat. 4. ergo filius ad talia non tenetur. Si tamen mater esset inops, contrariam opinionem probat, Imo. l. 1. ff. soluto matrimonio. & si cum paupertate concurrat iuuenta, & formæ grata, ita quòd pudicitia periclitabitur nisi nubat, certè filius, vt maiorem iniuriam effugiat, scilicet ne mater corpus suum prostituat, videtur cogendus eam dotare. Ita docet, Benedict. in repet. dict. cap. Raynuntius, verbo *Dotem quam ei dederat*, num. 70. versic. vnde de æquitate. de testam. Nouell. de dote. 6. parte priuileg. 16. Boerius, decisione. 129. num. 10. Tiraquel. de primogenijs, quæst. 62. num. 13. Ripa. l. 1. nu. 82. ff. soluto matrimo. Vbi piè, & prudentè loquitur, dicens, quòd qui tenetur succurrere vitæ, tenetur succurrere famæ, cum par censeatur vtriusque periculum. l. iusta, & ibi glosa. ff. de manu. vindic. Et ea pietas debet esse filiorum erga matrem, quæ matris erga filios. l. furiosæ matris. ff. de cura. furio.

48 ¶ Sed Corrafi. l. qui liberos, num. 115. ff. de ritu nupt. contra sentit, etiam si mater sit iuuenis, quia versatur eadem ratio iniuriæ, quòd, quando est senex, & quòd idcò filius non tenetur conferre ad suam

iniuriam. Sed prima opinio magis communis, & æquior est, adde etiam prudentior. Nam secundo nubere, leuissima iniuria est, si ad impudicitiam conferatur, imò ne iniuria quidem est, impudicitie composita. Quis probro dedit filijs quòd mater secundo nupsit? at frequentissimè cælibatum profiteri coguntur, quæ ex matre post viduitatem impudica nascuntur, neq; maritum inueniunt, quod multò maius damnum est, quam iactura pecuniolæ, qua matri cui tot debemus: confultur.

49 ¶ Ex quo inferitur, hanc opinionem vtiliorem esse, cum publicæ morum causæ, tum ipsis filijs, è duobus enim malis minus est eligendum, cap. nerui testiculorum 13. distinet. l. quoties nihil. ff. de regulis iuris. Addendum autem, quòd Tiraquel. lege connubiali. 2. glos. 9. requirit, vt mater sit iuuenis, pauper, & deformis, vt filius teneatur dotare. Quoniam pulchritudine excitatur libido, sed certè, vt fateor formæ gratiam: esse libidinis incentiuum, ita nego necessarium esse, vt sit pulchra. Non enim hanc rem definimus ex pulchritudine, sed, vt succurramus periculo matris, & iniuriæ filij.

50 ¶ Vbi ergo periculum fuerit, ibi antidotum dotis ad moueri oportet, etiam si mater pulchra non sit. Et certè satis ad matrimonium trahi videtur, & carnis titillatione agi, quæ filium in ius vocat, vt se dotet. Fateor tamen certius esse periculum in pulchra, quam in formosa, & libentius ad libidinem eam duci. Pulchritudo enim cum pudicitia bellum inter se exitiale, inexpiabile, & internicinum gerunt, adeò vt lis inter vtramq; propè perpetua sit: id genus multa adnotauit Tiraquel. de legib. connub. l. 2. num. 6. & canit Ouidianus ille Paris.

Lis est cum forma magna, pudicitia.

¶ Quadrantq; in ea vulgare illud, *Facile est proclive plaustrum perculere.* Intelligenda sunt hæc, in filio diuiti, sed non ex paterna hæreditate, ne forte nobis obijciatur Authent. præterea. C. vnde vir, & vxor. de quo Benedictus, dicto cap. Raynuntius. verbo *Dotem*, num. 70. ad fin. de testament. Quoniam alias si superessent bona paterna vxore existēte inope, & sine dote, tunc locū haberet dispositio. d. Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor.

M 2

¶ No-

De non meliorandis

51 **N**otandum tamen, quòd hoc casu quo filius cogitur dotare matrem, non poterit ei tantum dare, vt videretur meliorata si filia esset. Quia cum propriam filiam meliorare non possit, multò minus matrem, sed res arbitrio iudicis definitur, inspectis facultatibus numero liberorum, regionis consuetudine & dignitate gentis, vt dixi supra, cap. 1.

S V M M A.

1 **P**rohibitio de non meliorando filiam dotis ratione.

An sit seruanda per patrem, etiam si omnes omnino filij, & filia sint naturales? Et num. 2. §. 15. & 17.

Et quid in matre num. 10. & 11.

3 Filij naturales iure nostro Regio in quota succedant patri.

Et an legitima debeatur necessario?

4 Filij naturales ex matrimonio illegitimo progenerati, An possint reuocare donationem omnium bonorum factam à patre. & nu. 6.

Et An legitimi eam reuocaret possint?

7 Filiorum appellatione. An veniant naturales.

9 **C**ausa præcipua attendenda est.

L. hac adiectali. C. de secundis nupt. quæ limitat dotes fauore filiorum, An locum habeat quando filij sunt naturales?

Donatio inter patrem, & filium, quæ aliàs est inualida. An valeat si filij sint naturales?

11 **D**ispositio. l. si vnquam. C. de reuocand. donat. quæ reuocat donationem ex natiuitate filiorum. An in matre praticetur, si ei nascatur filia naturalis?

Et an habeat locum in dotibus? remissiuè?

13 **D**ispositio. l. hac adiectali. C. de secund. nupt. quæ iubet vt mater secundo nubens: non possit, secundo marito in dotem dare, plusquam vni ex filijs primi matrimonij. An habeat locum, quando filij sunt naturales.

Intellectus. d. l. hac adiectali. C. de secund. nupt.

14 **R**atio. l. si est generaliter lege, lex extenditur, vltra casum in eam comprehensum,

15 **F**ilia naturali citra quintam partem bonorum alimentis necessaria detur in dotem refecari. An possit illud quod quintam excedit?

16 **F**ilia spuria. An sit dotanda?

Et an pater cogatur, eam dotare pro ingressu monasterij?

18 **M**asculi, qui per statutum excludit fœminas. An habeat locum statutum si masculi sint naturales.

Et quid in legitimatis: num. 20.

Naturales filij an reuocent donationem omnium bonorum factam filio.

Et quid in fraudulenter alienata per patrem.

19 **N**aturalis legitimatus. An faciat, nè soror legitima dotis ratione meliorari possit, & numero. 20.

21 **L**egitimatus. An sit suus hæres?

An legitima ei debeatur?

An rumpat patris testamentum si prætereatur.

22 **L**egitimatus. An reuocet inmodicas patris donationes?

Dispositio legis hac adiectali. An locum obtineat quando filij sunt legitimati?

23 **P**ater habens filiam legitimam, & naturalem, & filios arrogatos seu adoptatos. An arrogati faciant nè soror legitima & naturalis dotis ratione melioretur? & numero. 24.

Datus in arrogationem non amittit ius suum aduersus bona patris naturalis.

25 **A**rrogatis seu adoptatis. An legitima debeatur?

Statutum excludens fœminas stantibus masculis. An habeat locum in filijs masculis arrogatis.

Verbum Filijs, positus in aliqua lege intelligitur de filio naturali & legitimo.

Dispositio. l. cum acutissimi. C. de fideicommissis. An habeat locum in arrogatis?

26 **D**ispositio. l. hac adiectali. An habeat locum in arrogatis.

27 **F**ilio adoptiuo, verum aliquid pater cogatur relinquere?

Emphiteosis ab aliquo accepta pro se & filijs: An intelligatur in adoptiuis?

Contra-

Contractus difficilius irritantur quam testamenta.

28 *Filia legitimata. An melioratio fieri possit in præiudicium legitimorum.*

¶ An dispositio huius legis, seruanda sit, si omnes filij, & filia sint naturales, an scilicet tunc pater, vel mater possint filiam dotis ratione meliorare, & an fratres naturales, vel legitimati, vel adoptati, impediant filiam unicam legitimam, meliorari dotis ratione. Cap. XIII.

I **D**ISPVTARI solet, an prohibitio de non meliorando filia, ratione dotis, seruanda sit, etiam si omnes omnino filij, & filia sint naturales. Mouent quæstionem verba legis, ibi. *No pueda dar a cada vna de sus hijas legitimas.* Ex quibus videtur, legem hanc, & eius prohibitionem loqui de filiabus legitimis, in naturalibus autem cessare prohibitionem legis, & posse amplissimè dotari. Distingue, aut omnes filij, & filia sunt naturales, aut est aliquis legitimus. Primo casu, videtur filiam naturalem non posse meliorari, cum enim legitima meliorari non possit, cur naturalis possit? Cur sit melioris conditionis quam legitima? Deinde, hæc lex non solum in fauorem liberorum, sed etiam in fauorem parètuum condita videtur, qui volentes, nolètesq; patrimonium dotandis filiabus exhaurire coguntur, quæ ratio viget etiam si omnes filij, & filia sint naturales.

2 **A**equidè, hæc quæstio dubia est, & probabilius videtur legem hanc, non seruandam in filia naturali, si cæteri omnes liberi naturales sint. & pater dotet. Moueor, ex verbis legis, ibi: *No pueda dar a cada vna de sus hijas legitimas.* Ergo si legitima non sint, opulentiùs dotari poterunt, ita enim probatur à contrario sensu. Quauis arbitrator genuinum sensum horum verborum esse, vt summæ dotium hic præfinitæ dari

possint filiabus legitimis, non autem naturalibus, stantibus legitimis. Sed rursus hæc opinio præbatur, ex illis verbis: *No pueda dar tercio, ni quinto, ni se entienda ser mejorada,* Hoc verbum *Mejorado*, non quadrat nisi inter filios quibus hæreditas debetur, vt supra dixi cap. 6. num. 7. & quia accipit plus debito, dicitur melioratus, alioquin extraneis inæqualibus portionibus institutis qui maiorem portionem accipit dicitur melioratus: quod est falsum: imò omnes præposterè dicentur meliorati:

¶ Deinde nota illa: *No pueda dar tercio, ni quinto*, quæ solum filiis legitimis quadrat, quibus iuxta legem Regiam pater tertiam partem prælegare potest: vt probatur ferè per totum tit. 6. lib. 5. Recopil. in quo habetur transcriptæ leges Tauri de hoc loquentes. Inter naturales autem, non quadrat, cum eis hæreditas paterna non debeat, & sic omnia gratis accipiant. Iure vero nostro Regio stante etiam legitima prole, succedunt filij naturales in quinta bonorum parte quam in vita pro alimentis dare, vel in morte relinquere patri permisum est. l. 9. tit. 5. lib. 3. fori. l. 1. tit. 6. cod. lib. 3. Fori. l. 9. 10. 12. & 28. Tauri, quæ habentur. tit. 8. lib. 5. Recopil. Ioann. Rojas in epitome successio. cap. 11. num. 35. & latè Matienço in. l. 9. tit. 8. lib. 5. Recopil. ferè per totas glossas.

4 **P**ræterea, hæc opinio probatur efficacissimè, ex. l. si totas. C. de inoffic. donatio: vbi probatur quod filij naturales ex matrimonio illegitimo prognati, non possunt reuocare donationem omnium bonorum factam à patre, licet si legitimi existerent, eam reuocare possent, vt ibi probatur, & notant Angel. Bald. & Salic. ibi Bald. l. defuncto. C. si quid in fraud. patro.

5 **E**rgo licet immodica dos detur à patre, filia naturali, cæteri filij naturales non poterunt eam reuocare, ex dispositione huius legis, quoniam liberum est patri omnes facultates donare in præiudicium filiorum naturalium, neq; ipsi donationem impugnaverunt. Quod si donationem non impugnant, multo minus impugnabunt dotem, quæ titulus onerosus iudicatur respectu mariti, vt infra dicam, & ex qua sustinenda sunt onera matrimonij, & huic argumento, nescio an commodè respondere possit.

6 **H**is accedit, quod dispositio. l. si vnquam. C. de reuoc. dona. quæ reuocat donationem ex-

De non meliorandis

natiuitate filiorum, non admittitur quando facta donatione nascitur filius naturalis, secundum Bart. Angel. & Paul. in Authent. ex causa. C. de libe. præ te. vel ex hæred. Tiraquel. l. si vnquam verbo *susceperit*, nu. § 1. melius, nu. 4 §. Molin. ad Alexand. confi. 40. lit. B. lib. 4. His congruit, q̄ potissima ratio huius legis est, ne cæteri filij damnium patiantur ex immodica dote sororis, vt latè probaui cap. 2. & 7. Naturalibus autem, legitima non debetur necessario, glos. l. 1. ff. de contrah. tabu. Bald. l. si. C. de natu. libe. Ang. in Authen. quibus modis. natura. effici. l. i. §. si. Bart. l. Gallus. §. etiam si parente, col. 1. ff. de liber. & posth. Bald. l. 1. C. quorum bono. Aretin. lex facto. col. 9. ff. de vulg. & pupil. Alexand. l. in pupillari, col. si. ff. eod. tit. & quota debeatur Iure Regio, dixi supra num. 3. Igitur dos filie data (etiam amplissima) non poterit à naturalibus reuocari, etiam si filia ipsa naturalis sit.

7 ¶ Postremò, cum hic casus omissus sit (nec enim ei quadrant verba vel ratio legis) stãdum est dispositioni Iuris communis. Hoc mihi videtur verius. Et cõprobat, quoniam hæc lex loquitur de dotibus filiarũ. Appellatione autem filiorum nõ veniunt naturales, præsertim cum lex facit mentionem de filijs, ita Paul. & Ias. l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. Ang. Imol. & Rapha. in. l. cum acutissimi. C. de fidei commis. Corne. in d. §. cum autem, & cõsi. 1. col. pen. lib. 4. Deci. l. precibus col. §. C. de impub. & alijs.

8 ¶ Non obstat q̄ filia naturalis non debet esse melioris conditionis quam legitima, quoniam hic non definitur quæstio: ex eo q̄ sit melioris conditionis, sed q̄ pater filiorum naturalium liberior est, nimirum cum nulli naturalium debeat legitimã, vt supra dictum est nu. 3. Itaq; pater liberior est, non filia melior. Item liberi naturales, peioris conditionis sunt, cum in eorũ præiudicium soror naturalis amplissimè dotari possit.

9 ¶ Non obstat, q̄ hæc lex est etiam facta in fauorem parentum, quoniam præcipua ratio est fauor filiorum, & inspiciendum est quod principaliter agitur, vt latè probat Iaso. in. l. si quis nec causam. ff. si cert. petat. Vltimo hæc opinio comprobatur expressè, & efficacissimè, quoniam. l. hac ædictali. C. de secund. nupt. quæ limitat dotes, fauore filiorum, non habet locum, quando

filij sunt naturales. l. cum pater. §. mater ff. de leg. 2. & ibi Bald. Alexand. & Roman. in. l. mulier quæ. ff. ad Trebel. Cremenf. sing. 89. Roman. sing. 232. an. l. hac ædictali. Jacob. Zocn. in. c. per venerabilem qui filij sint legit. & est communis, secundum Bertrand. in repet. l. hac ædictali, nu. 4. C. de secund. nupt. Facit etiam quòd donatio prohibita inter patrem & filium: valet si filius sit naturalis. Barto. l. omnes. §. Lutius. ff. quæ in fraud. cred. Roman. cõf. § 43. Crotus. l. frater à fratre, nu. 70.

I C ¶ Venio ad secundam quæstionis partem, scilicet an mater possit filiam naturalem dotis ratione meliorare si cæteri omnes filij, & filie sint naturales. Et verius videtur q̄ non possit, quoniam Iure Ciuili, & Canonico filij naturales sunt matri hæredes necessarij. l. si suspecta. §. de inofficioso ff. de inoffi. testam. & ibi latè omnes DD. glos. in. l. si qua illustris, & ibi per repetentes. C. ad Officia glo. in. c. nisi cum pridem. verb. Manzeres. de renũtia. Et naturales, quoad matrẽ, habent priuilegia legitimorum, & in eis seruanda est dispositio. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. vt per Alexan. ibi nu. 6. Et succedunt ab intestato cognatis matris, exclusis cognatis legitimis, si sint in gradu remotiori l. si. tit. 13. part. 6. Afflict. decisio. 96. nu. 9. Cifontanus. l. 9. Tauri, num. 12. & adueta supra hoc ipso capite nu. 3.

I I ¶ Postremò, hæc opinio probatur, quoniã l. si vnquam, quæ reuocat donationem ex natiuitate filiorum, præficatur in matre, si ei nascitur filia naturalis, licet secus in patre, vt latè per Tiraq. d. l. si vnquam, verbo *susceperit liberos*, nu. § 1. C. de reuocan. donatio. Dispositio autẽ eius legis, etiam habet locum in dotibus, vt dixi supra. c. 9. Igitur cum patia sint, reuocari immodicã dotem natiuitate aliorum filiorum, quòd à principio non posse dari, certè hæc ratio apta, & efficax est, quam latè prosequitur Tiraq. d. num. § 1. & inde sequitur matrẽ non posse meliorare filiam naturalem, in præiudicium aliorum liberorum naturalium.

I 2 ¶ Rursus hæc opinio probatur, quoniam cum filijs naturalibus necessario debeat legitima matris, viget in hoc casu ratio huius legis, scilicet ne legitima cæterorum filiorum minuatur immodica sororis dote.

I 3 ¶ Vrget tamen in contrarium, quòd dispositio. l. hac ædictali. iubens, vt mater secundo nubens

nubens non possit secundo marito in dotem dare plus quā vni ex filijs primi matrimonij, non habet locū quando filij sunt naturales, tunc enim mater maiorem dotem dare potest iuxta communem opinionem supra relatam, nu. 9. vers. & hæc opinio comprobatur. Ergo idem videtur dicendum, cum dotat filias. Sed responde, q̄ ibi, illud disponitur: non solum in fauorē filiorum sed etiam in pœnam secundo nubentis, idcō cum habens naturales non habeat filios ex primo matrimonio, non potest dici secundo nubens, neque est digna pœna, sed præmiō, neque filios afficit iniuria, sed potius honorat, corrigendo vitam præteritam iornamento matrimonij. Item illa lex expressè cordita est in fauorem filiorum legitimorum, loquitur enim de filijs primi matrimonij, ergo legitimis, idcō non habet locum in naturalibus. Item ibi non tollit filijs legitimam. Sed solum non dat supra legitimam vnus, hic autem si melioraret filiam, minueret legitimam ceterorum filiorum quod est iniquum.

14 ¶ Nō obstat quod hic casus videatur omisus, quoniam si ratio legis est generalior lege, lex extenditur ultra casum ex verbis comprehensum, vt per Ias. in Auth. quas actiones. C. de sacrosanct. Ecclesi. per Alexand. l. si constante. ff. solut. matrimo. Hic autem adest eadem ratio, quoniam mater non minus debet legitimam naturalibus, (si legitimis nō habet) quam ipsis legitimis. Imō est, maior ratio, cum enim filia legitima ex casto matrimonio prognata, non possit meliorari, à matre: cur meliorari poterit naturalis nata ex iniquo, ac Deo ingratū coitu, in præiuditiū fratrum, quibus mater non minus debet, quam si legitimi essent.

15 ¶ Illud est manifesti iuris, quod vnus filius, vel filia legitimi, & naturales, efficiūt: ne filia naturalis dotari possit etiam vsque ad summam hic præfinitam, quoniam hæc lex de dote filiarum legitimarum loquitur, vt patet ibi: *A cada vna de sus hijas legitimas*. Si ergo sint filie naturales, & vnus legitimus, certè filia naturalis non potest dotari nisi vsq; ad quintam partem bonorum, quæ ad alimenta legari vel donari potest. l. 9. 10. 12. & 28. Taur. l. 9. tit. 5. lib. 3. fori. l. 1. tit. 6. cod. lib. 3. fori. & quæ scripti supra num. 3. quod si quinta non sufficiat ad alimenta amplius dabo; vt docui supra. c. 8. num. 28. Quod si supra quā-

titatem necessariam ad alimenta detur in dotem, ita quod excedat quintā, certè refecabitur tanquam nimia, Ripa. l. i. nu. 68. ff. solu. matrim. Bart. l. fin. §. si à focero. ff. quæ in fraud. credito Bald. in Authen. ex complexu. C. de incestis. nup. Angel. in. §. iteni si quis. in fraudem. Instit. de action. Lupus. c. per vestras. §. 24. de donatio. nu. 12. Couar. super. 4. de sponsal. c. 8. §. 6. nu. 12. Capiti. decisio. 181. num. 1. Bal. l. cani quam. num. 41. C. de fideicommiss. Curtius iunior conf. 35. col. finali. Ioan. Baptista. l. si qua illustis. C. ad officia. Cardinal. Paleotus. de nothijs. & spur. c. 45. Fortunius de vltimo sine. num. 141. Vbi vide an constante matrimonio reuocari possit, de qua re suo loco dicam.

16 ¶ Et an spuria sit dotanda, vide latè in dictis locis. Boerius. decisi. 127. col. 2. 3. & 4. Matthæ filan. sing. 247. cum nouis additionibus. Ripa. l. 1. num. 66. ff. solut. matrim. Capiti. decisio. 182. Ias. §. fuerat, nu. 104. de actio. Et vt pater in vtroq; foro teneatur dotare filiam spuriam, Bart. in. l. fin. ff. de his quib. vt indig. num. 7. & in Authen. ex complexu. num. 4. C. de incest. nupt. & in. l. Meuius. §. duobus. num. 18. ff. de lega. 2. qui suam sententiam contrahit, & obtinere ait: cum demū, si dos alimentis respōdeat, ita quidem, vt pro modo alimentorum dos constituatur. Bart. sententiam plures sequūtur quos aggregat Dominus Præses in Epitome de sponsal. 2. part. c. 8. §. 6. nu. 11. qui testatur hanc opinionem cōmuniter approbari, idem scribit Mencha. de successio. creat. lib. 2. §. 20. num. 314. Dueñas reg. 366. & 367. limita. 5. Padilla in Authen. res quæ. num. 64. C. cōmun. de leg. Tellus Fernandez in. l. 10. Tauri. nu. 11. & hanc sententiam sequitur Gregor. glos. magna. in. l. 18. tit. 16. part. 6. qui omnes infinitam interpretum multitudinem in vnum contrulere obliu multorum qui huic sententiæ accessere, Curtius senior conf. 77. col. 32. & conf. 39. in princip. Neuizan. in filua nupria. verb. stupatur. fol. 97. col. 2. Gomez Arias. l. 7. Tauri. num. 39. Ludouicus de Sardis tractat. de legitimati. §. de obligatione inter patrem, & filium. nu. 5. Angel. de Gambellio. tract. de testam. glos. 69. num. 2. Balercus in. §. hæref. nu. 8. Instit. de hæred. instit. Ambros. de Opizon. in repeti. l. filius familias. §. diui. nu. 142. ff. de legat. 2. Sarayna. in additio. Corseti singul. 146. num. 4. Et quid si spuria sit

De non meliorandis

diues, vide in dictis locis. Et an pater videatur naturalem dotare de suo, vide Rube. consi. 71. num. 4. Campe. de dot. q. 16. num. 6. Et an dos data spurie redeat ad heredes. vide Lupus. c. per vestras. §. 24. à nu. 12. Arius. l. 7. Tauri. nu. 39. Bosqueus de nup. lib. 5. nu. 32. Abb. cont. 115. lib. 2. & consi. 50. cod. lib. Ripa. l. 1. num. 67. ff. solut. matrimon. Cacialupus. in rep. l. si qua illustris. C. ad Orphicia. Lupus. c. per vestras. §. 24. num. 12.

¶ Quæ non excutio, quoniam non faciunt ad propositam materiam. Hodie tamen ex lege. 10. Tauri. videtur dotem datam spuriam transire ad eius heredes, inquit enim lex, *De la qual parte el hijo pueda en vida, o en muerte, hazer lo que quisiere.* Et sic videtur plene iurè, esse doninus quantitatis quæ datur pro alimentis. An autem pater cogatur dotare spuriam ad ingressum monasterij, vide Bald. l. pactum quod dotali. 20. q. C. de colla. Parpallia. in rubr. ff. solu. matrimon. 5. & ibi Bartol. à Bartolinis. nu. 22. Omitto hæc quoniam sunt loca communia, & vide quæ dixi cap. 8. num. 30. vers. meminisse tamen oportet.

17 ¶ Illud tamen elicitur ex superioribus, quod filij naturales non impediunt quominus filia legitima meliorari possit, quoniam si filia sit vnica, vel habeat fratres qui succedere non possunt, meliorari potest, vt dixi supra. c. 10. à nu. 41. Naturales autem aduersus patris voluntatem non succedunt. Imò neque ex eius voluntate possunt succedere ultra quintam, vt in l. 10. Tauri, vt supra dixi. num. 3. & sic in eo cessat ratio huius legis, scilicet ne fiat præiudicium cæteris quibus legitima debetur.

18 ¶ Rursus probatur, quoniam licet ex statu to masculi excludant fœminas. Certè non excludent si masculi sint naturales, autore Bald. l. cum acutissimi. C. de fideicomis. col. 2. Barba. ibi. col. 98. Socin. l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad Trebel. col. pen. Bal. consi. 24. lib. 1. Natan. in. c. quamuis pactum. in 1. q. 2. q. principalis de pact. in. 6. Brunus. in tractatu de statuto excluden. fœminas. artic. 12. q. 13. Ita igitur hic, filia prohibita meliorari stantibus alijs fratribus, vel sororibus, non videtur prohibita si solum habeat fratres naturales. Quod nominatim probatur, quoniam naturales non reuocant donationem omnium honorum factam filio. l. si totas, & ibi Bal. Ang. & Salic. C. de inoffi. donatio. imò neq; reuocant fraudu-

lenter alienata per patrem, secundum Bald. in l. defuncto. col. 1. versic. quæ ro an filius. C. si in fraud. patroni. Cum ergo immensam donationem non reuocent, multominus reuocabunt immensam dotem ad sustinenda matrimonij onera destinatam. Et cum paternum testamentum non rumpant, iuxta glos. l. 1. ff. de contra tab. cum alijs su pricitatis: multominus infringent dotis donationem.

19 ¶ Postremo facit, quod filia legitima, censetur vnica etiam si habeat fratres naturales, quoniam appellatione filiorum non veniunt naturales præsertim in dispositione legis, vt supra dixi. num. 7. Sed an filius naturalis legitimatus, efficiat ne soror legitima dotis ratione meliorari possit. Et certè efficit, quoniam verè est, & iudicatur legitimus, vt in Auth. quibus modis. natu. effici. legitimi. §. sit igitur licentia Bart. in l. si is qui pro emptore. in. 3. q. principali. vers. item quæritur. col. 14. ff. de vsu cap. Alexand. consi. 2. col. 5. lib. 1. Socin. l. Sed si hac. §. patronus. ff. de in ius vocan. Ias. in l. 1. ff. de libe. & posth. & in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. col. 1. Ergo dispositio huius legis, in eo practicanda.

20 ¶ Quod nominatim probatur, quoniam filia succedere prohibita stantibus fratribus, excluditur per fratres legitimatos, autore Paul. Alex. & Socin. l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius vocan. Bald. l. cum acutissimi. col. 2. C. de fideicomis. Paul. & Ias. l. si ita quis. §. is qui. ff. de legat. 2. Alexand. consi. 2. col. 5. lib. 1. Iaso. l. cum filio. col. fin. ff. de lega. 1. Deci. consi. 365. col. 3. Brunus. in tractatu de statu. exclud. fœmini. artic. 12. q. 4. num. 70. Ita ergo meliorari prohibita stantibus fratribus, non meliorabitur etiam si fratres sint legitimati.

21 ¶ Rursus hic quadrat ratio legis, scilicet ne fiat præiudicium legitimæ cæterorum. Legitimato enim legitima debetur, & sius hæres est, & rumpit testamentum patris, si prætercatur, non minus quam legitimus. §. 1. Inst. de hæredit. quæ ab intesta. defer. Bart. l. 2. in princ. ff. de vulg. Ias. l. qui se patris. col. 4. C. vnde liberi. & in Auth. si quæ mulier. col. ante epe. C. de sacrosanct. Eccles. & in d. l. 2. col. 5. ff. de vulg. Bald. l. eam quam. col. 2. C. de fideicomis. Socin. consi. 63. col. 10. lib. 3.

22 ¶ Postremo comprobatur, quoniam legitimati reuocant immodicas patris donationes,

nes, vt per Iaf. in rubr. ff. de libe. & posthu. Deci. l. posthumo nato. col. 1. C. de contra tabul. & conf. 385. col. 3. Melioratio autē est donatio, & qui plus debito accipit donationem accipere videtur. Hoc intellige iuxta. l. 12. Tauri. Neque obstat, quòd limitatio dotis de qua in. l. hac ædicali, non habet locum quando filij sunt legitimatij, ibi enim alius est casus, & responde vt supra, num. 13. vers. vrget tamen. Quòd autē, lex illa nō habeat locum in legitimatione, notat Bertran. ibi. num. 5.

23 ¶ Quid tamen si quis habet filiam legitimam & naturalem, & insuper habet filios arrogatos seu adoptatos, quòd causa cognita admittitur, vt in. l. hæ enim. §. præterea. ff. de adop. quæro an filij arrogati efficiant ne soror legitima, & naturalis dotis ratione melioretur. Hæc quæstio duo habet capita. Aut enim quærimus an filius meus datus in arrogationem extraneo, efficiat ne filia mea eius soror legitima, & naturalis meliorari possit. Aut quærimus an filius arrogatus efficiat ne soror quam non natura sed arrogatione habet, dotis nomine meliorari possit. Quoad primum, manifestū videtur sororem non posse meliorari, etiā si omnes fratres sint dati in arrogationem, quoniam datus in arrogationem, nō amittit ius suum aduersus bona patris naturalis. l. cum in adoptiuis. C. de adop. glos. §. mortuo. Insti. de acqui. per arroga. Ergo cū verè sit filius, & sibi debeatur legitima, ad sunt in hoc casu verba, & ratio huius legis. Quod confirmatur, quoniam si ex statuto frater excludat fœminam, nō idèd minus excludet quòd sit datus in arrogationem, autore Bruno in. d. tracta. de statu. exclud. fœminas. artic. 12. q. 1.

24 ¶ Et licet Nouel. de dote. artic. vltimo contra sentiat, nihilominus nostra opinio vera est. Etenim Nouel. loquitur in statuto condito fauore agnationis, & conseruationis familiæ, quare cum arrogatus transeat in alienam familiam, non est omnino preposterum, dicere quòd non excludat sororem naturalem ex vi statuti. Ratio tamen huius legis, non est conseruatio agnationis, nam facta est fauore masculorū & fœminarum, & fœmine extra causam dotis meliorari possunt. Per fœminas autem non conseruatur agnatio, ergo non est facta fauore agnationis, sed ne fiat damnum cæteris quibus legitima debetur, filio autē dato in arrogationem debetur legitima.

25 ¶ Quoad secundum, an filius à me arrogatus efficiat ne filia mea legitima & naturalis meliorari possit, dubium facit, quòd arrogatis seu adoptatis debetur legitima. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. testa. l. cum in adoptiuis. C. de adop. Et disposita in legitimis, & naturalibus habent locum in arrogatis. l. adoptiuum. ff. de in ius vocan. §. fin. Insti. de capi. diminu. Vnde videtur vigere ratio legis, ne ex dote minuatür cæterorum legitima. Contraria tamen sentētia verior videtur, quoniā licet ex statuto masculi excludāt fœminas, nō habet locum in filiis masculis arrogatis, autore Iaf. l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & in. l. 2. §. prætor ait. ff. de in ius vocan. Deci. c. in præsentia. col. 15. de probati. & in. d. l. generaliter. §. cum autem. & conf. 52. col. 1. & conf. 399. Natan. in. c. quauis pactū. in. 3. q. 3. q. principalis. de pact. in. 6. Iaf. l. cum filio. col. fin. ff. de lega. 1. Ripa responsio. lib. 1. c. 3. Brunus. in tracta. de statu. exclud. fœmin. artic. 12. q. 1. in. 2. par. q. Quoniam lex nō videtur de talibus filiis sensisse, verbum enim filius positus in aliqua lege, intelligitur de naturali & legitimo, cui competit definitio. l. filium eū definimus. ff. de his qui sunt sui. vel alieni. iuris. l. fin. & ibi Bal. & Salic. C. de his qui veniam ætatis impetraue. Vnde dispositio. l. cum acutissimi: non habet locum in huiusmodi fictis filiis, quod præter alios scribit Benedic. in rep. c. Raynuntius. verbo *Dus habens filius*. nu. 149. de testamen.

26 ¶ Rursus hæc opinio probatur, quoniā dispositio. l. hac ædicali. C. de secund. nup. quæ limitat dotes, non habet locum quando filij sunt arrogati, seu adoptati, vt ibi notat Bertrand. num. 8.

27 ¶ Rursus hæc opinio confirmatur, quoniā filio adoptiuo pater nihil cogitur relinquere. l. cum in adoptiuis. §. sed ne articulum. C. de adop. & ibi notat Bald. §. item non aliter. Insti. de adop. glos. in. l. 1. in princip. verbo adoptiuus. ff. de contra tabul. Vnde quicquid adoptiuus consequitur ex bonis patris adoptiuus dicitur habere ex liberalitate patris, vt in. d. §. Sed ne articulū, & improprie dicitur suus hæres, vt per Iaf. fol. Gallus. §. si eius. col. 3. ff. de libe. & posthu. Et emphyteosis ab aliquo accepta, pro se & liberis, non intelligitur de adoptiuis, vt per Specul. tit. de locato. §. nunc aliqua. Imola. l. si ita quis. §. is cui. ff. de leg. 2. Bald. l. fideicommissum. ff. de condi. & demonstrat.

De non meliorandis

monstra. Alexā. & Socin. l. adoptium. ff. de in ius vocan. Cum ergo adoptiui non rumpant testamentum, multo minus contractum meliorationis annullabunt. Difficilius enim irritantur contractus, quam testamenta, vt per Barto. & Paul. in Authē. ex causa. C. de libe. præter. vel ex hære. Nō cōstat. §. quarta. quoniam non loquitur in adoptiuis, & l. i. ff. de cōtra tabul. est correcta per l. cum in adoptiuis. §. sed ne articulum. C. de adop.

28 **¶** Filia autem legitimata nullo modo melioratio fiet in præiudicium legitimorum. Non enim melioris debet esse conditionis quam ea quæ nascitur legitima, & de iure non potest ei dari dos quæ excedat legitimam, vt per Molin. in consuet. Parisiē. §. 8. glo. l. nu. 46. Gozadin. cōsi. 48. nu. 18. Bal. in c. per tuas. de maiori. & obed. Anto. Rosel. in tract. de legitimat. col. fin. Angel. in Auth. quibus modis natura effici. sui. §. quoniam varix, per illum text. Alexan. l. necessarij. ff. de acquir. hæred. Iaso. l. i. C. quando non pefen. partes. Curti. cōsil. 166. col. 4.

S V M M A.

- 1 **L**egis Regiæ decretum. de non meliorandis dotis ratione. An seruandum sit in Monacha. & num. 20. & 30.
Spirituale matrimonium fortius. An sit carnali. Monacha an dotanda sit à fratre.
- 2 **M**onacha an sit dotanda patre invito. Et an si ingrediatur monasterium abiq; dote. Bonæ restitutioni subiecta, An possint alienari pro dotanda Monacha.
- 3 **S**tatura fauore matrimonij carnalis inducta, An seruanda sint in matrimonio spiritali.
- 4 **L**ex civilis Vtrū obliget personas Ecclesiasticas.
- 5 **S**taturum excludens nuptiam. & dotata vtrū comprehendat monialem. & nu. 18.
- 6 **S**taturum excludens filias stantibus masculis, ligat monialem: si factum sit ante ingressum religionis.
- 8 **D**otis appellatione. An veniat dos, quæ filiae monachæ datur.
- 9 **D**ata filia monasterium ingredienti censetur data nomine dotis. & nu. 11.
Habens potestatem distribuendi pecuniam ad maritandum puellas, An poterit eam collocare ad religionis professionem.
Papa vtrum possit dispensare, vt detur intrā-

ribus religionem pecunia, quæ legata est ad maritandum puellas.

- 10 **D**os datur monasterio ad onera supportanda, & alenda monacha.
- 12 **C**onditio nubendi an censeatur completa si femina nubit cœlesti sponso.
Dos, maior an debeatur nubenti, quàm moniali, & num. 13. 14. & 15.
- 16 **P**ia causa, si concurrat cum filijs: eorum causa magis pia est.
- 17 **S**taturum præscribens patris summam ultra quam possit disponere, in præiudicium filiorum etiam pro anima. An validum sit.
- 20 **P**ater quantum dotē teneatur dare monachæ.
- 21 **P**ater, licet teneatur dotare filiam monasterium ingredientem, an admittatur in filio.
- 22 **F**emina si relinquatur centum ad nuptias, an consequatur ea integrè si monasterium ingreditur, & nu. 22. 23. 25. 26. & 27.
- 24 **L**egatum sub conditione: nè monasterio acquiratur, an licitum sit.
- 25 **I**n intellectus Authēticæ de sanctiſ. Episcopis. §. sed & hoc præsentī.
- 27 **C**ausa filiorum non minus pia censeatur, quam causa Ecclesiæ.
- 28 **M**onasteria quatenus possint petere dotem pro ingressu, & nu. 29.
Simonia: an sit dare aliquid pro ingressu monasterij.
- 31 **R**enunciatio hæreditatis paternæ facta per monialem an præiudicet monasterio. & inibi. Quando possit fieri renunciatio, & nu. 32.

¶ Dispositio huius legis, an seruanda sit in dote quæ datur monachæ, monasterium ingredienti. Cap. XIIII.

QUæro vtrum decretum huius legis prohibentis meliorationem ratione dotis, & statuentis summam dotis nomine dandam, seruandum sit in dote monachæ. Supponendum autem, filia monachæ dotem præstandam esse. Nam professio monachæ, se Christo Domino deuotus spirituale quoddam matrimonium est, fortius carnali, vt in c. cū inter corporalia. de transla. episcop. Bald. num.

nu. 5. in l. fi. C. de dot. promif. Bar. l. 1. §. si
 parens. ff. si quis à parente fuerit manu.
 Alex. conf. 139. nu. 7. lib. 2. Bar. Bal. & Iaf.
 nu. 18. in Auth. res quæ. C. cõmu. de lega.
 Lupus in rep. c. per vestras. §. 11. incipien.
 secundo matrimonium, de donat. inter vi-
 rum, & vxor. Nouel. de dote. 1. part. priui-
 leg. 16. Benediſt. c. Raynũtius. verbo. do-
 tem. nu. 6. de testa. Anchar. confi. 108. col.
 1. Felin. c. ecclesia de constitu. & c. non fat-
 tis. de simonia. glosa. l. 8. tit. 1. par. 5. Lo-
 azes in rep. l. filius. §. ditui. nu. 139. & matri-
 monium carnale, non meretur maiorem
 fauorem quam spirituale, imò potius spiri-
 tuali fauendũ. Quod ampliatur primo, vt
 monacha sit dotãda etiã à fratre. ita Felin.
 c. nõ satis. de simo. Bero. q. 113. nu. 6. vers.
 sed nunquid plus dicit Afflicti. in constit.
 Neapoli. tit. de successione filio. nu. 40.

2 **¶** Amplia etiam, vt sit dotãda etiam si in-
 grediatur monasterium, inuito patre, ita
 nominatim docet, Lupus. d. c. per vestras.
 §. vndecimo. de donationibus inter vi-
 rum, & vxor. Amplia etiam, vt sit dotan-
 da, etiam si ingrediatur monasterium ab-
 sq; dote, nam etiam quæ sine dote intrauit
 dotãda est. ita significat Cin. in Authen.
 sed quamuis. C. de rei vxor. Alexad. conf.
 139. nu. 7. lib. 2. vbi plura adducit Bero. q.
 113. col. 2. & 3. Benediſt. c. Raynuntius.
 verbo dotem. num. 7. de testa. Item amplia
 vt pro dotanda monacha, possint alienari
 bona subiecta restitutioni, ita Bart. in Au-
 then. res quæ. cuius opinio est communis,
 secundum Curtium ibi. num. 26. vers. cir-
 ca sextam. C. cõmun. de legat. post Iaf. ibi.
 Benediſt. c. Raynuntius. verbo dotem. nu.
 10. de testament.

3 **¶** Quæ omnia, ea ratione procedunt, quo-
 niam idem statutum est fauore, matrimo-
 nij carnalis, ergo multo magis id seruandũ
 in spiritali. Quoniã sicut pater tenetur
 dotare filiam pro matrimonio carnali, ita
 tenetur eam dotare pro spiritali. Illud nõ
 emittendum, quòd si filia nupta, & dota-
 ta à patre, vidua fiat, & ingrediatur mona-
 sterium, eadem dos est ei danda, quæ data
 fuit cum nupsit. argumento Authen. sed
 quamuis. C. de rei vxor. actio. Ita nomina-
 tim, Campe. de dote. 1. part. q. 30. Rip. l. 1.
 nu. 61. ff. solu. matri. Nouel. de dote. 5. par.
 priuile. 16. Ioan. Andr. in additionibus ad
 Specul. tit. qui filij sint legitimi. §. 1. col. 8.
 vers. quidam Martinus de Fano. Cin. Al-
 be. in Authen. sed quãuis. C. de rei. vxor.

actio. Boeri. decisi. 131. nu. 8. vers. & idem
 si vidua vellit. Paul. confi. 111. Visto dicto
 libello. & cõtentis in eod. col. 2. vers. si ve-
 rò nubat. in antiqua impressione. Roman.
 sing. 788. sed quamuis. Alberi. in. d. Auth.
 sed quamuis. Lupus. d. c. per vestras. §. 11.
 de dona. inter virum, & vxor. Alexand.
 confi. 139. num. 6. lib. 2. licet Bart. non de-
 finiat apertè. in Auth. de æqualita. doti. §.
 quia verò. num. 3.

4 **¶** Hijs ita definitis, dubia redditur propo-
 sita quæstio, quoniam si hæc lex expressè
 de filiabus monachis loqueretur, non vale-
 ret. Quoniam lex ciuiliſ non obligat per-
 sonas ecclesiasticas. c. decernimus. de iudi.
 c. cum causa. de iure iur. Ita docet Anchar.
 confi. 108. Lupus. allega. 110. incip. in ci-
 uitate Florentiæ. col. pen. vers. nec obstat
 si dicatur. Abb. Antoni. & Imola. in. c.
 quod clericis. de foro compe. Felin. post
 Abb. in lectu. col. fi. in. c. ecclesia. col. 30. in
 2. conclusionem. 6. q. de constitu. Abb. confi.
 111. in causa Catherinæ monialis. in. 2. du-
 bio. lib. 2. Roman. l. Stipulatio. hoc modo.
 ff. de verbo. obliga. Paul. confi. 304. col. 31.
 vers. si verò statutum non loquitur. lib. 1.
 Socin. confi. 81. col. pen. lib. 1.

5 **¶** Sic Iaf. l. seruo legato. §. si testator. nu. 6.
 ff. de legat. 1. Scribit quòd si statutum ex-
 cludit nuptam, & dotatam, quòd non com-
 prenditur monialis. Hæc autem lex, lo-
 quitur de melioratione ratione matrimo-
 nij, ergo eius verba non quadrant monia-
 libus, neque in eis practicanda. Item si lex
 non ligaret moniales, etiam si de eis loque-
 retur expressè, multominus eius generalis
 dispositio extendenda est ad dotem nun-
 quam videatur velle includere personam
 sibi non subditam. l. fin. ff. de iurif. omni.
 iudi. c. vt animarum. de constitu. Rursus,
 probatur, quoniam si decretum huius le-
 gis ligaret moniales, auocarentur à vita
 contemplatiua. c. sane. de regular. c. tũc sal-
 uabitur. 33. q. 5. Neque oportet properan-
 tem ad regna cœlorum, his retinaculis
 præpediri.

6 **¶** Cõtraria tamen sententia, verior est, imò
 sicut nubentem pater non potest meliora-
 re, ita neq; monialẽ, siue velit ingredi, si-
 ue iam fuerit ingressa monasterium. Mo-
 ueor, quoniam statutum excludens filias
 existentibus masculis, ligat monialẽ, si
 factum sit ante ingressum religionis, ita
 Antoni. Imol. & Abb. cap. quòd clericis.

do

De non meliorandis

- de foro compet. Parisi. cōsi. 62. nu. 6. lib. 3. Lapis allegatione. 110. col. pen. versiculo nec obitat si dicatur. Abb. consi. 111. in. 2. dubio. lib. 2. Corn. cōsi. 94. col. 2. ver. quod in successione lib. 2. S. ci. cōsi. 81. col. pen. lib. 1. Brunus in tracta. de statuto. exclu. foeminas, arti. 6. q. 5. nu. 201. ad finem. Barba. cōsi. 4. col. antepe. lib. 1. Afflict. consti. in aliquibus. col. 6. vers. sexto quæro.
- 7 **¶** Ergo hæc lex, generaliter prohibens meliorationē ratione dotis, haud dubiè ligat moniales. Præsertim cū nō excludat eas sicut statutū de quo loquūtur doctores. Nō enim idēdō minus filia consequetur legitimā, quōd meliorari ratione dotis non possit. Item meliorari potest dummodo non sit dotis ratione, vt dixi supra. cap. 1.
- 8 **¶** Rursus moueor, quoniam hæc lex generaliter præfinit summā dotis nomine dādam. Appellatione autem dotis venit dos quæ filiæ monachæ datur autore Bart. l. 1. §. si parens. ff. si quis à paren. fuerit manumiss. & in. l. Titio centum. §. Titio genero ff. de condi. & demōst. Bal. l. quoniam Nouell. ad finem. C. de inoffi. testa. Felin. c. eccles. de cōsti. col. 22. Corra. in. l. qui liberos. in le. q. nu. 22. ff. de ritu. nup. Curti. in Authen. res quæ. nu. 26. C. commu. de leg. Et ita concludunt omnes in locis supra citatis, addentes quod filia exclusa, si sit dotata censebitur exclusa, si sit dotata ad ingressū monasterij. Felin. d. cap. ecclesia. col. 22. de const. tut. vbi plura citat.
- 9 **¶** Et certè in hoc Regno, non est dubitandum quin ea quæ dantur filiæ monasterij ingredienti, censentur dari nomine dotis. Ita enim est cōmunis vsus loquendi, iuxta quæ verba legis intelligēda sunt, vt per Bar. l. si quis filiabus. ff. de testam. turella. Et ita si quis habeat, potestatem distribuendi pecuniā ad maritandū puellas, poterit eam collocare ad professionem religionis, ita Bal. in Authen. nisi rogati. C. ad. Trebel. Benedict. c. Raynūtius. verbo dotem. nu. 8. de testam. S. d. certe Bal. dicit contrarium ibi, nu. 11. vers. quæro. nun quid, & ipse Benedictus. c. Raynūti. verb. *Qui cum alio matre contrahens.* nu. 31. & 32. de testamē. Et hoc verum, quicquid scribat Boer. decisio. 3. nu. 13. & Benedict. d. de h. dotem, vbi tamen nihil asseuerat, & adde Bal. vna ad fi. C. de his. qui pœne nomine. & ibi vide an Papa possit dispensare, vt deur intrantibus religionem, & vtrunque tractat. Nouel. de dote. 6. part.
- priuile. 77. & dicit non posse dari intrantibus religionem, quōd legatum est ad maritandum puellas, idem Loazes in rep. l. filius. §. diui. nu. 139. ff. de leg. 1.
- 10 **¶** Ex quō colligitur verba illa huius legis, *No pueda dar por via de dote ni casamiento*, hic verificari, nam hic est dos, & hic est matrimonium, ad cuius onera supportāda scilicet ad alendam monialem, datur monasterio dos, vt per Nouel. de dote. §. par. priuile. 6. cum alijs supra citatis. Quod autē inter monialem, & Christum, sit sacrum quodā matrimonium, probatur. c. quæ in Christo 27. q. 1.
- 11 **¶** His congruit, quod quicquid datur pro ingressu religionis, videtur dari nomine dotis, ita decisio. Delfinalis. noua. 962. nu. 6. Huius farine est quōd in ingrediente monasterij verificatur conditio dotis, vt per Calde. consi. 9. Beroi. q. 34. nu. 8.
- 12 **¶** His efficacissimè suffragatur, quod si puella relinquatur centum pro dote, amittet ea si nollit nubere, vel si moriatur antequā nubat. l. in testamento. & l. Titio. ibi. *Si ante nuptias.* ff. de condi. & demonstra. hoc tamen fallit si intrauerit monasterium, tunc enim conditio nubendi censetur impleta, quia nubit celesti spōso. Ita docuit Ifernā in constitutione. in aliquibus, col. 8. in fin. & 9. Capitius. decisio. 204. nu. 5. & 6. Benedict. c. Raynūtius. de testam. verbo dotem. num. 9. latè Felin. c. in præsentia. col. 18. de probatio. Nouel. de dote. 6. par. priuileg. 76. & 77. Loazes. §. diu. num. 139. Ergo illa verba legis: *No pueda dar por via de casamiento*. Satis verificantur si intrat monasterium, quōd si verificantur ergo seruanda lex.
- ¶** Rursus hæc opinio probatur, quoniam maior dos debetur nubenti: quam moniali. Ita elicitur ex Bald. quem Boerius sequitur decisio. 3. nu. 14. Et licet Bal. in dict. Authen. nisi rogati: hoc non dicat, certè est longè verissimum, nuptura enim non inueniet maritum nisi habeat dotem, saltim meliocrē. Monialis autem multo minori dote, excipitur à monasterio.
- 13 **¶** Item dos nuptæ, est ad sustinenda onera matrimonij cuius appellatione venit victus, & vestitus filiorum, mariti, & vxoris, & familiæ. Monialis autem familia nō eget, liberis caret, & quo fuerit pauperior, magis accedet ad euangelicæ vitæ perfectionem. Non enim pōpam, non honores quærit

querit in monasterio, sed nudum Christū, & cum Petro Apostolo (si verè monacha est, gloriabitur) aurum, & argentum non est mihi.

14 **H**is congruit, quòd hæc lex facta est ne fiat præiudicium legitimæ aliorum filiorum, vt docui supra capite secundo. Præiudicare autem non dicam fratri, sed ne hosti quidem, non est verisimile velle monacham, neque monasterium, vbi perfectioris vitæ institutum floret.

15 **R**ursus si prophani huius legis vinculo astringuntur, ne alijs fratribus faciant præiudicium, quanto magis astringetur monacha, quæ mundo moritur, cum suis vitij pompis, & delitijs. Quæ monasticam vitam eligit, tantum abest, vt velit præiudicium fratri facere, vt proprio sanguine vellet illi consultum.

16 **P**ræterea hæc opinio probatur, quoniam etiam si piæ causa plurimū debeat favoris, tamen si concurrat cū filijs, corū causa magis pia est, autore Diuo Augustino, in c. fin. 17. q. 4. Cui concinens Paul. in Authen. si qua mulier. num. 1. C. de sacro san. Ecclesi. scribit, patrem etiam ad piæ causas non posse præiudicare filio in legitima. Sic Bart. l. 1. C. de sacro sanct. Ecclesi. scribit, quòd qui favore alterius prohibetur contrahere, non potest contrahere, etiam ad piæ causas, quod probat Abb. consi. 63. videtur primo. col. 3. versi. quarto adduco, lib. 1.

17 **E**t validum est statutum præscribens patri summam, vltra quam non possit dispo- nere in præiudicium filiorum etiam pro anima, vt per Ias. l. maritus. nu. 9. C. vnde vir, & vxor. post Paul. ibi, Anchar. consi. 25. videtur prima facie, vers. his non obstantibus. Rodericus. l. quoniam, in declaratione legis Regiæ. col. 11. versi. nihilominus. C. de inoffi. testamē. Ioan. Baptista. in rep. l. omnes populi. num. 93. versi. amplius vidi. ff. de iusti. & iure. Ergo cum hæc lex iubeat ne fiat præiudicium legitimæ aliorum (hoc enim in effectu vult cum prohibeat meliorationem) certè etiam si monachatus sanctus sit, pater non potest moniam dotare vltra summam hic præfinitam. esset enim alienu dare monasterio quod Deo ingratum est.

18 **N**on obstant. adducta in contrarium, quoniam lex excludens filias comprehendit monialem, si facta sit ante ingressum religionis, vt supra docui. Nō obstat quòd

scribit Iaso. d. l. seruo legato. §. si testator. Quoniam ibi statutum loquebatur de filia nupta, hic lex loquitur de dote, & quòd datur moniali dos est, ergo regula legis comprehenditur, quæ vetat meliorationem, *Per via de dote, in casamento.*

19 **N**on obstat, quòd videtur abduci à vitæ cōtēplatiua, hoc enim falsum est, nam etiā si nuberet non posset meliorari, & ita non est peioris conditionis, eligens vitam monasticam. Et omnino insanum est suspicari, eas quæ perfectionem Euangelicam proficere volunt, abduci à puritate eius instituti, quòd paruam dotem accipiant, cū pecuniā habeāt pro rudibus, & iuxta diuine sapiētiae verbū, diuites appellēt spinas, nudæq; & expeditæ ascēdētes scalam Iacob. audiant verba domini, dicētis: *sunt diuitie, & gloria opes durature, & iniustitia.*

20 **E**rgo dispositio huius legis, vetantis meliorationem, etiā in dote monachæ seruanda. Quantam autē dotē pater teneatur monachæ dare, arbitrat ur iudex, ex modo facultatum, numero liberorum, & regionis consuetudine; inspiciendo quantū moniali dotis nomine dare soleat, ita Anchar. consi. 108. col. 1. facit. l. queroiff. de iur. dot. l. si filia. ff. de leg. 3. & docui latè. c. 1. Et in monacha, q; sit cōmodæ dotanda, ita q; monasterium possit eam alere, scribit Lup. c. per vestras. §. 11. de dona. inter virū, & vxor. & ceteri quos supra citauimus. num. 2. Nouel. de dote. §. part. priuileg. 6.

21 **I**llud tamen nō omisserim, quòd licet pater teneatur dotare filiam monasteriū ingredientem, id non admittitur in filio: eū enim nihil tenetur dare, ita Benedi. in rep. c. Raynuntius verbo dotem, nu. 11. de testamen. Vbi limitat, nisi monasterium esset inops, citat Bald. in Auth. si qua mulier. C. de sacro sanct. Ecclesi.

22 **R**ursus non omittendū, illam opinionē supra relatam vers. his efficacissimè suffragatur. nu. 12. q; si puellæ relinquatur cētū ad nuptias, consequetur ea, si ingrediatur monasterium, & non nubat, confirmari, quoniam si quis ita scripserit, relinquo filia centū si nupserit, si verò religionem intrauerit quinquaginta, integra centū consequetur, etiā si intret religionē, quia conditio si nupserit, reijcitur tanquam turpis; & impeditiua vitæ cōtemplatiuæ, ita docet Ioā. Andr. in additio. Specul. super rubrica de statu monach. Mathæ si. sing. 25. Anto. Bal. Arcti. c. in præsentia de proba.

N Reman.

De non meliorandis

- Roma. l. stipulatio hoc modo cōcepta. col. 7. vers. vltimo ad idē. ff. de verbo. obliga. Bal. l. 2. ff. de his qui pœnē nomine. Boer. decisio. 3. nu. 14. Alberi. in. 2. par. statutorum. q. 104. Abb. in rep. c. Ecclesia sanctæ Marię de cōstitu. col. 3. 1. Feli. c. in præsentiā, col. 2. 5. de probat. Cāpe. de dote. 1. part. q. 30. Thomas Ferra. cautela. 9. Beroi. in. d. c. in præsentiā. Et videtur efficaciter probari, in Authen. de sanctissimis Episco. §. sed & hoc præsenti.
- 22 ¶ Contrariam tamen sententiam, probat Bal. in. l. Deo nobis. C. de Episcopis, & Cleric. col. 2. & in Authen. nisi rogati. nu. 11. C. ad Trebel. Bald. & Imol. in. l. Lucius Titius qui fratrem. ff. de hæredi. institu. Et dicit Bald. in. d. Auth. nisi rogati. q̄ ita seruat cōsuetudo. & docēt Sali. & Paul. ibi, & in. l. quoties sub conditione. ff. de condit. & demonstr. Anchar. in rep. regulę, nemō potest. in. 5. q. de regu. iuris in. 6. Benedi. in rep. c. Raynuntius. verbo. *Qui cum alia contrahens*, nu. 32. de testam. Alex. cons. 121. nu. 14. vers. & pro hoc adducit. lib. 2.
- 23 ¶ Cui opinioni, fauet naturalis æquitas, & communis obseruantia, secundum Bald. d. Authen. nisi rogati, num. 11. Nam cum testator expressē declararet voluntatem suam non sunt admittendæ interpretationes. l. illę, aut illę. ff. de legat. 3.
- ¶ Hic lector distinguendum est. Aut enim testator simpliciter dixit lego Marię centum, vt nubat, vel pro dotę, & certē si ingrediatur monasterium legatum consequetur, vt in Auth. de sanctissimis Episcopis. §. Sed & hoc præsenti. Nouel. de dote. 6. parte. priuileg. 77. versiculo, & sic potest. Isernia. in constitutione, in aliquibus col. 8. in fine. Capici. decisio. 204. cum alijs pro prima parte citatis. Hoc tamen non admittetur, si in domo viuat honestē, vel alij loco libero se dedit, iuxta glōf. in. d. Authen. nisi rogati. C. ad Trebel. scribit Capici. decisione. 204. num. 2. Lex enim loquitur de ingredientibus monasterium.
- 24 ¶ Si tamen testator non dixerit solum lego cētum vt nubat, sed addat, lego cētum, vt nubat, etsi religionem intrauerit, lego quinquaginta, certē alienum videtur ab omni prudentia dare integra centum intranti religionem, aduersus voluntatem legantis. Aut enim testator debebat illa centum, iure legitimę, vel aliās, & conditionem ex qua diminuantur adijcere non potest. l. quoniam in priorib⁹. C. de inoffi-
- testamen. l. ab eo. C. de fideicommiss. Aut non debet, sed potest liberē summam non relinquere, vel saltem minue. e. & certē cum ipse declaret quantum vult dari intranti religionem, id serua. Neque enim ex lex vlla quę aduersus expressam voluntatem testatoris fanciat, licet voluntatem generalem interpretetur, in. d. §. Sed & hoc præsenti. Alioqui tolerabilius est applicare monasterijs, bona eorum qui neque monasterij, neque monachatus meminerunt, quam bona eorum qui expressē testantur: se nolle centum venire ad monasterium. Primō enim casu nihil sit aduersus voluntatem saltem expressam, hic aduersus expressam voluntatem tribuimus monasterio quod dominus sublatū voluit, quod est cogere homines, & talia à prudentibus probanda non sunt nisi probent alienas facultates aduersus domini voluntatem, tribuere monasterijs, quod principibus non conceditur, & tyrannis vitio datur. Præsertim cum liceat legare sub conditione, nec acquiratur monasterio, vt per Corne. consil. 131. col. 1. lib. 1. Bart. per textum. ibi. in Authen. excipitur. C. de bonis quę libe. & ibi. DD.
- 25 ¶ Neque obstat, quod Ripa, dicit contrariam esse communem opinionem, in. l. 1. num. 62. ff. solut. matrimon. Contraria enim sententia verior. Enimvero, non videtur Christianum, pijs locis dare, quod testator non reliquit, & expressē addemit. Textus autem. in. §. sed & hoc præsenti: non loquitur, quando testator expressē noluit acquiri monasterio. Item non loquitur quando aliquid reliquit monasterio, scilicet quinquaginta, iam enim monasterium habet aliquid quo alatur ingredientē. Excutiant diligentius studiosi, nam communis opinio dura est, & à sensu communi prorsus abhorrens. Ego nihil definio, tantum disputo: sed certē in hanc sententiam procliuor sum.
- 26 ¶ Licet tamen communis opinio sit vera, limitanda est, quando filia vel extranea, cui huiusmodi legatum relictum est, moritur antequam nubat, & antequam intraret monasterium. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonstra. l. legatum. C. de condi. inser. l. in testamento. ff. de condi. & demonstra. latē Nouel. de dote. 6. par. priuileg. 76. & 77. Capici. decisio. ne. 204. Isernia in constitutio. in aliquibus, Itē limita, nisi in casu quo non nubat, substitu-

substituti essent descendentes testatoris, nam tunc cessat. §. sed & hoc presenti, secundum Bal. in Authen. nisi rogati. col. 2. C. ad Trebel. Bal. conf. 196. lib. 1. Soci. l. 1. nu. 10. col. 3. ff. de reb. dubi. & in rep. l. cum auus. col. 2. ff. de condi. & demonstr. Vincentius Hercula. in disputatione. incip. Perusinus. Fulg. conf. 3. las. conf. 212. lib. 2.

27 ¶ Scio Decium, contra consuluisse, conf. 426. Sed seruit causæ, & contra eum magis communis, & verior opinio, & dicit Socin. d. l. 1. col. 3. quod ita consuluit genitor suus. Mouetur ex d. §. sed & hoc presenti. vbi dispositio eius legis non procedit aduersus piū locum institutum. Causa autem filiorum, nō minus pia censetur quā causa Ecclesiæ. c. fi. 17. q. 4. & hanc sententiam probat Molin. ad Alex. conf. 121. lib. 2. lit. A.

28 ¶ Finem faciam, si prius pro declaratione præcedentiū breuiter dixerō, qualiter monasteria possint petere dotem pro ingressu. Scrupulum enim facit. c. nō satis. de Simonia. c. quoniam, eod. tit. c. monachi. de statu. monacho. c. veniens. c. dilectus de Simo. l. 2. ti. 7. par. 1. ibi: *Præcio non deueniret ab adessas, ni los otros mayores de los monesterios.* Et statutum quod ingrediens det certam summam esse simoniacum; vt notat Innoc. n. & Abb. col. 18. c. in præsentia de proba. Sed dic, quod recipiunt pro victu. & alimentis ingredientis; non pro ingressu. Et si hoc respectu fiat, & nō animo ditescendi, Simoniacum non est, glos. c. nō satis. de Simo. vbi Abb. & Anton. declarāt Bal. in Auth. res quæ. C. commu. de legat. Bar. l. Titio centum. §. 1. ff. de condi. & demonstr. Bal. l. 1. col. 1. C. de instit. & subli. Imola. l. ille, aut illæ. ff. de hære. instit. Bal. l. fi. col. fi. C. de sponsal. Vbi tractat quod valet legatum factū monasterio si receperit Mariam in monialē, si modo legatum fiat ad alimenta, aliās videretur Simoniacum. Sic Diuus Thomas. 2. 2. q. 100. arti. 3. dicit quod pro ingressu nihil licet accipere, tamen quod si monasterium non sufficiat ad alendum tot moniales, licet accipere, & monasteriū si est inops, potest id petere, non quasi prætium, sed quasi alimenta, vt Deo seruiat. Si tamen monasterium posset illum commoda sustentare, dicit esse Simoniacum aliquid accipere quod sequitur Syluester, verbo Simonia. versic. 15.

29 ¶ Vbi addit, quod si monasterium hoc petit vt ingressus ali possit, bono scilicet animo, non verō cupiditate pecuniæ, quod li-

cet, pactum interponere super necessarijs ad alimenta.

¶ Et certè si candido animo fiat, & monasterium non sit opulentum, & oculus sit purus (scilicet vt habeat monacha vnde se aliat) non videtur iniquum dotem accipere ad alimenta, sed non fastui, & mundane superbie sufficientem, neque enī id necessarium alimentis ingressæ.

30 ¶ Notandum tamen quod hoc vltimum probat principalem definitionem nostram supra relatam, scilicet quod pater non potest meliorare filiam ingredientem monasterium, cum abbatissa nō possit iuxta Christianæ disciplinæ grauitatem, plus petere quam quod necessarium est a endæ moniali. Ergo hinc procul absit melioratio, quæ filios grauat, & monasterium in inuidiam vocat, cum sit re vera fauore dignum, & homines ad meliorem vitam prouocare debeat.

31 ¶ Solet disputari, an renuntiatio facta per monialem ingredientem monasterium (renuntiatio inquam hæreditatis paternæ,) an valeat & præiudicet monasterio. Partē negatiuam, tuetur Corne. conf. 272. lib. 3. Ruinus conf. 204. lib. 1. Felin. inter consilia Ruin. conf. 206. eodem lib. 4. Quibus alacritè se opponunt, Bart. l. fi. nu. 7. C. de pact. & ibi Bal. & Purpu. nu. 188. qui alios citat Deci. conf. 31. col. 2. Couar. in c. quāuis pactum, in. 3. part. §. 2. num. 3. de pact. in. 6. qui dicit hanc esse magis communē opinionem. In quam ego quoque procliuor sum, tutius tamen est renūtiationem fieri ex consensu monasterij, vt per Cagnol. & Purpu. in. d. l. fin. num. 194. & per Couarru. vbi proxime.

32 ¶ Vidi etiam talem quæstionem disputari. Concessit Rex Carolus summæ potentiz, & felicitatis Imperator, facultatē ad instituendum primogenitum, institutum est, minuendo legitimam filiarum monialium. Opponit monasterium rescriptum principis non ligare moniales, tanquam liberas ab eius iurisdictione. c. decernimus de iudi. argumento eorum quæ supra dixi nu. 4. Ex aduerso respondebatur, quod lex Regia, qua licet patri meliorare vnum ex filijs in tertia, & quinta condita est ante ingressum religionis, & quod ita comprehendit moniales, iuxta superiora. Ego etiā si rescriptum concedatur postquam moniales ingressæ sunt, arbitror sufficiens esse, vt primogenitum instituat, etiam

De non meliorandis

ultra tertiam, & quintam. Monialium enim institutum est, paupertas Evangelica, & sufficit quod consequantur quantitatem sufficientem ad alimenta argumento eorum que supra dixi.

- 33 **R**ursum si quis velit legare filie centum ad nuptias, & quod non consequatur nisi quinquaginta si ingrediatur monasterium, quomodo possit excludere dispositionem. §. sed & hoc presentis: legat Ferr. cautela. 9. Bart. l. 2. ff. de his qui pœne nomine ut euitet hominum opiniones, & questio nem disputat. Ias. in Authen. si qua mulier col. 2. C. de sacro sanct. Eccles.

S V M M A.

- 1 **F**ilia eius qui bonorum omnium societatem contrahit. An dotari possit ultra summam hic prefinitam, & quid in dotata à iudice, vel à tutore. num. 3. 4. 8. 11. 17. 18. & 19. Distinctione componitur. num. 6.
- 2 Socijs prospera, & aduersa communia sunt. Dos data filie. An de bonis societatis deducenda sit.
- 3 Lex prohibens non meliorare ratione dotis. admittenda est quando dotatur filia de bonis solius patris, non verò si ex bonis alterius, vel de suis.
- 4 Intellectus. glos. & text. in l. si socius pro filia. ff. pro socio. & num. 7.
- 5 Filia dotata à patre de bonis societatis. An doti fratribus conferre teneatur.
- 10 Dos data ab extraneo, contemplatione tamen patris. An debeat conferri.
- 11 Fratres nulla societate contracta, sed pro indiuiso viuentes, dotem dantes de communibus bonis eorum, filia vnus: ceteris tacentibus, nec tamen protestantibus. An illi, qui nec contradixerunt, nec protestarunt videatur donare portiones suas.
- Et quid si non consentiunt, nec protestantur, tamen socij sunt. & num. 14. & 16.
- Et an hoc casu meliorari possit filia.
- 12 Consensus expressus, hoc casu an requiratur.
- 15 Socij omnium bonorum an possint impedire dotem deduci de communibus.
- 17 Patre recusante iudex potest ex officio dotem constituere, nemine petente.

Iudex patrem representat:

- 19 **T**utor, plus promittens quam valent res minoris. An si hoc sciens, & prudens faciat: teneatur de suo soluere viro.
- Tutor nuptui traddens minorem suam proprio filio. An sit infamis, & qua pœnatur pœna.
- Curator ad dotandam minorem. an immobilia vendat.
- 20 Pater, non expressa certa summa si promittat dotem, an sit soluenda iudicis arbitrio.
- 21 Dispositio patris in testamento committentis arbitrium maritandi, & dotandi filiam, an validum sit.
- 22 Pater primogenium instituens cum onere dotandi filiam, quomodo filia dotari debeat.
- 24 Fiscus, ad quem bona patris deuenerunt quatenus teneatur dotare filiam. & num. 26. 27. & 28.
- Fiscus an teneatur soluere debita eius, cuius bona occupat.
- 25 Et quid si bona patris confiscentur propter crimen lese maiestatis diuine, vel humane.
- Fiscus an filios ægenos alere teneatur.
- 26 Obligatio dotandi an transeat ad heredes, vel successores patris.
- 29 Obligatio alenda spuria an transeat, ad patris successores.
- J** An filia eius qui societatem bonorum omnium contraxit, possit dotari de bonis societatis, ultra summam hic prefinitam, & quid in dotata à iudice, vel tutore. Cap. XV.
- 1 **S**ED An filia eius qui bonorum omnium societatem contraxit possit dotari ultra summam hic prefinitam: & quid in ea que dotatur, à iudice, vel tutore. Quoad primum illud supponendum, quod onus dotandi spectat ad patrem si non sit contracta societas omnium bonorum, ita Bald. l. si patruus. col. 4. vers. & prædicta vera. C. commu. vtriusque iudi. Decius. conf. 66. col. 4. versic. demum subiicit, & confi. 68. col. 2. vers. sed tamen his non obstantibus. Et in hoc omnes vbi que consentiunt.
- 2 **S**i tamen pater societatem omnium bonorum

norum contraxerit, dos danda est de cōmu ni, quoniam inter socios omnium bonorū cōmunia sunt prospera, & aduersa. l. cum duobus. §. quidam sagariam, & §. si. ff. pro socio. Neque imputanda est dos patri, sed de communi deducenda, ita Bald. l. si patruus. col. 4. vers. & prædicta vera. C. commun. vtriusque iudi. Deci. conf. 66. col. 4. vers. demum subiicit. & conf. 68. col. 2. vers. sed his non obstantibus. Antoni. conf. 7. Alexand. consil. 70. in primo dubio. lib. 5. Paul. conf. 369. dico quod ista lib. 1. & conf. 366. viso dicto lib. 2. Socin. conf. 291. col. 2. & conf. 5. cum seq. lib. 4. Decius in Auth. quod locum. C. de colla. glos. l. 6. tit. 10. part. 5. In quibus locis respondetur, ad l. si socius pro filia. ff. pro socio. quæ videtur, contrarium probare iuncta glos. quæ dicit illum text. loqui in socio omnium bonorum, & non cogi dotare filiam socij, nisi de eo, pactum factū sit. vide Deci. d. conf. 66. col. 5.

3 His suppositis, videtur filiam hoc casu posse opulentiùs dotari quam hic præscribitur, quoniam dos de cōmuni deducenda, non verò patri imputanda, quod si non est imputanda, ergo non videtur dotata de bonis solius patris, quod si non dotatur de bonis eius, ergo potest dotari supra summam admittendam. Quoniam hæc lex solum admittenda, quando filia dotatur de bonis solius patris, non verò si ex bonis alterius, vel suis, scilicet filiar. Ita probatur, ex Aymon. conf. 84. num. 4. Afflict. in constit. Siciliæ. lib. 3. tit. de successio. filio. num. 47. Curti. senior. conf. 27. col. antepen. vers. nam vt dixit Aym. conf. 142. num. 10. Soci. conf. 121. col. 1. nu. 2. vers. potest etiam dici lib. 1. Corn. cōf. 171. col. 2. lit. E. lib. 4. & dixi supra cap. 11.

4 Hæc verosimilia sunt. Sed contraria sententia verior videtur. Imò verò si dos tanta sit, vt facta computatione patris quæ ex bonis societatis pertinet ad patrē, resultet melioratio, scilicet, vt filia accipiat supra legitimam, dos ressecanda erit. Ante omnia illud supponendum, quæ questionem an contracta societate omnium bonorum dos filiarum sit cōstituenda de cōmuni, ad cō difficultè apparere; vt Petrus Perusi. in tracta. de duob. fratri. part. 6. q. 9. post benè proximam disputationē, scripserit vtramuis opinionem, absque peccato retineri posse. Sed certè veritas vna est, falsitas multiplex.

5 Deinde, Alexand. conf. 154. videretur

circa cōsultationem præmissam. col. 2. nu. 5. lib. 2. vers. & idem Bal. scribit quod requiritur, vt sit expressè contracta societas omnium bonorum cum pacto quod onus dotandi sit commune, & quod deficiente hoc pacto, filia socij omnium bonorum, nō est docēda de cōmuni. & ibi Moli. in additione: dicit hoc esse verissimum. Idem sentit Alex. conf. 133. venio ad primum dubium. col. 2. nu. 2. vers. quod videtur verū. lib. 2. & conf. 77. lib. 4. Et hanc dicit cōmuni opinionem. Soci. conf. 213. consilij nostris. nu. 14. lib. 2. & sequitur Lupus. in rep. rubricæ de dona. §. 62. vers. ex prædictis infertur qd si maritus. Et in eam videtur inclinare sententiam. Corne. conf. 52. quamuis ex dictis supra lib. 3. col. 2. & cōf. 58. ad euidentiā col. pen. lib. 4. Vbi plurima adferunt. Alex. conf. 76. col. 2. lib. 4. Albc. & Fulg. in d. l. si socius pro filia: & est verior & magis communis opinio: secundum Ias. in Auth. quod locum. num. 6. vers. ego semper. C. de collat.

6 Mihi placet distinctio. Aut enim querimus an constante societate omnium bonorum, dos sit deducenda de communi, & omnes vtriusq; partis propugnatores, consentiunt de communi deducendā. Ita enim Corneus docet, in locis supra citatis: & asseuerant defensores primæ partis. Aut querimus an soluta societate, dos data ea constante, sit imputanda in partem patris, & mihi videtur imputanda, cum soluta societate bona diuiduntur. Ita videtur probari in l. si socius pro filia: iuncta glos. ff. pro socio, nam glo. intelligit: illum textum in societate omnium bonorum, & textus dicit quod dos soluto matrimonio reddere debet ad patrem. & ita notat Corn. d. cōf. 52. col. 2. lib. 3. & conf. 58. ad euidentiā. col. pen. lib. 4. Moli. ad Alex. conf. 154. col. 2. lib. 2. Roman. conf. 145. & conf. 414. col. 2. Ias. in Authen. quod locum. col. 3. C. de colla. Petrus Ferras. in forma libelli, in causa societatis. verbo vnde cumque quæ sita. & docent omnes doctores qui se subscribunt conf. Alexan. 76. lib. 4.

7 Et hoc maximè congruit rationi, nā dos succedit loco legitime, legitima autē detrahitur de bonis patris, & nō de bonis socij. Nam legitima est quota eius qd quis habiturus esset ab intestato. l. parentibus. C. de inoffi. testamen. Socio autem, non succedit filius socij ab intestato, quia est extraneus, & hanc rationem profert Corneus

De non meliorandis

d. conf. § 2. lib. 3. & consi. § 8. col. pen. lib. 4. & reliqui supra citati.

8 **¶** His ita definitis, apparet filiam socij, licet dotetur de bonis communibus, tamen dotem imputari patri. quoniam dos videtur data à patre, non à societate, quod nominatim scribit Corne. d. consi. § 2. col. 2. vers. ponamus enim lib. 3. Ergo si patri dos imputatur, ab eo dotata est, quòd si ab eo dotata est, non potest portionem dare ex qua resultet melioratio, quoniam est aduersus hanc legem.

9 **¶** Ru. sus probatur, quoniam ratio huius legis, est, ne filia dotata deuorando patris facultates, aliorum legitimam tenuem reddat, filia autem dotata à patre, de bonis societatis, tenetur conferre dotem fratribus suis. l. filix dotem. l. si soror. C. de colla. nominatim. Corne. d. consi. § 2. col. 2. lib. 3. vers. præterea ponamus.

10 **¶** Ergo si dos immodica sit, rescabitur in collatione, vt in dictis locis, & in l. 29. Tauri. Nam hodie dos excedens hanc legem, dicitur inofficiosa. Præterea, hæc opinio probatur, quoniam negari non potest quim filia dotata de bonis societatis, dotetur cõtemplatione patris, ergo tenetur dotem adferre in collationem, quòd in extraneo dotante cõtemplatione patris, latè probat Alex. consi. 179. lib. 5. col. 1. Sali. in. l. omnimodo. §. fin. C. de inoffi. testamen. Ang. & DD. in. l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. Curti. iunior de fœudis. par. 3. nu. 43. Bertran. conf. 306. lib. 2. Cremen. sing. 82. cū alijs congestis cap. 12. versic. illud tamen maximè notandum. Vbi probaui dotem datam ab extraneo cõtemplatione patris, censerì profectitiam & computandam in legitimam dotatæ.

11 **¶** Non obstant adducta in cõtrarium, quoniam factum est non videri dotatam de bonis solius patris, imò verò ab eo accipit, & in diuisione societatis dos imputatur patri, & filia; illam accipit loco legitimæ, ergo supra legitimam resistente hac lege dotis ratione accipere non potest.

12 **¶** Ex his dubia redditur illa nobilis quæstio, quòd si fratres nullam contraxerunt societatem, sed viuunt pro indiuiso tamen si dos sit data de bonis cõmunibus fratrũ, filix vnus fratris cæteris fratribus tacentibus, & nihil protestantibus, q̄ illi qui non contradixerunt, videntur donasse portiones suas. Ita scripsit Imol. in consi. incip. in casu præmissis de pluribus, in. 4. dubio. De-

ci. consi. 66. num. 4. vers. secundo principaliter, & consi. 68. num. 4. Hippoli. sing. 344. num. 3. Quo casu si ea opinio est vera absque dubio dos posset excedere legitimam pro portione quam filia videtur habere à patris.

13 **¶** A Equidem Alexan. conf. 154. col. 2. nu. 5. lib. 2. requirit consensum fratrũ, vt dos data filix vnus fratris, alijs præiudicet. Et in hac specie loquitur Ias. in Auth. quod locum, num. 6. vers. tenendo istam partem. C. de collat. Socin. consi. §. nu. 11. vers. circa secundam difficultatem. lib. 4. & consi. 6. nu. 2. vers. descendo igitur. cod. libro. Et certè si fratres consentiunt. res suas in dotem dari, videntur eas donare, ex dispositione. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor actio. quæ procedit etiam quando patre viuo dos datur ab extraneo, vt docui supra cap. de fratre dotante, num. 12.

14 **¶** Si verò fratres non consentiunt, sed sunt socij omnium bonorum, & tunc etiam si taceant, & nihil protestentur, sibi non præiudicant, sed solida dos patri est imputanda, quoniam cum non possint impedire dotem deduci de bonis cõmunibus in societatem contractis, consensus eis non præiudicat, iuxta traditionem Bar. cõmuniter receptam: in. l. quæ dotis. ff. solu. matri. Vbi Bar. sequuntur omnes doctores, & dixi supra cap. 10. nu. 79. ve si mouentur.

15 **¶** Quod autem socij omnium bonorum non possint impedire dotem deduci de cõmuni, probatur ex DD. supra citatis, & ex. l. omne æs alienum. ff. pro socio. Et probatur, quoniam cum pater omnia sua socijs communicat, neq; ex hoc liberetur ab obligatione dotandi filiam, certè dos necessario est deducenda de bonis cõmunibus. Quinimò quòd fortius est, etiam si socius omnium bonorum consentiat dotem deduci de cõmuni, non præiudicat sibi quominus imputet patri, nisi ipse, filiam socij dotauerit, ita vt colligi possit animus donandi partem suam, vt per Socin. consi. §. num. 11. lib. 4. Hoc probatur, quoniam consentit dotem deduci de cõmuni, quia ita lex præscribit: & non quòd ego cõsentiam dotem solui de cõmuni, deò mihi consensus est imputandus, ita vt non imputem eam in partem socij.

16 **¶** Non enim hic est consensus qui inducat donationem, sed consensus necessarius, quo me conformo legi; ita præscribenti. Si tamen fratres non sint socij, sed cõuiuãt ad similitu-

- similitudinem sociorum, & tunc nō videtur absurdum, vt si patiar rem meam dari à fratre in dotē filix suæ, q̄ videar eā donare, iuxta distinctionē Bart. in l. quæ dotis, ff. sol. matri. quæ est communis, secūdū Alex. & Iaf. & in l. si fundum per fideicōmissum, ff. de leg. 1. Loquor autem quādo cōsentio rem meā in qua habeo dominiū, dari in dotem filix fratris præsumo enim animum donandi.
- 17** Quid autem in fœmina quæ dotatur à iudice, an possit dotari supra taxam huius legis? Supponendum, quod patre recussante, iudex potest constituere dotem ex officio etiam nemine petente, autore Nouell. de dote. 7. parte. priuileg. 17. Bald. l. si. col. fi. C. de dot. promif. Aufser. quæst. Tolofana. 290. Boer. decis. 230. nu. 4. Curti. senior. consi. 39. Lupus. c. per vestras. §. 20. vers. ad simile. de dona. inter virū, & vxor. Hippoli. consi. 125. nu. 10. & 12. Cassan. in consuetud. Burgun. rub. 7. §. 12. nu. 24. & rub. 1. §. 4. nu. 2. l. vers. sed iuxta Iacob. l. profectitia. §. si quis certam. ff. de iure doti. Supposito q̄ iudex potest constituere dotem, certè non potest excedere præfinitionem huius legis. Non enim iudex legum custos transgreditur legem, neq; patronus iustitiæ, erit autor iniuriæ. Et qui volentem patrem cohibet transgredi legē, non erit autor trāsgressionis. Neq; obstat dicere, iudex est extraneus, & hæc lex solum præfinit liberalitatem patris, nam iudex repræsentat patrem. l. si ob causam. C. de cuius. idē non potest magis dare quam ipse pater, neq; dici poterit negotium patris gefisse, si det supra id q̄ pater daturus fuerit. l. & idē. §. si. ff. de in rem verso. Pater autem non potest transgredi hanc legē.
- 18** De hac re vide quæ scripsi supra capite primo, vers. hæc autem opinio, & versic. meminisse tamen oportet, vbi de iudice aliqua tradidimus. Tantura enim abest, vt possit dare supra taxam, vt neq; summam in ea præfinitam dare possit, si excedatur legitima, vel modus congruens facultatibus & dignitati personarum, & numero liberorum. Hæc enim lex, non dicit quantum pater teneatur dare, sed vltra quam summā non possit dare, vt dixi latē d. c. 1. Vbi scripsi, dotem congruam dici arbitrio iudicis, & quid iudex inspicere debeat, de quo vide Lupum. c. per vestras. §. 22. in cōstituenda. & §. 23. Sed pulchrum est, de donatio. inter virum & vxor.
- 19** Quid autem in tutore dotante minorem suam, certè do em statuere debet pro modo facultati. l. quæro. l. siue generalis. ff. de iure doti. l. 9. tit. 11. part. 4. Si tamē plus promittat quam valent res minoris, si hoc sciens, & prudens faciat, tenetur de suo solvere viro, quia videtur donasse. l. cum post mortem. §. 1. ff. de admi. tuto. scribit Nouell. de dote. 6. part. priuileg. 41. Quod in simili scribit Nouell. de dote. 6. part. priuileg. 6. Bosqueus de nupt. lib. 5. num. 34. Lupus in rub. de donatio. §. 66. nu. 14. Gomezius l. 51. Tauri. nu. 23. Quod si tutor nupti det minorem suam, proprio filio, infamis est. l. 1. l. & si tutor. C. de interdic. matrim. & dos data condicitur, & tutor punitur, vt per Angel. consi. 92. col. fi. Et an curator, ad dotandū, immobilia vendat, vide. l. siue generalis, & ibi Iac. bin. ff. de iure doti.
- 20** Rursus si pater non expressa certa summa, promittat dotem, soluenda est arbitrio iudicis expensis qualitatibus, de quibus dixi cap. 1. nu. 33. l. cum post. §. gener. ff. de iure doti. Affli. decisio. 337. num. 9. col. fin. Idem si dos relinquatur generaliter, vt per Parisi. consi. 18. nu. 41. lib. 3. Nouell. de dote. 6. part. priuileg. 15. Quomodo autem iudex arbitrans dotem, possit vti prudenti dispositione huius legis, dixi cap. 1. nu. fin. In dubio autem pater promittens dotem filiabus secundo genitis non expressa quantitate, videtur dare, quantum dedit primæ ratione æqualitatis seruandæ secūdū Socin. & Ripam, nu. 93. l. 1. ff. solu. matrimo. Lupus cap. per vestras. §. 14. nu. 7. de dona. inter vir. & vxor.
- 21** Deniq; quid sit inspiciendum in constituenda dote, dixi latē cap. 1. Quibus addendum, q̄ si pater iubet filiam traddi nuptui, videtur sentire, vt dotetur, secundum Lupum. d. c. per vestras. §. 2. col. 3. de donat. inter vir. & vxor. Et an valeat dispositio patris in testamēto committentis arbitrium maritandi, & dotandi filiam, vide Alexā. & Iaf. l. Turpia. ff. de leg. 1. Alex. l. 1. nu. 28. ff. solu. matrim. & ibi recētiore. Quicquid autem sit verius, illud est expeditū, eū cui cōmittitur arbitriū dotis, non posse maritadam meliorare Regia. l. 31. Tauri.
- 22** Quatenus autem possit se extendere, an scilicet teneatur assignare integram legitimam, dixi cap. 1. Vbi dixi quid hodie iudicandum stāte Iure Regio, quo omnes patris facultates censentur legitima filiorum, excepta quinta.

¶ Et

De non meliorandis

- 23 ¶ Et quid si pater instituat primogenium cum onere dotandi filiam: quomodo dotari debeat, an scilicet, vsq; ad leg. timā, vide quæ ibi dixi, & nouissimè Molin. lib. 2. de Hispan. primog. c. 15. à nu. 34. Interim tamen, de eo cui committitur arbitrium dotis, vide Bart. & Rayner. l. si filia. ff. de leg. 3. Corn. consi. 197. col. 3. versic. quòd maximè cum seq. lib. 1. Sali. in disputa. statuto cauetur. Arius. l. 50. Tau. num. 18. Ang. in Authēt. de restit. & ea quæ parit. §. quam. ob rem. Bald. in Authen. res quæ, col. 4. C. commu. de leg. Soci. consil. 288. num. 18. lib. 2. & in l. hæredes mei. §. cum ita. col. pen. ff. ad Treb. Curti. senior. consi. 27. col. 12. Alexan. consi. 83. col. fi. lib. 4. Sali. & Fulg. in Authen. res quæ. C. commu. de leg. Alexand. consi. 69. col. 1. lib. 1. & consi. 7. num. 5. lib. 2. Afflic. constit. Sicil. rub. 3. tit. de successio. fil. nu. 52. cum alijs congestis, cap. primo.
- 24 ¶ Quid autem in fisco ad quem patris bona perueniūt, quatenus teneatur dotare filias. Respondeo fiscum cogi dotare. l. in insulā. ff. solu. matrim. Bald. l. fi. C. de dot. promiss. Paul. l. si soror. col. fi. ff. solu. matrim. Soci. consi. 57. nu. 23. lib. 4. Rip. l. 1. num. 78. ff. solu. matrim. Lupus in rep. c. per vestras. §. 23. nu. 16. de donat. inter virum, & vxor. Corrafi. in repet. l. qui liberos nu. 110. ff. de ritu nup. Fiscus enim tenetur soluere debita eius cuius bona occupat. l. si vt proponis C. de bonis proscriptis.
- 25 ¶ Quod procedit etiam si bona patris confiscentur propter crimen lesæ maiestatis diuinæ, vel humanæ, adhuc enim fiscus tenetur dotare filias si non habeant vnde se dotent. Licet enim hodie ex cap. cum secundum leges de heret. in. 6. nulla relinquatur filiis legitima, & correctā sit. l. Manichæos & l. quicumq; C. de heret. & l. 3. tit. 76. part. 3. tamen fiscus, qui succedit in bona hereticæ, tenetur de æquitate alere filios, vel eis aliquid pro alimentis dare. Cum enim lex eis relinquat vitam. cap. vergētis de heret. non sunt famæ, ad mortem adigendi. Ita docuit Ioā. Lupus Decanus Segouienfis in tractatu de hereticis. q. 19. & sequitur Ioannes Lupus in rep. c. per vestras. §. 23. nu. 15. de donatio. glos. l. 9. tit. 5. lib. 3. fori, verbo *A otro*, Et facit qd scribit Guilielmus de Monte. in Clemen. pastoralis. §. care. ū. de re iudi. qd si filij egeni sint, non est eis etiam propter grauisi mū delictū patris, tollenda portio debita iuræ naturæ.
- 26 ¶ Et infert Lupus. d. §. 23. qd cum dos succedat loco alimentorū, qd fiscus tenetur dotare filiam heretici. Citat Bald. l. fi. C. de dot. promiss. Sed Baldus non loquitur expressè quando bona confiscantur propter crimē heretis. Nā extra casum quo ppter crimē lesæ maiestatis diuinæ, vel humanæ bona confiscantur, manifestum est fiscum, vel quēcūq; alium bonorum paternorum successorem, cogi dotare filias, vt patet ex supra citatis. Nam id generale est, obligationem dotandi transire ad hæredes, vel successores patris, vt per Bart. & Paul. l. si maritus. §. si voluntate. ff. solu. matrim. & in l. post dotem in. 2. q. prin. ff. eo. tit. Paul. in l. si focer in princ. ff. eo. tit. Curt. senior. consi. 27. col. 14. versic. venio ad quartum. Aretin. l. qui superstitis ff. de acquirēd. hæred. Hyppoli. consi. 125. col. 1. Alex. consi. 169. nu. 2. lib. 7. Deci. consi. 379. nu. 13.
- 27 ¶ Reperio tamen, qd in casu quo propter crimen lesæ maiestatis diuinæ bona confiscantur, qd etiam tunc fiscus de æquitate tenetur filiam dotare, ita docet Rip. l. 1. nu. 78. ff. solu. matrim. Corrafi. l. qui liberos nu. 110. ff. de ritu nupt. Quorum opinio Christianæ charitati conuenit, & amplectenda videtur, licet contra dicatur sentire. Socin. consi. 57. lib. 4. Nō enim mansuetudinem Christianam sapit, pati etiam hostē famæ perire, & magnificum, sanctūq; cum primis est, pudicitia puellarum succurrere, ne inopia prostituāt corpus. Et in ambiguis quæ mansuetudinem, & charitatē sapit.
- 28 ¶ Quatenus autem fiscus teneatur dotare, liquebit ex puellæ dignitate, forma & ætate, & cum dos misericordia concedatur, potius quam iure, non oportebit amplius petere quam qd mediocrè, vel infra mediocritatem est, arbitrio prudentis æstimādū.
- 29 ¶ Illud autem prætermissum nolui, viris Christianis adeò fuisse curæ ne quis famæ percat, vt non solum spuria ex sacri iuris traditione alimenta concedant, verum etiam obligatio alendi transit ad successores paternæ substantiæ quod sanctum & inuolabiliter obseruandum mihi videtur, & docet Socin. in l. Marcellus. §. res quæ, col. 1. ff. ad Trebel. Curti. iunior in Authen. res quæ, nu. 30. C. commu. de lega.

S V M M A.

1 PROHIBITIO de non meliorando dotis ratione, an locum obtineat in filia secundo

- do nubenti. & num. 2. 3. & 4.
- 2 Intellectus Auth. de equalit. d. r. s. quia vero collat. 7. aqua desumpta fuit Auth. sed quāvis C. de rei vxo. actione.
- 3 Dos in congrua an à marito constante matrimonio auocari possit.
- 5 Immodicam donationem (patre viuente) an possit reuocari à filijs.
- 6 Pater; an filia secundo nubenti teneatur dotem dare. & num. 17.
Pater inops, an teneatur dotare filiam.
- 7 Dos secundo nubenti quo casu dāda sit. & num. 9.
- 8 Legitima filiorum iure Regio quanta sit. remisiue.
- 10 Dos congrua data filia si adhuc extat (eo casu quo teneatur pater eam secundo nubentem dare) an pro modo facultatum (si diminuta sint) teneatur dare.
- 11 Pater secundo, nuptui traddens filiam si dotē promittat nulla facta mentione de prima, an vtrāq; peti possit.
Et quid si maiorem summam promittat quā fuit prima, an censetur prima ibi comprehensa.
Et quid in muliere secundo nubente, promittēte dotem nulla summa expressis, an videatur promittere, quod primo marito in dotem dedit.
- 12 Pater dotem non tradditam, sed promissā primo nupti, an teneatur filia secundo nubenti dare. & num. 13. & 14.
- 14 Verbum Dare, & promittere, an parificentur.
- 15 Dos data in primo matrimonio, si extat, an possit secunda dos, pro secundo matrimonio peti. & num. 25.
Filia secundo nubens, solum dotem praesumitur habere à patre. cetera autem; praeter primā dotem, praesumitur habere à marito, vel ex proprijs bonis.
- 16 Data à patre, pro secundo matrimonio praeter primam dotem extantem, si excedant legitimam. vel praescriptionem huius nostrae legis, an rescandae sint.
- 18 Pater assignans legitimam filio, in vita, si dolo, vel culpa sua eam amisit; an pater teneatur de nouo relinquere.

Et an isto casu teneatur alimenta dare. & num.

20. 21. & 27.

- 22 Prima dos data filia, & absq; eius culpa amissa, an sibi in legitimam imputari debeat. & num. 30. 31. 33. 34. & 35.
- 23 Prohibitio de non meliorando an extendatur ad alienationem necessariam.
- 26 Filia quae nihil habitura est, ex paterna substantia, praeter dotem: si dos semel data, eius culpa amittatur, an sic iterum dotanda.
- 28 Filia emancipata semel dotata, an sit iterum dotanda, quandocunq; fuerit dos consumpta, dum tamen non fuerit culpa patris.
- 29 Actio de dote, communis est patris, & filiae.
Limita si filia non sit emancipata. Et quid hodie seruandum sit in hoc.
- 32 Pater; emancipatam an dotare teneatur, toties quoties opus fuerit.
- 35 Filia ex nuptijs solum videtur liberata à patris potestate, in his quae sibi vtilia sunt, non vero in his quae damnosa.
- 36 Affectus naturalis quo pater adducitur ad dotandam filiam, non tollitur emancipatione.
- 38 Frater; an teneatur secundo sororem dotare. remisiue.
- 39 Vidua secundo nubens quantum possit dare in dotem marito.
Intellectus. l. hac edictali C. de secund. nupt.
- 40 Maritus secundo nubens habensq; filios quātū in dotem vxori dare potest.
Dos quae datur à marito vxori; an sit danda ante contractam matrimonium, vel post.
Limita si vxor esset nobilis, maritus vero ignobilis.

¶ An dispositio huius legis locū habeat in dote, quae datur secundo loco filia secundo nubenti. Cap. XVI.

- 1 **Q**uero deinde, an dispositio huius legis locum habeat in dote quā pater dat filia secundo nubenti. Distingue aut dos primo loco data extat, aut consumpta est. Primo casu distinguendū. Aut enim dos fuit immodica. Aut fuit iusta, & congrua. Primo casu, scilicet quādo dos

De non meliorandis

- dos primo loco data fuit immodica, certè pater nõ tenetur eandẽ dotẽ dare secũdo nubenti. Ita probari videtur in Authent. de æqual. dot. quia vero iã, ibi, *Si cõpetẽs est.*
- 2 **¶** Reperio tamẽ, q̃ Philippus Decius, ecce lentis ingenij vir, conf. 35. præstantissimẽ Doctor, col. 6. versic. nõ obstat tertio vltima responsio. Scribit, quòd etiam si dos sit immodica, si data est filix cum primo nuptui tradita est, pater eandem dotem dare debet cum secundo nubit. Quod repetit in eodẽ consilio, col. si. versic. non obstat, quòd. §. quia vero. Vbi dicit, quòd illa verba. *Si cõpetens est* posita in dist. §. quia vero. Significant, si conueniens est. Et q̃ ita interpretatur ibi glosa. Sed certè glosa non explicat illa verba, licet antea explicet verbum cõpetit, idest si conueniens est. Aequidem fateor verba. §. quia vero, ibi, *Si cõpetens est*, interpretari posse, si æquum est, cum tamen secundũ proprietatem Romani sermonis, non rectè dicatur cõpetens quod æquum est, certè non videtur præ posterum iudicare, textum illum ex quo desumpta est Authent. sed quãuis. C. de rei vxor. actio. loqui quãdo dos primo loco data, fuit cõpetens. Sed adfert Decius in defensionẽ suã opinionis, verba vltima eius. §. quia vero, vbi dicitur q̃ quando facultates patris aliquo casu sunt diminutz, quòd dotem minuere potest, & solum iuxta facultates dotẽ constituere; ergo videtur (inquit Decius) q̃ aliã nõ habeatur respectus ad facultates, & q̃ dos debet dari sicut primo data, vel promissa fuit. Sed certè hoc telum in eum retorqueri potest. si enim diminutis facultatibus diminuitur dos data, ne incõgrua sit, multò magis diminuetur quãdo à principio incongrua erat, & immodica?
- 3 **¶** Mihi videtur distinguẽdum. Aut enim dos primo data tanta erat, vt fieret præiudicium legitimæ ceterorum filiorum, & certè secũdo nubenti dari non poterit, esset enim perseuerare in errore seu malitia, cum enim à primo marito cui data fuit reuocari possit, etiã cõstãte matrimonio, vt per Paul. l. vna. col. 2. C. de inoffi. dotib. & l. 29. Tauri, cum alijs quos infra citabo suo loco, cur secundo marito detur, & secũdo nubenti non tollatur, quod de iure auferendum est? Quod autem dos de iure communi dari non possit si fiat præiudicium legitimæ ceterorum filiorum: docui latè supra capite primo.
- 4 **¶** Rursus q̃ ex decreto huius legis filia nõ possit vltra legitimã dotari, indicant eius verba. Itaq; si supra legis permissionem dos data sit, non est dauda filix secundo nubenti, optimũ enim est errores nostros corrigere, & cum à principio iniqua fuerit dotis constitutio, certè secundo nubenti pater auferre eam potest. Habet enim pro se legem, corrigit quod præ posterè fecit, cuitat lites inter filios, ac demũ facit quod inuita filia faciendũ est.
- 5 **¶** Neq; obijciat aliquis, viuente patre non posse reuocari à filijs immodicam donationem, vt per Bald. & Salic. l. vna. C. de inoffi. donat. & q̃ sic filia secundo nubẽs, saltim viuente patre, retineret dotem immodicam. Sed hic dupliciter respondeo. Primo quòd in casu de quo loquimur pater retinet non filij. Deinde pater ipse agẽdo, vel excipiendõ potest impugnare immodicam dotem à se constitutam, saltim ex vi huius legis prohibitiue, vt infra dicam suo loco. Pro hac opinione faciunt verba. §. quia vero ibi, *Si cõpetens.*
- 6 **¶** Si tamen dos esset immodica, non quòd fateret præiudicium legitimæ aliorum, sed quia si pater secundo nubenti traderet eam, paupertatẽ præmeretur, & tunc nõ tenetur secundo eandem dotem dare; ita probatur d. §. quia vero, & in Authent. sed quãuis. C. de rei vxor. actio. Quod amplia, non solum quando post constitutam dotem paupertas, & diminutio facultatum venit, sed quando à principio, tempore primo constitutz dotis, pauper erat. Moueor, quoniam pater inops, non tenetur imò non potest dotare filiam, autore Bald. l. fin. col. 3. C. de dot. promiss. nu. 10. Roman. l. 1. ff. solu. matri. Ias. §. fuerat, col. 36. vers. secũdo notate. Insti. de acti. Corn. conf. 282. col. 6. ver. nec etiam, lib. 1. Aret. cõf. 17. col. pen. ver. dico etiã. Lupus in repetit. c. per vestras. §. 22. in constituenda, nu. 1. de dona. inter vir. & vxor.
- 7 **¶** Si tamen dos diceretur immodica, quia excedit legitimam dotatã, quæ de iure cõmuni est tertia paternæ substantiæ diuidẽda inter quatuor seu pauciores fratres, vel dimidium paternæ substantiæ si sunt plusquã quatuor, vt in Auth. nouissima. C. de inoffi. testa. & tũc etiam si dos excedat legitimã, quæ pertineret ad filiã diuidẽdo triẽtẽ, vel semissem cũ fratribus, certè dos primis nuptijs data: dauda est cũ secũdo nubit. Hec enim dos, licet dici possit exce-

excedere modum requisitum, quia excedit legitimam, tamen cum nō faciat præiudicium legitimæ cæterorum filiorū, lex permittit patri, vt de reliquis bonis, quæ restant deducto triente, vel semisse, possit meliorare filiam quam velit, & vnam vberius quā aliam dotare, vt latè probaui. c. 1. nu. 24. versi. hætenus de dote.

8 ¶ Hoc tamē non procedit Iure Regio, quo vniuersæ parentū facultates dēpto quin to sunt legitima filiorum, vt probaui. d. c. 1. nu. 17. quoniam vbi primū exceditur legitima dotatæ, fit præiudicium legitimæ cæterorū. Quinimō etiā si detur quinta pars censetur fieri præiudicium, quoniam hæc lex prohibet eam dari in dotem supra legitimam, quod tractaui etiā cap. 1.

9 ¶ Si tamen diceretur immodica, non quia excedit legitimam dotatæ, nec quia facit præiudicium legitimæ aliorum, sed quia est supra modum facultatum, & tunc si exceditur meta hic adscripta, resseccabitur. Si tamen non exceditur meta, neq; legitima, & tamen est supra congruentiam honestam, & hoc casu cogendus est pater dare secundo nubenti integram dotē, primo constitutam, & ita intelligenda sunt verba Deci. d. conf. 35. quæ incautis facilè imponere possent, & videntur scrupulum iniēcisse, Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 7. §. 12. nu. 2.

10 ¶ Secundo casu, scilicet quando data fuit dōs congrua, & adhuc extat, certè pater tenetur eandem dotem filia dare, vt in dist. Authent. sed quāuis. C. de rei vxor. actio. Nisi fortè eius facultates sint diminutæ, tunc enim solum pro modo facultatū tenetur dotare. Ita probatur, in Authent. de æqualita. doti. §. quia vero ad finem, & in d. Authen. sed quamuis, & ibi notat Cin. Soci. conf. 57. num. 31. lib. 4. & conf. 1004 nu. 10. lib. 3. Boer. decis. 137. nu. 2. Ripa. l. 1. nu. 60. ff. solu. matri. Pau. conf. 11. col. 2. versi. si vero nubat. lib. 1. Baptista de sancto Blasio. de præuileg. dotis. præuil. 101. Quod pater facere tenetur, non solum si filia velit secundo nubere, verum etiā si velit ingredi religionem, vt docui supra cap. 14. nu. 3. secus si velit seorsim de se vivere, vt Alberici opinio est, quæ citat & sequitur Ripa. l. 1. nu. 63. ff. solu. matri. Facit. l. stipulationum. ff. de iure doti.

11 ¶ Rursus illud notandum, qd si pater qui secundo nuptui traxerit filiam, promittat dotē, nulla mentione facta de prima, certè

vtraq; dos peti non potest. Vt egregiè & prudentèr definit Guido, decis. 375. nu. 3. & singulari. 281. Cin. in Authen. sed quāuis. C. de rei vxor. actio. Corn. consil. 102. lib. 2. Et probatur expressè in l. dotem. ff. de iure doti. scribit Curt. iunior, cōf. 144. nu. 8. Abb. conf. 46. col. 1. versi. venio ad secundam lib. 1. & conf. 81. col. lib. Signorol. conf. 252. col. 5. versi. præterea. Boer. decisio. 137. Bertran. cōf. 35. nu. 11. lib. 1. Bened. c. Raynunt. verbo Dotem, nu. 18. de testam. Quinimō etiā si pater maiorē summam promittat quam fuit prima dos, censetur prima ibi comprehensa, vt per Alexā. in l. huiusmodi. §. cum pater in 3. limita. ff. de leg. 1. Quod intellige, vt ibi de clarat, & vide eum in l. si cum dotem. §. si pater. ff. solu. matri. latè Boer. decis. 137. nu. 2. Sic mulier secundo nubens, non expressa summa dotis, videtur promittere quod primo marito in dotē dedit. l. diuus. l. dotem. ff. de iur. doti. l. pen. §. vxor. ff. solut. matrim. l. cum maritus. §. Titius. ff. de pact. dotal. Cin. in Authen. sed quamuis in 3. quæ st. C. de rei vxor. actio. Bart. in disputa. incip. Mulier habes amplum patrimonium Socin. conf. 69. nu. 14. lib. 4. Paul. si mulier diuertit, & l. pen. §. vxor. ff. sola. matrim. Soci. conf. 80. nu. 1. lib. 4. textus in l. dotem. ff. de iure doti. Boer. decis. 137 nu. 11. distinguendum tamen inter maiorem, & minorem, vt per Parisi. conf. 34. lib. 3. col. 2. & vide Cor. aliter sentientem conf. 254. col. 3. versi. item præmittendū, lib. 1.

12 ¶ Neq; solum pater dotem primo tradiditam, sed solum promissam, tenetur filia secundo nubenti traddere, licet nunquam tradita fuerit. Ita Cin. & Sali. in d. Authent. sed quāuis. C. de rei vxor. actio. Ias. in l. filia legatorum. C. de leg. & nouissimè Deci. conf. 35. col. 2. & 3. num. 4. versi. mihi videtur, & col. 6. versi. ego vero indubitanter, vbi citat. §. quia vero in Authen. de æqualita. doti, ibi: *Obtulerit*, quod videtur significare promissionem. Contra tamen sentit glos. in d. Authent. sed quamuis. Ias. & Angel. in §. fuerat. Insti. de actio. ac nouissimè Ripa. l. 1. num. 64. ff. solu. matri. rem in definitam in medio reliquit.

13 ¶ Mihi prima sententia placet, nam filia in doteius videtur habere, etiā si nō tradita sed promissa fuerit, vt in l. ex more. C. de pact. conuentis. Item licet textus in §. quia vero, dicat dotem ad patrem reuersuram,

De non meliorandis

suram, & sic videatur supponere fuisse datam, tamen satis reuertitur, quoad facultatem denuo eam dandi, cum eius potestatem nunquam exiuerit. Item si fundamētum secundo dotandi, est, quod dos reddit ad patrem, certè satis reddit, quæ nunquam de facto eius manuū exit.

14 ¶ Neq; obstat verbum (Data) positū in. §. quia. pro: quia dare, vel promittere paria sunt, vt in d. lex morte. C. de pact. conuen. & dixi supra cap. 2. versic. notandum. Et hanc opinionē, in casu magis dubio tenet Curt. i. senior, cōf. 27. col. 15. versic. si enim datio. Vbi dicit, quod si aliquis dedit primo in dotem aliquam rem, quā ex statuto dare non potuit, & eo prætextu non soluit, quod si filia secundo nubat, tenetur parem summam in dotem dare, quia satis dicitur reddere ad eum, quod nūquam dedit, & sic est magis conseruatum, vt secūdo dotet. Et quod dos promissa sit secundo danda docet Cifontanus in l. 17. Tauri, nu. 5. versic. sed his non obstantibus.

15 ¶ Illud autem addendum, quod quādo dos data extat, secunda dos pro secūdo matrimonio peti nō potest. Ita probatur in Auth. quod locū. C. de collatio. Vbi textus loquitur de dote amissa. Rursus probatur quoniā, vbi primum pater dotauit, satisfecit obligationi imposita sibi, ex l. qui liberos. ff. de ritu nupt. Neq; amplius quam semel tenetur dotare, si dos extat, vt significat Soci. in l. 2. §. quod si in patris, nu. 15. & 16. ff. solu. matrim. Curt. i. senior, cōf. 27. col. 15. Hinc inferitur, quod licet filia secundo nubat, solum præsumitur habere dotem à patre, cætera autem præter primam dotem præsumitur habere à marito, vel ex proprijs bonis, vt per Ias. cōf. 88. nu. 2. lib. 1. Albe. & Sali. in l. etiā. C. de donat. inter vir. & vxor. Sali. in l. quintus. ff. eod. tit.

16 ¶ Inferitur etiam, quod si præter primam dotem extantem, pater aliquid det, pro secundo matrimonio, quod si exceditur legitima, vel præfinitio huius legis, ressecabitur: vt dixi supra cap. 5. nu. 38. Vbi tractauimus de augmento dotis, au admittatur, si excedatur iūmma hic præfinita. Aucta autem censetur dos, si pater secundo nubenti aliquid det, etiam si non declaret se dare pro dote, vel augmento. l. quod autem. ff. de iure doti. & ibi Bart. Bald. l. nulla. C. de iure doti. Corne. cōf. 282. col. 4. lit. E. lib. 1.

17 ¶ Venio ad secundam quæstionis partem, quando, scilicet, dos primo data cōsumpta

est, an non obstante hac lege, pater secūda dotem dare possit, etiam si vtraq; dos iuncta excedat præfinitionē huius legis. Supponendum autem, quod si filia dolo cōsumpsit dotem, vel sua culpa eam amisit, pater non tenetur eā secundo dotare cessante autem eius dolo, vel culpa, si curdā dotem dare tenetur. Ita probatur in Authent. quod locum. C. de collatio & ibi notant Barto. Bald. Sali. & Corn. & Ias. col. 4. nu. 7. Capella Tolosana. 290. Boer. decisio. 131. col. 2. & 3. Bart. Bald. Angel. Paul. Imol. & Alexan. qui dicit hanc communem, nu. 6. in l. si cum dotem. §. 1. ff. solu. matrim. Paul. cōf. 80. quia per supradictum, col. 2. versic. licet enim lib. 1. in antiqua impressione, Soci. cōf. 75. col. 3. versic. primo, quia vltra lib. 2. Barba. in c. quæ in ecclesiarum nu. 20. de constit. Soci. cōf. 5. col. 2. versic. quarta ratione, lib. 4. Curt. i. senior, cōf. 27. col. 15. & hæc est communis distinctio, secundum Lupum. c. per vestras. §. 24. incip. an auus, nu. 15. de dona. inter virem & vxor. Ias. in Auth. res quæ. col. 7. C. commu. de lega. Campe. de dote. 1. par. q. 26. Signorol. cōf. 88. Nouell. de dote. 6. part. priuileg. 5. & 16. Benedict. cap. Raynuntius, verbo Dotem, nu. 19. de testam.

18 ¶ Confirmatur hæc cōmunis opinio, quoniam si pater assignauit filio legitimam in vita, & filius eam perdidit, distinguitur, an suo dolo, vel culpa eam amiserit, vel vel pater teneatur denuo relinquere, vt nō. Ita Bart. & Bald. & Alexan. nu. 9. l. si cum dotem. §. 1. ff. solu. matrim. Bald. in Auth. contra rogatus, nu. 8. versic. & facit ad duas quæstiones. C. ad Trebel. & in l. scimus, num. 11. versic. sexto quæro. C. de inoffic. testam. Ias. in Authent. quod locum, nu. 7. C. de collat. Bald. in Authent. si captiuus, in fine. C. de episcopis, & cieri. Lupus. d. §. 24. num. 9.

19 ¶ Quinimò non solum legitimam non tenetur relinquere, verum neq; alimentā dare, etiam si reuertatur ad patrem, si modo dolo, vel turpi culpa bona amisit, ita Bal. in Auth. contra rogatus, nu. 11. col. 2. C. ad Trebel. & in l. si cum dotem. §. 1. ff. solu. matrim. Curt. i. junior in Authen. res quæ, num. 31. C. commu. de leg. Et videtur sequi hanc distinctionem an dolo, vel culpa lata: filius bona amiserit Alexad. l. si cum dotem. §. 1. num. 9. ver. quod vltimum. ff. solu. matrim. vt vel pater teneatur denuo alere, vel non.

¶ Sed

20 Sed in hoc de alimentis, quod etiam si filius turpiter bona amiserit pater teneatur illi alere, scribit Bald. post Iacobum Arenam. l. 1. §. ius naturale num. 7. ver. quæro quid si filius. ff. de iusti. & iur. Ias. in Authent. quod locum num. 8. C. de collat. Bald. in l. scimus in principio, col. 3. nu. 1. 1. ver. sex to quæro. C. de inoffic. testam. & vide Bald. à Bartolinis, vulgo dictus Nouellus in rep. l. 2. §. 1. ff. solu. matrim. & ibi Vincen. num. 19. Hippol. singul. 104. incip. pater tenetur. Barba. cap. ex parte, col. 3. de consuetud.

21 Quæ opinio æquior videtur, & magis Christiana, imitatione diuinæ misericordiæ, cuius bonitate videmus lucem exoriri super bonos, & malos. Alimenta tamen huius filij, iudex strictissimè taxabit, spreta omni consideratione dignitatis. Indignus enim videtur misericordia qui propria culpa libidinibus, & luxu bona profudit. Satis est, ut liberalitate paterna, effugiat periculum famis, quæ mortem adferre posset. Licet enim supponeremus patrem teneri alere filium iuxta dignitatem. tutor secundum dignitatem in princ. ff. de administrat. l. 1. §. mulier. l. habitatio. ff. de vent. in posse. mitt. l. sed etsi quid in ædificauerit. §. sufficienter. ff. de viu fru. traddit Bald. in rub. C. qui bon. ced. poss. sequitur Aret. conf. 17. col. pen. dub. 3. alijq; plures interpretes quos allegat Tiraquel. in tract. nobilitatis. c. 20. num. 136. Dominus Præses in epitome super. 4. 2. part. cap. 8. §. 6. num. 8. & hanc opinionem sequitur Angel. conf. 362. Alexand. conf. 70. lib. 4. Decius in l. cum quid. 2. lect. num. 3. ff. si cert. pet. idem Decius in cap. Episcopus, nu. 10. de præbend. Ripa. lib. 1. respõs. c. 14. nu. 7. Roman. sing. 11. Ias. in l. cum ij. §. vult egitur num. 1. ff. de transf. Rochus de Curte de iure patronat. verbo vtile. q. 3. Bertrand. conf. 242. num. 7. lib. 3. Petrus Paul. Parisi. conf. 99. nu. 30. lib. 2. Aymõ Crabeta conf. 189. nu. 10. Corrasius lib. 3. Miscellan. cap. 12. nu. 2. Gregor. l. 2. tit. 19. part. 4. verbo: *La riqueza*, quæ lex hanc sententiam fulcit, & l. 24. tit. 9. part. 6. & non taceo autorẽ Lara de Cordoua in l. si quis à liberis. §. sed si filius à num. 43. ff. de liberis agnoscendis. quod in legitimo verum est, hoc tamen non admittendũ quando propria culpa amisit bona data, ut se aleret, illa enim ipsa ex propria culpa debet imputare in summam sibi alias pro

alimentis dandam, argumẽto eorum, quæ notantur in l. in quartam. ff. ad leg. falcid. & in Authent. quod locum. C. de collat. & in locis supra citatis, dum tractant de bonis, quæ filius consumpsit in ludo.

22 His suppositis, distingue aut enim dos est amissa absq; culpa filiar, & pater tenetur secundam dotem dare iuxta communem opinionem, & tunc etiam si facta computatione primæ dotis excedatur legitima, nihil ad rem, quoniam prima dos absq; filiar culpa amissa: non imputatur sibi in legitimam, neq; facit partem, iuxta ea quæ supra dixi, num. 18. versic. *Confirmatur*, Notat Bald. à Bartolinis, vulgo dictus Nouell. in re pet. 2. §. 1. ff. solu. matrim. & ibi Vincentius Herculan. nu. 19. Benedict. in cap. Raynuntius, verbo Dotem, num. 20. de testament. Nouell. de dote, col. 4. in paruis.

23 Rursus quod etiam si hoc casu excedatur summa hic præfinita facta computatione vtriusq; dotis nihilominus liceat secundam dotẽ constituere. probatur quoniam hanc secundam dotem pater iure cogente dat, ut patet ex communi supra relata. Ideo prohibitio huius legis non extenditur ad alienationem necessariam, ut in l. alienationes. ff. famil. hæreisc. latẽ Bart. Alexand. & Ias. in l. filius familias. §. diui. ff. de leg. 1. & in Authent. res quæ. C. commu. de lega.

Rursus probatur, quoniam filia hoc casu non potest dici meliorata, nisi secunda dos contineat meliorationem, prima enim non est in consideratione, neq; facit partem.

24 Præterea pater non dat per viam donationis secundam dotem, sed coactus dispositione legis. Postremò ceteri filij quorum fauore condita est hæc lex, non possunt conqueri legitimam suam minui. Primo quoniam non minuitur dote secunda, sed amissione primæ amissa autem non excedebat, & amissa iam non est dos. Secundo quia legitima minuitur obligatione legis, haud aliter quam minueretur si patri ex aliqua causa auferretur pars bonorum. Si tamen dos filiar culpa amissa esset, certè secunda dos etiam infra summam huius legis dari non potest, si oritur melioratio ex aliqua ex dotibus, vel ex vtraq; iuncta.

25 Moueor primò, quoniam dos propria culpa amissa imputatur in legitimam, ve

notant

De non meliorandis

- notant doctores supra citati, & sic cōputatur, ac si extaret, & filia censetur dotata, si autē extaret non posset secundam dotem petere, vt supra dixi, nu. 15. Item si iā accepit legitimā, non potest supra legitimā dotari resistēte hac lege. Itē etiā si dos minor legitima fuerit, si tamen fuit æqualis præfinitioni legis, supra eā dari nō potest.
- 26 ¶ Rursus satis videtur dotata, quæ dotem datam, dolo, vel culpa amisit, neq; æquū est, vt melioris conditionis sit quæ culpa dotem amisit quam quæ illam non amisit. Filia autem quæ dotem datam possidet, non est amplius dotanda iuxta supra dicta, quoniam minueretur legitima cæterorum, & pater semel dotando satisfecit officio suo, igitur multò minus dotabitur, quæ propria culpa amisit dotem sibi à patre datam, oportet enim culpam puniri. His congruit, quòd si filia nihil habere debeat ex patris substantia præter dotem, si dos semel data eius culpa amittatur, non est iterum dotanda, autore Bald. l. fin. C. de dot. promiss. A lexand. l. si cum dotem. §. 1. nu. 7. ff. sol. matrim. Campeg. de dote, vltima par. principali. q. 21.
- 27 ¶ Rursus, cum lex liberet patrem ab obligatione secundo dotandi filiam, quæ primam dotem sua culpa amisit, certè si secundo dotet, meram donationem, ac meliorationem in filiā cōferet. Nam si prima, & secunda dos excedunt legitimam, iam est melioratio quæ improbat. Si autem nō exceditur legitima, sed exceditur summa hic præfinita, & certè hoc quoq; non licet non enim fas est transgredi legem. Si autem vtraq; dos iuncta non excedit legitimam, neq; summam hic præfinitam, pater si velit poterit secundo dotare, non tamen ad id cogi poterit, nisi pro quantitate necessaria ad alimenta filix. Alimenta enim præstanda sunt à patre, etiam si filia propria culpa bona à patre data amiserit, vt supra dixi, hoc capite à nu. 20.
- 28 ¶ Illud silentio præterire nolui, quòd etiā si de iure communi filia, quæ amisit dotē absq; sua culpa sit iterum dotanda, hoc nō videtur procedere Iure Regio, nisi dolo patris dos perisset. Moueor, quoniam Iure Regio filia per nuptias liberatur à patria potestate quoad omnia, Regia lex Tau. 47. De iure autem filia emancipata semel dotata, non est iterum dotanda, quomodocunq; dos consumpta fuerit, dummodo non fuerit consumpta culpa patris,
- ita docuit Bald. à Bartolinis in repet. l. 2. §. q. si in patris. ff. sol. matrimo. cuius opinionem dicit in practica seruandam. Vincent. Herculani. ibi, num. 20. versic. in filia autem emancipata. Socin. nu. 15. & l. 6. licet tandem relinquat cogitandum.
- 29 ¶ Mouentur, quoniam ratio quare actio de dote, est cōmunis patris, & filix est, quia pater tenetur iterum dotare filiam, & ne iterum dotare cogatur, dat ei lex communionem in actione de dote: vt melius possit dotem conseruare: hæc est ratio cōmunis, secundum Socin. d. §. quòd si in patris, nu. 14. & notat glos. ibi in verbo, dos. In casu autem quo filia est emancipata, lex non dat patri communionem actionis, sed actio de dote competit in solidum filix, vt in d. §. q. si in patris, & l. vna. §. videamus. C. de rei vxor. act. Ergo inditium est, patrem non cogi secundo dotare filiam emancipatam, cum communicatio actionis detur, vt secundo dotet, & hæc communicatio deficiat in emancipata. Facit optimè. l. pater filium. ff. de euictio. vbi euicta re data in dotem pro filia emancipata, non consideratur interesse patris, nisi dos ad eum ex stipulatione reuersura esset. Si enim hoc deficiat nullum aliud interesse consideratur. Si tamen pater teneretur redotare filiam certè esset interesse considerandum si dos filix euinceretur. Et quòd hodie actio de dote non sit communis patris & filix notat Rodericus. l. 9. tit. 1. lib. 1. col. fin. quia filia nupta, ex nuptijs liberatur à patria potestate.
- 30 ¶ Reperio tamen, qd contrariam sententiā imo quòd filia emancipata sit secundo dotanda à patre, etiam si absq; dolo, vel culpa patris dos perierit, defendit Ripa. d. l. 2. §. q. si in patris, num. 15. & l. 6. ff. sol. matrimo. Boeri. decisio. 131. nu. 6. col. 2. Adducit Ripa, quòd pater tenetur dotare filiam officio iudicis. l. qui liberos, & ibi Bald. & Sali. ff. de ritu nupt. officium autē iudicis consistit in sola æquitate. l. fin. ff. de peti. hæredi. æquitas autem dicitur, vt pater si possit teneatur redotare emancipatam, sicut filiam in potestate.
- 31 ¶ Mihi hæc secūda opinio verior videtur. Primo ex textu in Authen. sed quāuis. C. de rei vxor. actio. vbi si patris facultates minuantur, licet minuere dotē filix ad eū reuersam, ergo nō redotatur quia reddit ad eū, iam enim ibi reddit, & minuit eam, & ita ratio glos. in d. §. q. si in patris: videtur es-

- se falsa, & ita eam reprobatur Paul. ibi, & Ripa, nu. 16. Rursus moueor, quoniam grauius est patri, filiam amittere dotem, quã esse emancipatam, si enim filia in potestate amittat dotem, in qua pater habet ius commune cum ea, vt in d. §. quod si in patris: nihilominus si sine dolo amittat, pater tenetur eam redotare, etiam si videatur amisisse, rem in qua pater habebat ius, ergo multò magis quando amissit eam filia emancipata, amissit enim rem in qua pater nullum ius habebat.
- 32 ¶ Rursus moueor quoniam pater tenetur dotare emancipatam, vt in l. fin. C. de dot. promiss. hæc autem obligatio patris est: toties quoties opus fuerit, vt per Marian. Socin. cons. 75. col. 3. vers. primo, quia vltra, Baptista de sancto Blasio de priuileg. dotis priuileg. 150. Et fatentur omnes qui faciunt differentiam inter patrem, & sociũ, vt per Bart. Bald. & DD. in l. si socius pro filia. ff. pro socio. Ergo aut dos extat, & nõ oportet secundo dotare, aut non extat, & tenetur secundo dotare, quia obligatio patris est dotare toties, quoties opus fuerit, & obligatio dotandi tam versatur circa emancipatam quam circa filiam in potestate. Item dos datur loco legitimæ, vt per Cin. in l. scimus. C. de inoffic. testamen. & loco alimentorum, vt iam sæpius supra est repetitum. Legitima autem semel tradita si absq; culpa filij amittatur est reficienda à patre, vt supra dixi, num. 18. vers. Confirmatur, Neq; doctores faciunt differentiam an filius sit emancipatus vel non.
- 33 ¶ Et quod ad nostram quæstionem attinet, satis est quod supponunt legitimam dari filio, vt eã possideat, haud aliter quã dos reddit ad emancipatam. Ecce termini pares sunt, quod filia emancipata recipit dotem nulla parte relicta patris Et filius accipit legitimam possidendam de manu patris, nihilominus tamen si absq; culpa filij legitima amittatur pater legitimam ei relinquere tenetur, ita ergo licet emancipata possideat dotem, secundo dotanda est si dotem absq; culpa sua amittat.
- 34 ¶ His congruit, quod, fauere imbecillitati foeminarum, Christianum est, & fauere nuptijs spectat ad publicam vtilitatem, & prospicere pudicitiam filiarum ad honorem patris, & ad publicos mores pertinet, & vidua amisso virginitatis flore, difficilius inueniet maritum Bald. consil. 98. lib. 2. Et hæc opinio erit indubitabilis, si dos à marito filiarum amissa fuit nulla culpa filiarum, vt in Authent. quod locum. C. de dot. cau. non numer. nulla inquam culpa in exigendo, neq; in alia re, hoc enim casu cum antequam ad manus filiarum dos peruenerit dos amissa sit, certè filia nihil facere potuit, & nihil plus facere potuit quam ipse pater, qui filia emancipata nullum ius habuit.
- 35 ¶ Postremò adiuuat hanc sententiam, opinio sentientium filiam ex nuptijs solum videri liberatam à potestate patris in his, quæ sibi vtilia sunt, non verò in his, quæ sunt damnosa, ita docuit Rodericus. l. fin. tit. de los pleitos. §. considera, vltra lib. 1. fori. Gomez Arius. l. 47. Tauri, Pyrrhus in consuetud. Aurelianensi, tit. de societa. inter virũ & vxor. col. 2. Bosque. de nupt. lib. 2. num. 31.
- 36 ¶ Et demum Iure Consulti nostri, volentes membris Reipublicæ prospicere, alios, alijs commendarunt, sed præcipuè sectante naturæ vim; filios patribus curæ esse voluerunt, idcò patri iniunxerunt dotem, & nuptias filiarum, rem honori patris, pudicitiam filiarum, & publicæ vtilitati maximè conuenientem. Affectus autem naturalis quo pater adducitur ad dotandum filiam non tollitur emancipatione, glos. Faber. Plat. & Angel. in §. in testibus Instit. de testament. Idcò pater non minus tenetur dotare emancipatam quam filiam in potestate. l. si. C. de dot. promiss.
- 37 ¶ Mihi hæc opinio magis placet, præsertim cum dos succedat loco alimentorum, & filius sit alendus etiam si foedè amiserit bona sibi tradita, vt se alat, vt supra dixi à num. 20. Ergo etiam si emancipata possideat dotem, re dotanda est si eã absq; culpa sua amittat. Fateor tamen iudicem qui cogit patrem secundam dotem filiarum constituere non debere in illum seuerius agere.
- 38 ¶ An autem frater teneatur secundo dotare sororem, distinguendum est, sed quia non satis aptus tractatus huius rei est, vide Alexand. l. si cum dotem. §. 1. col. 2. ff. solu. matrim. Bald. l. fin. col. 2. num. 8. C. de dot. promiss. Curti. senior, consil. 27. col. 15. versiculo, & nedum præter. Lup. in repet. c. per vestras. §. 24. nu. 5. vers. sed quãuis. Boer. decisio. 131. col. 3. nu. 8. versiculo, & pro hac conclusione. Felin. c. 2. col. 2. vers. si ille est obligatus, de tregua, & pace, Bal. Imol. & Ias. l. duo. §. si iurauerit. ff. de iure iuran.

De non meliorandis

iurand. Rebuf. in repet. cap. postulasti, in glos. nu. 20. de cleric. excommun. minist. Tiraq. in reper. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signifi.

- 39 **S**olet autem dubitari, quantum possit dare in dotem marito: vidua ipsa secundo nubes, & hic casus diuersus est à præcedenti, nam hic loquimur de dote quam ipsa dat de proprijs bonis, & certè si liberos habeat, & apponatur pactum, vt vir lucretur dotem, non potest in dotem dare plusquam portionem, quæ pertinet vni ex filijs, si tamen non apponatur pactum de lucrando, liberè potest omnia sua in dotem dare, & hic est verus intellectus. l. hac ædiftali. C. de secund. nupt. secundum Bald. l. ea lege. C. de condi. ex lege Roman. consil. 447. Aymon, consil. 142. Deci. consil. 246. col. 1. Bart. & Angel. in Authent. de nupt. §. optimæ Bertrand. in repet. d. l. hac ædiftali, nu. 28. & dixi supra cap. 10. nu. 61. vers. Moueor quoniam ratio communis est.
- 40 **E**t hinc liquet, quantum possit dare in dotem maritus habens filios: vxori quam secundo ducit, nam. l. hac ædiftali. loquitur etiam in patre secundo nubente. Facit Regia lex Tauri. 15. Non enim est nouum maritum dotare vxorem: vt per Barto. & Alexan. & Ias. l. si diuortio. ff. de verbor. obligat. Talis tamen dos constitui debet ante contractum matrimonium: non post, vt per Abb. & Card. Alexandrin. in cap. & si necesse. de donat. inter virum & vxor. Lupum in rubr. de donat. inter virum & vxor. §. 30. incip. infertur etiam, num. 1. Boerium in consuetudin. b. Bituricēsis, tit. de consuetudine matrimonij. §. 4. in principio. Nisi forte vxor esset nobilis, & maritus ignobilis, tunc enim cum non sit donatio simplex, valebit etiam si fiat contracto matrimonio, Bald. l. si voluntate. C. de dote promif. Afflict. decisi. 61. num. 3. Alexan. l. si diuortio. ad finem. ff. de verb. oblig. Rodericus. l. 1. tit. de las arras. §. pone, col. 5. versic. sed quid respondendum. Arre tamen simpliciter constitui possunt constante matrimonio, vt dixi sup. cap. 7.

S V M M A.

- 1 **P**ater an possit dotis ratione filiam de se benemeritam, vel patrem donationem in se, vel fratres conferentem, meliorare. & nu. 2. 10. 17. 22. & 23.

- Limita quando melioratio patris, & donatio filia paria, vel non multum imparia sunt: vt num. fin.*
- 3 **L**egare ratione benemeritorum vltra tertiam, & quintam bonorum partem, an liceat. *Donatio remuneratoria, an computetur in tertio, & quinto.* *Donatio remuneratoria, an velut as alienum deducatur.* *Legitima filiorum iure naturali debita; tollere in totum per legem, vel statutum non potest, neq; etiam per consuetudinem, vel Principis rescriptum, quamuis in quantitate, quæ est de iure Ciuili minui possit, lege, consuetudine, statuto, seu rescripto Principis.*
- 4 **D**os data à patre propter benemerita censetur aduentitia.
- 5 **R**es restitutioni subiecta, an possit ex causa remunerationis alienari.
- 6 **P**atri an liceat rem expendere in causa Dei; contra filios.
- 8 **P**rohibitus dare spurio vltra certam summam, potest dare ei, ratione benemeritorum.
- 9 **S**acerdos an possit concubinae donare ratione benemeritorum:
- 11 **F**œmina prohibita rem aliquam accipere, an benemeritorum ratione, & in eorum remuneratione, accipere possit.
- 12 **M**inores res suas prohibiti alienare sine decreto iudicis, an sine eo ex causa remunerationis alienare possint.
- 13 **S**tatuto, aliqua masculis reseruata cum prohibitione, ne eis extrantibus ad fœminas transeant, an transeant ex causa remunerationis. *Donatio prohibita à iure inter patrem, & filium, & inter virum, & vxorem an valeat ex causa remunerationis.*
- 14 **D**onatio remuneratoria, an censetur donatio, vel debiti solutio.
- 15 **D**onatio remuneratoria, censetur venditio vxoris, quod habet ob benemerita, an perdat si secundo nubar.
- Dispositio. l. hac ædiftali. C. de secund. nupt. quæ taxat dotes, an habeat locum; quando dos marito benemerito datur.*
- 16 **I**ure communi legitima filiorum, quæ sit.

Dos

- 1 9 Dos data ob benemerita, an sit conferenda.
 - 2 1 Beneficia an debeant præcedere melioratione, vt non sufficiant si postea in patrem conferantur.
 - 2 2 Donatio inter virum, & vxorē de iure prohibita admittitur; quando est reciproca.
 - 2 3 Taxatio dotis quam mulier debet dare secundo marito, an locum habeat quando maritus aliquid vicissim dat filijs vxoris.
 - 2 4 Filia, parem in patrem donationem conferentem, etsi de iure valeat ad hoc, vt dotis ratione possit meliorari, tamen si filia post meliorationem donationem conferat, melioratio non idēo valet.
- Donatio eodē tempore facta, quando dicatur remissiuē.

An pater possit meliorare dotis ratione filiam de se benemeritam, vel parē donationē in se cōferentē. Cap. XVII.

- 1 **D**Einde quæro, an pater possit dotis ratione meliorare filiam de se benemeritam, vel parem donationē in se, vel fratres conferentem. Quoad primum lectorem admonere visum est hanc quæstionem difficilem esse. Videtur benemeritā nō posse dotis ratione meliorari, quoniam pater non potest ratione benemeritorum meliorare filium in præiudicium legitimæ cæterorum. Si enim filiorum legitime præiudicium fiat, nulla melioratio (in quantumuis benemeritum) valet.
 - 2 **I**ta significat glos. in Authēt. vnde si pater. C. de inoffic. testamen. & ibi docent Paul. col. si. nu. 7. Ias. col. si. nu. 1 5. versi. secundo principaliter Bald. l. 2. num. 6. C. de inoffic. donatio. Ias. l. eum qui num. 3. C. de inoffic. testam. Aymon, consi. 165. col. 2. Co uarru. in. c. cum in officijs nu. 1 1. de testa. Segur. l. cohæredi. §. cum filix. versi. sed supra dictis nō obstātibus. ff. de vulg. Arius l. Tauri. 27. nu. 7.
- ¶ Cum ergo hæc lex vetando meliorationem, ratione dotis, vetet ex ea causa dimi-
nui legitimam cæterorum filiorum (hoc est enim filiam non meliorari) sequitur q̄ etiam si filia sit benemerita non idēo me-

lioratio admittenda est, cum ex ea minuat-
tur legitima cæterorum, si enim vnus me-
lioratur: cæterorum legitima minuitur, vt
dicitur sensus communis.

- 3 **H**is congruit, q̄ licet nonnulli scripse-
runt donationem remuneratorem dedu-
cendam veluti æs alienum cum sit com-
putatio tertiæ, & quintæ partis, è quorum
numero sunt Lupus, in rubrica de dona-
tio. inter virum & vxor. §. 5 o. nu. 1 2. Ca-
stellus in prohemio. Taurin. sanction. ver-
bo Gratia. Segura. l. cohæredi. §. cum filix.
fallen. 1 6. ff. de vulg. Contraria sententia
verior est, autore Couarr. d. c. cum in offi-
cijs, num. 1 1. de testam. quam probat Se-
gura. d. §. cum filix. fallen. 1 6. versi. sed su-
pra dictis. Præter quos licet loquentes in
propria specie quæstionis huius repete scri-
pta per Tiraq. in. l. si vnquam verb. Dona-
tionē largitus, nu. 1 1. ac magis per P. incl. in
l. 1. part. 3. num. 59. C. de bonis mater. Li-
cet postea vacillet. Et hæc est verior opi-
nio, quod vltra tertiam, & quintam non
licet legare ratione benemeritorum, quia
fieret præiudiciū imō exhauriretur pro-
fus legitima cæterorum filiorum, quæ na-
turali Iure debetur. l. cum ratio. ff. de bon.
damnat. ideoq; legitima non potest tolli
in totum per legem vel statutum, nec etiã
per consuetudinem, vel statutū, nec etiam
per consuetudinem, vel Principis rescri-
ptum, quamuis in quantitate, quæ est de
Iure Ciuili, lege, consuetudine, statuto seu
rescripto minui possit, vt omnium latiss-
simè, ac ingeniosè probat dicens hanc opi-
nionem cōmuniter teneri Roder. X Suarez
in. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic.
testam. 2. limitat. num. 1. vsq; ad si. eiusdē
vbi quā plurimis numeris id prosequitur.
Cuius rationes, & alia etiam, quæ in eius-
dem sententiæ comprobationem adduci
possent, hic repetere non libet. Quam opi-
nionem vltra eos quos ipse allegat sequi-
tur Ias. in d. l. quoniam in prioribus, num.
3. & in. l. si pater, num. 2 1. C. de instit. &
substit. Ripa lib. 1. resposio. 7. num. 1. De
cius, consi. 106. num. 4. Stephan. Aufser.
in additio. ad Capell. Tolos. decisi. 337.
vbi dixit se hanc opinionem pluries fer-
uari in præf. Felin. in cap. Ecclesia sanctæ
Mariz, nu. 6. & 79. de consti. additionator
Decij in. l. iura sanguinis, verb. cōtrarium.
ff. de reg. iur. Ioann. Garron. in rub. de se-
cund. nupt. 2. part. num. 20. cum sequētib.
eandem opinionē sequitur dominus Præ-

De non meliorandis

- ses in. 4. de sponfal. 2. part. cap. 8. §. 6. num. 4. & 5. Gregor. Lopez in. l. 3. tit. 9. part. 6. in princ. glossæ magnæ. Anto. Gomez in. l. 40. Tauri, nu. 57. & nouissimè à quo hæc sunt desumpta D. Ludouicus, Molina, Philippi inuictissimi Regis, in summo Regnorum Castellæ senatu gratiæ, & iustitiæ Consiliario, ac Legato pro Regni Portugalæ successione, lib. 2. de Hispan. primog. cap. 1. num. 14. Et sic constabit clarè, ex supra dictis in eius præiudicium benemerita rependi non posse. Quis enim iustè beneficium reponit ex alieno?
- ¶ Ex quibus patet quòd filia non potest dicere dotem sibi datam, habendam pro ære alieno, neq; computandã in tertia, & quinta, & habendam, ac si eam emisset, vel titulo oneroso accepisset.
- 4 ¶ His accedit, quod licet dos data à patre propter benemerita censetur aduentitia, iuxta glos. l. si donatione. C. de collat. Ias. l. filia dotem, col. 1. ad finem. C. cod. tit. glos. l. 2. tit. 1. 1. part. 5. litera. I. tamen nihilominus adducitur in collationem, neq; filia eã habet præcipuam, secundum Ias. d. l. filia, nu. 2. versic. item bene fateor.
- 5 ¶ Hanc sententiã adiuuat, quod prudenter scripsit Curti. iunior, in Authent. res quæ, nu. 56. col. fi. C. commu. de leg. q. res subiectæ restitutioni non possunt alienari ex causa remunerationis, quoniam nõ est causa necessaria, ad quã donans iure cogi possit, & quoniam in bonis restitutioni subiectis est quæ situm ius tertio. Cum ergo ex hac lege quærat filijs ius, ne eorum legitima minui possit ex dote, certè hoc ius non videtur tolli posse ex causa remunerationis.
- 6 ¶ Postremò quis nam de nobis melius meritus quam Deus ipse? cui & vitam, & æternæ fœlicitatis munus debemus, tamen etiam in causam Dei, & in rem eius oculis gratissimam, non licet patri rē expendere in præiudicium legitimæ filiorum, vt per Paul. & Ias. nu. 9. in. l. maritus. C. vnde vir, & vxor. Anchar. consil. 25. videtur prima facie, versic. his non obstantibus, Abb. cõsi. 64. lib. 1. Rodericus, in. l. quoniam. in declaratione legis Regiæ in princ. nu. 8. ver. nihilominus his non obstantibus. C. de inoffi. testam. Ioã. Baptista, in repet. l. omnes populi, nu. 93. versic. amplius vidi. ff. de iusti. & iure, Paul. in Authen. si qua mulier nu. 1. C. de sacro sanct. Eccles. Bald. l. 1. C. co. tit. Quoniam si alicui fit præiudicium,
- iam non est causa pia, neq; opus Christo gratum, idcò fieri non potest, vt latè probaui cap. 1. 1. num. 55. versic. his tamen non obstantibus.
- 7 ¶ Vltimo, cui magis debemus quam animæ nostræ? cuius consortium corpus viuificat, & illustrat, locupletatq; tot bonis, tot dotibus ingenij, iudicij, & intellectus: tamen etiam in fauorem animæ amicæ, & sociæ indiuiduæ, non licet disponere in præiudicium legitimæ filiorum, vltra quintam partem, & licet vnum ex filijs possimus meliorare in tertia, animas nostras nõ licet meliorationis suffragio iuuare, vt in. l. 28. Tauri. Quæ habetur. l. 1. 2. tit. 6. lib. 5. Recopil. l. 30. Tau. quæ habetur. l. 1. 3. tit. 6. lib. 5. Recopil. Quis ergo ex benemeritis dicat filiam posse matrimonij ratione meliorari, cum diminutione legitimæ fratrum, quam lex ista tot telis, tot clausulis communiuit, certè benemerita non videntur sufficere, vt filijs tollatur sua legitima.
- 8 ¶ Contraria tamen sententia plurimis rationibus defenditur. Primo quoniam prohibitus dare spurio, vltra certam summã, potest plus dare ratione benemeritorum, autore Bald. conf. 66. col. 2. lib. 1. & consil. 406. col. 2. num. 2. versic. aut vt extraneus, lib. 3. Ioan. Andr. in additio. ad Specul. tit. de successio. ab intestato. §. 1. versic. quid ergo si habet. Ergo ratione benemeritorum poterit pater dotare filiam, vltra summam hinc præfinitam.
- 9 ¶ Rursus probatur, quoniam sacerdos prohibetur donare concubinæ, vt per Bart. l. affectionis. ff. de donat. tamen ratione benemeritorum potest in eam donationem conferre, autore Barba. l. diuortio, col. antepen. ff. de verb. oblig. Anchar. conf. 247. Loazes in additionibus ad Lancello. Galliaul. in. l. Centurio, col. 4. ff. de vulg. Afflict. decis. 102.
- 10 ¶ Ecce quæ simpliciter, & ex odio est incapax, fit capax ratione benemeritorum, quanto magis filia quæ non est incapax meliorationis, nam solū est prohibita meliorari ratione dotis, & extra causam dotis meliorari potest, & prohibitio non nascitur ex odio filia, sed ex odio immodicæ dotis, ex qua resultat damnum cæteris fratribus. Præsertim quòd hoc casu, quod supra legem est, non accipit filia tanquam dotem, sed tanquam solutionem rei debitæ (scilicet) benemeritorum.

¶ His

- 11 **¶** His congruit, quòd si, ex statuto foemina rem aliquam accipere non possit, certè capere poterit ex benemeritis, & in eorum remunerationem, ita probatur ex Ias. in. l. si non sortem. §. libertus, in. 7. effect. ff. de de cõdit. indebi. qui citat Iacobum à Beluifio, & Nicol. à Neapoli. Aluarot. c. 1. in princip. qui foedum dare poss. Deci. conf. 498. col. pen. vers. postremo: qui citat alios Facit. l. vius libertus. ff. si quid in fraud. patro. vbi libertus ex causa remunerationis minuit legitimam patroni sui, ergo ex causa remunerationis pater poterit minuire legitimam filiorum. Fateor tamen hoc argumentum efficax non esse, quoniam eruditi fatentur illud procedere in legitima patroni, non verò in legitima filij, quã pater minuire non potest etiam ad persoluenda in se collata beneficia.
- 12 **¶** Postremo facit quòd prohibiti res suas alienare (puta minores) possunt ex causa remunerationis alienare sine decreto, autore Roman. l. si ante nuptias. ff. solut. matrimon. Alciat. l. creditores. ff. de verbo. signifi. facit. l. minor. §. ex præterito. ff. de manum. vind. vbi minor viginti annis manumittit seruum ex causa remunerationis. Scribit Iaso. in. l. ex hoc iure. in 11. effect. ff. de iust. & iure. Abb. c. per tuas. col. pen. de donat. Bar. l. ambitiosa. col. 2. ff. de decre. ab ordi. facien.
- 13 **¶** Ultimo facit, quòd si ex statuto aliqua referuentur masculis cum prohibitione eis extantibus transeant ad foeminas, transeunt in eas ex causa remunerationis. Ita vnico verbo, docuit Brunus in tractat. de statuto. exclud. foemin. artic. 13. num. 123. Sic donatio prohibita inter patrem & filium, & inter virum, & vxorem, valet ex causa remunerationis, vt per Bart. Bald. & Angel. in Authen. vnde si parens. C. de inoffi. testamen. Bart. l. frater, à fratre. col. fin. de condi. indebi. & in l. si tibi decem. §. si pactus. ff. de pact. Ias. l. ex hoc iure, num. 55. ff. de iust. & iur. Alexand. conf. 20. lib. 3. Cassan. in consuetudini. Burgun. rub. 4. §. 7. verbo donationis. num. 2. Vidè Roman. singul. 820. Guido Pape decisio. 878. Hyppol. de Marfil. sing. 333. & sing. 50. Hyppol. Riminal. latè in princip. §. 1. Instit. de donat. copiosissimè (more suo) Tiraquel. in. l. si vnquam. verbo *Donatione largitus*. num. 11. C. de reuocand. dona. & doctissimè maximaq; cum veritate indagazione Arium Pincl. in. l. 1. 3. par. num. 59. C. de bonis mater. Apud quos non solum effectus hic donationis remuneratoriae disputatur, an valeat inter cõiuges, verũ alij omnes de quibus per nostros, in varijs locis congestum tradduntur, iustis examinè, & allegatione discutiuntur, ibiquè reperies multa in hoc articulo, & si velis adiunge X Suarez. l. 1. tit. 3. lib. 3. fori. limitat. 3. Dominum Præsiden. in. c. cū in officij. num. 10. & seqq. de testam. Castillo in prohem. leguum Taur. col. 5. vers. ex quo tria. Boer. decisio. 27. Ludouic. Gomez. in. §. item Seruiana. Instit. de action. Bernard. Diaz, fallent. tracta. regul. 213. Quoniam verè donatio remuneratoria, nõ est donatio. l. cum hic statutus. §. si socer. cū. §. præcedenti. l. quòd autem. §. si vir, & vxori. l. que iam nupte. ff. de donat. inter virum, & vxor. Roman. in rubr. ff. solu. matrimonio. Ias. l. si pater puellæ. C. de inoffi. testamen. Deci. l. si donatione, num. 7. C. de collati. Lupus in rubric. de donatio. §. 50. ad fin.
- 14 **¶** Quamquam fateor hoc argumentum, nõ sufficere ad euicendum, aliud enim est donationem ob benemerita valere, inter patrem, & filiũ; aliud, ex benemeritis posse minui legitimam ceterorum ex dote, ad uersus expressam prohibitionem legis. Sed rursus suadet hanc sententiam, quòd donatio remuneratoria non censetur donatio, sed debiti solutio. l. Aquilius. ff. de donat. l. sed et si lege. §. consuluit. ff. de peti. hæredi. Bart. in principio prohemij. ff. col. fi. & in. l. per diuersas. col. fi. C. mand. Ioan. Andre. in aditio. ad Specul. tit. de instrument. editio. §. porro. col. fi. Aretin. conf. 17. col. fin. Alexand. l. iurifigentium. §. quinimo. col. 3. ff. de pact. Bal. in. l. sed et si lege. §. cõsuluit. ff. de peti. hæred.
- 15 **¶** Quinimo donatio remuneratoria censetur venditio: vt inquit Faber. l. 1. col. fin. vers. quid si duo. C. de inof. donati. Guido conf. 214. circa materiam. col. 6. vers. sed restat aliud, & conf. 218. indubitanter. col. antepen. vers. ad octauum. & singul. 878. Sic quòd vxor habet ob benemerita, non amittit etiam si secundo nubat, quoniam censetur id habere ex causa onerosa, ita Lupus in rubr. de donatio. §. 50. num. 35. versic. pro complemento. Postremo facit quòd reponere gratiam pro beneficijs laudabile est, & honestum, & homines excitat ad beneficentiam, & summæ prudentiæ videtur esse, hunc affectum inter homines

De non meliorandis

mines alere. Rursus excitabuntur filij ad obsequium, & beneficentiam in parentes. Postremo hæc opinio probatur efficacissimè quoniam dispositio. l. hac ædificati. C. de secund. nup. quæ taxat dotes non habet locū quando dos datur marito benemerito, secundū Bertran. in rep. d. l. hac ædificati. nu. 55. Nam tunc taxa excedi potest: & sic casus ibi videtur nominatim definitus.

16

¶ Vides lector rem hanc ambiguam admodum esse, sed magis ambigua est de Iure Regio, quam de Iure communi. Quoniā Iure communi pater poterat maximā summam dare filio absq; eo quod præiudicaret legitimæ cæterorum filiorum, quoniā de iure communi legitima est minuscule portio. l. si quis in suo. C. de inoffi. testam. Et deducta tertia quam debet filiis si sint quatuor, vel pauciores, vel dimidia si sint plus, de reliquis bonis adhibito disponere potest Authen. nouissima. C. de inoffi. testamen, & dixi capite primo. At Iure Regio cum omnes facultates patris deducta quinta censentur legitima filiorum, ferè nihil habet quo reponat beneficium filij, nisi minuat legitimam cæterorum.

17

¶ Quid iudicandum? Ego in secundā partem propensior sum ex rationibus, & auctoritatibus citatis, vt scilicet filia benemerita meliorari possit dotis ratione. Et quoad quintam res videtur, manifestior, vt in ea dotis ratione meliorari possit, quoniam quinta non est legitima, & sic non sit præiudicium legitimæ ex remuneratione. Neque obstat si quis dicat, lex hæc neq; tertiam, neque quintam in dotem dari permitti, sed respondeo hoc non admitti quādo filiæ reponitur gratia pro beneficijs, tūc enim non tam videtur filia accipere dotē, quam relationem, ac repositionem beneficij, nec tam videtur dotata quam remunerata. Neque obstat quòd etiam ratione benemeritorum non licet præiudicare filio in legitima, quoniam Iure Regio pater liberè potest meliorare filium quem vult, etiam si non sit benemeritus, & donare ei tertiam, & quintam, & in super suam legitimam, neq; ex hoc alius filius dicitur accipere præiudicium in legitima. l. 29. Tauri aliās nunquam admitteretur melioratio tertæ, & quintæ partis.

18

¶ Ex quo videt non fieri præiudicium in legitima ei cui relinquatur portio sua, deducta tertia, & quinta. Neq; obstat si quis dicat, filia non potest meliorari ratione do-

tis, fateor, sed hoc vitium dotis purgatur, & toleratur ratione benemeritorum, quoniam non tam videtur accipere dotem quā repositionem beneficij. Non obstat quòd scripsit Curt. iuni. in Auth. res quæ, quoniam ibi fideicommissarius, habet ius ad totum fideicommissum ad quod est vocatus, hic autem filius solum habet ius ad suam legitimam, quæ diminui libere potest à patre per meliorationem tertæ, & quintæ partis. Et si melioratio fit ex causa remunerationis fieri potest ex causa dotis, & ex causis aliās prohibitis. Item in casu Curtij alienatur in fauorem extranei benemeriti, cui nihil ex fideicommissis debetur hic in fauorem filiæ cui debetur legitima. Item possem respondere contra sententiam Ias. ibi, sed Curtij sententia mihi magis probatur, & reuera nihil obstat.

19

¶ Non obstat etiam quòd dos ob benemerita est conferēda, licet glos. l. 2. tit. 1. 1. par. 5. aliter sentiat, quoniam illud verum nisi velit abstinere ab hæreditate patris, tunc enim retinere potest dotem etiam si comprehendat tertiam, & quintam. l. 29. Tauri. Si modo sit benemerita: hac enim ratione licet meliorare aduersus hanc legem. Non obstat quòd Deo Optimo Maximo omnia debemus, & quòd in eum vel in pauperes eius non possumus grati esse in præiudicium legitimæ filiorum. De Deo enim scriptum est. *Deus meus es tu, & bonorum meorum non ages.* & alibi diuini spiritus axioma legimus: *Mecum sunt diuitie, & gloria & opes duratura.* Denique Deus omnibus dat affluentèr, & licet ipsi gratum si egenis subueniri religionemq; ali, & foueri. gratius tamen est filios non spoliari, vt in. c. quicumque. 17. q. 4. Et licet pijs locis & causis, plurimum propter religionem sit fauendū, tamē si cōcurrāt cū filiis, potius filijs fauendū. Sūt enim gradus sanctæ liberalitatis, & præstat eam conferre in filium quam in extraneum, & si aliter faciamus non sumus Deo grati, sed ingrati. Vult enim potius prospici filijs, quā extraneis, & fauendo filijs gratum facimus Deo, & spoliando filios legitima, peccamus: vt notatur cōmuniter in. d. c. quicumque. 17. q. 4.

20

¶ Rursus non obest, quòd animæ nostræ plurimum debemus, fateor. Sed fauendo filijs fauimus animæ, & gratissimum facimus Deo, & spoliando eos portione legitima ingrati sumus Deo.

21

¶ An autem beneficia debeant præcedere melioratio-

meliorationē, ita vt non sufficiat si postea in patrem conferantur, dubium est? Et q̄ beneficia præcedant: exigit, Imola. in. l. Aquilius. ff. de donat. Paul. consi. 345. col. 3. lib. 1. Ias. in. l. ex hoc iure. in primo effectu. ff. de iusti, & iure. Ias. in Authent. vnde si parens. col. fi. C. de inoffi. testamen. Sed quòd sufficiat postea præstari, docent Bart. & Rapha. in. l. Aquilius. ff. de donat. Aretin. consi. 17. vers. secundo. col. 4. Ias. consi. 154. col. pen. lib. 2. quod videtur probabilius.

22 **N**unc videamus, quid si filia meliorata magnam donationem confert in patrem, vel in fratres, an melioratio dotis ratione consistat, & certè consistit; argumento supradictorum. Non enim est simplex donatio, seu melioratio, sed potius permutatio, ita glos. l. quod autem. §. si vir. & vxor. ff. de dona. inter virum, & vxor. Et licet inter virum, & vxorē prohibita sit donatio admittitur cum reciproca est. d. l. quod autem. §. si maritus. Roma. consi. 146. col. 2. & consi. 17. col. pen. Rursus, & donatio inter patrem & filium valet si sit reciproca, autore Alexand. consi. 217. col. 1. lib. 6. Hyppolit. consi. 206. col. 4. versic. facit ad prædicta.

23 **C**um ergo melioratio non sit ad eò generaliter prohibita sicut donatio inter virū, & vxorem (nam solum prohibetur ex causa dotis) certè valet si filia liberalis etiam sit in patrē, vel fratres, quod in simili probat Decius consi. 202. col. 4. vbi filij immò dicas donationes reuocare soliti: non reuocant donationes reciprocas. Quæ opinio confirmatur, quoniam taxatio dotis quam mulier debet dare secundo marito quam legimus in. l. hac ædictali. C. de secun. nup. non habet locum quando maritus dat vicissim aliquid filijs vxoris, tunc enim potest accipere dotem supra taxam. Ita Bertran. in rep. dict. l. hac ædictali in princip. num. 86.

24 **H**oc tamen admittendum quando pater, & filia eodem tempore alter in alterum donationem conferunt, si enim filia post meliorationem donationem conferat in patrem, non ideo melioratio valida est. Ita definitur. l. quæ iam nupt. ff. de dona. inter vir. & vxor. Cepola cautela. 155. Soci. in tractatu fallentiarum regula. 164. Iaso. in. l. si pater puellæ. col. pen. C. de inoffi. Quando autem eodem tempore dicatur facta donatio, explicat Tiraq. l. si vnquam.

verbo Donatione largitus. nu. 101. C. de reuocan. donat.

25 **R**ursus principalis opinio, scilicet, quòd valeat melioratio si filia donet patri, vel fratribus probatur. Non enim ex alia causa, dotis nomine melioratio magis prohibetur, quam ne fiat præiudicium legitimæ cæterorum filiorum, in hac autem specie nullum fit præiudicium, potius enim est permutatio quam donatio, & bona paterna ex melioratione diminuta, sarciantur ex reciproca filiarum donatione. Hæc tamen admittenda quando melioratio patris, & donatio filiarum paria sunt, vel certè non multum imparia, autore Salic. in. l. 1. C. de donatio. ante nupt. Socin. consi. 215. col. fin. lib. 2. Decius, consi. 202. col. 4. quod æquum videtur.

S V M M A.

- 1 **F**ilia viuo patre si se ipsam dotet. An possit excedere præfinitionem huius legis Regiæ. & num. 2.
Filia patre inuito: An de bonis patris se dotare possit, auctoritate iudicis, & pater compelli possit ad consentiendum.
- 2 **P**ater quando cogatur dare nuptui filie.
Filia minor viginti quinque annis nubens digno: An videatur gessisse negotiū patris, & dos ei debeat si marito promississet. remissiuè. & num. 5.
- 4 **F**ilia nubens indigno, dos secundum qualitatem nubentis danda est. & num. 8.
Nobilis nubendo ignobili: An amittat nobilitatem.
- 6 **N**ubere absq; parentuū licentia impudentia est.
- 7 **M**atrimonium an absq; parentuū licentia contrahi possit.
- 9 **C**ondemnatus dotare puellam quam deflorauit.
An dos debeat esse conformis taxationi legis. & num. 10.
Et qua poena puniatur qui virginem deflorauit.
- 11 **F**ilia inhonesta, & lucrosa: An sit dotanda, Intellectus. l. 5. tit. 7. part. 7.
Filia peccans in corpus suum, non excusabitur consuetudine patriæ ad hoc, vt non dotetur.
- 12 **Q**uanta debeat esse dos eius, quæ penitentiam agit, propter peccatum in corpus suum.

¶ AN

De non meliorandis

An præfinitio huius legis locum habeat, quando filia se ipsam dotat in scio, aut inuito patre. Et an dos quã cõstruator dat virgini deflora-ta: possit excedere summam hic præfinitam. Cap. XV III.

1 **Q**Uæro deinde, an si filia viuo patre se ipsam dotet, possit excedere præfinitionẽ huius legis. Mouet quæstionem verba legis, ibi: *Ninguno pueda dar ni prometer.* Hic autem nullus dat neq; promittit, sed filia se ipsam dotat. Rursus in hoc casu lex dat dotẽ non pater, ergo deficiunt verba legis; & ex cõsequenti debet cessare eius dispositio. l. 4. §. totiens. ff. de dam. infect. Ante omnia supponẽdũ, filiã patre inuito posse se dotare de bonis patris, præfertim si id faciat autoritate iudicis. Et pater compelli potest ad consentiendum. Ita Bal. l. fi. nu. 18. C. de dot. promiss. qui loquitur cũ filia se dotat de bonis matris. Sed cũ se dotat de bonis patris idem scribit Lupus, quem vide in rep. c. per vestras. §. 6. secundu quod habet, nu. 1. vers. cauti ergo, de donat. inter vir. & vxor.

2 **S**ed distinguendum est, aut enim filia nubit in scio patre, aut inuito patre. Primò casu; aut excedebat annum vigesimũ quintum, & pater cogitur eam dotare, quò niam patris culpa censetur, distulisse matrimonium in tãtã ætatem, vt in Auth. Sed si post viginti quinque. C. de inoffi. testamen. l. 3. tit. 7. par. 6. & ibi notant Paul. & Iaf. col. 1. Abb. & Hostien. c. 1. de sponsali. impub. Abb. consi. 12. lib. 1. Antoni. c. accedens. de procura. Parisius latè consilio 29. num. 63. versic. his tamen non obstantibus, lib. 3. Ripa. l. 1. num. 57. versic. secundus casus. ff. solut. matrimon. & est communis, & vera opinio etiam si nupserit indigno, autore Imol. & Alex. l. 1. ff. solu. matrimon. Imol. c. accedens. col. pen. de procurat. Iaf. in Auth. sed si post. col. fi. C. de inoffi. testa. Deci. l. nuptias. col. fi. ff. de reg. iur. & conf. 331. col. 3. & 4. Pari. conf. 29. nu. 63. lib. 3. Soci. cõf. 57. nu. 2. lib. 4. Corrafi in rep. l. qui liberos. nu. 99. ff. de ritu nupt. Aut erat minor viginti quinque annis, & tũc si nupserit digno, videtur gessisse negotiũ

patris, & dos ei debetur, siue cam marito promissit, siue non hæc est magis cõmunis opinio, autore Ripa. d. l. nu. 57. Et probatur ex cõmuni opinione, dictante: filiam maritatã dotandã; de qua latè dixi cap. 5. vers. contraria tamen sentẽtia. Quod verũ etiam si filia dotem non promissit, vt ibi dixi vers. quinimo Iaf. §. fuerat. nu. 118. Insti. de actio. Si verò nupserit indigno, dotanda non est. neq; pater ad id cogi debet, secundum Bal. l. 1. ff. solu. matrim. glos. in c. de raptoribus, & ibi Archidia. 33. q. 5. Ioã. And. & Antoni. c. accedens de procu. Alex. conf. 97. lib. 1. Abb. cõf. 12. lib. 1. & est magis cõmunis, secudu Rip. l. 1. nu. 59. vers. aut nupserit. ff. sol. matri. Parisi. consi. 29. nu. 63. versic. his tamen non obstantibus, lib. 3. Lupus in rep. c. per vestras. §. 7. de donatio. Iaf. d. §. fuerat. nu. 118. Insti. de actio. & nu. 121. Benedi. c. Raynũtius. verbo dotem. num. 33. de testam. Curti. senior, consi. 27. col. 15. versic. sic libellus. Corrafi. in rep. l. qui liberos. nu. 100. ff. de ritu nup.

3 **H**æc opinio, Christianæ disciplinæ grauitati conuenit, idcõ mihi placet, licet cõtrã sentiat Imol. d. c. accedens. Alexan. l. 1. ff. solu. matrim. Iaf. in Auth. sed etsi post, col. 2. C. de inof. testam. Limitarem tamẽ eam, cum filia inopia præmittitur, tũc enim ei darem alimenta, & dotem paruum alimentis conuenientem, vt sentiat iulitiaz Christianæ seueritatẽ mixtam charitati. Non enim vir Christianus, pati debet impium famæ perire nedum filiam: & cum Christus tot cõmissis nostris ignoscat, oportet iudicem seueritatem remittere infiliam, tantum vt habeat vnde se alat, & ita sentit Rip. l. 1. nu. 59. ff. solu. matrim. Imola in d. c. accedens. Extra hunc autem casum, æquum est puniri eam quæ turpi exemplo seculum infamat, vitia alit, patrem, & familiam de honestat.

4 **E**t quæ hæc opinio vera sit, probatur quoniam cum nupserit indigno, dos secundu eius qualitatem dandã est, hoc est parua vel nulla. l. quero. l. cum post. §. gener. ff. de iur. dot. l. si filia. ff. de legat. 3. scribit Lupus in rep. c. per vestras. §. 1. de dona. inter virum, & vxor. & si ipsa nobilis sit amittit nobilitatẽ, nubẽdo ignobili, autore Bart. l. 1. col. 5. vers. vidẽdũ; & ibi Pla. col. 2. C. de digni. lib. 10. Iacob. à sancto Georgio in d. cum quædam puella. ff. de iurisdic. omni. iudic. Paul. l. fin. ff. de verbo. signifi.

Tiraquel

- Tiraquel. de nobilitate. c. 18. num. 16.
- 5 ¶ Si autem filia nupsit patre inuito, eodem modo distinguendum an ante, vel post viginti quinque annos, & an digno, vel indigno nupsit, vt patet ex locis supra citatis, quæ repetere non libet ne lectori tædio sim.
- 6 ¶ Hæc vtilia sunt declarationi nostræ legis, si enim filia incio patre nubens, res patris dedit in dotem, iudex dotem seuerè moderabit, non enim lex hæc dicit quantum pater dare debeat, sed vsq; ad quã summam possit dare, & vltra quam nõ possit excedere, vt dixi capite primo nu. si. Illud tamen hoc casu aduertendum, quòd licet iudex ex facultatibus patris, numero liberorum, regionis consuetudine, & dignitate generi, & filiarum dotem æstimare debeat. l. si filiarum. ff. de leg. 3. l. quarta. l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. & dixi latè capite primo. Tamè in æstimanda dote eius filiarum quæ absq; consensu patris nupsit, miserebitur patris, quæ filia iniuria afficit, etiam si excesserit annum vigesimum quintum, & etiam si nubat digno. Nubere enim absq; patris facultate, impudètia est, vt per Lupuc. per vestras. §. 3. nu. 7. de donatio. inter virum, & vxor. nisi forte pater ipsam turpi alicui collocare vellet.
- 7 ¶ Deinde iudex in æstimanda dote, dignitatem generi, & filiarum minoris faciet, si absque patris consensu nuptias celebrarint. Omnes enim sancti & graues viri parentis consensum ad nuptiarum dignitatè, & grauitatem pertinere existimantur, licet ex communi sententia, receptissimum sit, nõ requiri parentis consensum ad hoc vt nuptiarum valeant. Quãuis hodie plures teneant, etiam Iure Canonico non valere matrimonium contractum absq; patris consensu, è quibus sunt Cassan. in catalògo gloriæ mûdi parte. 1. 2. consideratione. 36. Corrafi. in rep. l. qui liberos. ff. de ritu nup. & Miscellane. lib. 1. c. 17. Molin. ad Alexand. conf. 97. lib. 1. Sed contraria sententia receptissima est, & ab omnibus Christiani orbis gentibus cõsuetudine approbata, & ab ea recedendum non est nisi autoritate maiorum aliud legitimæ statuatur, cū euitandis clandestinis matrimonijs salubrem medicinam nouissimè attulerit sanctû Cõcilium Tridentinum, sessio. 24. c. 1. de reforma. matrimon. de quo vidè nouissimè Matienço. ad rub. tit. 1. lib. 5. Recopil. nu. 33. & 41.
- 8 ¶ Itaque licet filia absque patris consensu nubens, magna promissit, solum dabitur quod æquũ est, habita ratione iniuriarum quæ patri inferuntur, & dignitatis filiarum, & generi quæ de honestate ex talibus nuptijs, & habita ratione quòd oportet exercere seueritatem, vt homines deterreantur ab huiusmodi exemplis, quæ raro culpa vacant, nisi pater in sanus vel stolidus sit, vel filiam turpi collocare velit. Memineris tamen, quòd quando filia dat dotem pro patre, solum repetit, & videtur vtilitè fecisse quatenus pater daturus fuerit. l. & idè. §. fin. ff. de in rem verso, & dixi supra cap. de fratre dotante.
- 9 ¶ Quid autem in eo qui condemnatur dotare puellam quam de virginauit, an dos debeat esse conformis taxationi legis? Et supponendum quod qui deflorauit virginem, tenetur eam dotare. c. 1. de adul. & ibi Abb. & Anania. Hostien. in sũma de adul. versiculo, quomodo committitur. Ioan. Baptista. l. si qua illustis. col. 8. C. ad Orficia. Lupus in rubrica de donatio. §. 30. inferunt etiam, num. 3. & legitur. Exodi. 22. scribit Parisi. consil. 160. lib. 4.
- 10 ¶ Quanta autem debeat esse dos relinquatur arbitrio iudicis, nam iuxta cap. 1. de adulte. debet dari dos quæ solet dari virginibus. Virginibus autem datur iuxta dignitatem generis, & facultates, & consuetudinem regionis, quæ omnia iudex æstimabit, & quòd difficilè nubere poterit quæ virginittatis florem amisit, vidè glos. & DD. d. c. 1. de adulte. Neque hic res taxabitur secundum hanc legem, quæ loquitur de patre dotante filiam, neque præscribit quantum teneatur dare, sed vltra quam summam non possit dare, & vsque ad quam possit. Item hic debet ex delicto, & tenetur ad restitutionem damni, & satisfactionem iniuriarum necessitate legis. Alias autem pœnas deflorantis virginem. vidè in. §. Item lex Julia. & versiculo, sed eadem. Insti. de publi. iudic. Bald. l. raptores. C. de Episcopis, & Clericor. Dos autem danda virgini quæ honestè viuebat, alias secus. §. item lex Julia. & ibi glos. Ioan. Baptista. l. si qua illustis, col. 8. C. ad Orphi. Parisi. consilio 160. col. 1. & 2. lib. 4. Paul. in. d. l. raptores. Anania. cap. 2. de adulte. Qua autem pœna afficiendus sit qui deflorat virginulam non agentem annum duodecimum. vide Bal. l. si quis non dicam rapere. col.

De non meliorandis

S V M M A:

col. fin. C. de Episcopis, & clericis. Lupum in rep. rubricæ. de donatio. inter virum, & vxor. §. 5. 6. & redeundo. nu. 3.

11 **¶** An autem filia inhonestam & luxuriosam agens vitam dotanda sit? Certè dotanda non est. l. 5. tit. 7. part. 6. Specula. tit. qui filij sint legitimi. versi. quid si filia. Antoni. c. quinquauallis, col. 2. versi. & dicit Ioan. Andr. de iure iuran. Alexand. l. 1. col. 9. ff. solut. matrimon. Ias. in Authen. non licet, col. 1. de liber. præter. vel ex hæred. Corrafi. in l. qui liberos. num. 101. ff. de ritu. nup. Intellige autem quòd non oportet, vt in lupanari. quæstum faciat, sed sufficit vt prostituat corpus suum, nam licet. l. Regia. §. tit. 7. part. 6. dicat *En puteria*, non locum: sed delictum significat, vt ibi notat glo. Limitandum tamen nisi filia poenitentiam ægerit tunc enim dotanda est. Ita Speculator Antonius, & Iaso. in locis supra citatis, gl. d. l. 5. part. Benedi. c. Raynuntius, verbo dotem, num. 40. de testam. Corrafi. in rep. l. qui liberos. num. 101. ff. de ritu. nup. Itè limita nisi filia esset meretrix post annum vigesimum quintum. d. l. 5. tit. 7. part. 6. l. si filiam, & in Authen. sed si post viginti quinque annos. Benedi. d. verbo dotem, num. 34. Sunt tamen qui dicant quòd in locis vbi moris est collocare filias ante annum vigesimum quintum, excusabitur filia prostituens corpus ante eum ætatis annum, vel nubens turpi, & indigno absque voluntate patris ita Benedi. d. verbo dotem, num. 34. Nouel. de dote. 1. part. priuileg. 16. verà tamè opinio est, quòd filia peccans in corpus suum, non excusabitur cõsuetudine patriæ, ita Nouel. vbi supra. & glo. in d. l. 5. tit. 7. part. 6. Licet si nuberet absq; voluntate patris fortè consuetudo aliquid operaretur. Opinor tamen legis conditorem, ad naturæ vim, & calorem respexisse, præfixisq; numerum viginti quinque annorum prudenti habita cõsideratione, quã mutare non oportet ex consuetudine regionis, præsertim quoad peccandũ in corpus. Et in hoc omnes consentiunt, non enim excusatur cõsuetudine, quæ dedecus familiæ est, opprobriũ patris, & Dei præcepta transgreditur.

12 **¶** Quanta autem debeat esse dos eius quæ poenitentiam ægit, æstimabit prudenter iudex, ita vt pater qui honoris iacturã impudicitia filia fecit nõ reddigatur ad inopiam, & de vtraque re laboret vidè. DD. in locis supra citatis.

1 **¶** Locans matrimonio filiam an possit donationem conferre in filium eius: comprehendentem tertiam, & quintam partem non obstante dispositione huius legis. & num. 11. 12. 3. & 14.

Intellectus, l. hac adictali. C. de secund. nup.

2 **¶** Pater licet, prohibeatur donare sturiam, potest donare nepotibus; ex ea rasiuris. & num. 4.

Limita nisi in donatione appareat de fraude. vt in num. 12.

3 **¶** *l. hac adictali. C. de secund. nupt. licet reprobet omnes fraudes ex quibus maior dos aduersus legis dispositionem dari possit. An censeatur fraus si maiorem dotem in fauorem filiorum constituatur.*

5 **¶** Personam commodum capientis: non restituere debentis; est expectanda.

6 **¶** Donatio inter patrem, & filium, & inter virum, & vxorem, tunc valet quando est alteri restituenda.

Prohibitus alienare, non videtur prohibitus, si res quæ alienatur sit restituenda ei, in quem alienatur. & num. 15.

7 **¶** Donatio facta in contractu matrimonij. An impugnari possit ex eo, quod non valeat donatio facta in contractu matrimonij: vt primogenitus ex eo matrimonio, succedat in aliqua bona insolidum.

15 **¶** Lex non resistens causæ: sed quantitati, an præstatio valeat inter vsurium medij temporis.

Limita nisi subsit fraus.

17 **¶** *Facultates Regiæ continententes clausulas derogatorias leguum obiantium primogenio, an si ratione matrimonij cõstituatur, valide sint.*

18 **¶** *Iure Regio pater prohibitus meliorare filium, ultra certam summam, An melioratio locum habeat si facultatem Regiam pater habeat ad disponendum de bonis ad libitum. & num. fin.*

¶ *An locans matrimonio filiam, possit filio eius primogenito nascitu-*

*naſciture, donationem immẽ-
ſam conferre, comprehendẽ-
tertiã, & quintã bo-
norum partem. Cap. XIX.*

P Præterea quæro an locans matri-
monio filiam poſſit donationem
conferre in filium eius comprehen-
dentem tertiam, & quintam partem non
obſtante diſpoſitione huius legis. Videtur
poſſe quoniam etiam ſi ex: l. hac & dictali.
C. de ſecund. nupt. diſpoſitum ſit, vt mater
non poſſit dare in dotem ſecundo marito
vltra certam ſummam: il' a præſinitio non
habet locum quando ſecundus maritus ac-
cipit pro ſuis, & mulieris, liberis naſcituris.
Nam: l. hac & dictali, loquitur in dote
quæ conſtituitur marito, & non impedit
quominus mater poſſit plus relinquere fi-
lijs ſecundi matrimonij quam primi, ita
docet: Bal. in. l. vna, nu. 6. C. de inoffi. doti-
bus, & in. d. l. hac & dictali. col. 4. verſic. de-
novo formatur. C. de ſecun. nup. & conſ. 2. 2.
lib. 5. Dec. conſi. 246. col. 1. num. 3. verſi.
ſecundo quantum ad lucrum.

2 Ergo licet hæc lex loquatur de donatio-
ne, & melioratione quæ ratione matrimo-
nij ſit, non debet extendi ad meliorationem
quæ ſit non filij, ſed eius filijs. Quod
confirmatur ex eo quod ſcribit Ripa. l. 1.
num. 69. ff. ſolut. matrimon. quòd licet dos
conſtituta filix ſpurix poſſit reuocari qua
tenus excedit alimenta, hoc non habet lo-
cum quando pater donauit dotem filijs ex
ea naſcituris. Nam licet prohibeatur do-
nate filix ſpurix poteſt donare nepotibus
ex ea iuxta gloſ. communiter approbatam
in. l. ſin. C. de natur. liberis, & iſtam caute-
lam aſignat Bart. in. d. l. ſin. C. de natur. li-
ber. & in. l. ſi. col. 2. C. de his quib. vt indig.
Capicius, deciſio. 181. num. 4. Nouel. de
dote. 7. part. priuileg. 16.

3 Rurſus hæc opinio confirmatur, quo-
niam licet. l. hac & dictali, reprobet omnes
fraudes ex quibus maior dos aduerſus le-
gis diſpoſitionem dari poſſet, non cenſe-
tur fraus maiorem dotem conſtituere ſi ea
conſtituatur in fauorem filiorum, & ita
inquit Decius. d. conſ. 246. num. 1. 2. & 3.
Caſſan. in conſuetudinib. Burgun. rubr. 6.
§. 1. num. 9. Bertrand. conſi. 63. lib. 1. &
conſi. 166. lib. 1.

4 Præterea hæc opinio confirmatur, ex eo
quod ſcribit Roman. ſingul. 248. filius na-
turalis. Vbi dicit, quòd ſi ex forma ſtatu-
ti ſoror ex teſtamento fratris: exiſtentibus
filijs: non poſſit accipere vltra tertiam
partem, certè ſi quod accipit vltra tertiam
debeat alij dare vel reſtituere tanto minus
videtur accipere, & relictum valet, vt in. l.
ſed ſi hoc. §. cuidam. ff. de condi. & demon-
ſtra. Ita ergo, ſi quod filia accipit in do-
tem, accipiat pro ſuis filijs, ipſa non vi-
detur accipere ſupra taxationem, & da-
tum valet.

5 Confirmatur hæc opinio ex Bertrando,
in rep. d. l. hac & dictali, in princi. num. 56.
verſic. tertio Bald. Vbi dicit, & litet vxor
non poſſit in dotem dare ſecundo viro vltra
ſummam ibi præſinitam, id non ha-
bet locum quando quòd ſupra ſummã ac-
cipit tenetur alij reſtituere, conſiderandũ
enim quòd commodum ad tertium perue-
nire debet, non ad maritum, & perſona
commodum capientis: non reſtituere de-
bentis eſt ſpectanda. l. cum dotem. ff. ad
leg. Falcid. & eandem opinionem probat,
ibi Bald. & Iacobin. à ſancto Georgio. &
Alexand. in Apoſtillis, ad Bald. qui allegat
Bart. & Doctores. l. 2. §. 1. ff. de donat.
& idem tenet Alexan. l. mulier quæ, num.
2. col. 1. ff. ad Trebel. poſt Imolam, & Ra-
pha. & Paul. ibi Iaſo. in Authen. præterea,
num. 26. verſic. tertio limita. C. vnde vir-
& vxor. & opinio Bald. in. d. l. hac & dicta-
li eſt communis ſecundum Bertrand. ibi.
num. 56.

6 Poſtremò facit, quod inter patrem, & fi-
lium, & maritum, & vxorem valet dona-
tio ſi eſt alteri reſtituenda. l. proſtituta. §.
pen. ff. de iure dot. l. ſi vxor marito. l. Sul-
pitius. ff. de donatio. inter virum, & vxor-
em, Bal. l. 2. §. ſi verò pater. ff. de donatio.
Roman. l. ſi donatione, col. 2. C. de donati.
Ioan. Baptiſta Igne. in rep. l. frater à fratre
q. 15. in ſi. ff. de cõdic. indebi. Lupus in rep.
rubricæ de donatio. inter virum, & vxor.
§. 48. requiritur. col. 4. Rurſus facit, quod
prohibitus alienare, non videtur prohi-
bitus ſi res quæ alienatur ſit reſtituenda
ei in quem alienatur, autore Ange. in. l. vo-
luntas. C. de fideicommiſſ. Faciunt quæ
ſcribit Bart. l. ſin. §. ſin. ff. de condit. inſti-
tu. Iaſo. in. l. filius familias. §. diu. in. 2.
lect. col. 10. ff. de leg. 1. Roman. in. l. ſequi-
tur. §. Labeo. ff. de vſu cap. Iaſo. l. ſin. col. an-
tepen. C. de iure emphit. Hyppolit. conſi.

P

163.

De non meliorandis

- 163.col.3. Cum ergo in hoc casu quod datur ultra taxam huius legis, detur, vt sit filiorum qui nascentur ex eo matrimonio, & ij possint meliorari etiam ratione dotis: vt dixi cap. 7. vers. reliquum est videre, videtur meliorationem hoc casu valere.
- 7 **R**ursus confirmatur, quoniam nemo hanc meliorationem potest impugnare, ex eo quod non valeat donatio facta in contractu matrimonij, vt primogenitus ex eo matrimonio succedat in aliqua bona insoludum. Contraria enim opinio in donatione verior est, eam probat Guido, decisione 267. & sing. § 23: Bertrand. confi. 299. in princip. lib. 1. Decius. l. pactum quod dotati. col. 2. vers. hinc conclusio. C. de pact. Ti raquel. de primogen. q. 6. num. 11. & 31. qui rem late discutit. Benedict. in repetitione. c. Raynentius. verb. *Duas habens filias*. num. 200. de testam.
- 8 **C**ontraria tamen sententia videtur ipso iustitiae, ac veritatis robore fulciri. Primo haec lex prodita est, vt damnum ceterorum fratrum coherceat, & inmodicas dotis cohibeat. Si autem verum amamus, planum est illum cuius filio nascituro ampla donatio fit, forte non ducturum eam foeminam in vxorem nisi donatio fieret filio nascituro. Quod si hoc ita est, iam melioratio fit ratione matrimonij quod haec lex seuerissimè prohibet. Non enim solum prohibet meliorationem ratione dotis, sed etiam ratione matrimonij, hic autem ratione matrimonij, & vt matrimonium coeat fit donatio filio nascituro.
- 9 **P**raeterea quis non sentiat hanc esse technam aduersus hanc legem, vt quod matri dari non potest detur filio. Lex autem ista, fraudem & calliditatem omnem seuerè improbat, vt patet, ibi: *Mandamos que todos los pactos y promisiones hechos en fraude de esto sean en si ningunos, y de ningun valor y efecto.*
- 10 **P**raeterea lex noluit matrimonij ratione villo modo fieri detrimentum legitimae aliorum filiorum, hic autem manifestissimum est matrimonij ratione minui eorum portionem. Licet enim fiat melioratio nepoti, tamen fit vt matrimonium coeat inter eius parentes, & sic est diuersus casus ab eo quem proposui cap. 7. Ibi enim loquutus sum de melioratione quae fit nepoti ex filia, vt ipse nepos nuptias contrahat, hic autem de quando fit melioratio nepoti nascituro, vt eius mater nubat, & vt eius pater velit eam ducere in vxorem.
- 11 **D**einde si haec lex condita est ad ressecandam morum pestem, hic pestis est, non enim nuptiae celebrarentur nisi haec ampla melioratio fieret filio. Si mouit leg. statorem iactura aliorum filiorum: hic iacturam patiuntur, re vera, ex matrimonio sororis. Praeterea manifestum est, quod cum filius nondum natus fuerit tempore quo fit pactum de eo meliorando, quod patet idemque auus facit meliorationem contemplatione filiae; vt nubat: non autem nepotis quem non agnoscit. argumento eius quod notant glos Bart. Alexand. las. & ceteri in l. qui filiabus. ff. de leg. 1.
- 12 **H**is accedit quod scribit Ripa. l. 7. num. § 9. ff. solut. matrim. Vbi dicit, quod licet magna dos possit constitui in fauorem filiorum filiae spuriae, tamen id non procedit quando apparet de fraude, & quod pater, re vera, voluit ipsi filiae spuriae donare, vel eius contemplatione, tunc enim non valet, ideo loquitur de quando post mortem spuriae dos debet venire ad eius filios.
- 13 **I**dem in simili scribit Bald. in l. hac ad iudicium, in principio. C. de secund. nupt. & Iacobus. de sancto Georgio. & Bertrand. ibi in rep. num. § 6. quod licet vxor possit dare marito ultra summam ibi praefinitam, quando portio excedens est alij restituenda, id tamen intelligit, nisi subsit fraus, vel calliditas, tunc enim quod supra taxam datur ressecandum est.
- 14 **Q**uid verius? certè ex superioribus liquet quid sit verius. Aut enim cum tracto de locando filiam, gener petit, vt amplam meliorationem tacitam vel expressam conferam in eius filium nasciturum, & certè melioratio non valet, quoniam fit ratione matrimonij, & ratione matrimonij minuitur portio ceterorum filiorum aduersus hanc legem. Aut gener nihil petit, sed contentus dote promissa matrimonium contrahere vult, & certè si ego spontè, & non vt matrimonium coeat meliorationem fictio filio eorum nascituro, certè melioratio valet, quia non fit ratione matrimonij, neque ratione dotis, & sic deficiunt verba huius legis neque videtur subsistere fraus tacita, vel expressa si enim subsit melioratio non valet.
- 15 **E**x hac distinctione, nota quomodo intelligendum quod supra dixi, nu. 6. scilicet quod quando bona quae dantur supra taxam sunt alij restituenda valet eorum praestatio. Si enim sint restituenda filio nascituro, &

vt

vt ei restituat de ea genero, vel filia & hac ratione coit matrimonium, certè melioratio nunquam valet, quia fit ratione matrimonij, & licet alia sit persona patris, alia persona filij nascituri, tamen causa est eadem, scilicet matrimonij contractus. Neque enim hæc lex solum dicit: *Nō pūda dar mas de tarta mil mrauedis*. Sed refert se ad causam, ibi: *Ninguno pūda dar ni prometer por via de dote ni casamiento tercio, ni quinto, &c.* Nota illa verba: *Por via de dote, ni casamiento*. Hic autem melioratio fit, vt nuptiæ coeant ergo licet melioratio debeat peruenire ad alium certè sit per viam matrimonij, & vbi primum causa est infecta, negotium resistente legi corrui. Secus tamen quando lex non resisteret causæ, sed quantitati, (puta) dicit lex, nullus possit dare vxori vltra mille, dat bis mille, cum onere, vt restituat tertio mille, certè præstatio valet, nisi omnia duo milia sint apud vxorem longo tempore permansura, tunc enim fiet computatio intervallij medijs temporis, quod in specie notat Bertrā. in rep. l. hac ædificata in princip. num. 56. verū. quam tamen opinionem. C. de secund. nup. Aretin. & las. nū. 27. in Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor. & ibi Corne. in. 5. limita. & vide Bald. conf. 401. incip. quæstio prædicta, in finali quæstione, & conf. 336. quod aliquando lib. 3. & vide. l. in quantitate. §. magna. ff. ad leg. falc. & l. mulier. §. si hæres. ff. ad Trebel. & l. generaliter. §. cui legatum. ff. de fideicommiss. liberta. Quæ tamen opinio limitanda semper nisi subsit fraus, vt supra dixi. & notat Bertrand. in. d. loco. Illud tamen non omittendum, quod si restituito quæ faciendæ est tertio, non fieret ratione matrimonij, & tunc valeret, vt supra dixi.

16 Vidi tamen dubitari de tali quæstione, quidam petit, à Rege facultatem ad instituendum primogenium in filio, vel filia, et ad includendū in id supra tertiam, & quintam substantiæ partem, dat nuptui filiam, & ratione matrimonij instituit in ea primogenium virtute Regiæ facultatis inclinando eam supra tertiam, & quintam, quærebatur an valeret melioratio. Mouebat quæstionem, quod cum in tertia non possit meliorari ratione matrimonij, multo minus supra tertiā. Item hic melioratio facta fuit ratione matrimonij, ergo nō valet. Item ius commune, & Regiū concedit patri libertatem ad meliorandū vnum ex

filijs, tali autē libertate non licet vti ad dotem, vel nuptias filie, vt hic, ergo facultate, vel libertate ad instituendum primogeniū non licet vti, ad dotandum vel nuptui dandum filiam, videtur enim esse eadē ratio.

17 Ex aduerso facit, quod hic pater licet meliorat ratione matrimonij, tamen cum petit à Rege facultatem ad instituendum primogenium supra tertiam, & quintam in filio vel filia, iam ostendit consilium animi sui, scilicet quod volebat diminueret portionem filiorum meliorando filiam, & sic non summus in terminis Iuris communis, in quo generaliter licet filium, vel filiam meliorare, hic enim qui impetravit Regiam facultatem, iam ostendit specificè se velle meliorare filiam, cū eam impetrat ad eò generalem, id eò concessio Principis aliquid debet operari. Præsertim cū concedat filiam meliorari, iam enim cum hoc concedit, concedit aliorum legitimam minui fauore filie, & licet pater eam minuat per viam matrimonij, matrimonium non est odiosum sed fauorabile, neque dos est odiosa sed fauorabilis. l. 1. ff. solu. matri. neq; hæc lex prohibet meliorationem ratione matrimonij, propter odiū matrimonij, sed propter fauorem exterorum fratrum ne eorum legitima minuat, hanc autem minui conceditur peculiariè facultate Regia, id eò nō potest dici legitimam minui ex matrimonio, neque patrem ad id adduci ex matrimonio, cū ante matrimonium facultatem impetrat ad meliorandum eam supra tertiam, & quintam. Item cū facultates Regiæ, contineant clausulas derogatorias legum obuiantium primogenio, videtur validum esse etiam si constituitur ratione matrimonij, iuxta ea quæ tradit Bald. conf. 10. incip. quæstio formatur, lib. 4. Curti. conf. 78. col. 5. Bald. conf. 495. lib. 5. secūdu impressionem Mediolanensem. Bertran. in rep. l. hac ædificata: nu. 33. versic. idem etiam pulchre vult Bald. C. de secund. nupt.

18 Et re vera negari non potest, matrimonium non adducere patrem ad meliorandum, cum ante matrimonium facultatem impetrat ad meliorandum amplissimè filiam, & sic, licet postea ratione matrimonij perficiatur melioratio, matrimonium potius est occasio perficiendi quod pater iam destinarat: quam causa & fundamentum meliorationis, & cum ante matrimonium pater decreuerit illam meliorare,

P 2 certè

De non meliorandis

- certè non potest dici meliorata nuptiarum ratione, & quòd si non nuberet non melioraretur. Rursus facit, quòd licet Iure Regio pater non possit meliorare filium, ultra certam summam, facta sit si habeat Regiam facultatem ad disponendum de bonis suis ad libitum, ut late probat Rodericus. l. quoniam, in declaratione legis Regiæ. l. i. tit. 2. C. de inoffi. testament.
- Facit textus cum glos. in verbo fortuna in Athen. de nupt. §. non tamè permittimus, ubi dicit textus quòd mulier secundo nubens amittit dignitatem quam habebat à primo viro, dicit glos. hæc sunt vera nisi quando per privilegium id haberet mulier, ut in l. fin. ff. de Senatorib. De qua re vide Ioannem à Garronibus in repetitione rubricæ. C. de secūdis nuptijs, nu. 126. versiculo igitur adde.
- S V M M A.**
- 1 9 **F**ilia, dotis ratione, an in testamento possit meliorari, & num. 2. 5. 8 & 14.
Argumentum de contractibus, ad ultimas voluntates, an valeat.
- 3 **P**rohibitio. l. hac editi. l. C. de secund. nup. ne dos data à muliere secundo viro excedat certam summam. An sit seruanda si dos detur in testamento, vel in alia qualibet vltima voluntate.
- 4 **F**ilia cui dos assignatur in testamento, an dicatur dotata. & num. 11.
Filia dotata & statuto exclusa à bonis patris. An succedat si pater in testamento bona relinquat propter dotem.
Statutum disponens, ut in dotibus non currat præscriptio, extenditur ad legatum nomine dotis relictum.
- 6 **F**ilia dotis ratione, an extra contractum inter viuos possit meliorari. & num. 7. & 8.
- 8 **P**rohibitio de non relinquendo in vltima voluntate. An sit extendenda, ad id quòd datur per contractum inter viuos. Et e conuerso: num. 9.
- 10 **F**ilia prohibita aliquid capere ex re, & substantia patris. An videatur prohibita capere, ex testamento patris.
- 11 **F**ilia exclusa statuto (si dotata est) an excludatur, si tempore delata successionis, non reperitur actu dotata.
- 12 **P**rohibita alienari, per contractum. An prohibeantur alienari, per testamentum.
Contrahere, & testare, an à pari in licentur.
- 13 **M**elioratio facta in testamento, ad dotem. An reuocari, mutari, & limitari possit.
Legatum an debeatur, ut dos, vel ut melioratio.
Melioratio facta inter viuos, ratione matrimonij an esset irrevocabilis ex lege Regiæ. 17. Tau. & num. 17. ad fin.
- 14 **P**ræfinitio arrarum. An habeat locum quòdò ar. & constituuntur ante matrimonium.
Limita nisi tempore testamenti esset tractatum de matrimonio filii
Contractus inter viuos an fieri possit in testamento.
- 16 **C**ontractus inter viuos factus in testamento adeò retinet naturam contractus, ut non possit reuocari, licet testamentum reuocari possit.
- 17 **M**eliorare in testamento ratione dotis, non posse contra Auendam probatur.
- 18 **P**rohibita donatione inter viuos, à ciue in extraneum. An prohibeatur donatio causa mortis.
- 19 **A**dultus licet non possit absq; curatoris autoritate contrahere. An absq; eius voluntate possit donare causa mortis.
Mulier statuto prohibita contrahere absq; propinquorum consensu. An prohibeatur donare causa mortis.
Donatio causa mortis magis videtur accedere vltimæ voluntati, quam contractui.
Casus mixtus, non continetur sub simplici, in statuto. & num. 22.
- 20 **P**rohibitus contrahere, an possit donare causa mortis & num. seq.
- 23 **M**atrimonium perfectum, & celebratum virtute meliorationis factæ causa mortis: An talis melioratio censatur verus, & realis contractus: & an leges loquentes in contractibus habeant locum in ea.
- 24 **L**egata dote filia in testamento, si is qui legauit postea viuens dat dotem. An videatur data animo cõpensandi cū relicto in testamento.
Legata centum in testamento pro filia maritanda: si post ipsa nubat viuens, & patiens, & ni-

Et nihil datus qui legauit. An legatum petatur actione ex testamento.

Pater si reliquit centum filia in testamento pro ipsa maritanda, & post viuens locauit eam, & dedit in dotem quinquaginta. An filia residuum possit petere ab heredibus patris.

I An filia meliorari possit dotis ratione in testamento, & generaliter extra contractum inter viuos, an meliorari possit. Cap. XX.

1 **R** VRSVS Quæro, an filia possit dotis ratione meliorari in testamento. Hanc quæstionem tetigit Auedanius, in tractatu de exequendis mandatis. c. 14. col. pen. propè finem. Vbi decretum huius legis omnino obseruandum censet; siue dos constituatur in testamento, siue inter viuos. Adducit, quod valet argumentum de contractibus ad vltimas voluntates. l. seruum filij. §. cum qui chirographum. ff. de leg. 1. Et quod cum per viam contractus meliorari non possit, etiam non poterit meliorari in vltima voluntate. Confirmatur eius opinio, quoniam non videtur esse maior ratio prohibendi meliorationem inter viuos quam in vltima voluntate, si enim præcipua ratio huius legis est, ne minuatur dote, legitima cæterorum fratrum, certè etiam minuetur in testamento. Rursus si mouit legislatorem profusio, eamque parsimonix antidoto cohibere voluit, certè in testamento potest esse profusio.

2 Rursus si considerauit reipublicæ vtile esse dotes, esse moderatas, certè eadem necessitas, eademque vtilitas versatur si nimia dos etiam in testamento constitui non possit.

Præterea si coniugij fœlicitatem spectauit (in fœlicia enim solent esse matrimonia quæ nimia dote coeunt) certè etiam erunt infœlicia, si filia immodicè dotetur in testamento. Denique si ad calculum reuocet omnes rationes legis, relatas supra cap. 2. comperiet nullam esse quæ hic non videatur ad amicum quadrare sicuti cum dos constituitur inter viuos.

3 Postremò vrget, textus in l. hac edictali, in principio. C. de secund. nupt. vbi prohi-

bitio ne dos data à muliere secundo viro excedat certam summam, seruanda est etiã si detur in testamento, vel in alia vltima voluntate, ergo idem dicendum in nostro casu, cum vtrouique dos nimia prohibeatur ratione filiorum.

4 Rursus facit quòd hæc lex prohibet filiam dotari vltra certum modum, filia autem cui dos assignatur in testamento, dotata dicitur, vt latè notat Bart. & DD. in l. Titio centum. §. Titio genero. num. 5. ff. de cond. & demonstra. Ang. conf. 92. Barba. confi. 66. col. 1. lib. 3. Nam si ex statuto filia dotata non succedat, certè non succedet illa cui pater in testamento reliquit dote. Ita Bart. in d. §. Titio genero. num. 5. & in l. qui pupillam, per illum textum. ff. de adult. & in l. quòd autem. ff. de iure doti. Bald. in l. non sine. C. de bon. quæ liber. Fulgos. confi. 40. col. fin. Aretin. §. fuerat. col. 17. vers. vnum tamen aduertas. Instit. de actio. Cremensis. sing. 3. incip. statuto cauetur. Socinus confi. 92. circa primum. col. 4. vers. nec obstat lib. 1. Ias. in rub. ff. solu. matri. & ibi Ripa, nu. 61. Rubens confi. 74. col. 21. Ias. conf. 11. col. 1. & conf. 237. nu. 2. lib. 1. Alciatus, lib. 1. de verbor. signific. pagina. 7. Corn. conf. 123. lib. 2.

Ad eoque dos in testamento constituta censetur, vt Bald. conf. 286. super primo puncto. versic. super sexto. lib. 3. scripserit quòd statutum disponens, vt in dotibus non currat præscriptio, extenditur ad legatum relictum nomine dotis, quod reputat singulare Castellianus Cota, in memoria-bili incipienti. Dos habet multa vers. hinc etiam, & iterum memoriabili incipienti. Statuta debèt interpretari, versiculo secundo addo. Si ergo est dos, & melioratio per viam dotis, sequitur non admittendam, aduersus expressam dispositionem huius legis.

5 Sed ex aduerso vrget acerrimè expressa, & significantissima verba legis, ibi. No se entienda ser mejorada por ninguna manera de contrato entre viuos. Ergo à contrario sensu, extra contractum inter viuos meliorari poterit. Antequam ad declarationem horum verborum progrediar, supponendum quòd hæc verba licet sint generalia, intelligenda sunt de melioratione, quæ fit ratione dotis, vt ex tota legis serie patet, & ex verbis statim precedentibus: Mandamos que ninguno pueda dar por via de dote ni casamiento tercio ni quinto de sus bienes, ni se entienda ser mejorada tacita ni epressamente por ninguna

De non meliorandis

manera de contrato entre viuos. Ergo hæc generalitas: No se entienda ser mejorada por ninguna manera de contrato entre viuos. Intelligitur ratione dotis, vel matrimonij, & ita probatur ex petitione, & serie legis.

6 ¶ His suppositis, videtur manifestum filiã extra contractũ inter viuos meliorari posse, quis enim recedat à verbis legis? Quis legem, à tot prudentibus conditam ad rei publicæ instaurationẽ, credat aliquid continere quod non magnopere obseruatum expensum, & consideratum sit? Rursus hæc verba, non sunt enũtiatiua, neque obiter dicta, sed posita in præcipua parte legis, idẽ magna consideratione posita credẽdum est. Significant autem filiam non posse meliorari per contractum inter viuos, ergo extra cõtractum inter viuos meliorari poterit. Qui enim aliter sentit ipsa verba legis spernit, & suum sensum legis iudicio preffert.

7 ¶ Rursus hæc opinio probatur, ex eo quod scripsit Alexand. consi. 13. circa primum dubium, nu. 17. versic. & pro hoc benefacit, & versic. cum igitur Nicolaus lib. 3. Vbi scribit, q̄ si pater donauit filio suo emancipato omnia bona præsentia, & futura reseruatis sibi omnibus fructibus pro vita sua, & vt de eis possit disponere in vita sua, pro libito suæ voluntatis, q̄ non videtur reseruasse potestatem disponendi in vltima voluntate, sed inter viuos, quia ita important illa verba, in *Vita sua*, nam si appellaremus testamentum dispositionem in vita, malè tradita esset magistralis doctrina glossarum, & doctorum quòd quædam est dispositio inter viuos quædam in vltima voluntate. Item omnis dispositio iudicatur secundum tempus in quo confertur. l. quòd sponsæ. C. de donat. ante nup. l. Rutilia Polla. ff. de contrahen. empt. ergo dispositio testamenti, quæ confertur post mortem, debet iudicari tãquam de actibus post mortem, non autem tanquam de actibus in vita. Cum igitur (inquit Alexander) Nicolaus no habuerit dotem sed solum in testamento sibi relicta fuerit non dicitur dotata in vita patris. Hactenus Alexander.

8 ¶ Idem ante eum scripsit Bart. consil. 76. incipienti pater filio suo emancipato. Rursus idem Alexand. consi. 54. in casu de quo queritur, num. 5. lib. 7. scribit quòd si statum prohibeat relinquere vxori ultra viginti quinque libras, quòd intelligitur de relicto in testamento, non de relicto per

contractum inter viuos, quia statutũ correctorium iuris cõmunis corrigens in vno casu, non debet extendi ad aliud, & cum prohibeat relinqui in vltima voluntate, prohibitio nõ est extendenda, ad id, quòd datur per contractum inter viuos, quod expressè probatur in. l. feruum meum. ff. de hæred. institu. Vbi ille qui prohibetur à iure capere ex vltima voluntate, nõ prohibetur capere ex cõtractu inter viuos, & ad hoc illum ponderat ibi Baldus. Sic ecõtra prohibitio alienationis inter viuos, nõ trahitur ad alienationem factam in vltima voluntate. l. ex hoc ædicto. §. alienare. ff. de aliena. iud. mut. causa fact. & in Authen. vt sponsalitia largitas, in principio. versic. lege. Alia sentia. & Instit. quibus ex causis manumi. non licet. §. fin. cum gloss. in verbo, *Impleuerit*. Hactenus Alexander. Ex cuius verbis apparet quòd prohibitio huius legis vetantis meliorationem inter viuos, non est extendenda ad meliorationẽ quæ fit in vltima voluntate. Facit q̄ scribit Antoni. Gomezius, in. l. 17. Tauri, nu. 24. Sic onus impositum contractui, nõ extenditur ad testamentum, quia testamentum non est cõtractus, & ita deficiunt verba statuti, loquentis in contractu. Ita docet Bal. in. l. testamentum, nu. 4. C. de testam. & ibi notant Raph. & Corn. Deci. in. l. si. col. 3. nu. 10. versic. secũdo nota. C. de ædict. diui Adria. tollen. Bald. consi. 349. lib. 1.

9 ¶ Et q̄ iura loquentia de his quæ fiunt in contractibus inter viuos, non sint admittẽda in his quæ fiunt in vltima voluntate, scribit Bal. c. quia. V. col. fin. de iudi. Imol. Areti. & Ias. in. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obliga. Cum ergo hæc lex meliorationẽ dotis nomine prohibeat inter viuos, certe in vltima voluntate admittenda est, ¶ His congruit, quòd filia prohibita aliquid habere ex re patris, non videtur prohibita capere ex testamento patris, vt per Alexand. consi. 131. col. fin. lib. 1. Socin. consi. 182. col. 2. lib. 2. & consi. 106. col. 5. lib. 3. Ang. & Imola. in. l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. Afflict. in constitutione Siciliæ incipienti, in aliquibus. col. 5. versic. quinto quæro. Capra. consi. 19. col. 2.

11 ¶ Rursus hæc opinio confirmatur, quoniam non dicitur dotata illa cui pater dotem in testamento reliquit. Ita probat Alex. consi. 13. circa primum, nu. 12. ad finẽ. lib. 3. Neque excludetur per statutũ excludens

dens dotatam illa filia que tempore delate
 successiois nō reperitur actu dotata, quia
 non est dos, sine matrimonio. Ita Bal. cōf. 197. lib. 3. Isernia. c. 1. de natura successio
 fœudi, col. 5. & 6. Vincentius Herculanus
 in disputatione incipienti Perusinus, fol.
 15. col. 1. Bart. consil. 31. quidam decessit
 Corne. consil. 96. col. pen. lib. 2. & consil. 60.
 lib. 3. & consil. 300. lib. 4. Curtius senior
 consil. 27. in fine. Deci. consil. 24. in fine, &
 consil. 589. & consil. 684. Alexand. consil.
 151. lib. 2. & consil. 48. lib. 3. & consil. 127.
 col. 3. lib. 6. Roman. consil. 442. Brunus in
 tractatu de statuto excludēte fœminas ar-
 tic. 6. q. 3. Hippolit. sing. 481. Alexan. cōf.
 124. & consil. 108. & consil. 19. & consil.
 162. nu. 2. lib. 2. & consil. 211. in fine lib. 7.
 Corrafi. in repet. l. qui liberos, nu. 39. ff. de
 ritu nupt.

1 2 **¶** Item si filia potest meliorari in testamē-
 to, dispositio huius legis non est adeo seue-
 ra, aduersus filias. Neq; corriguntur tot le-
 ges, & prudentia est euitare legum corre-
 ctionem quoad fieri potest. Rursus non
 admittere meliorationem extra contractū
 inter viuos, est negare vim, & significatio-
 nem expressam verborum legis. His congruit
 q̄ prohibita alienatione per contra-
 ctum, non videtur prohibita per testamen-
 tum, secundum Alexan. & Imolam in l. si
 ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obliga. Nam
 aliud est contrahere aliud testari. l. verba
 contraxerunt. ff. de verbor. signifi. Casian.
 in consuetud. Burg. rubrica. 4. §. 7. verbo
Le mari, vers. par testament. vbi ex hoc defi-
 nit casum magis dubium.

1 3 **¶** Postremò facit, q̄ ratio differentie est
 inter meliorationem factam in testamēto,
 & meliorationem factam inter viuos. Nā
 melioratio facta in testamento ad dotem
 reuocari moderari, & limitari potest, est
 enim legatum, & non debetur, vt dos, sed
 vt legatum, autore Belon. consil. 19. nu. 18.
 §. sed vxori. Insti. de leg. & ibi glos. Areti.
 l. si non designata, & ibi est textus in fine.
 C. de falsa causa. adicc. lega. & ibi notant
 Bald. & alij Bart. l. qui vxori. ff. de aur. &
 arg. lega. Nouel. de dote. 8. part. priuil. 11.
 Alexand. consil. 122. lib. 7. Ideò si in testa-
 mento pater nimium leget, locus est poeni-
 tentie, & ad meliora reuocare animum po-
 test, expensis quæ mutationem cōsiliij sua-
 uent. Si tamen per cōtractum inter viuos
 meliorationem faceret ratione matrimo-
 nij, melioratio irreuocabilis erat Regia. l.

17. & 22. Tauri. Guido decisione. 145.
 Decius consil. 414.

1 4 **¶** Vltimo hæc opinio suadetur, quoniam
 præfinitio arrarum scripta. l. 1. tit. De las
 arras. lib. 3. Fori, non habet locum quando
 arræ constituuntur ante matrimonium. Ita
 docuit Rodericus. l. 1. tit. De las arras. §. no-
 ta vterius. Sic ergo summa hinc præscripta
 in dotandis filiabus, non est seruanda quā-
 do dos constituitur in testamento ante ma-
 trimonium. De ista re statim prolixius di-
 feram. Igitur vt finē faciam, ego in ea sum
 sententia, vt extra contractum inter viuos
 filia meliorari possit puta in testamento,
 tunc enim verisimile est rem prudenter
 æstimari, & ex magna causa fieri.

1 5 **¶** Limitanda tamen hæc opinio, nisi tem-
 pore testamenti iam esset tractatum de ma-
 trimonio filie, & matrimonij ratione me-
 lioratio fieret, vel donatio in testamento,
 tunc enim fraus videtur fieri legi, & filia
 meliorata videtur per cōtractum inter vi-
 uos, quod hæc lex prohibet. Quod autem
 in testamentis possit fieri contractus inter
 viuos, notat glos. & ibi Bart. Bald. Paul.
 Imol. & Areti. in l. hæredes palam. §. si. ff.
 de testam. Dinus in c. q̄ semel ad finem de
 reg. iuris in. 6. Oldral. cōf. 114. factum est
 tale, quædam mulier col. 1. Bart. l. vnum ex
 familia. §. si de falcidia. ff. de leg. 2. Bald. l.
 fancimus in fine. C. de testam. Roma. qui
 hanc dicit communem consil. 171. incip.
 pro decisione col. fin.

1 6 **¶** Ad eò autem contractus inter viuos fa-
 ctus in testamento retinet naturam con-
 tractus, vt non possit reuocari licet testa-
 mentum reuocari possit. Ita Din. in c. q̄ se-
 mel in fine de reg. iur. in. 6. Alberi. in. l. si
 quis in principio testamenti in fine. ff. de
 leg. 3. Bart. l. cum quis decedens. §. codicil-
 lis. ff. de leg. 3. Bald. in l. si. ff. de reb. eorum
 Rom. consil. 171. in vltimo dubio. Guido cō-
 sil. 233. in causa appellationis in fine Ber-
 trand. consil. 58. col. 1. lib. 2. cum alijs con-
 gestis per Tiraquel. post leges cōnubiales
 glo. §. nu. 102. Et licet contra sentiant plu-
 res, quos refert Iaf. consil. 122. in præsentī
 causa, col. pen. ver. non obstat aliud funda-
 mentum lib. 4. Ruinus, consil. 129. col. fin.
 vers. nec obstat, lib. 1. Brun. consil. 43. col.
 3. vers. præterea licet. Tamen verissimum
 videtur, donationem factam in testamēto
 per viam contractus inter viuos, esse irre-
 uocabilem, si eius virtute matrimonium
 perficiatur. Nam contractus de iure reuo-
 cabiles,

De non meliorandis

cabiles, siunt irrevocabiles, si fiant ratione matrimonij, & in l. 17. Tauri. Guido de cif. 145. Decius consil. 414. Idè cum de iure sit irrevocabilis, oportet opponere decretum huius legis, ut scilicet adè verum sit meliorationem per contractũ inter vivos fieri non posse ratione matrimonij, ut non va'eat etiam si contractus inter vivos fiat in testamento, tunc enim obstat aperte decretum huius legis, quæ meliorationem factam per viam contractus inter vivos improbat.

17 ¶ Nō obstant ex aduerso prolata aduersus principalem conclusionem. Primo nō obstat autoritas Auendani, quoniã loquitur aduersus expressa legis verba, nisi intelligatur, ut in precedenti limitatione, nu. 15. Rursus non obstat q̄ eadem est ratio, siue fiat in testamento, siue per viam cōtractus inter vivos, quoniã imò est diuersa ratio, ut supra dixi, & quando est eadem ratio, scilicet q̄ contractus inter vivos sit in testamento, iam limitauit principalem conclusionē. Præterea non obstat. l. hac ædictali, quoniam ibi lex procedit ultra disponendo, ut neq; in testamento relinquere possit, in hac autem lege contrarium aperte definitur. Rursus non obstat q̄ illa cui dos relinquatur in testamento dicitur dotata, quoniam contra sentiunt plures supra citati, & ut verum sit esse dotatam, tamē est dotata in testamento, & in testamento melioratio admittitur.

18 ¶ Sed est quæstionis an melioratio dotis causa fieri possit per donationē causa mortis. Mouet quæstionem, q̄ prohibita donatione inter vivos à ciue in extraneum, nō prohibetur donatio causa mortis, autore Bald. in c. quia. V. ad finem de iudic. las. in l. 2. col. pen. vers. nono. ff. de leg. 1. & in l. non dubium circa princ. C. de testam. Castellian. Cota in memoriabili. Incipiente Donatione inter vivos. Hic autem prohibetur melioratio per cōtractum inter vivos (hoc est donatio) ergo nō debet extēdi ad donationem causa mortis.

19 ¶ Sic adultus licet non possit, absq; curatoris autoritate contrahere. l. si curatorem habens. C. de in integ. restit. tamen potest absq; eius autoritate donare causa mortis. Ita Bald. & Alexan. in d. l. si curatorem habens. las. in l. 2. col. 3. vers. licet omnes ff. de leg. 2. & ibi Alcia. nu. 11. Rubens conf. 27. in fine Anania. c. quia ex omnibus in 4. quæst. de vsur. Hinc Iaso. in d. l. 2. col. 2.

vers. prædicta communis. ff. de leg. 1. docet mulierem per statutum prohibitam contrahere absq; consensu propinquorum, nō prohiberi donare causa mortis. Idè docuit Roman. ibi, & Socin. col. 1. in 4. conclusionem, & ibi etiam Alciat. Confirmatur hæc opinio, quoniam donatio causa mortis magis videtur accedere vltimæ voluntati, quã contractui. l. illud. ff. de dona. cau. mor. Et licet aliquis possit dicere non magis accedere vltimæ voluntati quam contractui, saltem est cōtractus ex utroq; participās. In statutis autem, sub simplicibus nō continetur casus mixtus, autore Bart. l. certi conditio. §. quoniam. ff. si cert. petat. Bal. l. omnes populi. col. 7. vers. item si statutũ dicat. ff. de iust. & iure. Hæc autem lex cū sit correctoria videtur restringenda sicut statutum.

20 ¶ Contraria tamen opinio probabilior videtur. Moueor ex mēte legis. Deinde quoniam donatio causa mortis licet sortiat effectum post mortem, tamen est actus inter vivos, hæc autem lex prohibet meliorationem inter vivos. Præterea moueor, quoniam prohibitus contrahere nō potest donare causa mortis, autore Ancharr. cōf. 384. Alexan. Aretin. & Barba. in l. 2. ff. de verbo. oblig. Alexan. propè finem Aretin. col. 4. vers. & inter multas. Barba. col. 9. vers. item dico Soci. l. 2. col. 3. vers. ex quibus. ff. de leg. 1. Bened. & in rep. c. Raynuntius. verbo testamen. 4. num. 35. de testa. Ias. in §. omnium col. 5. ver. sed circa ista, ibi nec istis obstat. Insti. de actio. Abb. cōf. 40. in primo dubio lib. 2. Corne. conf. 41. lib. 1. & est communis autore Ias. l. 2. ff. de leg. 1.

21 ¶ Sic Bald. in c. 7. in prin. col. 4. vers. quæro si vasallo. tit. de prohib. fœudi aliena. scribit q̄ si mulier prohibeatur donare, cēsetur etiam prohibita donare causa mortis, scribitq; hoc generaliter verum, vbi nomen donationis ponitur, prohibitiuè. Quã opinionem sequitur Alexandrin. ibi Aretin. l. qui in potestate, post principium. ff. de testam. Marian. Soci. inter consilia Socini filij, consi. 19. col. 5. vers. sed aduertendum lib. 1. Ripa. l. 2. col. 4. num. 10. ff. de leg. 1.

22 ¶ His congruit q̄ in omni materia fauorabili siue odiosa, sub simplicibus cōtineatur casus mixtus, vbi est eadem ratio. l. interdum. §. q̄ ait. ff. de his qui notan. in fam. iũta. l. 1. in fine eo. tit. Aretin. l. si ita scriptũ in prin.

In princ. ff. de libe. & posthu. Bald. & Imola. l. si ita sit, per illum textum. ff. de iniustorup. Alexan. consi. 161. col. 4. versi. quini- mo, lib. 7. Tiraq. d. glos. 5. nu. 76. Ergo cū hæc lex prohibitiuè veter meliorationem dotis causa, certè non poterit fieri per viā donationis causa mortis. Quod nomina- tim probatur in. l. hac adictali. C. de secū- nup. vbi prænitur summa quam vxor po- test dare marito, & dicit textus illam non posse excedi etiam per donationem causa mortis.

23 ¶ Postremo, illud me maximè mouet, q̄ si matrimonium perficitur, & celebratur vir- tute meliorationis factæ causa mortis, cer- tè talis melioratio est verus, & realis con- tractus, & leges loquentes de contractu ha- bent locum in ea, autore Anchar. d. consi. 384. Imo. in. l. vt hæredibus, versi. item at- tende. ff. de leg. 1. Decius consi. 197. in casu proposito, col. 2. qui loquuntur in casu mi- nus efficaci, scilicet quando donatio causa mortis fit præsentis, & stipulanti, satis au- tem stipulatur, qui virtute donationis cau- sa mortis contrahit matrimoniū, alias non contracturus. Non obstant adducta in eō- trarium, quoniam ex superioribus patet responsum, & verius esse quòd prohibitus donare non potest donare causa mortis.

24 ¶ Pro complemento, illud non omitten- dum, q̄ si in testamēto legauit dotem filie, & postea viuens dedi videtur dare animo compenlandi cum relicto in testamento. l. Lucius la. 1. ff. de leg. 2. latè per Corn. cōf. 273. lit. R. lib. 4. latè Ias. in. l. filia legato. ū. C. de lega. Item si promissi dotem, & post eam in testamento legauit, semel iā tum de- betur, vt latè per Alber. & DD. l. huiusmo- di. §. cum pater, nu. 9. ff. de leg. 1. Vbi vide- quid si legatum sit minus dotis. Quid au- tem si in testamento lego centum pro filia maritanda, & post: ipsa nubit me viuente, & sciente, & nihil dante, certè actione ex testamento petet legatum. Ita Alex. consi. 7. nu. 10. lib. 2. Guilhel. Cuneus. l. cum his. §. si mulier. ff. de cond. indeb. Oldrad. & Bart. l. Lucius. ff. de leg. 2. Bald. l. filia. C. de lega. & in. l. huiusmodi. §. cum pater. ff. de leg. 1. Quid autem si pater reliquit in tes- tamento centum pro filia maritanda, post ipse viuens locauit eam, & dedit in dotem quinquaginta, an possit filia residuum pe- tere ab hæredibz patris, vide Bart. & Paul. l. Lucius la. 1. ff. de leg. 2. Bald. & Ias. & alios in. l. filia legatorum. C. de leg. Anchar.

& Imola. c. filius. de testamen. Lupr'm in rep. c. per vestras. §. 1. 2. tertio propter, nu. 8. versic. ad hoc facit.

S V M M A.

- 1 **M**elioratio dotis ratione facta, an valeat si fiat ante nuptias, & an saltem rata maneat, si matrimonium non sequatur, vel contractum detegatur in validum, nu. 3. 4. 5. 6. 9. 13. 23. & 24.
- 2 Meliorata an dicatur filia in quam pater solū exercuit actum dotandi.
Dos an sit absq; matrimonio.
Donatio prohibita inter patrem & filium, an valeat ratione matrimonij, etsi fiat ante nuptias.
- 5 L. hac adictali. C. de secund. nupt. quæ prohibet mulierem dare secundo viro dotem vltra certam summam, seruanda est, etiā si ante nuptias det dotem, veluti extraneo, & non nomine, vel titulo dotis.
- 7 Maritus anteaquam nuptiæ celebrentur, extraneus est.
- 8 Filia à patre destinata & in eum vsus obliquè dotata, an censeatur nupta.
Qui tractat de vendendo aiquam rem, an di- catur illum vendere.
- 10 Donatio facta ratione matrimonij: an reuo- cetur matrimonio non sequuto, & nu. 14. 15. & 16.
Contra Seguram, Gomez Arium, Tellum, Ci- fontanum. & Lupum nu. 17. 21. & 22.
- 12 Dos quando assignatur statim dicitur filia ha- bere dotem, etiam ante nuptias.
- 13 Donatio inter sponsos licet valeat an reuocetur, si matrimonium non sequatur.
Intellectus. l. si extraneus. ff. de condit. ob caus. & num. 15. & 21.
- 18 Emancipatio ex matrimonio inducta ex. l. 47. Tau. an effectum sortiatur ante matri- monium, & velationem.
- 19 Melioratio generaliter facta filio ad matri- monium, vt commodius, vel honorifi- centius nubat, non autem, vt cum Maria, vel Catharina nuptias contrahat, an sit causa onerosa, tanquam non facta cū tertiā persona, & in consequens an valeat.
- 20 Intellectus. l. si ego. §. 1. ff. de iure doti.

Tradens

De non meliorandis

Traddens rem alicui, ut efficiatur dotalis, cum contraxerit matrimonium cum Bertha, an antea quam contrahatur matrimonium, possit traddens pœnitere.

¶ An melioratio facta dotis ratione, valeat si fiat ante nuptias. Et an saltem rata maneat si matrimonium nõ sequatur, vel contractũ detegatur invalidum. Cap. XXI.

1 **Q**Uæro deinde, an melioratio dotis ratione facta valeat si fiat ante nuptias, & an saltem rata maneat si matrimonium non sequatur, vel contractũ detegatur invalidum. Quoad primũ. Videtur meliorationem factam filiz cũ nullus esset tractatus de locando eã matrimonio, validam esse, & peti posse secuto matrimonio. Moueor ex eo quod scripsit Rodericus. l. 1. tit. De lus arrar. §. nota ulterius. vers. adde alium casum, vbi scribit, hæc verba. *Adde alium casum in quo valet datio arrarum vltra quantitatem hic taxatam (scilicet) si maritus antequam matrimonium contrahat per verba de presenti vendat, uxori de bonis suis nã licet dicta venditio excedat decimam valet venditio, hæc est l. notabilis stili. 247. incipit. Otrosi enel titulo de lus arras. Vbi fit expressa mentio de hac lege. Et sic limitatur per dictam legem stili.* Ex quibus verbis apparet, taxam arrarum, non habere locum quando datur æquipolens ante matrimonium de presenti, ergo & hic taxatio dotis non habebit locum quando datur ante matrimonium.

2 **¶** Rursus hæc opinio probatur, quoniam non dicitur meliorata illa in quam pater solum exercuit actum dotãdi, autore Imola in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demõst. Fulg. in l. non sine. C. de bon. quæ libe. A lexã. consi. 13. nu. 12. lib. 3. cum alijs congestis cap. præcedenti, nu. 11. vers. rursus hæc opinio. Quoniam dos non est absq; matrimonio. l. fi. C. de dona. ante nupt. Si ergo non est dos, neq; dotata, deficient verba legis quæ loquitur ratione dotis, vel matrimonij, hic autem, neq; est dos, neq; matrimonium. Loquimur enim quãdo melioratio fuit facta ante nuptias. Quod autem non sit dos absq; matrimo-

nio, saltem propriè, scribit Ias. & alij in l. 1. num. 1. 2. & 7. ff. solu. matrimon. & in Authent. præterea, num. 10. C. vnde vir. & vxor. & in l. quoniam Nouella, nu. 10. C. de inoffi. testamen. Rursus hæc opinio probatur, quoniam donatio prohibita inter patrem & filium, valet ratione matrimonij etiã si fiat ante nuptias, vt per Guidonẽ consi. 145. ergo melioratio alias prohibita valebit si fiat ante nuptias.

3 **¶** Contraria tamen sententia mihi verior & probabilior videtur. Primo ex verbis legis, ibi: *No pueda dar ni prometer*, Datio autem fieri solet post contractas nuptias, promissio vero ante nuptias, ergo etiã si melioratio fiat ante nuptias nõ valet. Fateor tamen responderi posse, promissionem dotis non fieri, nisi cum est tractatum de matrimonio, & iam est perficiendum.

4 **¶** Sed rursus probatur hæc opinio, ex illis verbis: *Por via de dote ni casamento*. Ex quã disiunctiua, apparet meliorationem non valere, siue fiat ratione præsentium nuptiarum, siue ratione dotis. Dos enim dicitur etiã absq; matrimonio præsentij, vt in l. lex Iulia. ff. de fund. dotali. l. si sponsa. ff. de iure doti. Faciunt quæ scripsi in cap. præcedenti, nu. 4. vers. rursus facit qd hæc lex. Scilicet qd illa cui dos assignatur, dicitur dotata etiã si nuptui traddita nõ fuerit. Et licet DD. disputent, an ea opinio sit vera, vt patet ex eis, quæ in d. cap. præced. dixi, d. num. 11. vers. rursus hæc opinio confirmatur. Tamen negari non potest, quin iuxta subiectam materiam rectissimè appellari possi dos, illa quæ datur, vel assignatur ante nuptias, vt in locis ibi citatis notatur.

5 **¶** Præterea hæc opinio nominatim, & efficaciter probatur, quoniam. l. hac ædotali. C. de secund. nup. quæ prohibet mulierem dare secundo viro dotem vltra certã summam, seruãda est etiã si ante nuptias det dotem, veluti extraneo, & nõ nomine, vel titulo dotis. Ita prudenter scripsit Capra. cons. 31. incip. etsi videatur prima facie. Decius consil. 246. requisitus ab illustri Governatore, col. 1. nu. 1. vers. imò quòd plus est si mulier. Mouetur, quoniam præsumitur fraus: & re vera hæc lex facilè eiu deretur si ante nuptias liceret meliorare.

6 **¶** Postremò hæc opinio probatur nominatim si rectè inspiciatur, ex Orosio. in l. omnes populi, nu. 149. ff. de iust. & iure. Et confirmatur prudenti ratione, cui nescio an congruè

congruè responderi possit. Cum enim melioratio non teneat, etiam si ex ea sit sustinendum onus matrimonij præsentis, & iã contracti, quanto minùs quando non est contractum, neq; versatur æquitas sustinendi onera matrimonij. Item si ad sustinendum onera matrimonij non licet minuere legitimam ceterorum filiorum, quãto minus quando nulla sunt onera. Postremò hæc opinio probatur ex. c. quanuis pactũ de pact. in. 6. vbi licet textus loquatur de renuntiatione facta, cùm filia nuptui traditur (hæc enim sunt verba textus) doctores extendunt illum ad portionem acceptã pro dote futura. Ita Archi. Ioann. Andræ. Domini. Franc. & Natan in d. c. quanuis pactum col. 3. & ibi Couarru. §. 2. c. 3. nu. 1. Benedic. c. Raynuntius, verbo *Duas habens filias*, nu. 260. de testam.

7 ¶ Non obstant ex aduerso prolata. Primo non obstat q̄ scribit Rodericus. d. l. 1. tit. De *lis arras*. §. nota vltorius, quoniam maritus antequam nuptiæ celebrentur extraneus est, idcò non mirandum si quãcũq; summam possit ei dare, quæ postea casu vxor est. l. 3. tit. 1. 2. lib. 3. Fori. l. inter eos. ff. de donat. inter virum & vxor. Lupus in rubrica. §. 1. 6. declarat Bald. l. cum te. & l. cum in te. C. de donat. ante nupt. vide Alexan. l. si focer. §. Lucius. ff. solu. matrimo. ¶ Item ante nuptias non possunt d'ci arræ. Pater autem ante nuptias, pater est, lex autem patrem prohibet meliorare dotis ratione. Rursus non obstat, q̄ non videtur dotata illa, in quam pater solum exercuit actum dotandi, quia, vt non sit dotata, tamen est dos, & responsum patet ex superioribus. Rursus non obstat q̄ donatio inter patrem & filium ratione matrimonij valet etiam ante matrimonium, non enim nego valere, sed nego valere vltra licitum modum.

8 ¶ Illud addendum, hanc opinionem esse in dubitabilem, si modo constitutio dotis fiat postquam tacitè, vel expressè, directè, vel obliquè cogitatum fuit de locando filiam certo homini. Filia enim destinata à patre, & in eum vsum obliq; dotata, cõfetur nupta. l. non est matrimonium. ff. de ritu nupt. l. qui pupillam. ff. ad leg. Iul. de adult. Sic Corrafi. in repet. l. qui liberos, nu. 40. ff. de ritu nupt. scribit se Tolosã respondisse, q̄ licet statutum excludens filiã dotatam non sit admittendum quãdo solum filiæ legata est dos: hoc fallit si pater in

testamento, vel aliàs ante mortem filiam homini certò destinarat. Quod confirmatur, quoniam tractatus est principium rei, & qui tractat de vendendo aliquam rem dicitur eam vendere, autore Bald. c. in cau. sis, col. 1. versi. tractatus de electione. Sic donans dotem postquam tractauit de locando filiam, videtur iam eam locasse, & quasi locatæ, & nuptæ dare, vel promittere dotem.

9 ¶ His ita definitis, tractemus an si matrimonium non sequatur, vel contractum detegatur inualidũ, melioratio rata maneat. In casu enim præcedenti tractauimus de melioratione ante matrimonium, tamen erat spes matrimonij, hic autem de tẽpore, quando matrimonium sequutum nõ fuit. Dubium facit, q̄ filia solũ prohibetur meliorari ratione matrimonij, hic autẽ supponimus nullum fuisse, neq; sperari ergo melioratio valet, deficiunt enim verba legis, & filia extra causam matrimonij meliorari potest.

¶ Neq; quisquã obijcere potest donationẽ factam ratione matrimonij, reuocari matrimonio non secuto, quoniam videtur habere tacitam conditionem si matrimonium sequatur. l. stipulationem. ff. de iure doti. quoniam id fallit in donatione facta à patre ob matrimonium filiæ, nam etiam nõ secuto matrimonio rata manet & valida, & reuocari non potest. Ita audacter docuit Segura in repet. l. vnum ex familia. §. sed si fundum sol. §. 2. suorũ operum, & octauo eius repetitionis, versic. ex quo posset inferri, & versic. attende q̄ in tantum. ff. de leg. 2. Vbi scribit q̄ melioratio facta à patre pro matrimonio filij, rata manet & reuocari non potest etiam matrimonio non secuto, & eius opinionem sequitur Arius in. l. 17. Tauri, nu. 29. & nouissimè Telliuz Fernandus clari nominis, multaq; lectionis, & eruditionis vetus aduocatus, profusa in ægenos liberalitate inclitus in d. l. 17. qui citat eiusdem opinionis Cifontanum, & Lupum, ibi. Sed certè Lupus, nu. 47. versic. adde. solum dicit valere etiã matrimonio non secuto, nõn tamen quòd reuocari non possit, inter quæ est magna differentia (vt statim dicam.) Rursus Cifontanus, nu. 5. similia quãdam tractat, sed q̄ non secuto matrimonio melioratio reuocari non possit haud quãquam dicit, nisi expendatur q̄ citat. l. si extraneus. ff. de cõdi. ob caus. vbi probatur donationem ad dotẽ valere

De non meliorandis

valere inter patrem, & filium, etiam si matrimonium non sequatur, qui textus est fundamentum omnium supra citatorum.

11 ¶ His tamen non obstantibus, credo meliorationem dotis, vel matrimonij nomine factam filix, nullam esse etiam si matrimonium non sequatur. Moueor, quoniam hæc lex dicit hæc verba: *Mandamos, que ninguno pueda dar ni promet. r tercio ni quinto: & infra dicit: Y lo contrario por el mismo hecho sea en si ninguno, y de ningun valor y efecto.* Ex his nota promissionem ipsam, hoc est constitutionem dotis immodicæ: esse ipso iure nullam, quod si est ipso iure nulla, ergo ubi primum fit est nulla ipso iure, etiam ante matrimonium. Nam lex dicit promissionem esse ipso iure nullam, promissio autem præcedit matrimonium, ergo ante matrimonium est nulla, & ex consequenti etiam si matrimonium non sequatur non valet, quoniam ante matrimonium nulla est ipso temporis momento quo fit. Secundo moueor, quoniam melioratio non valeret etiam si matrimonium sequeretur, & etiam si oporteret ex eo sustinere onera matrimonij, qui color iustus est, & humanitati maxime cõueniens, cum autem id nõ sufficiat: quanto minus sufficit matrimonium non sequi.

12 ¶ Rursus moueor, quoniam illa cui dos assignatur statim dicitur habere dotem, etiam ante nuptias, vt in. l. lex Iulia. ff. de fund. dotal. & dixi supra hoc ipso capite, & cap. præcedenti. Si autem est dotata, & ratione dotis meliorata, iam non valet melioratio. Non enim hæc lex solum improbat meliorationem per viam matrimonij. Sed etiam per viam dotis, non ergo lex exigit, vt matrimonium sequatur, vt melioratio nõ valeat, sed sufficit meliorationem constitui ratione dotis, statim enim est nulla ipso iure, absq; eo quod sequatur matrimonium, vt patet ibi: *Por el mismo hecho sea en si ninguna.*

13 ¶ Rursus si matrimonium sequeretur non valeret melioratio, ergo multo magis cum matrimonium non sequatur, argumento. l. stipulationem, & l. promittendo. ff. de iure doti. Præterea cum melioratio facta sit ad matrimonium, certè solus defectus matrimonij non secuti debet sufficere, vt donatio facta etiam filio, vel filix non valeat, etiam si alias valida esset, textus est expressus in. l. Titio ceterum. §. Titio genero. vers. ante nuptias. ff. de condi. & demonstr. qui textus loquitur in dotæ filix, vt patet, ibi:

Dotis Scia filix mea nomine centum dato. Et postea subiicit, quod non secuto matrimonio dos non debetur. Idem probatur, in. l. in testamento. ff. eo. tit. Sic licet valeat donatio inter sponso (præsertim ante matrimonium) tamen reuocatur si matrimonium non sequatur, vt in. l. cum veterum, & in. l. si à sponso. C. de dona. ante nupt. & ibi notat Bald. glos. l. 3. tit. 1. 2. lib. 3. Fori. scribit Casfane. in consuevud. Burgun. rubrica. 4. §. 7. verbo, *Constant leur mariage*, nu. 4.

14 ¶ Idq; generale est, vt matrimonio non secuto dos repetatur, vt. l. ite quia. ff. de pact. l. promittendo, & l. stipulationem. ff. de iure doti. scribit Abba. cap. ex parte, nu. 10. de restitu. spolia. Roman. Alexand. & Iaso in l. si extraneus. ff. de condi. ob causam, quæ lex in fine loquitur in patre cui datur facultas repetendi dotem matrimonio non secuto, nisi euidenter aliud actum sit. Qui textus manifestè probat hanc sententiam. Nam illa verba: *Si ita conuenit*: Significant si ita fecit conuentionem, vt extraneus cauendo solum in casum finiti matrimonij, & non in casum non secuti nihilominus tamen definit textus; patrem non secuto matrimonio posse repetere dotem, & non filiam nisi euidenter aliud actum sit, quæ verba satis probant quod illa verba: *Si ita conuenit*, non significant patrem cõuenisse, vt nõ secuto matrimonio dos sibi redderetur, tunc enim satis euidenter res esset acta, neq; oporteret, vt textus subijceret, nisi euidenter aliud actum sit. Et certè hic videtur germanus sensus verborum eius legis, vt pater non secuto matrimonio possit repetere dotem datam pro filia, & quod non possit repetere filia, nisi aliud euidenter actum sit.

15 ¶ Neq; obstat si quis obijciat textum illum loqui quando pater in aliquem casum stipulatus est dotem sibi reddi, nos autem loqui quando simpliciter donauit pro dote. Quoniam lex illa non definit rem ex stipulatione, quæ potius faceret in contrarium, cum non comprehenderit casum nõ secuti matrimonij, sed definit negotium ex regula generali quod datum ob causam repetitur causa non secuta, vt patet ex illis verbis: *Nam quasi matrimonio non secuto habere potest conditionem eius quod ob matrimonium dedit, &c.* Quid quod pater etiam si nihil dicat, videtur interponere stipulationem tacitam pro dote, quam dat, vt in. l. vna. §. accedit in fine. C. de rei vxor. actio. & hæc tacita

racita stipulatio vires habet etiam si nō sit sequutum matrimonium autore Bal. cōsi. 16. incip. ista causa cōsistit vers. sed posito q̄ potuerit lib. 1. & cōsi. 169. inter Dominicum col. 1. lib. 3. latē Boerius decisi. 331. num. 2. Si ergo censetur interponere stipulationem, vt sibi reddatur, & hęc habet vires etiam non sequuto matrimonio, certe repetere poterit à filio, vel ab eo quem sibi generum destinauit.

16 ¶ Neq; mihi opponat quisquā quod scripsit Decius cōsi. 35. col. 3. & col. 7. quoniā ibi non negatur ius dotis reddisse ad patrē si matrimonium non sequatur, sed contentur teneri patrē dare eandem dotem si lix secundo nubenti, iuxta Authent. sed quamuis. C. de rei vxor. actio. Itaq; matrimonium iam est in suo casu sequutū licet nō illud pro quo pater promissit dotem, hic autem loquimur de tempore quando nullum matrimonium est sequutum.

17 ¶ Ex his apparet errasse Securā, & Ariū, & ceteros, qui contendunt meliorationem factam filio ratione matrimonij irreuocabilem esse, etiam si matrimonium non sequatur, contrarium enim probatur in d. l. si extraneus, & est iuri maximē cōformis. Et comprobatur ex sequentibus. Primo si donatio facta fuit ratione dotis & matrimonij iam destinati, & statim perficiendi, pater videtur interponere tacitam stipulationem, quę vires habet etiam non sequuto matrimonio, vt supradixi, & probatur in d. l. si extraneus.

18 ¶ Deinde licet hodie actio de dote sit propria filię, quia censetur emancipata ex matrimonio, vt in l. 47. Tauri, & notat speciatim. Rodericus in l. fin. tit. De los pleitos, col. fin. tamen hęc emancipatio non sortitur effectum ante matrimonium, & velationem, & sic antequam veniat, emancipatio ex matrimonio durat dispositio. l. 2. §. q̄ si in patris. ff. solut. matrim. quę actionē dotis profectitię dicit esse comunē patris & filię. Facit textus optimus in l. quōties in fine prin. ff. solu. matrim.

¶ Rursus ad equinēdum hanc opinionem, sufficeret ipsa lex 17. Tauri, quę meliorationem filio factam dicit reuocari posse, nisi fiat ex causa onerosa cu tertia persona, putā, Pōr via de casamiento: Si autem matrimonium non sequitur nullum est onus, neq; vlla est tertia persona.

19 ¶ Rursus si melioratio fuit facta generaliter filio ad matrimonium, vt cōmodius, vel

honorificētius nubat, non autē, vt cū Maria, vel Catherina nuptias contrahat, certē hęc non est causa onerosa, quia non fit cū tertia persona, neq; ratione tertię personę, sed mentio matrimonij, potius ponitur vt occasio, quam vt causa finalis, vel onerosa, vt satis indicant ipsa verba. l. 17. Tauri. quę cum tertia persona fieri requirit, & notat prudenter Molinos in tractatu de donationib. factis in contractu matrim.

20 ¶ Postremò nostra opinio confirmatur ex l. si ego. §. 1. ff. de iure doti. Vbi si traddo tibi rē, vt efficiatur dotalis cū cotraxeris matrimonium cū Bertha, & sic pertinet ad utilitatem tuā, & tertię, certe antequam cotrahas matrimonium, possum peccare licet hęc res meus non possit, & ita notant, ibi; glōf. & communiter DD. secundum Alexand. in l. qui Romę. §. Hauus nu. 8. verlic. aut dixit, dono. ff. de verbo. oblig.

21 ¶ Sed respondebit aliquis, hoc verum esse quando extraneus dat dotem, nam videtur inesse tacita conditio si matrimonium sequatur. Sed certē idem est quādo dat pater, vt expressē probatur in l. si extraneus. ff. de condi. ob caus. & sic non est dubitandum, quia melioratio reuocari possit. Neq; obstat quod Segura & ceteri adducunt donationem causa dotis valere inter patrē, & filium etiam si matrimonium nō sequatur. Agnosco hoc generale principium, valere donationem inter patrē & filium ex causa dotis, etiam si matrimonium non sequatur, nego tamen patrē non posse repetere & reuocare matrimonio non sequuto. Imò ad hoc, vt non sequuto matrimonio non possit repetere, requiritur, vt id euidenter actum sit, tunc enim etiam non sequuto matrimonio rata manet donatio facta inter patrē, & filiam, & ita intelligitur regula posita ibi à Romano Alexand. & Iaso, idē Alexand. si cum dote, col. 2. in §. notabili. ff. solut. matrimo. & l. 2. §. quōd si in patris, num. 1. ff. co. tit. Scilicet quōd valet donatio causa dotis inter patrē, & filiū etiam matrimonio non sequuto intelligitur tamen secundum textum quem citant in dicta l. si extraneus, quę ita demū matrimonio nō sequuto dat actionem filię, si modo id euidenter actū sit, cum pater dedit dotem pro ea. Quod præter expressa verba illius. §. fin. in d. l. si extraneus probatur ex ca. l. ibi: Sed etsi pater: nam verba, sed & sunt continuatiua, & significant idem disponi in eo casu q̄ in

Q præ-

De non meliorandis

præcedenti, scilicet quando extraneus dedit dotem pro muliere. Dixerat enim lex extraneū posse repetere, non sequuto matrimonio, nisi evidentissimè constet eum voluisse, vt mulier ipsa posset repetere, postea subiicit *Sed etsi pater, &c.* Significando idem esse quando pater dat dotem, vt non secuto matrimonio repetat nisi aliud actū sit. Et re vera si euoluas omnia scripta in d.l. si extraneus, nihil comperies ex quo eliciatūr patrem non posse repetere vel reuocare matrimonio non sequuto. Sic Alexand. l. i. nu. 4. dicit. Nota quòd filia in potestate potest acquiri à patre, non solum dos data pro ea matrimonio sequuto, sed etiam potest acquiri ei actio ad repetendā dotē matrimonio non sequuto. Nota hæc vltima verba, ibi, *potest*: Scilicet si euidenter agatur non autem ex regulari dispositione iuris.

- 2 2 ¶ Ex his apparet quòd etiam si dos constituta esset licita, & non excedens metam huius legis, q̄ matrimonio non sequuto, posset reuocari. In casu autem de quo loquimur, scilicet quando filia fuit meliorata ratione dotis, satis patet ex superioribus, q̄ matrimonio nō sequuto melioratio nulla est, ac si matrimonium sequeretur. Notandum tamen, q̄ etiam si opinio Seguræ, & aliorum vera esset, nō obstat nostræ opinioni. Quoniam ipsi loquuntur in dote, quæ tunc temporis erat licita, ante conditam istam legem, & solum disputant an possit reuocari ex matrimonio non sequuto. Ego autem quæstionem proposui de dote ex qua resultat melioratio, an scilicet, matrimonio nō sequuto rata maneat eaq̄; damno non solum, quia matrimoniū non fuit sequutum, sed etiam, quia hæc lex reprobatur omnē meliorationē ex causa dotis.
- 2 3 ¶ Nec autem vllus remaneat scrupulus, ani maduertere visum est. Decium in d. conf. 35. col. 3. loqui quando secundum matrimonium contractum fuit, hic autem quando nullum sequutum fuit. Item licet ibi dicat suam opinionē veram esse etiam si dos promissa fuerit immodica, intelligēda sunt illa verba, vt declaravi supra cap. 16. Et quicquid sit loquitur de quando matrimonium est sequutum, aliàs esset opinio irrationabilis, vt dos immodica, quæ nō admittitur ad sustinenda onera matrimonij, admittatur quando nullū est onus neq̄; matrimonium.
- 2 4 ¶ Quid autem si matrimonium sequutum

fuit, sed tamen postea detegitur inualidū, & certè nulla est ipso iure melioratio à primo die quo fuit facta, vt patet ex argumentis, rationibus, & autoritatibus supra adductis. Et quoniam dos appellatur id q̄ putatiui matrimonij ratione datur, vt per Abb. in rubrica de sponsali. propè finem. Quòd si est dos, non valet melioratio eius ratione, neq̄; hæc latius prosequor.

S V M M A.

- 1 **P**ater an supra summam hic præfinitam, possit dotis nomine vocare primo loco filiam ad primogenium quod instituit post filium masculum in cuius persona instituit primogenium excedens tertiam, & quintam substantiæ partem.
An censeatur meliorata filia de cuius legitima pater dotis ratione iubet, vt non deducatur portio ad maioratum.
Prohibitus à iure bona patris, præter certam summam capere: An possit vltra illam accipere iure substitutionis.
- 2 **S**tatuto prohibitus, vt non possit uxori quicquam relinquere, an poterit illam proprio filio substituere.
- 3 **F**raus an censeatur per tertiam personam accipere, quādo directè est aliquis prohibitus capere.
- 4 **M**ulier statuto accipere prohibita ex facultatibus mariti. An accipere possit si substituat personam non prohibita, & nu. 5.
Prohibitus institui, an prohibeatur substitui.
- 6 **F**actum legitimè. An reuocari possit licet ad eū casum eueniat, à quo incipere non potuit.
Res semel facta alienabilis, an perpetuo possit alienari.
- 7 **S**ubstitutio est spes valdè incerta: cum possit masculus habere filios, & an huiusmodi spes censeatur locupletare eos, qui illam habent.
Appellatione rei, an veniat spes.
Intellectus. l. si is qui ex bonis. ff. de vulga.
- 8 **M**asculus meliorari an possit, si plures filios masculos pater habeat, & dotis ratione constituat, vt melioratio facta masculo deducatur ex legitimis aliorū filiorū. & nō ex legitima filia, quam nupti tradidit, & nu. 9.
- 9 **P**romissio de non meliorando in præiudicium filia valida est.
Limita nisi cōsuetudine, vel statuto approbetur.

An pater supra summam hic præfinitâ, possit dotis nomine præmittere se vocaturum primo loco filiam ad successionem primogenij, à se instituendi, primo (inquam) loco post filium masculinū in quo primogenium instituit. Item an censetur meliorata filia de cuius legitima pater dotis ratione inbet, ut non deducatur portio ad maioratum.

Cap. XXII.

Rursus occurrit quæstio, vtrum supra præfinitam in hac lege summam, pater possit dotis nomine vocare filiam ad primogenium quod instituit, vocare (inquam) primo loco, post filium masculinū in cuius persona instituit primogenium. excedens tertiam & quintam substantiæ partem. Mouet quæstionem, quod prohibitus à iure bona patris (præter certam summam) accipere, non potest vltra illam aliquid accipere etiam iure substitutionis. Itā probatur in l. si is qui ex bonis. ff. de vulg. & pupil. Vbi notant Bart. Albe. Alexad. & Ias. col. 1. quod cū filius spurius nihil præter alimenta habere possit ex bonis patris non poterit illa cōsequi per viam substitutionis, scilicet etiam si substituatur fratri legitimo patris hæredi: de qua re vide, quæ supra notata sunt. c. 12. nu. 25. Vnde cū ex hac lege filia prohibeatur dotis ratione meliorari, non poterit dotis ratione meliorari etiam iure substitutionis, dum vocatur ad primogenium post fratrem masculinū.

His congruit, quod scribit Alber. in d. l. si is qui ex bonis, quod si ex statuto maritus non possit uxori quicquam relinquere, non poterit illam proprio filio substituere; tū ex dispositione d. l. si is qui ex bonis; tū ne videatur fieri fraus statuto, scilicet, ut expressè prohibitum, per cuniculos eludatur, aduersus. l. fraus. ff. de leg. Rursus nemo negare potest, hanc ex substitutione acquisitam spē, esse eius aliquod quo filia censetur melioris cōditionis quā ceteri filij, lex autē ista

omnē in eliorationē ratione dotis vetat.

3 Postremo facit quod hæc lex non solum meliorationem verum etiam promissionem meliorandi improbat, verbum autem promissio futuros casus comprehendit, & nihilominus est prohibita, ergo etiam si melioratio non sit præsentis utilitatis reiicienda est. Vltimo facit quod hæc lex omnē fraudem improbat, fraus autē videtur esse per tertiam personam accipere, ut in l. 1. C. de natur. libe. scribit Decius conf. 26. col. 1. in principio, & in materia limitatæ dotis, probatur in l. hac ad l. C. de secund. nup.

4 His tamen non obstantibus, cōtraria sententia probabilior videtur. Moucor ex eo quod scribit Rapha. Comen. in d. l. si is qui ex bonis. ff. de vulg. & pupil. quod si ex dispositione statuti mulier, nihil accipere possit ex facultatibus mariti, quod accipere potest si substituatur personæ non prohibitæ. Quam opinionem probat Alber. in prima parte statutorum quæst. 112. Alexand. in d. l. si is qui. col. fin. vbi Iaso (licet nutet) dicit opinionem Raphaelis esse magnæ autoritatis si negotium incidat. Rursus facit, quod prohibitus institui, non prohibetur substitui, argumento eorum; quæ notat Ias. in l. 1. §. veteres. ff. de acquirenda possessio. Segura in l. cohæredi. §. cum filix. versic. fallit quinto. ff. de vulg. & pupilla.

5 Rursus hæc opinio probatur, quoniam filia non censetur accipere: plura bona ex eo quod sit substituta, ita dicit Iuriconsultus in l. substitutio. ff. de acquir. rerum domi. cuius verba sunt: *Substitutio que nondum competit: extra bona nostra est.*

6 Præterea hæc opinio probatur. Ratio enim huius legis est, ne fiat præiudicium ceteris filiis ex melioratione, hic autem loquimur quando melioratio fuit facta filio masculino, qui non prohibetur meliorari. Ex masculi autem melioratione, iam decrescunt portiones ceterorum, & diminutio legitimæ licite fieri potuit, non enim fuit facta ratione dotis, neque in persona foemina. Sed masculus est melioratus, & ipse est qui portiones aliorum minuit. Et licet postea ex vi substitutionis bona perueniant ad filiam non dicitur ex eius persona minui portio ceterorum, iam enim erat diminuta, & factum legitime reuocari non debet licet casus postea eueniat à quo incipere non possit. l. factum legitime. ff. de reg. iur. l. si Gaudentius. C. de cōtrah. emp.

Q. Et

De non meliorandis

Et res semel facta alienabilis, perpetuo potest alienari, ut per Bart. in l. pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. per textum ibi. Platea. l. 1. col. 3. C. de impo. lucra. descrip. lib. 1. r. Signorol. consi. 210. col. 2. ver. secundo. Alberic. l. 1. nu. 22. ff. de officio eius cui. mada. est iurisd. Pau. consi. 243. col. 2. versi. secundo quia, lib. 1. Bald. consi. 52. lib. 2. Ripa lib. 2. respon. c. 23.

7 **R**ursum substitutio est spes valde incerta, cum possit masculus habere filios, & huiusmodi spes non censetur locupletare eos qui illas habent, iuxta sententiam Alexan. & Iaso in l. commodis. ff. de re iudi. Bald. in l. spem. C. de donat. l. alienationis. §. occasione. ff. de verb. signific. Appellatione enim rei, non venit spes autore Romano. l. is potest, col. 1. ff. de acquir. hæredit. Non obstant adducta in contrarium. Primo. l. si is qui ex bonis. ff. de vulg. & pupil. & ea quæ ibi traduntur, habent locum quando substitutus, neq; ex testamento, neq; ab intestato testatori succedere potest, tunc enim, neq; iure substitutionis potest succedere, filia autem, patri hæres est necessaria, & meliorari potest extra causam dotis. Non obstat doctrina Alberici, quoniam eius opinio rejicienda est, ut apparet ex superioribus.

8 **Q**uid autem si quis masculum filium melioravit, habebat autem plures liberos, & dotis nomine constituit, ut melioratio masculo facta deduceretur ex legitimis aliorum filiorum, & non ex legitima filiarum quæ tunc nuptui dat, ei enim solidam legitimam dari vult quæro an filia censeatur dotis nomine meliorata aduersus legem. Videtur meliorata, quia eius legitima maior est, quam legitima aliorum filiorum, quæ diminuitur ex melioratione fratris. Sed verius est non censeretur meliorata: Legitima enim filiis necessario debetur, neq; melioratus dici potest, qui portionem de iure debitam consequitur. Non enim vlla est tunc munificencia patris, sed necessitas legis. Ita dicitur sensus communis, & docui supra. c. de vnica filia.

9 **H**is congruit iam sæpius repetita ratio legis, quæ non ex alio magis est prodita, quam ne legitima aliorum, melioratione ratione dotis exhauriatur. In specie autem proposita, legitima aliorum filiorum non minuitur dote sororis, sed melioratione fratris. Soror enim tantum debitam portionem accipit, aliorum portiones non la-

befactat. Cû ergo hæc lex loquatur de non meliorandis filiabus, hæc non est meliorata, & sic deficiunt verba & ratio legis, & per consequens eius dispositio, ut in l. 4. §. toties. ff. de damno infecto. Filia enim potius dicitur in hoc casu damnum esse gere, quam meliorationem capere. Neq; hæc lex admittenda, quando filia dotis nomine plus accipit, quam alij filij quorum legitima minuitur ex melioratione facta in persona alterius quam filiarum, nisi ipsa filia sit meliorata, vel maiorem portionem acceperit quam hic est præscripta. Hæc autem promissio de non meliorando, in præiudicium filiarum, valida est, ut in l. 22. Tauri, licet de Iure communi, videatur non valere. Ita Bal. & Ias. in l. pacta nouissima. C. de pact. Bald. Salice. & Ias. in l. pactum q. dotali, & ibi Alexan. C. de pact. Sed id limitatur nisi consuetudine, vel statuto approbetur, secundum Bald. in l. cum Archimedoran. C. ut posse lega. Alexandrin. c. filij nati, si de fœ. u. fuer. controuersia, de quo vide latè Benedict. c. Raynuntius, verbo *Duas habens filias*, nu. 200. & 197. cum sequentibus de testam. Boer. in consuetudin. Bituricæ. tit. de consuetud. matrim. §. 5. col. pen.

S V M M A.

- 1 **P**ater an possit dotis ratione meliorare filiam; si rem in qua eam meliorat habuerit ex Regia facultate. *In intellectus. l. 235. Scili.*
 - 2 **F**ilius an testari possit de bonis, quæ habet à liberalitate Cesaris. *Donata à Rege, an censeantur quasi castrensia.*
 - 3 **L**ex scripta etiam si non practiceur per annos mille non ideo minus valet. *Leges Scili, & Fori, nullas habet vires nisi usu, & consuetudine fuerint firmate.*
 - 4 **D**ux, Marchio, vel Comes, filios habens, & moriens destinatis nuptijs filie, obligans se in testamento per contractum inter viuos promittens filie Ducatum, Marchionatum, vel Comitatum, & filie reclamantes obicientes sororem non posse meliorare ratione dotis: neq; supra legitimam aliquid habere, an possit, & num. 6. & 8.
- Et quid si non sit Comitatus sed oppidum aliquod cû iurisdictione. pecunia à Rege empru.*
Marchia

Marchia an sit sc̄dum Regale.

Fœuda ad quem pertineant.

5 *Comitatus, Ducatus, & Marchionatus Hispaniæ an propriè dicantur fœuda. & nu. 9.*

Fœdum in quo differat, à maioratu, remissivè.

7 *Comitis, Ducis, vel Marchionis bona, æqualiter diuidenda sunt inter filios, neq; in ea vltra metam legis potest eis præiudicari.*

Fœuda, Ducatus, vel Comitatus, licet non diuidantur, eorum tamè commoditas ceteraq; bona temporalia ipsius dignitatis diuiduntur inter filios, & num. 96

Castrum, alicui à Rege venditum pro se filijs, & hæredibus. An pertineat ad omnes filios æqualiter, etiam si Regium sc̄dum sit.

10 *Iure iam quesito renuntiare; donare est.*

Pater, fauore generi renuntians iusiam quesitū, an id in dotem dare videatur, & talis dos dicatur profectitia.

11 *Donatio inofficiosa à filijs reuocatur.*

An pater possit dotis nomine meliorare filiam: si habeat ex liberalitate Regia rem in qua eam meliorat, & quid si ratione dotis ei renuntiat Comitatum, vel Ducatū, an si excedatur legitima, ressecanda sit dotis præstatio. Cap. XXIII.

1 **F**uit quæstionis, an pater possit dotis nomine meliorare filiam: si rem in qua eam meliorat habuerit ex Regia liberalitate. Mouet quæstionem. l. 23 §. inter leges Stili incipiens. *Otrofi, es a saber, que el Rey puede dar: cuius verba sunt: Mas la donacion que haze el Rey, puede la a quel a quien la hizo, essa cosa que le dio el Rey dar de mayoria, o por su alma, o hazer, o ordenar della como quisier: de mas de la tercia parte, e dela quinta, que puede dar y ordenar por fuero: y esto es porque es donadio de Rey.* Ex his verbis pbat, qd licet pater non possit præiudicare filijs Regio iure vltra tertiam, & quintam substantiæ partem, tamè quod vltra summam hanc dare potest. si modo rem quam

dat habeat à Rege. Inducitur enim hoc fauore Regiæ munificentia, vt sicuti Reguū est donare, & munificentiam exercere, ita, & res ab eis donatæ peculiari sint priuilegio, communitæ. Ergo quanuis lex præfinit summam dotis nomine dandam, & vltra quam dare non liceat, limitanda est si res ex qua oritur excessus: sit patri donata à Rege.

2 **C**ōfirmatur ex. l. cum multæ. C. de bonis quæ liber. Vbi dicitur qd licet filius familias non possit testari de aduentitijs. l. pen. C. qui testam. facer. poss. hoc fallit, nisi aduentitia habuerit ex Cæsaris liberalitate, tūc enim de eis testari potest, & ex eo textu, ita deducit Roman. in d. l. pen. C. qui testam. facer. poss. Barba. in repet. rubricæ de testam. col. 2. Alexan. l. 1. §. hoc autē col. 3. ff. ad Trebel. Rodericus in repetitione. l. quoniam in prioribus limitatione sexta; ad legem Regiam. C. de inoffi. testam. & in quæstione sua, an in bonis maioratus pater habeat vsumfructum. Censentur enim bona quasi Castrensia, quæ Rex donat. vt notatur in d. l. cum multæ, & definitur in. l. 71 in fine, tit. 17. part. 4. & ibi notat glos. qd pater in eis nō habet vsumfructum. Ergo sicut filius præiudicat patri desumendo si bi vsumfructum in talibus rebus: ita pater videtur posse præiudicare filijs dando talia bona supra summam hic præfinitam.

3 **Q**uid ergo probanda est hæc limitatio? Certè ego eam probarem si euinci posset: Regiam illam legem Stili seruari, reperio tamen qd Rodericus nostrarum legū sc̄ntissimus, scribit se nūquam vidisse legem illam seruari in praxi. Sed fortè non incidit casus, & etiā si lex non practicetur per annos mille, quia casus nō incidit, nō idē minus valet, vt late per glos. & DD. in. c. de regua. & pace per Alexand. & Iasun. l. si filius qui in potestate. ff. de liber. & posthum. Idcō tota hæc res pendet à probatione; an lex illa seruata fuerit; vel non. Neq; enim leges Regiæ (quas appellant Fori, & Stili) vires habent, nisi consuetudine & vsu fuerint firmate, vt definitur in inno. Taurino sum. constitutionum.

4 **Q**uid autem si aliquis Dux, vel Comes, filias habeat, & moriens (destinatis nuptijs filijs) obligat se in testamēto per contractū inter viuos. promittitq; filie dotis nomine Ducatum, vel Comitatum, reclamantq; ceteræ filia, obijciunt sororē non posse meliorari ratione dotis, neq; supra legitimam

Q 3 ali-

De non meliorandis

aliquid habere, quid iuris? Item quid si nō sit Comitatus, sed opidum aliquod cum iurisdictione, pecunia emptum à Rege. Videtur rectè totum in dotem dari, ex enim id defert filix primogenitæ nō autē pater dat. Quod autem lex id totum deferat primogenito, docuit Abb. in .c. licet, col. 2. de voto. Vbi textum illum loquētem de Regno: primogenito deferendo, extendit ad Ducatus, & Comitatus, & cæteras seculares dignitates. Quibus accedit q̄ Marchia, est fœudū Regale; vt in .c. 1. de fœudo Marchiæ, & idem in Ducatu, & Comitatu. l. 6. tit. 26. part. 4. Lucas Penna. l. 1. col. 9. C. de priuilegijs eorum, qui in sacro palac. militant, & in .l. 3. C. de Tironibus lib. 12. Zafius, in tracta. fœudorum in .2. parte nu. 12. & nu. 5. Aluarot. c. 1. §. si capitanei de fœudi natura. Iacobin. in tractatu fœudorum, col. 2. vers. sed quid si Rex. Bal. c. 1. de fœudo Marchiæ. nu. 3. Fœuda autē pertinet ad maiorem natū, ita Hostien. Ioann. Andræ & Cardinal. in .c. licet. de voto. c. Imperialem. §. præterea Ducatus. de prohibi. fœudi aliena. qui textus hoc nō probat, nam solum dicit talia fœuda esse indiuisibilia. Si ergo de iure Comitatus & similes dignitates deferuntur ad primogenitam certè pater nihil videtur dare.

5 ¶ Neq; obijciat aliquis, fœminas non succedere in talibus dignitatibus, neq; ad eas deferri iure primogenij, nam contraria est verissima opinio deficientibus masculis præsertim in Comitatibus, & Ducatibus Hispaniæ, quæ nō sunt propriæ fœuda, quod autem succedant in talibus dignitatibus, notat Bal. in .l. in multis. ff. de statu homini. Decius in .l. fœminæ in .2. q. 4. de reg. iur. Roman. conf. 98. in .2. dubio. Lupus in rubrica de donatio. inter virum & vxor. vers. si. lex etiam Regni. Tiraq. de primogenijs. q. 10. nu. 19. & per totam quæstionē. Benedi. c. Raynuntius, verbo. *In eodem testamento relinquens*, nu. 173. de testament. in quibus autem fœuda à maioribus differant, docet Molina lib. 1. de Hispan. primogeni. c. 7. à num. 2.

6 ¶ Sed his non obstantibus contraria sententia verior, imò vero filia Comitatus vel Ducatus nō potest meliorari ratione dotis, neq; cōsequi Ducatum etiam si maior natū sit, nisi ex priuilegio Regis vel antiqua dispositione testatoris ducatus pertineat ad primogenitam. Moueor ex verbis legis, ibi: *pueda dar a cada una de sus hijas la renta de un*

año, con que no pueda exceder de doze queros, no embargante que la dicha renta sea más de los dichos doze queros en qualquier cantidad. Qui autem tam amplo redditus habent Duces sunt & Marchiones, ergo eorum filix, regula legis continentur, & neq; meliorari possunt, neq; supra præfinitam summam dotari, vt supra dixi. c. 3.

7 ¶ Rursus etiam si filia, quæ dotatur sit maior natū, & etiam si nullus extet masculus, non potest dotis ratione meliorari, nisi bona deferantur primogenitæ ex priuilegio Regis, vel antiqua consuetudine, auctorū vel dispositione. Quoniam castra oppida, & vassalli, debent æqualiter diuidi inter filios deficientibus supradictis casibus, etiam si Rex eorum patrem specioso Comitatus, vel Ducis titulo decorarit, & unicuiq; filio datur in his rebus sua legitima sicuti in ceteris bonis. Hæc est enim regula generalis, q̄ bona debent æqualiter diuidi inter filios, neq; est textus qui in Duce vel Comite aliter disponat, & ita pater non potest filijs præiudicare ultra metam legis, vt eruditè docet Rodericus in repetitione. l. quoniam in prioribus, in vndecima limitatione legis Regiæ, per totam, sed præcipue versiculo, sed vbi aliquis haberet loca propria. C. de inoff. testam. Sic Isernia in .c. 1. §. præterea Ducatus, col. 2. de prohibita fœudi aliena. dicit q̄ licet fœudum nō possit diuidi, tamen q̄ omnes succedent in eum nisi in regionibus vbi viuunt iure Francorum, ibi enim deferretur ad primogenitum. Et hæc est vera opinio, q̄ licet fœuda, Ducatus, vel Comitatus non diuidantur, tamen eorum commoditas, cæteraq; bona tēporalia ipsius dignitatis, inter filios diuiduntur. Ita Albericus in suo indice in verbo *Fœudum*, versic. item quæro pulchram & subtilem quæstionem. Curtius senior, conf. 69. col. 2. versic. secundo principaliter. Alex. cōf. 25. col. 2. versic. fallit lib. 5. latè præbat Tiraquel. de primog. q. 4. nu. 52. Quod etiam est indubitabile quando Princeps castrum vendidit alicui pro se, & suis filijs & hæredibus, tunc enim absq; dubio ad omnes filios æqualiter pertinet etiam si sit fœudū Regium quod regulariter est indiuiduum, ita Isernia in .d. c. 1. §. præterea Ducatus. Alex. conf. 60. visis dubitationibus, col. 1. lib. 3. Tiraq. d. c. 4. nr. 56. Curtius senior, d. conf. 69. dominus Ioannes. col. 7. Socin. conf. 252. visis instrumentis concessionū col. pen. versic. sexto confirmatur.

¶ His

8 ¶ His rationibus in casum sententia, vt filia Comitatus non possit dotis ratione meliorari, etiam si sit primogenita, & etiã si nullus extet masculus, nisi bona ad primogenitam ex concessione Principis desierantur. Non obstat quod scripsit Abb. in. d. c. licet. de voto, quoniã eius opinio falsa est, vt patet ex Roderico, & Tiraquel. in locis supra citatis.

9 ¶ Non obstat quòd Marchionatus, Ducatus, & Comitatus sunt fœuda Regalia: quoniam hæ dignitates apud nos non habentur iure fœudi, neque sunt fœuda, vt latè probat Roderic. in dicta vndecima limitatione, cum sequentibus. Et etiam si apud nos essent fœuda, adhuc utilitas est diuisibilis, præsertim si dentur, vendantur, vel accipiantur pro se, & pro filijs, & hæredibus, tunc enim omnibus hæredibus ius æquale competit nulla facta ætatis differentia, non minus quam in cæteris bonis priuatis, iurisdictione, & imperio carentibus.

10 ¶ Postremò illud non omittendum, quòd etiam si filia quæ nubit sit primogenita, & ad eam ex cõcessione Principis pertineat Ducatus iure primogenituræ, certè si pater viuens dat, in fraudem huius legis Ducatum: ex causa dotis videtur irritandum quoniam datur dotis ratione ante mortem. Nam licet filia habeat primogeniũ ab auis possidet illud ante mortem patris in præiudicium cæterarum filiarum quarum legitima crescere posset ex redditibus Ducatus, si pater illud possideret, vsque ad mortem. Et renuntiare iuri iam quæsito est donare, vt in. l. contra iuris. §. si filius. ff. de pact. l. sicut. §. an pascisci. ff. quibus modis pign. vel hypo. solui. Et pater fauore generi renuntians ius iam quæsitum videtur id dare in dotem, & talis dos dicitur profectitia, ita probatur in. l. profectitia. §. si pater. ff. de iure doti.

11 ¶ Et nominatim, quod renuntiatio si sit inofficiosa reuocetur à filijs, notat Bald. confi. 183. in principio, lib. 4. Bertran. cõf. 373. viso casu, lib. 2. Boerius decisione. 159. nu. 11. col. 3. dixi supra cap. 10. verbi. *Aduertendum tamen, vbi hoc intellexi in renuntiatione iuris iam quæsiti, hic autem pater iam habet ius quæsitum. cum Ducatum possideat, & etiam si redditus sint colligendi in futurum, tamẽ ius iam est quæsitum. Si tamen non in fraudem legis neque precipuè pro dote, sed vt se abderet in cõtemplationem diuinarum rerum, pater renũ-*

tiaret Ducatui, licitè facit, nulla enim est fraus, neque matrimonium est causa renuntiationes, sed occasio, quo casu non dicitur datum ob matrimonium, vt docui supra capite de quando matrimonium nõ sequitur. Vide quæ dicã in sequenti quæstione.

S V M M A.

1 Socer si remittat genero ius aliquod, sibi aduersus illum competentem. An huius iuris faciendã sit computatio, vt si excedatur legitima; resecetur.

Limita si sit illicitum, vel usurarium, vt in num. 3.

Ius remissum, videtur in dotem datum.

Dare an videatur, qui ius remittit, etiam si conditionaliter teneatur dare.

2 Remissio nimia ita reuocatur, sicut donatio nimia.

Remittere ius, dotis ratione: est manifestè illud in dotem dare.

Renuntiare quæsito iuri, donare est. Et quid de iure querendo.

3 Tutor, licet debitum remittere non possit. An hoc locum habeat, quãdo debitum illicitum, vel usurarium est.

4 Pater remittens ius non dum quæsitũ dotis constituendæ causã, nihil videtur dedisse.

Intellectus. l. profectitia. §. si pater. ff. de iure doti.

5 Bonorum appellatione veniunt ea, ad quæ habemus ius quæsitum, non tamen ea, ad quæ habemus ius querendum.

6 Creditorum ius potius, & principale est: quam ius filiorum.

Serui, dominis, an in iure querendo præiudicare possint.

7 Pater filijs, in querendis præiudicare potest. Et e contra filius, patri.

8 Remittens ius non dum quæsitum, etiam si creditores habeat. An videatur quicquam facere in eorum fraudem.

10 Donare prohibitus. An videatur prohibitus remittere ius non liquidum. & num. 11.

¶ An supra legitimam pater possit remittere genero ius quæsitum,

De non meliorandis

*situm, vel quærendum, &
quid si non sit liquidum.
Cap. XXIIII.*

- 1** **P**raterea quaero, quid si socer remittit genero ius aliquod sibi aduersus illum competens, an facienda sit huius iuris computatio vt si excedatur legitima, resolecetur. Et quidem si ius quod remisit iustum est, & licitum, & iam quaesitum, reuocari debet si exinde insurgat melioratio. Moueor quoniam ius remissum videtur in dotem datum, vt in.l. si mulier. ff. de condit. ob. caus. & ibi notant Bald. & Alexand. Dare enim videtur, qui ius remittit etiam si conditionaliter teneatur dare. l. si fundum. §. Titio fundum. ff. de leg. 1. & ibi notant. DD. Bald. per textum ibi. in.l. 3. in principio. ff. de leg. 3. l. Modestianus. ff. de donationi. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donatio. inter vicum, & vxor. scribit Abb. in.c. ex insinuatione, de iure patro. Bart. in.l. si. ff. qua. in fraud. credi. Bal. in.l. si de certa. col. 1. C. de transact. versic. quero vltorius, Alexand. consi. 22. col. pen. lib. 1. Ias. in.l. contra iuris. §. fin. ff. de pact. Facit a contrario sensu, textus expressus in.l. profectitia. §. si pater. ff. de iure doti.
- 2** **H**is congruit, quod sicut reuocatur donatio nimia, ita reuocatur remissio nimia, auctore Bal. consi. 183. lib. 4. l. si. §. si. ff. qua. in frau. credito. Cum ergo dos nimia reuocetur, certè reuocabitur siue per dationem, siue per remissionem praestita sit: vtrumque enim est dare. His accedit, quod hæc lex omnem fraudem improbat, remittere autem ius, dotis ratione, est manifestè illud in dotem dare, vt in.l. si mulier. ff. de condit. ob. causam: ergo resolecandum est. Rursus probatur, quoniam renuntiare iuri iam quaesito, donatio mera est, & reuocatur quobiscumque donatio reuocari potest. Ita probatur, ex Corn. consi. 30. lib. 4. Alexand. consi. 162. lib. 6. Aymon. consi. 42. lib. 7. Bald. in.l. pactum. 8. q. C. de colla. Paul. in.l. actionem. C. de pact. De eius consi. 86. col. 4. post medium. Sentit Trinquet. in.l. si vquam, in verbo Donatio ne largitus. num. 147. C. de reuoc. donatio. Molin. in tractatu de donatio. fact. in contract. matrimonij. num. 37. & dixi latè supra cap. 10.
- 3** **S**i tamè ius quod genero remittitur vsu-

rarium sit, vel illicitum, certè nihil videtur dari, potius enim agnoscitur bona fides, quam quicquam dari, vt inquit Imola, in.c. cum contingat. col. antepen. de iure iuran. vbi scribit quod licet remissio iuris excedentis aureos quingentos requirat insinuationem, vt ipse ibi notat, & Decius in.l. obligatione. ff. de reg. iuris, Bart. Imol. & Paul. in.l. Modestianus. ff. de dona. Bald. in.l. contra. §. fin. ff. de pact. Alexand. & Ias. in.l. si mulier. ff. de condit. ob. causam. Hoc non habet locum quando remittitur ius vsurarium vel illicitum. Sic, licet tutor de iure non possit debitum remittere, vt in.l. praeses. C. de transact. hoc non habet locum quando debitum est vsurarium, vel illicitum, ita glos. & Bal. ibi. Aretinus, Salic. & Ias. in.l. pactum curatoris. C. de pact.

4 **Q**uid tamen si non remittatur ius quaesitum, sed quaerendum an facienda sit eius iuris computatio, quasi aliquid videatur datum. Et certè pater remittens ius nondum quaesitum, dotis constituende causa, nihil videtur dedisse, textus est expressus memoria dignus, in.l. profectitia. §. si pater. ff. de iure dotium cuius verba sunt. *Si pater repudiauerit hereditatem dotis constituende causa, forte quod maritus aut substitutus erat, aut potuit ab intestato hereditatem vendicare, dotem profectitiam non esse Iulianus ait. Sed et si legatum in hoc repudiauerit pater, et apud generum heredem remaneat dotis constituende causa, Iulianus probat, non esse profectum id de bonis, quia nihil erogauit de suo pater, sed non acquisiuit.*

5 **R**ursus hæc opinio probatur quoniam lex, vt ex eius verbis apparet, considerat quantum in dotem det pater ex facultatibus suis. De iure autè appellatione bonorum, veniunt ea, ad quæ habemus ius quaesitum non ea ad quæ habemus ius quaerendum; ita probatur in.l. substitutio. ff. de acquir. rerum domini. scribit Bald. consi. 234. lib. 2. l. alienationis. §. qui occasione. ff. de verbor. signifi. Si ergo ius quaerendum non est in bonis nostris, certè pater ex huiusmodi remissione, nil videtur in dotem dare.

6 **R**ursus neque legitima filiorum ex remissione iuris quaerendi videtur diminuta quoniam ius illud nunquam fuit acquisitum, & potius est non acquirere, quam dare, & non ideo pater videtur minus habere. Ergo cum in hac specie deficiat, verba, & ratio legis deficiet eius dispositio. Sic, & creditores quorum ius potius est quam

quam ius filiorum, vt in l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. testamen. non reuocant remissionem iuris quærendi, à creditore factam. l. qui autem. ff. quæ in fraud. credito. Si ergo creditores quorum ius potius est non reuocant huiusmodi remissionem, multo minus reuocabunt filij. Sic serui qui dominis suis præiudicare non possunt, vt in l. seruas. C. de pact. l. si. C. de acqui. posse. in iure quærendo præiudicare dominis possunt, vt per Alexand. & Ias. in d. l. seruus. C. de pact.

7 Et nominatim quòd pater filijs in quærendis præiudicare possit, scribit Pappilius in l. 2. §. 2. versic. cæterum, col. 1. ff. solu. matrim. Tiraquel. de primogenijs. q. 6. num. 15. Sic, & filius patri in quærendis præiudicare potest, iuxta glos. in l. filius. C. de pact. Paul. in l. 3. §. si is pro quo. ff. qui quisque iuris. Si ergo seruus qui dominus non est, præiudicat domino in quærendis, quanto magis præiudicabit pater qui dominus est rerum suarum, & cuius filij co-
 uidente non habent ius efficax, vt in l. 1. §. si impuberi. ff. de colla. bono. l. 1. ff. de her. vel act. vendi. Bart. l. is potest. ff. de acqui. hæ. red.

8 Et generaliter, licet remittere sit donare, vt in l. si quis delegauerit. ff. de nouatio. Tamen remittere ius quærendum, non est donare, neque reuocatur ab his qui donationes alias reuocare solent, vt per Bald. in l. illud col. 3. C. de collatio. Corn. consi. 111. col. 3. lib. 3. versic. neque obstant, & consi. 206. col. 8. lib. 3. Socin. consi. 39. col. si. lib. 3. Decius in l. seruus. C. de pact. Ias. consi. 236. col. 4. lib. 2. Barba. consi. 41. col. 16. lib. 1. Nihil enim dare videtur qui ius quærendum remittit. l. nemo. §. illud quæritur. ff. pro socio, Bald. l. 1. col. 13. versic. sexto arguo, C. qui admitti, Ias. consi. 154. col. antepen. lib. 2. Rubeus consi. 12. col. 4. versic. secundo principaliter. Socin. & Decius. l. 1. C. de pact.

9 Non obstat quòd videtur fraus fieri, nã remittens ius nondum quæsitum etiam si creditores habeat non videtur quicquam tacere in fraudem, vt in l. qui autem. ff. quæ in fraud. credito.

10 Quid autem si remittatur ius quæsitum, sed tamen non est liquidum, an iuris huius faciendâ sit computatio, & certè talis iuris remissio non videtur consideranda, quoniam prohibitus donare, vel remittere non videtur prohibitus remittere ius non

liquidum. glos. in l. contra iuris. §. fin. ff. de pact. glo. in l. pactum curatoris. C. de pact. & ibi notat Bart. Angel. & Salicet. Bart. consi. 47. col. si. Anchar. consi. 136. Alcia. in l. dedisse. ff. de verbor. signifi. Decius consi. 297. Bald. Angel. & Paul. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Alexand. & Ias. in l. pactum curatoris. C. de pact. Alexand. l. Nescienus. §. si debitor. ff. ad leg. Falcid.

II Contraria tamen opinio imò quòd prohibitus donare vel remittere: non possit remittere ius quæsitum etiam si non sit liquidum placuit Bald. Salice. & Raphac. in l. 1. C. de pact. Imol. in l. ex duobus, la. 2. col. 2. de duobus reis, Alexand. consi. 22. col. 3. lib. 1. Alciat. l. pactum curatoris. C. de pact. Mihi probabilior videtur hæc opinio, nam quòd nunc est occultum, obcurum, & ignotum: sæpius reuelatur manifestumque redditur. Si tamen ius ad eò sit obscurum, vt in conquirendis probationibus plus sit expendendum quam res valet, & tunc remissionalis iuris non videtur consideranda, iuxta primã opinionem, quæ videtur magis cõmunis, & ista distinctio videtur de mente doctorũ præsertim Alexand. d. consi. 22. nu. 7. lib. 1.

S V M M A.

- 1 Melioratio quæ ex incerto, dubioque euentu pendet, an dotis ratione valeat. C. num 2.
- 2 Donatio inter virum, & uxorem, generaliter prohibita: si donatio huiusmodi sit, vt ex incerto dubioque euentu pendeat, cui res donata ad iudicanda sit, viro, an uxori.
- 3 Pactum de futura successione. An valeat si fit ita quòd ei qui præ mortuus fuerit sine liberis deseratur aliter ius hereditatis.
- 4 Minores qui restituntur aduersus omne damnatum: non restituntur aduersus contractum cuius euentus incertus est, in damnatumque, & lucrum cædi potest, si res ipsa malè postea cesserit. C. num 6. ad fin.
- 5 Si pater puelle. C. de inoffi. testam. An sit cor-
 recta per l. quoniam in prioribus. C. eod.
 intellectus. d. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testamento.
- 6 Contractus qui ex latione rescendi solent, non rescinduntur ratione dubij euentus.

Genero

De non meliorandis

- 7 *Genero centum promissa in dotem, si petat, ipsius centum interesse, an si interesse reddat de rem immensam, & immodicam: dicatur melioratio ratione dotis & m. 9 & . 0.*
Vsur. & debentur, etiam iure Canonico dotis non soluta.
- 8 *Amplia, ut procedat etiam, si gener nō sit mercator, neq; solus negotiari.*
Et qui dsi maritus ad sustentanda onera matrimonij, pecuniam ad usuram accepit.
Hæredes mariti: an interesse non solute dotis petere possint.
Interesse non solute dotis quomodo solvatur.
Pactum, ut de non soluta dote, socer teneatur tantum pro centum quolibet anno solvere.
An valeat,

An melioratio dotis ratione valeat, si ita fiat ut incertum sit: an ad filiam dotatā, an verò ad ceteros filios pertinere debeat, & an computandum sit quòd filia, vel genero prestatur in panam, vel interesse dotis non soluta.
Cap. XXV.

I PATER Plures habens filios, meliorationem tertie, & quinte partis hoc modo fecit. Melioro Mariam filiam meam, si Philippus Rex Catholicus Argellum in Mauritania expugnauerit, quoniam nubit Bonifacio quem mihi generum de legi. Rursus melioro in eisdem bonis Annam filiam, si navis ex Asia venerit. Item melioro in eisdem bonis Petrum filium, si Carolus Solimanum Turcarum Regem profligat, ita ut eis meliorationem accipiat, in cuius persona, conditio prius impleta fuerit, ut filiabus dos sit, filio verò honorem, & autoritatem conciliet. Quæro an huiusmodi melioratio, quæ ex incerto, dubioque eventu pendet, rata maneat etiam dotis nomine facta tum incertum sit ad quem ex liberis pertinere debeat. Possunt & huius thematis, alia

exempla confingi, puta si quis tres filias matrimonio locans, melioret dotis nomine eam; quæ prius masculum filium enixa fuerit.

- 2 **C** Mihi in hac specie non videtur admittendum decretum huius legis, quoniam quicumque is sit ad quem ex implemento conditionis bona perueniant, censetur ea habere non ex causa lucratiua sed ex onerosa. Ita docet Ancharran. consil. 291. col. 3. Quod si ex onerosa, ergo non est melioratio, neque donatio, & cū deficient verba legis; deficere debet eius dispositio.
- 3 **C** Rursus probatur quoniam donatio inter virum, & uxorem generaliter prohibita, admittitur si donatio eiusmodi sit ut ex incerto, dubioque eventu pendeat cui res donata adiudicanda sit, an viro, an uxori. Ita Paulus & Iaso. in. l. si pater puellæ. C. de inofficio. testam. C. inus; Bald. & Salice, ibi. Hyppolit. singul. 333. incip. pactum de futura successione. num. 2. Socin. fallentia. 104. versiculo primo. Ergo melioratio dotis nomine alias prohibita, valida erit si incertum sit, an ad filiam, an verò ad ceteros fratres pertinere debeat. Sic licet pactum de futura successione non valeat, ut in. l. fin. & l. licet inter privatos. C. de pacti. tamen si pactum fiat quòd ei qui præ mortuus fuerit sine liberis deferatur alterius hæreditas pactum valet, autore Oldrald. consil. 139. incip. ad habendam aliqualem notitiam. Ioan. Andr. in additio. Specul. titulo de instrumentorum conditione. §. porro, circa finalem columnam. Salicet. in. l. fin. C. de pact. Alexand. in. h. licet inter privatos. ad finem. C. de pacto Angel. consil. 179. incip. visis prædictis instrumentis. Hyppol. d. sing. 333. Angel. consil. 83. incip. visa facti narratione: col. 7. versiculo. venio ad secundum, lib. 2. Ias. in. l. si pater puellæ. C. de inofficio. testam. Alexand. consil. 215. incip. nec arguendi summus, col. 2. & consil. 243. & hæc opinio magis placet Hyppol. d. sing. 333. Licet contra sentiat, Alex. consil. 28. lib. 3. Vbi respōdet, qd doctrina Oldraldi, loquitur, nō in successione vniuersæ hereditatis, sed in donatione aliquorum bonorum, in quo casu eandem opinionem probat Ias. consil. 211. & consil. 233. col. 5. lib. 2. & in. l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de ver. oblig. Aufrer. in additio. ad Capsl. Toiosa. 452. Ias. consil. 17. col. fin. lib. 3. Curti. iunior consil. 11. col. 5. & consil. 15. Bertran; consil. 4. in. 2. de bio.
- Dec. us

Decius conf. 63. in fin. Gozadin. conf. 87. Et utramvis opinionem probes, suadetur nostra sententia, hic enim non loquor de successione vniuersæ hæreditatis, sed de melioratione in tertia parte, & circa principalem quæstionem, vide Boerium in consuetudini. Bituricensi. titu. de consuetud. matrimonij. §. 1. versic. sed quæro de quæstione.

4 ¶ Postremò hæc opinio probatur, quoniã minores qui restitui solent aduersus læsionem, & aduersus omne damnum, non restituantur aduersus contractum, cuius euentus incertus est in damnum, & lucrũ etiam si res postea ipsis malè cesserit. Ita probatur in l. de fideicommissio. C. de transact. & ibi notant Bald. Salicet. Ang. Paul. & Ias. Ergo licet hæc lex condita fuerit nec cæteris filijs fiat damnum, certè non censentur ex huiusmodi melioratione damnum accipere, neque quæri possunt se grauatos.

5 ¶ Non hic adducam decretum. l. si pater puellæ. C. de inoffi. testamen. quoniam cõtrouersum esse video an sit lex illa correctata per. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testam. de quo per Ias. ibi latè, & per Rodericum in rep. dictæ. l. quoniam, in. 6. ampliatione, & etiam si verior esset opinio quæ esset correctata, & quòd in legitima nõ posset apponi conditio vel grauamen huiusmodi, nihilominus non obstat supradictis, quoniam licet hæc lex nollit fieri damnum legitimæ aliorũ filiorũ, hoc nõ cõsetur esse damnum, cum non sit minus certum lucrum quam modicum. Item hic non tractamus de modo quo relinquenda est legitima, tunc enim loquitur. l. quoniam in prioribus, sed an melioratio in tertia prohibita propter damnum cæterorũ fratrum, admittenda sit quando æquè possibile est, meliorationem esse filij, quam filie dotatæ. Qui contractus quisquis. sit euentus non censetur damnosus. Itaque hic non tractamus de delictis à iure inuentis circa modum relinquendi filijs legitimam liberam an liceat ita, vel ita relinquere, quo casu loquitur. l. quoniam in prioribus.

6 ¶ Ergo cum deficiat ratio huius legis, scilicet damnum, nam contractus qui ex lesioni rescindi solent non rescinduntur si huiusmodi sint, certè deficit dispositio huius legis, & filia meliorationem consequetur si conditio prius in eius persona impleatur. Facit. l. si ea lege, & l. si ea pactio-

ne. C. de vsur. & quæ scribit Bald. ibi, & in l. 2. C. de rescin. vendi. Vbi plurima ratione dubij euentus admittuntur, quæ aliàs prohibita sunt, & vide quæ prolixè traduntur in l. de fideicommissio. C. de transact. vbi Paul. & Alexan. notant quòd quando aliquid se habet ad damnum, & ad lucrum æqualitèr, licet postea damnum cõtingat, non ex eo quis lædi dicitur, nec restitui potest etiam si sit minor.

7 ¶ Nunc videamus, quid iudicandum in secunda quæstionis parte. Dedi in dotem centum, gener sustinet onera matrimonij, & petit inter esse dotis non solutæ, interesse autem reddit dotem immentam, & immodicam, quid iuris? Supponendum, quòd si dos non soluitur, & gener matrimonij onera sustinet, debetur interesse non solutæ dotis. l. in insulam. §. vsuras. ff. solu. matrimon. & ibi Bart. & Alexand. & Doctores communiter. c. salubriter. & c. conquestus. de vsur. vbi probatur hoc procedere Iure Canonico, & scribit Alexan. d. §. vsuras, & confi. 63. stantibus his, num. 4. & confi. §. 6. num. 6. versic. sed his non obstantibus lib. 4. Bar. l. at qui natura. §. non tantum. ff. de nego. gest. Bald. in l. pro oneribus. C. de iure doti. & in l. fin. §. præterea. C. eodem, & in rub. de vsuris. quæ st. 4. & in l. 1. post principium. C. de summa Trinita. & fide catho. Alexan. d. confi. 21. lib. 7. Socin. confi. 103. lib. 4. & confi. 88. col. 4. lib. 4. & confi. 176. lib. 2. Gratus confi. 57. lib. 1. Decius confi. 119. Corne. consil. 240. in præsentis consultatione. lib. 3. Lupus in rep. c. per vestras. §. 8. per totum, & §. 1. de donatio. inter virum, & vxor. Alexand. confi. 69. col. fin. lib. 1.

8 ¶ Quod procedit etiam si gener nõ sit mercator nec solitus negoriari, vt latè per Alexand. confi. 31. lib. 6. Et procedit etiam in hæredibus mariti, nam interesse non solutæ dotis petere possunt: vt per Alexand. confi. 63. num. 4. lib. 4. Neque eis obstat cursus longi temporis, vt per Alex. confi. 56. num. 6. versic. sed his non obstantibus, lib. 4. Interesse autem solui debet iuxta consuetudinem patriæ arbitrio boni viri, vt per Alexand. confi. 56. nu. 9. lib. 4. & confi. 63. num. 6. lib. 4. Corneus confi. 71. lib. 4. col. fin. versic. in ciuitate. Boerius confi. ultimo. Bart. Bald. Alexand. & Socin. in l. de diuisione. ff. solut. matrimon. Et si non sustinuit onera matrimonij nõ debetur interesse dotis non solutæ, vt per Corn. cõf.

De non meliorandis

163. col. 2. lib. 4. Et quid si maritus ad sustinenda onera matrimonij pecuniam ad usuram accepit, vide Corne. consil. 166. col. 3. lib. 4. Et valet pactum quod socer tenetur soluere tantum pro centum quolibet anno, ut per Noueliū de dote. 7. part. priuileg. 3. ad finem versic. ex prædictis potest concludi.

9 Quid ergo an huiusmodi interesse computandum est, ut videamus an sit melioratio, vel an excedatur legitima, & certè nõ computandum. Quoniam sicut legitima debetur cum fructibus, ita & dos, ut per Alexand. consil. 69. col. 1. versic. & cum dos lib. 1. & consil. 7. visis & diligenter animaduersis, col. 3. versic. ex prædictis, lib. 2. Bald. consil. 237. Titius in testamento, in fine. lib. 1. Bart. in rubri. solut. matrimo. col. fin. & ibi Roman. & Soci. l. videamus la. 2. §. ante matrimonium, & §. fin. ff. de usuris. l. dotis. fructus. §. 1. & l. si seruo. ff. de iure doti. l. si ante nuptias. l. si marito. §. fin. ff. solut. matrimo.

10 Rursus hoc interesse nõ accedit sorti: sed datur ratione oneris supportati, & legis iudicio nihil videtur lucrari, ita Gratus consil. 57. num. 5. lib. 1. Item istud interesse nõ habet filia ex bonis patris, sed ex sua dote, & sic sunt fructus dotis & rei suæ non autem rei paternæ, idè pater nihil dat supra dotem, sed fructus dotis, fructus autè spectant ad maritum, ut in l. pro oneribus. C. de iure doti. & in l. dotis fructus. ff. cod. tit. Item hos fructus & interesse, lex dat non pater, & sic est obligatio necessaria, quæ licita est etiam si aliàs alienatio prohibita sit. l. alienationes. ff. fam. hærcil.

S V M M A.

Filia an censeatur meliorata, si præter summam hic præfinitam, detur in dotem ius patronatus marito. C. nu. 2. 4. 5. & 8.

Ius patronatus an in sœminis transferri possit.

Et an transeat ad maritum, concessis omnibus bonis in dotem.

Præsentatus à marito, an sit præferendus, præsentato ab uxore.

2 Appellatione bonorum: an veniat præsentatio.

Præsentatio an dicatur esse in fructu.

Maritus si in matrimonio constante ædificet ecclesiã: eo soluto an uxor possit præsentare,

3 Ius patronatus habet instar rerum patrimonialium.

Prohibitum succedere in bonis patris, an possit habere ius patronatus.

Filia succedere prohibita stantibus masculis, an habere possit ius patronatus.

5 Maritus licet non possit donare uxori, an possit in illam ius patronatus conferre.

Accipiens in dote ius patronatus. An ex eo dicatur esse locupletior.

6 Donatio licet reuocetur natiuitate filiorum. An locum habeat reuocatio in iure patronatus.

Lex ciuili in iura, an seruanda sit à sacerdotibus.

7 Ius patronatus, an cedi possit, & ad creditores transeat.

9 Pater an possit dare supra legitimam ex fructibus rei suæ, non autem ex substantia sua.

10 Fructus rem argenti:

Fructus an censeantur res hereditariae sicut reliquum patrimonium.

Augmentum eiusdem debet esse naturæ, cuius ipsa res principalis.

Fructus non minus veniunt appellatione bonorum, quam ipse res quæ percipiuntur.

Dispositio. Tituli. De requirendis reis: per quæ mobilia, & immobilia absentis citati conscribuntur. An extendatur ad fructus.

11 Statutum argens legitimam filiorum & disponens, ut pater non possit disponere nisi, de

quota bonorum. Intelligitur non solum, ut non possit disponere ultra quotam ex rerum substantia, verum neque ex fructibus, nisi eos in victum, vel pios vsus erogat.

12 Pater iure Regio cum non possit in præiudicium filiorum donare, neque legare ultra quintam bonorum partem, an summa possit excedi de fructibus.

13 Pater permittens filiam dotis nomine percipere fructus rerum aduentitiarum, an ij fructus computandi, & rescandi, si dotem reddat inofficiosam.

14 Tabelionatus, vel Decurionatus, vel aliquod aliud officium in dotem datum, an sit computandum ad hoc, ut si excedat summam hic præfinitam possit reuocari.

Officia

In officijs publicis constante matrimonio quaesitis vxor partem facit quoad dimidiū estimationis in eis.

15 Privati an officia, Decurionatus, vel Tabellionatus, & alia vendi possint.

¶ An censeatur meliorata filia cui prater summam hic praefinitam, datur in dotem ius patronatus, vel officium aliquod marito: puta Tabellionatus, vel Decurionatus, & an saltem liceat patri meliorare filiam ex fructibus rerum suarum. Cap. XXVI.

QUIDAM Nuptui tradens filiam, dotavit eam, & supra summam hic praefinitam concessit dotis nomine, ut esset patrona; quaero an ius patronatus ratum maneat, an vero inducat meliorationem. Illud ante omnia supponendum; ius patronatus in foemina transferri posse, ut per Abb. in c. 1. & cap. cū seculum, de iure patron. Abb. Imol. & Antoni. in c. fi. de concessio. praeben. Lupus in repetitione. c. per vestras. §. 43. succedit in princ. col. 1. de donat. inter virum, & vxor. Et concessis omnibus bonis in dotē transit in maritum ius patronatus, ut per Bald. conf. 1. col. 1. lib. 3. Et generaliter ius patronatus competens ratione rei dotalis transire ad maritum, scribit Rota decisione. 422. fuit dubitatum utrum valeret, in nouis. Cardinal. Florenti. in c. ex literis, de iure patro. & in Clemen. plures. in princ. 6. q. eod. tit. Curtius in tractatu de iure patronat. in verbo, vel ipse, vel is à quo causam habuit, q. 28. Cardinal. Alexandrin. in c. per vestras, col. 3. vers. item quaero. de donatio. inter virum, & vxor. Et late disputant DD. an sit praefertendus praesentatus ab vxore an vero à marito, de quo vide DD. in locis supra citatis. Anchar. cons. 355. visis puntis, in ultimo dubio. Alexandri. in c. per vestras. col. 3. vers. item quaero. de donat. inter virum, & vxor. Bal. l. 1. ff. de senat. & ibi Fulg. Lambertinus, in tractatu de iure patronatus, artic. 3. q. 6.

principali. 3. part. lib. 2. Et hæc opinio, scilicet quod ius patronatus transit ad maritum, & quior esse videtur, & iuri magis conformis, licet contra sentiant Felin. c. cum olim, col. 2. de maiori. & obedi. Anchar. in clemen. 2. col. 3. vers. secundo potest, de iure patrona. Ias. in l. diuortio. §. si vir in fundo col. fin. ff. solu. matrimon. Abb. Antoni. & Imola, in c. fin. de concessio. praeben. Boer. in consuetud. Bituricen. tit. de iure personarum. §. 5. col. 4. vers. solo vnum tamen nota. Quæ hic non excutitur, quoniam nihil facit ad quaestionē propositam, & animus est nihil dicere extra rem.

2 His suppositis, venio ad quaestionē. Videtur ius patronatus ab vxore, & marito auferendum tanquā datum aduersus legē. Moucor, quoniam appellatione bonorum venit praesentatio, ut significat Bal. conf. 32. quidam nobilis, col. 1. lib. 1. Abb. in c. ex literis, de iure patrona. Hæc autem lex praefinit summam dotis nomine dandā, ergo si supra eam detur ius patronatus ressecandū est. Rursus facit quod praesentatio dicitur esse in fructu, ut notat glos. in c. cū Bertoldus, in glossa finali, de re iudica. Innocen. & alij in c. consultationibus de iure patrona. Bal. in l. 1. C. de distrac. pigno. Sic cum de consuetudine lucra constante matrimonio acquisita diuidantur inter virum, & vxorem, certè si maritus matrimonio constante ædificat ecclesiam, vxor habet pro indiuisa partem suam. soluto matrimonio, & praesentatio potest, & ad hæredes suos ius praesentandi transmittit, ut scribit Lupus, in rubric. de donatio. inter virum, & vxor. §. 61. num. 23. Couar. variarum resolutio. lib. 3. c. 19. num. 5. Ex quo apparet, hoc ius censerit lucrum, iniquum autem est lucrum dari supra taxam legis, & auferri alijs fratribus.

3 Præterea ius patronatus habet instar rerum patrimonialium, ut in c. cum seculū, & in c. ex literis de iure patrona. ergo cū filia ex patrimonio patris nō possit accipere supra summā hic praefinitā, certè non poterit accipere ius patronatus. Cōprobatur, hæc opinio, quoniam prohibitus succedere in bonis patris, non potest habere ius patronatus, autore Ancharra. in c. ex insinuatione. de iure patrona. Et filia ex statu ro, succedere prohibita stantibus masculis, non potest habere ius patronatus, autore Abb. in c. cum seculum. de iure patrona. ergo filia prohibita dotis ratione meliorari,

R

non

De non meliorandis

- non potest præter legitimam accipere ius patronatus.
- 4 ¶ Postremò hæc opinio confirmatur, quoniam sunt aliqua patronatus iura, non solum honorem præsentandi, sed & vberissima pecuniæ præmia patronis præstantia, etsi pater id dotis nomine det, cum possit vtilitatem inter filios diuidere, re vera filiam meliorat; & filiorum vtilitatem minuit, & forsam possit hic subesse fraus, vt sub honesto patronatus titulo, minuatur filiorum legitimæ & grauissimum huius legis decretum eludatur.
- 5 ¶ Contraria tamen sententia, videtur efficaciter probari in. l. mulier manumissionis. C. de donat. inter virum; & vxor. & in l. quòd autem. §. si. ff. eod. tit. Vbi licet maritus non possit donare vxori, potest in illam ius patronatus conferre. Ergo licet filia non possit meliorari hoc est donatione accipere supra legitimam, poterit iure patronatus ornari. His congruit, quòd hæc lex respicit pecuniam meram quæ in dotem datur, vt patet ex tota legis Seruæ. Illæ autem qui accipit in dotem ius patronatus non ex eo dicitur esse locupletior. Quod generaliter loquendo in iure patronatus, scribit Salice. in. l. maritus. C. de donatio. inter virum, & vxorem.
- 6 ¶ His accedit, quòd scribit. Decius, cons. 673. quòd etiam si donatio reuocetur natiuitate liberorum, hoc non admittendum si donatur ius patronatus, quoniam ius patronatus est res spiritualis, & quicquid circa id tractandum fuerit definiendum est iuxta decreta Pontificia, nõ iuxta iura Cæsarea, vt in. c. quanto, de iudici. & c. cura. de iure patrona. Neque obstat legem ciuilem iustam, seruandam à sacerdotibus: vt per Abb. c. 1. de noui. operis nuntia. & in. c. ecclesia col. 4. de constitu. DD. l. 1. C. de sacrosan. eccles. illud enim in rebus prophanis non in spiritualibus, cuiusmodi ferè cõsetur ius patronatus, vt per Abb. in. c. querimonia, de iure patrona.
- 7 ¶ Ergo etiam si existentia liberorum efficiat ne filia dotis nomine melioretur, certè hoc non admittendũ quãdo mulier accipit nõ rem prophanam, sed spiritualem, cum lex hæc à seculari Principe prodita fuerit. Postremò. hæc opinio comprobatur, quoniã hæc lex statuit certam summam dotis ratione præstandam ius autem patronatus æstimationem nõ recipit, ideò ad creditores nõ transit, neque eis cedi potest, autore

- Abb. in. c. querimonia. de iure patrona. nõ igitur veniet in computationem, cum læc lex de bonis æstimabilibus loquatur, & iuxta eorum æstimationem, æstimet dotis.
- 8 ¶ Quid probandum? Mihi distinguendũ videtur, aut enim ius patronatus, commodum pecuniarum importat, & ressecabitur pro modo excedenti legitimam, possit enim facillimè fieri fraus legi, si quòd dotis nomine præstari in pecunia non potest, præstetur sub sacro titulo patronatus, nomine dotis, aduersus legem. Si verò nullũ adfer pecuniæ commodum, sed tantum ius præsentandi, vel ius reuerentiæ quam seruus manumissus exhibere teneretur filia, & certè non dicam eam melioratam, quoniam non ex hoc videtur locupletior.
- 9 ¶ Sed est questio 9, quid si pater dat in dotem supra legitimam, sed id quòd supra legitimam dat, non dat ex substantia rei sue, sed ex fructibus, quæro an ex his dari possit supra legitimam. Omisssa prolixa disputatione. Videtur distinguendũ; aut enim fructus ex quibus oritur melioratio, sunt ex re patris, & ressecandi sunt proportionate excedente legitimam. Moueor ex verbis legis, ibi: *Pueda dar la renta de un año, y no mas, con que no pueda exceder de doze quentos, no embargante que la dicha su renta sea mas en qualquier cantidad.* Ecce fructus scilicet redditus computantur in summam dandam in dotem, neque ex eis licet excedere summam legis. Et ita verba illa statim sequentia: *Mandamos que ninguno pueda dar por via de dote, tencio ni quinto, ni se entienda ser inojorada, vacita ni espressa nente.* Intelligentur etiam in fructu rei paternæ etiam si non accipiat substantiam.
- 10 ¶ Rursus moueor, quoniam fructus augent rem, vt in. l. item veniunt. §. fructus. ff. de petitio. hæc redj. & fructus cõsetur res, hæc rederitæ sicut reliquum patrimonium, auctore Butricar. in. l. i. ubemus. C. ad Trebel. & eiusdem nature debet esse augmentum, cuius ipsa res principalis. l. etiam. C. de iure iuri. l. si cõuenerit. §. si nuda, & ibi Bart. ff. de signor. actio. l. fin. C. de frumen. vrbis Constantinopol. lib. 1. r. Rursus fructus non minus veniunt appellatione bonorũ, quam ipsæ res quæ percipiuntur. l. subsignatum. §. bona. ff. de verbo, significa. Facit. l. h. verbi. pen. ff. de requir. reis. Vbi dispositio eius tituli, quòd mobilia & immobilia absentis citati conscribantur, & qui ea recuperet si veniat intra annum, extẽditur ad

ad fructus perceptos. illo anno. Sic Bald. in c. 1. in fin. principij. de pace tenēda: scribit quòd publicatio mobilium quæ fit ob pacis violationem extenditur ad fructus. Facit. l. Paulus. §. 1. ff. de pignoribus.

11 **H**is accedit quod scribit Socin. confi. 93. circa primum consultationis articulum, in tertio dubio, lib. 1. Vbi dicit quòd statutū augens legitimam filiorum, & disponens, vt pater non possit disponere nisi de quota bonorum, intelligitur vt non solum, non possit disponere vltra quotam ex substantia rerum verum, neque ex fructibus, nisi eos in victum, vel pios vsus erogat. Ergo cum hæc lex iubeat nihil dari in dotem vltra legitimam, certè nihil dabitur etiam de fructibus, in vtroque enim casu, scilicet siue detur de substantia, siue de fructibus, vel redditibus, eadem est ratio, cū fructus augeant rem paternam, & eis sublatis, diminuatur res, & per consequens legitima filiorum aduersus legem. Præsertim quòd nonnunquam qui donat fructus, cogitur rem ipsam & substantiam vendere, vt fructuum defectū suppleat, & sic in hoc casu adsunt verba legis, & eius ratio & mens.

12 **P**ræterea hæc opinio probatur, ex glòf. in l. 8. tit. 4. part. 5. in verbo *En vida*, col. 2. vbi dicitur quòd cum Iure Regio pater in præiudicium filiorum non possit donare neque legare vltra quintam partem, certè summa non potest excedi etiam de fructibus. Facit. l. fructus. C. de donat. inter virum, & vxor. vbi donatio prohibita inter coniuges, intelligitur etiam si fiat de fructibus. Hæc est verissima opinio in specie proposita circa hanc legem, quamuis in alijs speciebus, in quibus circūstantiæ mutant naturam rei, aliter disputari possit, ex his quæ eruditè, & luculentè profert. Tiraque. de retractu lignagier. §. 1. glòf. 7. nu. 40. cum sequentibus.

13 **S**i tamen pater ante matrimonium permisisset filiam dotis nomine percipere fructus rerum aduentitiarum, an ij fructus computandi & ressecandi, si dotem reddunt inofficiosam, videtur non posse ressecari, vt in l. cum oportet. §. nō autem, & ibi Bald. C. de bonis quæ lib. glo. l. 8. tit. 4. par. 5. verbo *En vida*, col. 2. ad finem.

14 **Q**uid autem si detur in dotem tabellionatus, vel decurionatus, an computandi, & haud dubiè computandi, licet enim quòd à Principis voluntate pendet, non solum difficile verū etiam impossibile Iulianus

noſter iudicari, vt in l. apud Iulianum. §. constat. ff. de lega. 1. tamen cum Princeps hæc munera cōmuniter vendat, & ab alio in aliū trāsferri patiatur, & ipse Regia auctoritate ad renūtiantis nutū transferat nō est de huiusmodi rebus aliter iudicandū quā de præd. o. fundo, & cæteris rebus patrimonialibus, ad eò vt si acquisita fuerint matrimonio constante vxor partē faciat, quoad dimidiū æstimationis, vt in hoc Regio Senatu Granatensi definitū scribit Couarr. olim incorruptæ virtutis, & melioris seculi senator grauisissimus, variarum resolutionum. lib. 3. c. 19. nu. 4. & simile scribit Ruppellanus. forensium institutio. lib. 1. col. 2. Auendani. respon. 9. num. 2. Antoni. Gomezii. l. 29. Taur. nu. 21. Licet quoad id quod ad vxorē attinet, vt scilicet nō faciat partē, obijci possit Benedictus, qui contra sentit in. c. Raynuntius, verbo: *Et uxorem nomine Adelasiam*. num. 787. de testam. Casfan. in consuetudi. Burg. rub. 4. §. 2. versic. Additio ista consuetudo. Sed certè ponderata cōsuetudine, & stilo quo hæc munera apud nos venduntur emuntur & trāsferuntur, non aliter vt dixi de eis iudicandū quam de rebus mere patrimonialibus, vt in l. omnimodo. §. imputari. & ibi per omnes. C. de inoffi. testamen.

15 **S**ed obijciat aliquis, quòd etiam si Principi liceat hæc vendere, vt scribit Sotus de iusti. & iure, lib. 3. q. 6. artic. 4. in solutio. 1. arg. vers. sed ingerit. Nauarrus vir bonus & doctus, in manuali. c. 25. Bald. in l. Barbarius. 1. lect. col. 2. de officio p̄toris. Benedict. c. Raynunt. verbo *Duas habens filias*. nu. 54. de testam. Tamen dicent quòd priuati nō possunt ea prætio vendere, vel trāsferre, ad eò vt si prætium interuenierit directè, vel indirectè translatio nulla sit, & confirmatio Principis est inuutilis tanquā subreptitia, & ideo non curanda, vt sequipedalibus verbis definitur in pragmatica. 63. in volumine pragmaticarū. *E* qui dem salubris est illa constitutio, vt nō prætio sed virtute hæc munera cōcedantur. Sed immanes bellorū procellæ quæ totā Europā per annos plus quā sexaginta vexarūt, eo ægestatis Principes adegerūt, vt tempestati manus dare, sint coacti, generaliterq; & palam hæc munera vendantur & trāsferantur accedente Principis gratia, & licet rescriptum Principis semper sonet p̄cuniam non intercedere apponuntur verba illa honestioris tituli causa, & sic à lege

De non meliorandis

vtili, & salubri recessisse videatur, & vt accedente melioris seculi fortuna, res in pristinae virtutis formam redigi, & restitui possit, explosa seculi corruptela. Neq; enim in obscuro est, hos qui pretio emunt, pretio vendere iustitiam, & quos oportebat esse patriae pastores esse praedones & immanes hostes. Sed necessitati ne ipsi quidem (iuxta vetus proverbum) *Dij resistunt*, & mali administratores dabunt Principi poenas, neq; enim minus valet virtute, quam potentia.

S V M M A.

- 1 **F**ilia meliorata, an si summa meliorationis modica sit rescetur. *¶ num. 11.*
Filia exclusa stantibus masculis, an admittatur ad successionem si summa parua sit.
- 2 *Legatum ultra quintam partem in praedictum filiorum, an si sit parua summa: valeat, ¶ num. 6.*
- 3 *Parua summa an infringat testamentum.*
- 4 *Filia, vt dicatur meliorata dotis ratione, quae requirantur.*
Donatio regulariter prohibita inter aliquos: An censetur prohibita si res quae donatur parua sit.
- 5 *Princeps priuatorum rem parua an possit auferre.*
Filij in rebus patris eo vivente: an dominium habeant.
Dispositio. l. si vnquam. C. de reuo. donat. An admittenda, si res sit parua.
- 7 *Alimenta spurij: an transeant ad heredem.*
- 8 *Punitio delictorum, spectans ad publicam utilitatem, an in minimis sit.*
- 9 *Modicum, vel plurimum iusta dignitatem personarum stimatur.*
- 10 *Causa magna, vel parua: iudicij arbitrio relinquitur.*

An melioratio dotis ratione facta valeat si summa excedens legitimam sit modica.
Cap. XXVII.

- 1 **P**A T E R Dotavit filiam, dos excedit legitimam, petunt filij dotem resceri, filia dotata opponit summam ex-

cedentem legitimam, modicam esse quaero quid iuris? Et quidem si modica summa sit videtur rescenda, auctoritate Matthaei Afflicti. decisio. 86. col. 1. Vbi scribit, dispositionem. l. primam. C. de inofficio. dotib. habere locum etiam si dos modica sit. Contra sententia mihi verior videtur. Omittam tot nostrorum traditiones circa minima, quorum catalogum contexit Corsetus, in tractatu de minimis. Ias. in Auth. qui rem C. de sacrosan. ecclesi. Brunus in tractat. de statuto excluden. foeminas, artic. 9. q. 1 2. nu. 95. ex quibus nihil proferam, tantum quae ad rem proprius facere videntur paucis delibabo. Ante omnia, facit, quod in casu magis dubio scilicet quando filia est incapax statibus masculis, admittitur si summa parua sit, auctore Bruno, in d. tractat. de statuto exclud. foeminas. artic. 9. q. 1 2. nu. 95. Hic autem filia non est incapax, ergo admittetur ad meliorationem, si summa parua sit.

- 2 **R**ursus facit quod etiam si Iure Regio pater sit prohibitus legare, vel donare, ultra quintam partem in praedictum filiorum, tamen si res quae legatur ultra quintam parua sit, legatum valet, vt docuit Rodericus, in repetitione. l. quonia in prioribus, in. 1. limitatione legis Regiae. C. de inoffi. testamen. & eiusdem opinionis videtur esse, Felin. in. c. ecclesia sanctae Mariae, col. 3 3. ver sic. retenta igitur ista communi opinione. Ibi quarto quia saltim. de constitutio. Facit quod scripsit Anchar. consi. 46. incip. prima facie videtur dicendum. Ergo licet pater prohibitus sit meliorare filiam, intelligitur civiliter quando melioratio est praedicta ceteris filijs, secus si sit adeo modica, vt filijs nullum fiat praedictum.

- 3 **P**raeterea confirmatur ex eo quod magna auctoritate scribit Ias. consi. 184. versiculo secundo principaliter, ibi vel quod quinque solidi lib. 4. quod ob modicam summam testamentum non est infringendum, quod probat Paponius in consuetudinibus Aluerniae. titu. de delationibus. §. 49. incip. bona fides. Constitutio autem dotis contractus est, & contractus difficilius infringuntur quam testameta, vt notat Bar. & ceteri in Authen. ex causa. C. de liber. praeteri. vel exhæreda. Ergo cum testamentum non infringatur ob modicam summam multominus infringetur dotis constitutio. Facit. l. res bona fide. ff. de contrahen. emptio.

¶ His

4 **H**is accedit quòd ad hoc vt filia dicatur meliorata ratione dotis, requiritur, vt dos excedat notabiliter legitimam, ita probatur ex Molinco, in tractatu de donationibus factis, in còtractu matrimonij. nu. 55. Si autem summa excedens legitimam, modica sit, non cõsetur donatio, neque melioratio dotis nomine facta. His congruit, & etiam si inter aliquos donatio sit generaliter prohibita, non censetur prohibita si modo res quæ donatur parua sit, ita docuit Angel. in Authen. vt cum de appellatõne cognoscitur. §. siue igitur, versiculo secundo casu, Ioannes Baptista Cacialupus. in. l. si cum, vel in vtero. C. de testamen. milit. Corne. consi. 206. col. 8: versic. concurrir, lib. 3. Socin. consi. 20. col. fin. lib. 3.

5 **S**ic & Princeps, licet non possit sine causa res priuatorum auferre, rem tamen parua auferre potest, si credimus Abb. Anroni. & Felin. col. 8. in. cap. quæ in ecclesiarum. de constitutio. Ergo quamuis pater nõ possit minuire legitimam filiorum per viam dotis, poterit si diminutio sit parua, cum enim id possit Princeps in rebus priuatorum quod domini sunt rerum suarum, cur nõ idem possit pater in rebus proprijs, in quibus filij non habent dominium cõ viuente, vt per Alexan. consi. 1. lib. 1. DD. in. l. 3. C. de iur. & fact. ignoran. l. 1. §. si impuberi. ff. de colla. bono.

6 **P**ostremò, facit quod scripsit Gregorius in. l. 8. tit. 4. part. 5. verbo *En vida*, col. 2. q. licet pater neque in vita, neque in morte non possit in præiudicium filiorum donare, vltra quintam partem, tamen si res quas donauit modicæ sunt, non sunt computandæ in quintam, ne videatur patri adempta administratio rei suæ si etiam minima computetur, quod ante eum scripsit prudenter; Rodericus in repetitione. l. quoniam in prioribus, col. penul. & finali. C. de inofficio. testa. Sic dispositio. l. si vnquã, in ducta fauore liberorum, nõ admittenda si res donata sit parua, ita Molin. in tract. de donatio. factis in còtractu matrimonij. nu. 42. Tiraquel. l. si vnquam, verbo *Donatione largitus*. num. 107. C. de reuocan. donatio. Deinde facit textus, in. l. vna. C. de inofficio. donatio. à contrario sensu.

7 **C**onfirmatur superiora ex eo, quod scribit Lupus, in repetitione. cap. per vestras, col. 4. ad finem de donatio. inter virum, & vxor. quòd etiam si alimẽta spurij iuxta quorundam opinionem non transcant ad

hæredes, hoc non admittendum si modici prætij sint, non enim de minimis curandum. vt in. l. scio. ff. de integ. restit. quãquam hodie alimẽta spurij videntur transire ad hæredes. vt in. lege Tauri, & dixi supra, & æquius est.

8 **P**ostremò confirmatur hæc opinio, quoniam etiam in delictis quorum punitio spectat ad publicam vtilitatem, vt in. l. congruit. ff. de officio Præsidis: minima non curantur, & propter modicas transgressiones (his enim verbis nostri vtuntur) non est quis puniendus, autore Bal. in. l. qui cunque. C. de seru. fugiti. Ias. in. §. penales. Instit. de actio. Alexand. & Ias. in. l. si quis id quod. ff. de iurisdic. omni. iudic. & scripsi. in tractatu de inope. debitore iure Hispanico, creditoribus addicendo; cap. De debitore parue summe. Ergo etiam si pater in dotando filiam non nihil excedat summam hic præfinitam, non patietur poenam hic adscriptam aduersus transgressores. Et est omnino ciuile, & prudentissimum, patrem dominium rei suæ, nõ ita seuerè ligari, vt nõ possit minimum quiddam vltra legem dare. Neque enim simile est legillatorem de modico excessu curasse: sed de excessu ex quo resistat præiudicium cæteris filijs. Si autem res patris opulenta est parum nocebit filijs, minima quiddam, ex legitima portione diminitu.

9 **R**ursus, vt inquit Rodericus in. d. l. quoniam in prioribus, in prima limitatione legis Regiæ. Si res patris opulenta sit pater vltra quintam donare poterit & non rescabitur si modicum sit, quod & Felinus sensit in loco supra citato. Sed quæret aliquis, quæ nã censenda si parua summa. Et res hæc iudicantis arbitrio relinquitur, qui rem ex personã & substantia iudicantis, & ex personã generi & filia estimabit, & ex cæteris que viros prudentes mouere solent. Ita Angel. in Authen. ex causa. C. de liberis præteri. vel ex hæreda. & in Authen. præterea. C. vnde vir, & vxor. Bart. & Ias. in. l. si constante. ff. solu. matri. Lupus, in repetitione, rubricã de donatio. inter virum, & vxorem. §. si autem. glof. communiter approbata in. l. si quis. C. de iur. iudic. quæ scribit modicum iudicari iuxta dignitatẽ personarũ, & q. Mathilda ingentis opulentiæ Princeps femina, donauit ecclesiæ triginta millia tertæ iugera & appellabat illa aliquantulũ tertæ, cũ alius magnum quiddam iudicasset.

De non meliorandis

¶ Sic relinquitur arbitrio iudicis quæ causa dicatur magna, vel parua, glos. in. c. fin. verbo illustrium de re iudi. lib. 6. Abb. in. c. Quintauallis. in quinta charta. col. 2. de iureiuran. & c. fin. §. sanè. cod. titu. & in c. de appellationibus. de appellat. Bart. & DD. in. l. admonendi. ff. de iure iuran. Et quòd modica summa iudicetur arbitrio iudicis, scribit Brunus, in tractatu de statuto excluden. fœminas, artic. 9. q. vltima in fine. num. 113.

II ¶ Hanc opinionem approbo. Neq; obstat autoritas Afflict. dicta decisione. 86. col. 1. Non enim nego dotem modicam ressecandam si respectu facultatum dotantis est immodica, licet enim in abstracto dos parua sit, si tamen inspecta substantia, & dignitate dantis, & numero liberorum, & persona generi sit magna ressecabitur. Nā respectu dātis. magna est. Summa enim quæ opulento modica est, mihi maxima est, & quæ in abstracto modica apparet: immodica est, & perniciosa inspecta persona dantis, & eius tenuitate numeroque liberorum. Itaque tunc nō est dos modica, sed immodica, licet in abstracto videatur modica, & filijs sit maius præiudicium quam si pater diues opulentam dotem daret. Qui enim ex patre diuite est: amplam legitimā habet, & licet aliquid ex ea amittat retinet substantiam idoneam, qui verò legitimam tenuem habet vltimam ruinam patitur si dos sorori videtur vltra legitimam, defraudatur enim modico, & ad peram, & baculum reddigitur. Itaque Afflictus, non loquitur in nostro casu, nos enim loquimur quando datur modicum aliquid supra legitimam, ipse verò quādo dos est modica, respectu summa, sed immodica respectu filiorum, & substantiæ, & iam supra cap. 2. circa fin. scripsi, legem hanc non minus continere opulentos regulos, quam inopes colonos; hos enim præcipue oportuit cohiberi.

S V M M A.

- 1 Debita patris an sit deducenda de eius substantia, & annuorum reddituum, ad hoc vt videatur, an sit filia meliorata. & nu. 2.
- 2 Sacerdotium impetratum rediens annuos aureos centum, si impensa colligendorū fructuum ad sacerdotium pertinentium valent aureos quinquaginta; sacerdotium solum valere dicitur quinquaginta.

si ex decreto alicuius statuti, ex legato debeat solui vnum pro decē, si mihi legatur domus valens aureos mille, cum onere soluendi aureos ducentos, domus octuaginta valere dicitur. Et sola octuaginta soluet ratione dicti statuti.

- 3 Es alienum prius soluendum est quam dos filie. Bona dicuntur deducto ere alieno.
- 4 Filiam dotans & bona fide credens se absq; vlllo onere bona possidere: si postea detegatur magnum es alienum: dotis præstatio an rata maneat.

Et quid in præstatione arrarum.

Dos iudicatur parua, respectu habito ad pacta, & dilationes in ea apposita.

¶ An cum tractatur de computanda substantia paterna, vt videatur an dos cōtineat meliorationē; deducenda sint quæ pater debet. Cap. XXVIII.

I EX Decreto huius legis, pater filiam dotare debet iuxta reddituum & facultatum quantitatem, quæro vtrum in facienda computatione paternæ substantiæ & annuorum reddituum, deducenda sint quæ pater debet vt tanto minus habere videatur. Et quidem quoties computatio facienda est, es alienum prius est deducendum, & quod restat appellatione bonorū venit. Ita probat textus qui de redditibus loquitur. in. l. fundi Trebatiani. ff. de usufruct. lega. quem in hunc vsum, notauit Bald. in. l. neque in fine. C. de compensatio. & in. l. cohæredibus. C. familiæ heretic. vbi eos scribit appellādos redditus, qui deductis oneribus supersunt.

- 2 ¶ Et nominatim quod in facienda cōputatione, deducenda prius sint debita, scribit Arcin. confi. 17. col. pen. Paul. in. l. 2. C. de reuocandis quæ in fraud. credi. Rursus Roderic. in repetitio. l. 1. tit. De las arras, & ibi glos. & Anto. Gom. l. 5. 1. Taur. nu. 13. Scribūt q̄ cum ex decreto eius legis, nemo possit donare vxori nomine arrarū vltra decimā bonorū partē, q̄ cum tractatur de cōputatione bonorum (vt liquet quāta sit decima bonorum) deducenda sunt quæcunq; pater debet, & illis deductis æstimandum, quæ

quæ sit residui decima pars. Sic, & in dotanda filia, æstimabuntur paternæ facultates deductis debitis. Sic Bald. in l. 1. col. 3. C. de fruct. b. & litium expensis. Scribit, qd si impetraui sacerdotium reddentē annuos aureos centum, qd si impense colligendorū fructuū ad sacerdotium pertinentium valent aureos quinquaginta, qd sacerdotium dicitur redde e sola quinquaginta: citat textum elegantem in l. sed si hoc. §. 1. ff. de condit. & demonstr. & eius opinionem sequuntur Alexan. & Iaso. qui plura adferunt in l. fructus. ff. solu. matrim. & in l. nō amplius. ff. de leg. 1. Rodericus d. l. 1. tit. De las arras: pagi. 2. versic. nota tamen. His congruit, qd si ex decreto alicuius statuti ex legato debeat solui vnum pro decem, si mihi legatur domus valens aureos mille cum onere soluendi aureos ducentos, certē domus octingenta valere legatario cēsenda est, & sola octoginta soluet ratione statuti non ve. o centum, ita docuit Bald. in l. non amplius. ff. de leg. 1. & ibi Paul. Alex. & Ias. & alij sequuntur Ang. in l. ciuitatibus. ff. de leg. 1. Alexan. & Ias. in l. fructus ff. solu. matrim. Vbi adferunt plura similia. Et alia adferunt, Bart. in l. sed si hoc. §. 1. ff. de condit. & demonstr. A retin. in l. diuortio. §. fin. ff. solu. matrim. Bal. in l. 1. C. de fructib. & liti. expens. Alexad. in l. fructus. ff. eod. tit. & ego aliqua protuli in tractatu de decima tutori Hispanico iure præstanda.

- 3 Hæc omnia optimo iure subsistunt, nam prius soluendum æs alienum creditoribus quam dos filia, vt per Ripam in l. quæ situm. §. si spōsa. nu. 1. 4. ff. de priuileg. credito. Et bona dicuntur quæ ære alieno deducto supersunt, vt in l. sub signatum. §. bona ff. de verb. signific. & in l. ea demum. C. de collatio. l. venisse, & ibi Alciat. ff. de verb. signific. l. propriè. ff. eo. tit. l. fundi Trebatiani. ff. de vsu fruct. lega. l. fructus. ff. solu. matrim. c. pastoralis de decim. l. pen. C. ad Trebel. scribit Lupus in rubrica de donatio. inter virum & vxorē col. 4. in medio. Rodericus in l. quoniam in limitatione legis Regiæ. nu. 1. 3. vers. modo. C. de inoffi. test.
- 4 Meminisse tamē oportet, qd si quis bona fide credebat se absq; villo onere possidere substantiam valentem quadraginta aureorum millia, & dotat filiam iuxta substantiam, qd si postea detegatur magnum æs alienum, dotis præstatio rata manet, licet excedat summam, quæ dari deberet si con-

staret de ere alieno tempore dotis. Moueor primo, quoniam quæcunq; bona fide possidemus, computantur inter bona nostra. l. bonorum appellatione. ff. de verb. signific. Rursus moueor ex eo qd scripsit Rodericus in l. 2. tit. De las arras. pagina secunda, versiculo nota tamen: qd si tēpore quo promissi arras credidi bona mea valere decem millia, & promissi mille, vel decimam bonorū partem, qd licet postea detegatur æs alienū, & ex consequenti bona mea non esse tāti, nihilominus arrarum constitutio tenet, in spectata summa quā tempore promissæ dotis bona fide possidebam. Quam opinionē sequitur Antonius Gomez. in l. §. 1. Tau. nu. 1. 3. Matienço in l. 2. tit. 2. lib. 5. Recop. glos. 2. à num. 2. Confirmatur hæc opinio, quoniam cum tractatur an dos immodica fuerit, vel non, consideratur tempus datæ dotis, vt statim dicam, & quid meo iudicio in hæc specie probādum sit scribam infra. Vbi dicam qd tempus sit inspiciendum, & quid si post facultates decrescant. Illud tamen addendum, qd licet dos prima facie videatur magna, ea possunt apponi pacta & dilaciones, vt iudicari debeat parua, ita Curtius senior, consil. 2. 7. col. antep. versiculo tum quia secunda constitutio dotis.

S V M M A.

- 1 **D**otis ratione meliorans filia an peccet mortaliter.
Melioratio dotis ratione an iuramento confirmetur, l. nu. 7. 10. 11.
- 2 *Filia meliorata an sit tuta in conscientia: Possidens rem ex contractu ipso iure nullū, an teneatur illam restituere non expectata iudicis sententia.*
- 3 *Vxor an cum bona conscientia possit retinere donata à viro.*
- 4 *Melioratio dotis ratione an cōualescat si adsit iuramentum.*
- 5 *Lex prohibens actum, addito decreto irritari, an valeat actum si iuramentum adsit. Et contra Palac. Rub. nu. 1. 2.*
- 6 *Summa præfixa à lege in præstatione arrarū, an excedi possit virtute iuramenti.*
- 7 *Dispositio: l. hac adictali. C. de secund. nup. an possit excedi si iuramentum interueniat. Iuramentum non debet operari quando ex contractu succedit iactura tertij.*
- 8 *Lex resistendo contractui prohibendo personas*

cou.

De non meliorandis

contrahere: in ex dicto contractu oriatur, obligatio civilis; vel naturalis.

9 *Mulier, vel minor statuto prohibi contrahere absq; certa sol. iuritate. An si contractus absq; ea fiat iuramento confirmetur.*

10 *Iuramentum, an confirmet actum ipso iure nullum.*

11 *Dispositio. l. si unquam. C. de reuocand. donat. An sit seruanda si in ea interueniat iuramentum.*

¶ An meliorans filiam dotis ratione peccet mortaliter, & an melioratio confirmetur iuramento, & an ipsa filia possidens dotē tuta sit in conscientia. Cap. XXI X.

QUæro deinde an meliorans filiam dotis ratione peccet mortaliter, & an melioratio confirmetur iuramento. Quoad primum mihi videtur patre peccare grauitate, lex enim ista est prohibitiua, vt patet ibi. *Mandamos que ninguno pueda.* Lex autem prohibitiua obligat in foro conscientie, & transgressor peccat mortaliter, præsertim cum oritur præiudicium tertij, iuxta iura vulgaria. Lex autem illa condita est ne fiat præiudicium legitime ætiorum filiorum. Ergo meliorans aduersus legis præceptum eis aufert ius suū, & per consequens grauitate peccat.

2 *¶ Similiter etiam filia meliorata tuta non est in conscientia.* Cum enim quicquid præstatur ultra summam hic præfixitam ipso iure nullū sit, vt in hac lege nominatum decernitur. Succedit regula iuris, quod cum quis possidet rem ex contractu ipso iure nullo tenetur illam restituere nō expectata iudicis sententia, ita docuit Abb. in. c. 1. col. 3. de constitutio. & ibi Feli. col. 13. vers. incipit. dem Abb. in. c. extirpand. 6. quia verō. col. 8. versiculo ex his, de probat. & in. c. dilecti. col. 3. de arbitr. Barbati. in. c. Raynaldus. col. 45. de testat. Cardina. Alexandri. in. c. fraternitas. 12. q. 2. Feli. in. c. Rodolphus. col. pen. versiculo limita tertio. de rescrip. & in. c. cum nobis col. fin. eod. tit. Corsetus. in singulari, in-

cipienti. Pœna. Afflict. in constitutio. Scilicet, incip. Violētias. col. 8. q. 2. Scio plures contra sentire, quos citat Cagnol. in. l. si quis maior, num. 160. C. de transact. sed hoc probabile videtur. Confirmatur hæc opinio ex his quæ scripsit Archidiano. in. c. quicumq; 17. q. 4. col. pen. Imol. & Abb. in. c. fin. de donatio.

3 *¶ Rursus confirmatur quoniam cum lex prohibeat donationē inter coniuges vxor non potest cum bona conscientia retinere donata à viro, glos. & Bald. in. c. quæ in ecclesiarum, de constitutio. Scribit Boerius in consuetudinib. Bituricen. tit. de consuetudine matrimonij. §. 1. col. 8. versic. quid de quæstione. Faciunt quæ tradit Ias. in. l. si poit diuisionem. C. de iuris, & fast. ignoran.*

4 *¶ His ita definitis, videamus an melioratio dotis ratione facta conualecat si adsit iuramentum.* Mouet quæstionem quod in simili specie scribit Lupus, in rubrica de donationi. inter virum, & vxorem. §. 24. num. 4. versic. hæc tamen intellige. Quod licet iure Regio arra (ita enim vocamus Hispanicę donationem propter nuptias) non possit excedere decimam partem bonorum, vt in. l. 1. tit. De las arras, lib. 3. Fori. Id non admittendum quando arra interposito iuramento promittitur, tunc enim potest excedi decima pars. Matienço. in. l. 2. tit. 2. lib. 5. Recop. glo. 2. num. 2. Ergo licet hæc lex præfiniat summā dotis nomine dandam, licet eius præfinitionem excedere si dos promittatur iuramento.

5 *¶ Confirmatur quoniam etiam si lex prohibeat actum addito decreto irritanti, nihilominus valet si adsit iuramentum, ita Abb. num. 6. Antoni. & Imol. num. 36. in c. cum contingat, de iure iuran. Ancharra. in. c. 1. de constitutio. Paul. in Auth. sacramenta puberum. C. si aduersus venditio. vbi Corneus testatur hanc esse communē opinionem, & ibi Ias. sequitur. nu. 51. Alexand. consi. 27. lib. 1. Alciatus, in. c. cum contingat. num. 94. de iure iuran. Couar. in repetitione. c. quamuis pactū, in. 2. part. §. 2. num. 7. de pact. in. 6. Plures quos in vnum conuersit doctissimus Matienço. d. l. 2. tit. 2. glo. 2. nu. 5. lib. 5. Recopil.*

6 *¶ Contraria tamen sententia verissima & prudentior est. Primum quoniam summa præfixita in præstatione arrarum non potest excedi etiam interueniente iuramento. Ita melius docuit, glos. in. l. 1. tit. De las*

arras.

arr., lib. 3. Fori. in glos. 1. Rodericus ibi in repetitione. q. 3. Couarr. in. c. quamuis pactum in. 2. part. num. 7. de pactis, lib. 6. Antoni Padilla, in repetitione Auth. res que. num. 29. C. commun. de lega. & Matienço vbi proximè. d. nu. 5. Cum ergo arra que ex parte viri censetur dos data vxori, non possit vltra metam legis dari, etiam si adfit iuramentum, idem sentiendum circa dotem quam vxor præstat marito.

7 **H**is accedit efficax argumentum, scilicet quòd dispositio. l. hac ædictali. C. de secun. nupt. que taxat dotem ab vxore secundo marito dandam, non potest excedi etiam si interueniat iuramentum, ita Bart. in. d. l. hac ædictali. in fine principij. Decius consil. 246. col. 1. Bald. consil. 22. quædam domina Nicholina: & in. l. 1. in. 3. q. C. de inofficio. donatio. Bart. in. l. cum quis decedens. §. Titia, versiculo & hoc est vtile. ff. de leg. 3. Bertrandus in repetitione. l. hac ædictali. num. 43. citat Bart. l. Titia. §. Imperator. versiculo quæro, mater. ff. de lega. 2. Mouentur omnes, quoniam lex illa ædicta fuit fauore filiorum primi matrimonij, & iuramento non debet operari quando ex contractu succederet iactura tertij, vt probatur in dicto. c. cum contingat, non enim debet esse vinculum iniquitatis. Hęc autem lex taxat dotes, ne melioratio dotis ratione facta absorbeat, vel labefactet cæterorum legitimam, & quod vltra legitimam datur reuocatur, & adiudicatur cæteris filijs, vt statim dicam si autem iuramentum efficeret, vt legitima eorum minui posset, esset vinculum iniquitatis ergo nihil operatur, neque meliorationi robur præstat.

8 **R**ursus comprobatur quoniam quando lex resistit contractui prohibendo personas contrahere, non oritur ex eo obligatio ciuilis. neq; naturalis, vt per Bart. Paul. & Imol. in. l. cum lex. ff. de fideiussori. Quod si nulla oritur obligatio, quomodo potest iuramentum confirmationem præstare cū nihil sit confirmabile? Ita Angel. consil. 160. pro decisione, col. 2. versiculo contrarium. Roman. consil. 12. viso testamento, col. 2. Vbi scribit quòd si ex dispositione statuti nullus possit contrahere absq; consensu propinquorum, certè si cōtrahat absq; eorum consensu nullius momenti est cōtractus etiam si interueniat iuramentū.

9 **R**ursus Bart. in. l. si quis pro eo, in tertio membro ad finem: & in quinto membro,

ante finem. ff. de fideiussor. scribit, quòd si ex statuto mulier vel minor non possint aliquem contractum facere, absq; certa solemnitate, certè si, absq; ea fiat contractus non cōfirmabitur iuramento quoniam ex tali iuramento oritur peccatum mortale. Idem sensit Bart. in statuto exigente consensum propinquorum, in contractibus mulierum & minorum, in. l. 2. ad finem. C. ne fideiussor. dotium dentur: & consil. 88. incip. in quæstione inter Franciscum. Bal. in. l. 2. in. 9. quæstione. C. de rescin. venditio. Tiraquel. legum. connubial. glo. 4. nu. 27. Paul. consil. 465. viso compromisso. col. fin. lib. 1. Petrus Ferrara, in forma libelli. *Super petitione restitutio in integrum*, in verbo *Tunc iurauit*, col. 4. versiculo dixi secundo. Corne. consil. 77. quāquam videatur. col. 2. versic. præterea iuramentum, lib. 1. Anchar. in repetitione. c. 1. de constitutio. ad finē. 1. 1. quæstionis, de qua re vide Tiraquel. vbi supra. nu. 28. & 29. sunt enim plures qui contra sentiunt.

10 **P**ostremo moueor, quoniam hæc lex expressè decernit omnem meliorationem dotis ratione factam, & quicquid actum fuerit aduersus legem esse ipso iure nullum, vt patet ibi. *Todo lo contrario, pactos, promissiones, contractos, sean en si ningunos, y de ningun valor y efecto.* Iuramentum autem non confirmat actum ipso iure nullum, vt sentit Bald. in. l. non dubium. 17. oppositione. C. de legi. & in. l. antiquæ. §. si. C. ad Velleia. Angel. consil. 160. col. 1. versic. contrarium dico: vbi adducit quod supra dicebam, quod cū actus est ipso iure nullus nihil est quod confirmari possit, Roman. consil. 12. viso fact. col. 2. versic. secundo quia ex tali contractu, glos. in Auth. si qua mulier, in prin. C. ad Velleian. Paul. consil. 8. in causa que vertitur, col. 1. lib. 2. Roman. in repetitione. l. 1. char. 3. ff. de vsu capio. versic. & adde duas. Hyppoli. consil. 125. æternæ lucis, col. 3. versic. quia respondeo. Quod qualiter intelligitur explicat Imol. in. c. cum contingat. in tertio mēbro principali. col. eius membri. 7. versic. circa primum variat. de iure iurand.

11 **V**ltimo facit, quòd dispositio. l. si vnquā C. de reuocand. donatio. inducitur in fauorē filiorum seruanda est etiam si in contractu interueniat iuramentum, autōre Bart. in. l. Titia. §. Imperator. in fine. ff. de leg. 2. Bal. in. l. 1. C. de inoffi. donatio. col. fin. in fine. Socin. consil. 20. col. fin. lib. 1. & consil. 54. in princ.

De non meliorandis

prin. lib. 4. Vbi dicit hęc esse communem opinionem, & sequitur Aretin. consil. 24. quatuor dubia. Marcus Antonius in tractatu de virtute iuramenti, col. 3. Ioan. Bernard. regul. 2 13. ampliatione secunda. Imo la m. c. si. de donatio. Ergo melioratio dotis ratione non valet etiam si interuenerit iuramentum.

- 12 **N**on obliant ex aduerso prolata. Quāuis enim vera sit communis opinio docens legem prohibitivam deficere si adlit iuramentum, id non admittendum quando ex iuramenti viribus, tertius quispiam damnus incurrit. Quod si melioratio valeret ex iuramenti interpositione damnus magnus paterentur ceteri fratres quorū fauore condita est lex, ergo iuramentū non seruandum. Nō obstat quod scribit Lupus in rubrica de donationib. §. 24. eius enim opinio falsa est, & contraria vera, & magis communis, vt patet ex doctoribus supra citatis, & ab ea nemo eruditus nō discedet, si rem paulisper consideretur. Quid enim operabitur prohibitio legis si iuramento eludi potest non enim minori facilitate iuramus quam contrahimus. Rursus in hoc casu maior æquitas viget, vt nō excedatur dotis præfinitio, quam in arris, nam cū do arras: do quod meum est, cum dotem & melior: aufero à filijs suam legitimam!

S V M M A.

- 1 **F**rasus in dubio non præsumitur.
- 2 **D**otare, aliud est, aliud consentire rem suam genero in dotem dare.
Prohibitus rem suam vendere absq; certa solemnitate, an videatur prohibitus consentire rem suam vendenti. & num. 3.
Prohibitus manumittere, an possit consentire manumittenti.
- 3 **P**aria sunt donare, & donanti consentire.
Lex loquens de dante, an extendatur ad consentientem.
- 4 **D**os ad hoc, vt censeatur profectitia, an sufficiat, vt eam extraneus dec.
- 5 **D**ispositio. l. hac adictali. C. de secund. nupt. an seruanda sit, si mulier dotē non det marito, sed alteri eius amico.
- 6 **D**onatio inter virum, & uxorem iure prohibita, an sustineatur si maritus rem suam alij det, vt uxori constituat.

Extende etiam si ex intervallo extraneus donet uxori dantis.

- M**ulier constante matrimonio renuntians in manibus domini directi: domum acceptā in emphiteosim (inito secreto pacto) vt eam postea, concedat marito: an talis renuntiatio valeat, veluti facta in fraudem legis.
- 7 **M**ulier prohibita vendere absq; facultate mariti, an possit consentire alteri rem vendere.
Donare prohibitus, an possit consentire rem ipsius donanti.
 - 8 **P**ater donans genero antea quam cum in generum accipiat, si postea sequuto matrimonio dos excedat legitimam (computata donatione ei facta antea quam gener esset) an donatio corruat, ratione meliorationis.
Mulier donans extraneo, si postea illum in maritum accipiat, an donatio sit reuocanda.
 - 9 **M**aritus ex dispositione statuti si non potest relinquere uxori ultra certam summam, & maritus ei ultra taxam relinquat centū; distribuenda pro anima sua, an censeatur fraus fieri statuto.
Limita si distributio cōmittatur mulieri, & alteri tertio.
 - 10 **V**ilis æstimatio rei, cum maioris pretij sint, donatio est.
Prohibitus aliquid facere ex contractu, prohibetur etiam facere ex distractu.
 - 11 **F**raus fieri legi, an videatur si pater fidei iubeat pro extraneo oppulentam dotem filie præstantem. Et an ex vi fidei iussionis cogi poterit dotem soluere, ultra præfinitam legis summam.
Prohibitus facere ex contractu, an prohibeatur facere ex fidei iussione.
Prohibitus aliqua bona alienare: an prohibeatur alienare ex fidei iussione.
Pater cessante fraude regulariter fidei iussor esse potest pro dote filie.
Dolo alterius quis prægrauari non debet.
 - 21 **N**upta, fingēs se non nuptam ad hoc, vt contrahat, absq; facultate viri aduersus legem: contractus non noet marito.
Minor maiore se esse asserēs, an restituatur.
Et quid in foemina simulans se virum: an iubetur Veleiano.

Et quid

Et quid in muliere afferens rem quam vendit non esse dotalem.

Et quid in filio afferens, se sui iuris an iunetur Macedoniano.

Filius familias licet se obligare non possit absq; consensu patris, si afferat alicui, qui sciat falsum esse, se esse emancipatum contractus non valet.

13 *Marito si dentur vestes sericæ, & similia lin-
tea, & serica ornamenta an computanda:*

*Socer, si præter dotem det, constare matrimo-
nio genero aliquis res, an reuocari possint,
& num. 14.*

15 *Pater si dat dotem filia. & dicat ne filia ad se
rat eam in collationem, an si ex ea oriatur
melioratio refecetur.*

Fraus aduersus legem propulsanda est.

*¶ Quod non admittitur fraus
aduersus hanc legem, & quot
modis possit excogitari. Ca-
pit. XXX.*

1. **N**ON Contentus Legislator dotis præfinitione, & prohibitione meliorandi, addit seuera verba: Porque cessent fraudes mandanos, que todos los pafos, o promisiones que se hizieren en fraude desto se au en si ningunos, y de ningun valor y efeto. Videamus quot modis censeatur fieri fraus legi: Ante omnia supponendum, fraudem in dubio non præsumi. l. merito. ff. pro socio. l. patronus. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudici. l. 3. §. si. & ibi glof. ff. de tributo. actio. l. dolum, & ibi Bart. C. de dolo. l. 1. & ibi Corne. in 2. notabili. C. si quis omiffa causa. testam. c. officij. in verbo constiterit, & ibi Barbat. num. 2. gale testam. Specula. tit. de appellat. part. 2. §. nunc tractemus. versi. sed secundum præmissa. Alberi. l. 1. ad finem. princip. ff. de rerum diuisio. Bald. consil. 198. col. 1. lib. 1. Rota. decis. 271. si de mandato in fine. in nouis. Ancharr. consil. 204. col. fin. versic. non obstat quarta ratio.

2. *His suppositis quæro quid si pater dat rem suam tertio, vt det eam in dotem filia, si ex tali præstatione oritur melioratio, quæro an valeat. Et quid iudicandum si pater permittat alicui res suas dare in dotem, vel*

donare filia, vel genero, an valeat si excedatur legitima filia. Mouet quæstionem, quod hæc lex loquitur de dotante, aliud autem est dotare, aliud consentire rem suam genero in dotem dari, vt in. l. si pater. ff. de manu miss. vindic. Sic prohibitus rem suam vendere absq; certa solemnitate, non videtur prohibitus consentire rem suam vendenti, ita docet Signorolus consil. 145. col. 2. Calcaneus, consil. 1. col. 14. Decius consil. 124. col. 3. Sic prohibitus manumittere, potest consentire manumittenti, autore Benedicte Plumbino in. l. si minor. ff. de manum. vindi.

3. *Sed contraria sententia verior est, imò omnis melioratio ressecanda etiam si ab extraneo facta sit de re patris. Paria enim sunt donare, vel donanti consentire. l. cum quis. ff. de reg. iuris. Et qui non potest vendere, non potest consentire vendenti, vt notat Bald. in. l. 2. C. si aduersus donat. Aret. & Deci. in. l. fin. C. de pact. Deci. in. l. aliud ff. de reg. iuris Socin. consil. 230. col. 3. lib. 2. Alcia. in rub. C. de pact. Fabianus à Mōtesabino in tractatu de emptio. & venditio. 7. parte principali. q. 25. Brunus in reperiitorio statutorum, in verbo insinuatio. col. 2. Et quod lex loquens de dante extendatur ad contentientem rem suam dari, scribit Barbat. in. c. peruenit. de emptio. & venditio. & in. c. si quis præbyterorum. de rebus Ecclesie non alienan.*

4. *His congruit, quod consentiens rem suam in dotem dari, ipse eam dare videtur, imò sufficit, vt extraneus eius contemplatione det, vt censeatur dos profectitia, vt latè docent Alexand. consil. 179. viso processu. col. 1. lib. 5. Petrus Cin. & Sali. in. l. omnimodo. §. si. C. de inoffi. testam. Ifernina, tit. de alienatione fœudi paterni. col. 4. in vrbibus feudorum. Curtius iunior in tractatu feudorum parte tertia nu. 43. Bertran consil. 306. lib. 2. Brunus consil. 8. Bellamera decisio. 742. Cremensis. singulari. 82. Iacobinus à sancto Georgio in tractatu feudorum. versic. dictiq; vasalli promiserunt non committere fœtioniam, col. 16. scribit Alex. in. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. Bald. consil. 30. lib. 3. Brunus de statuto excluden. fœminas arti. 7. nu. 174. Alexan. l. qui in aliena. §. si is qui putabat. ff. de acquir. hæc. & in. l. quæ situm. ff. de leg. 1.*

5. *Rursus proprius ad hunc tractatum probatur hæc opinio, quoniam dispositio. l. hac & dictali. C. de secund. nup. præficiens sum*
mam

De non meliorandis

mam quam vxor potest dare in dotem secundo marito, seruanda est etiam si mulier non det marito, sed alteri eius amico. Ita prudenter definit Capra. cōf. 3 1. incip. et si prima facie Deci. conf. 246. col. 1. Bertran. in repetitione dist. l. hac ædiftali. in princ. nu. 57. Et probatur in dicta lege, quoniam censetur fraus fieri, quo casu neq; extraneus, neq; pater possunt excedere summam in dotando præfinitam, quoniam licet det extraneus, pater ipse dare videtur, & fraus non admittenda, vt prudenter scribit Roman. conf. 219. col. fi. vbi dicit, q̄ hoc casu, etiam extraneus non potest excedere summam in dotando præfinitam.

6 ¶ His accedit quod scribit Lupus in rubrica de donat. inter virum & vxor. §. 30. incip. inferitur nu. 4. q̄ cum de iure prohibita sit donatio inter virum & vxorem, nō potest maritus rem suam alij dare, vt constituat vxori, quia re vera ipse dare censetur. l. si extraneus. ff. de donatio. inter vir. & vxor. Nam qui consentit rem suam ab alio donari. ipse donare eam videtur. l. 3. §. si. ff. de donat. inter vir. & vxor. Campegius de dote, questione. 50. Quod extendit Lupus, etiam si ex interuallo extraneus donet vxori dantis. Et infert q̄ si constante matrimonio vxor renuntiat in manibus domini directi domum acceptam in emphyteosim (inito secreto pacto) vt eam postea concedat marito, q̄ talis renuntiatio nō valet veluti facta in fraudem legis. Accedit textus, vbi hoc expresse videtur, definiri in. l. si liqueat. C. de inofficio. donatio. Vbi inofficiosa donatio reuocatur, siue pater eā faciat per se, siue per alium.

7 ¶ His congruit, q̄ mulier prohibita videri absq; facultate mariti, non potest consentire alteri rem ipsius mulieris vendenti, argumentum eius q̄ dicitur q̄ qui donare non potest, non potest consentire re ipsius donanti. l. 3. §. non tatum. ff. de donatio. inter virum, & vxor. l. creditor. & ibi Bald. ff. eotit. Bald. & Salit. in. l. 2. C. si aduers. donat. Aretin. l. si. col. 1. & ibi Decius, col. 4. vers. in glos. in verbo accommodaueris. C. de pact. Barba. c. decernimus, col. 9. versic. & plus etiam dico de iudici. Socin. l. Gallus. §. videndum, col. 2. in fine. ff. de regul. iuris. Arnoldus Ferron. in consuetud. ni. Burdegal. tit. 1. §. 2.

8 ¶ Ergo supra præfinitionem legis, neq; pater dare potest, neq; extraneus si modo rem quam dat habuerit à patre, vt daret filiz,

vel genero, est enim inhonesta & manifesta fraus. Quod amplia, vt etiam si pater donet genero antequam in generum eum accipiat corrumpit donatio, si postea sequuto matrimonio dos excedat legitimam computata donatione ei facta antequam gener esset. Ita probat Bald. in. l. hac ædiftali. C. de secund. nupt. Vbi dicit vxorē non posse secundo marito dare in dotem vltra summam ibi præfinitam, & omnes fraudes rejiciendas, adeo vt si mulier donet extraneo, & postea illum accipiat in maritum, donatio est reuocanda, tanquam fraudulenter facta quod refert, & sequitur Decius, cōf. 246. col. 1. Capra. conf. 31. et si videtur prima facie.

9 ¶ Rursus censetur fieri fraus huic legi, si socer præter summam dotis nomine datā, det genero centum, vt cum ipse è viuus excesserit, distribuatur ea pro anima sua. Nam etiam si hæc centum non excedant quintam substantiæ partem, repetenda sunt à genero, cui neq; quinta, neq; tertia dari potest in dotem. Licet enim verba sonent dari centum, vt distribuatur pro salute animæ tamē re vera fit fraus legi, & per cuniculos eius prudens dispositio subuertitur. Ita probatur ex his quæ tradit Ioann. Andræ. in additione. ad Speculum titulo de instrumen. additione. §. nunc vero aliqua. post medium in additione incipienti ad istum. Alber. in secunda parte statutorum. q. 112. in fine. Vbi scribunt, quod si ex dispositione statuti maritus non possit relinquere vxori vltra certam summam, & maritus supra taxam relinquat ei centum distribuenda pro anima sua, censetur fraus fieri statuto, & eorum opinionem sequitur Socin. in. l. quæ hæredi. ff. de reb. dub. col. 1. Alexan. consil. 57. num. 7. lib. 2. & in. l. cogi. §. ij. qui. ff. ad Trebel. Gerardus Singular. 14. lal. in. l. non dubium, col. 10. C. de legib. & in. l. captatorias, col. 2. C. de test. mili. Hoc tamen limitandum quando distributio committeretur mulieri, & alteri tertio, tunc cessat præsumptio fraudis, vt notat Alexand. d. consil. 7. num. 7. lib. 2.

10 ¶ Rursus censetur fieri fraus huic legi, & dari supra taxam, si possessiones dentur vili prætio, cum maioris prætij sint. Nā maius prætium videtur donatum, ita probatur in. l. si quis donationis in fine. ff. de contrah. emptio. Et probatur ex Socin. cōf. 69. num. 3. lib. 4. Rursus probatur ex his, quæ scribit Lupus in repetit. rubric. de donatio. inter

inter virum, & vxor. §. 29. ex quibus nu. 2. versiculo ex his inferitur. Vbi dicit quod vilis æstimatio rei est donatio. l. si sponsa. §. circa. ff. de donatio. inter virum & vxor. Confirmatur hæc opinio ex his quæ scribit Rodericus in. l. 1. titulo *De las arras*. §. nota. ad finem. versic. secundo quia bene. Vbi æstimatio falsa est pars rei. Ergo hæc fraus etiam rejicietur tanquam manifeste impudens. Rursus censetur fieri fraus legi, si pater per viam distractus det filia, vel genero supra legitimam. Licet enim hæc lex loquatur de dote ex contractu data, vel promissa, tamen idem iudicandum quando ex distractu exceditur summa in lege præfixa. Prohibitum enim aliquid facere ex contractu, videtur prohibitum illud facere ex distractu. Ita probatur ex Bald. in. l. si vnus. §. pactus ne peteret, col. 4. versiculo sed quid si statutum, & ibi las. ff. de pact. Roman. in. l. de tutela. col. fi. C. de in integr. restit. & in. l. mutum. §. 1. ff. de acquir. hered. las. in. l. siue apud acta, col. 2. C. de transactio. Lupus in rubri. de donatio. inter. virum & vxorem. §. 68. Ripa in rubrica. ff. de acquir. possessio. col. 2.

I I Præterea censetur fieri fraus legi si pater fideiubeat pro extraneo opulentam dotem ipsius filia præstanti. Non enim ex vi fideiussionis cogi poterit soluere dotem vltra summam hic præfixitam. Primo quoniam videtur esse fraus. Deinde ex verbis legis, ibi: *Ninguno pueda dar tercio, ni quinto, por via de contrato*. Prohibitum autem aliquid facere ex contractu, videtur prohibitum id facere ex fideiussione, autore Bald. in Authent. sacramenta puberum, col. penult. C. si aduers. vendit. & probatur ex Bald. in. l. 1. col. penult. versiculo extra quæro. ff. si cert. peta. Ripa. ibi, col. 10. Bal. consi. 428. lib. 2. l. 14. tit. fi. lib. 3. Fori. Sic prohibitum aliqua bona alienare, videtur prohibitum ea alienare ex fideiussione, ita glos. & Bald. in. l. exceptiones. C. de excep. las. in. l. si ita quis. §. ea lege. col. fi. ff. de verbo. obliga. qui scribunt vxorẽ pro marito fideiuberẽ non posse, quia inter eos est donatio prohibita. Ergo pater non magis obligabitur ex fideiussione, quam si ipsemet tanquam principalis dotẽ promitteret. Non enim quod vna via prohibetur est quæsito colore perniculos admittendum. Quid enim interest an filia immodicam dotem accipiat ex promissione patris, an ex fideiussione, nonne in vtroq; casu minuitur legitima

cæterorum ratione dotis? Quis non videt hic subesse crassam fraudem. Regulariter tamen cessante fraude, bene potest pater esse fideiussor pro dote filia. l. profectitia. §. si pater non quasi. ff. de iure doti. Roman. sing. 16.

I 2 Rursus erit manifesta fraus, si pater fingens se non esse patrem, det filia in dotẽ tertiam, & quintam substantia partẽ, non enim dolus debet nocere filijs quorum favore condita est hæc lex, neq; propter eius affirmare efficitur pater, neq; propter negationem desinit, esse pater. l. assumptio. ff. ad municipal. Neq; quisquam alterius dolo prægruari debet. c. nemo debet. de reg. iuris. lib. 6. Neq; absq; suo facto, vel culpa, quis suo iure priuandus est. l. id quod nostrum. ff. de reg. iuris. Facit quod in simili scribit Tiraquel. post leges connubiales, glos. 8. num. 141. Quod si nupta fingit se non nuptam, & contrahit absq; facultate viri aduersus Regiam constitutionem, contractus non nocet marito. Aduertendum tamẽ, quod, vt aliquorum opinio est, dotem immodicam non solum improbare possunt filij verum etiam ipse pater, vt statim dicam. In casu autem, quo pater simularet se patrem non esse, & promittendo magnam dotem deciperet generum, qui existimauit illum esse extraneum, haud dubiẽ non poterit se iuuare dispositione legis. Quinimo, neq; filij poterunt, si modo ipsi quoq; sororium deceperunt dicendo illum non esse patrem. Tenebuntur enim de dolo, & huius legis beneficio, vt non poterunt. Minor enim qui se maiorem asserit non restituitur. l. 2. C. si minor se maiorem dixer. Et femina contrahens simulã se virum, non iuuatur Velleiano. l. si decipiẽ di. in principio. ff. ad Velleia. l. femine. C. eo. tit. Sic mulier asserens rẽ quæ veditur non esse dotalẽ, non potest impugnare alienationem, vt per Imola in. l. cum vir. circa. 16. col. ff. de vsu cap. Rursus filius asserens se sui iuris esse, nõ iuuatur Macedoniano, iuxta traddita in. l. 1. C. ad Senatus Cõsul. Macedoni. l. cum qui. ff. eod. titulo. Quod tamen limitandum nisi ipse gener sciret illum esse socerum, tunc enim non fit ei fraus. Qua ratione Bal. in. l. de tutela. C. de in integ. restitutione. Scribit, qd si ex statuto minor viginti annis non possit contrahere absq; curatore, si soror contrahat cum fratre affirmando iuramẽto se excessisse annum vigesimum, nihilominus contractus

De non meliorandis

nō valet, quoniam frater præsumitur scire ætatem sororis, & non decipitur. Sic Dinus consi. incip. iure municipalī cauetur, scribit q̄ si dicitur statutum, vt filius familias non possit se obligare, absq; consensu patris, si alius filius familias asserat se emancipatum: alicui, qui sciat id falsum esse, contractus non valet, neq; enim fit fraus scienti. l. cū donationis. C. de transact. & sequitur Alexand. consi. 122. col. 2. lib. 6. Tiraquel. post leges connubial. glos. 8. num. 143. Angel. consi. 140. incip. Dña Catharina. col. fi.

13 **¶** Quid autem si nouo marito datur vestes sericæ, & similia lintea, & serica ornamenta, an computanda? Videtur non computanda. Non enim eis competit definitio dotis, & licet sponsa repetat dotem, vt per totum. ff. soluto matrim. non repetit sponsalitiā largitatem, vt in l. 3. tit. 1. part. 4. l. si à sponso. C. de donatio. ante nupt. ergo non est dos.

¶ Rursus si focer præter dotem det constāte matrimonio genero aliquas res, an reuocari possint. Hic duplex considerari potest repetendi ratio altera est, quod non potuit dare, quia exceditur quinta pars, & si illa, quæ dat sint res modicæ haud dubiè non computanda in quintam, vt prudenter definit Rodericus in repetitione. l. quoniam in prioribus col. penult. & fin. C. de inofficio. testamen. glos. l. 8. tit. 4. verbo *Et videri*, col. 2. part. 5. Altera est quod videtur quintam dare in dotem si non sint res modicæ, sed considerabiles, & quæ habent valorem, & tunc cum non det has res, vt matrimonium coeat, neq; ratione dotis non videtur satis quadrare hæc lex sed recurrendum ad loca communia, an scilicet censeatur habuisse animam repetendi. Si tamen contracto matrimonio has res: valoris considerabilis det, vt augeat dotem filix reuocabuntur ex dispositione huius legis quoniā etiam post contractum matrimonium nō licet meliorare. ratione dotis, vt supra dixi.

14 **¶** Et cū similis casus occurrit considerādū, an ex tacita, vel expressa mēte volūtate dātis aptari possit quod dicitur in l. quod autem. ff. de iure doti. vbi Bart. notat, q̄ etiam si focer simpliciter det genero aliquam rē videtur eam dare ratione matrimonij & dotis. Quod etiam scribit Bald. in l. nulla. C. de iure doti. Corne. cōsi. 282. col. 4. litera F. lib. 1. Et hæc distinguēda sunt iuxta rei qualitatem. Quid enim si dat ligna, si dat oleum, si dat triticū eo animo quo solemus

amicis liberalitèr nostra communicare, vel egenis subuenire, absq; cogitatione vlla repetendi.

15 **¶** Postremò illud addendum, quod si pater dando dotem dixit, ne filia adferret eam in collationem, non seruandum si oritur melioratio, iam enim dos datur titulo meliorationis, vt nō computetur in legitima. Et hoc casu quo oritur melioratio, non est curandum de voluntate patris, licet aliàs curatur, in Authent. ex testamento. C. de collatio. l. 3. tit. 1. part. 6. Nemo enim potest facere, vt sua non exequetur legi. l. nemo potest. ff. de leg. 1.

¶ In summa omnis fraus aduersus legem propulsanda, & reiicienda est, veluti si pater per interpositam personam det, quod in materia dotis præfinitæ admonet textus. l. hac æditali. C. de secund. nupt. Vel maioratum instituat inter viuos in persona filij sub cōditione, vt aureorum decem millia det sorori in dotē, si enim subsit melioratio ressecanda est dos, licet frater eam det, quia dat iussu patris, & ab eo filia accipere videtur, & cæteri fratres, qui non tenentur pati solam sororem meliorari: non patientur, & sororem, & fratrem magno ipsorum detrimento ferè totas patris facultates deuorare.

S V M M A.

1 **F**ilia ad hoc vt meliorata dicatur: quod tempus est inspiciendum, vt melioratio, vel corrumpatur, vel valeat, & num. 2. 3. 4.

Pater si data dote ægestate præmittitur, an diminutis facultatibus, diminuatur dos.

3 **C**ongruitas dotis æstimanda est inspectis facultatibus, numero liberorum, & cæteris facultatibus, quæ adsunt tempore datæ dotis.

Facultates si creuerunt: dos congrua dicatur inspecto tempore mortis, & non datæ dotis.

4 **P**ater si statuto teneatur assignare legitimam filio delinquenti, vt adiudicetur fisco, inspiciatur legitima, quæ competit tempore, quo cōdemnatur.

Pater donans omnia bona verior filijs in fraudem aliorum donatio rata manet, vsq; ad legitimam competentem filio donatario: tempore, quo fuit facta donatio.

Donatio propter nuptias exequanda est tempore in quo datur.

Dos immodica data vni filix reuocatur ex natura

natiuitate alicuius, pro eo dumtaxat quod excedebat legitimam inspecto tempore donationis.

5 Paternæ facultates si diminuantur, an auferantur à genero portio quam acceperat.

7 Dos data si excedat legitimam inspectis facultatibus quas tunc pater habet: si postea crescant, inspiciuntur tempus quo filij agunt (mortuo patre) ad reuocationem.

Inofficiosam donationem collatam in unum ex filijs, donatio an rata maneat, si postea bona acquisiuit pater: vt inspecto eo tempore, quo de reuocatione agitur non sit inofficiosa.

8 Filia dotata, & post dotem constitutam si dator prematur ægestate: an agi possit ad dotis reuocationem, vt rescari possit, & num. 9. contra Paulum Castrensem.

Viventis non est hæreditas, neq; legitima filia debetur ante mortem patris.

10 Pater ægestate oppressus si dotem promittat fillæ daturum cum benigniorem expertus fuerit fortunam, an postea si magnas opes, & facultates pariat, si gener dotem petat, illud felicitioris fortune tempus sit inspiciendum, non autem tempus dotis promissæ.

11 Pater se magnas facultates habere credens si dotat filiam amplè iusta summam in hac lege præfinitam, si postea contra illum lis moueatur, & iudicis sententia condemnatur, ad restitutionem partis facultatum, an dos filia reuocabitur, inspecto tempore, quo data fuit: an vero inspecto tempore sententiæ iudicis, & num. fin.

¶ Quod tempus sit inspiciendum, vt intelligatur, an filia sit meliorata, & vt melioratio, vel corruat, vel valeat, & quid si data dote pater diues ægestate præmittitur: an diminutis facultatibus patris diminuat dos. Cap. XXXI.

1 Q Væro deinde quod tempus sit inspiciendum, vt videamus ad dos sit congrua. Videtur tempus mortis

paternæ inspiciendum, quoniam dos succedit loco legitimæ, in legitima autem consideratur tempus mortis. l. cum quaeritur. C. de inofficio. testam.

2 ¶ Verius tamen est tempus datæ dotis inspiciendum, & si eo tempore dos congrua sit, non curandum de futuris casibus. Si tamen tempore datæ dotis, dos fuerit incongrua hoc est iniuria, & postea pater acquirat facultates congruas doti, tollerabitur dos. Vnumquodq; singulatim explicabo. Primo quod cum tractatur, an dos sit inofficiosa vel non, iuria, vel non sit: inspiciendum tempus datæ dotis, probatur ex verbis petitionis Principij oblatae, ibi: Las dotes no pueden ser mas, que la legitima que le uendria a la dotada si entonces se partiesen los bienes del dotador. Nota illa verba: Si entonces: Quibus respondet Princeps: Mandamos, que el que tuuiere dozientas mil de renta, pueda dar, y de en dote, &c. Y que el que tuuiere menos no pueda dar ni de en dote arriba de, &c. So penas que todo lo que mas dicre, o prometiere. Nota hæc verba, ibi: Dicre, y dar: ex quibus colligitur præfixæ dotis tempus inspiciendum, & facultates quas tunc pater possidet.

3 ¶ Rursum quod tempus datæ dotis sit inspiciendum scribit Lupus, in repetitione. cap. per vestras. §. 23. sed pulchrum est videre, de donatio. inter virum, & vxor. Arius in. l. Tauri. 27. nu. 126. Sic Rodericus in. l. 1. titulo De las arras. §. nota vltius col. 1. Scribit, quod cum lex præfinit summam, arræ nomine dandam: inspiciuntur facultates quas habet maritus tempore contracti matrimonij. Et quod congruitas dotis æstimanda sit inspectis facultatibus, & numero liberorum, & cæteris qualitatibus, quæ ad sunt tempore datæ dotis, scribit Alexand. confi. 33. num. 4. lib. 4. Bald. in Auth. res quæ. col. 3. versiculo quæro statuto cauetur. num. 17. ibi. Quæro de duobus, Curtius senior, confi. 27. col. 16. versiculo tum quia facultates non erant diminutæ, & col. 13. versiculo deueniendo, in principio. Corne. confi. 290. col. 13. versic. quod attendatur congrua dos. lib. 3. & confi. 1. col. 6. lib. 1. Decius, qui prudenter loquitur, cõfi. 277. col. 2. versiculo sed tamen his. Vbi dicit quod quando congruitas dotis consideratur inspecto officio paterno inspiciendum est tempus dotis quoad facultates, & numerum liberorum, qui tunc existunt, vt quantitas à patre danda exequetur præfenti statui, si tamen congruitas dotis consideretur in

De non meliorandis

filia quæ excluditur à successione propter masculos ex dispositione statuti, & tunc tempus successions & mortis inspiciendū, vt intelligatur an dos congrua, vel incongrua sit, tunc enim petit filia: & potest petere dotem dari, vel augeri inspecto tempore mortis, quia consequitur eam dotem loco legitimæ, & præter dotem nihil accipit. Et cum dos in exclusa habeatur loco legitimæ exequanda est facultatibus, quæ adlunt tempore mortis, tunc enim consequitur legitimam quoniam viuentis non est hæreditas. Et quod hoc casu (si facultates creuerunt) dos congrua sit dicenda inspecto tempore mortis, & non datæ dotis, scribit Nouell. de dote. 6. parte. priuilegio 17. num. 4. Cassane. in consuetudinibus Burgundiæ. rubrica. 7. §. 12. nu. 23. Parisi. consil. 26. num. 91. lib. 3. Curtius iunior, consil. 10. Decius col. 26. Afflict. in constit. Siciliæ. fo. 297. nu. 7. At cum dos capitur à patre non loco totius legitimæ, sed quia pater satisfacit legi dotando, & locando filiam, & tunc tempus datæ dotis inspiciendum. Non enim filia videtur consequi hæreditatem tunc patris, sicut quando excluditur à statuto, vt eruditè distinguit Decius, dicto consil. 277. col. 2. & 3.

4 **R**ursus quod tempus datæ dotis sit inspiciendum probatur, quoniam si ex statuto pater teneatur assignare legitimam filio delinquenti, vt ad iudicetur fisco, inspiciuntur legitima, quæ competit tempore, quo condemnatur. l. 2. C. de bonis proscripto. Alber. in tertia parte statutorū. quæst. 36. Bald. in l. 2. C. de adoptio. Roma. in l. filio. ff. solu. matrim. Crotus in l. frater à fratre num. 44. ff. de condict. indebi. Rursus probatur, quoniam si pater donauit omnia bona, vni ex filijs in fraudem aliorum, donatio rata manet, vsq; ad legitimam competentem filio donatario tempore, quo fuit facta donatio, ita scripsit Crotus in dicta. l. frater à fratre, num. 45. versiculo tertia conclusio. ff. de condict. indebi. Sic Lupus, in rubrica de donatio. inter virum, & vxor. §. 24. & circa illud, col. 1. scribit quod donatio propter nuptias exequanda est tempore in quo datur. Sic Molinæus in tractatu de donationib. factis in contractu matrimoni, num 58. scribit quod dos immodica data vni filix reuocatur ex natiuitate aliorum filiorum, pro eo duntaxat quod excedebat legitimam inspecto tempore donationis.

5 **S**ic Curtius senior, consil. 27. col. 13. ver

siculo venio ad quartum. Scribit quod tempus datæ dotis inspiciendum, & numerus librorum quos tunc pater habebat. Sic renuntians facultatibus patris non admittitur, etiam si post paternæ facultates crescant, nam si id quod accepit congrua portio est inspecto tempore renuntiationis, non est curandum quod postea paternæ facultates crescant. Nam etiam si diminuerentur paternæ facultates non auferretur, ab eo portio quam acceperat, & tempus renuntiationis inspiciendum, vt late dixi supra suo loco. Et notat Alexand. consil. 180. col. 2. lib. 5. Rodericus in repetitione l. quoniam in prioribus. in quarta limitatione legis Regiæ. col. 6. C. de inofficio. testamen. Sed de hac re quoniam est valde controuersa, vide quæ dixi in loco supra citato. Et vide Bald. in l. quamuis. C. de fideicommiss. & in l. quamquam. C. ad leg. falcid. & in l. 2. C. de reuocan. his quæ in fraud. credi. Laur. à Palacijs in tractatu, quod stantibus masculis femina non succedat, col. 20. Corne. consil. 1. col. 6. lib. 4. Curtius senior, consil. vltimo. Iaf. in Authent. nouissima, num. 10. C. de inofficio. testam. & consil. 104. col. 3. lib. 4. Ripa lib. 1. de legib. responso. 6. Molin. ad Alexand. consil. 180. lib. 5. Alcia. in l. bonorum. ff. de verbo. signifi. Aymon consil. 114. nu. 16.

6 **H**is congruit quod filia, quæ congruam dotem accepit inspecto tempore quo dotata fuit, non potest petere augmentum dotis etiam si postea paternæ facultates augeantur, vt dixi supra suo loco.

7 **I**llud tamen aduertendum, quod si tempore quo dos data fuit excelsit legitimam inspectis facultatibus, quas tunc pater habebat, quod si postea facultates patris crescant ita quod si inspiciatur tempus quo filij agunt (mortuo patre) ad reuocationem, dos non excedat legitimam, quæ eo tempore pertinet ad filiam, certè tunc dos reuocanda non est, imò inspiciendum est tempus mortis, ita definitur in l. 29. Taur. ibi: *Auiendo consideracion al valor de los bienes del que dio, o prometio la dicha dote al tiempo que la dicha dote fue constituyda, o mandada, o al tiempo de la muerte del que dio la dicha dote, o la prometio, do mas quisiere escoger aquel a quien fue la dicha dote prometida, o mandada.* Quod etiam probatur, quoniam si in vnum ex filijs contuli inofficiosam donationem, donatio rata manet si postea tot bona acquisiui, vt inspecto eo tempore, quo

quo de reuocatione agitur non sit inofficiosa. Ita notat glos. magna in l. 1. C. de inofficio. donatio. & ibi Bald. versic. octauo quæ ro. & Cuius quæstione quarta, & est opinio communis, secundum Alex. consil. 14. nu. 6. lib. 1.

8 ¶ Ex his videtur posse definiri hanc quæstionem. Dotauit filiam, & post constitutâ dotem exerior fortunæ iniquitatem asperaq; egestate præmor. ago ad reuocationē dotis, quoniam licet tempore quò dedi dos fuerit congrua, casus præsentis iniquitas, & diminutio rei facit videri immodicam & immoderatam, atq; idè ressecandam. Quid iuris? Equidem hanc quæstionem dubium reddit, quod scribit Paul. in l. in ratione. ff. ad leg. Falcid. Socin. consil. 100. col. 4. ante finem, versiculo confirmatur, lib. 3. qui scribunt qd si pater sit pauper post dotem datam potest eam repetere.

9 ¶ Sed contraria sententia mihi magis probatur. Eam videtur probare Decius, consil. 277. col. 1. & col. fin. versiculo non obstat qd dos data. Boerius decisione. 62. nu. 11. vbi dicit qd nunquam vidit practicari opinionem Paul. licet viderit plures filias habentes maritos locupletes, & parentes mēdicantes, cum ipsarū dedecore. Rursus hæc opinio probatur ratione, quoniam cum auctis paternis facultatibus filia non possit petere augmentum dotis æquum est, vt diminutis nō patiatur diminutionem dotis. argumento. l. de fideicommissio. C. de transfactio. & eorum quæ notat Alexan. consil. 29. nu. 6. lib. 3. Quod autē filia non possit petere augmentum dotis, notat Decius, consil. 277. nu. 2. col. 3. versic. & ista conclusio, ibi & pariter, & docui supra cap. 5. nu. 29. versic. his tamen non obstantibus. Non obstat aduersus principalem conclusionem, qd cum in legitima inspiciatur tempus mortis idem videtur dicendum in dote. Legitima enim peculiarem habet rationem, scilicet, qd viuentis non est hæreditas, neq; legitima filio debetur ante mortem patris. l. 1. ff. de hæredi. vel actio. vendi. l. 1. §. si impuberi. ff. de collatio. bonorum. Dos tamē matrimonij ratione datur. l. si. C. de donatio. ante nupt. idè iure optimo tempus matrimonij inspicere debet.

10 ¶ Meminisse tamen oportet qd si aliquis ægestate oppressus promittit se dotē filix daturum cum benigniorem expertus fuerit fortunam, si postea (vt variantis naturæ vicissitudo fert.) magnas opes & amplissi-

mas facultates pararit, si gener dotem petat illud foeliciois fortunæ tempus inspiciendum, non autem tempus quo dos fuit promissa. Quoniam si pater dum est inops dotaret, dotatio nulla esset, vt per Barbat. consil. 80. lib. 3. Lupum in repetitione cap. per veltras. §. in consiliuenda, in principio de donation. inter virum & vxor. idè non est inspiciendum tempus promissionis, sed tempus quo pater facultates habet. Debet enim dotem filix etiam si sit maritata, & etiam si eam non promississet. Dos autem danda inspecto tempore quo constituitur, vt supra latè probaui. Hoc tamen casu nō inspicietur tempus, quo promittitur quoniam promissio nulla fuit. Hoc in specie videtur probari in l. 2. titulo De las arras, lib. 3. Fori, & ex his quæ notat Rodericus in repetitione. l. 1. eo titulo, scilicet quòd licet ad intelligendum, an arra excedat decimā partem bonorum, sit inspiciendum tempus quo maritus eam promittit, hoc verum quando maritus eo tempore habebat bona, si tamen eis careret tempus præstationis non promissionis est inspiciendum, & quantæ tunc sint facultates æstimandum. Quod etiam scribit Lupus in rubrica de donatio, inter virum, & vxorem. §. 24. & circa illud, nu. 1. versic. si autem vir.

11 ¶ Sed quid si aliquis credens se magnas habere facultates dotat filiam amplè iuxta summam in hac lege præfinitâ, postea mouetur aduersus illum lis, & iudicis sententia condemnatur ad restitutionem partis facultatum, an reuocabitur dos filix data inspecto tempore quo data fuit cum omnes credebant patrem tot facultates habere, an vero inspicietur tempus sententiæ quòd si expendas dos nimia, & immodica est. Mihi dotis præstationem reuocari posse non videtur satis iuri conforme. Primo enim gener, qui facta diligenti inquisitione comperit socerum, tot facultates possidere, cogitur in dotatam habere quā absq; tanta dote fortassis ducturus non fuisset, quod admittendum non est, vt in l. fin. §. si a socero. ff. quæ in fraud. credi.

12 ¶ Rursus moueor quoniam appellatione bonorum veniunt ea, quæ socer bona fide possidet. l. bonorum. ff. de verbor. significat. Rursus moueor ex his, quæ proxime ad hanc speciem scripsit Rodericus in l. 1. titulo De las arras. §. 2. versiculo vnde si quis. quod etiam si ex decreto eius legis maritus nō possit dare vxori arre nomine (ita enim

De non meliorandis

Hispani appellamus donationem propter nuptias) ultra decimam bonorum partem, tamen si tempore quo dedit arras, magnas facultates possidebat, certè etiam si post minuantur, & ab eo auferantur arrarum constitutio non minuitur, sed est soluenda inspectis bonis, quæ bona fide possidebat tempore quo arras constituit, quã opinionem probat Antonius Gomezius in. l. 1. Tauri. nu. 13. & dixi supra cap. 28. nu. 4. ¶ Hæc faciunt ad confirmationem opinionis supra relatæ d. cap. 28. q. dotis constitutio legitime, & congruè facta non debet minui etiam si postea minuatur facultates patris.

S V M M A.

- 1 **D**OS data præter modum permissum aduersus legis decretum, an reuocari possit matrimonio constante, inter dotatã filiam, & generum, & num. 3. 4. 5. 7. 11.
Dos quo ad maritum, cõsetur titulus onerosus. Limita, & declara: vt enim procedat si dos sit excessiua.
- 2 Dos immodica constante matrimonio, an à fratribus possit reuocari, etiam si excedat tertiam, & quintam bonorum partem.
- 3 Amplia vt procedat etiam si spuria detur. vt in num. 5. ad fi.
Et amplia etiam in vsurario dante dotem ex acquisitis ex vsuris.
- 4 Furtum, ratione necessitatis an possit fieri.
- 6 Dos extranea data reuocatur natu liberis, etiã si matrimonium duret.
- 8 Donatio ob causam dicitur titulus onerosus pro portione æquiualentis causæ. in quantum tamen excedit: dicitur titulus lucratiuus, meraq; & gratuita donatio.
- 9 Intellectus l. fi. 9. si à socero. ff. quæ in fraud. cre dit. & num. 10.
- 11 Socer generum si decipiat asserens facultates suas opulentiores esse quã sunt: an exceptione, vel actione vri possit aduersus generum dotem promissam perentem,
Et quid in fratribus sponsæ nubentis, dicentibus vxoris sponso dos quæ datur esse sororis propriam, non patris.
Mulier dolo contrahens simulans se virum: an iuuetur Velleiano.
- 12 Fructus nimia dotis, etiã si sint restituendi, an

admittatur quando gener ex iusta & probabili causa credidit errans in facto dotem sibi datã nõ excedere summã à lege p̄scriptã.

- 13 Pater si solus decipit generum, an præiudicet filiis, vt non possint reuocare immodicã dotem;
- 14 Gener si sciebat facultates tantas non esse quantas socer asserauerit ei, an soceri machinamentum ei proderit, ad hoc vt non reuocetur melioratio dotis ratione.
- 15 Frater, an possit cedere ius quod habet ad reuocandum constante matrimonio immodicam dotem sororis:

Matier matrimonio constante, an possit cedere spem actionis de dote, quæ illi competitura est: ad repetendam dotem.

- 16 Pater obligans se de euictione, an magis teneatur, quam si simpliciter promississet, atque idè minus dos data reuocetur.

Dotis constitutio si non tenuit, quia facta fuit de bonis prohibitis, vel alio quocunq; modo: an pater, ad congruam dotem iterum assignandam, cum interesse, teneatur.

- 17 Creditores dotem datam qualiter reuocent.
Dotem immodicam non solum possunt reuocare filij, verum etiam heredes eorum.

- 18 Maritus magnas arras promittens vxori, eo quod sibi promissa fuit ampla dos, An si dos reuocetur tanquam immodica: possit vxor integras arras petere.

Dos quæ differtur soluere, an donationem propter nuptias (siue manis arras) mereatur, & pro qua parte arræ debeatur.

- 19 Et quid si maritus cõtentus sit solui sibi dotem intra certum tẽpus post nuptias: & interim moriatur, an eo casu arræ promissa sint soluendæ.

- 20 Maritus, propter non solutam dotem mulierẽ è domo expellere potest contrarium. nu. 21:

- 21 Limita nisi dos immodica sit.

Et intellectus l. fi. C. ad Velleia. ex Molineo:

In melioratio dotis ratione facta, reuocari possit constãte matrimonio, & an si reuocetur maritus possit denegare solutionẽ arrarũ. Cap. xxxij.

EST

I EST Quæstio quotidiana an dos præter modum permissum data aduersus legis decretum reuocari possit matrimonio constante inter dotatam filiam & generum. Mouet quæstionem celebris. l. fin. §. si à socero. ff. quæ in fraud. credito. vbi dos filix data in fraudem creditorum non potest constante matrimonio reuocari, à creditoribus, qui potius ius habet; quàm filij, vt in. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inofficio. testam. Maritus autē cēsetur possidere dotem, quia sustinet onera matrimonij, & idē quo ad eum dos cēsetur titulus onerosus. l. pro oneribus. C. de iure doti. Bart. & Alexand. post glos. in. l. Meuia. ff. solu. matrim. l. ex promissione. C. de actio. & obligat. Bal. Roman. & Alexan. in. l. si donaturus. ff. de condi. ob causam. Idē videtur maritū non exagitantum dum matrimonium durat cum sustineat onera matrimonij.

2 Et nominatim quōd dos immodica non possit à fratribus reuocari constante matrimonio; docet Lupus, in. l. 17. Tauri. num. 44. Et ita fuisse iudicatum in sacro consilio Neapolitano testatur Afflict. decisio. 86. ad finem. Et hanc opinionem sequitur Segura. l. coheredi. §. cum filix. folio eius repetitionis. 12. & suorum operum. 24. versic. visō. & consideratō themate. ff. de vulg. & pupilla. Ioānes Bernard. reg. 2 15. incip. dos filix concessa. Et quōd ita vidit aliquando seruari in praxi scribit Lupus in repetitione. c. per vestras. §. 2 2. incip. in constituenda, num. 6. versiculo mortuo patre. & num. 10. licet postea videatur sentire contrarium. de donatio. inter virum, & vxor. Sic Segura. d. §. cum filix in loco supra citato, scribit quōd etiam si dos data filix excedat legitimam, & tertiā, & quintam bonorum partem, non potest renocari à fratribus durante sororis matrimonio.

3 His accedit quod memoriæ prodit Bart. in. l. fin. §. si à socero. ff. quæ in fraud. credito. quōd etiam si spurix detur dos excedens modum à lege permissum, non potest reuocari durante matrimonio inter eam, & maritum, & sequitur Angel. in. §. item si quis. in fraudem. Institu. de actio. Bald. in Auchen. ex complexu. C. de incest. nup. Segura in. l. coheredi. §. cum filix. ff. de vulg. Et illa opinio Bart. est communis secundum Lupū, in repetitione. d. c. per vestras. d. §. 24. incip. in constituenda num. 3. de donatio. inter virum, & vxor. Capiti. de-

cisione. 181. num. 2. Bart. in. l. Meuius. §. duobus. col. 10. versiculo tertio quæro. ff. de leg. 2. Ang. in. §. si res aliena. Instit. de lega. Alexand. ad Bart. in. d. l. fin. §. si à socero. & ibi Angel. Salice. & Bal. in. l. 2. C. de reuocan. his quæ in fraud. credito. Ias. in §. item si quis in fraudem. nu. 30. Institu. de actio. Campe. de dote. 1. part. q. 48. pro hac opinione pugnat equitas, durum enim videtur maritum qui tanta dote innixus eam duxit vxorem (alias non ducturus) spoliatur dote vnico vitæ, & matrimonij subsidio. Facit etiam quōd si vsurarius dat filix in dotem acquisita ex vsuris, creditores non reuocant constante matrimonio, autore Ioan. Andr. ad Specul. tit. de executione sententiæ. §. sequitur versiculo hinc legatus. Iaso. in. l. si cum seruum. ff. si cert. petat.

Contraria tamen sentētia æquior est & iuri magis conformis. Dicitur enim generalis legis dispositio dotem immodicam à filiis posse reuocari neque lex distinguit inter matrimonium constans, & solutum. l. vna. C. de inoffi. dotib. ergo cum lex non distinguat non oportet nos distinguere. l. de prætio. cū similib. ff. de publicia.

4 Rursus probat hanc opinionem æquissima ratio, non enim fratres debent sua portione spoliari ne inquietetur matrimoniū sororis, neque enim meo defraudari debeo, ne tibi molestiæ sim, & cum propter necessitatem liceat furari: vt notatur communiter per DD. in. c. discipulos. dist. 5. cap. si quis propter necessitatem. de furtis, multo magis licebit propria repetere. His suffragatur quōd possidere dotem excedentem sumam hic præfinitam est onus animæ & grauamen conscientix, cur ergo ab hoc onere non liberabit cito sororem frater: non enim dimittitur peccatum nisi restituatur quod alienū est, ex iuribus vulg.

5 Præterea hanc opinionem nominatim probat Paul. in. l. vna col. fin. propè finem. C. de inofficio. dotib. Lupus in repetitione c. per vestras. d. §. 2 2. incip. in constituenda. num. 10. de donatio. inter virum, & vxor. quia iniquum est fratres defraudari portione legitima propter dotem sororis. Idē Lupus. d. c. per vestras. §. 24. num. 3. versiculo ego credo quōd etiam constante matrimonio. Molin. in tractatu de donationibus factis, in cōtractu matrimonij. nu. 59. Vbi rem explicando: contrariam opinionem appellat erroris portentum, & in tra-

De non meliorandis

statu de inofficio. testamen. nu. 79. Sic dos immodica data filie spurie reuocatur matrimonio constante autore Nicolao Valdis. in tractatu de successiõibus ab intestato. §. ad vnum. alias successiõnum. nu. 50. Quod est verius autore Ripa. l. 1. num. 68. ff. solu. matrim. Lupus in rep. c. per vestras d. §. 24. nu. 3. de donatio. inter virum, & vxor. Gabriel Sarai. in additio. ad Matthæilan. singul. 46. col. 2. Cum enim constitutio dotis pro excessu non valuerit secundum Bart. in l. si. ff. de his quibus, vt indign. Bal. l. eam quam, col. 1. versiculo pone, dicit decerem. C. de fideicommissi. Secin. consi. 2. col. 2. lib. 4. nullo modo potest cõualefcere. c. non firmantur. de regul. iur. in. 6.

6 **H**is congruit quod dos data extraneæ reuocatur natis liberis etiam si matrimoniũ daret, ita scripsit Parpallia. in repetitione l. 2. in princ. col. 1. ff. solu. matrim. Tiraquel. in. d. l. si vnquam, verbo *Donatione largitus*. num. 196. C. de reuocan. donatio. quod explicat Molin. d. tractat. de donatiõib. fact. in contractu matrimo. num. 59. & 65. & 68. Debit enim maritus cogitare dotantem posse habere liberos, & dotis constitutionem reuocari, ex. l. si vnquam. quam ratione reddunt DD. in locis supra citatis.

7 **H**æc opinio omni vacat ambiguitate si gener sciebat dotem sibi datam, vel promissam excedere summam hic præfinitã, vt statim dicam. Quinimõ etiam si hoc nõ adsit ego hanc opinionem semper amplectar, vt dos immodica reuocari possit constante matrimonio.

8 **R**ursus probatur, quoniam hic non tractamus de reuocanda dote cõstante matrimonio, sed de reuocanda immodica dote, quam maritus, pro portione excedenti nõ censetur habere ex causa onerosa, sed ex causa lucratiua. Ita nominatim docet Molin. de donatiõibus factis, in cõtractu matrimo. ij. nu. 51. Et in tractatu de inofficio. testamen. col. si. Quoniam donatio ob causam solũ dicitur titulus onerosus pro portione æquivalenti causæ: in quantum tamẽ excedit dicitur titulus lucratiuus, & mera & gratuita donatio. l. si sponsus. §. circa. ff. de donatio. inter virũ, & vxor. notat Angel. in. l. sed et si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hæredita. & in. l. Aquilius. & ibi Roman. & Imola. ff. de donatio. Paul. & Alexand. in. l. si donatio. C. de collatio. Tira-

quel. l. si vnquam, verbo *Donatione largitus*, nu. 69. C. de reuocan. donatio. Angel. d. l. si vnquam, vbi Ripa. q. 13. & 14. Barba. c. fir. col. fin. de donatio. Neminem ergo mouere debet quod aliqui Doctores adferunt, maritum habere dotem titulo oneroso, atque idcõ practicandum. §. si à socero. l. fin. ff. quæ in frau. credi. scilicet, vt constante matrimonio non reuocetur, hic enim non tractamus de dote, sed de immodica dote, quæ est titulus lucratiuus pro portione quæ est immodica.

9 **R**ursus probatur, quoniam certi iuris est dotem quatenus immodica est reuocandã esse cum fructibus, vt dicam infra suo loco ratio autem qua contraria sententia defendi potest est ne maritus careat fructibus dotis ex quibus sustinet onera matrimo. ij, si autem cum dos est immodica tenetur eam restituere cum fructibus nullũ ei beneficium facimus relinquendo ei fructus, & dotem pro tempore matrimo. ij cuni eam cum fructibus restituere debeat. At in. l. fin. §. si à socero. Alia ratio est, nõ enim præstatio dotis ibi fuit nulla ipso iure, & si esset gener idemque maritus facit fructus suos, vt probatur in. d. l. fin. §. non solum, ibi: *Medio autem tempore. percepti fructus in restitutionem non veniunt.*

Postremo hæc opinio Iure Regio probatur in. l. 29. Taur. ibi. *Si la dote fueren inofficiosa, mandamos, que sean obligadas las hijas, y sus maridos (puesto que sea durante el matrimonio) a tornar a los herederos del testador aquello en que fueren inofficiosas.*

10 **N**on obstant ex aduerso prolata nam. §. si à socero. loquitur de dote, non de nimia dote. Item ibi quando possidet dotem titulo oneroso, tamen dos pro portione, quæ est immodica est titulus lucratiuus. Rursus ibi nunquam tenetur restituere rem cũ fructibus, at hic tenetur. Non obstat quod notat Bart. in. d. §. si à socero. de filia spuria immodicam dotem accipiente, quoniã loquitur de spuria filia sacerdotis cuius immodica dos applicare debet cognatis patris. Eis autem bona sacerdotis non ita debentur sicut bona parentum filiis legitimis. Rursus respondeo, opinionem aduersus Bart. esse veriorẽ de rigore iuris, vt apparet ex supra citatis. Nisi maritus ignorasset eam spuriam, vt per Ripam. dicit. l. 1. num. 68. ff. solut. matrimo. Lupus, in. c. per vestras. §. 2. in constituenda. d. num. 10. de donatio. inter virum, & vxor. Nicolaus

Valdi.

V valdi de successio. ab intestato. §. successio. num. 50.

11 **U**llinc inferitur, quòd si focer decepsisset generum affirmans facultates suas oppulentiore esse quam sunt, tunc focer ipse, neque actione, neque exceptione vti potest aduersus generum dotem petentem quamuis id alioqui sibi permittatur, vt infra dicam suo loco. Moueor quoniam minor qui se maiorem asseruit, non restituitur. l. 2. C. si minor se maiorem dixerit. Ergo asserens malitiosè se diuitem cū inops sit, & decipiens generum non vtetur beneficio huius legis. Sic Molin. in tractatu de donatio factis, in contractu matrimonij, num. 65. versiculo si verò docuit, scribit, q̄ etiam si dos data fœminæ extraneæ reuocetur natiuitate liberorum matrimonio constante, hoc non admittendum quando dotans decepit eum qui vxorem ducebat. Quare si fratres sponsæ nubentis dicant vxoris sponso dotē quæ datur esse fororis propriā nō patris, & idè etiā si amplissima sit licitè potest dari, certè tenebuntur de dolo, neque dotem impugnare poterunt, argumento. l. si quis affirmauerit. ff. de dolo. Sic Segura in. l. cohæredi. §. cum filij. §. crederem tamen, versiculo secundo casu, in antiqua impressione. ff. de vulg. & pupil. tractans an dos immodica possit reuocari matrimonio constante, dicit quòd si gener sciuit aliorum filiorum legitimā lædi etiā constante matrimonio reuocari potest, si tamen ignorauit, dicit non reuocandam quousque matrimoniū soluatur. Hæc Seguræ opinio adiuvat nostram sententiam, dum tamen docet ignorātiā generi sufficere, vt immodica dos constante matrimonio non reuocetur, ab eo: planè dissentio, siue enim sciuerit, siue ignorauerit dos auocari potest constante matrimonio, nisi à focero, vel à fratribus fororis, dolo indutus sit ad contrahendum matrimonium sub prætextu quòd legitima cæterorum non læditur, vel quòd facultates amplissimè sunt. Sic mulier dolo contrahens simulans se virum non iuuatur Velleiano. l. si decipiendi. C. ad Velleia. His conuenit ratio reddita per Parpal. in. l. 2. in princip. col. 1. ff. solu. matrimon. Tiraquel. in. l. si vnquam, in verb. *Susceperit liberos.* nu. 196. & per Molin. in loco supra citato, scilicet, quòd idè natis liberis reuocatur dos matrimonio constante, quoniam extranea, & eius sponfus cui promissa est, cogitare de-

buerūt dotem reuocari posse natis liberis. Cum autē focer & eius filij affirmant dotem ab alijs dari, vel facultates esse amplissimas, vel nullius legitimam lædi, certè iniquum videtur ab eo auferre dotē: nō enim cogitare debuit dotem auocari posse.

12 **H**is conuenit quòd etiam si fructus nimix dotis restituendi sint, vt infra dicam, hoc nō admittitur quādo gener ex iusta & probabili causa credidit errās in facto dotē sibi datā non excedere sumam hic præscriptam. Ita probatur. ex Ang. in. l. quæcunque. ff. de publicia. ex Curtio senior, consi. 79. col. 9. Felin. c. de quarta. de præscriptio. qui scribunt eum qui non lucratur fructus quia rem possidet resistente lege, lucrari eos si iusta causa suadente errat in facto credens se nil possidere aduersus legem. Sic filius asserens se sui iuris non iuuatur Macedoniano. l. 1. C. ad Macedonia. l. cum qui. ff. cod. titu. Sic mulier asserens rem quæ venditur non esse dotalem: non potest impugnare alienationem. Secundum Imol. in. l. cum vir circa. 16. col. ff. de vsucapio.

13 **I**llud tamen longo indice notandū, quòd si pater solus decepit generum, ipse solus non poterit impugnare immodicam dotē recusando solutionem, vel repetendo dotem datā, debet enim sibi nocere sua fraus. Non tamen eius fraus nocebit filijs, vt nō possint reuocare immodicam dotem, non enim delictum patris nocet filijs. l. fancimus. C. de pœnis. Neque quisquā alterius dolo prægruari debet: vt in. c. nemo debet. de regulis iuris, in. 6. neque quis absque facto, vel culpa sua debet suo iure priuari. l. id quod nostrum. ff. de regul. iuris. Sic Tiraquel. post leges connubiales, glos. 8. num. 141. scribit, q̄ si nupta fingit se non nuptam, & cōtrahit absque viri facultate, cōtractus nocebit sibi, nō tamen marito, aliàs esset in potestate patris priuare filios legitima faciendo tales asseueratione.

14 **S**i tamen filij deceperunt fororis sponsum magnificis asseuerationibus, & maliciosis machinamentis tunc reijcientur non solum ratione doli, sed etiam ex vi consensus, videntur enim consentire fororem meliorari quo casu meliorari potest, vt dixi supra suo loco. Illud tamē animaduersum oportet, quòd si ipse gener sciuebat facultates tantas non esse quantas focer asseuerat, tunc nullum foceris machinamentum ei prodest, vt petere immodicam dotē possit,

De non meliorandis

possit, non enim illum focer decepit, quia scienti non sit fraus idè clamare non potest se eximendum à generali legis dispositione, quia deceptus fuit. Ita Bald. in. l. de tutela. C. de in integr. restit. Dinus in cõsil. incipi. iure municipali cauetur. Angel. consil. 140. incip. domina Catherina col. fin. Alexand. consil. 122. col. 2. lib. 6. Si tamen fratres sororis tentarunt eum decipere, & ipse veritatem sciebat, certè, neque ipsis nocebit destinata fraus, nisi ex negotij circumstantijs probari possit consensus deliberatus quo firmiter voluerunt, & passi sunt sororem meliorari.

15 ¶ His ita definitis videamus an frater possit cedere ius quod habet ad reuocandum cõstante matrimonio immodicam dotem sororis, & certè potest. Ita in simili definit Petrus Albertinus Aucionensis, quem refert & sequitur Bertrãdus, in repetitione. l. hac xdictali. §. si verò plus. nu. 19. C. de secund. nuptijs: qui loquitur in proposito eius legis limitantis summam dandam à coniugibus secundo nubentibus. Sic licet mulier constante matrimonio, non possit cedere dotem. l. cõstante. C. de donatio. tamen potest eo cõstante cedere spe in actionis de dote que illi competitura est ad repetendam dotem, glos. in. d. l. constante, & ibi Bal. & Salice. Iaf. l. si constante. col. fin. versic. adde pro ista. ff. solu. matrim.

16 ¶ Notandum autem, quòd etiam si pater se obligauerit de euictione nõ idèò magis tenetur quam si simpliciter promississet, neque idèò minus dos data reuocabitur. Ita probatur ex Cosne. consil. 11. lib. 3. ex Molino, in tractatu de donatio factis, in contractu matrimonij. num. 41. de quo vide quæ dicam infra suo loco. Notandum autè quòd si fortè constitutio dotis non tenuit: quia fortè facta fuit de bonis prohibitis, pater ad congruam dotem iterum assignandam cum interesse tenetur, vt per Curtiũ seniore, consil. 27. col. fin. Roman. consil. 17. incip. in casu propositæ consultationis. Scus si reuocatur, quia fuit immodica, tunc enim cum lex eam auferat non possunt gener, neque filia petere eius refectionem aliàs quod vna via prohibetur, alia consequerentur.

17 ¶ Qualiter autem creditores reuocent dotem datam, distingue, an gener participauerit de fraude, an non: & si non participauit, non potest ab eo constante matrimonio auferri, sed soluto auferetur. l. fin. §. si

à focero. ff. quæ in fraud. credi. & ibi Bart. & DD. & in. §. item si quis in fraudem. Insti. de actio. Campegius de dote. 1. part. q. 14. incipiente an pater possit dotare. & vide. l. 2. C. de his quæ in fraudem credito. & ibi. DD. Rursus addendum, quòd dotè immodicam non solum possunt reuocare filij verum etiam heredes eorum, nã quod est cessibile, vt supra dixi erit transmissibile, & ita nominatim, scribit Caslane. in consuetudinibus Burgundiæ, rubric. 7. §. 12. num. 21. de quo vide quæ dicam infra suo loco.

18 ¶ Præterea illud est memoria dignum, quod si maritus magnas arras promissit vxori, eo quòd sibi promissa fuit ampla dos, quod si dos reuocetur tanquam immodica: & sic vir sua spe frustratur, quod non potest vxor arras petere, quoniam fortè tam amplas arras non promississet, nisi spe quòd sibi soluenda esset promissa dos. Ita probatur in l. pollicitatione. C. de donati. ante nuptias. vbi probatur quòd mulier quæ virum in dote fefellit, non potest petere ab eo donationem propter nuptias dotis contemplatione factam. Fraus autem dupliciter (secundum glossam ibi) potest fieri, vel quia sibi non soluitur dos cuius contemplatione tantas arras promissit, vel quia res, quæ sibi affirmabatur valere viginti, non valet decem. Et loquendo nominatim in arras. Ita docet Rodericus in repetitione. l. 1. titulo De las arras. §. nota vltèrius, versiculo vnum casum quotidianum. Confirmatur hæc opinio, quoniam dos quæ differtur solui, non meretur donationem propter nuptias, vt in Authen. dos data. C. de donatio. ante nupt. glos. in Authen. de xqualitate doti. §. hoc igitur, in verbo *Virum*, vbi dicitur quòd si vxor non soluit dotem promissam nihil lucratur ex pacto. Et ita scribit fuisse iudicatum Afflict. decisio. 242. per totam, & decisione. 333. vbi satis idem significat. Solum debetur arra, vel donatio propter nuptias, pro parte qua dos est soluta, vt in Authen. de non eligendò secundo nubent. §. illud quoque: & ibi Ang. & in. l. ex morte. C. de pact. conuen. scribit Afflict. dict. decisio. 242. num. 2. versic. si verò partem.

19 ¶ Si tamen maritus contentus esset dotem sibi solui intra annum post nuptias, & moreretur contracto matrimonio, certè arræ promissæ soluende sunt vxori etiam si dos ei soluta non fuerit, non enim culpa, vel

vel cessatio imputari potest mulieri, cum ante diem non teneretur solvere. Ita post Neapodanum, definit prudenter Afflict. decisione. 333.

20 **P**ostremo illud addendum, quod etiam propter non solutam dotem maritus potest. e demo expellere vxorem, vt in l. fin. C. ad Velleia. notat Platea, in. §. fuerat, Institu. de actio. & ibi Ias. col. 33. glos. in Auth. de non eligen. secund. nubem. §. fin. verbo one ra. Bald. c. quemadmodum. de iure iurand. col. pen. & in l. quod in vxorem. C. de nego. gest. Abb. consi. 85. col. 2. in princip. lib. 2. Barba. c. iurauit. de probatio. Lupus in c. per vestras, in tertio notabili. incipiente tertio sequitur, de donatio. inter virum, & vxor. decisio Delphinalis noua. § 14. nu. 28. Nouel. de dote, 6. part. priuileg. 43. col. 2. Alexand. consi. § 6. num. 10. lib. 4. Quinimo neque teneretur alere vxorem, nisi sibi soluatur dos promissa, vt in d. Auth. de non eligen. secundo nubem. §. fin. cū glos. Bald. in l. de diuisione. ff. solu. matrim. Vbi plus dicit, quod non teneretur vxorem affectione maritali tractare, & vtrumque scribit Alex. d. consi. § 6. num. 11. lib. 4. Lupus d. 3. notabili.

21 **T**amen hæc omnia limitanda, nisi dos non soluatur quia est immodica. Non enim est iustus dolor, neq; iusta causa quæ à lege reprobat. Quinimò iuxta Christianæ religionis puritatem & grauitatem, nescio an verum sit maritum posse vxorē expellere propter pecuniolam non solutam, & videtur aduersari eis quæ legimus Matthæi. 19. & Marci. 10. & D. Paul. ad Ephesios. §. Neque valent leges aduersus verbū Dei, neque tam leuis est matrimonij nexus, vt ob cessationem solutionis possit iustè interrumpi tanti amoris affectus, & ita non defuerunt è nostris qui contra sentirent scilicet Cardinalis in c. per vestras in 4. oppositione, & Nouel. de dote. 6. par. priuileg. 43. requirit causæ cognitionem, & autoritatem iudicis, & simpliciter probat contrariam sententiam Molin. ad Alexan. consil. § 6. litera. B. lib. 4. dicens quod in l. fin. C. ad Velle. an. refertur res, quæ de facto potuit accidere, scilicet expelli vxorē propter non solutam dotem, non tamē ius præfinitur.

S V M M A.

1 **M**elioratio dotis ratione facta, an reuocetur cum fructibus. *¶* nu. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. *¶* 10.

3 **P**ossidens rem quam tenetur restituere facit fructus suos.

Donatio inter virum, & vxorem etiam si sit prohibita: tamē si fiat, donatarius fructus lucratur.

Amplia vt procedat in ceteris contractibus prohibitis.

4 **T**itulum habens bonæ fidei possessor dicitur, & fructus facit suos.

5 **D**onatio si reuocetur ex dispositione legis, fructus non reuocantur, nisi à tempore moræ.

6 **V**erba, De ningun valor y efecto, significant actum in contrarium esse ipso iure nullum. Verbum No pueda, reddit actum ipso iure nullum.

7 **P**ossidens rem ex contractu ipso iure nullum, an rem cum fructibus restituere teneatur.

9 **P**ossidens rem alienam iuris ignorantia, nunquā facit fructus suos.

Possidens ex contractu, cui lex resistit censetur esse in mala fide.

10 **E**mphteota teneatur restituere fructus, à die quo emphyteosis fuit finita.

11 **G**ener credens summam sibi in dotem datam non excedere præfinitionem huius legis (*¶* sic bona fide possideat.) Antunc fructus restituere teneatur.

12 **F**ructus: quando dos immodica est in pecunia data, an à die quo dos fuit data, vel à tempore moræ fructus debeantur.

Fructus legitime à quo tempore debeantur filiis.

14 **C**onstitutio dotis ex qua oritur melioratio, si reuocetur, an insolidum, vel pro parte excedente rescanda sit.

Et quid in constitutione arrarum.

Et quid in patre legante, supra tertiam, & quin tam bonorum partem.

Et quid in casu. l. hac adictali. C. de secund. nup.

¶ An meliorata dotis ratione teneatur restituere rem cum fructibus, & quatenus reuocetur dos immodica, an in totum, an verò pro parte qua excedit. Cap. XXXIII.

SO LET

De non meliorandis

- 1 **S**OLET frequentèr disputari, an melioratio dotis ratione facta reuocetur cum fructibus. Et licet vtrinque multa produci possint, ea tantum quæ proprius ad rem facere videntur breuiter proferam.
- 2 **V**idetur fructus meliorationis non reuocandos. Primò autoritate Didaci Seguræ in l. 1. §. si vir uxori. col. 2. 6. versiculo tertia erit conclusio, & versiculo quarta erit conclusio. ff. de acquir. posses. Vbi scribit quòd si pater donat filio ultra modum permissum, donatio reuocatur pro parte: excedente tamen fructus eius patris non reuocantur sed filius donatarius eos lucratur. Eiusdem opinionis est Gomez Arius in l. 27. Taur. nu. 7. versiculo non tamen. glos. in l. 8. tit. 4. par. 5. verbo *En vida*, col. 3. Adducit glossam in l. generalitèr. §. planè in verbo *Ex aliqua causa*, in fine. ff. de fideicom. lib. 1. quæ dixit, quòd quando res donata reuocatur, non reuocantur fructus. Sic licet donatio reuocetur ex causa ingratitudinis non reuocantur fructus, secundum Ias. post Alexand. ibi in additione ad Bart. in l. si quis. ff. de condi. ob causam. Ergo licet melioratio facta dotis ratione reuocetur, non reuocabuntur fructus.
- 3 **H**is proprius accedit in materia immodicæ dotis, quòd etiam si dos immodica reuocetur fructus non reuocantur, vt scèrè pronuntiat Molin. in tractatu de inoffic. so. testamento. num. 79. col. finali, versiculo *si quis*, & in tractatu de donationibus factis in cõtractu matrimoniij, nu. 65. versiculo nec potest conquiri, & num. 69. His congruit, quòd possidens rem quam tenetur restituere, facit fructus suos, glos. in l. em. tor. ff. de rei vendic. quã ibi probant Bart. Bald. & Angel. idem probant Paul. Imol. Raphael. Bald. Alexand. & Ias. in l. domum. C. de rei vendicatio. Ang. & Alexand. in l. in insulam. §. fructus. ff. solu. matrimo. Bal. in c. grauis, col. 2. de restitu. spoliato. Alexand. consi. 123. lib. 1. Confirmatur hæc opinio, quoniam etiam si, inter virum, & uxorem prohibita sit donatio, tamen si donatio fiat: donatarius fructus lucratur. Ita docuit Bal. in sua Margarita, in verbo *Donatio*. Et generalitèr idem seruandum in cæteris cõtractibus prohibitis, scribit Bald. in dicto loco ex gl. quam videas in l. de fructibus. ff. de donatio. inter virum, & uxorem. glos. in l. nec vllam, in verbo *uxor* ff. de petitio. hæredita.
- 4 **C**ursus facit, glossam supra citata in l. generalitèr. §. planè. ff. de fideicom. lib. 1. asserens quòd etiam si donatio inter viuos reuocetur ex aliqua causa fructus non reuocantur. Cuius glossæ opinionem collaudat Bal. in sua Margarita in verbo *Fructus*. Ias. in l. si hæres in principio. ff. de condi. ob causam Catellianus Cotta, in memorabili. Incipiente *Legatum factum à testatore*. His consonat, quòd dos nimia reuocatur tempore collationis. l. dotis. C. de collatio. l. 29. Tauri, de iure autem dos non conferitur cum fructibus. l. filius emancipatus. §. filia. ff. de collatio. dotis. l. si quis filium. §. stipulatio. ff. de collatio. bonorum, scribit Decius, in l. posthumo nato. C. de bonorũ possessio. contra tabul. col. 1. Socin. consil. 57. num. 4. lib. 4. His suffragatur, quòd habens titulum dicitur bonæ fidei possessor, & ex consequenti facit fructus suos, vt per Alexand. in l. 1. C. de his, quibus, vt indignis. Deinde hanc opinionem probare videtur, in ædibus. §. fructus. ff. de donatio. cuius verba sunt: *Ex rebus donatis fructus percepti in ratione donationis non computantur*. Quem textum commendat Bald. in l. fin. col. 2. C. de vsucapio. pro donato. Dos autem data ultra summam hic præfinitam donatio est, etiam quoad virum, vt dixi capite præcedenti: & etiam quoad uxorem, glos. l. Mcuia. ff. solu. matrimo. & generalitèr melioratio est donatio. vt patet ad sensum, & docet Lupus in rep. c. per vestras. §. 22. in cõstituenda. num. 13. de donatio. inter virum, & uxorem. Ergo etiam si reuocetur, fructus reuocandi non sunt.
- 5 **H**is consonat, quod scribit Galiaula in l. Centurio, charta penul. conclusione. 13. ff. de vulga. & pup. illa. quòd si donatio reuocatur ex dispositione legis, fructus non reuocantur nisi à tempore mortis, quoniam ante, donatarius habebat bonam fidem, igitur à tempore quo filia collationi moram fecit, debet restituere fructus, non ante, iuxta textum in l. filius emancipatus. §. filia. ff. de collatio. dotis. l. si quis bonorum. §. si stipulatio. ff. de collatio. bonorum.
- 6 **C**ontraria tamen sententia magnis rationibus, & autoritatibus defendi potest. Ante omnia supponendum, dotem datam ultra modum hic præfinitam esse ipso iure nullam. Ita probatur ex verbis huius legis ibi. *Sea en si ninguno*. Hæc verba latam sententiam significant, glos. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. diminutio. Imol.

in.c. si quis ex clericis. de vita, & honesta clerico. Bald. & Decius in.l. 1. col. 3. C. de secūd. nupt. Bald. in.l. si qua mulier. C. ad Tertull. Rursus probatur ex verbis legis statim sequentibus, ibi. *De nuzun valor y efcto.* Hæc verba significant, & operatur actum in contrarium esse ipso iure nullum. Ita notat glo. inc. si cui in verbo. *Non valere de electio. in. 6.* & ibi notat Ioannis Andræ. Abb. in cap. quia propter de electio. Bald. & Dominicus in.c. nonnulli. col. 1. de rescript. Domini. in.c. dispendia, in tertio notabili. de rescript. in. 6. Decius, in.c. 2. col. 3. de testibus, glof. in clemen. vltima; in glossa vltima. de electio. glof. in.c. cum dilecta, in verbo *irritum.* de rescript. Bart. & Ias. in.l. vniuersa. C. de præcib. In pera. offerend. Arcin. in.l. 1. col. 6. ff. de testamen. Alexan. in.l. posthumo, col. 6. Ias. col. 7. C. de contra tabul. Rursus quod talis dos sit ipso iure nulla probatur ex illis verbis: *No pueda,* quæ actum reddunt ipso iure nullum, autore Bald. titulo de pace constantiæ, versic. hoc quod. Roman. in.l. si verò. §. de viro, fallentia. 13. ff. solut. matrim. Ccepola in.l. fin. C. de vsucapio. pro donato. Ias. in.l. 1. §. sublata, in secunda lectione. col. 3. ff. ad Trebelian. Ias. consi. 168. col. 6. lib. 2.

7 ¶ Supposito quod dos data ultra legitimam, vel ultra summam hic præfinitam est ipso iure nulla, succedit regula iuris, quod possidens rem ex contractu ipso iure nullo non facit fructus suos, sed tenetur restituere rem cum fructibus. Ita docet glossa in Authen. de incestis nuptijs. in verbo, *Imminere.* Ioan. Andr. in.c. foelici. §. nullus de pœnis. in. 6. Anchar. Domini. & Francus, in.c. 1. de præscrip. in. 6. Petrus Ferras, in forma libelli: *super spoliacione possessionis,* in verbo, *ipso facto.* Alexand. in.l. 1. col. 1. C. de his quibus, vt indignis. & ibi Paul. Albertus Brunus consi. 41. col. fin. Cinus, & Bald. in.l. incestas. C. de incestis nupt. Afflict. in constitution. Siciliæ, incipienti de Pactarenorum. col. 4. versiculo sed quæro. Paul. à Montepico, in.l. post contractum, col. pen. ff. de donatio. Felin. in.c. Rodolphus, col. antepen. de rescript. Ias. in.l. 1. nu. 3. C. de his quibus, vt indignis. Ergo melioratio dotis ratione facta reuocanda est cum fructibus.

8 ¶ His consonat, quod scribunt Alexan. & Paul. in.l. 1. C. de his quibus, vt indignis, quod possidēs rem, titulo quod ipse scit esse fra-

gile, & inutile, non solum rem, verum etiã fructus restituere tenetur.

9 ¶ Gener autem, vel filia dotis nomine meliorata scit, vel scire debet meliorationem non solum inutilem verum etiam ipso iure nullam esse. His accedit, quod etiam si possidens rem alienam iuris ignorantia, nonnuquam faciat fructus suos, vt in.l. sed et si lege. §. scire. ff. de petitio. hæredita, glof. in.l. de fructibus. ff. de donatio. inter virum, & vxor. Felin. c. de quarta. nu. 29. de præscrip. hoc non habet locum quando lex resistit contractui, & prohibet eum fieri, tunc enim possessor non facit fructus suos, quoniam possidens ex contractu cui lex resistit censetur esse in mala fide. l. quemadmodum. C. de agricol. & censitis. l. iubeamus nulli. §. sanè. C. de sacrosanct. ecclesi. notat Bart. in.l. sed et si lege. §. scire. ff. de petitio. hæredita. Felin. in.c. de quarta. nu. 31. de præscriptio. Abb. in.c. grauis. col. antepen. de restit. spoliat. Antoni. Barba. & Abb. in cap. ad nostram, de rebus ecclesiæ, non alienant. Bald. in.l. Cælsus, in. 4. notabili. ff. de vsucap. Laurentius à Rodolphis, in.c. sine exceptione. q. pen. 1. 2. q. 2. Lupus in.c. per vestras. §. 13. incipienti. Sed pulchrum col. 2. num. 3. de donatio. inter virum, & vxor.

10 ¶ Confirmatur hæc opinio, quoniam emphiteota tenetur restituere fructus à die, quo emphiteosis fuit finita, autore Felin. in.c. de quarta. de præscrip. Socin. consi. 167. col. 4. lib. 2. versiculo postremo. Angel. in Authen. de non alienandis. §. si verò. Bald. in.l. si pater col. 3. C. de vsufu. Ias. in.l. 2. col. 3. C. de iure emphiteoti. Cum ergo ex eo die quo contractus censetur finitus fructus debeantur, multo magis ab eo die quo fuit ipso iure nullus, lege resistente & contractum prohibente. Sic Galiaula in.l. Centurio, conclusionem. 13. ff. de vulg. & pupil. scribit fructus restituendos à die quo contractus censetur resolutus, ergo multo magis à die quo fuit ipso iure nullus. Postremo confirmatur hæc opinio, quoniam negari non potest, quin filia censeretur habere, supra taxam legis nisi restitueret fructus. Fructus enim veniunt appellatione bonorum. l. subsignatum. §. bona. ff. de verborum significa. & fructus augent rem. l. item veniunt. §. fructus. ff. de petitio. heredita. Facit etiam quod dixi supra suo loco, versiculo sed est quæstionis vbi, dixi non posse dari, ultra summam, hic præfinitam
T etiam

De non meliorandis

etiam si non detur ex substantia sed ex fructibus, quæ omnia hic addere poteris ad confirmationem huius opinionis.

11 ¶ Meminisse tamen oportet, quòd si gener credidit summam sibi in dotem datam non excedere præfinitionem huius legis, & sic bona fide possidet, quòd tunc non tenetur fructus restituere. Hoc enim casu errat in facto nesciens quicquam fieri aduersus prohibitionem legis, & hoc casu deficit regula iuris supra assignata, autòre Ang. in l. quæcunque. ff. de publicia. col. fin. Curti. senior consi. 71. col. 2. Couarru. variarum resolutio. lib. 1. capite. 3. num. 8. versiculo potest etiam, Felin. in. c. de quarta, nu. 25. de præscriptio. Abb. ibi. col. 3. Dominic. in. c. 2. §. contractus, de rebus ecclesiæ, non alienan. in. 6. Bald. in. l. Cælsus. in. 4. notabili. ff. de usu capio. Faciunt quæ dixi supra cap. præcedenti à nu. 3. de eo qui ignorabat uxorem esse spuriam. Vide Lupum in. c. per vestras. §. 24. num. 3. versiculo vno tamen.

12 ¶ Rursus non debebuntur fructus quando dos immodica data est in pecunia, tunc enim non à die quo dos fuit data, sed à tempore moræ fructus debentur. l. fructus. l. vi deamus. ff. de vsu. l. cum res. ff. de leg. 1. facit quod notat Bertrand. consil. 301. col. fin. lib. 2. & consil. 47. num. 2. lib. 3. Capra. consi. 88. col. 3. versiculo circa secundum. Qui notant fructus legitimæ dandos filiis à tempore mortis patris, glos. & Iaso. in. l. scimus. C. de inoficio. testam. Bald. in. l. non est. C. famil. hærcif. hoc tamen non habet locum quando legitima debetur ex pecunia, tunc enim non à tempore mortis sed à tempore moræ debetur interesse, iuxta distinctiones doctorum. Ergo idem sentiendum quando dos data fuit in pecunia, ut non à tempore quo data fuit sed à tempore moræ debeantur fructus. Filij enim improbantes meliorationē nihil aliud petunt quam legitimam, & sic traditio doctorum supra relata loquitur in specie.

13 ¶ Non obstant adducta in contrarium ad probandum quòd dos immodica non est restituenda cum fructibus, doctores enim non loquuntur quādo dotis præstatio, vel actus qui fit, fuit ipso iure nullus aduersus prohibitionem legis, tunc enim dos restituenda est cum fructibus, hic autem constitutio dotis supra taxā est ipso iure nulla. Item etiam si dos non debeat conferri cum fructibus, fallit quando fuit immo-

dica, & accepta aduersus prohibitionem legis, quod ni me fallit memoria scribit Paul. à Montepico in. l. in quartam. ff. ad leg. falcid.

14 ¶ Notandum tamen, quòd etiam si constitutio dotis ex qua oritur melioratio sit ipso iure nulla, tamen non reuocatur in solidum sed tantum pro parte excedente, refecatur. Ita in constitutione arrarum excedentium decimam, notat Rodericus. l. 1. titulo De las arras. §. nota ulterius, & in materia dotis probatur in. l. siue generalis. ff. de iure doti, scribit Molinc. in tractatu de donatio. factis in contractu matrimon. nu. 38. Et in patre legante supra tertiam, & quintam probatur in. l. 7. tit. 12. lib. 3. Forri, ad finem. Et dos immodica data spurizata manet refecato excessu, Capitius de cisione. 181. Bart. l. fin. §. si à focero. ff. que in fraud. credito. Ripa. l. 1. nu. 68. ff. solu. matrim. Cifontanus. l. 28. Taur. versiculo secundo dubito. Sc in casu. l. hac ædicali, C. de secund. nup. vbi vxor prohibetur dare secundo marito ultra id quod reliquit filio primi matrimonij minus habenti, & si plus det solum reuocatur quod plus datur. Ita Angel. in Authen. de non eligendo secund. nubent. in princi. col. pen. vel finali, glos. in. l. hac ædicali. §. quam obseruationem. Idem notat Butricarius in di. l. hac ædicali, & ibi Bertrādus, in repetitione. §. si verò plus. num. 2. Vbi dicit hanc esse veram, & communem opinionem. Facit regula generalis, quòd vtile per inutile non vitiatur. l. Sancimus. C. de donatio. l. pecunia. ff. de vsu. Et nominatim in dote excessiua, scribit Curtius iunior, consi. 35. num. 5. versiculo secunda principalis dubitatio. Nouel. de dote. 6. parte priuilegio 41. Salic. l. 1. C. si aduers. dotem. Lupus. c. per vestras. §. 24. de donat. inter vir. l. hac ædicali, in fine principij. C. de secun. nup. Bertrand. in. l. hac ædicali, nu. 66. C. de secund. nupt. & probatur in hac lege, ibi: *So pena que todo lo que demas de lo aqui contenido diere, y prometierte (segun dicho es) lo aya perdido, y pierda.*

S V M M A.

1 Pater meliorans filiam aduersus huius legis decretum. An aduersus proprium factum possit venire, agendo, vel excipiendo. ¶ num. 2. ¶ 3.

Filius

- Filius viuo patre an possit rescindere meliorationem filia facta ratione dotis, nu. 8. & 9.*
Et quid in heredibus filiorum, post mortem dotantis, num. 15.
Remediū huius legis, an tollatur longi, vel longissimi temporis cursu, ad hoc vt impediatur, ne melioratio improbari possit, num. 11-12. 13. & 14.
- 2 *Actum vel contractum ipso iure nullum, an liceat improbare, & num. 2.*
Et quid si actum factum aduersus legem prohibitiuam factum sit iuramento interposito.
- 4 *Maritus rem dotalem alienans, an contra proprium factum possit venire.*
Et quid in donante natis sibi liberis.
- 5 *Res prohibita alienari extra familiam; an si alienetur ipsemet alienans possit reuocare alienationem.*
- 6 *Res prohibita alienari si euincatur; non ideo euincitur, quod non sit alienantis, sed specia- li iuris dispositione, euictio non debetur, ne- que venditor tenetur defendere.*
- 7 *Res, si ex natura negotij euincatur, an euictio debeat.*
Euictio si procedat ex ipso contractu, & non ex causa antecedenti, an debeat.
- 8 *Melioratio nihil aliud est quam donatio.*
L. hac adictali. C. de secund. nup. dispositione transgrediens, an possit impugnari matre viuente.
Mater adulterium committens, an dos applicetur viro ultra metam scriptam. L. hac adictali: & residuum applicetur filijs primi ma- trimonii, qui viua matre petere nō possunt.
- 9 *Pater si donauit vni filiorum omnia bona sua, an alter filius viuo patre, possit impugnare donationem. Et possit à fratre alimenta pe- tere.*
- 10 *Filius (iure sanguinis) an possit retrahere rem venditam à patre, patre viuo.*
- 11 *Dos immodica quærellā inofficiosa donationis: an reuocari possit.*
- 12 *Supplementum legitimæ intra quod tempus pe- ti possit. Et an ipso iure fiat.*
- 13 *Ius dicendi contractum nullum, intra quod tem- pus finiatur.*
Contractus licet ipso iure nullus sit, oportet, vt

- pars declaret se nolle contractum valere.*
Filia exclusa statuto stantibus masculis, an suc- cedat si bona possideat per triginta annos.
- 14 *Tempus quod elabitur viuente patre, an noceat filijs quo ad reuocandam immodicam dotē.*
Lex si actui resistat cursus longissimi temporis nihil operatur.
Contrahens aduersus legis decretum censetur esse in mala fide.
Error iuris an prosit, cum lex contractui re- sistit.
Limita nisi errans, erret in facto, credens nihil fieri aduersus legem.
- 15 *Filij qui potestatem habent, si moriantur viuo patre, an ius reuocandi meliorationem pos- sint transmittere ad heredes extraneos.*
Et an transmittant ad filios.

An pater qui dotis ratione meliorauit filiam: possit factum propriū improbare, & an filij viuo patre possint impugnare, & rescindere meliorationem. Et an cursus longi, vel longissimi temporis impediatur, ne melioratio possit improbari. Cap. XXXIII.

- 1 **Q**uari solet an pater meliorans fi- liam aduersus legis huius decretū, possit aduersus proprium factum agendo vel excipiendo venire, & an co viuo, filij possint rescindere meliorationem, & an remedium huius legis tollatur tem- poris cursu ad instar inofficiosa donatio- nis. Quoad primum, videtur patrem non posse factum proprium improbare iuxta iuris regulam. l. si post mortem. & ibi Bar- ff. de adoptionibus. c. si quis præbytero- rum. & ibi Abb. de rebus ecclesie nō alie- nan. c. quod semel de reg. iuris, in. 6.
- 2 **S**ed verius videtur patrem posse sese tue ri decreto huius legis aduersus generū do- tem parentē, vel partem excedentem repe- tere, si eam iam tradiderit. Quoniā quando
- T 2 actus

De non meliorandis

- actus, vel contractus est nullus ipso iure, licet factum proprium improbare. l. 1. & ibi notat glossa. C. de liberali causa, gloss. in. c. diuersis fallacijs. de cleric. cōiūga. Bart. in. l. post mortem, col. 1. versi. si verò est factū contra legem. ff. de adoptio. Bald. in. l. 1. C. de libera. causa, textus in. l. quemadmodū. C. de agricol. & censu. lib. 1. 1. & in. l. iubemus. §. sanè. C. de sac. ofan. eccles. Scribit Alex. in. l. si collatione. nu. 10. C. de collationibus, versiculo & cum responsione, ad finem, col. 4. Ias. ibi. num. 7. A retin. consil. 114. Ias. in repetitione. l. frater, à fratre. num. 45. ff. de condi. indebi.
- 3 **C**ōfirmatur hæc opinio ex eo quòd aptè scribit Imol. in. l. Aquilius. ff. de donatio. quòd si quis donet vltra metam legis absq; insinuacione, potest donationem à se factā impugnare, quod refert & sequitur Ias. in. l. si donatione, nu. 7. C. de collatio. & in. l. frater, à fratre, num. 45. ff. de condi. indeb. Vbi dicit esse regulam verissimam, q̄ licet venire aduersus factum proprium quādo factum est aduersus legem prohibitiuam. Quinimò etiā si iuramentum interpositū sit licet parti impugnare actum factū aduersus legem, vt docuit Federicus Senensis, cuius opinionem probat Imol. in. c. cū contingat, col. 6. de iure iuran. Ias. in. l. si donatione, col. fin. C. de collatio.
- 4 **S**ic maritus alienans rem dota'em potest aduersus factum proprium venire, gloss. in. l. vnica. §. & cum lex. C. de rei vxor. actio. in verbo *Alienare*, & ibi. DD. gloss. in. §. 1. *Institu. quibus alienare licet*, vel nō in verbo *Interdicta*, & ibi Faber. Bart. & Imol. in. l. cum vir. ff. de vsucap. Speculator. titu. de emptione, & venditione. §. 3. loco, nu. 10. Imol. in. c. cum contingat, num. 19. de iure iuran. vbi hanc pronuntiat esse communē opinionem. Platea in. l. 3. C. de iure fisci, lib. 10. Lupus in rubric. de donationibus, inter vir. & vxor. §. 46. ex prædictis. nu. 3. Campe. de dote. 4. parte. q. 25. Sic donans impugnat donationē natis liberis, beneficio. l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. & ex traditionibus doctorum venit aduersus factum proprium: vt per Bal. in. l. 1. in fine. C. de inoffici. donat. Scribit Ioān. Bernardus Episcopus Calagurritanus, regula 213. ampliatione. 10.
- 5 **S**ic Paul. in. l. filius familias. §. diui. col. 2. ff. de leg. 1. Scribit q̄ si testator prohibuit rem quampiam alienari extra familiam, prohibitio valet, & si alienetur non solum
- alij de familia verū etiam ipsemet alienās potest improbare alienationem, argum. in. l. quemadmodū. C. de agricol. & censu. lib. 1. 1. Cuius opinionē sequitur Fernādus Loazes, in. d. §. diui. col. 7. ad finē. 2. notab. & Ambrosius de Opizonibus col. 5.
- 6 **H**æc videtur opinio vera, & probabilis, neque cuiquam faciat scrupulum quòd pater tenetur de euictione, & q̄ quem de cuietione tenet actio agentem repellit exceptio. l. vendicantē. ff. de euictio. quoniā vt capite præcedenti à nu. 12. dixi promissio de euictione facta à patre non validat meliorationem. Neque enim tenetur de euictione etiā si melioratio rescindatur, quia cum res non idè euincitur q̄ non sit vendētis sed ex speciali iuris dispositione, euictio non debetur, neque venditor tenetur defendere, vt notatur in. l. si minor in principio. ff. de euictio. facit. l. si seruum. & l. fundum, & l. si mancipium. ff. de euictio. Præterea qui meliorationem accipit per viam dotis: scit, vel scire debet rem à se auferendam, ergo nō magis de euictione agere potest quam is qui fundum alienum sciens emit cui euictionis ius non conceditur. l. si fundum. C. de euictio.
- 7 **R**ursus cum res euincitur ex natura negotij, non debetur euictio, sed sibi imputet qui sic contraxit, gloss. in. l. si familia, versic. *Item quid sit vni*, & ibi sequuntur. Cinus, Bart. Bald. & Salice. C. familiae hærcif. Bal. c. 1. §. rursus si fidelis, circa medium, & ibi Martinus Laudensis, Aluarotus. & Cardinal. Alexādrin. Tit. Quibus modis forudū ammittatur. A retin. consil. 3. per totū. Curti. senior. consil. 49. col. 18. nu. 71. Ripa. lib. 1. respōsorū. c. 1. nu. 62. Rursus cū euictio procedit ex ipso cōtractu, & nō ex causa antecedenti non debetur euictio. l. 3. & l. Lutus. ff. de euict. hic autē rescisio meliorationis, oritur ex ipso cōtractu meliorationis, & non ex causa præcedenti.
- 8 **H**is ita definitis videamus vtrum filij viuente patre possint reuocare immodicam dotis præstationem. Mouet quæstionem. l. 8. titu. 4. part. 5. ibi: *Con que finque en saluo a sus hijos la su parte legitima, tambien en vida de su padre, como despues de su muerte. Nota illa verba: Tambien en vida de su padre. Quæ significare videntur filium etiam patre viuente posse reuocare immodicam donationem à patre factam. Melioratio autem, nihil aliud est quam donatio. l. donari. ff. de regul. iuris. notat Lupus. c. per vestras.*

§. 22. nu. 13. de donatio. inter virum, & vxor. Item facit hæc lex, ibi: *Lo de mas lo aya perdido*: Ergo applicatur filijs cum pater amittat licet hæc verba aliter declarem capite pen.

9 ¶ Sed his non obstantibus verius videtur filios non posse viuo patre rescindere meliorationem. Quoniam eorum fundamentum est: legitimam suam non debere diminui hoc enim definit lex dum vetat filiam meliorari, legitima autem non debetur viuo patre. l. 1. §. si impuberi. ff. de colla. bono. Ergo viuo patre non potest impugnari melioratio.

¶ Et nominatim quod dos immodica data filiae non possit, à fratribus patre viuo impugnari, docuit Lupus in repet. c. per vestras. §. 22. in constituenda. nu. 4. & §. 24. nu. 3. versiculo ex quo sequitur, & versiculo, & hoc mihi videtur. Segura in repetitione. l. cohæredi. §. cum filia. col. 24. versiculo viuo, & considerato. ff. de vulg. & pupilla. Confirmatur hæc opinio, quoniam in casu. l. hac ædiftali. vbi mulier prohibetur dare dotem, vltra certam summam, ne præiudicet filijs, certè si vltra illam summam det, filij non possunt eam impugnare matre viua. Ita docuit Bertrand. in rep. dictæ. l. hac ædiftali. §. si vero plus. nu. 17. & 18. C. de secūd. nupt. & ibi Iacob de sanct. Georg. & Bald. conf. 288. incip. quædam domina Nicolina, col. 2. versiculo de præscriptione. lib. 4. quod alias est consiliū. 22. Florian. in disputatione incipiente mulier primo viduata. col. 2. in secundo euidencia li. Quinimò etiam si mater committat adulterium dos non applicatur viuo vltra metâ scriptam in. l. hac ædiftali: & residuum applicabitur filijs primi matrimonij, qui tamen viua matre id nullo modo petere possunt vtrūq; docet Bal. in. d. l. hac ædiftali. Floria. in disputatione mulier primo viduata, col. 5. versic. secundo præmitto. Barba. in. c. 1. vt litè non cõtesta. Bertrādus in repetitione. l. hac ædiftali. in principio, nu. 58. Comprobatur hæc opinio, ex petitione Principi oblata, ibi: *El derecho de la demasia paffe a los herederos*. Dum autem pater viuit non sunt hæredes; nãq; datur hæreditas. l. 1. ff. de hæred. vel actio. vendi.

¶ His congruit, quod si pater vni filiorum donauit omnia sua, non potest alter filius viuo patre impugnare donationem sed demum eo mortuo, licet possit à fratre petere alimenta. Ita docuit Ioann. Andr. in additio-

nibus ad Specul. titulo qui filij sint legitimi. in rubrica in principio. Id enim generale est, vt donatio inofficiosa à patre facta non possit eo viuo impugnari autore Cin. Bart. & Bald. l. 1. C. de inoff. donatio. Salic. in. l. si totas. versiculo tunc quæro an in vita donatoris. C. de inoffi. donatio. Tiraq. in. l. si vnquam in principio legis. nu. 91. C. de reuoc. donat. Moli. in tractatu de donatio. factis in contractu matrimonij, nu. 12.

10 ¶ Rursus licet disputetur an filius iure sanguinis possit retrahere rem venditam à patre; tamen id videtur expeditum non posse retrahere viuo patre. c. constitutus. de in integrum restitutio. & ibi notat Hæricus Bohic. Tiraq. de retractu. lib. 1. glos. 9. §. 1. nu. 46. Non obstat lex Regia supracitata, quoniam eius verba alium sensum habent, scilicet, patrem, neq; in vita, neq; in morte non posse præiudicare filio in legitima, non tamen probat quod filius possit impugnare donationem factam à patre viuo patre, & ita interpretatur ibi glosa in verbo *En vida*, in principio: Licet tamen filij masculi non possint reuocare in vita tamen si sint filiae feminae, & dotari non possint: videtur viuo patre agi posse. Nam si donatio fuit amplissima: masculi viuo patre alitur à fratre donatario, non sic filiae autore Ioann. Andr. ad Specul. titulo qui filij sint legi in rubrica, in princip. Lupus. c. per vestras. §. 22. ergo filiae dotabuntur.

11 ¶ Nunc tractemus an reuocatio meliorationis peti debeat intra quinquennium ad instar inofficiosa donationis, an vero etiam post tempus longissimum reuocatio peti possit. Mouet quæstionem, quod dotata, vltra licitum modum dicitur donationem accipere, autore Butricar. Cino. Azone. Bart. Bal. & Paul. in. l. vna. C. de inoffi. dotib. Cæpeg. de dote. 1. par. q. 55. Lupus. cap. per vestras. §. 22. nu. 13. de dona. inter virum, & vxor. Qui omnes scribunt dotem immodicam quærela inofficiosa donationis reuocari posse. Cum ergo quærela inofficiosa donationis finiatur quinquennio sicut quærela inofficiosi testamenti, vt in. l. si. C. de inoffi. dona. videtur rescissionem intra quinquennium petendam, & postea non posse peti.

12 ¶ Sed cõtra videtur reuocationem immodice dotis intra triginta annos petendam, quod sentiri videtur. Lup. d. §. 22. nu. 6. Et cõprobatur, quoniam filij reuocatis meliorationem nihil aliud petere videntur: quã, vt legitima, melioratione diminuta suppleatur, supple-

De non meliorandis

mentum autē legitimæ intra triginta annos peti debet, & post peti non potest, licet ipso iure fiat ex dispositione. l. scimus. C. de inofficio. testam. Ita docuerunt Bald. & Salice. in. l. omnimodo. C. de inoffi. testam. Ang. in. l. Papinianus. §. si conditione. ff. eod. tit. Bal. Salice. & Paul. in. l. si quis filium. C. eodem. Bal. in. l. pater filiū, col. 5. versiculo in his oppositionibus. Angel. in Auth. de triente, & semisse. §. 1. ad finem. Imol. in. l. qui soluendo. ff. de hæredib. instituen. Decus consi. 303. col. 1. & 2. versiculo ulterius. Alex. consi. 28. col. 5. lib. 1. & consi. 8. col. 6. lib. 3. & est cōmunis opinio. secundum Rodericum, in. l. quoniam in prioribus, in. 3. limitatione. C. de inofficio. testamen.

13 ¶ Sic ius dicendi contractum nullū finitur triginta annis, autore Bald. & Ang. in. l. si cur. C. de præscrip. triginta, vel quadraginta annorum. Soci. consi. 106. col. 2. lib. 4. Licet enim contractus sit ipso iure nullus, oportet ut pars declaret se nolle contractū valere, iuxta glo. & Bart. in. l. elegantè. ff. de dolo. glo. in. l. iuris gentiū. §. prætor ait. in verbo *Dolo malo*. ff. de pact. & ibi Bal. Angel. & Alex. Gomezius. §. actionū, col. 8. Instit. de actio. Ang. in. l. si quis aliā. §. sed & si quis. ff. de solu. Ergo quamvis melioratio dotis ratione facta sit nulla ipso iure, tamen si qui læduntur non impugnant videtur post triginta annos non audiēdos. Sic filia exclusā stantibus masculis ne succedat in bona patris, succedit si ea possideat per annos triginta. Ita definit Brunus, in tractatu de statuto excludente feminas, artic. 14. num. 15.

14 ¶ Sed mihi sanior opinio videtur, filiū admitti ad reuocandum meliorationem factam ratione dotis, etiam si longissimum tempus elapsum fuerit. Et quidem omne tempus quod elabitur viuente patre filijs non nocet, quoad reuocandum immodicā dotē. Ita notat Lup. in. c. per vestras. §. 22. num. 6. Cum enim viuo patre impugnare meliorationem non possint, non valenti agere non currit præscriptio. l. in rebus. §. omnis. C. de iure doti. & hic casus vacat prorsus ambiguitate. Tamen etiam si longissimum tempus elabatur post mortem patris melioratio reuocari potest. Moueor quoniam quando lex actui resistit cursus longissimi temporis nihil operatur. Ita docet Abb. in. c. de quarta. col. 2. nu. 8. versic. venio ad glossam. Felin. ibi. nu. 26. de præ-

scriptio. Bald. & Paul. in. l. Celsus. ff. de vsu capio. Bart. per textum ibi in. l. quemadmodum. C. de agricol. & censu. lib. 11. Bal. in. d. l. Celsus in. 4. notabili. ff. de vsu capio. Faciunt ea quæ dixi capite præcedenti scilicet quod non lucratur fructus possidens rem ex contractu cui ius resistit: vide quæ ibi dixi, & Lupum in. c. per vestras. §. 23. incip. sed pulchrum videre. num. 6. de donatio. inter virū, & vxor. vbi testatur hanc esse cōmunem opinionem Nicolaus V valdus in tractatu de successio. ab intestato. §. & quemadmodum nu. 48. Confirmatur in specie hæc opinio, ex Bart. consi. 119. vbi scribit, qd si sacerdos dedit dotem filix aduersus prohibitionē legis, qd hæredes sacerdotis possunt etiam post longissimum tēpus immodicam dotem auocare non obstāte triginta annorū curriculo, quod omnes actiones extinguere solet. Illud enim non admittitur quādo lex cōtractui resistit, cū enim contrahens aduersus decretum legis censetur esse in mala fide. l. quēadmodum C. de agricol. & censu. lib. 11. cursus temporis nihil prodest. c. possessor male fidei de regul. iur. in. 6. Neq; error iuris prodest cū lex cōtractui resistit. l. si fur. l. nūquam vsu capionibus. ff. de vsu capio. & illā Bar. sententiā probat Lup. in. c. per vestras. §. 23. sed pulchrum est videre. nu. 6. de donatio. inter virum, & vxor. Ergo cū hæc lex prohibeat seuerissimè meliorationē dotis ratione, decernens contra factū esse ipso iure nullū, videtur reuocationē etiam post tempus longissimum peti posse. Hoc tamē limitandum nisi filia vel gener errassent in facto credentes nihil fieri aduersus hanc legem, tunc enim fortassis cursus temporis proderit etiā si lex meliorationi tacitè & expressè resistat. Ita videtur probari ex Abb. c. de quarta. col. 3. Felin. ibi. nu. 24. de præscrip. Balb. in. l. Celsus in. 4. notabili. ff. de vsu capio. Et confirmatur ex Ang. in. l. quæcunq;. ff. de publicia. Curt. senior cōsi. 71. col. 9. Dominic. c. 2. §. contractus, de rebus ecclesie non alienan. in. 6. Bal. in. l. 4. nu. 4. C. pro emptore. Non obstant ex aduerso prolata, quoniā non loquuntur quando lex cōtractui resistit, neq; Lupus qui triginta annis rē videtur metiri vidit hanc legem, tanta verborum copia, tam acris seueritate, tam rigidis verbis meliorationē prohibentis, & aliud est legem resistere cōtractui aliud nō probare eum, vt per Bart. in. l. cum lex. ff. de fideiussio.

¶ Ex

15 **Ex** his elicitur, q̄ nō solum filij poterūt reuocare meliorationem verum etiam eius h̄eres, non obstante temporis cursu, vt in dote inofficiosa asseuerat Castane. in cōsuetudinib. Burgun. rubrica. 7. §. 12. num. 25. Si tamen filij viuo patre morerentur non transmitterent ad h̄eres extraneos ius reuocandi meliorationem. Ita in casu simillimo, definit Bertrandus in repetitione. l. hac. r̄dictali. §. si vero plus, nu. 18. C. de secund. nupt. vbi scribit q̄ etiam si filij primi matrimonij possint reuocare dotem quam mater dat secundo marito, vltra modum in lege præfinitum, tamen q̄ si moriatur viua matre trāsmittunt hoc ius ad filios non ad h̄eres extraneos. Quoniam cum ius reuocandi competat viua matre nō potest transmitti viuente matre, sicut diximus in h̄ereditate nondum delata. Ita docuit. Vitalis de Camba. in tractatu clausularum. in clausula Quibus iuribus renuntiare possit. §. quando filia repellitur à successione ex statuto. col. 9. verliculo dubitatur tamen de legitima. Ad filios tamen bene transit, vt in Authent. de nupt. §. optimè. Nō enim dotis ratione admittitur melioratio in præiudicium nepotum, vt dixi supra. Neq; enim eis minus debetur legitima quam parentibus quos representat.

S V M M A

- 1 **F**ideiussor patris dotis ratione meliorantis filiam, an ex vi fideiussionis cogatur soluere dotem promissam, & nu. 2. 3. 4. 5. 6. Limita nisi frater sit fideiussor, vt nu. 8. Filius familias licet se obligare non possit, an fideiussor ab eo datus ad implementum fideiussionis compellatur. Prohibitus contrahere, an possit fidei iuere.
- 3 **I**n intellectus, l. fideiussori eius. ff. de donation.
- 4 **I**n intellectus, l. qui corra Senatus ff. de fideiussor. Lex si contractui resistat, an ex ea oriatur obligatio civilis, vel naturalis.
- 5 **L**ex si contractui resistat, fideiussor datus ex dicto contractu, an teneatur ex fideiussione. Contractus prohibitus per verbum Potest, præposita negatiue Non censetur efficacissimè prohibitus. Principalis si conueniri non possit, an possit fideiussor ab eo datus. Et quid in fideiussore dato à marito conse-

rente donationem in uxorem.

Et quid in fideiussore uxoris videntis rem dotalem absq; mariti facultate.

Et quid in fideiussore minoris.

Lex siue resistat potentia contrahendi, siue contractum, siue obligationem, fideiussor datus an teneatur.

Fideiussor etiam si de iure sciens principalē nō esse obligatum teneatur, an procedat quādo civiliter neq; naturaliter principalis nō est obligatus.

6 **I**n intellectus l. si mulier contractus. ff. ad Senat. Conf. Velicia.

Fideiussor improbatu contractus, an teneatur, etiam si non possit repetere à principali.

Contractus si contineat iniquitatem, & sit vltra modum à lege præscriptum, non oritur ex eo obligatio civilis, neq; naturalis.

8 **F**ideiubens an consentire videatur.

9 **F**ideiussor ratione dotis suscipiens in se periculum: dicens se scire summam quam dotans dat esse licitam, & nihil ex ea inferri aduersus legis decretum, an teneatur, & nu. 10. 11.

Et quid si extraneus se obliget conseruare generum, in tali melioratione non obstante diēta lege nostra.

In intellectus, l. 1 et 2. C. de fideiussoribus minorū.

12 **C**orreus simul & principalis se obligans cum patre an teneatur ad solutionē meliorationis factæ dotis ratione.

13 **F**ideiussor, si casu aliquo non obligetur, correus tamen obligatur.

14 **C**orreus ex causa lucratiua, nihil repetit si soluat.

Extraneus ex causa lucratiua promittens dotē pro muliere, an obligetur.

16 **D**uo correi promittentes dotem, ad vnus ex eis pertinet onus dotandi, quia alter censetur fideiussor.

17 **F**ideiussor, si non potest se obligari, an possit obligari correus, & num. seq.

18 **L**ex si resistit actui vitiatu principali vitiatu accessorium.

¶ An fideiussor obligans se cum patre teneatur pro melioratione

De non meliorandis

*lioratione dotis ratione facta,
& quid in correo simul, &
principaliter obligato cū pa-
tre. Cap. XXXV.*

1 **Q**Uæro an fideiussor patris dotis ratione melioratis filiam cogatur ex vi fideiussionis soluere promissam dotem. Videtur cogendum, argumento. l. i. & l. 2. C. de fideiussio. mino. Vbi etiã si minor non possit compelli ad solutionem compellitur fideiussor: ergo licet pater nõ compellatur; fideiussor est compellendus. Rursus mouet quæstionem quod scribit Albe. in prima parte statutorũ q. 182. incipienti. demum quæro. Vbi scribit, quod si ex statuto filius familias obligari nõ possit, q̄ fideiussor ab eo datus obligatur, & potest ad contractus implementum compelli, cuius sententiam probat Alexand. in additione ad Bart. in l. Marcellus. ff. de fideiussorib. Et eorum opinionem nõ improbat Tiraq. post leges contrubiales. glos. 4. num. 14. versiculo hinc dici potest.

2 Sed mihi in proposita specie verius videtur fideiussorem immodicæ dotis non teneri. Ita nominatim in specie nostræ legis scribit Antonius Padilla breui ad seculi felicitatem magnus, in repetitione Authent. res quæ. num. 19. C. commu. de leg. Et conprobatur ex verbis legis, ibi: *Todos los contratos, o promisiones, sean en si ningunos: Fideiussio autem contractus est, & prohibitus contrahere non potest fideiubere, autore Ba'd. in Authen. sacramenta puerum, col. pen. C. si aduer. venditio. & in l. 1. col. pen. versiculo extra quæro. ff. si cert. petat. & ibi notat Ripa. col. 10. l. 4. tit. fin. lib. 3. Fori.*

3 Rursus hæc opinio confirmatur ex textu singula in l. fideiussori eius. ff. de donat. vbi probatur q̄ fideiussor eius qui donat supra metam legis, non tenetur, sed exceptione sese tueri potest etiam invito reo principali. Cuius legis verba quoniam expressa videntur ad definitionem nostræ quæstionis, visum est hic subnectere. Inquit lex. *Fideiussori eius, qui donationis causa pecuniam supra legis modum promissit, exceptio dari debet etiam invito reo.* Nescio an aliquid efficiatius preferri possit. Pater enim meliorans filiam ratione dotis, donat ei supra me

tam legis, ergo eius fideiussor exceptione sese tueri potest.

4 His congruit textus in l. qui contra Senatus. ff. de fideiussor. ibi: *Fideiussorem à patre accipere non potest, quia neq; ciuilem. neq; honorariam actionem aduersus patrem habet.* Ecce fideiussorem à patre datũ non teneri, quoniam aduersus patrem nulla oritur actio. Aduersus patrem autem meliorantem ratione dotis, nulla oritur obligatio ciuilis, neq; naturalis imò contractus est ipso iure nullus, vt hic expressè definitur, & cū lex contractui resistit non oritur ex eo obligatio ciuilis, neq; naturalis, vt per Bart. Pau. & Imol. in l. cum lex. ff. de fideiussor.

5 Rursus cum lex resistit contractui: fideiussor datus non tenetur, vt in l. cum lex, & ibi Bart. Imol. Angel. & Paul. ff. de fideiussor. glos. in l. nõ dubium. in verbo *Ob id*, C. de legib. Bar. ibi. num. 28. Bald. nu. 22. Ias. ibi in d. glos. in verbo *Ob id*, Paul. in l. feruus, & in l. Marcellus. ff. de fideiussor. Anton. in c. cū contingat, & ibi Imola nu. 18. asserit hæc communem opinionem, de iure iuran. Bal. in l. si prædium col. 2. num. 5. C. de prædijs minorum. Bar. in l. de his. ff. de transactio. Soci. consil. 112. l. b. 2. Hæc autem lex resistit dotis præstationi aduersus eius decretum factæ, vt liquet ibi: *Mandamos, que ninguno pueda por via de dote, ni casamiento, dar tercio, ni quinto: Et paulõ inferius: Mandamos, que todas las promisiones, pactos, o contratos hechos en fraude desto, sean en si ningunos, y de ningun valor y efecto.* Vides legem resistere immodicæ dotis præstationi, omnibus modis quibus fieri potest. Primo lex prohibere solet actum dirigendo verba ad personas, præcipiendo ne hunc, vel illum contractum faciant, quæ prohibitio efficit ne ex contractu actio ciuilis vel naturalis oriatur, & quod fideiussor datus non teneatur, secundum Bart. col. 1. Paul. col. 3. & ibi Imola. in l. cum lex. ff. de fideiussor. ibi. Imola in c. cum contingat. de iure iurand. Quod autem lex ista dirigat verba prohibitionis ad personas, patet ibi: *Mandamos, que ninguno pueda por via de dote,* Item nota illam negatiuam præpositã verbo *potest: Ninguno pueda,* Nam contractus huiusmodi verbis prohibitus ceterum efficacissimè prohibitus, vt per Ias. in l. non dubium, nu. 60. C. de legibus Bald. Fulgo. Roman. Alexã. & Iaso. in l. fin. ff. de feris. Iaso. in l. Gallus in princip. col. 5. ff. de libe. & posthu Bart. in l. de his. ff. de transact. Abba. in c. si quis con-

contra. de foro competen. Neq; interest, an prohibitio fiat per verbum *Non potest*, an per verbum *Non possit*, vt per Bart. in d.l. de his. Iaso in d.l. Gallus, col. 5. in prima lectione, & in l. pacta. col. fin. C. de pactis, & in l. stipulatio ista. §. alteri. nu. 17. ff. de verbo. obliga. & in l. non dubium, col. fi. C. de legib. Ergo cū melioratio sit ipso iure nulla, fideiussor datus non tenetur, cum enim neq; ciuili, neq; naturalis obligatio oriatur aduersus patrem, fideiussor accedere non potest, vt per Bart. & Paul. in l. fideiussor obligari. §. fideiussor. col. 1. ff. de fideiussor. & in l. 3. ff. eo. tit. Paul. in l. si quis postquam. & in l. quod enim, & in l. Marcellus. ff. eo. tit. Et generaliter si principalis conueniri non potest, neq; fideiussor potest, autore Bald. in l. 2. ff. de leg. notat Brunus in tractatu de statuto excludente feminas, artic. 6. nu. 6. Sic fideiussor datus à marito conferente donationē in vxorem, non tenetur, secundum Paul. in l. cum lex. ff. de fideiussor. Et fideiussor vxoris vendentis rem dotalem absq; mariti facultate non tenetur, vt notat Bald. in l. si prædium. col. 2. num. 5. C. de iure doti. Bart. & Doctores in l. cum lex. ff. de fideiussorib. Antoni. & Imola in c. cum contingat de iureiuran. Idem dicendum in fideiussore minoris, vt per Bart. in l. non dubium. nu. 20. Bald. nu. 22. C. de legib. & est communis opinio, autore Salic. in l. & si is. C. de præd. minorum. Bart. & Paul. in l. Marcellus. ff. de fideiussorib. Rursus hæc regula recepta est, q̄ siue lex resistat potentie contrahendi siue prohibeat contractū, siue obligationē, fideiussor datus non tenetur, autore Paul. in d.l. cum lex. col. 1. Imol. in cap. cum contingat. nu. 18. de iureiurā. vbi etiam notat Antonius. Hæc autē lex tria illa prohibet. Primo potentiam contrahendi, ibi: *Mandamos, que ninguno pueda*. Deinde prohibet contractum, ibi: *Ninguno pueda prometer, Verbum Enim promitto*, est verbum contrahentis, & se obligantis. Postea resistit obligationi, ibi: *Todo lo contrario, pactos, promisiones, y contratos, sean en si ningunos, y de ningun valor y efeto*. Et si solum ex his prohiberet fideiussor datus non teneretur, iuxta communem sententiā supra citatam. His congruit quod scripsit Imola in l. cum lex. col. 3. ff. de fideiussoribus. q̄ vbi in lege prohibente adest decretum irritans contra factum, fideiussor datus non tenetur. Hic autem adest decretū irritans,

vt patet, ibi: *Todo lo contrario sea en si ninguno, y de ningun valor y efeto*. His accedit quod Barr. scribit in l. 3. ff. de fideiussor. col. fi. & in l. qui contra. ff. eo. tit. & vtrobiq; Paul. q̄ etiam si de iure fideiussor se obligans sciens principalem non esse obligatum teneatur, hoc non procedit quando principalis, neq; ciuili, neq; naturali actione tenetur. Ex quo infero, q̄ etiam si fideiussor dotis immodicæ sciāt patrē se obligantē nullo modo teneri, nihilominus ipse conueniri non potest, quia pater, neq; ad solutionem, neq; ad euictionem tenetur.

6 *His conuenit textus in l. si mulier cōtra Senatus. ff. ad Velleia. inquit lex: Ego putō fideiussori dandam exceptionem etiam si mandati actionem aduersus mulierem non habeat, quia totam obligationem Senatus improbat. Hic autem & contractus, & obligatio, improbantur, ergo fideiussor non tenetur. Neq; obstat si quis obijciat idē fideiussorem non teneri quoniam si teneretur, & ad solutionē compelleretur repeteret solum à principali, & ita fieret fraus legi, atq; idē contēdent q̄ cum in nostro casu fideiussor non possit repetere à patre q̄ cogendus est ad solutionem cum non fiat fraus legi: Nam contraria sententia probatur in dicta. l. si mulier contra Senatus, ibi: *Etiam si mandati actionem aduersus mulierem non habeat*. Ecce fideiussorem imprebati contractus non teneri etiam si non possit repetere à principali. De qua re vide Bart. in l. si stipulatus. §. si ex duobus, col. 2. ad finem. ff. de fideiussor Paul. in l. Marcellus, col. 1. nu. 2. ff. eo. tit. His consonat, quod quando contractus continet iniquitatem, & est ultra modum à lege præscriptum non oritur obligatio ciuili, neq; naturalis. Ita docuit Bald. in rubrica. ff. de consti. pecu. quem citat, & sequitur Rodericus in l. 1. titulo *Delus arras* §. quarto tertio. col. fi. ergo fideiussor accedere non potest, vt in d.l. cū lex. Illud supponitur pro constanti, quod fideiussor imprebati contractus non repetit à principali, ita Albericus, prima parte statutorum, quæst. 182. Tiraquel. post leges connubial. glof. 4. nu. 14. & probatur in d.l. si mulier contra Senatus. ff. ad Velleian.*

7 *Non obstant adducta in contrarium aduersus principalem conclusionem, quoniam opinio Alberici mihi videtur maximè dubia stantibus superioribus.*

8 *Hanc tamē opinionem, quod fideiussor dotis constitutæ aduersus hanc legem non teneatur,*

De non meliorandis

teneatur, limita nisi frater esset fideiussor; talis enim fideiussor teneretur, non tã ex vi fideiussionis, quã ex vi consensus, quia videtur consentire, & approbare meliorationem factam in sui præiudicium, quod sufficit, ad hoc: vt melioratio valeat, vt dixi supra suo loco. Quod autem fideiubens videatur consentire, notat Bald. in. l. exceptione. C. de cuius. vbi scribit, q̄ quis videtur consentire contractui pro quo se fideiussorem constituit, per textum ibi, & in. l. Pomponius. §. 1. ff. in quib. caus. pign. vel hippote. tacite contraha. l. venditione. C. de vlcupio. pro empto. Ex quo infert, quòd si ex statuto filius non possit se obligare absq; consensu patris, satis videtur pater consentire si fideiubeat pro filio. Quod efficacius asserit in sua Margarita, in verbo statutum. vers. pen. Alexand. l. is qui heres. §. si. col. 1. ff. de acquir. h. red. Soci. cõs. 80. lib. 4. col. 3. vers. capio primum, & probatur in. l. 1. §. sed et si serui. & ibi gløf. ff. de cuius. Ergo si filius fideiubeat pro patre disertè, & expressè dicente melioro filiam in tertia ratione dotis, nõ potest ipse pro sua parte meliorationem improbare, quoniam videtur eam approbasse.

9 ¶ Rursus illud longo indice notandum; q̄ si fideiussor, ita se obligaret, ego suscipio in me omne periculum quoniam scio summam quæ Petro dotis nomine datur licitã esse, & nihil fieri aduersum legem Regiam in Madritensi conuentu conditam, certè hoc casu fideiussor teneretur ad dotem etiam si ex eius præstatione insurgeret tacita melioratio, plus enim est quam fideiussor, qui affirmat cõtractum legitimum esse, neq; quicquam fieri aduersum legem. Huius opinionis autor est Baldus, scriptor nobilissimus in. l. si vero nõ remunerãdi. §. hoc amplius. ff. manda. Tiraquel. post leges connubiales. gløf. 4. nu. 14. Vbi proponit quæstionem, an fideiussor vxoris contrahentis, absq; facultate mariti aduersus prohibitionem legis obligetur, dicitq; q̄ vtrũq; sit, illud est sine dubio, q̄ si fideiussor suscepit in se periculum, & affirmavit nil fieri contra legem, valebit obligatio, & tenebitur ad implementum.

10 ¶ Præterea illud est memoria dignũ, quòd si extraneus se obligaret conseruare generum in tali melioratione non obstãte hac lege, teneretur ad promissionis implementum, & videretur in aduersum casum velle dotare de suo. Ita probatur efficacitè ex

his, quæ scribit Decius consil. 246. col. 2. nu. 6. vers. vltimo etiam adhiberi potest. Abb. cõs. 43. quidam dominus Antonius lib. 1. quem vide. Qui docent q̄ etiam si vxor non possit secundo marito dare in dotem vitra summam taxatam in. l. hac ædictali; tamen si tertius se obligaret promittendo conseruare maritum in talibus bonis non obstante. l. hac ædictali. promissio teneret, & maritus esset tutus.

11 ¶ Quod autem supradixi fideiussorem affirmantem nihil fieri aduersum hãc legem teneri, confirmari potest ex his, quæ dixi cap. 3. 2. nu. 11. De patre vel filijs, qui deciperunt generum, quæ hic aptissimè quadrant, videtur enim fideiussorem teneri de dolo cum decipiat generum, & facit. l. cum post mortem. §. 1. ff. de administr. tutor. Nouel. de dote. 6. parte. priuileg. 2. 1. & priuileg. 43. eadem parte, col. 2. vers. ficulo possit tamen. Non obstat aduersus principalem conclusionem. l. 1. & 2. C. de fideiussor. minorum, quoniam ibi minor peculiani personæ priuilegio se tuetur, si autem iure communi se defenderet, etiam fideiussor eodem iure tutus esset, ita distinguit Alexand. in d. l. 1. C. de fideiussor. minorum. Imol. in. c. cũ contingat de iure iuran.

12 ¶ Nũc videamus, an correus simul & principaliter se obligãs cum patre teneatur ad solutionem meliorationis factæ dotis ratione, & certè verius videtur correum efficacitè teneri. Ita probatur ex Bald. in. l. si prædium, col. 2. num. 3. C. de iure doti. vbi appositè scribit, quòd etiam si fideiussor mulieris alienantis res dotales non teneatur, tamen q̄ correus cum muliere principaliter obligatus teneretur quoniã proprio nomine se obligat. Hæc autem lex parentibus modum dotandi præscribit non extraneis, ergo cum correus sit, & proprio nomine se obliget compellendus est ad solutionem dotis.

13 ¶ Rursus hæc opinio probatur, quoniam etiam si ex aliqua lege fideiussor alicuius contractus non obligetur, tamen correus obligatur. Ita probatur in. l. fin. C. de dote cauta non numera. & ibi notant Bart. Bal. & Salice. Bal. in. l. profectitia. §. si pater nõ quasi pater. ff. de iure doti. Specula. de donationibus, inter virum & vxorẽ. §. pen. Bart. in. l. si id quod. ff. de duobus reis Bart. in. l. si cõstante. §. quoties, col. 2. & ibi Angel. & Imola. ff. solu. matrim. Iaf. qui hanc testatur esse communem opinionem in d. l. si

- l. si constante. nu. 2. Paul. in. l. si plures. §. præterea, nu. 2. ff. de fidei iusso.
- I 4** ¶ Deinde confirmatur hæc opinio, quoniã correus quantumuis magnam dotem soluat, nihil potest repetere à patrè. Correus enim debendi obligatus ex causa lucratiua nihil repetit etiam si soluat. Ita docet Bart. in. l. reos in. 2. q. C. de duobus reis. Alexã. in. l. si ex toto. §. si ita scriptum, col. penult. nu. 7. ff. de leg. 1. Corne. consi. 124. versic. item. col. 1. lib. 1. Bar. in. l. Modestinus, col. pen. ff. de solutio. & in. l. qui hominem. §. si duo. ff. eod. tit. Quod autem extraneus promittens dotem pro muliere, obligetur ex causa lucratiua, manifestum est, quoniam meram donationem confert in eam cui dotem promittit: vt per Alexand. consi. 71. col. 1. & 2. lib. 4. Iaf. consi. 171. col. 2. & 3. lib. 4. Nam & pater dotans filiam dicitur ei donare. l. si. C. de iure doti. glos. l. Meuia. ff. solu. matrimo. Bart. Paul. & ceteri. l. vna. C. de inoffic. dotib. Iaso. §. item si quis in fraudem. Institu. de actionibus.
- I 5** ¶ Postremò hæc opinio probatur, quoniam vt iam sæpius est repetitum, hæc lex condita est, ne filijs fiat præiudicium in legitima, vt dixi cap. 2. cum autem correus nihil eius q̄ excedit hanc legem possit repetere à patrè, certè filiorum nihil interest.
- I 6** ¶ Hæc opinio mihi placet, neq; obstât quæ ex aduerso produci possunt. Nō enim ignoro. Corneum consi. 124. incip. In nomine domine nostri. versiculo tamen his non obstantibus, col. 1. lib. 1. scripsisse, q̄ si duo correi promittunt dotem, & ad vnū ex eis pertinet onus dotandi q̄ alter censetur fideiussor. Quod etiam scripsit Aymō cōf. 77. nu. 3. lib. 1. Nouel. de dote. 6. parte priuileg. 3. Benedic. c. Raynuntius, verbo *Dotem*, nu. 24. de testam. Lupus in rubrica de donatio. §. 46. incip. ex prædictis, num. 3. Et est regula generalis in duobus correis se obligantibus, vt notat Bart. in. l. reos. ff. de duob. reis glos. in. l. vir vxori. ff. ad Vel. leian. & ibi notant Raph. Paul. Angel. & Imola in d. l. reos. ff. de duob. reis, & est cōmunis opinio, secundum Corne. d. consil. 124. col. 1. lib. 1. Et quòd duo correi videantur adinuicem fideiubere, scribit Alex. in. l. si constante. §. quoties. ff. solu. matrim. Ex quo videtur correum cum censetur fideiussor, nō esse obligatum pro immodica dote sicuti non obligatur fideiussor.
- I 7** ¶ Quibus accedit, q̄ quando fideiussor nō potest obligari, etiam non potest obligari

correus, vt docet Bart. in. l. si constante. §. quoties. ff. solu. matrim. Ioan. Andræ. in ad ditio. ad Specul. tit. de donatio. inter virū, & vxorem. §. pen. verbo illud. Paul. in. l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matrimo. Alex. qui hanc dicit esse veriorem opinionem, in. l. si constante. §. quoties. nu. 8. ff. solu. matrim. Sed hæc me parum mouent. Primo non obstat quod scribit Corn. quoniam loquitur de eo ad quem pertinet onus dotandi, & de correo simul cum eo obligato. Pater autem non tenetur meliorare filiam ratione dotis, imò neq; potest id facere, ergo si melioret, vel immodicam dotem det; certè, pro parte qua dos est immodica onus ad eum non pertinet, tãtūq; abest, vt tam amplè teneatur dotare, vt si id faciat peccet, vt supradixi, & transgreditur legem prohibitiuam, ergo non pertinet ad eum onus pro ea parte magis, quã extraneus, imò vero extraneus non prohibetur amplè dotare ipse vero sic, si transgreditur legem.

I 8 ¶ Non obstat secundum argumentū quòd prohibita datione fideiussoris videtur prohibita cōstitutio correi debendi, quoniam contra est communis opinio auctore Iaf. in l. si constante. nu. 2. ff. solu. matrim. & dato q̄ opinio Bart. in. §. quoties. esset tutior, nō vrget, loquitur enim quando eadem est ratio in correo, quæ in fideiussore; mulier enim non magis videtur fidere marito si accipiat correum quam si accipiat fideiussorem dotis, quod est aduersus mentem. l. 1. C. ne fideiussor. doti. dentur. In nostro autem casu, maxima est differētia, idè enim fideiussor nimix dotis non tenetur, quia vel tentaret repetere à patrè, vel quia vitiato principali vitiatur accessorium, si lex resistit actui. l. non dubium, & ibi glos. C. de legi. & ibi Bart. Bald. & Iaso. & in. l. cū lex. ff. de fideiussor. correus, at obligatur æquæ principaliter, & nomine proprio, idè vitiato vno, non vitiatur aliud, vt per Bal. in. l. 2. ff. de iurisd. omni. iudi. Dinus in regula. accessorium de regul. iur. in. 6.

S V M M A.

- 1** Portio amissa (ea videlicet que datur supra summam in hac lege præsumta) cui applicetur, & nu. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9.
- 2** Ius habere ad rem, & dominium rei, diuerso iure censentur.
- 3** Responsio, conformis interrogationi debet esse: Verba

De non meliorandis

- Verba mutant naturam, & propriam significationem, ex qualitate adiuncti.
- 4 Verbum *Lo aya perdido, y pierda*, in hac lege positum, ad quem referatur.
- 5 Verbum *Heredes*, quotiescūq; agitur de re propria patris, vel matris, intelligitur de filijs.
- 7 Poena priuationis, vel amissionis bonorum per legem imposta, favore eorū propter quos condita est lex, videtur imposta.
- Limite nisi propter publicam utilitatem imponatur, vt nu. 9.
- 8 A lucro remotus alicuius contemplationi, illud lucrum ei applicatur, cui lex, vel testator fauore voluerunt remouere.
- 10 Bona que amittuntur ex decreto alicuius legis, non sunt applicanda fisco, nisi poena amissionis, apponatur ratione criminis.
- 11 Filia dotata a qua auocatur, quod nimum est, an partem faciat ceteris fratribus: cum mortuo patre bona eius uenerint in diuisionem.
- Limite. vt in num. seq.
- Priuationis bonorum poena, nullo modo est imponenda, nisi quando ex iure iuris cauetur.
- 13 Priuationis onus, ad hoc vt d. *simmodica* dicitur, cui incumbat. & nu. 14. 16. 17.
- Heres si obijciat legatarijs testatorem immo- dica legata fuisse, in eos onus contrarium probandi transferatur.
- 15 Vxor agens ad arras promissas: an tenetur probare non excedere decimam bonorum partem, & nu. 22.
- 16 Contra Roder. *Xuarez* nu. 19 ad fi.
- Fūdas* se in aliqua qualitate cū probare tenetur.
- 18 Pater an presumatur congruē dotasse filiam.
- 19 Dos secundum morem regionis vbi datur, cēsetur dita.
- Præsumptio ni semper standum est, nisi aliud appareat.
- In intellectus. l. cum de lege *Falcidia*. ff. de probatio. & nu. 26.
- 20 Damnum etiam si debeat esse commune ex natura societatis, tamen si societas contrahatur addito pacto, vt damna sine communia, An societate soluta p. sit executionem peti, pro capitali etiam si rationes non sint calculatae, neq; liquidatum damnum nō inuenisse.

- 21 Dotem si p. s. deat, gener, vel filia, an tunc pater, vel fratres volentes auocare dotem, ipsi teneantur probare dotem fuisse immo- dicam.
- 23 Vitiato principali, vitiatur accessorium.
- 24 Statutum si dicat, vt aduersus instrumenta do- talia non possit opponi exceptio, non po- test opponi, nisi illud quod tangit instrumen- tum, puta defectum solemnitatis instrumē- talis, vt est defectus diei, vel Consulis, & similia que tangunt instrumentum, nō autē quod tangit substantia debiti.
- 25 Si in instrumento dotis facta sit melioratio, ita quod ex verbis expressis constet patrem meliorasse, an sit mandandus executioni: Statutum si dicat ne vxor contrahat absq; fa- cultate mariti si deficit licentia, an merea- tur executionem.
- 26 Glosa si sciret legem, intelligenda est, ius la- gem quam citat.

¶ Quid significant verba huius legis: *Lo que mas diere lo aya perdido. Et si petatur executio ex contractu dotis, an gener debeat probare, non oriri meliorationem ex constitutione dotis, ac deniq; in huiusmodi tractatu cui in- cumbat onus probandi. Ca- put. X X X V I.*

I Nter difficultates occurrentes his qui lo- gunt verba huius legis, illa connumerari solet, quid significant verba illa posita post prohibitionem meliorationis, & præ- finitionem dotis, ibi: *So pena, que todo lo de mas de lo aqui contenido que diere, o prometierte, lo aya perdido y pierda. Quid significāt hæc? & cui applicatur portio amissa. Primo vi- detur patrem constituentem dotem, supra summam hęc præfinitam: amittere partē excedentem. Ita videtur probari ex illis verbis: *Todo lo que mas diere lo aya perdido y pierda. Quis enim dominus est rei quam amissit?**

amissit? Sed certè hæc opinio dura est. Quare ego vel comminationem esse interpretor, vel quòd est vero similius, credo bona censerè amissa quoad hoc, vt pater non possit illa in dotem dare in præiudiciũ filiorum, sed quòd tẽpore mortis eius sunt inter filios æqualitèr diuidenda. Et quòd pater nò amittat quod supra taxam in dotem dat; probatur ex libello oblato Principi, ibi: *El derecho de la demasia passe a los herederos*. Nota illa verba: *El derecho*, in filios enim transit ius ad reuocandam immodicam dotem, nò vero dominium, aliud enim est habere ius ad rem, aliud dominium rei l. minus. ff. de regul. iuris. l. actionem, & ibi DD. ff. cod. tit. Rursus nota illa verba: *A los herederos*, Cum enim viuentis non detur hæreditas, vt l. 1. ff. de hæredi. vel actio. v. d. Sequitur quòd cum filij solum habeant ad immodicam dotem ius dilatatum in tempus quo sunt patri hæredes, quòd pater nò amittit statim dominium nimix dotis. Rursus cum dominium non possit stare in pendenti, sequitur quòd cum filij illud non acquirant, pater retinet.

2 **¶** His suffragatur quòd dixi supra. c. 34. **¶** filij patre viuo non possunt reuocare immodicam dotis præstationem. Rursus hæc opinio probatur, quoniam ex decreto huius legis, filia nihil potest accipere ultra certam summam, si autem dicimus patrem amittere dominium partis excedentis, habebit filia occasione dotis ultra summam hic præfixitam, quoniam portio dotis immodica inter filios diuidenda est, vt statim dicã, & filia ipsa dotata partem facit sicut cæteri hæredes filij.

3 **¶** Rursus, quòd hæc sit mens legis, probatur, quoniam cum in petitione Principi oblata: solum petatur, vt ius partis excedentis transeat ad hæredes, responsio vt partem excedentem amittat, intelligenda est iuxta petitionem, nam responsio solet esse conformis interrogationi, vt in. §. præterea. Insti. de inutilib. stipulat. l. Titia. §. idem respondit. ff. de verbo. obliga. & præfatio indicat mentem legis. l. si. ff. de hæredib. instituen. & ex præcedentibus & sequentibus colligitur verus orationis sensus. l. si seruus plurium. §. sed si ante. ff. de leg. 1. l. nummis. ff. de leg. 3. Quinimo ex eis: verba, immediate sequentia sunt declaranda quoniam si consideremus nò solum illa verba, *Lo aya perdido y pierda*, sed vniuersalem petitionis, & legis contexturam

(vt fieri debet) iuxta text. singularem in l. Meuia. ff. de manum. testam. ibi: *Contextum totius scripture*, A pertissimè constat, voluntatem prudentissimi, & christianissimi Imperatoris, & Regis nostri Caroli. V. cam fuisse, vt dicta verba: *Lo aya perdido y pierda*: Intelligenda sint iuxta petitionis verba, & supplicantium intentionem, ibi: *El derecho de la demasia passe a los herederos*. Ex quibus verbis declaranda sunt verba legis immediate sequentia, ibi: *Lo que mas diere lo aya perdido, y pierda*: l. hæredes palam. §. 1. ff. de testam. ibi: *Ex vicinis scripturis*: l. qui filiabus. ff. de lega. 1. adeò quod verba mutant naturam, & propriam significationem suam, ex qualitate adiuncti: vt docet Bart. in. l. sed & si adijciatur. ff. pro socio communiter receptus teste Hippol. Riminald. consil. 504. numero. 7. lib. 5.

¶ Rursus quòd pater non amittat statim dominium partis excedentis, probatur: quoniam si ea esset mens legis, potius augetur sumptus, & damna prouenientia ex nimix dotis præstatione, quam resflecteret. Postremò decretum huius legis præposterum esset, si propter eius transgressionem pater partem excedentem amitteret, cum enim non sit crimen, non est credendum legem voluisse illum priuare bonis, quod non fit nisi propter atrocissima crimina præsertim cum pater censendus sit potius transgredi legem paterni amoris affectu, quam contemptu legis.

4 **¶** Rursus notandum, quòd hæc verba: *Lo aya perdido*, Referrì possunt ad ipsam filiam dotatam, vel ad generum dotem accipientem, scilicet, vt portionem excedentem non acquirant, & cum lex resistat contractui, & reddat illum ipso iure nullum dicit significanter: *Lo aya perdido*, Fateor tamen hunc sensum non satis conuenire verbis, inquit enim lex: *Lo que mas diere lo aya perdido*: Nota illud: *Lo que mas diere*, Quæ verba non satis aptè videntur posse referri ad generum, vel filiam qui non dant, sed accipiunt dotem. Sed respondebit aliquis illa verba, *Lo que mas diere*, Referrì ad patrem dantem, sequentia vero, scilicet: *Lo aya perdido*: Referrì ad filiam, vel generum dotem accipientem. Sed huic interpretationi obstat verborum vis, quomodo enim illa verba, *Lo aya perdido*: quadrant ei cuius res nūquam

V fuit:

De non meliorandis

fuit: cum resistat lex, & impediatur domini translationem adiecto decreto irritante quod impedit domini translationem deficiente titulo habili, ut in l. 3. §. sciendum. ff. de donatio. inter virum, & vxorē. Sed respondebit aliquis legem loqui de amissione iuris, vel domini quatenus de facto res tradita fuit, ut scilicet id ius qualecumq; amittatur, quæ interpretatio etiam in legibus Romano sermone conscriptis (quæ proprietate commendantur) admittimus, iuxta glos. in l. do. um. C. de do. & ita sensus est quod filia vel gener immodicam dotem accipientes amittunt eam quatenus de facto res tradita eis fuit.

5 ¶ Nunc videamus cui sit applicanda nimia portio quæ amissa dicitur, & certè quidquid supra taxam datur pertinet ad filios, & mortuo patre illud inter se diuidēt. Ita probatur ex libello Principi oblato, ibi: *si mas dicere en publico, o en secreto, por el mismo hecho p. esse el d. de la demasia a los herederos.* Hoc verbum *Herederos*, quoties agitur de re nostræ simili, intelligitur de filijs. Ita docet Barto. & Alexand. col. 1. & Ias. num. 31. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posthum. Barto. & cæteri in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebel. Et quamuis hæc verba non contineantur in lege sed in libello; Carolo Regi oblato, explicant mentem legis, quæ ut ex eius decreto apparet postulationi sese conformat. Petrum enim fuit ne dos excedat legitimam, & quod si excesserit: præstatio ipso iure nulla sit, & transeat ad hæredes eius. Rex autem præcipit, ne dos excedat legitimam, ibi: *No pueda mejorar.* Et contra factum: decernit esse nullum ipso iure, ibi: *Sea en si ninguno.* Et ius ad nimiam portionem ad hæredes pertinere constituit, neq; quicquam filiam, vel generum acquisuisse, sed quicquid excedit amississe etiam si de facto eis traditum fuerit.

6 ¶ Rursum cum lex condita fuerit ne legitima cæterorum filiorum minuat, ut dixi latè cap. 2. Certè si portio in dotem data alijs applicaretur quam filijs, læderentur filij, & eorum legitima minor esset, absq; utilitate totoris. Præterea probatur hæc opinio. l. 1. titulo *De las arras*: lib. 3. Fori, ubi si quis det, arras ultra summam in lege præfinitam, consanguinei propinquiores possunt repetere partem excedentem. Ita ibi definitur, & notat Lupus in

rubrica de donationibus inter virum, & vxorem. §. 24. incip. & circa num. 1. Rursum quod dos immodica sit diuidenda inter filios pro parte, quæ immodica est, probatur expresse re, & verbis apertissimis in l. 29. Tauri in fine.

7 ¶ Sic in casu. l. hac ædictali. C. de secund. nupt. præfinitur dos quam vxor potest dare secundo marito, & definitur, ut pars excedens applicetur filijs, & declarat Cornuus, consil. 118. col. 1. lib. 1. & consil. 33. lib. 1. His conuenit quod pœna priuationis, vel amissionis bonorum imposita per legem videtur imposita fauore eorum propter quos condita est lex. Ita notat Bart. in l. vxorem. §. hæres. ff. de leg. 3. ex quo Bart. infert illis bona applicanda esse. Facit. l. post legatum. §. amittere. ff. de his quibus, ut indignis.

8 ¶ Sic quando quis remouetur à lucro contemplatione alicuius, illud lucrum ei debet applicari cui lex vel testator fauere voluerunt. l. si legatarius. C. de lega. l. 2. §. fin. & ibi Bart. ff. de collatio. bonorum. scribit Ias. in l. seruo. §. si testator. num. 4. ff. de leg. 1. Hæc autem lex condita est, ne nimia dos minuat legitimam cæterorum filiorum, & filiarum, ergo eis pars excedens applicanda est. Quod comprobatur, quia si statutum dicat, ut mulier nō possit disponere ultra quartam in præiudicium filiorum, videtur augere legitimam filiorum & eis fauere. Ergo cum hic lex d. cat dotem non posse dari ultra legitimam, certè fauore cæterorum filiorum lex condita videtur, ut per Socin. consil. 84. nu. fil. lib. 1. qui plures citat.

9 ¶ Sic & pœna à lege imposita (nisi propter publicam utilitatem imponatur) applicanda est parti cuius fauore lex pœnam imponit. Ita docet Angel. & Alexan. nu. 20. in l. si quis id quod. ff. de iurisdic. omn. iud. Bald. in l. vna num. 43. versiculo sexto queritur. C. de his qui pœnæ nomine. & in Authent. cui relictum. C. de ædicto D. Adria. tollen. & probatur ex Bart. in l. Agraria. ff. de term. moto. ex Bald. in l. si Ecclesia venerabilis. C. de Episcop. & clericis. Ergo cum hæc lex prodita sit fauore filiorum, qui adsunt præter dotatam, & fauore parentum, ne facultates proprias immodicis sumptibus exhauriant, sequitur pœnam amissionis hic impositam vtriusq; applicandam, filijs quoniam habent ius repetendi immodicam dotem cum fructibus, patri vero

vero quoniam, vel retinere si non soluit, vel repetere, si soluit nimiam portionem potest.

I 0 ¶ His suffragatur quòd bona quæ amittuntur ex decreto alicuius legis, non sunt applicanda fisco, nisi pœna amissionis apponatur ratione criminis. Ita docet glos. communiter recepta in. l. si pater. C. de hæredi. institu. vbi Ias. prolixè differit glos. & Doctores in. l. hæreditas. C. de his quibus, vt indignis, & est opinio communis, secundum Alexand. & Ias. col. 3. in. l. si is qui ex bonis. ff. de vulg. & pupilla Alexand. & Ias. in. l. si quis mihi bona. §. seruus municipum. ff. de acquiren. hæredit. In hac autem specie, crimen abest, igitur venientibus ab intestato, hoc est filiis: non fisco applicanda portio est.

II ¶ Meminisse tamè oportet quòd filia ipsa dotata à qua auocatur quod nimium est, partem faciet cæteris fratribus, cum mortuo patre bona eius venerint in diuisionem. Ita probatur in verbis petitionis, ibi: *El derecho de la demasia passe a los herederos*, Filia autem hæres est. Facit quod notat Bart. in lab omnibus. in principio. ff. de leg. 1. Rursus cum hæc lex æqualitatem inter filios seruare velit, iniquum est vt filia: quæ forsatis integram legitimam non accepit in dotem; eius partem amittat quòd maiorem dotem acceperit quàm lex præscribit, quòd aduersus iuris dispositionem esse videtur, vt in. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam. Esset profecto summa iniquitas, minuere legitimam filia: dotatæ ex eo quod maiorem dotem, acceperit quam hic præfinitur, præsertim cum ipsi nulla culpa imputari possit ex facto patris sibi immodicam dotem præstantis. Certè satis est immodicam dotem reuocari, neq; oportet legitimam minuere, neq; pœna priuationis imponenda est, nisi id expresse iure cautum reperitur, ita glos. in. l. 1. col. fi. C. de transacti. Alexand. & Ias. in. l. sed hoc ita. §. si. ff. de re iudica. Alexand. l. etiam. §. licet. nu. 7. ff. solu. matrim. facit Authent. de non eligendo secun. nubentes. §. cum igitur. notat Ias. in. l. cum quidam, col. 3. ff. de liber. & posthum. & in. l. quod te mihi, col. antep. ff. si cert. petat. & in. l. 2. nu. 39. ff. de vulg. & pupilla, Decius in rubrica de iudici. nu. 32. Alexand. l. ex facto, numero. 32. ff. de vulg. & pupil. Ias. in. l. ab hostibus. ff. solu. matrim.

I 2 ¶ Animaduertendum tamen, quòd si dos

reuocatur non quia excedit summam hic præfinitam, sed quia excedit legitimam, quæ forte par est taxæ, & idè potuit dari, & tunc portio excedens legitimam ad cæteros fratres pertinet ratione legitimæ suæ diminutæ ex melioratione, facta ratione dotis tacitè, vel expressè, nihil autè dotatæ dandum est, quoniam haberet dotis ratione plusquam legitimam. Si tamen dos data non esset par legitimæ, sed excederet summam hic præfinitam, & tunc dotata ipsa partem faciet in diuisione immodicæ quantitatis pro parte quæ ad se pertinet ratione legitimæ. Si tamen dos excederet legitimam & occuparet quintam partem, vel partem eius, & tunc ipsa dotata in eius diuisione partem faciet quoniam non magis alijs debetur quam sibi.

I 3 ¶ Nunc videamus quis teneatur probare dotem legitimam excedere, vel dotem immodicam fuisse. Finge exemplum, dotauit pater meus filiam, ego contendo dotem excessisse legitimam, atq; idè me non esse cogendum soluere dotem à patre promissam. Vel finge ipsum patrem dotatæ: hoc telenote fecit tueri. Nupta negat dotem excedere legitimam, quæro cui incumbat onus probandi. Hanc questionem dubiam reddit celebris, sed suspecta doctrina glosæ in. l. cum de lege. ff. de probatio. quæ docet hæredem obijcientem legatarijs testatorem immodica legata fecisse, atq; idè locum esse legi Falcidiae transferre in eos onus contrarium probandi, & quod si non probent bona testatoris tot legatis suffecisse: hæres ea soluere integrè non tenetur etiam si nihil ipse probet. Glosæ sententiam probat Bart. in. l. si constante. in prima quæst. primæ partis. ff. solu. matrimo. & in. l. decem. ff. de verbo. oblig. Alexand. & Iaso. col. 19. in. l. si constante. ff. solu. matrim. Alexand. consil. 55. nu. 6. lib. 1. Alexand. & Ias. t. cum ex causa. ff. de re iudica. & in. l. si. §. licentia. C. de iure deliberan. Roman. col. 276. in fine Paul. consil. 212. lib. 1. Aretin. consil. 120. Guido decisione. 142. Curtius senior, consil. 27. col. 7. Ias. consil. 34. lib. 1. Alcia. de præsumptio. regula. 3. præsumptione. 20. Angel. & Bart. l. 1. §. si vsusfructus. ff. ad legem Falcid. Ripa. l. si constante. nu. 18. ff. solu. matrim. Corn. l. si. §. licentiam. C. de iure deliberan. & est communiter approbata, auctore Ruino, conf. 91. col. 2. lib. 5. Croto in d. l. si constante in. 2. lectione. nu. 34. ff. solu. matrim. Ex quo notant doctores in locis

De non meliorandis

supracitatis, paupertatem meam censerī probatam si dicam, ego habeo in bonis au reos decem & non amplius. Ergo si pater, vel filij recusantes solutionem dotis promissæ dicant legitimam nō sufficere absq; læsione ceterorum fratrum, videtur filiā, vel generū cui dos est promissa teneri probare legitimam nō esse minorem dote, vel dotem non excedere legitimam.

14 ¶ Cōfirmatur hæc opinio, ex eo quod scribit Alexand. consi. 33. nu. 6. lib. 1. Vbi ait q̄ si quis fecit donationem, & eius hæres vult reuocare, sufficet si dicat donantem non habuisse alia in bonis tempore donationis, & quod volens dicere contrarium habebit necesse illud probare.

15 ¶ Rursus confirmatur ex eo quod scripsit in simili casu Rodericus in. l. 1. titulo De las arras, versiculo circa hanc partem, quod si vxor agat ad arras promissas, tenetur probare eas non excedere metam legis, scilicet decimam partem bonorum, quoniam vxor cum petit arras promissas: censetur allegare pro fundamento suæ intentionis quod arræ promissæ non exceſſerunt decimam bonorum partem. Quā Roderici sententiam, probat Antonius Gomezius in. l. 51. Tauri, nu. 13. & testatur esse in praxi receptam. Couarruu. Variarum resolutio. lib. 2. c. 6. num. 7.

16 ¶ Sed his non obstantibus contraria sententia mihi magis placet imò si quis simpliciter centum promittat in dotem, tenetur ea soluere, nisi probet excedere filiæ legitimam. Moueor, quoniam cum filia, vel gener dotem petunt, innittuntur promissioni sibi factæ, & hoc est vnicum eorum fundamentum. Etsi pater sese tueri vult, ea exceptione quod dos excedit legitimā, probare id tenetur. Primo quoniam actor quod asseuerat probare debet. Deinde quoniam, qui fundat se in aliqua qualitate tenetur eam probare, glos. in. l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisfacere cogā. Vbi si paupertas est causa intentionis, is qui allegat tenetur eam probare. Et illam glosam, sequuntur ibi Bart. Alber. Angel. Paul. & Socinus dicunt esse singularem: Alberi. in. l. ei incumbit col. si. ff. de probat. & in. l. si creditores. ff. de priuil. credito. Bal. in. l. non prius. in principio. C. quando fiscus, vel priuatus, & in. c. in præsentia, col. antepen. versic. quæro quare probatio. de probatio. & consil. 404. col. 2. lib. 1. Abb. c. bonæ in primo, col. antepen. de electio. &

est doctrina communis, & perfecta, secundum Florian. l. ei incumbit. col. 2. versic. Sed si loquamur, ff. de probatio. Afflict. decisione. 377. col. si. versic. & pro ista parte. Et qui se à muneribus vult excusare allegando paupertatem, eam probare debet. l. cura §. deficientium. ff. de muner. & honoribus. Ergo si focer vel filij allegent tenuitatem bonorum aduersus promissam dotem, probare eam tenentur.

17 ¶ Rursus hæc opinio probatur ratione, quoniam si expendas glos. in. l. cum de lege. ff. de probat. & quæ ex eius autoritate definiunt doctores, nō temerè reperias locum in quo ipsemet, qui donauit vel promissit tutus sit exceptione quod bona non sufficiant, sed hæres eius. Imò vero in nostra specie esset imprudentissimum si focer tutus esset his tribus verbis: *Ego re vera decepi generum* (nam hoc est in summa) *quoniam ceterum, quæ in dotem promissi excedunt legitimam filie.* Et quod hac testificatione transferret in generum onus probandi quod dos non excedit legitimam, & quod si non probet non sit condemnandus.

18 ¶ Rursus moueor quoniam, pater nūquam censetur malum consilium sumpsisse pro filijs, neq; voluisse inter eos inducere inæqualitatem, vt dixi capite secundo, & sic nunquam est credendus meliorasse filiam, neque ei vltra legitimam proinisse, præsertim cum inde rixa inter generum, & filiam oritura sit, & simultas, inter eum & generum. His accedit q̄ pater præsumitur congruè dotasse filiam, vt per Alexand. consi. 133. col. 2. lib. 4. Paul. consi. 403. circa medium, lib. 2. Marian. consil. 30. col. 2. versic. concludo quantum ad secundum membrum. Curtius senior, consil. 27. col. antepen. versic. Fortius, ibi: *Secundo an possit*: Socin. consil. 288. num. 21. lib. 2. Decius, consil. 26. col. 2. Socin. consi. 57. numero. 27. lib. 4. Curtius iunior, consil. 10. num. 1. Afflict. constitut. Siciliae, fo. 297. num. 73.

19 ¶ Sic dos secundum morem regionis data censetur, autore Grato, consil. 135. num. 45. lib. 1. Decio. l. factum, col. fin. C. de colatio. cum alijs citatis cap. 1. Si autem pater præsumitur congruè dotasse filiā certè isti præsumptioni standum nisi ex immodico excessu aliud appareret: ita Ias. in l. voluntas. C. de fideicommissi. Curtius senior, consil. 27. col. antep. propè finem versiculo fortius. Curtius iunior, dicto cōs. 10. num.

num. 1. cum alijs congestis cap. 1. num. 13. versiculo Deinde non puto. Hæc autem congruitas in eo consistit, vt neq; minor, neq; maior sit, quam æquum est. Dos autem excedens legitimam est incongrua, ergo pater dicens dotem legitimam excessisse dicit eam fuisse incongruam, & contrarium præsumitur, & ei standum donec contra probet pater. His accedit, quòd Didacus Couarru. Variarum, lib. 2. c. 6. num. 7. ad finem prudenter (vt semper) videtur improbare opinionem Roderici in. l. 1. titulo De las arras, & sentit quòd vxor petēs arras non tenetur probare arras non excessisse decimam. Nam solum se fundat in promissione facta, & si casus incideret ego ad solutionem arrarum condemnarem hæredes etiam si vxor non probaret, non excedere decimam. Moueor ex. l. cū de lege. ff. de probatio. quæ expresse videtur hanc arrarum, & dotis quæstionem definire. Inquit Celsus, quòd si l. gres denegat solutionem legatorum dicens esse defalcada, quia bona testatoris non tanti erant (hæc enim est dispositio legis Falcidiæ) quòd ipse probare debet locum esse legi Falcidiæ, & si non probet condemnandus est. Inquit lex.

Cum de lege Falcidia queritur: heredis probatio est locum habere legem Falcidiam, qui dum probare non potest merito condemnabitur. Ergo si pater dicat dotem defalcandam, quia excedit legitimam ipse probare debet, & si non probet cōdemnandus est, & idem in arris.

20 ¶ Confirmatur quoniam etiam si ex natura societatis damnnum debeat esse commune, tamen si tecum societatem contraxi ad dito pacto, vt damna sint communia, certè soluta societate possum petere executionē pro capitali, etiam si rationes non fuerint calculatæ, & etiam si non sit liquidatū dānum non interuenisse. Ita docuit glos. 5. ad fin. in. l. 10. tit. 10. part. 5. quæ citat Socinum; conf. 265. vol. 2. Imò quod fortius est, si promissi tibi decem, nisi ex calculo rationis apparet mea, tibi non debere, instrumentum est executioni mandandum etiam antequam ratio calculetur, etiam si in ipso instrumēto illa verba apposita sint *Nisi ex calculo rationis appareat me nihil debere.* Ita docuit Socinus in. l. quibus diebus. §. quidā Titio. col. fin. nu. 10. versi. & expræmissis. ff. de conditio. & demonstr. Ergo etiam si in instrumento dotali apposita essent hæc verba, promitto centum nisi ex calculo rationis appareat excedere

legitimam filiæ certè instrumentum est mandandum executioni etiam antequam ratio calculetur. quod est notandū aduersus opinionem Roderici, & Antonij.

21 ¶ Hæc opinio indubitanter probanda est, si iam gener, vel filia possident dotem, tunc enim indubitabile erit patrem, vel fratres volētes auocare dotem teneri probare dotem fuisse immodicam. Ita Cinus, & Salic. in. l. actor. C. de probatio. qui scribunt quòd si ad aliquem actum requiratur certus numerus facultatū, & aliquis obijciat actū non esse validum, quia illæ non habet tot facultates, certè is qui obijcit tenetur illud probare, si modo is qui dicitur non habere tot facultates possideat rem quam possidere non potest, nisi habeat tot facultates. Subdit Cinus rationem, quoniam cum aliquis est in quasi possessione actus præsumitur iustus, & validus cum possideat. Sic Rodericus dicta. l. 1. titulo De las arras, Scribit, quòd si vxor possidet arras non tenetur ipsa probare non excessisse decimam, sed illi probare debet, qui eas impugnant.

22 ¶ Secundo hæc opinio esset magis, expedita, si quis peteret arras, vel dotem ex. in instrumento publico, tunc enim propter auctoritatem rei iudicatæ quam instrumentū continet, non tenetur quicquam probare, quia habet pro se instrumentum promissionis. Sed certè siue iudicio ordinario agatur, siue executiuo, semper iudicari onus probandi pertinere ad eum, qui arras vel dotem defalcare vult ex eo quòd tantę doti, vel tantis arris bona non suffecerint iuxta legem:

23 ¶ Illud tamen est longo indice notandum, quòd si in instrumēto dotis esset facta promissio meliorandi ratione dotis, vel esset facta expressa melioratio, ita quod ex verbis instrumenti constaret dotem cōtinere meliorationem: tale instrumentum non est mandandum executioni, nisi pro parte; legitima quam ipse petens probare debet. Nam instrumentum ex suo tenore cōtinet vitium manifestum aduersus legem. Neq; obstat clausula guarētia, quoniam fundatur super instrumento, & cū instrumentum, & obligatio sint nulla ipso iure clausula tanquā accessoria est nulla. Facit quod signanter scripsit Bal. in. l. hac ad et alii. C. de secun. nup. Disponit illa lex (vt iā sæpius est repetitum) quod vxor non possit dare secūdo marito in dotem ultra certam

De non meliorandis

summā, ne fiat præiudicium liberis primi matrimonij: quærit Baldus, quid si dicat statutum, vt aduersus instrumentum guarentigium nihil possit opponi, nunquid tale instrumentum infringi poterit per illam legem, & respondet q̄ sic si filius non consensit, quia præceptum guarentigiæ quod fundatur super instrumento est irritum, quia si nullum est principale, ergo & accessorium, vt etiam notat Socin. l. 1. nu. 1. & 2. ff. solu. matrim. & opinionem Bald. sequitur. A lexan. ibi in apostillis, & Bertrā. in repetitione. l. hac ædistali. §. si vero plus nu. 5. Areti. consi. 86. Diligenter in fine, & Iacobin. de sancto Georgio in dicta. l. hac ædistali. Sed quia aliquis possit respondere Baldum non negare instrumentum esse mandandum executioni, sed solum dicere posse infringi, opponendo. l. hac ædistali, notat illam doctrinam Bald. Iacobini, & Bertrandi: pro eo quod supradixi, q̄ maritus agens ad dotem, vel vxor petens arras non tenentur liquidum facere dotem, vel arras non excedere taxam, Baldus enim & cæteri loquuntur declarando. l. hac ædistali, quæ præfinit metam dotis, & dicit Baldus quod instrumentū promissionis factæ aduersus illam legem potest infringi, nisi filij cōsenserint promissioni, si enim cōsenserint cōsensus eis præiudicat, ergo ipsi filij volentes infringere promissionem tenentur probare excessisse taxā, illis enim videtur imponere onus infringendi, quod non potest fieri nisi probando, vt patet in dicta. l. cum de lege. ff. de probatio.

24 ¶ Rursus facit quod scribit Bald. in. l. fi. C. de falsa causa adiecta legato. Vbi notat q̄ si dicat statutum, vt aduersus instrumenta dotialia non possit opponi exceptio, quod non potest opponi nisi illud q̄ tangit instrumentum, putā defectum solemnitatis instrumentalis, vt est defectus diei, vel Cōsulis, & similia quæ tangunt instrumentū, non autem quod tangit substantiam debiti. Quod, quomodo intelligatur, vide Rodericum, in repetitione. l. post rem. post. 1. 2. limitationem. versic. sed pro euidencia, col. 2. ibi: *Præterea facit optime.* Et postea col. 1. 2. versic. nec etiam obstat. ff. de re iudicatā.

25 ¶ Reddeundo, ad limitationem propositā, dico quod si in instrumento dotis est facta melioratio, ita quod ex verbis expressis cōstet patrem meliorare, non est mandandum executioni instrumentum dotis. Moueor ex Bald. in. l. etiam, col. 1. & 2. C. de execu-

tio. rei iudica. vbi dicit, q̄ in instrumentis guarentigiatis considerandum est an deficiat natura, vel substantia, vel solemnitas, nam quodcumq; horum deficiat clausula guarentigiæ nil operatur. Vnde infert q̄ si instrumentum est factum cum furioso, vel incarcerato, ad vtilitatem incarcerātis, vel si instrumentum contineat cōtractum innominatum, vel in eo non sit seruata solemnitas alicuius statuti, non est mandandum executioni. Vt si dicat statutum, ne vxor cōtrahat absq; facultate mariti, cerē si deficit licentia non meretur executionē, quæ omnia refert & sequitur Rodericus in repetitione. l. post rem, post duodecimā limitationem. versic. sed pro euidencia, col. 7. versic. quinto allego. ff. de re iudica. Cum autem in instrumento promittitur melioratio, cerē palām fit aduersus præceptum legis, & contractus est ipso iure nullus, ex dispositione legis, & cum ex eius tenore statim constet nullum esse cum expressam contineat meliorationem, nō oportet dare occasionem litibus, mandando instrumentū executioni. His congruit, quod si ex instrumento constet diem non aduenisse, non est mandandum executioni, vt expresse definitur in. l. fin. titulo *De las excepciones*, lib. 3. Ordinam. ibi: *Siendo passados los plazos*, Si ergo, vt non fiat executio sufficit diem non aduenisse, quanto magis constare ex ipso instrumento illum non solum, non valere, verum etiam esset ipso iure nullum aduersus prohibitionem legis. Facit quod scribitur in. l. fin. C. de ædicto. D. Adria. tollend. quod non debet quis mitti in possessionē ex testamento cuius vitium est notorium ex eius aspectu.

26 ¶ Ego in eā sum sentētia, vt agens ex promissione dotis obtinere debeat etiam si nō probet dotem non excedere legitimam, siue agat iudicio ordinario, siue executiuo, nisi ex ipso instrumenti tenore constet patrem meliorasse. Non obstant adducta in contrarium, quoniam doctrina glōse in. l. cum de lege. ff. de probatio. non probatur iure. Deinde vt vera sit, intelligēda est iuxta legē quam citat, scilicet iuxta. §. licentiā l. fin. C. de iure deliberan. qui textus loquitur quando hæres confecerat inuentarium, quo casu propter præsumptionem quæ est pro inuentario, hæres dicēs tot legata fuisse relicta à testatore, & tot bona remāsisse in eius hæreditate, vt apparet ex inuentario, transfert onus probandi in legatarios.

Ita

Ita intelligenda est illa glossa. Secundum Imolam, in rubr. ff. de noui. opet. nuntia. Alex. ubi. col. pen. & Niconicius. nu. 269. Alex. in. l. si constante. nu. 7. Iaf. nu. 131. Ripa. nu. 20. Crotus. num. 9. 1. lectione. ff. solu. matri. Couarru. variar. resoluti. lib. 2. c. 6. nu. 4. versic. non obstat. Alex. & Aretin. in. l. in illa, col. pen. ff. de verbo. obliga. Alex. l. decem. col. 5. ff. cod. tit. Iaf. in. §. itē si quis in fraudem. nu. 70. Institu. de actio. n. b. & in. §. licentia. l. fin. C. de iure delibe. Ripa. c. cum ecclesia. num. 83. de causa pos. sessio. & proprietate. Alcia. reg. 3. præsumptio. 20. Rodericus. l. 1. titulo De las arras, versic. circa hanc partem. Iacobin. in. d. l. cū de lege. ff. de probatio. Non obstat q̄ scripsit Rodericus. l. 1. titulo De las arras. §. circa, quoniā eius doctrina meo iudicio aliena est à veritate, vt modestè sentit Couarru. d. lib. 2. variar. resolutionum. c. 6. nu. 7.

S V M M A.

- 1 **A**N hæc lex obseruari debeat, etiam si in contrarium adsit rescriptum Principis:
Authores qui laudant legem de non meliorandis filiabus dotis ratione.
- 2 **P**œnæ imposite a foemina secundo nubenti, vt nõ possit virò dare dotem vltra certam summam, ex. l. hac edictali. C. de secund. nup.
An tollantur ex rescripto Principis.
- 3 **D**ispositio huius legis de non meliorandis dotis ratione filiabus, an esset extendenda ad dotes constitutas ante annum, quo edicta fuit, si modo matrimonium sequutum fuit, postquam fuit condita.

An hæc lex obseruari debeat etiam si in contrarium adsit rescriptum Principis. Caput. XXVII.

- 1 **N**on est falsum q̄ doctissimus quidam vir scripsit, legē instar esse telæ ab araneis contextæ, quam magna animalia rumpunt, pusilla verò naturæ imbecillitate irretita percunt. Solent ditio-

res, & qui antiqua gentis nobilitate præstant, impetrare Regium diploma, vt non obstante hac lege possint filias immodicè dotare, quæro an hoc æquum sit & admitendum. Equidē sub bono Principe oportet ad vnguem seruari leges, tanto consilio tanto studio proditas, vt si quis humanas cōstitutiones in vniuersū excreetur (haud procul absit à blasphemia.) Sed præsertim oportet obseruari hanc legem, quæ nisi me fallit animus, neque autoritate, neque utilitate, neque prudenti æquitate, cuiquam ex Hispanicis cedit. Laudant eam omnes boni viri, extollunt laudibus eruditi, seruandamq; tanquā reipublicæ maximè utilē. Admonet Antonius Padilla eruditi ingenij, & eximie prudentiæ Senator amplissimus in Athen. res quæ, num. 24. C. commu. de lega. Didacus Couarru. vir immortalitate dignus in epitome super quarto. 2. par. §. 7. num. 3. Petrus Auendanius multæ exercitationis aduocatus in tractatu de exequendis mandatis. c. 14. num. 6. vbi dicit legem seruari, & publicæ interesse vt seruetur. Eam interpretatur Orosius vir grauissimus aureæ diuisionis foelici iucunditate clarissimus in. l. omnes populi nu. 149. ff. de iusti. & iure. Ac nouissimè Telius Ferdinandus multæ experientie & ægregiæ doctrinæ vetus aduocatus in. l. 17. Tauri: vbi dicit illam legem. 17. & similes quæ permittunt meliora: e filiam dotis ratione, hodie non esse seruandas, quia sunt correctæ per hanc legem. Hancq; medicinam adferri nostris moribus tanquam maximè necessariam piè exoptauit, Ioannes Bernardus Calagurritanus Episcopus regula. 213. fallentia. 4. ad finem, & Gregorius Lupus nostrorum morum, peritissimus, dicit hodie videndam hæc legem in l. 8. tit. 4. part. 5. Equamque & sanctam appellat Didacus Perezus sacri iuris professor apud Salamanticenses in bonis studijs pœnæ detritus in additione, ad Rep. Se guræ in. l. cohæredi. §. cum filia, nu. 130. ff. de vulg. & pupil. Cumque hæc lex tot eruditis tā prudens visa sit, vt dicant publicæ interesse vt seruetur, difficilimè derogari ei debet rescripto Principis cū tot rationibus innitatur quas retuli cap. 2. Si tamen Princeps dispensaret nõ erit locus legi, cum enim eam possit in vniuersum tollere poterit vno casu dispensare, obediendum est enim Principi, humano, & diuino iure.

¶ Sic


De non melior. dotis rat. filiab.


2 ¶ Sic pœnæ impositæ fœminæ secundo nubenti, vt scilicet non possit viro dare in dotem vltra certam summam, vt in.l. hac ædictali. C. de secund. nupt. tollitur rescripto Principis, vt docuit Bertrand. in repetitione eius legis num. 33. versic. idem etiã pulchre vult Bald. conf. 10. lib. 4. Curtius senior conf. 78. col. 3. Sic generaliter omnes pœnæ secundo nubentium tolluntur si mulier secundo nubat impetrata facultate à Principe, autore Angel. & Guiliel. Sandi. in.l. mater. C. ad Tertul. Ioan. à Garronibus, in repetitione rubric. C. de secund. nup. nu. 126. & 128. vbi dicit, num. 130. & nu. 128. quòd. l. hac ædictali, quæ prodita est fauore liberorum primi matrimonij, ne mulier secundo nubens det in eorū præiudicium amplam dotem, vt disponitur in. d. l. hac ædictali, potest tolli, & tollitur rescripto Principis. Facit. l. etiam. §. 1. ibi: *Idem si à Principe liberam testamenti factionem impetrauit.* ff. de bonis libertorum. Dum tamen in dicta licentia sit clausula non obstantibus, vt per Ioan. à Garronib. vbi supra num. 128. Sic taxatio Regiæ cōstitutionis ne pater in præiudicium filiorum possit prælegare vltra tertiam, tollitur rescripto Principis, potest enim Princeps minuere legitimam de quo vide. Rodericum in repetitione. l. quoniã in priori-

bus, in secunda limitatione legis Regiæ in principio. C. de inoffi. testam. Quæ latius non prosequor, quoniam res omni ambiguitate vacat. Tantum vellem ne legē prudentissimam, reipublicæ vtilem: dispensationibus inanem redderent, eximentes ab eius decreto eos quos magis decebat eam seruare, scilicet ditiores, vt alijs essent exēplum modestiæ & frugalitatis.

3 ¶ Postremo non omittendum, quòd Ioannes Oroscius, vir grauis, elegantia ingenij (vt ex scriptis apparet) cum Itatorum doctissimis comparandus, scripsit in. l. omnes populi. num. 149. ff. de iusti. & iure: quòd interrogatus an dispositio huius legis extendenda sit ad dotes constitutas ante annum quo ædita fuit, & condita, si modo matrimonium sequutum fuit postquam fuit condita: dicit se respondisse, etiam hoc casu seruandam legem! Mouetur ex traditione Bart. & cōmuni in dicta. l. omnes populi, vide Doctores ibi. Lex autem ista ædita fuit à Carolo Cæsare primo huius nominis Hispaniarum Rege in conuentu Madritensi, anno à partu Virginis trigesimo quarto, supra mille & quingentos, neque alia maiori consilio edita videtur. Opinio tamen Orosci videtur aduersari legi, ibi: *Mandamos que de aqui adelante en el dar y prometer de las dotes.*

F I N I S.





DE INOPE

DEBITORE EX CASTELLANA CONSVETVDINE CREDITORIBVS

Addicendo tractatus modis omnibus nouus.

Per eundem Gasparem Beazium
Iuris studiosum.

ANTE OMNIA, IPSA LEGIS VERBA,
Visum est hic annexere, vt si quid lector desideret,
habeat vnde facile petat.



I Algun home fuere metido en prision por deuda que deua, a aquel que le faz e meter en la prision, dele cumplimiento de pan y de agua nueue dias; y el no sea tenuto de darle mas, si no quisiere: mas si el mas quisiere auer de otra parte, aya lo. Y si en este plazo pagar no pudiere, ni pudiere auer algun fiador, si huuiere algun menester, recaudelo aquel a quien deue la deuda, de guisa que pueda usar su menester; y de lo que el ganare dele que coma, y que vista guisadamente, y lo demas recibalo en cuenta de su deuda: y si menester no ouiere, y aquel a quien deue la deuda le quisiere tener, mantengale assi como sobre dicho es, y sirua se del, y el juez limite tiempo al deudor que a de servir al acreedor.

SVMARIA EX capite sequenti.

- 1 Debitor inops de iure ciuile liberatur cedendo bonis & non amplius conuenitur: nisi venerit ad pinguiorem fortunam.
- 2 Cessio bonorum iure ciuili sola voluntatis profes-

sione fit, non adhibita alia solemnitate.

- 3 Iure Romano debitor nullo modo est ad iudicandum creditor, neque ab eo retinere potest.
- 4 Obligatus ad factum, liberatur soluendo interesse.
- 5 Debitor, regulariter etiam si soluendo non potest cogi seruire creditor.
- 6 Ius ciuile non prestat creditor ius super debitorem ob debitam pecuniam.

Detinens.

De Inope debitore

- 7 Detinens debitorem in priuato carcere amittit debitum.
- 8 An autem hospes pro debito detineri possit.
- 9 Promissio, & pactum expressum factum aduersus statum naturalem hominis, non valet etiam iuratum.
- 10 Rustici & vasalli non possunt facere instrumenta in prauiudicium suae libertatis.
- 11 Nemo potest se obligare cum iuramento ad seruitia personalia nisi sit libertus.
- 12 Si quis faciat aliquem hominem confiteri, quod est homo suus, & exigit ab eo iuramentum fidelitatis, non ex hoc fit eius dominus.
- 13 Pactum, a me factum, per quod promitto non recedere, a tali loco: est quadam species seruitutis.
- 14 Religio est quadam seruitus & liber homo potest se obligare ad religionem, valetq; instrumentum in quo se quis, & suos ad seruitium personale obligat. ex Speculatore.
- 15 Speculatoris opinio discutitur.
- 16 Nemo potest locare operas suas alteri in perpetuum, & praecipue si sit actum, vt non possit seruire per substitutionem. Et ibi de opinione Paul. Cast. in l. Antiquitas. C. de usufruct. & nu. 17.
- 18 Ad tempus facta locatio operarum valet, & obligat.
- 19 Cadauer non potest detineri etiam si non sit vnde dissoluatur ad alienum & creditor petens cadauer sequestrari vel loco debiti sibi dari cadit ab actione, & heredibus defuncti erogare tenetur.
- 20 Creditor appellans, ne debitore cadauer sepeliatur donec sibi debitum soluat, non auditur etiam si debitum sit plusquam liquidum, & instrumento guarentigio debeatur num. 21. & 22.
- 23 Homo mortuus, non est iam homo, & ideo cadauer retineri non potest actione personali.
- 24 Intellectus. c. ex rescripto de iure iuran. discutitur. Et ibi. an liber homo pro pignore dari, aut retineri possit, & num. 25.
- 26 Executio si sit facienda aduersus debitorem ex causa iudicati, vel alia simili: executionem merenti debet prius fieri in bonis debitoris, & ante non potest capi eius persona, & debitor habens bona non incarceratur.
- 27 Hodie quare debentes ex instrumento publico absque citatione, vel excussione: in carcerem mittuntur nisi praestent fideiussionem (quod vulgo dicitur cypus De saneamiento.)
- 28 Quauis a captura non sit incipiendum in debitore sed prius debeat in bonis fieri executio, tamen potest executor hodie capere debitorem compellendo, vt indicet bona in quibus faciat executionem.
- 29 Debitor cui facta fuit executio in bonis si non habet fideiussorem quem vulgus appellat De saneamiento si proferat testes (citato creditore) affirmantes illa bona esse debitoris debet dimitti a carcere, tales tamen testes tenebuntur sicut fideiussores, & nominatores.
- 30 De iure ciuili debitoris persona non capitur nisi sit debitor ex causa iudicati. Et ibi an debitor non seruato ordine captus, sit dimittendus si verè sit debitor, & in carceratus pro debito falso, possit detineri pro debito vero alieno.
- 31 Hodie iure Regio ob debitum, instrumento publico, sit executio dum modo instrumentum sit liquidum habens clausulam guarentigianam. Et ibi de lege de Madrid, anno. 1534. & debitor capite, & num. 32.
- 33 De iure ciuili captura non potest fieri etiam in casibus in quibus ex eo admittitur nisi prius executor ostendat preceptum iudicis, manu tabellionis signatum, & a iudice subscriptum.
- 34 Debitor captus dimittitur a carcere si in fideiussorem det filium suum dummodo sit idoneus, filius.
- 35 Non valet de iure ciuili pactum quo debitor se astringit creditori, vt capiatur, & incarceretur si non soluat, & idem quod propria auctoritate capiatur per creditorem, & in carcerem detrudatur, num. 36.
- 37 Ante condemnationem non capit iudex debitorem, & pactum contrarium inuitum inter creditorem, & debitorem non valet.
- 38 Ordo pertinens ad causae cognitionem qui est inductus in fauorem iudicis, etiam pacto creditore & debitoris omitti non potest.
- Limita si debitor debeat, ex instrumento guarentigio habente de iure Regio executionem paratam, quia valet pactum, num. 39.
- 40 Exceptio nullitatis sententiae aut instrumenti guarentigij non impedit capturam debitoris, nisi nullitas constat ex sententia vel instrumento.
- 41 Beneficio cessionis bonorum renuntiari non potest etiam per iuramentum, num. 42.
- 43 Debitorem posse capi, & mitti in carcerem ob debitum aris alieni, non esse contra bonos mores: secus vero priuatio beneficij cessionis bonorum quando debitor caret bonis, probatur.
- 44 Constitutiones Episcoporum quod debitores excommunicati etiam si bonis cesserint non tradantur ecclesiastica sepultura aduersantur bonis moribus, & ibi de opinione Ioan. Fab.
- 45 Licet renuntiatio cessionis bonorum (etiam iurata) non obliget, nec sit seruanda, operatur tamen, vt debitor cedens si perueniat ad pinguiorem fortunam possit conueniri etiam ultraquam facere possit nulla re sibi relicta ad alimenta.
- 46 Debitor carens pecunijs satisfacit dando aliquid de bonis suis, & creditor compellitur accipere

- ne debitor cogatur vili vendere, & in carcere esse etiam si se obligasset ad solutionem in pecunia numerata.
- 47 Debitor prebet curam ad pecuniam inueniendam, si potes inuenire: demum cauet de euictio-
ne pro re, quam insolutum dat, & traddit creditori instrumentum titulorum, & ibi de alijs.
- 48 Ecclesia si sit debitor, & utatur remedio Authen. hoc nisi debitor. C. de solut. non potest creditor eligere rem immobillem meliorem.
- 49 Remedio Auth. hoc si debitor. renuntiari an possit.
- 50 Debitor iurans in pecunia soluere, an iuuetur remedio hoc.
- 51 Etiam post capturam, & dum est in carcere utitur debitor remedio hoc. aduersus Castellum.
- 52 Notabilis opinio ex hoc tradditur in fauorem inopum debitorum quando creditores sunt diuites.
- 53 Pro pecunia data, & mutuata debitori ad alimenta filiorum suorum agit creditor aduersus filios debitoris, & contra uxorem pro pecunia a marito mutuata quod expendit in habendo uxorem. num. 54.
- 55 Iure Gallico debitor pro debito non potest incarcerari, nisi id promissit, & obligatus aut condemnatus sit.
- 56 Iure Hispanico, & antiquissima consuetudine cessione bonorum facta: debitor inops tradditur creditori, vt satisfaciat creditori tempore seruitij a iudice taxato iuxta summam debiti.
Roderici X Suarez laus, & ibidem de opinione Acurisij, & ceterorum de inope debitore tradendo creditoribus ad dilacerandum. l. 12. tabularum, & num. 58. & 59.
- 58 Filij pro debitis parentum olim iure Romano detinebantur a creditoribus, Idem more Hebraeorum. num. 61. & 62.
- 59 Scelus nefandum. C. Pub. in Lucium Papium, quare a. CC. Roman. & Dictat. lex vt bona debitorum non autem eius corpora essent debitis obnoxia, & num. 63.
- 60 Theodosij tempore debitor cessione bonorum liberabatur: deinde ad restitutionem quantitatis debite cogebatur suppliciorum acerrimate.
- 61 L. fin. C. de cap. & post limi. reuer. declaratur.
- 62 Apud Romanos mos antiquus contra debitores inopes qui soluendo non erant.
- 63 Debitor debens monasterio, & non habens unde soluere: liberatur ingrediendo ipsum monasterium.
- 64 De Iure Regio adulter, & adultera marito traduntur, vel vt eos occidat aut pro suo arbitrio faciat, & eorum bona maritus occupat.
- 65 More Abissinorum homicida tradditur propinquis interfecti, vt eorum arbitrio sanguinis sue iniuriam vindicent, vel homicidam vendant, vel tormentis enecent, & more Romano fur domino rei furate aliquando tradebatur, vt eius seruus esset.
- 66 Debitor non admittitur ad bonorum cessionem nisi creditores instent.
- 67 Opere debitoris additi creditori extenuant sortem principalem debiti.
Et ibi de intellectu. l. 2. C. de patri qui fili. dixtraxer.
- 68 Iure Regio, licet cessio debitoris inopis non liberet in totum, sed teneatur, seruire creditori: extra istum tamen casum cessat inducta in fauorem libertatis debitorum tam iure ciuili quam Regio correcta sunt.
- 69 An sicut iure Hispanico beneficium cessionis bonorum est sublatum: ita etiam forma cessionis iure ciuili inducta sit sublata.
- 70 Forma cessionis bonorum iure Romano, & consuetudines aliquarum regionum, & populorum circa eam.
- 71 Quare de Iure Hispanico torques ferreus a creditore debitori ponitur, & qd denotetur, & nu. 76.
- 72 Poena clerici falsantis literas Regias.
- 73 Meretrices cogi possunt portare cultum diuersum a foeminis honestis.
- 74 Poena de Iure Regio contra secundo nubentes viua prima vxore.

De Inope debitore

DEBITOR INOPS DE IVRE CIVILI COMPELLI NON POTEST AD præstandum creditori operas neque ipsi addici debet quamuis soluendo non sit, sed cedendo bonis liberatur. At iure Hispanico cessio bonorum non liberat cedentem, sed traddi debet creditori, vt operis artificialibus, vel reuerentialibus creditum persoluat, & vnde hoc sumpserit originem.

CAPVT PRIMVM.

DEBITOR Inops (Iure ciuili) cedendo bonis liberatur cesatq; deinceps molesta debiti efflagitatio neque amplius cõuenitur nisi pinguiorẽ natus fuerit fortuna, ita est lege Iulia constitutum cuius meminit Dioclecianus in l. legis Iuliz. C. qui bon. ced. poss. l. is qui bonis. ff. de cess. bono, & probatur in Codice Theodosiano titulo qui ex lege Iulia bonis cedere possunt, & §. fin. Instit. de actio. Solaque cessione debitor effugit carceris tedium, & cum, vel casu, vel fortunæ iniquitate, vel (vt rectius) loquar arcano diuini numinis iudicio eis rebus careat quas vulgus stupidum tanti facit: tamen hoc sole hac luna hac communi luce perfruitur carceris angustijs liberatus. l. 1. in fin. C. qui bon. ced. poss. & ibi notant Bal. Sali. & omnes DD. l. 3. tit. fin. part. 5.

2 Cessio autem bonorum iure ciuili sola voluntatis professione fit nõ adhibita alia solemnitate. l. in omni cessione. C. qui bon. ced. pos. Spoliatusque bonis per cessionẽ, libertate dono inæstimabili gaudet nouaque fortunæ consilia agitans, spem meliorem induit. Ita enim decuit Romanos viros libertatis assertores, vt qui Regibus, & Principibus excusis sibi viuere, nullius imperio subigi patiebãtur. Vilissimæ pecuniolæ mancipia ne fierent. Ne ve pecuniæ creditæ ratione congerentur creditoribus seruire. Idem apud nos legitur in eis constitutionibus quas quod in septem partes sint distributæ septem partitas appellamus in l. 3. & 4. tit. 15. part. 5. l. 2. tit. 2 1. part. 1. Ille enim leges per omnia referunt

iure Romanum: licet apud nos non prorsus in usu sint.

3 Neque enim villo modo debitor (vel extrema pressus inopia) adiudicandus est creditori de iure Romano, neque ab eo, prætextu non soluti debiti retineri potest. l. fin. ff. de lib. homi. exhib. Authent. vt nulli iudicum. §. quia verò. Authent. Imo. & l. ob æs. C. de actio. & oblig. vtrobiq; DD. & in. c. 2. de pigno. latè Ripa in. l. obligatione generali. num. 9. ff. de pigno. Regia. l. 2. tit. 2 1. part. 1. cuius verba sunt. *Por el debito que deuicisse, non deue seruir, nin ser preso de ninguno.* Quinimò etiam si quis promiserit operas non potest retineri, vt eas præstet quoniam soluendo interesse liberatur. l. in stipulationibus. §. operarum. ff. de verbor. obliga. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudi. & ibi vide Ias. num. 4. Ripa in. l. obligatione generali. num. 9. ff. de pigno. Salic. in. l. antiquitas. num. 4. C. de vfus. Socin. confi. 99. num. 8. lib. 1. de qua re est text. & DD. in. l. si ij contra quos. C. de loca. Quod est intelligendum si habet vnde soluat interesse si enim inops esset cogi potest etiam de iure ciuili ad præstandum operas, neque cedendo bonis liberatur. Obligatus enim ad factum possibile nõ liberatur cedendo bonis quoniam ratio propter quam cessio liberat, est quia debitor nõ habet vnde soluat. Cum autem obligatus sit ad factum: inopia nihil impedit quo minus illud præstare possit, vt dicitur sensus communis ergo non liberatur cedendo. Ita docet Cin. in l. 1. C. de cess. bono. Bar. in. l. is qui bonis. §. 1. ff. eodẽm. Faber. in. §. vlt. Instit. de actio. & ibi Ias. num. 1 2. Bald. in. l. 1. col. 2. C. de cess. bono. cum alijs citatis per Iacob. Bessian. in consue. Alberniæ, titu. de cessione. col. 3.

col. 3. Cin. in. d. l. 1. C. qui bon. ced. poss. dū modo factū sit possibile, vt intelligit Bal. d. l. 1. col. 2. Roder. in repe. l. 2. titulo De los gouernos, col. 4. in prin. Befsian. in loco supra citato. Socin. reg. 46. Fallen. 6. Aufrer. decisio. Tholo. 134.

4 Obligatus enim ad factum liberatur prāstando interesse, quod si interesse soluere non potest non liberatur. l. in stipulationibus. §. fin. ff. de verbor. oblig. Tenebitur tamen creditor prāstare victum ei qui inops operis factum prāstare vult. arg. l. suo victu. ff. de oper. lib. ita docet Faber. & Iaf. nu. 12. in. d. §. fin. Insti. de actio. Et hoc casu procedit glossa, in. l. stipulatio. §. siue autem. ff. de noui. oper. nūtia. Quæ docet scriptorem (quem Latine librarium dixeris) posse compedibus ligari quousque prāstet quod scribere promissit, est enim intelligenda quando librarius nō potest soluere interesse si est electa industria personæ. Abb. c. 2. de pign. col. 2. Montal. in. l. 1. titu. 1. §. part. 5. arg. l. inter artifices. ff. de solu. alias reprobatur communiter teste Alex. in. l. alia. §. elegantèr. ff. solu. matrim. ita declarāt eam gloss. Faber. Platea, & Iaf. num. 12. versi. & in istis terminis in. d. §. fin. Insti. de actio. & q̄ sit communiter reprobata testatur Rip. in. d. l. obligatione generali. num. 9. Iaf. vbi supra num. 12. Illud nota quod obligatus ad factū ex rescripto Principis, qui id sibi mandat tenetur facere executiue cogi potest etiam de Iure Ciuili. l. 52. incipit. *Quales cartas deuen ser cūplidas sin pleito*, tit. 18. part. 3. notat Roder. in repe. l. post rem, in. 9. casu. incipit item est alius. ff. de re iudi.

5 Itaque regulatèr debitor etiam si soluendo non sit non potest cogi de Iure Ciuili seruire creditori. Quinimò in casu supra dicto etiā si quis cogatur prācisse factum prāstare, est, quoniam qui vis se obligare potest, ad prāstationem operarum. l. qui operas. ff. loca. non tamen ex eo in eius personā creditor ius habet, vt probat glossa, & Felin. in. c. ex rescripto. de iure iuran. col. pen. Nam habere ius reale super personam debitoris, qui solum debitor est ratione pecuniæ, vel alterius rei credite est species seruitutis: species autem seruitutis super liberum hominem, neque volente eo induci potest. l. nec si volueris. C. de libe. caus. Ideò creditor petens à librario, qui promissit sibi librum describere, vt prācisse sibi librum describat quāuis ad id

librarius inops cogatur si interesse soluere non potest, quia est debitor facti non tamē ob id creditor habet ius super eius personam sed solum actionem aduersus eum, vt notat Ripa in. d. l. obligatione generali. nu. 9. ff. de pigno. Præterea qui promissit factum cum iuramento tenetur illud prācisse prāstare, gloss. in. l. si pecuniam. ff. de cond. ob causam. Deci. cap. 1. col. 13. de iudici. versi. imò quia. Barb. conf. 36. col. 20. versi. capio, lib. 2. Gozad. conf. 27. col. 2. & conf. 100. col. fin. Alex. conf. 37. col. 5. lib. 2. num. 25. & est communis opinio teste Roland. conf. 6. num. 32.

6 Non enim Ius Ciuile ob debitā pecuniā ius creditori prāstat super debitorem, neq; permittit quēquam liberū hominē pignori, aut hipotece dari, pro pecunia, vt in Authen. vt nulli iudicū. §. quia verò. l. qui filius. C. quæ res pign. obli. poss. & qui sciēs illum pignori accipit relegandus est. l. fin. ff. quæ res pigno. oblig. poss. & amittit debitum in superq; tantūdem soluit, vt in. d. §. quia verò. Imò neq; volēs potest quis se pignori dare, vel locare, vt in. l. ob es, secūdum vnam lectionē. C. de actio. & obliga. docet Ripa. in. d. l. obligatione. nu. 9. Neq; obstat q̄ liber homo vendi potest si patitur se vendi ad pretiū participandum. §. serui. Insti. de iur. perso. id enim verūm quando emptor ignorat eum esse liberū. l. liberis. §. si quis sciens. ff. de lib. caus. l. non ideò. l. si ministerium. C. eod. & cōcurrentibus alijs quorum mentio fit. in. d. §. serui. & in. l. seruorum. ff. de statu. homi. Et cōcurrentibus illis; liber homo pignori dari potest. l. vsu fructum. ff. de libe. caus. non alias.

7 Ratio autem propterquam debitor etiā inops non cogitur Iure Ciuili seruire creditori est quoniam debitum estimabile, libertas autem inestimabilis est. Neque afflicto ex inopia, est danda afflictio. Neq; est æquum vt pecunia credita; non solum deuoret facultates, sed veluti cancer serpendo ad corpus etiam perueniat. Detinēs autem debitorem in priuato carcere amittit debitum. l. extat. ff. quod met. caus. & l. fin. ff. eod. tit. An autem detentus à creditore possit illum prouocare ad singularem certamen proponit, & definit Bal. conf. 217. num. fin. lib. 2.

8 An autem hospes pro debito retineri possit vide Aymon Sabelli. in Commentarijs consuetudinum Aluerniæ, tit. de executione, artic. 62. ad finem.

X

Ad cō

De Inope debitore

- ¶ Adeo autem debitor inops non cogitur creditori seruire; adeoque iuris prudentibus seruitus etiam imaginaria displicuit in homine ingenuo; vt promissio, & pactum expressum factum aduersus statum naturalem hominis non valeat etiam si sit iuratum: argu. l. nec si volens, & l. liberos. C. de libe. causa, vbi hoc notat Bald. & sequitur Afflict. in constitu. Neapoli. in constitutione incipiente quia frequenter. num. 2. versic. sed in contrarium.
- 9 ¶ Liber enim homo non est in nostro commercio, neque in commercio adduci potest. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. & liberum corpus estimationem non recipit. l. fin. ff. de his qui deiece. vel efude. Hinc Bal. in. l. fin. C. de transact. scribit quod non valet pactum hominis liberi per quod se facit hominem alterius, argumento dictæ. l. nec si volens de qua re, vide Lucam Pœn. in. l. cum scimus. col. 2. C. de agricol. & censu. lib. 11. Guido qui contra sentit decisi. 314. Fab. in. §. pen. Insti. de iure perso. & quod non ex hoc definit esse liber.
- 10 ¶ Rursus idem Bal. in. l. si qua pecunia. C. de oper. liber. docet quod rustici, & vasalli non possunt facere instrumenta in præiudicium suæ libertatis, & sequitur Afflict. in. d. constitutione quia frequenter nu. 2. versic. bene facit.
- 11 ¶ Præterea Lucas Pœn. in. d. l. cum scimus col. 2. versic. quid ergo. C. de agricol. & censu. lib. 11. docet quod nemo potest cum iuramento obligare se ad seruitia personalia nisi sit libertus. l. si quis pro eo. ff. de fideiussu. Nā opera liberi hominis ius non tribuit in personam. l. 1. ff. de oper. ser. nam in hoc casu videtur Lucas, loqui, quando scilicet opera præstaretur tanquam ab homine super quo stipulator habet ius reale.
- 12 ¶ Hinc si quis faciat aliquem hominem confiteri quod est homo suus, & exigit ab eo iuramentum fidelitatis non ex hoc fit eius dominus autore Innocentio in cap. dilectus de capell. monach. quem refert & sequitur Bald. in. l. 2. col. 14. C. de serui. & aqua. quia non poterat ei traddere id quod confitetur.
- 13 ¶ Hinc dimanat quod scribit Dinus in. l. Titio centum. §. 2. ff. de condi. & demonstr. quod pactum à me factum per quod promitto non recedere à tali loco, est quædam species seruitutis de qua re meum sensum alibi proferam: vide Specul. tit. de locato. §. postquam versic. quod si quis.
- 14 ¶ Hæc omnia (meo iudicio) candidè interpretanda sunt quando ex promissione, vel pacto status hominis labefactaretur; ita vt stipulator præsumeret super promissorē habere ius reale alias quiuis se obligare potest ad præstationem operarum. l. qui operas. ff. loca. & docui supra num. 5. versic. itaque facit text. in cap. grādi. de supplen. negli. præla. lib. 6. versic. Fidelitate iuramento siue pacto. Et valet instrumentum in quo liber homo se, & suos descendentes obligat ad certum seruitium personale in perpetuum si credimus Specul. tit. de feud. §. quoniam, versic. 1. vbi re in vtramque partem argumentis librata definit, quod ex ista promissione de præstando seruitium personale non fit promissor seruus, & quod stipulator in reliquis tenetur eum conseruare in sua libertate. citat. dict. cap. grādi. & l. cum scimus. C. de agricol. & censu. lib. 11. & quod homo liber potest se obligare ad religionē, vt patet ex titu. de regularibus, non obstante quod religio est quædam seruitus cap. multos. §. 4. distinctione, & homo potest conditionem suam grauare pactionibus. §. pen. Insti. de iure perso. & huius opinionis est Alberic. in. l. fin. in fine. C. de patrib. qui fili. distraxe. Sed de hac Speculatoris opinione dubitat. Afflict. in consti. Siciliæ, incipiente quia frequenter, col. 1. & 2.
- 15 ¶ Equidem de hac Speculatoris opinione, vt nihil temerè affirmare velim, ita mihi profus displicet obligationem patris obligantis se, & suos descendentes ad certum seruitium personale, ligare descendentes, neque enim pater meus suis pactis, conditionem meam deteriorem facere potest. l. transactio. C. de transactio. neque pater meus potest me obligare, vt Titio seruitia præstem cum neque ipsi patri filius debeat operas artificiales, autore Bald. in Authen. ex testamento. nu. 8. C. de collatio. Ias. in. l. illud. col. pen. C. eod. titu. Arnoldus Ferron. in consuetudinibus Burdegal. tit. 1. §. 1. col. pen. Quod est verissimū de Iure Ciuile, vt scilicet filius non teneatur exhibere patri operas artificiales, vt latè pro mea mediocritate scripsi in tractatude Decima tutori Hispanico iure præstanda cap. 2. nu. 12. & 13. versic. deinde filius. Quanto minus pater poterit obligare filium: vt operas extraneo præstet. Præsertim in perpetuum tam ipse quā eius descendentes. Simile quidam scribit Guido decisi. 315. sed

sed iuxta præmissa versi. sed quid. Et notat expressè Antonius Nicellus in tractatu de concordia glossarum. cap. 80. & dicit hoc casu loqui glossam in. l. poscenti. C. de lib. causa. & non valere pro filio.

- 16 ¶ Præterea quòd attinet ad ipsum promissorem durum videtur, nam quando quis se obligat in perpetuum ad certum seruitiū personale videtur obligationem non valere, quoniā nemo potest locare operas suas in perpetuum, iuxta glos. in. l. post certi. C. de libe. caus. argum. l. 3. ff. de lib. homi. exhi. & l. Titio centum. §. Titio. in. 2. ff. de condi. & demonst. præsertim si actū sit vt non possit seruire per substitutum sed quòd præstet seruitium per suam personam quia videtur induci seruitus, vt significat Paulus in. l. antiquitas. num. 4. C. de vsuf. & ibi Bald. quo casu hanc pronuntiat cōmunem opinionem. Boer. in tractatu de autoritate magni consilij (si eius est) num. 34. Salic. in. l. antiquitas. num. 4. dum supponit eo casu hanc obligationem valere, quia promissor seruire potest per substitutum, vel soluere interesse si operas præstare nollit. Quamuis aduersus hoc facit, quòd Paul. ibi. num. 4. dicit quòd quis potest locare operas suas in perpetuum quando actum est, vt seruiat per substitutum, vel quando inops est, & non habet vnde viuat, & sic supponit quòd valet etiam si nō possit soluere interesse. Sed certè hæc opinio Pauli durior est quam Christiana charitas patiatur nisi locator pecuniam tantā receperit ex qua semper debitor sit creditoris, tunc enim ex hac Hispaniæ constitutione quā enarramus poterit cogi creditori seruire. Alias si pecuniæ acceptę satisfecisset, vel solū obligatus esset ex promissione nulla accepta pecunia: nescio an cogendus esset perpetuo seruire. Nam si spontanea animi liberalitate nulla accepta pecunia promissit, donationem contulit in stipulatorem, & mitissimè agendum est cum donatario. Vt in. l. inter eos. §. is quoque. ff. de re iudi. Si verò pecuniam accepit, & ei satisfecit dimitti debet: si verò non satisfecit, & habet facultates soluat interesse & liberabitur. Si verò non habet vnde soluat interesse, & pro parua pecunia promissit perpetuo præstare operas, & tot operas præstitit, quæ æquivalent summæ non est cogendus præstare operas in perpetuum per suam personam iuuabitur enim æquitate, & cum locatum contractus

sit bonæ fidei; vt poterit remedio. l. 2. C. de rescind. vendi. & si elapsum sit quadrienniū (lege Regia præfinitum) poterit etiam postea petere contractus rescissionem tanquā enormissimæ læsus: si pro parua summa promissit operas in perpetuum, eritq; iudex promptissimus ad pronuntiandum læsionem esse enormissimam si consideret libertatem esse inæstimabilem, & obligationem præstandi operas in perpetuum esse durissimam: quid enim hic d'fert à seruo? Si rem non subtilitate iuris sed re ipsa æstimare vellimus. Serui conditio nō ideò misera est quòd testari non potest, de qua enim re testetur vtiliter, si nihil habet? Nihil autem habere commune sibi est cū pluribus, vera serui miseria est perpetuo seruire, & non posse facere voluntatem suam, qui autem promissit perpetuo seruire Petro, & ei operas præstare magis animo discruciatibitur cū meminerit se ingenuum non seruum natum esse. Itaque licet supponamus hunc non fieri seruum, & creditorem non habere ius in re super eius personam splendida verba sunt, & nisi ita distinguatur iniquitas summa est inter Christianos non admittenda. Et re vera fit aduersus dispositionem textus in. l. nec si volens. C. de liber. caus. Nec tamen statim dimittendus vbi satisfecit pecuniæ sed faciendum ne perpetuo seruiat puta, vt senectute, vel longo temporis cursu liberetur, neq; ad extremum vsq; vitæ dum operas præstet, sed res iuxta negotij qualitatem transigatur. Neque obstat quòd quis pacto potest fieri adscriptitius in perpetuum. l. cū scimus. §. 1. C. de agri. & cens. lib. 11: quoniam illa peculiari materia est, & nescio an apud nos sint in vsu adscriptitij. Excutiant rem eruditi.

- 17 ¶ Illud non prætereundum quòd Boerius in consuetudinibus Bituricen. titu. 1. §. 1. col. 3. versic. contra hanc. Pronuntiat generaliter locationem operarum in perpetuum non valere. Et Faber. vit. doctissimus in. 6. pen. Instit. de iure perso. nu. 7. docet quòd in distincte valet locatio operarum in perpetuum quoniam etiam si sit electa industria personæ poterit seruire per substitutum ne amittat libertatē, & sequitur Guidon. decisio. 314. Sed vt re nostra distinctione si placet.

- 18 ¶ Ad tēpus tamē bene potest locare qui vis operas suas, vt notāt omnes in locis supra citatis. Et Fab. §. pen. num. 7. Insti. de iure

De Inope debitore

persona. Et inoleuit generalis consuetudo, vt homines liberi se obligent ad tempus ad seruitia præstanda, vel ad seruiendum, & operandum, vt certo tempore aliqua mechanica arte imbuantur, & instruantur. Et talis consuetudo vbique terrarum seruetur teste. Boerio in consue. Bituri. tit. 1. §. 1. col. 3. versic. contra hanc. Et profecto mihi videtur inuiolabiliter obseruanda ne respublica impleatur erroribus, & ocio sis, nisi ex aliqua causa puta si propter seruitiam, vel pessimum exemplum videatur pactum rescindendum puta si iuuenis edocendus videat dominum, & magistrū artis ob ambulantem semper cum scortis aliena furantem, blasphemantem in Deū, vel simile quippiam facientem, nam tunc veluti læsus restituetur licet à patre pactum factum sit, si modo est minor, argu. l. etiam si à patre. ff. de mino. vt suo loco dicam. Reperio tamen quòd quidam recentior nomine Bessian. in consuetu. Alberniæ. titu. de celsio. dicit quòd promittens operas per duos, vel tres annos non potest præcisse cogi ad factum, sed liberatur præstando interesse, citat Bart. in. l. antiquitas. C. de vsufruct. sed mihi superiora magis placent. Nam & filio familias licet absque patris cōsensu nascisci cū sartore, vel alio quouis artifice, vt sibi seruiat per aliquod annos, quod aduersus Odofredum, docet Alb. in. l. veluti. num. 26. ff. de iusti. & iur. Et ibi Ias. num. 16. Claud. num. 8. in. l. 1. §. ius naturale. ff. cod. tit. Zafi. nu. 3. & nouissimè Antonius Padilla multis fortunæ, & nature ornamentis illustri in. l. fratris. nu. 11. C. de transa. neque iniquum est, vt impleatur pactum, nisi læsio allegetur, & etas, veniam promereatur. Neque pater conque ri potest nam filius Iure Ciuili non debet operas artificiales patri, vt latè dixi in tractatu de decima tutori Iur. Hispa. præst. c. 2. num. 13. neq; obstat quod in hoc Padilla cōtra sentit. d. nu. 11. nam Boer. & Ang. quos citat nihil tale dicunt.

19

¶ Præterea ad eò debitor retineri non potest à creditore, vt neq; eius cadauer detineri possit. Etiam si non sit vnde res alienum dissoluatur. Quare creditor petens, cadauer sequestrari, vel loco debiti sibi dari cadit ab actione & tantūdem hæredibus defuncti erogare tenetur. l. cum sit iniustū, & Authen. item qui domum. C. de sepul. viola. & vtrubiq; DD. Ripa. in. l. obligatio ne generali. nu. 34. versic. viso. ff. de pign.

Abb. in. c. ex parte. de sepul. Feli. in. c. sicut Iudæi. col. 1. de Iudæ. Boeri. decisio. 287. l. 3. tit. 9. part. 7. l. fin. tit. 13. par. 1. l. 11. tit. 16. lib. 3. Ordin. Bertachinus de Episcopo. §. videamus. num. 4. Couar. Varia. resolu. lib. 2. cap. 1. nu. 10. Ripa in tractatu de peste. tit. de præseruatiuis remedijs, nu. 101. l. sunt personæ. §. nam propter. l. ne corpora. ff. de religio. & sumptib. fune.

20

¶ Quinimò creditor appellans ne debitoris cadauer sepeliatur audiendus non est, cum propter charitatē, tum quòd præsentanea corporis putrefactio exigit rem cito perfici, & absolui quo casu appellatio recipiēda non est. l. fin. ff. de appellatio. recipi. & nominatim de debitore mortuo sepeliendo non obstante creditoris appellatione disponitur in. l. 11. tit. 16. lib. 3. Ordina. glo. & DD. in. c. ex parte. in. 1. de sepul. Specul. tit. de appellationibus. §. in quibus, vers. 8. Hyppol. sing. 199. Benedi. c. Rayn. verbo, Mortuo itaq; testatore. nu. 56. de testam. Feli. c. sicut Iudæi. col. 1. de Iudæ. Bertach. in tracta. de Episcop. §. videmus. nu. 24.

21

¶ Quod inuiolabiliter obseruandum etiam si debitum sit plusquam liquidum, & etiā si ex instrumento guarentigio debeat, quoniam dispositio. l. cum sit iniustum. C. de sepul. viola. est generalis, & loquitur in casu in quo nō ambigitur de debito. Nam si ambiguum esset deberetur, necne; etiam in viuentis personam executio fieri non posset etiam si deberet ex contractu guarentigio, vt statim dicam. Huius opinionis sunt Felin. in dict. cap. sicut Iudæi. col. 1. de Iudæ. Rodericus, in repet. l. post rem, in quinta ampliacione ad legem Regiam. ff. de re iudi. Couarru. Variarum. lib. 2. c. 1. nu. 10. Grammaticus. decisio. 82. Benedi. d. c. Rayn. verb. Mortuo itaq; num. 56. de testa. Castellus in. l. 30. Tauri, verbo Gasfos. Et tanquam vnus ex his, qui hanc opinionē probant citatur Hyppo. sing. 199. propè finē sed ille nihil definit tātū remittit lectorē ad ea; scripsit in. l. si. nu. 64. ff. de quæstio, ibi autem rem contra definit; posse (scilicet) cadauer debitoris detineri, Si debeat ex contractu guarentigio; & ante eum ita docuit Angelus propter hanc opinionem eo auspiciatissimo nomine prorsus indignus, in Authent. vt defuncti seu funera eorum colum. 1. Et Segura qui, & alias libentè iudicio labi solet, in repetitione. l. si ex legati causa. nu. 73. ff. de verbo. obliga. Et Caruajal. Regius Senator. in repeti-

repetitione. l. 1. col. 3. ff. de verbo. obligat. Præpo. in. c. præterea. § 1. distin. & Bartholomæus Belenzinus in additionibus in. c. ex parte. de sepul. Sed aduersus eos est magis communis, & longe verissima opinio, nam quam illi tuentur Demone potius est digna quam homine, & apud inferos, etiã nescio, an locũ habitura: si inibi moris esset cadauera sepeliri. Et quid nam obsecro habet contractus guarentigius? An q̄ debitum reddit liquidum, utiq; si liquidum non esset etiam in viuentis personam executio fieri non posset, uti latè docet Roder. in. l. post rem, in prin. declarationis ad leg. Reg. col. pen. & 4. limitatione ad dictam legem Regiã. ff. de re iud. l. §. tit. 8. lib. 3. Ordina. vt ergo leges aliquid concedant æquitati: oportet, vt etiam si debitum sit liquidum sepultura mortui non prohibeatur. Deinde hoc probatur quoniã neq; aduersus hæredes, vel propinquos defuncti non potest peti executio intra nouẽ dies à morte defuncti, vt in Authen. vt cũ de appellat. cognos. §. meminimus. l. 2. §. pen. ff. de in ius vocan. Roder. in repe. l. post rem, in declaratione legis Regiæ limitatione. 9. ff. de re iudi. Si tamen hæredes essent suspecti, q̄ fugient, vel abscondent bona coguntur latis dare. l. 13. tit. 9. part. 7.

22 ¶ Præterea dispositio. l. cum sit iniustũ. C. de sepul. viol. non est prodita ex eo, q̄ debitum non sit liquidũ: nam si ambigi posset deberetur, nec ne quiuis etiam sceleratissimus idem statueret. Tantum prodita videtur quoniam demoniacum exemplum est prohibere debitoris sepulturã omnemque hominis sensum viderur exuisse qui tale quippiam attẽtarit. Deinde cum lex dicat cadauer pro debito non detinendum: certè expressius debitor est, qui ex contractu guarentigio. debet, & sic in eo magis quadrant verba legis. Videmus etiam atrocissima delicta condonari aliquibus, putã furiosis, quoniam affliãto, non est danda affliãtio, vt dicam infra, & vltimum terribiliũ passo scilicet mortem nõ condonabitur pecuniola, vt saltem sepultus quiescat.

23 ¶ Præterea si cadauer retinere placet ex obligatione personali homo mortuus iam non est homo. l. in actionibus. ff. de in litem iurã. Abs est scilicet anima, potissima & præcipua pars hominis. Si ergo obligatus abs est, cur cadauer retinere placet. Nam debitor post mortem non dicitur debitor. Din. & Imol. l. qui Rom. §. auget. Soci. cõf. 293.

nu. 4. lib. 2. Equidem de miror talem opinionem in Christiana pectora descendisse. Cum longè lateq; desideat à doctrina, & charitate Christi eamq; ne Barbari quidè & vecordissimi Scithæ amplecterentur. Legimus Ecclesiasti. 7. *Mortuo non prohibeas gratiam*, hoc est gratis sepulturam exhibe, & non solũ volunt quidam non exhiberi gratis verũ concedunt posse cadauer retineri. Opinio turpis, & portentosa cuius Angelũ, & Securã merito dispuderet qui si viuerent esset q̄ conspectum hominũ pudore vitabundi diffugerent. Nam Hyppolitũ assuetũ torquendis, necandisq; noxijs; nõ ita valde demiror. Sed homines erant. Certè Laurentius Campegius Cardinalis missus à Clemente Pontifice ad componendas Germaniæ res nimium turbatas cõmunicato consilio cũ Ferdinando Cesaris fratre libellũ ædidit pium, & eruditum ad cõhibendos abusus, & ecclesiasticã disciplinam reformandã inter alia autem hæc verba lego de sepultura quoq; ac administratione sacramentorũ alijsq; spiritualibus pacisci, aut aliquid ab inuito exigere nemo possit aut debeat. *Et propter eiusmodi à parochianis neglecta cuiquam non liceat aliquod sacramentorũ denegare, neque propter debita quempia ab Ecclesiastica sepultura prohibere.* Annibal Romani nominis dir̄ hostis Pauli, Emilij, & M. Marcelli. corpora non est passus inhumata iacere sed honorifice ea tradidit sepulturæ, quo nomine illum maximè laudat Valerius Max. lib. 5. c. 1. Sic & Iehu Rex Israel, vt habetur. c. 9. lib. 4. Regũ. Iezabelem hostem suam iussit sepeliri. Quo nomine in die iudicij excusabitur qui debitoris cadauer retinere tentat? nonne audit à Christo dño illud Matthæi. c. 18. *Serue nequã omne debitum remisisti tibi quoniam rogasti me nonne ergo oportuit te misereri conscriui tui sicut, & ego tui miserus sum?* & traddetur tortoribus quousq; reddat vniuersũ debitor. Clamamus omnes quotidie ad Dominum, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Et non solum non remittimus debitum. Verum sepulturã negare volumus si debet ex contractu guarentigio. Sed de his hæctenus.

24 ¶ Reducendo ad argumentum huius legis, ad eõ omnibus iuris prudentibus iniquum videtur liberum hominem detineri, vel cogi seruire pro pecunia credita, uti magnopere torqueant, se se super intellectu tex. in. c. ex rescripto. de iure iuran. vbividetur probari hominẽ liberũ posse pro pecunia

De Inope debitore

debita obsidem dari, & quasi pignus constitui. Sed responde tripliciter, primo quod ibi non loquitur quando ipse qui datur obses debebat pro se. sed datur obses quod partes, inter quas pactum fuit factum seruabunt pactum, & tunc obses non retinetur loco pignoris pro debito, nec ille cui traditur habet ius reale super eum sed tantum retinetur, ut creditor & debitor seruent conuentionem inter se factam non vero ratione pecuniarum, ita intelligit gloss. in. d. c. ex rescripto, & eam sequuti. Henri. Cardi. & Feli. col. 3. Bal. in. l. 2. C. de patri. qui fili. distra. citant. l. obsides. ff. de testa. Sed mihi hæc solutio non placet quoniam in Authen. ut nulli iudi. §. quia vero. non ideo prohibetur ne homo liber pignori detur pro debito quod creditor habeat super eum ius reale. Sed quoniam res est pessimi exempli, ut liber homo pro pecuniola detineatur. Neque solum loquitur quando datur pignori, sed etiam quando datur, ut detineatur, & sic non nittitur text. in eo, quod ius reale constituitur super debitorem, ut patet ex gloss. & Doctoribus in Authen. imò. C. de actio. & oblig. ex Rip. in. l. obligatio. nu. 9. ff. de pig. Ideo alij rectius sentientes intelligunt eum textum quando liber homo detinetur. Ut pax sit inter homines & fauore pacis admittitur, ut liber homo detineatur, ita intelligit. d. c. ex rescripto glo. ibi. in vltima solutione. & eam probant ibi Abb. & Imol. Rip. in. l. obligatione. nu. 1 2. ff. de pigno. Imol. & Areti. in. l. obsides. ff. de testam. Couarr. Variarum lib. 2. c. 1. num. 1. col. 3. Bald. in. l. obs. C. de actio. & oblig. col. 2. qui intellectus in se verus est, & probatur Iure Regio in. l. 1 3. tit. 1 3. par. 5. cuius verba sunt. *Homo libre puede ser dado en rehenes por razon de paz que firmassen algunos entre si, o por tregua, o por otra cosa semejante. Nota hæc vltima verba: O por otra cosa semejante. Ex quibus deducitur hominem liberum non posse obsidem dari nisi fauore pacis, vel ex alia simili causa.*

25. Hic intellectus verus est in se, sed diuiniat ad. d. c. ex rescripto, imò vero parum quadrat themati in eo proposito nam ibi agitur de pacto facto inter Abbatem cuiusdam monasterij & quendam Petrum, inter quos etiam si conuentionio seruata non fuisset potius oriretur dissidium quam bellum, quid enim bellum cum monachis. Et quid bellum inter priuatos. Et obsides dantur solum ab hostibus populi Romani, &

contra gloss. in. l. 2. C. de patrib. qui fili. distra. notatur in. c. cum pridem. 2 3. q. 8. scribit Alex. in. l. alia. §. eleganter. ff. solu. mat. ideo parum quadrat solutio glossæ & Doctorum, quod ibi fit fauore pacis potius dicerent fauore concordie, & ne oriantur lites. Verus. & planus intellectus eius text. meo iudicio est, quod ideo ibi liber homo retinetur quoniam iurauit. Id enim communi opinione receptum est, ut non solum pro conuentione pacis seruanda (quæ ciuilibus & digna causa est) Sed etiam pro pecunia debita possit quis etiam inuitus detineri si iurauit. Ita notant Imo. & Feli. in. d. c. ex rescripto. Benedict. c. Raynun. verb. Testamentum. cl. 3. nu. 2 6. de testam. & pronuntiat esse comunem Didacus Couarr. moribus, & literis ornatissimus. Variarum lib. 2. c. 1. num. 1. ad fin. & sequitur Faber. in. §. pen. ad fin. Insti. de iure persona. Guido Papæ decisi. Delphinali. 6 1. Boer. decisione Burdegal. 3 4 9. nu. 7. ad fin. vbi dicit ita Parisijs iudicatum. Antonius Petrutius in repetitione. l. 1. num. 1 9 6. ff. de iurciuran. qui citat Specul. tit. de renuntiatione, & conclusionem, col. 1 1. vers. item est beneficium. Quod autem iurauerint illi, qui in dict. c. ex rescripto: dati fuerunt obsides patet ex tota capituli serie, & hic mihi videtur intellectus aptus literæ, & argumento eius textus. Fateor tamen secundum intellectum ad dict. cap. ex rescripto, verum esse in se quem adiuuat dispositio legis Regiæ, nam non solum pro pace, sed etiam pro inducijs permittit obsidem dari, induciæ autem etiam fiunt inter priuatos.

26. Præterea adeo libertas grata est Iure Consulit, adeoque fouenda visa est, ut si faciendâ sit executio aduersus debitorem ex causa iudicati, vel ex aliqua simili causa quæ executionem mereatur, non potest capi persona debitoris nisi prius facta excussione in eius bonis, quia carcer est poena quo ad corpus detenti, Bal. in. l. 5. §. tutor. & ibi Bolognin. in. 2. interpreta. ff. de susp. tutor. Angel. consil. 2 1 3. Boerius in repetitione. l. consentaneum. num. 1 5 5. C. quomodo & quando iudex, corpore autem nemo debet luere: si habet bona, ut dico cap. 1 1. nu. 2. infra. & ita quod excutienda bona antequam debitor capiatur docet glossa singularis in. l. 3. §. tutores. ff. de susp. tuto. & probatur in. l. à D. Pio. §. in vditione. ff. de re iudi. Vbi prius excutienda mobilia, & immobilia quæ deueniatur ad

ad iura, & actiones, ita intelligenda. l. 4. tit. 15. partit. 5. facit. l. 3. & 8. tit. 2. part. 3. Notat Abb. in c. 2. per textum, ibi. de pigno. & pronuntiat communem Felin. in c. quod ad consultationem, col. 7. nu. 10. de re iud. post Abb. col. 5. Ripa in l. obligatione, nu. 20. ff. de pigno. versic. præmissa. Aretin. in l. maritum. §. elegantèr. nu. 7. ff. solu. matrim. Alexand. & Ias. in d. l. à D. Pio. §. in venditione. Hippol. singul. 3. Bart. in l. nemo carcerè, nu. 4. C. de exacto. tribu. Paul. l. 4. §. Prætor ait. ff. de re iudicata. Alexand. consi. 159. nu. 9. col. fi. lib. 2. vers. quod vltra. Anania. consi. 21. Marianus Socin. in tracta. de citatione, artic. 20. nu. 61. Angel. in l. debitoribus. ff. de re iud. Bart. & Bald. in l. 1. C. qui bonis cede. poss. Couarr. Variarum, lib. 2. c. 1. nu. 2. Boerius decif. 349. nu. 7. & 8. dicit, Faciendam legitimam excusationem etiam si debitor iurauerit, & se obligauerit ad carcerem. Bald. in l. fin. ff. de in ius vocan. & in tract. de carceribus in. 5. quæst. tertie principalis Bald. Imol. & Roman. in l. si filio familias in. 2. ff. solu. matr. Angel. & Ias. in §. cum quoq; Instit. de actio. Roman. consi. 120. circa primum, col. 2. & consi. 241. & consi. 320. Parpal. in l. 2. nu. 7. ff. solu. matrim. Boer. in repet. l. cõsentaneum in. 5. & 6. conclusionè. C. quomodo, & quando iudex. & in consuetudinibus Bituricen. tit. de iurisdictione omn. iudicum. §. 1. 3. col. 2. ad finem. Imol. in c. Odoardus. col. 4. de solutio. Franciscus Marcus in dec. 10. De phinali. 150. Martinus Lauder. in tract. de officio duorum. 104. Debitor enim habens bona nõ incarceration, vt per Abb. cap. lator. nu. 1. de pigno. & in c. peruenit, nu. 3. de fideiussor. licet cõtra Paul. l. 1. C. qui bonis ced. poss. & Alber. in rub. C. eod. tit. & in l. ob æs. C. de acti. & obliga. vbi dicit ita de facto seruari. Neq; solum sunt prius excutienda bona ipsius debitoris verum etiam fideiussoris, nam habens fideiussorem videtur esse soluendo. l. si plures. §. præterea si quærat. ff. de fideiussor. ita docet Alexand. in additione ad Bart. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. Aretin. in l. maritum. §. elegantèr. num. 7. ad fin. ff. solu. matrim. Hippol. singu. 3. Roma. consi. 320. Ripa in l. obligatione. nu. 25. ff. de pigno. Antoni. Petrutius in repet. l. 1. nu. 197. ff. de iure iurand. Sed hoc de fideiussore non seruat practica, vt scilicet fideiussor, sit prius excutiendus quam debitor capi possit. Sed tamen

omissa practica, & Regni consuetudine, quod dixi fideiussorem excutiendum antequam debitor capiatur intelligitur si renuntiauit Authet. præsent. C. de fide. aliàs cum antequam fideiussor conueniatur debeat excuti in rebus & persona debitoris principalis videtur, quod capi possit antequam fideiussor excutiatur, ita nouitèr declarat Aym. in cõsuet. Aluer. tit. de execu. artic. 59. nu. 3. quod an sit verum dico infra cap. 5. num. 36.

27 ¶ Sed quæret aliquis quomodo quotidie videmus debentes ex instrumento publico absq; citatione, vel excusatione pertrahi in carcerem, nisi præstent fideiussorè de euitatione, vulgo dictum De sancamento. Hic dupliciter respondeo, vel q̄ inualuit vsus, vt persona & bona simul capiantur, vt inquit Mo' in ad Alexand. consi. 159. col. fi. litera. A. lib. 2. Nam vt aliqui sentiunt cū agitur ex causa iudicati persona, & bona possunt capi simul, vt tradidit Ias. in l. nulli, col. 3. C. de iudi. & in l. 1. in princ. col. 7. & in §. 1. col. 1. ff. si quis ius dicen. non obtempe. Sed q̄ etiã hoc casu bona sint prius excutienda sentiunt, cum Bart. in l. 3. §. tutores. ff. de suspec. tuto. plures quos citat Felin. in cap. quod ad consultationem, col. 7. de re iudi. Sed cum Ias. tenet Paul. l. 1. C. qui bon. ced. poss. & Alber. in rub. C. eo. tit. & in l. ob æs. C. de act. & oblig. vbi dicit ita seruari. Vel q̄ magis crediderim respõdeo q̄ executor ignorans an bona quæ debitor offert sua sint, vel nollens periculo esse obnoxius si incautè credat sua esse pertrahit debitorem in carcerem, nisi præstet fideiussorem qui se obliget bona quæ debitor nominat, vt ibi executio, & excusio fiat sua esse, & valere summã pro qua executionis fit. Offerens enim fideiussorem dicitur esse soluendo, & habere bona, vt statim dicam idèò oblato fideiussorè de euitatione, quoniam iam constat debitorem esse soluendo non pertrahitur in carcerem. Idèò practica dandi fideiussorū hunc, probat Couarru, Variarum. lib. 2. cap. 1. nu. 2. Auedanius in dictionario, in verbo Almoneda, vers. item in ista materia. Bald. in l. fin. §. & si præfactam, col. 2. vers. interim. C. de iure dedibe.

28 ¶ Quamuis enim nõ sit incipiendum, à captura: sed prius debeat fieri executio, potest tamen executor capere debitorem cõpellendo, vt indicet bona in quibus faciat executionem autore Puteo, de sindicatu. verbo

De Inope debitore.

verbo Executio, col. 3. qui citat glosam in l. pen. ff. de celsio. bono. notat Felin. in cap. quod ad consultationem, col. 7. de re iudic. & licet debitor nominet bona respondere potest executor: mihi non liquet, quod ista tua sunt, neq; volo, vt mihi hinc lis moueatur idè pertrahit illum in carcerè, nisi det fideiussorem quod etiam scribit Maranta in suo Specul. tit. de executione sententiæ, num. 23.

29

Ex quo deducitur, qd si debitor non habens fideiussorem De saneamiento, Proferat citato creditore testes affirmantes bona que nominauit sua esse, qd debet dimitti, & solui è carcere, etiam non dato fideiussore De saneamiento. Testes tamen tenebuntur de periculo veluti nominatores, & fideiussores, ita scribit Auēdanius in dictionario d. verbo Almoneda, versiculo nam potest, & est opinio iuri, & æquitati conformis. Nō enim ex alio debitor dimittitur cum fideiussore De saneamiento, Nisi quia dato fideiussore constat illum habere vnde soluat. Vt patet ex verbis quibus moris est dictū fideiussorem se obligare ergo si alias legitime cōstet captum debitore bona habere ex quibus soluat æquum est, vt dimittatur præsertim cum testes qui affirmant bona que debitor nominat propria eius esse loco fideiussorum sint. l. cum ostendimus. §. fin. ff. de fideiussor. tuto. Ita confirmatur iure practicaq; apud nos in vsu est. Quamuis vt dixi. c. u. 26. plures dicunt qd cum agitur ex causa iudicati persona, & bona possunt simul capi. Pro quo. facit, qd si feci debitorem in carcerè detruēdi possum petere me mitti in possessionem bonorum suorum, neq; vnū remedium aliud impedit: autore Bart. in l. cōsentaneum, col. fi. C. quomodo & quan. iud. Bart. & DD. in cap. dilectis de appell. Bald. in l. ignorare. C. de resti. mili. Anchar. in cap. 1. de eo. qui mitti. in posse. causa rei seru. Hippol. singul. 398. in re per. l. vnus. §. custodiz. col. pen. ff. de questio. Et rursus si feci executionem in eius bonis possum reddere ad remedium executionum aduersus eius personam donec integralitèr satis fiat autore Angel. in l. nemo carcerè. in princ. C. de exact. tribu. lib. 10. & in l. qui restituere. ff. de rei vendica. Sed an principalis & fideiussor. simul capi. possint vide Hippol. sing. 398. Cassa. in contact. Burgun. rub. §. 1. nu. 15. sic licet sit clericus, qui sit in carcere pro debito ex delicto potest etiam excommunicari Bald. &

Philip. Perusin. in cap. dilectis. de appell. Rursus, & illud indicat quantum ciuiles constitutiones fauerint libertati debitorū, qd nemo potest conijci in carcerem, nisi debeat ex causa iudicati Regia. l. 4. tit. 15. par. tit. 1. l. 1. & ibi glos. fin. C. de celsio. bono. glos. in rubrica. ff. cod. tit. & in l. fin. C. cod. tit. scribit Bart. in l. cum eo. ff. ad leg. Iul. pecu. Angel. & Paul. in d. l. 1. C. qui bon. ced. poss. Bald. consi. 90. lib. 5. Rodericus in l. 2. titulo De los gouernos, col. 1. lib. 3. Fori. Ripa in l. obligatione generali, nu. 25. ver. & si citatus. ff. de pigno. debet enim citatio, & sententia præcedere (sententia inquā que transiuerit in rem iudicatam ad hoc, vt debitor capi possit) l. consentaneum, & ibi notat Bart. C. quomodo, & quando iudex Bart. in l. fin. ff. ad l. Iulia. pecul. Rom. consi. 224. incip. ista captura facta. Neq; enim est incipiendum ab executione. Debitor ergo summa probanda, & sententia declaranda antequam ad capturam perueniatur, nam qd ante capturam non est deductū nec probatum non potest, postea deduci ad illam iustificandam; nam iniuriarum nulla est confirmatio. l. si cum nulla. ff. de re iudic. ita notat Bald. consil. 318, ista captura lib. 4. Ripa in d. l. obligatione, num. 25. ff. de re iudic. Romanus, consi. 241. incip. spectabilis Domini, col. 2. Decius, consil. 75. pro tenui, col. 1. ver. & idè. Nec obstat, qd eruditi dicent qd debitor captus nō seruato ordine non est dimittendus si verè est debitor. l. fin. §. fin. ff. qd met. caus. Bald. in capture in fine; vt litè non contest. & in cap. conquerente de restit. spolia. Paul. consil. 472. in causa capture. Iacob. lib. 1. ad finè. Gomez Arius in l. 60. Tauri. nu. 11. Alex. l. si cum nulla. num. 8. ff. de re iudic. cuius Farinæ est, qd coniectus in carcerè pro debito falso potest retineri pro alieno vero debito, vt in d. l. fin. §. fin. ff. qd met. causa. l. 2. & ibi Bart. C. de exact. tribu. lib. 10. Bart. in l. 2. §. qui exhibendi. ff. de custo. reo. & simile quidam definit Bart. in disputatione incipiente Lopus, Gomez Arius in loco supracitato. Hic responde quod i; Doctores loquuntur quando omissum fuit aliquid, quod pertinet ad ordinem, vel solemnitatem, vt in simili intelligit Alexand. in l. si cum nulla, nu. 8. ff. de re iudic. Vel secundo respōde, quod etiam si postea probetur, de vero debito non idè minus iudex, qui illum capi iussit definit esse culpa, & castigatione dignus & captura tenet, non ex vi præ-

præcepti ex quo primo fuit captus, sed ex secundo præcepto ex quo iubetur retineri, probato iam vero debito, ex lata sententia, quæ in rem iudicatam transferit, vel ex instrumento guarentigio: itaq; captura durat ex secundo præcepto non ex primo, vt in casu simili scribit Alexan. in. l. 1. col. 2. C. de Carbo. & dicto. Bart. in. l. creditores. in. 5. quæst. principali. C. de pigno.

31 **U**taq; debitor non capiendus nisi ex causa iudicati, etiam si debeat ex instrumento publico. Neq; enim publicum instrumentum executionem meretur de Iure Ciuili. minor viginti quinq; annis cui fideicommissum. ff. de mino. & ibi notat Bart. Bal. & Ange. in. l. si cum dotem. §. eodem autē tempore. & ibi Alexand. col. 3. ff. solu. matrim. Angel. in. l. cum antea. C. de arbit. & in. l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudi. latē Roder. in repet. l. post rem. in declaratione legis Regiæ, col. 5. vers. & vt videas. ff. de re iudi. Tamen Iure Regio, si quis debeat ex instrumēto publico, executio fit aduersus eius bona, & nisi det fideiussorem de cuius tione bonorum quæ nominat, vt in eis fiat executio pertrahitur in carcerem, vt supra dixi. Dum modo instrumenta sint liquida, vt latē probat Rodericus in d. l. post rem in declaratione legis Regiæ. l. 4. & 5. tit. 8. lib. 3. Ordinam. l. 64. Tauri. l. 1. & 2. tit. 2. l. lib. 4. Recopil. Et dum modo instrumenta habeant clausulam guarentigiam alias etiam Iure Regio non sunt mādanda executioni, vt apparet ex. l. vltima condita in cōuētū Madritēsi, anno. 1534. quæ habetur. l. 5. tit. 2. l. lib. 4. Recopil. vbi lex facit mentionem de exequendis contractibus guarentigijs, & non est recedendum à verbis legis. Ita docet Roder. in. d. l. post rem. in declaratione legis Regiæ, col. 13. Segura in repet. l. si ex legati causa, nu. 78. ff. de verbo. obligat. & ita esse in praxi receptum testatur. Couar. Variar. resolu. lib. 2. c. 11. nu. 3. vers. illud fanē. Atq; item executio Iure Regio fit in bonis, & persona debitoris si agnoscat singraphā sua manu descriptam qua pecuniam dare promittit, vt in ea lege Madritensi, quæ habetur d. l. 5. tit. 2. l. lib. 4. Recopil. est constitutū, nam confitens in iudicio sedebere, executione cogitur ad solutionem. l. proinde. §. notandum. ff. ad leg. Aquil. l. post rem. vbi latē Roder. in. 3. notabili. ff. de re iudi. l. debitoribus. ff. de re iudi. l. vna. C. de confe. Priuata enim scriptura agnita à parte eā-

dem habet autoritatem, quam si esset à tabellione confecta. l. 119. tit. 18. part. 3. Rebuf. 2. thom. ad leges Gallicas. tract. de chi rographorum, & cecularum recognitione à num. 25. Auendanis in capitis Prætorū. 2. par. c. 31. num. 1. vers. aliquando tamen. Auiles cod. tract. c. 10. glos. verb. Execucion à num. 33.

32 **I**ure tamen Regio conuentus ratione debiti, si debitum constat per scripturā etiam non habentem clausulam guarentigiā, vel per probationem summariam capi potest si non habet bona immobilia, vel si nō det fideiussorem Regia. l. 66. Tauri. l. 2. & 4. tit. 3. lib. 2. Fori. l. 7. tit. 8. lib. 2. Ordin. l. secundū. ff. qui satida. cogan. q̄ si conueniatur pro summa minori, quam centum moropetinis sufficit cautio iuratoria, si fideiussorem, non inueniat. l. 41. tit. 2. part. 3.

33 **P**ræterea Iure Ciuili ad eō debitor nō potest detineri à creditore, neq; à iudice, vt captura in casibus in quibus executio admittitur non possit fieri, nisi executor ostēdat præceptū iudicis tabellionis manu signatum, & à iudice subscriptum. l. 2. tit. 29. part. 7. l. 7. 8. & 10. tit. 14. lib. 2. Ordinam. scribit Bald. in. l. consentaneum. quæst. 8. C. quomodo & quando iud. citat. l. neminem. C. de exhib. reis. notat Ias. in. l. cū proponas in. 1. C. de pact. Bald. in. c. cum parati. col. 2. de appellat.

34 **R**ursus illud non prætereundū q̄ captus est dimittendus etiam si det in fideiussorē filium si modo is sit idoneus. Bald. cōsi. 90. lib. 5. Licet enim in satisfatione de iudicio sistendo admittatur filius, vel consanguineus licet nō sit satis idoneus facultatibus textus in. l. 1. 2. & 3. ff. de in ius vocan. vt eam notat Bart. in. l. sciēdum. in fine prin. ff. qui satida. cogan. Alexan. in. l. fideiussor. ff. eodem titulo. hoc non habet locum quando fideiussor datur pro securitate solutionis, nam debet esse idoneus. Ita Bart. & Bald. in. d. l. 1. ff. in ius vocati, vt eant, & ibi Angel. Roderi. in. l. 2. titulo De los emplantamientos. §. nūc opportunē, col. 4. vers. & aduerte. Ratio autē quare captus ex causa iudicati est dimittendus si det fideiussorē est. Quoniam præstans fideiussorem videtur esse soluendo, si fideiussor idoneus est l. si plures. §. præterea. ff. de fideiussor. Et ibi not. Bar. Paul. Imola, & Angel. Si enim fideiussor, de cuius tione idoneus non sit debitor captus: non est dimittendus è carcere quoniam ratio quare dato fideiussore dimittitur

De non meliorandis

mittitur est, quoniam censetur esse soluen-
do, quoniam saltē fideiussor soluet; & qui
est soluendo nō potest capi: vt supra dixi,
cū autem fideiussor soluendo non sit: mi-
nimē poterit soluere, & idcō debitor prin-
cipalis nō videtur esse soluēdo. Et sic capi
potest, & non dimittetur etiam dato fidei-
iussore. Nota tamen q̄, vt quis damnatus
per sententiam dimittatur dato fideiussore
debet esse fideiussor desoluendo, neq;
sufficit de iudicio sistendo Bart. in. l. neq;
impueres. ff. de in ius vocan. Bald. in. l. fin.
§. & si praxatam. aliās. §. in computatione.
C. de iur. de lib. Castell. l. 66. Tauri. Verbo
Arrogar, col. 3. Roma. singulari. 142. incip-
vnu vult fideiubere citato. text. in. l. si pe-
cuniz in fine. ff. vt in posse. lega. & in. l. his
consequenter. ad fin. ff. famil. hær. cis. Bart.
in. l. consentaneum. C. quomodo & quādo
iud. Angel. & Alex. qui rem limitant in. l.
de die, vers. planē. ff. qui satisfacere cogan.
Roman. Alexand. & Ias. in. d. l. neq; impu-
beres. §. fin. Boer. decis. 314. nu. 5. ratio est
quoniam cum sit damnatus per sentētiā
iam iudiciā est finitum. Deinde cum sit
damnatus soluere; fideiussio de iudicio si-
stendo, a iud. continet quam solutionem.

35 Deinde, vt ad rem reddeamus: ad cō in-
gratum fuit iure Consultis, debitorem a
creditore capi, vt pactum de eā. re expressē
factum inter debitorem, & creditorem, vt
scilicet possit eum capere, & in priuatum
carcerem deducere non valeat. l. nō est sin-
gulis. ff. de reg. iur. notant Bart. & DD. præ-
cipuē Aretin. in. l. alia. §. elegantē. ff. solu-
matrim. Bart. & DD. in. l. Titio cētum. §.
Titio centum. ff. de condi. & demonst. An-
gel. in. l. si vnus. §. pacta quæ turpem. per il-
lum text. ff. de pact. Ripa in. l. obligatione
generali. nu. 22. ff. de pigno. Couarru. Va-
riar. lib. 2. cap. 1. nu. 7. Ferdī. Vazquius de
Menchaca in tractatu de successio. creatio-
ne lib. 3. §. 22. limita. 18. nu. 81. Angel. A-
retin. & Annibal in repet. l. nemo potest,
nu. 138. ff. de leg. 1. & ibi Rip. nu. 19. licet
contra argutetur Crot. ibi. Cui respondet
Vazquius d. tract. lib. 1. §. 6. nu. 33. Quod
omni vacat ambiguitate quoniam captura
personæ, & incarceration sunt meri imperij
Authent. de exhibendis reis. §. si vero. l. 1.
C. de priua. carce. pacta autem priuatorum
dare non possunt, quæ meri imperij sunt. l.
priuatorum. C. de iurisd. omni. iud. Neq;
in carcere priuato potest detinere nisi pa-
ter, maritus, & dominus, glos. Fab. & Do-

tores in. l. 1. C. de priua. carcere.

36 ¶ Quinimo non valet pactum, vt creditor
possit propria autoritate capere debitore,
& illum in publicum carcerem deducere,
quoniam cum captura sit meri imperij pa-
cta priuatorum id dare non possunt, ita ad-
uersus Bart. qui contra sensit docent An-
gel. Alexan. & ceteri in. l. alia. §. elegantē
ff. solut. matrim. Rip. in. d. obligatione, nu.
23. ff. de pign. qui citat Socin. consil. 100.
lib. 1. Sed non reperio Socinum tale quip-
piam ibi dicere, citat etiam Bald. cōsi. 285.
lib. 1. nu. 9. Qui id nominatim scribit, &
q̄ ordo iuris non potest tolli pactis priua-
torum. c. de causis de offi. de leg. Authent.
offeratur. C. de lit. contest. Præsertim quia
hoc ē republica est: quid enim oriri potest
ex talibus pactis, nisi dissensiones, & rixæ,
quæ rempublicam magnopere labefactāt:
& hanc opinionem sequitur Aretin. in. d.
l. nemo potest. Crotus. ibi. nu. 8. Vazquius
in tracta. de resolutio. vlti. volunt. lib. 1. §.
6. nu. 34. Pactum tamen, vt debitorem ca-
piā propria autoritate operatur, vt iudex
nuntium mittere possit etiam si debitor
nō sit suspectus vide. Pute. de sindicatu. §.
captura. num. 7.

37 ¶ Præterea de iure Ciuili ea videtur verior
opinio, vt non valeat pactum inter debi-
torem, & creditorem, vt debitor qui condē-
natus non est capi possit per iudicem: quo-
niam, vt dixi iuris ordo pactis priuatorum
interrumpi non potest. Iuris autem ordo
est, vt debitor non capiatur, nisi præmissa
citatione. l. consentaneum. & ibi Barto. C.
quomodo, & quando iud. Bart. in. l. fin. ff.
ad leg. Iul. pecul. Roma. consil. 224. incip.
ista captura. Rip. in. d. l. obligatione. num.
25. & post citationē probanda est summa,
& causa debiti. Et debitor est condemnan-
dus, & post condemnationem, quæ in rem
iudicatam transferit, capi potest. l. 1. & ibi
Bald. C. qui bon. ced. poss. Et antequam ca-
piatur, debet fieri executio in eius bonis, vt
dixi supra num. 26. & in bonis fideiuf-
foris, vt tradit Ripa in dicta. l. obligatione,
num. 25.

38 ¶ Hic autem ordo, qui pertinet ad causæ
cognitionem nō potest omitti etiam si par-
tes contra pasciscātur, quia est introductus
fauore iudicis, vt rectē iudicet autore Bar.
in Authent. offeratur. C. de lit. contest. glo.
& DD. in. c. 1. de libelli oblati. Qua potissi-
ma ratione, hanc opinionem probant Ro-
man. Paul. & Areti. qui testatur hanc cō-
munem

munem in l. alia. §. elegantèr. ff. solu. matri. & ibi Alexan. Bart. in l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de condi. & demonst. Bal. & Angel. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & est verior opinio autore Ripa in d. l. obligatione, nu. 27. ff. de pigno. vers. defendēdo. Couarr. Variarum resolut. c. 1. nu. 7. Licet contra sentiant Ang. & Platea in l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. Aretin. in d. l. nemo potest, col. 1. Bald. in d. §. Titio centum. Carceratio enim actus est turpis, & ignominiosus, autore Nouello de dote. 6. part. priuilegio. 42. col. 2. Imò censetur iniuria, quæ non potest aboleri autore Paul. & Iaf. num. 22. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. quare æquum est rem maturè considerare.

39 ¶ Licet autem tale pactum non valeat tamen si debitor debeat ex instrumento guarantee, quod Iure Regio habet executionem paratam: cōuentio valet. autore Paul. d. §. Titio centum. Ripa in d. l. obligatione, num. 28. & debitor capi potest, vt dixi. nu. 51. nam censetur debere ex causa iudicati, vt in instrumento expressè dicitur. Et debens ex causa iudicati capitur si non habet bona, vt supra dixi.

¶ Illud tamen non prætereundum quod licet non valeat tale pactum: valebit de ea re cōsuetudo. l. nisi opinatores. C. de exact. tribu. lib. 10. valebit inquam consuetudo, vt debitor capi possit à iudice, etiam si nō debeat ex instrumento guarantee, neq; ex causa iudicati ita intelligendum, quod scribit Ripa in d. l. obligatione, nu. 29. vers. cæterum. Guido Papa, quæst. 61. Capell. Tolosana, decis. 61. Petrus Iacob. in sua prædica. tit. de cefsio. bono. Couarr. vbi supra, num. 7. Rursus illud non prætereundum, quod debitor detentus in carcere potius æquiparatur obsidi, quam pignori. ita Bal. conf. 90. num. 3. lib. 5. qui citat notata in l. ob res. C. de actio. & obliga. Vnde infert, quod licet pignus possit retineri ob chirographam pecuniam, pro qua pignus obligatum non est. Tamen qui se obligauit ad pœnam carceris pro vna causa, non potest in carcerem conijci, pro qua talem obligationem non fecit. An autem debitor, qui Iure nostro Hispanico addicitur creditori fit loco obsidis, an vero loco pignoris dicā infra suo loco.

40 ¶ An autem exceptio nullitatis opposita aduersus sententiam impediatur capturam personæ etiam si requirit altiorē indaginē

Paul. quod sic in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & ibi Alexand. col. fin. quoniam captura est iniuria irretractabilis, vt videtur sentire Bald. in l. vna. C. in integ. restit. postulata, nil noui fieri. Sed certè imò est iniuria retractabilis. Et reparabilis idcō exceptio nullitatis non impedit capturam debitoris si debeat; ex sententia, vel instrumento, ita Iaf. §. condemnatum, num. 24. & ita seruat stilus licet contra scribat Alexan. conf. 17. col. 2. ad finem. lib. 1. Sed intelligendū quādo nullitas constat ex ipso instrumento, vt dixi in tractatu De non meliorandis filiabus, cap. pen. nu. 23. & ita intelligendum quod scribit Rodericus in l. 2. tit. De los goziernos, q. 4. nam videtur sequi doctrinam Pauli in d. §. condemnatum. Sed facilè eluderetur, vis sententiæ si eius sententiam admittimus.

41 ¶ Rursus humana libertas adcō Iure Consultis curata, vt frequentiori creditorum calculo receptum sit: non posse renuntiarī beneficio cefsionis bonorum, quoniam tale pactum est aduersus humanitatem quā ali inter homines oportet. Præterea est aduersus hominis libertatem nisi enim cedere possit: perpetuo in carcere miser iacebit. Non valet autem pactum per quod quis se perpetuo carceri mancipat, quoniam esset perpetua, & misera seruitus, nā esse in carcere, & esse apud hostes æquiparantur. l. 1. tit. 29. part. 2. Et non est in manu hominis se seruituti subijcere: præsertim seruituti, tam fœdæ, tamq; inter Christianos non admittendæ. l. nec si. C. de lib. causa. l. 2. ff. de lib. homi. exhib. l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de cond. & demonst. l. 4. tit. 31. part. 2. minor enim videtur miseria serui, quam eius qui in carcere perpetuo futurus est si animi ægritudo, & anxietas respiciātur. Et quod talis renuntiatio non valeat docent. Abb. & communiter Canonistæ in c. Odoardus de solutio. Cin. nu. 96. Bal. & Salic. nu. 9. in l. 1. C. qui bono. ced. possunt. Bart. Imol. Rapha. Comensis, & Alber. in l. alia. §. elegantèr. ff. solu. matrimo. & dicit esse communem. Alber. in rub. C. qui bo. ced. posses. col. fi. Alexan. conf. 37. nu. 6. & ibi Molin. in additione litera B. lib. 2. Faber. §. fi. Insti. de actio. nu. 7. vers. cōuenit, & ibi Iaf. qui se remittit, nu. 30. & itidem Zaf. & est verior, & magis communis opinio, vt testatur Couarr. Varia. lib. 2. cap. 1. nu. 7. Guido Papæ decisione. 211. incip. debitor non potest Berouius. q. 133. num. 1. Capella

De Inope debitore

Capella Tolosana. 61. Ioannes Paponius in consuetudines Burbonias, titulo de cessione. §. 72. ad finem Belsian. in consuetudinibus. Aluernix titulo de cessione, arti. 4. versiculo & vtrum. Et hæc est opinio receptior, & humanæ societati congruentior. Scio quod contra scribunt Roman. Angel. & Alexan. num. 11. in. l. alia. §. elegantèr. ff. solu. matrim. Federi. consil. 60. Rotta. antiqua. §. 65. Felin. cap. ex rescripto, nu. 11. de iure iuran. & in. c. si diligenti, col. 2. de foro compet. quorum opinionem exacto iure veriore censet Ripa in. d. l. obligatione, nu. 30. ff. de pigno. vbi ponit limitationes ei qui vultit eam amplecti, vt scilicet non procedat quando est periculum, ne debitor moriatur in carcere. Sed & eandem opinionem (scilicet cauendum, ne vnam quam debitor moriatur in carcere valens eam effugere) notat Boer. decis. 349. Aufre. decis. Tolos. 61. Adhuc mihi prima sententia placet, tam ex rationibus supra productis, quam etiam ex textu, quæ propugnatores aduersæ partis, pro se citant in l. fin. C. qui bon. ced. poss. vbi Imperator scribit opinionem humaniorem semper eligendam. Deinde ille textus in. d. l. fin. quod est vnicum fundamentum cõtra sententiarum dum dicit, quod ille qui accipit inducias. quinquenales, non potest bonis cedere, non probat eorum opinionem quid enim mirum si accepto vno beneficio, scilicet inducijs ad querendam pecuniam prius alio, scilicet cessione. At hæc ex verbulis & stultis promissionibus, & renuntiationibus de non cedendo priuamus hominem libertate, & non beneficio, vel alio remedio concessio. Præterea Aufre. in additione Capellæ Tolosana. 61. dicit talem renuntiationem non seruandam quando paupertas, & fames est notoria idem dicit Feder. consil. 60. Anton. Imol. in. c. cum contingat Alexand. in. l. alia. §. elegantèr. num. 12. ff. solu. matrim. vbi dicit hoc procedere etiam si renuntiatio fuerit iurata si est periculum mortis. Ad eodem autem cessione bonorum renuntiare non potest, vt neq; iuramentum super ea re interpositum seruandum sit, vti iudicatum scribit Guido. decisio. 211. incip. debitor. col. 2. vers. sed his. Abb. ante eum in cap. 2. col. 2. de pigno. Paponius in dict. §. 72. quibus pro sua humanitate accedit Couarr. Variarum resol. lib. 2. cap. 1. num. 7. versiculo ego iudicem. præsertim si inopia debitoris sit

in culpa non crimine, neq; luxu contracta. & Beroius decisio. 133. num. 5. Rursum Aufre. in additione Capellæ Tolosana. 61. dicit quod si inopia, & fames esset notoria admittendus est ad cessionem, nõ obstante iuramento, quoniam seruare illud est aduersus ius naturale, & quod tale iuramentum non sit seruandum scribit, Vaz quius in tract. de success. creatio. lib. 3. §. 22. limita. 18. nu. 80. Huic opinioni libenter accedo licet contra scribat Imola in. c. cum contingat. nu. 83. de iure iur. Capel. Tolos. 61. Rip. in. d. l. obligatione, nu. 33. vers. 3. Marian. Socin. in tract. de citat. arti. 17. nu. 18. Federicus consil. 60. Moti quoniam non est aduersus bonos mores hominem in carcere detineri ob res alienum. Mihi satis videtur esse aduersus bonos mores. Quod est aduersus charitatem & aduersus affectum humanitatis insitum peccatoribus hominum. Hominem Christianum non posse villo effugio euadere carcerem, vt proximo proficiat, vel Regi seruiat, vel meliorem fortunam aucupetur. Non est admittendum in Republica bene constituta. Et res est exempli abhorrentis ab omni humanitate. Quæ utilitas est creditoris, quod debitor carceris miseria, & foribus tantum non enectus perpetuo suspiraret. Respõdebis apparebit aliquis, qui pro eo soluat? Quid si non appareat nam iam olim refrixit charitas, & rara est, & tenuis hominum benignitas in ægenos, præsertim si magnam summam debeant. Iudices oportet in republica excitare exempla misericordie, & charitatis non tyrannicæ inhumanitatis, & Scithicæ, feritatis. Postremò quid nostri exagerat iuramentum hoc in negotio? Christus qui charitas est, qui mitissimus est, qui Matthæi cap. 18. insectatur creditorem, quod nõ audiit debitorem dicentem: *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi?* Non remittet ipse liberalissimè iuramentum debitori, qui renuntiauit beneficio cessionis, cum videat illum egenum, & miserum vnumq; ex eorum numero de quibus dicit Ioannis: *Quod huic dedisti mihi dedisti.*

43 Præterea obijciunt nostri, non est aduersus bonos mores hominem ratione æris alieni, esse in carcere, fateor: sed non posse euadere carcerem cum bonis careat, & ad cessionem non admittatur est aduersus bonos mores, vt ex Euangelicis, & Apostolicis traditionibus manifestè deducitur, neq;

neq; iuris decreta ad alēdā in humanitatē inuenta sunt, nisi difficilimē abolenda, & quando ex cōtractu iurato infurgit iniquitas iuramenti vis tenuis est, vt in.c.debitores.de iur.iurā.c.significante de pign.Bart.in.l.si quis pro co.nu.10.ff.de fidei ius. Alsia.in.c.cum contingat.num.122.& 176.ybi Abb.nu.5.de iure iuran.solum valeret hoc pactum quando debitor dolum, vel imposturā cōmississet. Sed illud non est ex vi pacti, sed quia iure cōstitutū est, ne debitor qui dolū cōmissit, admittatur ad cēssionē bonorum, vt cico infra.c.16.nu.19.

44 ¶ Illud videtur memoria dignum, q̄ Fab.in.5.si.nu.7.Insti.de actio, insectatur Episcopos facientes constitutiones quod debitores excommunicati non traddātur ecclesiasticę sepulturę, etiam si bonis cesserint, dicitq; tales cōstitutiones esse aduersus bonos mores, & q̄ cum Pontifex remedium cēssionis admiserit in.c.Odoardus.de solutio, nō potest ab inferiore tolli.c.indultum de reg.iur.in.6.cuius opinionem sequitur Belsianus in consuetudines Aluerniæ. tit.de cēssio.art.4. & est opinio vera, & tales Episcopi: tanti nominis honore, sunt indigni. Quinimō cēssio bonorum, & eius effectus non potest tolli à legato de latere imō ne ab ipso quidem Pontifice, nisi ex causa iusta, vt notat Beroius.q.133.nu.2.de qua re vide, cap.2. infra.

45 ¶ Rursus illud non prætereundum: q̄ etiā si pactum de non cedendo bonis non sit seruandum etiam, si sit iuratum tamen tale pactum operabitur, vt debitor cedēs, si perueniat ad pinguiorem fortunam conueniatur, non in quantum facere potest, vt. l. is qui bonis. ff. de cēssio. bono. sed insolidum nulla re sibi ad alimenta retenta, ita docet Bald.in.l.1.c. qui bono. cede. possūt. Ripa in.d.l. obligatione. nu.33. vers. vlt. Guido decisione. 211. Aufrerius in additione Cappell. Tolosanæ. quæst. 61. Quod mihi probabile, & verum videtur, & sequitur Rapha.in.l. alia. §. elegantè. ff. solu. matri.

¶ Deinde vide quanta æquitate Iuris Ciuilis conditores vellint cum debitore inope agi, vt si post cēssionem aliqua bona acquirat: non possit exigi in plusquam facere possit. §. si. Insti. de actio. l. is qui bonis ff. de cēssio. bono. quod an stante lege Regia, & iure Hispanico admittatur dicam infra suo loco.

46 ¶ Rursus: ad cōmitissimē, lex vult agi cum debitore, vt cfugiat carcerē, vt licet de iure

aliud pro alio solui non possit, vt in.l.2. §. mutui datio. ff. si cert. pet. tamē si debitor non possit soluere pecuniam, & non inueniat emptorem rerum suarum: potest dare aliquid de bonis suis insolutum & creditor illud accipere tenetur, ne debitor cogatur vili vendere, & in carcere esse, text. est in Auth. hoc nisi. C. de solu. & ibi notāt DD. Bal.in.l.ordo.nu.15. C. de execu. rei iudic. Deci. & Ripa. nu.25. post Ias.in.l.2. §. mutui datio. ff. si cert. pet. Capella Tolosa. q. 68. Afflict. q. 358. Rom. singu. 815. incip. tu habes. Bart. in Auth. hoc ius porrectū. C. de sacro sanct. Eccl. Capicius, decisi. 42. nu.5. l.2. tit. De los gouernos, lib.3. Fori. Alcia. Parergon. lib.10.c.23. facit. l. à D. Pio §. si pignora. ff. de re iud. l.6. tit. 27. part. 3. Vbi si pignora emptorem non inueniant, creditor debet audiri volens ea habere insolutum vide DD. ibi & Guido Papæ singulari. 941. incip. si debitor. Quarē creditores, ne cogantur capere rem insolutum subiiciūt aliquem emptorem, qui paruum prætium offerat, nam beneficium. d. Auth. hoc nisi. non habet locum si reperitur emptor. Et q̄ teneatur accipere rem insolūtū si deficit pecunia intellige, si debitor nō reperiat emptorem, vt in d. Auth. hoc nisi. in fine, & in Auth. de fidei ius. §. quod autē, & q̄ teneatur accipere rem insolutum est verum, etiam si debitor promisserit soluere in pecunia numerata secundum Cin. in d. Authent. hoc nisi. & notat Ripa in d. §. mutui datio. nu. 25. Practici Papienses in libello actionis hipotecarię versiculo exceptionem solutionis.

47 ¶ Debitor tamen probare tenetur se diligēter curasse pecuniam inuenire ad solutionem, & quod non potuit reperire, & debet cauere de cūctione creditori, pro re quam illi insolutum dat. Hæc omnia probantur in Auth. de fidei ius. §. quod autē. Vnde desumpta est. Authent. hoc nisi, & debet traddere creditori instrumenta titulorum arg. l. Titius. ff. de act. empt. notat Roma. in d. §. mutui datio. & ibi Rip. nu. 25. Itē creditor potest bona meliora accipere textus est in d. Auth. hoc nisi, & in. §. q̄ autem. & potest eligere mobilia capere, vt. §. quod autem. Notandum tamen, q̄ pro paruo debito non potest creditor accipere rem meliorem pluris valentem si alia proportionabilior offeratur. ita docēt æquissimē, Imol. & Alex. in. l. à D. Pio. §. in veditio. ff. de re iud. Salic. in d. Auth. hoc nisi. ad finem.

Y Alexā.

De Inope debitore

Alexand.in.d.§. mutui datio, & ibi Ripa. nu. 26.

48 ¶ Præterea si ecclesia esset debitor, & non posset in pecunia, vel in bonis mobilibus soluere, creditor non posset eligere rem immobilem meliorem: textus est in Authent. hoc ius porrectum in fine. C. de sacro san. Eccle. & ibi Bart. & alij, & in Authent. de alien. & emphi. §. si vero. glos. Bart. Alex. Iaf. Decius, & Ripa. nu. 27. in. d. l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. peta. Roma. singul. 81 §. incip. tu habes. Aufrer. in additione Capellæ Tolosana. 68. Meminisse tamē oportet Ecclesiam hoc casu posse dare in solum immobilia, si mobilia nō habet, vt in dictis iuribus probatur, & notant Fulgo. Deci. & Rip. nu. 27. in. d. l. 2. §. mutui datio. Rursus notandum errasse Castellū in. l. 20. Tauri. verbo *Et dineros*, versi. Item fallit in creditore, & ibi quia inuitus, vbi dicit speciale esse in ecclesia, vt creditor cogatur accipere rem insolutum.

49 ¶ Ad eodē autem hoc remedium æquum, & fauore dignum visum est, vt non possit renuntia i beneficio Auth. hoc nisi. C. de soluti. vt scilicet debitor non potens soluere in pecunia, neq; vendere possessiones suas, non liberetur offerendo creditori rem insolutum. Ita docuit Iacobus Beluissius, in Authent. de fidei ius. §. si. Alex. consi. 37. viso, & opportune discussio. nu. 6. versi. tertio videtur lib. 2. quoniam talis renuntia videtur continere quid turpe, & inhumanum quoniam renuntia. d. Auth. hoc nisi. C. de soluti. videtur pascisci, q̄ iniuriam patitur hoc est, q̄ possit detrudi in carcerem, & q̄ creditor ei sit acerbus, & durus. §. si. in Authent. de fidei ius. ideo valere non debet. l. iuris gētium. §. si pasciscar. l. si vnus. §. pacta quæ turpem. ff. de pact. l. alia. §. elegantè. ff. solu. matri. & faciunt, quæ supra dixi. q̄ non valet pactum, vt non liceat cedere bonis. C. inus. reliquit rem indiscussam. Reperio tamen q̄ Salice. in. d. Auth. hoc nisi. dicit, q̄ potest renuntia, & Rip. in. d. §. mutui datio. nu. 28. ver. ceterum: nulla facta mentione de Alexand. in. d. loco. scribit Auth. hoc nisi. non procedere si debitor renuntiauit beneficio illius Authentice, citat Alex. in l. alia. §. elegantè. ff. solu. matri. quem non reperio tale quippiā scribere, tantū sentit, q̄ potest renuntia cessione bonorū. Mihi verior videtur opinio Salicet. & Ripæ, q̄ scilicet possit renuntia. d. Authent. hoc nisi. argumento. l. si quis in consc. ibendo. C.

de pactis: quoniam nihil continet turpe tale pactum, non enim debitor tempore quo se obligat scit iam q̄ sibi defutura est pecunia ad solutionem, & q̄ non debet habere mobilia, neq; inuenire emptorem immobilium, & sic non est verum q̄ Alexand. dicit, quod videtur pascisci, vt iniuriam patitur. Præterea si habet possessiones liberabitur à carcere aliquando enim inueniet emptorē nō enim tempora semper acerba, & infelicia sunt, sed est omnium rerum vicissitudo: alias cito soluerentur humanarum rerū cōpages. Si cōmercia, & emptiones, & venditiones præ inopia contrahi non possent, & vt omnia desint effugiet carcerem cedendo bonis, vt expressè dicit textus originalis in Authent. de fidei ius. §. quod autem. versi. si enim. Et sic posse renuntia. d. Authent. hoc nisi. docet Aufrer. in additio. Capellæ Tolos. 68. Neq; obstat si quis obijciat, q̄ Aufrer. dicit renuntiationem non valere, si per statutum municipali debitor, nō admittatur ad cessionem bonorum, quia tūc si valeret perpetuo remaneret debitor in carcere cum facta renuntiatione non posset dare bona insolutum. Quare dicit, quispian: q̄ cum Iure Regio beneficium cessionis bonorum sit sublatum, vt dicit in cap. 2. Quod renuntia Auth. hoc nisi. nō valet. Sed responde, quod nō ita est sublatum, vt debitor debeat perpetuo manere in carcere, imò liberabitur à carcere dādo se in seruitium creditori aliās non valeret lex tollens beneficium cessionis bonorum, vt docui, cap. 2. In summa: verissimum censeo beneficium Authent. hoc nisi. posse de Iure Ciuili renuntia, quia liberabitur debitor cedendo bonis. At Iure Regio cū non liberetur cedendo bonis sed debeat seruire, certè seruitium impeditur, vbi cunq; debitor dat rem, vel pignus creditori, vel fidei iussorē. l. 2. titulo *De los gouernos*, lib. 3. Fori. Quod Iure Regio (citra dispositionem Iuris Ciuilis) admittitur ad euitandum seruiendi onus. Quod intelligendum nō quo ad hoc, vt debitor renuntians non possit conijci, & detineri in carcere, nam quo ad id etiam Iure Regio valet renuntia: nā coniectus in carcerem quæret pecuniam, vel rem mobilem, vt soluat e carcere at si res veniat ad periculum additionis debitorq; nisi possit dare in solum sit tradendus in seruitium, & tunc poterit rem insolutum dare liberabiturq; etiam si renuntiauit dispositioni Authent. hoc nisi.

¶ De in-

50 Deinde non procedit dicta Authen. hoc nisi. si debitor iurasset soluere in pecunia numerata, & non in alia re aduersus voluntatem creditoris. Ita Ripa in. d. §. mutui datio. nu. 28. vers. item, quicitat Alexan. consi. 35. viso. lib. 2. quia iuramentum habet vim specialis renuntiationis cap. ex rescripto, vbi glosa de iure iuran. & vt dixi si specialiter. d. Authentica renuntietur non potest debitor, vt eius beneficio. Addit tamen prudenter Ripa. quod si post renuntiationem, vel iuramentum superuenit casus inopinatus auferens debitori potestatem soluendi in pecunia, & potentiam vendendi bona sua debitor, non obstante iuramento satisfacet dando bona insolutum, quia iuramentum intelligitur rebus, sic se habentibus. c. cum inter. de renun. Imol. & las. in l. quod feruus. ff. de condi. ob causam. Et iuramentum solum habet vim specialis renuntiationis quoad cogitata cap. veniens. de iure iuran. las. in. l. si mihi & tibi. §. si. ff. de leg. 1. facit. l. fistulas. ff. de contrah. empt. facit quod scripsi. in tractatu de non melio. filia. dotis ratio. cap. 4.

51 Illud non omittendum, quod Authent. hoc nisi. & eius beneficium seruandum etiam si debitor, iam sit in carcere, nam vt liberetur ab ea creditor cogitur recipere de bonis suis insolutum, iuxta Authent. de fideiussore. §. fin. ita significat Bald. in. l. ordo. col. fin. nu. 15. C. de executio. rei iudi. Aufre-rius in additione Capellæ Tolosana. 68. iuncta decisio Capellæ. Et hoc etiam casu fallit regula. l. 2. §. mutui datio. ff. si certpet. facit. l. 2. titulo De los gouernos, lib. 3. For. An autem dare possit in solutum nomina debitorum, vide Bald. consi. 358. lib. 5. Sed hic paulisper lector subsiste: reperio enim, quod Castellus in. l. 20. Tauri: verbo *En dineros*, vers. Item creditor. Scribit creditorem non cogi accipere rem in solutum nisi debitor sit incarceratus allegat Bald. in. l. ordo. C. de execut. rei iudica. qui nihil huiusmodi significare voluit. Deinde allegat Authent. hoc nisi, & Authen. de fideiussore. §. quod autem, sed certe Castellus meo iudicio, hac in re à scopo prorsus aberrat, nam text. in. §. quod autem, satis probat contrarium dicit enim textus, quod vt rigor in debitores minor, sit, & clementia eos subleuet iudex iubeat dari in solutum rem immobilem creditori. De Iure autem ciuili, antequam debitor capiatur sunt res eius vendendæ, vel addicendæ creditori. l.

à Diuo Pio. §. in venditione. Et. §. si pignora. ff. de re iudic. & dixi supra num. 26. Ergo dispositio. §. quod autem procedit ante carcerem. Deinde æquius est hoc admitti, & hanc esse veram opinionem significat Aufre-rius in dict. additione Capellæ Tolosana. 68. qui post decisionem Capellæ, quæ docet creditorem, si de sit pecunia debere accipere rem in solutum dicit per modum extensionis, idem quando debitor iam est incarceratus. Rursus Castellus dicit, hæc verba: *Quod tamen limita, nisi sit debitor ex contractu guarentigiato.* Omitto, quod rem non probarit ratione, vel autoritate non miror: forsam alijs erat negotijs distentus. Sed quid senserit scire cupiam. Nam si vult, vt debens ex contractu guarentigio, non possit dare rem in solutum, vt effugiat carcerem toto celo aberrat. Quid enim habet contractus guarentigijs, quod debitum reddit liquidum? Vtiq; si liquidum non esset iudex, non iuberet in dict. §. quod autem. rem dari insolutum, ergo ibi res erat iudicata, vel confessio partis nihilominus, tamen iubet lex, vt iudex cogat creditorem accipere rem insolutum. Sed magis arbitror Castellum sensisse, vt si debitor iam sit incarceratus, & debeat ex contractu guarentigio non liberetur dando rem insolutum forte imitatus opinionem eorum, quibus placet sepulturam mortui posse prohiberi, si debeat ex contractu guarentigio, quorum memini. num. 21. Sed si hoc sensit etiam longissimè fallitur, ille enim, qui debet ex contractu guarentigio, siue sit coniectus in carcerem siue non. Dignior est misericordia, quam qui non debet ex contractu guarentigio, nimirum magis præmittitur, & priuationis luce, & executionis rigore, textus autem in. §. quod autem æditus fuit ad subleuandum miseriam debitorum, vt ex eius tenore elicitur. Deinde si mouetur, quod contractus guarentigijs habet vim rei iudicatæ certe in. §. quod autem debitor debebat ex re iudicata aliàs non diceret lex, vt iudex daret rem insolutum. Nam quoad executionem iudicis manus cessat, quousq; adhuc sententia, quæ transeat in rem iudicatam, vt dixi, num. 31. Sed ad decreta debitoribus fauentia reddeamus.

52 Reperio, quod Scotus in quarto sententiarum, distinet. 15. scribit quod si debitor non præmittitur vltima inopia, sed tamen

De Inope debitore

si restituat patietur magnam iacturam rerum suarum putā, quod erit sibi inutilis ars ex qua alit se, & familiam suam, quoniam forsan oportet vendere instrumēta, & libros vel capitale cum quo lucratur victum, & hoc casu dicit, quod non tenetur statim restituere si creditor diues est, & cōgruenter viuere potest etiam si sibi debitum non restituatur, & sufficiet quod debitor quolibet anno soluat particulam summae, ita Ioannes de Neapoli in quodlibeto 9. quæst. 22. & sequitur Lupus in rubri. de donat. inter virum & vxor. §. 65. limitabis num. 50. vers. & cogitabis. Debet tamen debitor, si vult tutus esse in conscientia viuere parcē, id solum expendens, quod ad victum, non quod ad splendorem necessarium est. Vt quā primum satisfaciat, neq; enim de alieno quis viuere potest iuxta familiam, & status sui dignitatem autore Ricardo in. 4. sententiarum distin. 15. arti. 5. & ibi Petrus de Palude, & Gabriel quæst. 2. col. 2. in princ. versiculo. Sed vtrum sit necessarium. Archiepiscopus Florentinus in. 2. part. tit. 2. cap. 8. colum. 5. Ecce habes nouam indulgentiam concessam his quos ægestas præmit.

53 **¶** Rursus, & in fauorem eorum qui soluendo non sunt illud videtur inductum, vt si pauper, qui soluendo non est pecuniā mutuo accipiat, & ex ea alat filios, creditor aduersus filios agere possit, qui habent fortē res maternas, vel aliās diuites sunt, hoc est prudentissimē propositum à Bart. in. 1. his solis. ff. de condit. indeb. qui licet relinquat cogitandum, probant Angel. & Ias. Idem Ias. & Deci. in. l. si eum seruum. ff. si cert. peta. Roma. sing. 213. incip. pater pauperum. Cremen. singulari. 37. tu mutuasti. Lupus in repet. rubricæ de donat. inter virum, & vxor. §. 66. illud autem nu. 6. vers. & si fortē. Cepola. cautela. 246. quid si pater.

54 **¶** Quare creditor cautus faciat scribi in instrumento, quod mutuat pecuniam patri ad alendum filios, vel vxorem, erit enim vtile argum. l. si. ff. de exer. act. Nā & vxor tenetur pro motuo accepto à marito, qui soluendo non est si modo maritus pecuniā expendit in alendo vxorem, autore Platea in. l. vxorem. C. de decurio. lib. 10. Cremen. dicto singulari. 37. Lupus. d. §. 66. nu. 5. vers. & si forte. Quamuis enim filij, vel vxor locupletiores ex mutuo facti non sit tamen certē locupletiores sunt eius occasio-

ne cum sua forte ad alimenta non alienarint. q̄ nisi pater vel maritus mutuum accepissent teneretur facere, ne ægestate perirent, ergo conueniri possunt argumento. l. 2. §. 1. ff. ad leg. Rhod. de iactu. Facit. l. si. ff. de eo per quem fact. erit. l. ei qui ad finem. C. quod cum eo. Adde q̄ tales filij tenebuntur etiam si repud. ent hæreditatem ægeni patris, vt scribit Cremen. d. sing. 37. & hanc opinionem sequitur Bald. in. l. fin. C. ad Macedo. Facit glo. in. d. l. his solis. ff. de condit. indeb. & quod ibi not. Bart. scilicet quod si ille cui solutum est indebitum, non est soluendo potest repetitione agi aduersus eum, cui pecunia profecit si causam lucretiuam habeat, vide doctores ibi. Et q̄ ad mulierem attinet non obstat. l. 61. Tauri, vbi dicitur vxorem obligantem se pro marito non teneri etiam si pecuniā sit cōuersa in eius vtilitatem, ergo cum expressa obligatio non sufficiat, vt mulier teneatur pro marito etiam si debitum sit conuersum in eius vtilitatem videtur, q̄ multo minus tenebitur quando non se obligauit, sed tantū allegatur, q̄ debitum fuit conuersum in eius vtilitatem. Sed responde quod hic loquimur quando maritus non est soluendo quo casu, vxor siue obligauerit se pro eo siue non potest conueniri, non tam ex vifideiuisiōis quam ex eo, q̄ maritus nō est soluendo, & debitum fuit conuersum in ipsius vxoris vtilitatem, & ita intelligēda d. Regia. l. 61. Ex his apparet, quod in fauorem ægeni debitoris, non solum soluitur aliud pro alio, vt dixi sup. num. 46. verum etiam vnus tenetur pro alio.

¶ Rursus ad eō de Iure Ciuili debitor non efficitur seruus, vt debens etiam ex delicto non efficiatur seruus pœnæ Auth. de nuptijs. §. quod autem, & in Authen. sed hodie. C. de dona. inter vir. & vxor. glos. in. l. si quis mihi bona. §. seruus municipū, & ibi Ias. nu. 11. ff. de acquir. hæred.

55 **¶** Præterea Galli ad eō benignè tractāt debitores, vt nemo pro debito ciuili carcerari possit, nisi ad id sit expressē obligatus, vel condemnatus vti memoriæ prodit Faber. in. §. fin. col. pen. ver. itē quæritur Instit. de actio. Boer. decisi. 349. nu. 7. ad finem Aufrer. in additio. Capellæ Tolosanæ. 61. Rursus & apud eos peculiaris quidam, & valde benignus mos exigendi debita viderur esse, nam si debitor est inops exactio non fit nisi post funus, vt indicat Iohannes Girardus Iurcōsultus, & poeta non inuisus his versu-

versiculis quibus, & Gallia, morem indicat, & priscum legis duodecim tabularum rigorem damnat.

Hecus Principes, duodecim

Tabula inopem crudeliter,

Que debitorem dissecant,

Aut iura mores publici:

Que carceribus illum miserè

Et opprimunt, & enecant

Nimis mihi nimis displicent,

Qui Gallum habuit mos bonus:

Idem & vetus probabitur,

Nimis mihi cuiq; & bono,

Quo creditores debita,

Petant sibi post funera.

56 **A**rbitror hæc vltima duo carmina per io cum apposita: significando scilicet morem Gallia, quo inops debitor non conijcitur in carcerem ideo dicit, vt creditores sibi debita petant post funera, quid enim si debitor ditiores amicos æris alieni reliquit hæredes vti Argiropilus in extremo vitæ ætate iocatus fecit.

Sed quantum, & veteres, & recentiores Iure Cõsulti ciuilesq; constitutiones inopi debitori indulgent tantum Hispani in eos per accere grassantur, nõ enim admittunt celsionem bonorum, neq; permittunt debitorem ociosum, facta celsione euagari. Imò, & lege, & consuetudine antiquissima statutũ est, vt debitor inops traddatur creditori, vt operis latisfaciat creditẽ summẽ, tempore seruitij, iuxta debiti quãtitatem à iudice taxando. Ita statuitur in hac lege cuius enarrationem scribimus, & in l. 2. titulo De los gouernos, lib. 3. Fori, & in l. 1. 2. titulo De las deudas, lib. 4. Fori, ibi, *Sean entregados del cuerpo.* Et in l. fin. eiusdem tituli, ibi. *E si los bienes no cumplieren sea apoderado del cuerpo del deudor, asi como manda la ley.* Hæc constitutio ante annos mille prodita videtur, nam inter Gothorum leges, libro quinto, titulo De los peños, y de las deudas. ita lego: *Si algun home es culpado de muchas deudas, o de muchas culpas, aquel home que primeramente ge lo demandare, a aquel deue primero fazer paga: e si huuiere muchos demandadores, de consuno deue fazer paga a cada vno segũ lo que deue, et si non sea seruo de todos, y el juez deue saber a quien deuia mas, o menos, y asi faga paga a cada vno: et si non ouiere onde pague a los otros deudores, deue ser seruo de aquellos por la deuda.*

Hactenus lex in cuius subscriptione legitur: *El Rey don Cindo hizo esta ley.*

Rursum lex. 2. tit. 4. inquit: *El que entrare*

en la casa põn fuerzas, o robare alguna cosa, peche lo que robo en diez duplos, et si nõ ouiere dõde lo peche, sea seruo de aquel a quien fizo el furto.

Idem in debentibus ex delicto definitur in pluribus legibus eius libri, vti dicam infra suo loco capit. 11. De debitore ex delicto.

Æquidem mirum videri potest Hispanos natura vehementes decretum tam rigidũ admisisse durasq; eius obseruationem in hunc, vsq; diem cum Princeps quidã iusserit omnes Hispanos esse liberos auctore Iustino, lib. 44. Sed fortè ab incolis Græcis, vel Romanis id mutuati sunt. Primum enim Athenienses quorum imperium Romano antiquius fuit debitorem inopẽ creditori adiudicabant, si pro pecunia corpus obligasset, quæ lex à Solone viro, philosopho abolita fuit, instituit enim excelsionem oneris iniqui quo tenuiores, à potentioribus præmebantur, immensumq; fœnus ad mediocritatem reduxit sanxitque, ne cui liceret ob vsuras ius in corpus habere, vt auctor est Plutarchus in eius vita, & in libro de vitanda vsura, ne omnes ciues vsuris præssi, in seruitutem redigerentur, vti scribit Couarr. Variar. resol. lib. 2. cap. 1. cõh. 2. quæ lex in vrbe Romana aliquandõ obseruata fuit nimirum illuc translatis legibus duodecim tabularum petierunt enim Romani à Græcis leges quibus ciuitas fundaretur, vt auctor est Põponius in l. 2. §. ex actis. ff. de origi. iuris. Inter leges autem duodecim tabularum, hæc vna erat, qua non solum debitor adiudicabatur creditori verum etiam vendebatur, vt ex prætio creditori satisficeret, si autem plures habebat creditores dissecabatur ab eis. Immitte profus, & plusquam belluinæ feritatis exemplum, vt vnum omnium animantium, quæ sub Luna sunt multò præstantissimum omnium terribilium maximum incurrat, scilicet mortem pecuniaratione, quam abiecit, & contempsit apud Ethnicos etiam pulchrius, fuit quam possedisse. Verba legis hæc sunt.

In debitorem manus iniectio esto in ius ducito, ni iudicatum facit in vinculis sexaginta dies habeto. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad prætorem in comitium producito quantæ, quæ pecuniæ iudicatus erit predicato. Tertijs autem nundinis si interea pactus non sit capitis pœnas dato, aut trans Tyberim peregre veniunto, & si plures forent quibus reus est iudicatis tertijs nundinis parteis secanto, si plus minusve secuerunt sine fraude esto.

Y 3

Hacten-

De Inope debitore

¶ Haftenus verba legis duodecim tabularum. Ex quibus, nota illa *Capitis poenas dato*, quæ significant inopem debitore amittere libertatem, aut trans Tiberim venumire hoc est, aut vendi, vt ei ex pretio satisfieret, aut disseccari, si plures habet creditores. Huius legis meminit Fabius institutionum, lib. 7. capit. 4. Gellius noctiunt Athicarum, lib. 1. cap. 20. Tertulianus in Apologetico, cap. 4. Cælius Rodigin. lectionum antiquarum lib. 7. cap. 20. Et è nostris Azo in summa. C. qui bonis ced. posses. glos. in. l. 1. & in. l. fin. C. eod. tit. Salicet. in. l. 1. C. co. tit. Ias. in. §. fin. institu. de actio. Alciat. in. l. aliud est fraus. nu. 20. ff. de verbor. signific. Zasius in. §. fin. Instit. de actio. & in. l. 2. in verbo curias. ff. de orig. intr. Spiegel. in Lexico Iuris Ciui-
lis in verbo *Addictus*, Couarru. Variar. lib. 2. cap. 1. col. 2.

57 ¶ Sed Rodericus X Suarez, qui patrum nostrorum memoria eruditi nominis auctoritate merito floruit scribit falsum esse, quod Accursius, & cæteri scripsere debitorem inopem lege duodecim tabularum traddi creditoribus dilacerandum. Ita scribit in. l. 2. tit. De los gouernos, col. 1. Sed parcendum viro multis egregijs dotibus insigni, vixit infelici seculo quo bonæ literæ apud Hispanos in pretio non erant vtinamq; plures veteris incitæ patroni tot dotibus ignorantiam bonarum literarum pensarent, quod Rodericus pensabat, quanta erat in eo viro non vulgaris eruditio, quanta sedulitas, quanta grauitas, quam erat appositus ad docendum, quam nihil temere definit. Nunc quidam tantum sibi magni videntur, quod omnis politioris literaturæ rudes corporis, & animi sordibus foedi sunt, vt crassi, crassa Minerua gaudent, atq; hincq; maximorum Iurecōsultorum nomen apud imperitos adepti mirum quā exultant, quod stultissimi, & pecuniosissimi sunt.

58 ¶ Sed qua ratione tanta poenæ crudelitas fuerit denunciata explicat Cæcilius Rodigin. Iureconsultus apud Gellium dict. cap. 20. scilicet, vt homines socordiam ex-
cutientes laborarent, metuq; tanti supplicij nemo debita sibi pecunia fraudaretur vnde nenirē vnquam à creditoribus disseccatum ibidem Gellius refert his verbis introducendo Cæcilium loquentem. *Nihil profecto (inquit Cæcilius) immitius, nihil imm-
nius nisi, vt re ipsa apparet eo consilio tanta im-*

*manitas poenæ denunciata est, ne ad eam vnquam perueniretur, addi. i namq; nunc, atq; vinciri multa-
tos videmus, quia vinculorum poenam deterrimè homines contemnunt, disseccum esse antiquitus neminem æquidem, neq; legi, nec audiui.*

59 ¶ Si quidem non tullit humanum genus crudelem istam lanienam, vnde tanquam rationi repugnātem moribus repudiatam fuisse, quod attinet ad disseccandum debitorem scribit Fabius institutionum, lib. 3. cap. 8. dicens legem duodecim tabularum non esse natura laudabilem quatenus permittit debitorem disseccari. Idem scribit Tertulianus in Apologetico, cap. 4. Sed quatenus permittit debitorem iudicatum, traddi creditori, vt ei seruiat lex multis annis ab obseruata fuit apud Romanos, vt apparet ex Gellio. d. c. 20. & ex Cicerone in oratione pro Flaco, qui de Heraclide quodam loquens inquit. *Cum iudicatum non faceret addictus Hermippo, & ab hoc ductus est.* Rursus ex Liuiio Decad. lib. 2. Ciuitas (inquit Liuius) *Secum ipsa discors intestino inter patres plebemq; flagrabat odio maxime propter nexos ob æs alienum. Fremebant se foris pro libertate, & imperio dinicantes, domi à ciuibus captos & oppressos esse.* Et panis inferius inducit quendam addictum (ita enim voco debitorem inopem creditori tradditum) *quiritantem apud populum de seruitia creditoris cui addictus erat, Aiebat (inquit) se æs alienum fecisse. id cumulatam esuris, primo se agro paterno, auitoq; exuisse, deinde fortunis alijs, postremo, velut tabem peruenisse ad corpus, ductum se ab creditore non in seruitium sed in ergastulum, & carnificinam.* Rursus idem Liuius paulò inferius inquit, *Appius, quam asperime poterat ius de creditis pecunijs dicere, deinceps, & qui ante nexi fuerant creditoribus trad-
debantur, & necabantur alij.*

60 ¶ Quinimò & filij debitorum solebant apud Romanos à creditoribus detineri, vt constat ex Liuiio Decad. 1. lib. 2. vbi flagrate inter plebem, & patres odio propter nexos ob æs alienum Seruilius Consul concionatus ad plebem pro concordia edicto prodito cauit. *Ne quis ciuem Romanum vincitū, aut clausum teneat quominus ei nominis edendi apud Consules potestas fieret, aut liberos nepotes ve eius moraretur.* Quod etiā memoriæ prodit Dionysius Halicarn. & Cælius lect. antiquarum, lib. 7. cap. 20.

¶ Sed tandem Romani rigidum hoc decretum elationi gentis minimè conueniens abicere, & post plures plebis super hac re
magnas

magnas seditiones, cū Lucius Papius, ob res alienū traditus fuisset. C. Publio, itq; cum ad libidinē perlicere rētaffet, minisq; & præcibus nihil proficeret nudari eum, & verberari iussit commoti autem Consules ob libidem, & crudelitatem fœneratoris legem ædiderunt, vt pecuniæ creditæ bona debitorum non verò corpora essent obnoxia eoque anno. L. Papius Mugilano. Et. C. P. Titio Consultibus Romanis velut aliud initium libertatis factum est. Debiteres enim nexi fuerūt soluti cautumq; ne in posterum necerentur, vt autor est Liuius, Decad. 1. lib. 8. Hos enim debiteres qui ob inopiam creditoribus addicebantur, Romani appellabant nexos, & nexu vinctos, & addictos, vt patet ex Liuiio in locis supra citatis, & ex Budeo ad Pandectas Titulo de in diem additione. Fabius Quintil. lib. 7. cap. 4. Alciat. in. l. aliud est fraul. num. 26. ff. de verbor. significatione. Couarruias Variarum. lib. 2. c. 1. col. 2. Zasius in. l. 2. in verbo *Curias*. ff. de orig. iur. Spugel in lexico, verb. *Addictus*.

¶ Neque mirum si Romani rigidū id decretum abiecerent, nam & Persarum, Barbari Reges indignè ferunt quempiam, è suis seruire, vt autor est Lampridius in Alexandro.

62 ¶ Sed & apud Hebræos tēpore Elisei Prophetæ moris fuisse videtur, creditorem ducere in seruitiū filius debitoris, vt probatur Regum. 4. cap. Vbi mulier quædam de vxoribus Prophetarum clamabat ad Eliseum, dicens. *Seruus tuus vir meus mortuus est, & ecce creditor venit, vt tollat filios meos ad seruiendum sibi.* Quo forsam aludit Evangelica parabola, quæ legitur Matthæi cap. 18. Vbi Seruator noster cœlestis doctrine thesauros referans, & viam salutis docens. Inquit: *Assimilatum est regnum cœlorum homini Regi qui voluit rationem ponere cum seruis suis, & cum cœpisset rationem ponere oblatu est ei vnus qui debebat decem millia, cum autem non haberet vnde redderet. Iussit eum dominus eius vendari, & vxorem eius & filios.* Nota quòd veditur debitor, & eius filij. Et paulò post: *Egressus autem seruus ille inuenit vnum de seruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum dicens redde quod debes, & paulò infra: Et iratus dominus tradidit eum tortoribus quoad usq; redderet debitum.*

¶ Scio hanc esse parabolam cœlestis doctrine misteria continentem. Sed tamen parabolæ litera semper continet rem aptā

& communi hominum tractatui conuenientem intus autem diuina sapientia latet. Rursus in Ecclesiastico legimus. *Debitor est seruus creditoris*, quamuis id animi anxietatem videtur referendum nam sicut oculi ancillæ in manibus domini, ita debitor ad conspectum creditoris contabescit. Miradum autem apud Hebræos rem ad eò rigidam fuisse in vsu cum Exod. 22. Legamus: *Si pecuniam mutuum dederis populo meo pauperi, non urgebis eum quasi exactor nec vsuris opprimes.* Quæ vltima verba Hebræi, ita legunt: *Nec inferes ei morsum.* Rursus Deuteronomij. 23. iuxta translationem Tigrinam legitur. *Ne morsum inferas fratri tuo fœnore pecuniæ alienum mordebis fœnore, frater autem tuum non mordebis, vt fœlicitet, & fortunet te dominus.* Qui autem conueniebat, vt qui prohibebatur fœnus accipere à fratre posset illum in seruitium accipere ratione res alieni qui perniciosior morsus.

63 ¶ Quamuis atem capere debitorem inopè, à Romanis lege lata sublatus fuerit. L. Papius Mugilano, & C. Petilio Consultibus non tamen videtur in totum ab vsu recessisse cum apud Ciceronem in oratione pro Flacco legamus. *Cum iudicatum non faceret addictus. Hermippo, & ab hoc ductus est.* Cicero autem multis annis post Consules. L. Papium Mugillanum, & C. Petilium vixit.

¶ Ego inuenio. L. Papium Mugillanum, & L. Sempronium Atratinum Consules factos. Olimp. 84. Anno ab Vrbe. 310. & abiectis Regibus. 66. Ciceronem autem vixisse. Olimp. 179. Anno ab vrbe. 691. ab eiectis Regibus, 447. ante aduentum Christi. 61. si credimus Gregorio Holoandro, & Antonio Contio in supputatione Consul.

¶ Rursus Gellius, qui aliquòd seculis post Ciceronem floruit Traiani scilicet, & Adriani tempore scribit, noctium Atticarū lib. 20. c. 1. *Addici nunc atq; vinciri multos videmus quia vinculorum pœnam deterrimi homines contemunt.* Quinimò & Theodosij Cæsaris seculo debiteres qui soluendo nō erāt cruciabantur acerbè, vt probatur in Codice Theodosiano. l. 1. C. qui bonis ex lege Iulia cedere possunt, vbi hæc verba legimus. *Ne quis omnino, vel fisci debitor, vel alienæ rei, in auro, atq; in argento, diuersisq; mobilibus retentor ac debitor bonorum faciens cessionem liberam à repetitione plenissima nomen effugiat sed ad redhibitionem debitæ quantitatis congrua, atq; dignissima*

De Inope debitore

digmissima suppliciorum acerbitate, Nisi forte priorum dilapidationem bonorum, aut latrocinij arrogatam, aut fortasse naufragij, incendioq; conflata, vel quolibet maioris impetus, infortunio, atq; dispendio docuerit afflictam, Prop. Rom. Prid. Id. Octob. Ausonio, & Olibrio CONS.S.

Inscriptio est Imppp. Gratian. Valent. & Theodos. AAA. ad Basilium Consulem.

64. Notanda hic sunt duo, primo, q̄ tempore Theodosij debitor non liberabatur cedēdo bonis, deinde q̄ ad restitutionem debitorum quantitatis cogebatur suppliciorū acerbitate, vt etiam probatur in l. fin. C. qui bonis cedere possunt vbi lege illa opus fuit ad remouendum cruciatum, qui debitoribus irrogabatur. Supplicio autē subijci durius est quam creditori traditi: quāto enim facilius, & minus probrosum est seruire, quā cruciari Imperauit autem Theodosius, an nā ab vrbe condita millesimo, centesimo, trigesimo octauo, vt auctor est Paulus Diaconus.

65. Præterea in ipso Iustiniani Codice in l. i. ff. de capti. & post lim. reuer. videmus constitutum, vt debitor inops qui debet: quia ab hostibus redemptus fuit seruiat, si soluēdo non sit. Inquit lex: *Decet redemptos, aut datū pro se pretium emptoribus restituere, aut laboris obsequio, vel opere quinquenij vicem referre beneficij.* Ecce laboris obsequio persolui creditori debitum quāquam illa lex solū seruanda in debentibus ex causa redēptionis, vt si soluēdo non sint satisfaciunt creditori seruiēdo non vero de Iure Ciuili prædicanda in debentibus ex alia causa quam redemptionis alias cogimur fateri, tit. de cessione bonorum correctum esse per illā legem, neq; cessionem bonorum liberare inopem debitorem quousq; ad pinguiorē perueniat fortunam, quod est absurdum, neq; Iure Ciuili debitor inops seruire tenetur creditori, sed cedendo bonis liberatur, vt dixi num. 5. nisi in casu. d. l. ff. C. de capti. & post lim. reuer. scilicet quādo quis debet ex causa redemptionis. Quod & iure digestorum erat dispositum licet tēpus quinquenij quod lex Codicis præfinit nō esset præfinitum, ita probatur ex Vlpiano in l. 3. ff. de libe. homi. exhib. versic. si quis eum. Inquit Vlpianus. *Si quis cum quem ab hostibus redemit retineat: in ea causa est, vt interdicto non teneatur non enim dolo malo facit: planē si offertur pretium interdictum locum habet.* De qua re infra suo loco.

Præterea inter Nouellas Iustiniani Græ

cas, quas Latinè vertit Holoander extat nouella. 135. titulo ne quis cogatur bonis cedere, quæ in vulgato Authenticorum, Codice non habetur: in ea autem agitur de cessione bonorum à debitore facta, & hæc verba lego: *Potius quam cum inopiæ iugo ad mortē vsq; præmi opprobrio ignominie.* Sic Alexāder Seuerus laudatissimus Princeps cum audisset aniculam à milite iniurijs affectam exautorauit eum militia, & in seruum aniculae dedit, vt eam pasceret, nam erat Faber carpentarius, vt auctor est Lampridius in Alexandro.

66. Quinimò & apud Romanos, sunt qui dicantur debitorum, qui soluendo non erant è sublimi loco, altero tantū pede subnixos pendere solitos, vt venderētur, vt videtur præbati ex Suetonio in Claudio. *Postremò (inquit) etiam sestertium octogies pro itinere noui sacerdotij coactus impendere ad eas rei familiaris angustias decidit, vt cum obligatam ærarium fidei liberare non posset, lege prædatoria uenalis pependit sub ædicto prætorum.* Rursus idem in Domiciano cap. 9. *Reos qui ante quinquenium proximum apud ærarium pependissent. Quasi nō posse pedem vtrumq; solo figere, argumentum esset nihil prædiorum, atq; fortunarū illis superesse.* Sed nihil tale apud Romanos vsquam in vsu fuit idē, hæc loca aliter interpretatur Alciatus summæ eruditionis vir doctissimus Parergon lib. 10. c. 23. q̄ scilicet fisci debitorum, qui pecunia satisfacere non poterant dicebātur pendere apud ærarium donec eorum bona uenirent cognoscereturq; an ex bonis satisfieri posset, nam licebat, ne in carcere detruderentur bona insolutum dare, vt in Authent. hoc nisi. C. de solutio. & dixi, nu. 46. Idē autē Suetonius in Claudio, dixit in vacuum pependit lege prædatoria sub ædicto Prætorum, quoniam cum Claudius octogies sestertium deberet, quæ faciunt summā nostrorum aureorum. CC. millium vexatus fuit diu à præfectis ærarij, qui prædia eius vendebant, sed eorū diligentia inutilis fuit quoniam ex prædijs non potuit tanta pecunia redigi. Hoc appellat Suetonius in vacuum pendere hoc est inutiliter vexari lege prædatoria hoc est lege quæ iubebat prædia dari insolūtū. Hæc Alciatus, cuius interpretatio quod attinet ad legem prædatoriam non vsquequaq; apta videtur. Primum prædia posse dari insolutum, fuit primum constitutum à Iustiniano, vt in Authen. de fideiuss. §. q̄ autē Iustinianus

autera

Sautem multis seculis post Claudium vixit. Præterea non videtur ibi actum de dando prædia insolutum sed de vèdendo ea, vt ex Suetonio apparet: quanquam responderi potest, quòd prædia non poterant dari insolutum, nisi apparet nullum reperiri emptorom, vt in d. Authen. de fideiuss. §. q. autē. idèò venalia proposita sunt, vt apparet emptor, aut darentur insolutum. Sed adhuc obstat, quòd facultas dandi prædia insolutum non erat eo seculo agnita, vsque ad Iustiniiani tempora. Solereque debitores vendi tempore Neronis indicat Tacitus lib. 14. vbi Tacitus dolet quòd Nero, vt plures fœdaret nobilium posteros ægestate venales in scœnam pròduxit nota illa verba ægestate venales. Et rigorem quo debitor vendebatur credo esse verum sensum esse eius loci quem Alciat. interpretatur qui habetur. cap. 9. apud Suetonium in Claudio: nam ibi Suetonius agit de periculis & contumelijs, quibus Claudius obnoxius fuit. At dare prædia insolutum non est contumelia. Idem probatur ex Suetonio in Domiciano. c. 9. ibi. discrimini. Idèò probari videtur in. l. 7. §. titu. De las deudas, lib. 3. Fori, ibi: *Rueque que no le lisse, y entre quele el deudor.* Sed fortè ibi loquitur de castigatione qua creditor potest vti in debitorem fugientē, vt infra dico. Tamen hæc Suetonij loca interpretatur Rhua exacte diligentia, & multæ eruditionis Grâmaticus qui Numantinam iuuentutem instituendo illustrem nominis famam adeptus est, hic sua eruditione Grâmatici gloria nō contentus ex aliena incitia nouam laudem quaesuit ædiditque in Gueuaram epistolam in quarum tertia hæc loca ita interpretatur, vt eū Alciato per omnia sentiat. Sed certè illa verba *Pendere apud ararium* videntur referenda, ad contumeliã, & animi anxietatem qua debitor inops torquetur donec soluat. Quo alludere videtur, qd idem Suetonius scribit in Othone. c. 5. *Non dissimulabat (inquit) nisi Principem se stare non posse, nihilq; referre ab hoste in a cie an in foro sub creditoribus caderet.* Quanquam hic locus non leue indicium præstat, debitores Othonis seculo accerbissimè solere tractari à creditoribus, quòd non mirum cum fieret tempore Theodosij qui Christianus erat, & multò post imperauit. Itaque hæc Hispaniæ cōstitutio qua debitor inops addicitur creditori, vel ex Atheniensiū, vel ex Romanorum institutis ad nos dimanauit.

Quinimo illud prouerbium vulgi sermone iactatum: *O rico, o pinjado.* Significare videtur morem aliquem prisicum quo debitor inops apud nos cruciabatur verbum enim: *Pinjado* à pungendo videtur dictum. Idem significat prouerbium illud: *Frasquiã len me en concejo, y no lo sepan en mi casa.* Quasi quam illa pœna debenti ex delicto forsam imponebatur rursus non omnittendum, quòd illud prouerbium. *Al que no tiene, el Rey le haze franco.* Significat inopem immunem esse à solutione tributi non verò à solutione pecuniæ creditæ, vt dixi. c. 18. num. 9. & probatur ex hac lege. Ergo Hispani, neque fœdam illam Barbariem, & plusquam Scithicam immanitatem qua debitor à creditoribus dissecabatur amplecti voluerunt, neque rursus eis placuit Iuris Ciuillis constitutio, qua debitor cedendo bonis liberatur quousque meliorem nanciscatur fortunam. Rursus neque eis placuit debitorem supplicijs, & cruciatibus cogi ad solutionem, vt tempore Theodosij fiebat. Sed rationem elegerunt, qua neque debitor perpetuo sit in carcere, neque creditor sua pecunia fraudetur semotoque omni cruciatu illud admiserunt, vt inops debitor tradatur creditori, vt arte sua (si forte aliqua mechanica aut lucrosa arte instructus) vel obsequio laboris quantitati debiti satisfaciatur, cuius rei exemplum in debitore inope in Iustiniiani Codice continetur in d. l. fin. C. de capti. & possli. reuer. Illudq; etiam exemplum videri potest, qd seruus damnus dans traditur pro noxa damnus passus, vt in toto tit. ff. de noxalibus actiõibus.

Sic etiam debens monasterio, & non habens vnde soluat liberatur ingrediendo ipsū monasterium, autore Bald. per textum ibi in. l. 2. ff. de capi. diminu. quod iudicat esse mirabile. Marcus Mantua singulari. 30. incipiente aliquis est debitor. Sic Abb. in. c. cum. I. & A. nu. 27. de re iudi. scibit vt Monachus inops, honesto labore rē parat quo debitori satisfaciatur. Idè in. c. 1. col. pen. de obliga. ad ratio. Præterea in aliquibus regionibus moris est, vt debitor seruiat creditori, de simili enim statuto mentionē faciunt Oldral. conf. 54. Abb. in. c. inter alia nu. 22. de immu. Eccle. A usre. in addition. Capel. Tolosa. q. 4. 2. col. 2. vers. Sed & in multis locis A Iber. in. 1. par. statu. q. 39. & in rub. C. de is qui ad ecclesiam confugi. Rursus Iure Regio adulter, & adultera tradun-

De Inope debitore

tradduntur marito, vt vel eos occidat, vel teruet pro arbitrio, maritusq; bona omnia eorum occupat. l. 1. tit. 7. lib. 4. For. l. 81. & 82. Tauri. Lupus in repetit. rub. de dona. inter vitum & vxor. §. 20. habes alium, col. 1. Couarruu. super. 4. secunda parte. c. 8. §. 7. num. 17. verb. ceterum. l. 2. tit. 15. lib. 8. Ordinarum. declarant Castell. & Cifontanus in d. l. 82. Tauri, & latius Auendanius in dictionario, verbo *Adulterio*. In quibus locis tractatur, an maritus lucretur bona si habeat filios adultera, & occisa à marito fuerit. Sic apud Longobardos moris erat, vt offendens tradderetur offenso, vt scribunt Barto. & Angel. in l. 1. §. vique adeò. ff. de iniur. vt vel cum verberaret, vel vulneraret, quod etiam scribit Neuzan, in sua incondita Silua fol. 13. col. 3. quæ omnia ex diametro aduersantur Iuri communi, vt scribit Boer. decisio. 262. numero. 4.

69 ¶ Sic apud Abissinos moris est homicidâ traddere propinquis interfesti, vt pro arbitrio sanguinis sui iniuriam vindicent, qui si auariores sunt illum mercatoribus vendunt, vel exquisitis tormentis encantant, vt est autor Paulus Iouius historia rum lib. 18. Præterea apud Romanos aliquando moris fuit traddere furem domino rei furate, vt ei seruus esset, autore Gelio, noctium Attica, lib. 11. cap. vltimo. Alexander ab Alexandro Genialium, lib. 6. cap. 19. quod & apud nos olim fuit obseruatum, vt supra Iure Gothico probaui ex l. 2. tit. 4. in volumine legum Gothicarum quod appellamus Fuero juzgo.

70 ¶ Præterea stante dispositione Iuris Civilis, si creditor promississet non conijcere in carcerem debitorem, hoc casu debitor etiam inops non potest cedere bonis, imò tenetur prout dictum lucretus fuerit satisfacere creditori, neque admittitur ad cessionem, ita docet Bald. in l. 1. col. 3. C. qui bon. cede. poss. de cuius traditione licet dubitet Salic. ibi. col. 4. tamen eam tuetur, & probat Rodericus in repetitione. l. 2. titulo *De los gouernos*, col. 4. versic. vnum tamen tenementi.

¶ Quoniam debitor non admittitur ad cessionem, nisi creditores instent, vt dicam infra suo loco, si ergo creditor promississet non conijcere debitorem in carcerem: cessat carceris iniuria ad quam euitandam admissa fuit cessio de Iure Ciuili. Itaque hæc lex corrigit Ius commune in hoc,

quod etiam inuito creditore debitor suis operis, & obsequio potest ei satisfacere quod an sit verum infra suo loco dicam. Illud tamen est verum quòd qui non potest debitorem conijcere in carcerem: non potest illum cogere ad cessionem bonorum, vt dico cap. 3. num. 2. Si ergo creditor non vult debitorem conijcere in carcerem, potest iure actionis auferre ab eo bona, quæ quotidie lucretur, & Baldi opinio verissima est.

¶ Notandum autem idèd Iure Hispanico res alienum solui operis, & obsequio, quoniam opera loco pecuniæ habetur, & aliquando plus confert, quam pecunia. l. si non fuerint. l. societatem. §. si in cocundâ. ff. pro socio. l. 1. C. cod. tit. Martinus Silimanus in tractatu de feudis. quæst. 1. num. 4. Alexand. consil. 99. numero. 5. libro. 2. & latè rem tractaui in meo tractatu de decima tutori Hispanico. iure præstanda, capit. 2. numer. 16. versic. redeundo.

71 ¶ Rursus non est omittendum, quòd licet opere filij venditi à patre propter necessitatem non extenuent sortem emptori debitam, vt scilicet illum dimittat cum fors reddita fuerit, vt in l. 2. C. de patrib. qui fili distraxere. Tamen opere debitoris adiecti creditori extenuat sortem, vt in hac lege probatur. Rationem differentie reddit Roder. in l. 2. titulo *De los gouernos*, colum. 4. versic. & notabis, quòd scilicet cum filius venditur emptor possidet titulo emptionis: at debitor inops, addicitur creditori loco pignoris: fructus autem pignoris extenuant sortem. l. 1. C. de distract. pigno. Cui rei non obstat quod dixi supra. num. 39. versicu. Rursus illud, quod debitor detentus in carcere potius æquiparatur obsidi, quam pignori, illud enim verum in detento in carcere, hic loquimur in debitore traddito creditori: iuxta formam huius legis, qui pro pignore videtur esse donec soluat, vt expressè probatur in l. ab hostibus. C. de captiu. & postlimi. reuer. ibi. *Ab hostibus redempti quoad exsoluatur pretium magis in causa pignoris constituti: quam in seruilem conditionem detrusi videntur.* Et dicam latè infra cap. 4. numero. 34. Sed quod attinet ad l. 2. C. de patrib. qui fili. distra. Responde quod ibi opere non extenuant sortem, quoniam præstantur domino, hic autem præstantur creditori, & præstantur expressè, vt debita-
quan-

quantitati satisfiat, & opera est loco pretij, vt supra dixi.

72 ¶ Finem faciam, si prius lectorem monuerō, quod licet Iure nostro Regio, cessio nō liberet debitorem, vt in practica, & theorica est receptum teste Roderico in l. 2. tit. De los gouernos, col. 3. lib. 3. Fori. Antonius Gomezius in l. 79. Tauri, col. 2. Tamen extra hūc casum (scilicet) quod debitor inops tenetur seruire creditori cætera omnia inducta in fauorem libertatis debitorum tam Iure Ciuili, quam etiam Regio, correctæ non sunt, & omnino sunt seruanda cum declarationibus supra dictis. Hęc enim lex, & cæterę leges Regiæ quę de hac materia loquuntur solum dicunt debitorem inopem teneri seruire creditori, & hoc, solum casu quo debitor est inops lex corrigit, & in eo tantum corrigit, vt seruiat creditori non verò vt pignori dari possit extraneo aduersus Iuris Ciuilis dispositionem solū enim voluit lex satisfieri ei cui debitor est: non tamen potest creditor apprehēdere eū propria autoritate, sed autoritate iudicis.

73 ¶ Nunc tractemus an sicut beneficium cessionis bonorum Iure Hispanico est sublatum ita etiā forma cedendi Iure Ciuili inducta sublata sit. Licet enim leges Regiæ (præcipuē pragmaticę recentiores) hanc additionē qua debitor inops traditur creditori appellent cessionem bonorum Iure Regio est sublatum. Olim enim debitor his tribus verbis liber manebat donec meliorem experiretur fortunam, *Cedo bonis*: ad Iure Regio non solum spoliatur bonis verum etiam traditur creditoribus, vt ad instar serui operas præstando debitę quantitati satisfiat.

74 ¶ Ergo de forma cessionis quę iure Romano in vsu erat dicamus. Et quidem cessio sola voluntatis professione fiebat non adhibita alia solemnitate, vt in l. in omni cessione. C. qui bon. ced. poss. & per nuntium, vel epistolam fieri poterat. l. fin. ff. de cessione bono. & solum præstabat iuratoriā cautionem desoluendo si ad pinguiorem fortunam peruenisset glossa. Hostien. Henri. col. 3. & ibi Ioan. Andrę. & alij in cap. Odoardus, de solu. At moribus multarum gentium, forma est immutata: etiam apud eos, apud quos bonorum cessio liberat debitorem: nam forma probrosa est, & ignominia plena Romę enim debitor ascendit leonem marmoreum, & dicit: *Cedo bonis*, vt refert Cin. in l. 1. quæstion. 5. C. qui bon.

ced. poss. Rursus Angel. in l. fin. ff. de cess. bono. scribit. Quod in aliquibus Italię regionibus debitor nudus cedit bonis percutiendo natibus lapidem: quam formam Lugduni seruari testatur Guido, decisione. 343. Belsian. in consuetu. Alberniæ, tit. de cessione. articu. 4. col. pen. Guido conf. 124. num. 7. Zaf. in l. 1. & 3. ff. de cessione bono. Et de probrosa forma cessionis mentinit Bart. in l. fin. ff. de cessione bono. dicens, quod Franciscus Accursius representabat in cathedra modum cum de bonorum cessione tractabat. Puteus de synd. catu. §. licet. num. 10. Ias. in §. fin. num. 28. Instit. de actio. Vbi dicit, quod forma cedendi bonis percutiendo lapidem viget Ticini, & in vniuersa Italia. Et Petrus Iacobus tit. de cessione bono. scribit quod in aliquibus regionibus debitor in tunica absque pallio præcunctibus tubis ducitur in forum, & inclinatis brachijs scinditur sibilum, quę dicit esse laudanda, vt alijs sint exēplo, & dicit, quod idē forma cessionis est tam probrosa, vt debitores à tam pudendo actu retrahantur velinque magis omni ope pecuniam ad solutionem quærere, quam talem (astante populo) pati ignominiam. Hęc est forma cessionis quę apud alias nationes est in vsu, at apud nos debitor inops cuius bona vendita ad solutionem non sufficiunt traditur creditori, vt ei seruiat antea tamē iniicitur ei torques ferreus quem collo circū portare tenetur; ita, vt omnibus sit cōspiciuus, & ab omnibus videatur, quod si cum velo, vel alijs contegat retrahitur in carcerem, neque ab ea liberatur etiam si velit huius legis beneficio vti, & creditori seruire, ita definitum extat in pragmatica. 79. in volumine antiquarum pragmaticarum. Hoc enim habet commune cum cessione bonorum, hęc additio debitoris qua Hispani vtimur quod scilicet ea mediante debitor liberatur à carcere eiusque pudorem & squallorem effugit, suaque industria vtens libertatem sibi sensat recuperat.

75 ¶ Torques autem ferreus ei imponitur, vt metu tantę ignominia quę præclarę seruorum miseriam superat deterreatur à tali actu, omni que nisu, & ipsi, & cognati, & amici pecuniam quærant qua creditori satisfiat, vel absconditam proferant, vt supra dixi. Vel imponitur in pœnam qua profecto dignus est qui facultates luxu, vel profusione attriuit, rem enim familiarem delabi sinere, & turpe, & flagitiosum est

De Inope debitore

est teste Cicerone lib. 2. Offic. Vel imponitur, & prohibetur velari torques, ne quis cum tali per ignorantiam contrahat, vel suam rem ei committat, vel ne aufugiat, vt capite sequenti dicam. Vel vt intelligat debitor, & omnes q̄ non est prorsus liber, sed conditioni cuidam subiectus. Sed euolenti mihi Aragonias constitutiones. occurrit lex quædam: titulo de cessione bonorum, quæ significat torquem imponi cedenti, ne quis cum eo contrahat, verba legis hæc sunt: *Con la solemnidad deuida cõ la cadena al cuello, et de alli auant se guarden de contratar con el tal cedient.*

76 ¶ Sic apud Italos ferro candenti fures in facie notantur autore Gandino, titulo de pœnis reorum, num. 59. Ifernina in ærario verbo *Furtum*, Quinimõ veteri lege *Ælianensis* si quisquam diu seruitutem seruierat, & supplicium ex delicto dedisset ex quo stigmata iniusta fronti accepisset, libertus deditus ius vocabatur, quod notat Politianus *Miscellaneorum* lib. 1. cap. 84.

77 ¶ Sic clericus falsans literas Regias post degradationem verbalem, nota in fronte inuritur, & in exilium mittitur, vt in. c. ad audientiam de falsis, vt ibi latè scribit Anania, & quid in laico vt tẽte falsis literis, scribunt Faber. & Sali. in. l. maiorem. C. de falsis Boerius decisione. 82. num. 3.

78 ¶ Sic meretricis cogi possunt portare cultum diuersum ab alijs fœminis. l. mimæ, & ibi Bald. Salic. & Paul. C. de episco. audi. Apud Cumes, si qua mulier in adulterio deprehendebatur deducebatur in forum, & saxo imposta omnibus derridenda propinabatur, lapis autem veluti impurus, & abominandus vitabatur autore Plutarcho in *problematic.* c. 115. Tiraquel. lege connub. 13. num. 2.

79 ¶ Sic etiam stigmatum notatur Iure nostro Regio, qui viuente vxore aliam superinducit. Et nota pro aliquibus delictis imponitur, vt in. l. si quis in metallum. C. de pœnis sic etiã mediatrices, quæ malis artibus puellas ad libidinem pelliciunt, vulgo dictæ *Alcabuetas*, mitellatæ in scalario suggestu iridentis turbæ petulantiam perferunt. ¶ Notare autem debitorem, qui ob inopiã creditori addicitur exemplum antiquissimum est, nam inter Gotthorum leges, qui Hispaniarum Imperium per annos plures tenuere vna est huiusmodi. *Si mugeres ouicren de estar presas por deudo, si el deudor se quisicre assigurar, o fiar en la muger que algo le dicre*

por este razon echele su señal, e ande la villa por su presa.

S V M M A .

- 1 AN dispositio huius legis valida sit, & an sit iusta, & æqua, & qua ratione prodata fuit.
- 2 Iure Regio an beneficium cessionis bonorum sit sublatum, & num. 2.
- 3 Cessio bonorum continet defensionem, & ideo à Roman. Pontif. in terris ecclesie tolli non potest.
- 4 Cessio bonorum fundatur Iure naturali.
- 5 Quod per pactum fieri nõ potest, nec per statutum conceditur fieri, & num. 28.
- 6 Pactum per quod beneficio cessionis bonorum renuntiatur non tenet. Statutum dans formam cessionis bonorum, percutiendo natibus lapidem, vt turpe non tenet, & num. 8.
- 9 Pactum per quod se carceri perpetuo quis mancipat, non tenet.
- 10 Christiani, à Christianis capti in bello inter se iniuncto non efficiuntur captiui, & nu. 30.
- 11 Dispositio huius legis antiquissima consuetudine conformatur.
- 12 Beneficium cessionis bonorum. an tolli possit per legem. num. 25. & 26.
- 13 Valet consuetudo, per quam inops non liberatur cessione, sed quod teneatur seruire.
- 14 Theodosij tempore cessio bonorum non erat in usu.
- 15 Debitor qui sua culpa bona amisit, an patiatur contumeliosam cessionem bonorum, & nu. 29.
- 16 Debitor inops ex causa redemptionis tenetur seruire creditori de Iure Ciuili.
- 17 Plures personæ de Iure Ciuili, quæ licet essent libere erant tamen seruilis conditionis, & nu. 18. 19. 20. 21. & 22.
- Idem etiam apud Gallos vsus quæstuanã.
- 24 Adscriptitijs qualiter constituatur.
- 25 Iura dicentia beneficium cessionis bonorum posse tolli per Regem, aut consuetudinem, limitatur. & num. 26.
- 27 Per cessionem bonorum debitor inops liberatur à carcere, nec amplius in iudicio, vel extra, à creditore conuenitur, nisi ad pinguiorem fortunã peruenerit.
- 28 Consuetudo trahendi debitorem inopem creditori, an iuxta, & equa sit: & qua ratione inducta, & nu. 38. & 39.
- 31 Paupertas patienter tollerata, martyrimum.
- 32 Paupertas propriè sumpta, non refertur ad animũ, sed ad eam, quæ prouenit ex fortuna rerum, & ibi plura de paupertate.
- 33 Egere durum est, & debere durius, non autem esse soluendo durissimum.
- 34 Hominem liberum venalem creditoribus addici ob inopiam probrosam, & turpe esse, & infame.

Debitor

- 35 Debitor inops creditori addictus, dicitur pati poenam corporalem, & nu. 36. & 37.
- 40 Aequum debita reddi: iniuum quemquam sua pecunia fraudari.
- 41 Debitor inops praestando operas creditori, dicitur soluere.
- 42 Operis satisfacere humanum, & nu. 43.
- 44 Labor est laudabilis res.
- 45 Reipublice. conuenit scueritate legis, pigros, & inertes excitare.
- 46 Profusionem, legibus cohibere oportet.
- 47 Contumelia dignus qui facultates suas consumpsit.

An dispositio huius legis valida sit, & an sit iusta, & aequa, & qua ratione prodita fuerit. Cap. II.

I Q Vero deinde an dispositio huius legis valida sit, & an sit iusta, & aequa, & qua ratione fuerit prodita. De valore prius dicamus. Videtur legem hanc validam non esse quoniam tollit remedium cessionis bonorum. Olim enim debitor liberabatur cedendo bonis, at Iure nostro Regio spoliatur bonis, & traditur in seruitium creditori. Esse autem beneficium cessionis sublatum ex hac lege, est plusquam manifestum: nam ubi primum debitor cedebat bonis, nihil aduersus eum amplius petere poterat creditor quousque; feliciter experiretur fortunam, & hoc erat beneficium cessionis bonorum, at Iure nostro debitor spoliatus bonis tenetur ad instar serui satisfacere creditori operas: ei praestando.

2 Rursus esse apud nos sublatum beneficium cessionis bonorum scribit esse in praxi, & in theorica receptissimum Rodericus in l. 2. titulo De los gouernos, col. 3. Neque quisquam obijciat, quod quaedam constitutiones Regiae praecipue pragmaticae recentiores appellant cessionem bonorum hanc additionem qua debitor inops traditur creditori nam, ut dixi cap. 1. nu. 74. Ea est in propria locutio, & hoc solum, haec additio debitoris habet commune cum beneficio cessionis, quod per eam debitor effugit carcerem.

3 Supposito quod beneficium cessionis tollitur hac lege. Succedit doctrina quorundam

Doctorum quibus beneficium cessionis adeo pium, & aequum videtur, ut dicant id non posse tolli a Pontifice etiam in prouincijs, quae iure domini ad Ecclesiam pertinent. Nisi ex causa iustissima. Ita scribit Berouius decisione. 133. num. 2. Quoniam cum cessione bonorum fundata sit in iure naturali, quia defensionem continet, & sit vltimum pauperum refugium etiam a Pontifice (nisi ex causa iustissima) tolli non potest, nam ubi aliquid fundatur in iure naturali, seu in ratione naturali Pontifex, illud tollere non potest, nisi ex iusta causa, quae in dubio non praesumitur nisi exprimat, ut notat Abbas in cap. per tuas. colum. 11. de arbit. Felin. in capit. ad audientiam in. 2. colum. 5. de rescript.

4 Quod autem beneficium cessionis bonorum oriatur ex naturali ratione, & pietate probatur in l. fin. C. qui bono. ced. possunt. Item quod beneficium cessionis bonorum non possit contraria consuetudine tolli, probat Faber. in §. cum eo quoque numero. 7. versic. & hac. Instit. de actio. quoniam, consuetudo tollens cessionem est contra bonos mores. Idem docet Salicet. l. 1. col. 2. in §. opposi. C. qui bono. ced. possunt.

5 Praeterea quod non potest fieri per pactum: non potest fieri per statutum glosa celebris, in rubrica. C. de decretis decurionum las. in l. non solum, §. morte. num. 42. ff. de noui. operis nuntia. las. in l. de quibus. num. 57. ff. de legib. Bald. l. 1. num. 19. C. de summa Trinit. & est communiter approbata teste Alexand. in l. lex Cornelia. col. 2. ff. de vulg. & pupil. & in l. ex facto. col. 2. ff. eo. titu. & in rubri. ff. solu. matrim. col. fin. Felin. in cap. 2. num. 2. & ibi Decius num. 4. de consti.

6 De iure autem non valet pactum per quod quis renuntiat beneficio cessionis bonorum autore Cino, quaestio. 6. Bald. & Saliceto. num. 9. in l. 1. C. qui bono. cede. possunt. Barto. Imola. Raphael Comens. & Alberticus in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matrim. Alexand. consil. 37. num. 6. lib. 2. Abb. & Doctores in cap. Odoardus de solutio. Faber. §. finali. num. 7. Instituta de actio. Guido decisio. 211. & est verior, & magis communis opinio, ut late dixi cap. 1. num. 41. versiculo rursus humana. Ergo cum per pactum tolli non possit, non poterit tolli per legem.

Z

Dein-

De Inope debitore

7 Deinde non valere hanc legem, probatur quoniam statutum, vt cœdens bonis percutiat natibus lapidem non valet, neque est seruandum: quoniam res est turpis exempli, & parum honesta, & ex consequenti aduersus bonos mores, ergo non seruanda; præsertim quòd irridendum propinare proximum; sua miseria satis afflictum, neque est Christianum, neque in prudenti republica admittendum. Quæ utilitas est creditori, quòd debitor sibilis subsannetur à petulanti turba, aut quæ est prudentia, aut grauitas iudicis talia admittentis cum à Christo habeamus: *Qui dixerit fratri suo Racha reus erit iudicio.*

¶ Quare tale statutum tãquam probrosum, & inhonestum non valere, scribit Cinus & Bald. in l. fin. C. qui bono. cede. possunt. Alberic. in. 1. parte statutorum. quæst. 38. Salicet. in. l. omni. C. de celsio. bono. Iaf. in §. fina. num. 29. Instituta de action. & ibi Zasius, Imola & Doctores, in cap. Odoardus. de solu. Ioan. Baptista Sansuerinus, in repetitio. l. omnes populi. num. 57. ff. de iusti. & iur.

8 Cum ergo non valeat statutum, vt debitor inops natibus percutiat lapidem: quanto minus valere debet hæc lex, quæ non solum conuelit, & deturpat formam cessionis sed ipsum beneficium cessionis prorsus euertit. Idque probrosè. Primò probrosum est seruire. Deinde ignominiosum est torquem ferreum collo-circum gestare; ita, vt omnibus sit conspicuus. Quot parasangis hæc ignominia supererit ignominiam cedendi bonis impactis ad lapidem natibus, siue consideres qualitatem, siue substantiam, siue durationem? Impingere nates ad lapidem iocus videtur si ad hanc veram miseriam, & ignominiam conferatur. Nam ille rubore tantum suffunditur idque; momento, hic veram miseriam & ignominiam patitur, idque per longum tempus; quousque scilicet seruiendo satisfaciatur creditori. Idque; ignominiosè addito scilicet torque ferreo.

9 Præterea nõ valet pactum per quod quis se perpetuo mancipat carceri, quoniam est species seruitutis, & nemò potest se priuare libertate. l. nec si. C. de libe. causa. l. incredibile. C. de pœnis. l. 2. ff. de libe. homin. exhiben. l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de conditioni. & demonstrationi. l. 4. titulo. 3. 1. part. 2. noxant Cinus, Bald. & Salicet. in. l. 1. C. qui bon. cede. possunt, & om-

nes citati, cap. 1. num. 41. versiculo rursus humana.

¶ Ille autem qui ob inopiam traditur creditori dicitur esse eius captiuus, vt patet in constitutione Gothica quam citauimus cap. 1. num. fin. ad finem, ibi: *Ande lex illa por su presa.* Et dico infra cap. quinto. Et probatur in. l. 34. inter leges quas vocant Stili. Inquit lex loquens de hac addictione. *El fiador no serà dado por preso por la deuda que hizo, maguer los sus bienes no cumpl. ni a pagar el deudo.* Nota illa verba: *Por preso.* Facit. l. 2. tit. 2. 1. part. 1.

¶ Ratio autem quare non valet pactum, vt debitor non possit cedere bonis: est quoniam nullum restat remedium, vt effugiat carcerem cum autem ille qui traditur creditori non effugiat carcerem sed dicatur captiuus creditoris, videtur dispositionem huius legis non valere præsertim cum summa debita tanta esse possit, vt etiam seruiendo per totam vitam non effugiat potestatem creditoris, neque veram consequatur libertatem.

10 Deinde cum inter Christianos capti in bello non efficiantur serui; si sint eiusdem religionis quantumuis bellum atrox, & cruentum sit, & quantumuis sanguinis sit effusum, vt notant omnes Doctores in l. 1. ff. de acquir. possess. mirandum id apud nos pecuniæ dari, quod vulneribus, & cœdibus negatur.

11 Sed verius est dispositionem huius legis valere. Primò quia à Principe lata, & plusquam mille annorum consuetudine confirmata, vt apparet ex dictis. c. 1. num. 56. versiculo sed quantum. Princeps autem est legitimus conditor legis & consuetudo inducit legem.

12 Deinde valere hanc legem probatur, quoniam beneficium cessionis bonorum potest tolli per legem, vel statutum, vt notat Alexand. in. l. alia. §. eleganter, num. 13. versic. per statutum. ff. solu. matrim. Vbi dicit hoc esse manifestum, & citat. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. l. de quibus. ff. de legi. cap. 1. de constitutioni. in. 6. Idem supponit Aufrer. in additione decisionis Tholosanæ. 68. Quæ opinio mihi placet quando beneficium cessionis ita tollitur, vt debitor non remaneat in carcere, sed possit effugere eam tradendo se in seruitium creditori, vt Iure Hispanico constituitur. Nam hoc casu cessant omnia argumenta, quæ ex aduerso adduci possunt. Et

- Et de iure, licitum est, vt homo, homini operas præstet. l. qui operas. ff. loca. Et cum in sponte, & liberalitèr promittere possimus: non est iniquum, vt ratione pecuniæ debitæ eas præstemus.
- 13** ¶ Præterea valere consuetudinem, vt debitor inops non liberetur cessione, sed teneatur seruire, apparet quoniam plures eruditissimi viri mentionem faciunt statutorū, vt debitor inops seruiat creditori, neq; tamen improbant ea. Sed supponunt valere: ex quorum numero sunt Oldrald. consil. 54. an fugiens. Abb. in cap. inter aliam. 22. de immu. Eccles. Aufreer. in additione Capellæ Tolosanæ. 422. col. 2. versed, & in multis locis. Albe. in. 1. parte statutorū. quæ st. 39. & in Rub. C. de his qui. ad Ecclesi. confugi. Et liber homo propter necessitatem venditur, & pignori datur à patre. l. 2. C. de patrib. qui filios distrahere. ergo multo magis seruiet pro se ipso, & pro inopia quam ipsemet patitur: sublata re aliena.
- 14** ¶ Præterea beneficium cessionis bonorum tēpore Theodosij Cæsaris, non erat in vsu debitor, quæ non operis, vt apud nos sed acerbis supplicijs cogebatur æs alienum persoluere, ita probatur in. l. 1. C. qui bonis ex lege Iulia. cedere possunt. in Codice Theodosiano. Cuius legis verba retuli cap. 1. num. 63.
- 15** ¶ Deinde, quòd ad torquem ferreum, & cetera contumeliosa attinet, videmus permitti contumeliosam cessionem bonorum, si quis sua culpa bona amisserit, vt probatur in Nouella Iustiniani. 134. ibi. *Ad mortem vsq; præmi opprobrio ignominie contumeliosa enim cessio permittitur non obscena, vel impudica, vt est ea que fit in pactis: ad lapidem natibus.*
- 16** ¶ Deinde in Iure Ciuili, quò vniuersus ferè orbis Christianus vtitur extat constitutio Iustiniani, qua cauetur debitorem inopem debentem ex causa redemptionis teneri seruire creditori, textus est in. l. fin. C. de capti. & postlimit. reuers. ibi. *Decet redemptos, aut datum pro se pretium emptoribus restituere, aut laboris obsequio, vel opere quinquennij vicem referre beneficij.* Idem probatur in. l. 3. ff. de libe. homi. exhib. l. si quis ingenuam. ff. de capti. Nullus tamen exortus, vt arbitror est, qui earum legum decretum dixerit non valere.
- 17** ¶ Rursus in alijs multis Iuris Ciuilis locis familia plura reperiuntur quibus apparet
- permissum esse homines liberos etiam non debentes pecuniam (quæ neruus est, vel potius subsidium vitæ) conditionem sortiri, seruiti maxime conuenientem. Primum scimus fuisse parabolanos quorum mentio fit in. l. Parabolani, & in. l. placet. C. de Episco. & cleri. ij autem homines erant famulatio ecclesiarum, vel hospitalium deputati, & quasi adscripti glebæ: nam, sicut adscriptitijs nõ licebat per omnem vitam ab agrorum cultura recedere, ita his non licebat discedere ab agrorum seruitio, vt ex Græco Iuris Ciuilis interprete docet Alciatus Dispositionum lib. 4. cap. 9. Quauis Accursus ridiculè omninò dixerit parabolanos esse medicos, ideò parabolanos dictos quòd multas habent parabolas.
- 18** ¶ Rursus erant domestici conditioni subditi, quorum mentio fit in. l. præsentis. §. cū autem. C. de his qui ad ecclesi. confugi. Quamquam domesticus Principis dicebatur conscius arcanorū Principis, teste Procopio Persi. belli. 2.
- 19** ¶ Erant, & cliētes qui patronis suis obsequia fidelitèr præstare tenebantur nihilominus tamen erant homines liberi. Et cliētum naturam explicat Dionysius Halicæ. lib. 2. ab vrbe condita: & d. nostris Budęus in. l. Herennius. ff. de euitio Zafi. in. l. 2. in verbo curias. ff. de origi. iuris Molin. in consuetud. Parisi. tit. 1. in princ. num. 7. & num. 11. vbi officia patronorum, & cliēntum explicat.
- 20** ¶ Erant, & adscriptitij quibus per omnem vitam non licebat ab agrorum cultura recedere. cap. iudicatum. & ibi Abb. de immuni. Eccles. Eiusdem ferè sortis erant coloni glæbe adscripti eiusq; naturæ, quæ admodum coloni originarij, vt serui dicuntur in. l. quemadmodum, & in. l. diutius. C. de agricol. & censi. lib. 1. 1. & si fugiunt dicuntur facere furtum sui. l. cum satis. in princ. C. eod. titulo. quamuis re vera non sunt serui, sed habent aliqua communia cum seruis, vt in cap. 2. de Iudæ. Imo sunt ingenui, sed conditionatè seruituris. l. vnica. ibi. *Licet conditione videantur ingenui serui tamen terræ ipsius cui nati sunt existimantur.* C. de colon. Thracen. lib. 1. 1. 2. ibi. *Pæne est vt quadam dediti seruitute videatur.* C. in quibus caus. coloni. lib. 1. 1. Quinimo censentur quid immobile, & pars fundi. l. quemadmodum & l. cum satis in princ. C. de agricol. & censi. lib. 1. 1. si quis inquilinos. in princ. ff. de leg. 1. De his conditionatè

De Inope debitore

seruitutis hominibus loquitur. l. presenti. §. cū autem. C. de his qui. ad ecclē. confu. ibi: *Sane si seruus, aut colonus, aut libertus, aut adscriptus, aut familiaris, & huiusmodi aliquid persona conditioni subiecta se ipsum furatus fuerit, &c.*

2 1 Erant & censiti, & inquilini. censiti ab adscriptitijs in eo differēbant quod licet eos in eadem fundo inhærendi teneat seruitus, non tamen idem debent tributum quoniā adscriptitijs, & originarijs salarium certum non debent, at censiti, aut medietatem, aut tertiam, aut quartam, aut aliam fructuum partem debent. Abb. & Hostiē. cap. iudicatum. de immuni. Ecclesi. quæ autem differentia sit inter colonum adscriptitium, & censitum vide glōf. 1. in l. 2. C. in quibus cau. colo. censiti dōm. accu. pōst. lib. 1. Angel. in princ. Insti. de iure personā. Ruffus inquilini licet ad colendum agrū perpetuo teneantur tamen id. per alios exequi possunt, & alio migrare si libeat quanquam verius videtur dominum ius habere eos domum reuocadi. l. omnes omnino inquilinos fugitiuos. C. de agricol. & censu. lib. 1. 1. Et an censiti possint testari, & cuius naturæ sint vide l. 2. C. in quib. cau. colo. lib. 1. l. 3. C. de appar. mag. mili. lib. 1. 2. & l. omnes omnino. C. de agricol. & censu. lib. 1. 1. & l. quicumq;. C. de re milita. l. fin. C. in quib. cau. colo. l. quæ admodū. l. ne diutius. C. de agricol. & cen. lib. 1. 1. tradidit Cassan. in consuetudinibus Burgū. rubr. 9. num. 7. Et qualiter quis possit fieri adscriptitius, & an debeat interuenire scriptura, & quid debeat promittere vide l. cum scimus. §. 1. C. de agricol. & censu. lib. 1. 1. scribit Cassan. d. loco. num. 4.

2 2 Erant & coloni perpetui quorum mentionem facit. l. vna. C. de mendican. valid. lib. 1. 1. qui etiā erant cōditioni subiecti, vt in. d. §. cum autem. l. presenti. C. de his qui ad Ecclesi. confug. & l. quemadmodum & l. ne diutius. C. de agricol. & censu. lib. 1. 1. Colonorum autem multa sunt genera, quæ enumerant Accur. Plate. Rebuf. & Lucas Penna in rub. C. de agrico. & censu. lib. 1. 1. Cœlius Rodigin. Antiqua. lectio. lib. 4. cap. vlti. Couarr. in repet. c. quamuis pactum. 2. parte. §. 1. num. 2. Erant & obrati, qui & ipsi adstricti alicui conditioni videntur fuisse. Cæsar in commentarijs Adduxit Cæsar secum clientes, & obratos suos. Sed quia de hac re nihil habeo satis compactum, nihil temerè, affirmare ausim.

2 3 Deinde hodie apud Gallos, sunt plures homines conditionatæ seruitutis, qui dominis multa sunt obligati præstare seruitia. Vulgus eos Quæstados vocat, & ad seruorum naturam proximè accedunt eorumq; meminit Arnoldus Ferron. in consuetud. Bardégal. titulo de præscriptio. §. 17. in princip. sunt & alij dicti *Maimortes*, quorum naturam explicat Cassaneus in cōsuetudinib. Burgun. titulo *Des mains mortes*. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 2. glōf. 3. num. 3. Cin. & Albe. in Authent. episcopalis dignitas. C. de Episco. & cleri. Guid. decisio. 36. Cin. in l. voluntariæ in fin. C. de excusa. tuto. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 41. num. 35.

2 4 Hæc autem vitia sunt ad intelligendum naturam & obligationem eorum, qui apud nos dicuntur *Solariegos*, quorum magnus est in Hispania numerus: Rursus hæc protuli ad probandum valorem nostræ legis, & vt liqueat in corpore Iuris Ciuilibus plures reperiri homines cōditionatæ seruitutis quare non mirandum, cōsuetudine apud nos receptum esse hominem inopem addici creditori. Cum enim conditionata seruitus admittatur ex obligatione qua quis se facit spōtè adscriptitium alterius, multò magis ex obligatione, qua debet pecuniam rē transigendæ vitæ necessariam: Adscriptitius enim constituitur, qui confecto publico instrumento promittit domino soli, & nunquam à solo recederet. l. cum scimus. §. 1. & l. Colonos nunquam. C. de agrico. & censu. lib. 1. 1. Postea debet interuenire alia scriptura in qua profiteatur se adscriptitium esse. d. l. cum scimus. §. 1. Cassan. in consue. Burgun. rub. 9. num. 4. Sed notandū, quod illa peculiaris quædam hominum, & contractus, & materiæ natura est. Ideo non licebit arguere hoc modo, qui vis se potest facere adscriptitium ergo qui vis se potest obligare ad præstandum operas perpetuo. Vt dixi cap. 1. num. 17. & 18.

2 5 Itaq; vt ad rem redeamus hæc lex valida est. Non obstant ex aduerso prolata. Primo non obstat, quod cessio bonorum à Rege, vel consuetudine tolli non potest. Id enim verum quando debitor remaneret in carcere, neq; haberet remedium, quo possit ab ea liberari. At Iure nostro Regio debitor dicens: volo seruire creditori, taxet iudex tempus pro modo debite summæ. statim soluendus est è carcere, vt in pragmática. 79. in volumine antiquarum prag-

pragmaticarum. Ad eò vt etiam si creditor dicat nollo, vt mihi seruiat, nihilominus sit eximendus è carcere. Quàmuis enim debitor non sit addicendus creditori inuito intelligitur dummodo patiatur debitor è solui è carcere, vt dico. c. 1. num. 8.

26 ¶ Itaque hæc additio, qua inops debitor traditur creditori, liberat eum à carcere, etiam inuito debitore. Cum autem liberetur à carcere certè hæc additio, idem beneficium præstat, quòd beneficium cessionis bonorum, nam per cessionem bonorum, quis de Iure Civili liberatur à carcere. l. 1. C. qui bon. cede. poss. & hoc est beneficium cessionis bonorum.

27 ¶ Fateor tamen beneficium cessionis bonorum plenius esse quia non solum liberat, à carcere: sed etiam præstat ne debitor in iudicio, vel extra conueniatur nisi pinguiorum fortunam natus fuerit. l. is qui bonis. ff. de cessione bono. l. 1. C. eodem titulo. Cum ergo Iure nostro Regio debitor inops carcerem effugiat cessant argumenta quibus quidam probare contendunt beneficiū cessionis non posse tolli consuetudine: hic enim liberatur à carcere. Et Salice. in. l. 1. col. 2. in. 5. oppositione. C. qui bon. cede. poss. qui dicit quòd beneficiū cessionis per statutum tolli non potest: loquitur quando statutum iubet debitorem poni in carcere, & quòd non possit ab ea liberari nisi soluat, etiam si cedat bonis. At hic liberatur à carcere etià si non soluat.

28 ¶ Non obstat secundum argumentum, quod non valet pactum per quod quis renuntiat beneficio cessionis, & quòd non potest fieri per statutum: quòd non potest fieri per pactum. Argumentum enim quo nititur opinio docentium non valere id pactum; est; quoniam debitor nullum habebit remedium ad effugiendum carcerem: remedium inquam legitimum, & ordinarium. Hoc autem argumento hic non quadrat, quoniam debitor eximitur, è vinculis, & soluitur è carcere, & addicitur creditori: haud aliter quam per cessionem bonorum liberabatur à carcere, & ita valere hanc legem pronuntiat Rodericus in. l. 2. titulo De los gouernos, col. 7. versic. his non obstantibus.

29 ¶ Præterea non obstat tertium argumentum quoniam lex præscribens, vt debitor inops seruiat creditori: valida est. l. fina. C. de capti. & postlimi. reuer. Neque hic ratio Doctorum accommodari potest quo-

niam impingere natibus lapidem res impudica, & inhonesta est & creditori infrugifera. Ad debitorem tradidi creditori, vt ei seruiat non est res obscœna nã operas præstare non est obscœnum, sed honestissimū. Non obstat quòd debitori iniicitur torques ferreus quoniam id durum, rigidum, seuerum, & asperum est: non verò obscœnum, vel parum honestum, & contumeliosa cessio admittitur: non obscœna: ne inficiat oculos, & mentem.

30 ¶ Non obstat, quòd inter Christianos, nemò fit ex bello seruus: quoniam debitor non fit seruus, vt suo loco dicam. Non obstat quòd dicitur captiuus creditoris: quoniam id exaggerandæ rei gratia dicitur, & vt est notissimum liberatur à carcere & vinculis per hanc additionem. Ex his discedo ab opinione Alexand. in. l. alia. §. eleganter. num. 13. ff. solu. matrim. vbi dicit cum Angelo in. l. his qui bonis. ff. de cessione bono. Valere statutum ne debitor soluat è carcere, nisi præcisè soluat; & quòd hoc casu non est admittendus ad cessionem, sed certè si statutum id sensit est impium, & non valet, vt dixi num. 12. idèò rationem quæret iudex qua debitor laborando extra carcerem soluat, vt apud nos in vsu est. Et vide quæ dico infra cap. 5. versic. his aliqui licet. num. 41.

31 ¶ Nunc videamus an consuetudo tradendi debitorem creditori sit iusta, & æqua, & qua ratione fuerit introducta. Videtur esse iniqua: hoc est nimis seuera, & rigida. Quoniam non est dauda afflictio, afflictio. l. oratio. ff. de sponsalib. nam priuatio omnibus bonis, mors est solatium. l. quisquis. §. filijs. C. ad. l. Iul. maiesta. & maior poena est priuatio omnium bonorum, quam poena mortis autore Bald. in. l. certa in fine. C. de iure fisci lib. 10. priuatus enim bonis: videtur priuatus sanguine, vt inquit Salice. in. l. admonendi, col. pen. versic. quæro an sit consideranda. ff. de iure iurando. Pecunia (enim iuxta Hæsiodum) est anima, miseris mortalibus. Et autore Chrysostomo: Paupertas est martirium, si patienter tolleretur. Et pauperes, vbiq; miseros appellamus. Misericordia enim summa est esse mendicum autore Bald. in. l. fin. C. qui bon. cede. poss. Quare remedium cessionis bonorum miserabile appellatur, in. di. l. fin. Et Aesdras, lib. 4. c. 15. paupertatem inter ingentia mala enumerat. Immittat (inquit) tibi mala viduitate: paupertatem, & famem. Et Dominus
Z 3 Malachia.

De Inope debitore

Malachiæ.c.2. minitatur, se ægestatem improbis daturum. Pluresq; probant sententiam quam ad Cynnum quidam scripsit in hunc sensum.

In mare fluctuagum, ne te præmat aspera ægestas. Desili, & a celsis corruæ Cyrene iugis.

3 2 Hæc non de paupertate ex animi sententia sed de paupertate ex fortuna intelligenda sunt. Veritas enim ipsa dixit: *Beati pauperes, quoniam ipsorum est Regnum cælorum.* Et Seneca Ethicus *Beatissima (inquit) res est paupertas.*

¶ Quod si miseria summa est, esse mendicū, longè miserius est, nō solum extrema ægestate præmi, sed etiam proprii corporis potestatem non habere, traddiq; creditori, vt operis satisfacias creditæ summæ, vt ingenius natus domini supercilium, & insolentiam videas. Legimus Prouerb. 2. 2.

Mittum recipiens seruus est foenerantis. Et debitor est quodammodo seruus creditoris. *glos. in. l. 3. C. de noua. rursus debitor dicitur infelix, vt in Authent. de fidei iuribus. §. cognoscunt col. 1.* Hæc non proflus immerito, carere enim bonis tollerabile est etiam ei, qui rei est cupidissimus, at debere & soluendo non esse, est longè durissimū.

Quibusdam enim maximis viris paupertas gratissima fuit, illud enim habemus ex Seneca: *Nullum maius lucrum quam carere, his que possides.* At debere molestum est. Et ingratisimū, quod si soluendo etiam non sis est, quo te miserum & miserimum appelles, nisi iuxta Christianæ disciplinæ veritatem agnoscas manum Domini, qui nō nunquam occidendo viuificat, vērè iuxta Chrysolomi dictum beneuolus tractator. Omnia enim facit ad salutē animæ nostræ siue vulnera infligat, siue blandis foueat, corripit enim omnem filium quē diligit.

3 3 Durissima ergo est dispositio huius legis. Egere enim durum, debere durius, nō esse soluendo durissimum. Quid si supra has erumnas accedit corporis etiam potestatem non habere, & addici creditori, an quicquā videtur posse esse durius? Nam præter contumeliam, laborem, & ignominiam, videtur (saltem ad tempus) libertatem amittere quanuis enim seruus non fiat (vt suo loco dicam) certè animi sui consilium sequi nō potest. Et videtur captus detineri à creditore, vt supra dixi, & probatur in. l. præses C. de cap. & postli. reuer. ibi: *Ne ulterius in seruitutis iugo detinearis.*

3 4 Homine autem ingenuum ægestate pro-

ferri venalē, vel huic, vel illi creditori addendum etiam si per iocum fiat: probrosū & turpe est. Quare Tacitus, lib. 14. magnopere dolet quod Nero ratus dedecus amoliret, si plures foedasset nobilium familiarum posteros ægestate venales in scenam produxit. Præterea debitor, qui torque ferreo indutus addicitur creditori est infamis, nam celsio probrosa etiam si præstet liberationem irrogat infamiam, vt per Cin. & Paul. in. l. nullus. C. quib. excus. infam. irrog. & dico cap. 3. nu. 6. quāto magis addictio, quæ non præstat liberationē sed seruiendi necessitatem irrogat, & insuper infamiam.

3 5 Tanta autē est miseria debitoris, qui creditori addicitur, vt non immerito censeri possit pati pœnā corporalem manus enim videntur admoueri ei, cui torques ferreus collo circum inijcitur. Et si pœna corporalis habetur hominem publicæ per urbem iumento impositum circumferre, idq; per horulæ momentum, quāto magis addictio censetur pœna corporalis cum tanto superet, & eam contumeliam duratione qualitate, & circumstantijs: ille enim ignominiosè deducitur per urbem, quia deliquit hic quia debet.

3 6 Præterea esse pœnam corporalem probatur: quoniam eruditorū iudicio; celsio ignominiosa, quæ sit in pactis ad lapidem natibus, censetur pœna corporalis. Ita scribit Petrus Iacobus, tit. de celsione bonorū, col. 2. in sua praxi. Paris Puteus de sindicatu. §. quia. nu. 10. Cardinalis Florentinus, cōf. 94. iu. princ. Guido Papæ. decisione Delphinali. 343. cuius sensum explicat additio: litera. D. Tiraquel. in repetitione. l. si vnquā: in verb. bona. num. 6. C. de reuoc. donatio: Ioannes Paponius in consuetudines Bōrbonias, tit. de celsione bonorum. §. 72. prope fin. m. Qui omnes scribunt celsionem ignominiosam loco pœnæ corporalis haberi, atq; ideo debitorem perpetuo liberari, neq; posse conueniri etiam si pinguiorē nanciscatur fortunam de qua re suo loco inferius dicam.

3 7 Et quod addici creditori, sit pœna corporalis, videtur probari in lege duodecim tabularum, quam retuli cap. 1. nu. § 6. nā vbi loquitur de addicendo inopem debitorem creditori. Sic inquit. *Tertijs autem nundinis si interea pactus non sit capitis pœnas dato.* Nota hæc vltima verba. Quāquam arbitror verbū capitis, referri ad capitis diminutionē, nam

nam addictus videtur capite minui, & fieri seruus creditoris, nam qui in imaginaria quondam seruitute deducitur: dicitur capitis diminutionem pati. l. liberis. §. emancipato. ff. de capi. dimi. Ideo cum tractatur de emancipando hominem liberum creditori; dicitur tractari de causa capitali auctore A ffli. in constitutio Sicilię incipi. pro sequentes, num. 6. & num. 26. Zass. consil. 19. num. 19. lib. 2.

38 ¶ Ex his apparet decretum huius legis rigidum, & durissimum esse cum pro pecunia maestissimo debitori poenam corporalem imponat si enim poena corporalis censetur ignominiose cedere (etiam si creditoris manus effugias), quanto magis quando propter ignominiam in manus creditoris ferreo stigmatæ notatus tradderis, idq; forsam per longum tempus. Ideo decretum huius legis æquitate molliendum, & prudentia limitandum, & quo ad saluo iure fieri potest curandum nobis est, vt reddeamus ad meliora, scilicet ad constitutionem civilem, qua debitor inops liberatur cedendo bonis quod in pluribus limitationibus, infra dicentis libentissimè faciendum cum ratione, & scripto iure innitantur.

39 ¶ Vt tamè fateor decretum huius legis durum esse: ita nego esse inhumanum, vel absq; ratione proditum. Primo creditor æquissimo iure creditum petit, forsam per tela, per ignes quesitum. Deinde hæc vox *Redde quod debes*: æquissima est, & ius gentium præte fert auctore Seneca lib. 3. de beneficijs. quare non est impium, neq; inhumanum debitorem operis suis creditum persolvere, nihil enim tam congruum est humanæ fidei, quam ea quæ inter homines placuerunt seruari. l. 1. ff. de pact. seruari autem pacta, & credita, quoquomodo per solui efficiet, vt plures sint, qui pecuniam fratri ad subueniendam necessitatem mutuo dēt, ne auita prædia vendere cogatur q̄ aurcos decem ad succurrendum necessitati non inueniat, Expeditq; rei publicę plures esse fœneratores, vt inquit Bald. in. l. 1. col. 3. C. de summa Trini. & fide Cathol. & cons. 453. lib. 1. & in. c. 1. col. 1. de iure iuran. Debitorum enim perfidia deterret homines à mutuando quoniam fidem solutione nõ præstant quod serio, & grauiter damnatur Ecclesiastici, cap. 29. his verbis: *Multi quasi inuentionem* (hoc est quasi rem nullius, quæ inuentione fit occupantis) *estimauerunt fœnus, & præstiterunt molestiam, his qui se adiuuerunt,*

donec accipiant osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam. Et in tempore redditionis postulabit tempus, & loquentur verba tedijs, & murmurationum, & tempus causa bitur. Si autem potuerit reddere aduersabitur, solidi eius reddet dimidium, & reputabit illud quasi inuentionem. Sin autem fraudabit illum pecunia sua & possidebit illum inimicum gratis, & conuitia, & maledicta reddet illi, & pro honore, & beneficio reddet illi contumeliam. Multi non causa nequitie non fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt.

40 ¶ Itaq; non est æquum quæquam fraudari pecunia sua, & ad alendam inter homines fidem, æquum est debitum reddi, si enim crediti certa sit solutio plures erunt, qui cōtrahant; plures qui mutuo dēt. Et in sacris literis, monemur mutuare proximo indigenti, ita debitor monetur reddere tempore constituto. Ecclesiastici. 29. Sic lego. *Mutua proximo tuo cum indigerit, & tu quoq; debitor redde tempore constituto serua promissum, neq; agas dolo cum eo, & inueles omni tempore, qui subueniant tibi. Sic Cicero offi. lib. 2. inquit. Nullam esse rem, quæ vehementius rem publicam contineat quam fides. Sed fidem esse nullam posse, nisi sit necessaria solutio rerum creditorum.*

41 ¶ Deinde pecuniæ creditæ satisfacere seruiendo obicere, non est æquæ inhonestum. Et habemus textum expressum præscribentem, vt debitor inops soluat præstādo operas. l. fin. C. de captiu. & postim. reuer. quanquam illa lex solum practicanda in sua specie; scilicet, in debente ex causa redemptionis cum enim beneficio creditoris deserit hostibus seruire æquum est, vt redemptus reponat beneficium seruiendo redemptori, si alias soluendo non sit.

42 ¶ Præterea satisfacere operis; non est ab humanitate alienum quiuis enim potest locare operas suas. l. qui operas. ff. loca. & cum possit eas sponte locare æquum est, vt etiā inuitus eas præstet, vt satisfaciat creditori.

43 ¶ Deinde cum debitor sit inops necessario laborare debet, vt victum parat cum autē creditor teneatur alere debitorem, qui sibi addicitur certè non est iniquum, vt auferat quod reliquum est, cum ipsi præstet alimentum, & quod superest deducto, ne egreat: possit ab eo auferre (hoc est) quod superest deductis alimentis quotid. anis. l. is qui bonis ff. de celsio. bono.

44 ¶ Præte ea lex hæc ignauiam excutit, & laborem docet, labor autem laudabilis est.

Parme-

De Inope debitore

Parmeno Alexandrum laudans appellabat eum *Hominem strenuum, & nonnunquam cessantem*. Et Cicero de natura Deorum, lib. 2. inquit. *Qui nihil agit esse mihi omnino non videtur*: Et iuxta Eurij idis sententiam laborē subire oportet eos, qui sibi foelicitē esse volunt. Deus enim ociosis non adest. Omnis enim laus in actione consistit. Et labor est gloriæ patet. sic Xenophon libro de Republica Lacedemoniorum, inquit: *Pernulsa ab ociosis, & absurda patrari solent, & ocio solutimentes imbecilliq; redduntur*. Rursus vt testatur Hesiodus: *Illi paritē indignantur, & Dij, & homines quisquis ociosus vixerit fucus absq; aculco: si: ilis, qui apuum opes, sine labore comedunt*. Rursus Menander Poeta inquit: *Homo sanus ociosus multo miserior est, quam febricitans; comedit enim bis tantum inutilitē*. Deniq; Euripides rem ad viuū expressit hac sententia. *Idem est ociosus, & malus ciuis* Rursus, Aufonius, inquit: *sanus piger multo est nequior febricitante pot: it enim duplum: dapesq; duplices deuorat*. Et illud verissime scripsit Catullus. *Ocium & Reges prius, & beatus perdidit vrbes, nam vt Cato dicebat homines, nihil agendo male agere discunt*. Quid igitur impium imponit, hæc lex debitori. Ab Hæsiode illud habemus. *Non est probrum operari, sed est cessatio probrum*.

45 ¶ Rursus oportuit excitari seueritate legis, p̄ gros quosdā, molli ocio indulgentes, qui bus non sufficit parabola Salomonis proponētis fornicæ exemplum, neq; Dominus verba, qui reprehendit ociosos in foro stantes, & virgines dormitantes. Oportuit inquam excitari ociosos aleatorē, & gulæ mancipium de alieno comessantem, vt discat sobrietatem, & laboris exercitium intelligatq; non fortunarum tantum, verum & capitis (hoc est status) causam agi non enim sufficit dicere *Cedo bonis sed tradetur avaro creditori, vt laboris obsequio creditori satisfaciat*. Quidā enim, vt Trāquillus de impuro Nerone scribit *Diuitiarū fructum non alium existimant, quam profusionem, appellatq; sordidos, ac parcos eos, quibus ratio impensarum cōstat: praelatos vero, atq; magnificos eos, qui abutuntur, ac perdunt*. Quare non est iniqua appellanda hæc lex, quæ vigilantem & sollicitū reddit creditorem, ne placidus obdormiscat, quousq; malum creditoris nomen aboleat. Estq; è republica inertiam, & ingluciem perditissimorum hominum cohiberi legis seueritate. Nā Ezechielis. c. 26. legimus: *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ super*

bia, saturitas, & abundantia, & ocium. Plutarchus cōferrens Aristidem cum Catone accusat aterrentes proprias facultates *paupertas* (inquit) *nulli turpitudini coniungitur quod si negligentie intēperantie luxus impudentie speciem præ se fert probro, ac vituperatione non vacat*. Rursus Tacitus lib. 2. historix Augusti Tyberium laudat, q̄ prodigos & ob flagitia pauperes, à Senatu mouit. Et Tranquillus in Galba Tyberium scribit prohibuisse, ne Sergius Galba Proconsul fieret, q̄ facultates suas atriuisset. Et Spartianus in Adriano memoriæ prodit Adrianum iussisse decoctores bonorum suorum catanidiari in Amphiteatro, hoc est risus gratiā publicitus exhiberi. Cicero officio. lib. 2. *Habenda est (inquit) ratio rei familiaris quam quidem delabi sincere fugitiosum est*. Et eos qui ad ægestatem venissent solere censoria vitigula notari indicat Suetonius in Claudio cap. 9. Et Plautus in Truculento, *Piaculum* (inquit) *est misereri nos hominum rem suam male gerentium*. Et ex Strabone lib. 1. dicitur apud Nabatheos publicam imponi multa ei, qui opes suas imminuisset. Nam & Cato dicebat *viduarum esse non hominum facultates extenuatas relinquere*. Vt autor est Volaterranus Antropologia lib. 14. Et lege Roschia decoctoribus certus erat locus constitutus, neq; in quatuordecim ordinibus sedere poterant, vt indicat Cicero Philippica. 2. Rursus Laertius in Democrito scribit, q̄ apud Abderitas, qui facultates proprias amittebat, carebat paterno sepulchro. Et inter Solonis leges hæc vna erat. *Qui patrimonij versuram fecerit, is ignobilis obscurusq; esto*. Iam vero illud notum, q̄ Arcopagitæ; facultatū suarū profusiores publicæ multabant: autore Athenæo lib. 4. Præterea, vt liquet ex oratione Eschin's aduersus Timarchum ex Græcorum institutis decoctoribus, & profusoribus nō licebat publicæ concionari, neq; cum populo agere. Rursus Marcus Tullius officio lib. 3. inducit Hecaton Rhodium differentem, sapientis esse habere rationē rei familiaris, neque enim solum diuites esse nobis volumus, sed liberis, propinquis, amicis, maximeq; reipublicæ. Quare textus in Athen. vt iudicium quoquo suffra. 6. 1. dicit reipublicæ interesse ciues habere locupletes.

¶ Rursus doctissimus Erasmus Apothematum lib. 8. referens Alphonsi Aragonū, & Neapolis Regis egregie dicta inquit: *Eque quidā ingens patrimonium per luxum absorbuerat*
atq;

atq; insuper magnam eris alieni vim contraxerat, pro hoc intercedentibus quibusdam apud Alphonsum Aragoniæ Regem, ne saltem quæ debebat corpore luere cogeretur. Alphonsus respondit, si tãã pecuniam, vel in sui Regis obsequium, vel patriã commodis, vel subleuandis amicis impendisset audirem, nunc quoniam tantis opes impedit corpore, par est, vt luat corpore. Quæ res indicat apud Neapolitanos moris fortassis esse, vt debitor inops corpore debitam pecuniam luat.

46

¶ Oportuit ergo profusionem lege lata cohiberi abstinere enim homines à profusione: & debitores à luxu: si intelligat se in seruitium creditori dandos si non habeant unde soluant. Recusabuntq; totis viribus fœnus accipere, vt enim colerici, qui purgari nollunt collecta in dies maiori bile grauius discruciantur, sic qui sinunt fœnus accrescere cum adest dies grauius capite laborant. Et sicuti ignis inualescens, alia post alia corripit: sic vsura. Et vt æquus semel accepto frõno scissorẽ, alium post alium admittit: sic qui sentel incidit in x̄s alienũ nunquam explicatur.

¶ Ergo hæc lex fidem, vnicũ humanæ societatis vinculum confirmat debitorem à luxu, & inertia absterret simulq; creditori consulit.

¶ Quod autem atinet ad torqueẽ ferreũ certe ea contumelia, non est indignus, qui facultates proprias attriuit, sed mihi videtur imponi, ne quis cum eo contrahat, idcõ in pragmática. 79. iubetur, ne velõ torqueẽ contegat: ne fortẽ, & ipse magis debeat, & cõtrahens decipiatur, simulq; ipse amittat pecuniam, & debitor nunquam ad libertatem perueniat, si nouis quotidie debitis implicetur. Vei imponitur, vt metũ tantæ ignominie omni ope, pecuniam debitor querat, vel absconditam proferat. Summũ ergo ius continet, hæc lex nam & vnicũq; tribuit, quod suum est, negligentiam rem suam male gerentium punit, simulq; fidẽ, quæ vnicæ rempublicam continet confirmat docet, & astringit. Hæc de valore & ratione legis.

S V M M A .

- 1 Maritus non cogitur ab vxore subire cessionem honorum.
- 2 Qui ultra quam facere potest non conuenitur, in carcerem non detruditur.
- 3 Personæ priuilegiatæ, ne conueniantur nisi in quantum facere possunt: libere sunt à cessione bonorum, & num. 8.
- 4 Per matrimonium superueniens cessat, operarum

obligatio, & prestatio.

- 5 Etiam per pactum non potest renuntiari reuerentiæ quam vxor marito prestare tenetur.
- 6 Vxor non vititur contra maritum actione infamiã irrogantẽ.
- Et pater filium non retinet ob debitum etiam causatum ex redemptione ab hostibus.
- 9 Mater non potest petere filium incarcerationi pro dote, quam teneretur prestare, vt heres patris: addita hereditate: si non esset soluendo.
- 10 Vxori cum alijs creditoribus concurrenti, maritus addicitur sine torque ferreo num. 12.
- 11 Causa status inter maritũ & vxorẽ agitari potest.
- 12 Vxor si matrimonio constante petat ob inopiam vi ri dotem sibi restitui maritus repellitur à beneficio, ne conueniatur, ultra quam facere possit maximẽ si mulier non habet unde se alat, nu. 13.
- 14 Actio de dolo, & interdictum de vi illata, utpote infamiam irrogantia, non dantur contra patrẽ, aut patronum: datur tamen filio, aut libertõ auctio in factum.
- 15 Iudex ex causa pœnam à lege impositã: etiam si ob crimen sit imposita potest temperare.
- 16 Reuerentiã quam vxor marito tenetur prestare nõ debet esse damnosa ipsi marito.
- 17 Vxor ad operas obsequiales, & seruiles cogitur si dos non sit competens ad alendum maritum, & familiã.
- 18 Pro redemptione mariti captiui obligatur vxor in limitatione Authẽt. si qua mulier. C. ad Velleia.
- 19 Vincula, & carcer: duriora sunt captiuitate.
- 20 Rigor legis remittendus aduersus eum qui vxorẽ, vel liberos habet.
- 21 Vxor is veriũs, solidius, melius, & prestantius ceteris creditoribus.
- 22 Mulier detenta à creditore ob pecuniam redẽptionis, eius est liberta do: ce soluat.
- 23 Prestariq; operas ad alendum vxorẽ, & liberos non infamæ, sed honorificum, & honestissimum.
- 24 Filius à patre non retinetur ob pecuniam redẽptionis, quia presũmitur matrem donasse.
- 25 Casus in quo maritus ociosus, & iners vxori additus per iudicem possit compelli laborare vxoremq; & filios alere.
- 26 Pater debitor filijs in dote matris filio nõ addicitur

An maritus non habens unde vxori soluat dotem, sit ei addicendus iuxta dispositionem huius legis, & liberandus à potestate aliorum creditorum.
Cap. III.

EST

De Inope debitore

I EST quotidiana & difficilis quæstio
vtrum vxori petenti constante matri
monio dotem ob inopiam mariti sit
maritus addicendus, vt operis persoluat do
tem. Hæc quæstio duo habet capita, aut e
nim vxor præ tendit se dotis nomine præ
ferendam cæteris creditoribus petentibus
maritum sibi addici, non autem vxori, aut
ipsa sola nullo alio existente creditore pe
tit maritum sibi addici, vt operis persoluat
dotem.

¶ Primo casu videtur maritum, non vxori
sed cæteris creditoribus addicendum quo
niam vxor, non potest cogere maritum eâ
bonorum cessionem subire, quæ Iure Ciui
li introducta est. Licet sit facilis minimeq;
onerosa si conferatur ad hanc additionem,
quæ apud nos in vsu est. Iure enim Ciui
li debitor inops dicens *Cedo bonis* effugit car
cerem, & creditoris ius illudit. A quo neq;
in iudicio, neq; extra cõueniri amplius po
test, nisi pinguiorem nanciscatur fortunã
ac ne tunc quidem conuenitur, nisi in quã
tum facere potest, vt dixi. c. 1. nu. 45. & c.
2. nu. 27. ve. si. fateor tamen. Quod autem
maritus non compellatur cedere bonis pro
batur quoniam non tenetur in plus quam
facere possit. l. maritum. ff. de re iudi. l. alia.
§. eleganter. ff. solu. matrimo.

2 ¶ Et qui non tenentur in plusquam facere
possunt, non possunt conijci in carcerem
glos. in l. liber captus. C. de capti. & postli.
reuer. quam ibi sequitur Bal. in fin. A reti.
in l. maritum. §. eleganter. col. 2. nu. 6. ad fi
nem. ff. solu. matrim. Alexand. l. Centurio.
nu. 25. ff. solu. matrim. Et qui non possunt
conijci in carcerem non tenentur cedere
bonis, quoniam cessio bonorum inueta est
ad effugiendum carcerem. l. 1. C. qui bon
ced. poss. Sali. l. 1. nu. 7. post Bal. C. de cessi.
bon. Faber. §. fi. nu. 9. Insti. de act. Soci. reg.
46. fall. 1. 2. Bart. in l. si filio familias in. 2.
nu. 8. ff. solu. matrim. col. 2.

3 ¶ Et q̄ qui non tenentur in plusquam fa
cere possunt non teneantur cedere bonis
probat in l. is qui bonis. ff. de cessi. bon.
Rursus q̄ maritus non teneatur cedere bo
nis, probat expresse Regia. l. 1. tit. 15. part.
5. cuius verba sunt: *Deue el deudor desamparar
los bienes a quien deue algo, diziendo como nõ ha
de que faga pagamiento, & entonces el judgador
deue tomar todos los bienes del deudor que desam
parò lo suyo, si non los paños de lino que vistiere,
& no le deue otra cosa ninguna dexar, fueras ende
fi tal deudor como este fuesse padre, o si fuesse ome*

que deuisse algo a su muger. Cum ergo mari
tus inops non cogatur omnia bona vxori
dimittere quanto minus cogetur illi ope
ras præstare, & seruire præsertim torq; in
dutus ferreo. Cur in seruiem quodãmodo
fortunam reddigetur sotius diuinæ atque
humanæ domus, & in seruitutem vxoris
dabitur, qui caput vxoris est.

¶ Præterea hæc opinio probatur ex Bald.
in l. 1. nu. 8. col. 4. C. qui bon. ced. poss. vbi
docet q̄ licet debitores possint ad vnguem
executi (his enim verbis ille vititur) & licet
possint quodãmodo cruciari id non po
terit facere vxor aduersus maritum sibi de
bentem quod satis aptum est ad definitio
nem huius quæstionis: nam hæc additio
videtur esse pœna corporalis, vt dixi. c. 2.
num. 35. cum sequen. Deinde hæc opinio
suadetur efficacissimè ex textu expresso,
qui nuncupatim in hac specie loquitur in
l. is qui te ab hostibus. C. de capti. &
postli. reuer. iuncta. l. fi. C. eo. tit. Inquit lex
illa q̄ licet regularitè redemptus ab hosti
bus mea pecunia teneatur mihi seruire si
non habet vnde soluat, id tamen non ad
mittitur si interueniat matrimonium, ma
trimonium enim soluit obligationem præ
standi operas pro debito, inquit lex: *Si is
qui te ab hostibus captam cõmercio reddem tibi
matrimonio coniunxit dignitate nuptiarum, & voto
future iuste sobolis vinculo pignoris tibi remisso
reddi tibi natales pristinos rationis est.* Nota illa
verba: *Vinculo pignoris tibi remisso dignitate
nuptiarum.* Debitor enim seruiens creditori
ob inopiam dicitur esse apud illum ratio
pignoris, vt in l. ab hostibus. C. de cap. &
postli. reuer. attamen illud vinculum pi
gnoris tollitur dignitate nuptiarum. Nihil
arbitror efficacius citari posse. Quinimò il
le textus loquitur in casu magis dubio, sci
licet quãdo nuptiæ superueniunt postquã
vnus ex coniugibus seruire inceperat. Cũ
autem additio iam facta, & operæ iã præ
stari ceptæ soluantur superueniente matri
monio multò magis impediuntur quando
matrimonium adest ante additionem ar
gumento. l. patre furioso. ff. de his qui sunt
sui vel alic. iur.

4 ¶ Et q̄ matrimonium superueniens faciat
debitum operarum censeri remissum notant
Din. & Alber. in l. sicut. ff. de oper. liber.
Bald. & Salic. in l. 2. C. de captiuis Regia. l.
2. tit. 29. part. 2.

5 ¶ Rursus nullus qui, vel summis labris Ius
Ciuile attingit, ignorat; quantam reuerentiã
ins.

ius vellit vxorem deferre marito, nā neq; pactum expressum potest huic reuerentiæ derogare. l. alia. §. eleganter. ff. solu. matrim. etiam si sit iuratum, nā est aduersus bonos mores quam opinionem dicit communem Alcia. in. c. cum contingat. num. 64. de iur. iurā. Couarr. in. c. quāuis pactū. in princ. 2. partis de pact. lib. 6. quæ opinio mihi placet magis, quam quod scribit Vasquius in tracta. de succes. creatione par. 1. lib. 3. §. 28. nu. 18. vt latius dico cap. de patre.

¶ Quis non legit illud Caij Iure consulti in. l. 2. ff. rerum amota? Nam in honorem (inquit) matrimonij turpis actio aduersus vxorē nō datur. Cui non est in promptu Gordiani Cæsaris decretum? in. l. aduersus. C. de crimine expilatæ hæredi. Inquit lex: *Aduersus vxorem que sociæ rei huius me, atq; diuine suscipitur expilatæ hereditatis crimen hæredes mariti intendere non possunt.* Nota etiam cōiugis hæredem honorem habere præcedenti matrimonio etiam si crimen admissum sit, quanto magis honos habebitur matrimonio præfenti duranti, & consistenti nullo præsertim commisso crimine.

6 ¶ Præterea vxor actione infamiam irrogante non vtitur aduersus maritum. l. 2. & ibi glos. ff. rerum amotarum. Cessio autem ignominiosa irrogat infamiam autore Cin. Bald. & Paul. in. l. debitores. C. quibus ex causis infam. irrogetur Zaf. in. l. 1. & 3. ff. de cessio. bon. quinimò faciens cessionē ignominiosam dicitur pati pœnam corporalem, vt latè probaui. c. 2. nu. 35. & docet Cardinalis, consi. 94. col. 1. Pute. de sindica. §. licet. num. 10. Guid. Pap. decisio. 343. Tiraquel. in. l. si vnquam in verbo Bon. nu. 6. de reuocau. donatio. Nihil autem potest esse magis ignominiosum quā torq; ferro indutum debitorem tradi creditori ad seruitium cum ingenuus sit natus, & educatus, & certè additio vere est, & dici debet pœna corporalis, vt docui cap. 2. nu. 35. & 36. Ergo cum ignominiosa actio aduersus maritum non admittatur, quis infamem seruiendi necessitatem, quæ pœna corporalis est, dicat ei irrogandam. Cum multò magis ignominiosum sit pati miseram seruitutem quam audire verba parum honesta, quibus rerum amotarum, vel expilatæ hereditatis crimen intentatur, & tamen, neq; ea verba inanem tantum, & forsam meritum sonum habentia: non admittuntur. Legimus Genesis cap. 3. verba Dñi dicentis mulieri: *Sub viri potestate eris, & ipse*

dominabitur tui. Et Paulus ad Ephes. cap. 6. *Vir (inquit) caput est mulieris.* Rursus Petrus Apostolus in epistola Canonica. cap. 1. *Præcipit mulieres subditas esse viris.* Quis diuinam institutionem, & naturæ legem subuertet? Quis patietur fieri pedem? aut si quid pede est abiectius eū, qui ex diuina institutione dominus est, & caput.

¶ Præterea hæc quæstio expressè, & in propria specie definitur in. l. 2. C. de capti. & postlim. reuer. vbi textus obligationem seruiendi impostam à iure ei, qui ab hostibus redemptus est. l. fin. C. eodem titulo dicit solui matrimonio. Inquit lex. *Proinde si ab hostibus redemptū habere in matrimonio capti. n. nihil est quod de statu eius debeat pertimescere.*

7 ¶ Sic mater non potest filium retinere ratione debiti etiam si illum ab hostibus redemerit. text. est in. l. liber captus. C. de captiu. & postlim. reuer. Inter maritum & vxorem maior, & expressior videtur esse amor, quam inter matrem, & filium. Sic enim Poeta quidam cecinit.

Omnis amor magnus, sed aperte in coniuge maior.

¶ De qua rediserit Tiraquel. in. l. si vnquā in principio. Et in verbo *Libertis*, nu. 101.

¶ Rursus de hac re, scilicet, qd matrimonij soluat obligationem, quæ debitor inops tenetur seruire est textus expressus in. d. l. 2. & ibi notat Bald. & Salice. C. de captiu. & postlimi. reuer.

8 ¶ His accedit, qd dispositio huius legis, non est exercenda aduersus eos, qui non tenentur vltra quam facere possint, illi enim nō possunt personalitèr capi pro debito. glos. in. l. liber captus. C. de capti. & postlimi. reuer. & ibi notat Bald. in fine. scribit Areti. in. l. alia. §. eleganter. quem legit cum. l. maritum. ff. solu. matrim. col. 2. Alex. and. in. l. Centurio. num. 25. ff. de vulga. & pupil. Cū autem non possint personalitèr capi: non addicentur creditori, nam addictus videtur captus detineri, vt dixi cap. 2. nu. 9. & cap. 1. nu. 39. Et ita dispositionem huius legis non exercendam aduersus eos, qui non tenentur, vltra quam facere possunt notat Rodericus in repetitione. l. 2. titulo *De los gouernos*, quæst. 5. col. 3. versi. hanc legem limita. Nam neq; cessionem bonorum Iure Ciuili introductam (quæ facilis est, & minime onerosa) non tenentur subire, qui nō tenentur, vltra quam facere possunt, vt dixi hoc ipso cap. num. 1.

9 ¶ Sic Bald. in. d. l. liber captus: infert quòd si filius adiuit hæreditatem paternam, &

non

De Inope debitore.

non est soluendo, mater non potest filium petere carcerari pro dote: quoniam ad restitutionem dotis filius matri non tenetur, nisi in quantum facere potest. l. etiam. ff. solu. matrim. Quod refert & probat Roder. d. q. 3. col. 3. ve. f. quā legē. de qua re vide. quæ scripsi infra cap. de patre. Cum ergo filius cui mater reuerentiam non debet, non possit conijci in carcerem pro dote multò minus maritus.

¶ Postremò ne autoritate deficiamus huius opinionis est Auendanius respōforum cap. 8. vbi docet maritum, non esse addicendum vxori, neq; aduersus eum vtendum esse dispositione huius legis, nō tamē quid quā protulit ex superscriptis, ne fortē putet lector nos aliena compilare.

1 0 ¶ Sed in proposita specie, scilicet quando vxor concurrat cum creditoribus contententibus maritum sibi, non vxori addicendum, ego potius diuersam opinionem probarem, neq; dubitarem vsquam maritum vxori tradere, veuti potiori creditori pro dote, vel pro alia re in qua iure, vel tempore potior est. Moueor ex generali dispositione huius legis, & ex pragmatica. 79. in volumine antiquarum pragmaticarū, vbi decretum extat debitorem prius addicendum creditori qui iure, vel tempore potior est, vxor autem pro dote habet priuilegiū prælationis, vt in. §. fuerat. Insti. de actio. & in. l. asiduis. C. qui poti. in pigno. habeantur.

1 1 ¶ Præterea moueor ex textu singulari in. l. cui necessitas. ff. de libe. causa. Vbi probatur, q̄ inter maritum & vxorē potest agitari quæstio status, & alter alterum petere potest reddigi, & declarari esse conditionatæ cuidam seruituti obnoxium. Qua re nihil videtur esse posse magis probrosum. Nā vt notat glosa in. d. l. cui necessitas, actio quæ ibi conceditur agitari inter virum, & vxorem cōnellit pro: fus honorem vxoris, & tamen actio tam inuidiosa, tam infamis admittitur inter virum, & vxorem matrimonio constante. Verba legis hæc sunt. *Maritus vxori eidemq; libertæ statutus quæstione inferre non prohibetur.* Ecce dignitas matrimonij non impedit inter virum, & vxorē agitari quæstionem, quæ totum matrimonij honorem deturpat. Causa autem qua vxor petit maritum sibi addici, non est ita grauis, atq; illa de qua agitur in. d. l. cui necessitas. Debitor enim creditori addictus non desinit esse ingenuus, vt dico capite

An addictus fiat seruus. Item illo ipsa conditio, quam ex additione sortitur nō durat, nisi quousq; debito satisfaciatur, vt in. l. 2. & in. l. si is qui te. C. de captiu. & postlim. reuer. & dicam infra in dicto loco. At causa status de qua agitur in. d. l. cui necessitas, afficit coniugem labe perpetua dignitatē status labefaçtante.

1 2 ¶ Deinde moueor quoniam beneficio, ne cōueniatur, vltra quam facere potest nō gaudet maritus quando vxor matrimonio cōstante petit, ob vii inopiam dotem sibi restitui: hoc enim casu maritus in solidū exigitur, neq; reuerentia vlla ab vxore præstatur quoniā vxor ex dote tenetur ipsum alere. Ita docuit glos. in. l. vbi adhuc. C. de iure doti. in verbo ad sustentationem col. 3. versi. 10. quæritur, Bald. in. l. si quis crediderit. ff. de paq. Paul. Imola Roma. Alexand. num. 6. Ias. num. 111. in. l. si constan. te. ff. solu. matrim. vbi Ias. testatur hæc esse communem opinionem. Bald. in. l. præses. C. de serui. & aqua. Campe. de dote. 3. part. quæst. 62. Lupus; qui & ipse testatur hanc esse communem: in repetitione cap. per verstras. §. 37. ampliatione. 16. de donatio. inter vir. & vxor. Collectar. ibi. versi. sed nūquid exiget.

¶ Hæc communis opinio duo præstat. Primum conuellit argumentum diuersæ partis, q̄ cum maritus nō possit conueniri pro dote, vltra quam facere possit non potest conijci pro dote in carcerem, neq; est addendus creditori. Iam enim vides, q̄ maritus, qui constante matrimonio conuenitur ob inopiam, vt restituat vxori dotem: non habet beneficium, ne cōueniatur vltra quā facere potest. Secundo hæc communis opinio conuellit illud argumentum, q̄ tradere maritum vxori pro debito: est aduersus reuerentiam, quam vxor diuino, & humano iure, marito debet. Vides enim quod beneficium, ne maritus conueniatur, vltra quā facere potest, quod marito conceditur ob reuerentiam quam ei vxor debet, vt in. l. a. lia. §. eleganter. ff. solu. matrim. denegatur quando maritus ab vxore ob inopiam conuenitur matrimonio constante.

1 3 ¶ Item hoc esset multò manifestius si mulier præter dotem quam à marito petit nō haberet vnde se aleret: hoc enim casu maritus non gaudet priuilegio illo concessio ob reuerentiam, ne scilicet conueniatur in plusquam facere potest, quoniam ordinata charitas incipit à se ipso. l. præses. C. de serui.

serui. & aqua. & in pari causa mulier præfertur. l. assiduis. C. qui potior. in pig. habean. l. verum. §. si. ff. de mino. Ita docuit Iacobus Rauena in. l. si maritus. ff. solu. matrimon. Bart. in. l. maritum. col. fin. num. 4. versic. quæro quid si maritus. ff. eodem tit. vbi Alexand. col. fin. versic. in quantum. te statur hâc esse magis communem opinionem Guilielm. Cugn. & Bald. in. l. si quis crediderit. ff. de pãct. Bald. in. l. 2. C. quòd cum eo. & hoc est necessarium, quando matrimonium dissolueretur ante copulam per susceptionem sacri ordinis, vel alias, vt declarat Bald. in. d. l. si quis crediderit. ff. de pãct. nam si matrimonium durat, & vxor ob inopiam viri repetit ab eo dotem iam dixi, quòd caret hoc beneficio maritus, supra num. 2.

I 4 ¶ Præterea maritum vxori potius, quam cæteris creditoribus addicendum: probatur efficacissimo argumento, quoniam licet actio de dolo, & interdictum de vi illata non dentur contra patrem, neq; patronum quoniam infamiam irrogant, & sunt aduersus reuerentiam eis debitam, & idè cauetur, vt filij & liberti, ne bona sua amittant, agant actione in factum, & omittant illa quæ actionem de dolo inuidiosam reddunt, ne propter reuerentiam patri, & patrono; debita sua amittant, vt cauetur in. l. 3. C. de obsequi. patr. præf. & in. l. non debet. ff. de dolo, & in. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de vi, & vi arma. Ita iniquissimum est, vt vxor propter reuerentiam marito debitam amittat suam dotem, & mariti operis defraudetur. quibus honestissime, & absque vilo dedecore maritus poterit, & illam, & filios communes alere: & forsam maius dedecus effugeret, ne fortè vxor inopia oppressa, & calamitate viri constituti in potestate creditoris audacior facta: successoremque rat matrimonij. Hoc mihi videtur argumentum solidum, quod nemini prudenti displicebit. Quare ad imitationem eius, quod in filio & liberto dispositum videmus iudex maritum ad dicet vxori: non tamen ei imponet torquem ferreum. Vt enim vxor non est priuanda sua dote, ob reuerentiam marito debitam, ita eo modo suum est ei tribuendū, vt mariti capitis, & domini sui honos non deturpetur: sicuti filius, & libertus, à patre, & patrono sua forsam per vim, vel dolum ablata repetunt: non tamen vtuntur actione de dolo, sed ea actione, quæ ad re-

petitionem rei sufficit. Itaq; omisis infamibus sua repetuat.

I 5 ¶ Sed reclamabit quispiam lex iubet torquem ferreum iniici, definit quæ sub pœna amissionis crediti, ne creditor illum auferat à collo debitoris, quomodo iudex poterit addicere maritum vxori, neque tamen ferreum torquem iniiciet aduersus legem. Hic facilis est responsio: iudex enim potest ex causa pœnam à lege impositam temperare, etiam si ob crimen impositum sit, vt in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infam. & ibi notat glol. Docent Barto. & Alber. in. l. & si feuerior. C. quib. ex caus. infam. irroget. glola. in. §. notandum. 2. quæst. 3. Archidiacon. in cap. qui bona. col. 6. versic. & hæc vera. 17. quæst. 1. glol. & Barto. in. l. hod. e. ff. de pœn. Abbas in cap. de causis. in fine. de offi. de lega. & ibi Decius col. penult. Felin. in cap. inquisitionis. col. 5. super glolam in verbo alioquin de accusat. Barto. in. l. fin. ff. de recepta. Deinde iniiciatur torques ferreus sed reclamante vxore, & protestante, quòd id facit, ne perueniat in manus cæterorum creditorum.

I 6 ¶ Præterea reuerentia quam vxor marito debet, non debet esse marito damnosa; ne quod in ipsius fauorem introductū est in eius damnum detorqueatur. Quid quæso marito magis ignominiosum? tradi ignoto creditori, an dulcissimi coniugi: cum quæ diuina, & humana omnia habet communia à qua diuelli maxime legubre, & tristissimum reputat? Cui quæso magis ignominiosum? præstare opiferas vxori, vt se se vxorem, & filios alat, an creditori? Aut quis probrum reputat maritum laborare; vt vxorem, & filios alat, cum id sit verum, & perpetuum officium, à natura marito iniunctum. A quo præstat accipere alimentum, à creditore semper sœuum aliquid submurmurante, an ab vxore. Equidem arbitror, hæc ita manifesta esse, vt qui dubitarit omnē hominis sensum iure dici possit exuisse. Itaq; reuerentiam quæ propugnatores aduersæ partis obijciunt est irreuerentia, & volentes conseruare inane reuerentiz nomen: detrudunt maritum in profundum miseriz, & ignominiz, & vxorē dote sua priuant cum melius cæteris creditoribus ius habeat, filiosq; orbant patre & alimentis, & vxorem priuant marito, & ius prælationis à lege vxori concessum

A a subacr.

De Inope debitore

subuertunt: & marito pro reuerentia, in
nominiam irrogant, & vera miseria onerant. Imò vxor quæ non omni ope peteret
maritum sibi addici impudica femina ha
beretur (tantum abest, vt aduersus hono
rem mariti videatur facere.) Quid probri
est maritum operari vxori cum ab Hesio
do habeamus. *Non est probrium operari sed est
cessatio probrium.* Et beatus Paulus dicit, *Qui
non laborat non manducet.* Rursus maritus et
iam antequam addicatur vxori, tenetur
eam, & filios aere sub pœnâ peccati mor
talis. Præterea non est probrium maritum
operas præstare vxori cum ex lucratis &
operis, & ipse, & vxor, & communes li
berti ali debeant. *glos. in l. vbi adhuc. C. de
iure doti. Vxor enim tenetur alere mari
tum, qui sibi addicatur, id enim omnes cre
ditores tenentur præstare addictis. l. 2. ti
tulo De los gouernos, lib. 3. Fori, & dicam
infra suo loco. Rursus quid probri est ma
ritum præstare operas vxori cum vxor vi
cissim marito operas præstet. glos. in l. si
vxo. em. C. de condi. inser. & in. §. 1. Instit.
de S. C. Tertul. & ibi notat Angel. qui ci
tat textum in l. sicu. ff. de oper. liber. Bart.
in l. 1. §. 1. ff. de iniur. Imol. Bart. & Paul.
in l. rei iud. catæ. cum lege sequenti. ff. solu.
matrimon. Quod intelligendum in operis
obsequialibus non in artificialibus, nam v
xor non tenetur operas artificiales præ
stare viro, & si quid ex eis lucretur sibi so
li lucratur.*

I 7 *¶* Si tamen vxoris dos non sit competens,
ita vt ex ea ali possit maritus, vxor, & fa
milia; certè vxor cogitur ad operas obse
quiales, & seruales, vt prudentè scribit
Abb. in cap. literas. col. fin. de restit. spolia.
Lupus in cap. per vestras. §. 20. incip. &
tenendo. num. 3. ver. ex istis infertur. de
donat. inter virum & vxor. Cum autem
loquamur in casu in quo maritus ob ino
piam petitur addici creditori, vel vxori,
vt operis soluat dotem, manifestum est,
quòd cum dos sit soluenda operis mariti:
quòd vxor. dote non poterit alere maritum,
filios, & familiam; cum dos ob inopiam
viri quotidianis operis sit soluenda, & tunc
cum ipsa teneatur ad operas seruales idque
culpa mariti, qui suam dotem amisit; non
est inconueniens, vt ipse maritus vxori,
hoc est sibi ipsi, & liberis hoc est visceri
bus suis operas præstet. Neq; obijciat quis
piam quòd maritus, addictus vxori, vt
operis soluat dotem non poterit cogere

vxorem ad præstādum operas artificiales,
vel seruales id enim mihi verum non vi
detur ius enim mariti in vxorem, à natu
ra, & diuina institutione dimanat, neq; in
terrumpitur nisi morte, quæ matr. monium
dirimit, neque calamitas, & inopia, id etiā
auferre debent: esset enim aduersus bonos
mores argumento. l. alia. §. elegantè. ff. so
lut. matrim.

I 8 *¶* Præterea, adeò pium videtur maritum à
captiuitate creditorum eripere, vt vxor
possit se obligare pro redemptione mariti
captiui, licet peculiaritè prohibita sit ob
ligare se pro marito, vt Authent. Si qua
mulier. C. ad Velleia. ita nominatim do
cuit Bald. confi. §. incip. considerata causa
lib. §. Tiraquel. post leges connubiales.
glos. 6. num. 275. Et mulier si soluerit pro
marito, qui ex vinculis causam dicit ra
tum, id erit per. l. quamuis. cum sequent. ff.
solu. matrim. l. maritus. §. manente. ff. de
iure dot. l. si pro aliquo. §. 1. ff. ad Velleian.
Liberare autem maritum à carcere, vel à
potestate creditorum non minorem fauo
rem meretur, neq; minus laudabile est quā
redimere eum è potestate hostium.

I 9 *¶* Duriora enim sunt vincula, & durior est
carcer, quam captiuitas; aliquo respectu,
vt suo loco infra dicam, & durius est à fra
tre ratione pecuniæ detineri, quam ab ho
ste impio ratione belli.

¶ His accedit quod Iuris consultus pruden
tè scripsit summū ius summa iniuria est.
Vxor potius ius habet pro dote, & rem
suam petit: stolidissimum est priuare eam
re sua, & marito suo cum magna iactura
filiorum, & insuper separare maritum
ab vxore, aduersus legem; cui non placet
dura separatio?

2 0 *¶* Præterea rigor legis remittendus aduer
sus eum qui vxorem, vel liberos habet. tex
tus est in l. 1. §. si liberos. ff. de portio. quæ
liber. damna. relinq. scribit Barba. in l. cum
acutissimi. col. 28. versi. sed vt quisque. C.
de fideicommiss. Roman. in l. si vero. §. de
viro. in. 49. fallentia. versi. 9. ff. soluto ma
trimo. Bald. in cap. naturales. si de fœudo
fuer. cōtrouer. Lucas Pœn. in l. 1. C. de de
sertor. lib. 11. Hostiens. Ioann. Andræ. &
Abb. per glosam in cap. quia circa. de eo,
qui duxit in matrimon. quam pollu. per
adult.

¶ Hinc illud Fabij institutionum lib. 6.
*Quæ illa (inquit) in iudicium per charissima
pignora utiq; & si reo sunt liberi coniux utilis
erit.*

erit. Deinde legimus hominem bonis exutum, & infamem pronunciatum, misericordia liberorum: fuisse bonis, & famæ restitutum, uti Lucianus Sophista in Toxari narrat de Menacrate quodam Masiliensi, qui cum esset à sexcentis viris condemnatus facultatibus exutus, ac deinde infamis pronunciatum miseratio nepotis fecit, ut iudices ei, & multam remitterent, & famæ restituerent. Quo nomine & Sergium Galbani liberatum testatur Fabius institutionum lib. 2. his verbis. *Liberatum ita Sergium Galbani; miseratione sola, qua non suos modo liberos paruulos in concionem produxerat, sed Galbæ etiã Sulpitij filium suis ipsius manibus circumtulit at clapsum esse, cum aliorum monumētis, tum Catonis oratione testatum est.*

1 ¶ Relinquatur ergo maritus vxori, & liberis, cum vxor verum, solidū, & melius ius habeat, quam quisquam alius ex creditoribus cum iura nostra generalem legis dispositionem remittant, ut pater liberos possit educare, ut est expressum in l. semper. §. de demonstratur. ff. de iure immun. inquit lex: *Demonstratur ex rescripto Di. Pertinacis, namq; Saluidio Candido in hæc verba rescripsit. Non est irrationabile, ut concedamus filiorum educationi, remitti tibi munera.* Ecce lex relinquit patrē, neq; illum munere personali grauari vult, ut possit educare liberos.

¶ Postremò, vel illud nos in hanc sententiam adducet, qd Iure nostro cognati propinquiores præferuntur in licitatione, & vèdicatione rerum cognati sui. Vxor autem marito coniunctissima est, sunt enim duo in carne vna, & melius ceteris creditoribus ius habet.

¶ Non obstant ex aduerso prolata. Nō obstat primum argumentū quoniam quando maritus matrimonio constante cōuenitur ab vxore ob inopiam, ut sibi restituat dotem, non habet beneficium ne conueniatur, ultra quam facere potest, imò insolidum exigere potest, ut dixi num. 12.

¶ Non obstat, qd non potest conijci in carcerem: non enim vxorem conijcit in carcerē, sed eximit illum: è carcere in quā coniectus est à creditoribus, nam si nulli essent creditores, certè vxor maritum non potest conijcere in carcerem, neq; vilo modo petere, ut sibi addicatur maritus ad soluendā operis dotem.

¶ Non obstat, quòd vxor debet reuerentiam marito, non enim conuellit, vel deturbat honorem mariti præstare operas, ut

alat vxorem, & liberos: imò, & turpis, & infamis esset si id non faceret. Neque hinc de conijciendo maritum in carcerem agimus, sed ut eximatur ab ea, & reiectis creditoribus tradatur vxori absque torque ferreo quatenus per vxorem licet addita protestatione cum omni verborum honore, & ciuilitate.

¶ Non obstat textus in l. si is qui te. cum similibus. C. de captiu. & postlimi. reuer. ibi enim creditor ducens vxorem debitricem suam censetur ei donare, & remittere summam pro qua eam redemit ab hostibus, & lex præsumit, quod propter dignitatem nuptiarum, ut liberi ingenui sint, & non nati ex liberta maritus ei remittit vinculum pignoris, & ius obsequia præstandi.

2 2 ¶ Nam mulier detenta à creditore, ob pecuniam infumptam in eius redemptionem, est eius liberta quousque soluat præmium. l. si liberum captum. C. de captiuis. At in casu de quo loquimur cessat hæc ratio, nam matrimonium inter ingenuos virum, & vxorem contractum est, & post cōtractum matrimonium maritus petitur addici vxori. Item hic cessat præsumptio donationis in qua se fundat. l. si is qui te. cum vxor difertè, & expressè petat dotem suam nolens, eā donare vel remittere. Itē, hic præcessit matrimoniū antequam vxor petat maritum sibi addici: at in l. si is qui te. matrimonium sequitur, & matrimonium in casu illius legis inducit, præsumptionem donationis, ut vxor quam maritus detinebat ratione debiti desinat esse liberta, & ex consequenti filij ingenui sint. Quid autem oportet præsumptionem hic adducere cum mulier præsumptionem donationis tollat; dicens, solue mihi meam dotem, vel exhibe operas pro ea. Vtique in claris non est locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. cū similibus. ff. de verb. obligat. præsertim cū in casu de quo loquimur matrimoniū præcesserit & filij ingenui sint, & sic cessat illa ratio, quæ redditur in l. si is qui te. ibi. *Propter dignitatem nuptiarum, & voto futura iustæ sobolis vinculo pignoris tibi remisso.* Hic enim nuptiæ fuerunt satis dignè, quia in casu de quo loquimur matrimonium contractum fuit antequam maritus addiceretur vxori. Item cessat ratio voti, & desiderij paterni, ut soboles sit legitima, nam creditor additus debitori non efficitur eius libertus, ut dico infra.

¶ Præterea, cum constat de voluntate ma-

Aa 2 rii,

De Inope debitore

riti, & vxoris ius libertinitatis non tollitur ex matrimonio cum scilicet constat, quòd nolluerunt ex matrimonio ius remittere, vt expressè probatur in. l. cui necessitas. ff. de libe. causa.

¶ Deinde respondeo quòd in. d. l. si is qui te. soluto vinculo ex matrimonio, & remisso, ob dignitatem matrimonij debito: vxor remanet in potestate mariti, & ipsi operas præstat si non tanquam debitor certè tanquam vxor, vt notant glosa Dinus, & Alber. in. l. sicut. ff. de ope. liber. Bal. in. l. libertæ col. 1. C. de ope. liber. At in casu nostro si matrimoniū efficeret, ne vxor posset ratione dotis retinere maritum: nullas operas vtilis alimentis vxoris maritus præstabit, & creditoribus addicetur.

¶ Denique vt dixi in casu. d. l. si is qui te. matrimonium quod superuenit: facit videri remissum vinculum pignoris. Hic matrimonium iam erat cōtractum, & sic iam præcesserat causa que inducit præsumptionem donationis. Et cum matrimoniū est contractum, non potest vxor remittere marito dotem, etiam si expressè id facere velit. l. 3. §. sciendum. l. si sponsus. §. si maritus. l. cum hic. §. si inter. versiculo planè. ff. de donatio inter virum, & vxor. Remissio enim est donatio. l. si quis delegauerit. ff. de nouat. l. sicut. §. an pascisci. ff. quib. modis pignus vel hippot. solui. not. Bald. in l. si mulier. ff. de leg. 3. Bart. in. l. fin. ff. quæ in fraud. credi.

¶ Itaq; d. l. si is qui te, & omnes similes nihil faciunt aduersus hanc opinionem quoniam hic non idèò matrimonium est minus dignum quoniam ante additionem præcessit. Et addictus non fit libertus. Itè hic, remissio dotis non præsumitur ex matrimonio præcedente. Aliàs nulla mulier posset petere dotem suam si matrimonium induceret præsumptionem remissionis dotis. Item hic expressè vxor dicit se nolle remittere, & expressa remissio nō valeret, est enim prohibita remissio inter virū, & vxorem, quia est donatio.

23 ¶ Rursus non obstat qd vxor non vtitur aduersus maritum actione, quæ infamat: respondeo enim quòd non idèò amittit ius suum, vt supra in filio, & liberto dixi, nu. 6. præterea præstare operas; non est infame; imò est honorificum, & honestissimū laborare ad alendam vxorem, & liberos. Et hoc est verum & præcipuum officium mariti præsertim quòd maritus tradendus est

vxori absq; torque ferreo honestè & ciuilitè, vt docui nu. 14.

¶ Non obstat quòd de Iure Diuino vir caput est mulieris, & quòd diuina institutio non est inuertenda ob pecuniam, maritus enim non quòd labore definit esse caput mulieris, verum enim mariti officium est laborare ad alendam vxorē, & liberos neq; tamen idèò minus definit esse caput vxoris imò eo ipso quòd vxorē ex suo labore alit. Est verum eius caput, id ei præstans quod caput cæteris membris præstat. Nō obstat l. 2. C. de capti. respondeo enim idem quod respondi ad. l. si is qui te. supra nu. 22.

24 ¶ Non obstat. l. liber captus. C. de capti. & postli. reuerfis, vbi filius ratione debiti nō potest retineri à matre, etiam si illum ab hostibus reddemerit, quo casu licita est retentio. l. si. C. de captiuis. Respondeo enim id ex eo quoniam lex præsumit quòd reddimit illum ab hostibus ad discutiendam tristitiam non ad repetendam pecuniam, & quod habuit animum donandi, hic autem loquimur quando vxor non vult donare sed petit dotem suam.

¶ Non obstat quod qui non tenentur, vltra quam facere possunt non sunt addicendi creditoribus, neq; in eis seruanda dispositio huius legis. Respondeo enim maritum conuentum matrimonio constante ab vxore ob inopiam iuxta formam. l. si constante. ff. solu. matrim. Non gaudere beneficio, ne conueniatur vltra quam facere potest; quoniam alendus est ab vxore ex dote quæ ab eo repetit, vt dixi nu. 12.

¶ Non obstat quod mater non potest ratione dotis cōijcere filium in carcerem respondeo enim, idem esse in marito; qd non potest conijci in carcerem: tamen hic non tractamus de cōijciendo maritū in carcerē, sed vt eximatur ab ea, & tradatur vxori.

¶ Non obstat quod dispositio huius legis, non est seruanda aduersus eos, qui in carcerem duci non possunt respondeo enim id verum, tamen hic vxor non conijcit maritum in carcerem, sed coniectum in carcerē vult ab ea eximere; petendo vt sibi addicatur, & nō cæteris creditoribus, qui illum in carcerem coniecerunt.

25 ¶ Hæc opinio propugnatricem habet æquitatem, potentissimam in iudicijs patronam. Hanc ego prorsus eligerem, nā summum ius; summa iniuria.

¶ Nunc videamus quid in secūda quæstionis parte sentiendum; scilicet, quando mulier

lier. sola, nullis alijs existentibus creditoribus petit maritū sibi addici; an recte petat. Hoc thema eisdem argumentis tractare licebit quibus superius tractauimus. Et summo iure maritus hoc casu vxori addicendus non est, quoniam cum eo nomine in carcerem conijci nō possit, nam licet loquamur supra, in casu in quo maritus est in carcere intelligo, q̄ illum coniecerunt ceteri creditores non autem vxor, non enim potest, vt supra dixi. Item cum hoc casu obstat reuerentia marito debita, neq; eximatur e manibus creditoris petitione vxoris, & maritus reclamet; videtur vxorem non audiendam, neq; lata sententia pronuntiandum, vt maritus vxori seruiat ratione dotis, per certum tempus. Hoc summum ius, & publicæ honestatis instituta: dant, nisi maritus gula mancipium sit, somnq;, & inertitæ indulgens; qui non curet vxorem, & filios operis suis alere. Hoc enim casu iudex veluti alter morum censor nō patietur illum otiosum esse in perniciem vxoris, & filiorum, quos omni iure alere tenetur: cum que adsit color dispositionis huius legis quæ iubet inopem debitorem operis satisfacere creditori iubebit seuerè marito, vt laboret, & vxorem, & filios alat, nam id omni iure facere tenetur; & p̄m cū primis est. Hæc opinio mihi placet nam erroneus, & otiosus ad bonam aliquam frugem reducere; piū, sanctum, & Christianum est; rei publicæ q; maxime conuenit. Hec autem eo temperamento faciet iudex, vt torques ferreus ne nominetur quidem, & maritalis reuerentia, & amor sit incolumis potiusq; iudex similis sit sancto pastori gregem suum puritè, & Christiana grauitate administranti; quam rigido iudici inopem debitorem creditori addicenti, censorq; videatur potius quā iudex, & sanctus Theologus, quā grauis Iureconsultus, consilium magis præstans, quam imperio cogens. Quāquam & hoc quoq; adesse oportet; iuxta negotij qualitatem, & mariti naturā. Si enim opifex sit, vel ex infima fœce plebis solitus locare operas suas, coget eū otiosum non esse, sed vxori; & liberis operari hoc enim honestissimum est, & lex punit otiosos vagantes. Si tamen honestus quispiam vir sit, non solitus locare operas suas non coget eū seruiles operas præstare, vt alat vxorem: cum iuxta vulgi iudicium (quod homines maximè formidant) summum dedecus sit, viro honesto seruiles operas præstare.

Quid ergo vagabitur otiosus? haud quaquam: sed iudex, adhibita in consilium prudentia rogabit eum in familiam se dare nobilis alicuius viri, à quo ratione obsequij, & clientelæ pecuniam aliquam corradat, qua alat vxorem, quod non faciet tam ex vi obligationis, qua est obstrictus vxori: quam ex vi charitatis vtens potius consilio quam imperio. Quo temperamento & mariti honor est incolumis, neq; enim labefactatur ab vxore, & rursus vxor alitur à marito (vt iure constitutum est) otiosiq; & erroneus cohibentur.

26 ¶ Sed an pater tradendus sit filijs pro dote matris. Certè non tradendus, filius enim non potest conijcere patrem in carcerem quoniam non potest exigere eum, in plusquam facere possit: vt in. l. sunt qui in id. ff. de re iudi. Et hæc lex non est exercenda aduersus eos, qui non tenentur in plusquam facere possunt, vt dixi num. 2. sed vide, quæ dicam infra suo loco. cap. 17. no. 33. & 34. Sed an maritus cui vxor dotē promissam debet possit vxorem titulo dotis eximi è carcere, bi ad peritionem aliorum creditorum est ratione debiti descendens ex delicto, vt dico cap. 15. num. 20. & certè maritus præfertur veluti potior creditor, & ei traditur, ex supradictis. Vt finè faciam debitor inops vxorem habens non oportet, vt supplex petat inducias à creditoribus, sed profiteatur in iudicio oblato libello se velle tradi creditoribus, & cum vxor pro dote potior iure sit, regularitèr efugiet manus creditorum, neq; ab eis conueniri poterit, nisi pinguiorè adeptus fortunam, nisi creditores offerat vxori dotē: nam veniet ad secundum creditorem qui iure, vel tempore potior fuerit. Sed illud perpetuo notandum quòd licet de Iure Ciuili vxor matrimonio constante possit repetere dotem ob inopiam viri etiam si paupertas proueniat absq; culpa viri, vt notat Bart. in. l. si constante col. 4. & Alexand. in. l. si cum dotem. §. si maritus col. 1. ff. solut. matrim. id non admittitur de Iure Regio imò inopia debet esse culposa, ita videtur probari in. l. 29. tit. 1. part. 4.

S V M M A.

- 1 *Hosium vis connumeratur inter casus fortuitos.*
- 2 *Debitor per vim spoliatus bonis, non liberatur à creditoribus.*

Aa 3

Paa

De Inope debitore

- 3 pœna debet habere surm autorem.
- 4 Debitor per exceptionem oppositam, quod à tertio fuit spoliatus, non liberatur à creditoribus.
- 5 Debitor qui casu fortuito fortunas suas amisit: si sit inops creditori non addicitur, & nu. 6. et. 9.
- 7 Nouella Iustiniiani vim habent legis, & in casu sui diffinitionibus seruanda, num. 8.
- 10 Amittenti facultates absq; culpa sua est eis succurrendum.
- 11 Paupertas culpabiliter, & ex malitia pauperis proueniens, est nocua.
- 12 Debitor speciei liberatur, specie percepta.
- 13 Debitor generis, aut speciei constitutus in mora, non liberatur specie percepta.
- 14 Renunciare casui, vel eius exceptione, non luuari sunt paria.
- 15 Dispositio pragmat. huius: prodita non solum ad succurrendum creditori pro debito rerum etiam, ut socordia, & pigritia debitoris puniatur.
- 16 Debitorem tradi creditori torque ferro indutum, est pœna corporalis.
- 17 Pœna corporalis non imponenda ei qui casu delinquit.
- 18 Secundum opinionem Theologorum, debitor absq; culpa sua inops effectus, liber est à solutione.
- 19 Cum tractatur de addeendo debitore inope creditori, prius discutitur, an debitor sit liber, vel nō.
- 20 Habere etiam in modico seruillem conditionem maximum detrimentum.
- 21 Cause libertatis semper fauendum, & pro ea iudicandum.
- 22 In criminalibus iudex debet esse pronior, ad absolueudum.
- 23 Debitor si post amissionem casu fortuito, fortunarum suarum es alienum contrahat, addicitur creditori, ratione dicti æris alieni, si solutio nō sit.
- 24 Filius familias conuenitur, in quātum facere potest solum pro his quæ cōtraxit dum esset in patria potestate.
- 25 Responsiones ad opposita.
- 26 In amissione bonorum casu fortuito, ut debitor liberetur, requiritur, ut amissio non fuerit, ex sumptuina negligentia.
- 27 Debitor nimia caliditate negotia sua administrans potius reprehendendus quam laudandus.
- 28 Præstat potius esse nimis calidum, & subtilem debitorem in negotiando, quam nimium crasum, licet tamen utrumq; sit culpa dignum.

An debitor qui casu fortuito amisit omnes fortunas suas, sit eximendus à dispositione legis. Et quid si non casu

fortuito, sed tamen absque culpa sua amisit omnes facultates. Cap. IIII.

- 1 **O**ccurrit insignis questio cuius tractatus maxime pius est. Verum debitor, qui casu fortuito amisit omnes fortunas suas sit addicendus creditori iuxta decretum huius legis. Illud admonitum lectorem vellem de hac re esse textum expressum limitantem decretum huius legis. Videtur debitorem hunc creditori tradendum ex textu cui videtur non posse responderi in. l. fi. C. de capti. & postlim. reuer. vbi præcipitur, ut redemptus ab hostibus: meis nummis si non habet, vnde mihi satisfaciat teneatur mihi seruire per certum tempus. Ecce textus loquitur in eo qui de bonis, & libertate spoliatus est ab hostibus, hostium autem vis, inter casus fortuitos cōnumeratur: vt in. l. ex conducto. §. vis maior ff. loca. l. 3. §. nautæ. ff. nautæ. caupon. & stabul. §. idem. Instit. quib. modis re contrahitur obliga. nihilominus tamen licet casu fortuito spoliatus fuerit bonis iubetur seruire creditori, ergo, & in nostro casu illud generaliter definendum, vt debitor inops tradatur creditori etiam si bona casu fortuito amiserit.
- 2 **H**is congruit textus insignis in. l. si te bonis. C. de iure deliber. vbi debitor per vim spoliatus bonis non liberatur à creditoribus. Inquit lex: si te bonis patris immiscuisti, neq; inopia patris te excusat, neq; vis fratris portionem tuam eripientis arcere te de exactione creditorum qui te conueniunt; potest. Ergo non est bona ea exceptio: per vim fui spoliatus à creditoribus, & ibi notant Doctores.
- 3 **A**ccedit receptissima regula q non ex eo q quis me affecerit iniuria ego possum alium iniuria afficere, hoc est crediti solutionem recusare. d. l. si te bonis, & ibi notat Paul. Ias. & alij. Textus in. l. fi. C. de actio. empt. l. si filia. C. famil. hærcisc.
- 3 **D**einde pœna ei solum imponenda, qui deliquit, neq; pœna ex aliena culpa me cōprehendere debet. l. Sancimus. C. de pœn. Ergo non ex eo q prædones (pessimum hominum genus) debitorem meum spoliarint ego mea pecunia carere debeo, & alieni facinoris pœnas dare.
- 4 **H**is congruit quod de iure: debitor conuentus à creditore nō potest opponere exceptionem: q fuit bonis suis spoliatus à

tertio.

tertio. Nam exceptio spoliationis, non liberat contentum. c. frequens. de restit. spolia. in. 6. vbi notant Dominic. Francus, & Geminianus: scribit Paul. Alexand. & Ias. in. d. l. si te bonis afflic. decif. 1. §. in. 8.
 ¶ Suadetur hæc opinio, ex textu: qui videtur expressus in l. incendium. C. si cert. p. ta. cuius verba sunt: *Incendium ære alieno non exiit debitorem. Si ergo debitor non liberatur, certe si inops est persolvere debet operis, vt in hac lege definitur: cuius dispositio cum sit generalis, generalitèr debet præstari, & intelligi vt in l. de prætio. ff. de publiciana.*

5 ¶ *Mihi contraria sententia, & verior videtur, & æquior: imò debitor inops, qui facultates suas casu fortuito amisit non est addicendus creditori, neq; hoc casu practicanda est dispositio huius legis, sed debitor soluendus est, & vinculis: nullo seruitio præstito creditori, neq; vllis inducijs petitis. Moueor ex textu expresso, & singulari in Nouella. 135. cui titulus est. Ne quis cogatur bonis cedere. Quam legimus inter Iustiniani Nouellas, quas pridem Haloader, è Græco sermone in Latinum vertit. Disponitur autem ibi, vt is qui non luxuria, neq; desidia, sed casu, vel fortunæ infelicitate amisit fortunas suas nõ cogatur eam cessionem bonorum subire, quæ præter bonorum amissionem paupertatem, & omnium rerum inopiam irrogat; etiam contumeliam. Sed præstat ipsius constitutionis verba subijcere: non enim omnibus ad manum est. *Zosarius quissiam ex Missijs oriundus porrectis præcibus cum lachrymis nos edocuit, q; cum pecuniarum publicarum, & priuatarum nomine conuociretur, à clarissimo prouincie Præsidente cum contumelia, & quidem sola. Neq; enim credidit de his pecunijs libellos persecutionis rerum suarum oblatum iri. Id quod iniustissimum habetur, & inter ea capitula, quæ cum primis adferunt molestantiam. Vbi enim locorum iustum est, vt is qui in vniuersum, ex accidenti non supina negligentia res suas amisisse traditus esset: denuo per vim ad ignominiosam vitam transportatur. Et paulò post inquit. Sancimus, vt nemini liceat magistratum rei causa cessionis bonorum necessitatem inferre ali cui eorum qui de prædictis causis iudicium sustinent, aut huiusmodi contumelijs vt, ac pretextibus. Proinde quasi dum corporis supplicium ipsi remittitur maluerit rerum suarum amissionem capeffere potius quam cum inopie iugo ad mortem vsq; premi, opprobrio ignominie. Hactenus nouellæ constitutionis verba recensui.**

¶ Ex cuius autoritate Tiraquel. in. l. si vnquam verbo *Bona. nu. 5.* docet eos, qui non suprema negligentia, aut luxu, sed casu fortuito lapsi facultatibus essent: non debere cogi eam cessionem bonorum subire, quæ cum ignominia fit. Idè docet Iacobus Spiegel. in Lexico Iuris Ciuilis verbo *Cessio.* Et eius constitutionis meminit Fraciscus Valduinus in præfatione cõmõtarioli in quasdã Nouellas constitutiones, quæ in libro Authenticorum non habentur.

6 ¶ *Præterea hæc opinio efficacissimè suadetur ex textu tit. 1. C. qui bonis ex lege Iulia cedere possint in Codice Theodosiano. Vbi id est definitum, vt nullus ratione debite quantitatis cogatur contumeliam cessionem bonorum subire si modo fortunas suas casu fortuito amisit. Inquit lex. Ne quis omninò vel fisci debitor, vel aliene rei in auro, atq; in argento diuersisq; mobilibus retentor, ac debitor bonorum faciens cessionem: liberum à repetitione plenissimum nomen effugiat: sed ad redhibitionem debite quantitatis, congrua, atq; dignissima suppliciorum acerbitate feratur: nisi forte propriorum dilapidationem bonorum, aut atrocibus abrogatam, aut fortasse naufragio incendioq; constata, vel quolibet maioris impetus infortunio, atque dispendio docuerit afflictã. Prop. Rom. prid. Id. Octob. Ausonio, & Olibrio CONS. S.*

¶ Sed obijcis, ista legis vim non habent. Fateor Theodosiani Codicis leges non esse citandas ad definitionem causarum, vt iuxta earum decreta lites diiudicentur, vt in. l. 1. C. de Iustinia. Codice confir. Tamè legem correctam, vel contraria consuetudine abolitam; permillum est proferre ad cognitionem antiquitatis, & in similitudinè casus in ea propositæ. Quod Couaruias nunquam non sobrius, & grauis fecit Varia ù resolu. lib. 3. cap. 14. nu. 4. vbi citat legem eius voluminis ad explicationem legum ciuilium, quæ in vsu sunt. Sic Tiraquel. in repet. l. si vnquam. in verbo *Bona. nu. 5.* citat d. l. 1. C. qui ex lege Iulia. bon. cede. poss. in Codice Theodosiano idem fecit Spiegel. in d. lexico. verbo *Cessio.*

¶ *Præterea Nouella constitutio. 135. ex cuius autoritate re definitiuus habet prorsus vim legis. Obijcis: nõ est in volumine Authenticorum. Fateor sed est inter nouellas Iustiniani Græcas ex quibus sordidus Authenticorum liber dimanauit interprete quodam vtriusq; linguæ ignaro. Nouellæ enim Iustiniani Græce conscriptæ fuere quod est plusquam manifestum & testatur*

De Inope debitore

testatur Alcia. lib. 4. de verbo signific. Ex-
tatq; adhuc Græcus codex quâquam mul-
tis in locis mutilus, ac deprauatus. Librum
autem Authenticorum esse, è Græco, in La-
tinum translatus indicat sermo totus ubiq;
vicio interpretis tenebrosus, difficilis, &
parum explicatus. Quod non sentiet nisi
qui fuerit plusquam ferreus. Et quæ Græ-
ce habentur, vera sunt authentica. Quare
Ludouicus Lusitanus in præfatione com-
mètariorum tituli de rebus dubijs; testatur
Bartholomæum Socinum pollicitum fuisse
scholijs se nouam translationē illustra-
turum sed exemplaria Græca; quæ Floren-
tiæ habebantur fuisse mutila; nouamq; ver-
sionem esse in scholis prælegendam, nisi
stultorū iudicio res literaria gereretur: me-
mini me audisse, ab Orocio, vt vir ille egre-
gia, & erudita semper appetebat.

7 ¶ Porro Nouellas à Iustiano æditas ha-
bere vim legis & seruandas in definitioni-
bus causarum decernit ipse Iustinianus in
l. vna. C. de emenda. Codicis. versic. *Hoc ete-
nim dubium.* vbi præcipit Nouellas constitu-
tiones à se conscribendas pro qualitate rei
emergentis; habere vim legis, & seruari
debere in definitionibus causarum. Quod
etiam præscribit in l. 1. C. de Iustinia. Co-
dice. compo. versic. *Si quæ vero.* vbi pragma-
ticas & alias constitutiones à se conscriben-
das iubet vim legis habere dum tamen nõ
aduersentur legibus Codicis. Nouella autē
constitutio. 135. non aduersatur legibus
Codicis: imò congruit rationi, iuri, & æqui-
tati, vt statim dicam.

8 ¶ Itaq; vera Authentica sunt, quæ Græce
habentur, & ille sunt veræ Nouellæ quibus
Iustinianus vim legis tribuit: seruandæ quæ
omni nõ sunt etiam si vitio interpretis nõ-
nullæ non contineantur in vulgato Authē-
ticorum Codice. Nouum enim esset inter-
pretum hominem priuatum abrogasse Iu-
stiniani Nouellas quas non transfudit, vel
quia noluit, vel non vacauit, vel non intel-
lexit, vel quia forsam eius codex Græcus
mancus erat. Et ita seruandas nouellas cõ-
stitutiones etiam si in Latino libro Authē-
ticorum non habeantur contendit Vi-
gilius in prohemio Institutionū Theophi-
li; dicens illa esse vera Authentica. Eandē
causam agit Franciscus Balduinus in præ-
fatione commentarij in quasdam Nouellas
constitutiones. Sic Couarru. Nouellâ. 160.
qua codices latini carent citat in suæ sentē-
tiæ comprobationem Variar. resolu. lib. 3.

cap. 7. num. 2. ver. quinto hæc pars instruitur.
Rursus Gratianus ex nouellis constitu-
tionibus quædam refert, quæ in vulgato
Authenticorum libro non habentur. Sic
exemplum textus in. c. non licet. 19. q. 3.
vbi ex Nouella Græca. 123. quod & apud
Iulianum antecessorē patet. cap. 59. & 69.
decernitur monachatum purgare vitium
ingratiitudinis; nullus tamen reiecit eius
textus auctoritatem quod in vulgato Au-
thenticorum Codice non legatur, præter
vnum Alciatum, qui suspitione parum æ-
qua colligit Gratianum: illa è capite suo
conflinxisse, neq; tale quidquam reperiri
in Græco Nouellarum Codice. Itaq; pro-
basset si pernosset Græcos fontes legem il-
lam continere quod nouissimè foelicus do-
cuit Couarruias animi pietate quam nõ
adulantèr admirari licet, cum veteribus
Christianæ religionis patribus comparan-
dus. Cõmuniter tamen vtriusq; Iuris Do-
ctores, etiam antequam Couarr. doceret. d.
c. non licet. contineri: inter Græcas Nouel-
las, admittebant eius dispositionem eo so-
lum nomine q̄ titulus indicaret desumptū
ex Græcis fontibus. Ita. Ias. in. l. filius à pa-
tre. §. filios. ff. de libe. & posth. & in Auth.
non liceat. C. de libe. præter. vel exhæred.
num. 4. Nouissimeq; admisit foelicis re-
cordationis Gregor. 13. summ. Eccl. Pont.
qui in suo Gratiani Decreto emendato, &
notibus illustr. d. c. non liceat: posuit addi-
tionē illā nota ad marginem, quā supra po-
suimus, scilicet: *Et apud Iulianum antecessorē:
cap. 59. & 69.* Ex quo visus est confirmare
dictam Nouellam.

¶ Stat ergo ex prædictis, immobile funda-
mentum textus in. d. Nouella. 135. quæ di-
sponit cessionem bonorum, quæ cum igno-
minia fit, vel contumeliosa est, non esse im-
ponendam ei qui non luxu, neq; desidia;
sed casu fortuito facultates amisit. Dispo-
sitione autē nostræ legis ignominiosa est in-
opi debitori, & eum in vltimam miseriam
detrudit. vt dixi cap. 2. nu. 34. & 35. cum
alijs. Cum autem cessio bonorum non sit
imponenda ei, qui facultates casu amisit (si
modo cessio sit ignominiosa) quãto minus
imponetur obligatio seruiēdi creditori im-
posito torque ferreo. Nam hoc (scilicet ad-
dici creditori) beneficium cessionis pror-
sus tollit, & omnem miseriam, & ignomi-
niam superat: vt docui capite secūdo. Itaq;
hic maior ratio viget admittendi disposi-
tionem Nouellæ. 135. Nam ibi non tollitur bene-

beneficium celsionis bonorū sed liberatur debitor, ne cogatur vti beneficio celsionis si celsio fiat contumeliosè. At, Iure nostro Regio beneficium celsionis est prorsus sublatum, & inops debitor traditur creditori. Quod est miserrimum: ergo hæc tanta miseria non irroganda ei, qui casu facultates amisit. Multò enim durius est tolli beneficium celsionis, & irrogari miserum laborem cum ignominia, quam vti beneficio celsionis, neq; contumeliosè est conueniendus, qui casu (putà bello) facultates omnes amisit non in solidum, sed quatenus facere potest: cum idem statuatur, cum eo qui per celsionem voluntariè spoliatus fuit bonis, vt non teneatur in postea acquisitis; nisi quatenus facere possit. §. fin. Instit. de actio. Ita hæc ratione docet Faber. in. d. §. fi. & ibi Platea, & Ias. nu. 7. dicit esse mirabilem doctrinam licet dicat cogitandum. Sed eandem opinionem probat Grammaticus. Vocto. 85. Hæc in practica doctrina maximè utilitatis est: & res quæ frequenter contingit, & si probamus hanc opinionem certè qui casu facultates amisit non est detinendus in carcere; nam qui non tenetur vltra quàm facere possit, non potest ob res alienum conijci in carcerem, vt probauit. c. 3. nu. 2. & 8. Neq; obstat. l. incēdiū. C. si cert. pet. & quæ dixi num. 4. quoniam hoc intelligendum, quando casus fortuitus absumpsit omnia bona: item nō tollitur debitum, sed suspenditur executio, & limitatio. *Æ*uidem an hæc opinio sit vera, de Iure Ciuili, non definitio: primò quoniam Zasius. col. 2. in. d. §. si. reprobatur opinionem Fabri. Deinde, præterea: quæ ipse adducit, obstat Fabro. d. Nouella. 135. vbi solū prohibetur imponi ignominiosa celsio ei, qui omnes suas facultates amisit. At celsio de qua in Iure Ciuili: non est ignominiosa, vt dixi supra. Iure tamen nostro Regio opinio Fabri est verissima quoniā, quæ apud nos appellatur celsio est plusquam ignominiosa.

9 *Præterea* hæc opinio suadetur quoniam beneficium celsionis bonorum Iure Ciuili introductum, non tenetur subire, qui casu (putà bello) facultates amisit, vt piè scribit Faber. in. §. fi. Instit. de actio. Scio contra sentire Zasi. ibi. col. 2. post Ias. Sed opinio Fabri suadet nostram sententiam, quæ expressa legis dispositione nititur, sed opinio Fabri nō videtur vera: nam Nouella. 135. eum qui omnia bona casu amisit solum

liberat à celsione contumeliosa; nō alium. **I 0** *His* accedit q̄ subueniendum est ei, qui absq; culpa facultates amisit iuxta glōsā in. c. quæ in Ecclesiarum: verbo *Ad inopiā*. de constitu. glōs. in. c. ex parte. verbo *Prodigalitatē*. de consuetud. Et inculcata paupertas excusat autore Bald. d. c. quæ in Ecclesiarum. col. 1.

I 1 *Ea* enim paupertas nocet, quæ culpabiliter seu malitiosè prouenit autore Bald. in cap. sedes. col. 2. versi. sed nunquid de rescript. Ias. in Auth. res quæ, col. 6. ver. tene communem. C. conmu. de leg. Crotus in repet. l. frater à fratre, col. vltima. ff. de condit. indebi. Loazes in repet. l. filius familias. §. diui. nu. 164. ff. de leg. 1. Barto. in. l. etiam. §. licet. ff. solu. matrim. Hippol. singular. 104. pater tenetur. Felin. c. quæ in Ecclesiarum, col. 24. ver. & in quantum de constitu.

I 2 *Rursus* probatur quoniā si debitor erat speciei: perempta specie liberatur, vt in. l. si ex legati causa. ff. de verbo. obliga. & in. l. quod te mihi. ff. si cert. petat. Et hoc casu nostra opinio vacat prorsus omni dubio, & idem si debebat genus, respectu speciei iuxta communem Doctorum sententiam in. d. l. quod te mihi.

I 3 *Si* tamen debebat genus, vel speciem, & constitutus erat in mora, quo casu perēpta specie, non liberatur, vt tradunt Doctores in. d. l. quod te mihi. Adhuc nostra sententia probatur iure. Quoniam paria sunt renuntiare casu fortuito, vel non iuuari de iure exceptione casus fortuiti. Exemplū subijciam. Debitor generis putà pecuniæ non liberatur casu fortuito, vt in. l. incendium. C. si cert. petat. Item qui liberatur casu fortuito non liberatur si ei renuntiet, vt in. l. sed & si quis. §. quæ situm. ff. de in ius vocan.

I 4 *Itaq;* paria sunt renuntiare casui, vel nō iuuari exceptione casus. Scimus tamen q̄ renuntians casui iuuatur eo, si sit magnus, & magna iactura afficiat rem debitoris. l. ex conducto. ff. loca. notant Doctores præcipuè Ias. in. l. Titius. ff. de l. be. & posthu. & in. l. sed & si quis. §. quæ situm. ff. si quis cautio. Ergo etiam si casus non liberet debitorem generis, vel debitorem speciei in mora constitutum. Tamen casus magnus omnes fortunas debitoris deuorans debet liberare eum, vt non addicatur creditori quoniā casus magnus excusat eos qui alias casu non iuuantur. Adstruit hanc sententiā quod

De Inope debitore

quod scribit Covarr. Varia. lib. 2. c. 1. num. 7. col. 10. ver. ego iudicem; ubi in ea est sententia, vt licet debitor renūtians beneficio cessionis cum iuramento, non sit admittendus ad beneficium cessionis, id non habeat locum, si ad inopiam reddigatur absq; culpa sua, tunc enim beneficium cessionis: ad cōsequendam libertatem vti potest. Ecce q̄ carēs beneficio cessionis habet illud si absq; culpa sua perueniat ad paupertatem. Ergo etiam si hæc tollat beneficium cessionis, vt dix. c. 2. nu. 2. Concedendum est; eis qui absq; culpa sua paupertatē patiuntur, neq; addicendi sunt creditoribus, sed liberabuntur dicendo *Cedo bonis*.

15 *¶* His suffragatur q̄ hæc lex non solum videtur prodita, vt creditor ex seruitio debitoris creditum consequatur: verum etiam, vt pigritia, & socordia debitoris puniatur. Flagitiosum enim reputatur rem amittere, vt dixi. c. 2. nu. 39. Hoc liquet quoniam non solum lex iubet debitorem seruire creditori verum etiam, vt debitori iniiciatur torques ferreus, & quod creditor nō possit illi tollere torquem sub pœna amissionis crediti: vt in pragmat. ca. 79. Quid prodest torques creditori: quam illi vtilitatem adfert, quo ad recuperandum creditum, profecto nullam? In quem ergo vsus iniicitur torques ferreus debitori, nisi in pœnā, qua non videtur indignus, qui patrimonij sui versuram fecit? Hac autem pœna indignus est debitor, qui non luxu; neq; malitia; sed fatali casu cui humana industria resistere nequit; facultates suas amisit nō enim est danda afflictio, afflicto. l. oratio. ff. de sponsal. Rursus in hac ipsa specie cuius veritatem prolatis vtrinq; argumentis perquirimus audi iudicium Alfonsi Aragonum, & Neapolis Regis quod Erasmus ille vir summus refert Apophtegmatum lib. 8. in hæc verba. *Eques quidem magnam patrimonium per luxum, ac libidinem absorberat, atq; insuper magnam æris alieni vim contraxerat, pro hoc intercedentibus quibusdam apud Alphonsum Aragonie Regem ne (saltē quæ debebat) corpore luere cogere retur; Alphonsus respondit, si tantam pecuniam, vel in sui Regis obsequium, vel patriæ commodis, vel subleuantis amicis impendisset: audirem. Nunc quoniam tantis opes impendit corpore, par est, vt luat corpore.* Ecce flagitiosam paupertatem libidine, luxu, & profusione cōtractam Alphonsus punitam voluit, nō eam quæ casu fortuito; absq; hominis vitio prouenit. Et iniuam esse addicere creditori eum, qui

casu fortuito bona amisit significat nominatim Titus Liuius Decad. 1. lib. 2.

16 *¶* His accedit q̄ debitorem torque ferreo indutum tradi creditori habetur pro pœna corporali, vt docui. c. 2. nu. 35. Nam cessio ignominiosa habetur pro pœna corporali ex sententia Tiraq. in. l. si vnquam verbo *Bona*, num. 6. C. de reuoc. donatio. notat Petrus Iacobus in sua praxi titulo de cessione bonorū col. 2. Putcus de Sindicatu. §. quia. nu. 10. Cardinalis Floren. cōf. 94. in princ. Ioannes Paponius, in consuetudines Bourbonias; titulo de cessione bonorum. §. 72. propè finem Guido Papæ decisione. 343. & probaui. c. 2. nu. 36. ver. tanta autem.

17 *¶* Pœna autem corporalis; non imponitur ei qui casu deliquit. l. 1. §. Diuus. ff. ad leg. Corn. de sicca. l. absentem. §. si. l. Metrodorum. l. respiciendum. §. delinquent. ff. de pœn. scribit Ioan. Andr. in regula pro possessore. col. 2. de regul. iur. in. 6. Decius in. c. cognoscentes col. 5. de constit. Bart. in. l. 1. §. 1. ff. si quis testam. liber esse iustus fuer. Bald. & Iaf. col. 5. in. l. in actionibus. ff. de in litem iuran. Paul. Sali. & Alex. in. l. et si seuerior. C. quib. ex caus. infam. irrog. Alex. consil. 109. visis col. 4. lib. 1. & consil. 140. col. 2. lib. 2. Cum ergo in delictis puniēdis parcatur casu damnū danti, ne corporaliter puniatur: quanto magis parcendum ei, qui non ratione criminis sed æris alieni petitur corporaliter puniri; hoc est libertate ferè priuari, & ferreo torque deturpari, & in profundum ignominie & miserie traduci. Casus apud omnes prudentes legitime excusationis nomen habet. Sic enim Marcus Tullius lib. 2. Reticorice veteris postquam dixit esse duas partes cōcessionis: purgationem, scilicet, & deprccationem subiungit. *Purgatio est per quam eius qui accusatur non factum ipsum, sed voluntas defenditur, & habet partes tres imprudentiā, casum, necessitatem.*

¶ Rursus lib. 2. de Oratore: inducit Antonium in hæc verba differentem. *Iure autem omnia defendamus, quæ sunt eius generis, quæ aut oportuerit, aut licuerit, aut necesse fuerit, aut casu facta esse videantur.*

¶ Quinimō & apud coelites tutus est, qui casu damnū dat iuxta glosam in. c. præfbyterum. de homici. notant Abb. Feli. & Anania. ibi. Innoc. in. c. sicut dignum. col. fi. de homi. Abb. & Feli. col. 11. Decius in 2. lect. col. 5. in. c. 1. de constit. Rōma. si fugu. 105. Corsetus in singularibus verbo Forū.

¶ Vnde

18 ¶ Vnde Theologi debitorem absq; culpa ad inopiam redactum, & ideo creditori nō soluentem; scribunt absolutum esse apud Christum. quorum Princeps mihi videtur magnus Basilius eloquentia, doctrina, & pietate inter veteres Theologos præstantissimus, in regula monachorum cuius verba refert Alcia. in. l. placet. C. de sacro san. Ecclesi.

¶ Sufragatur huic sententiæ quod prudenter scribit Bald. in. l. fin. C. qui forma bon. ced. poss. scilicet q̄ cessionis p̄iſcis sæculis obseruata qua debitor cruciatur; practicanda est solum aduersus eos, qui malitiosè facultates proprias absument. Ergo additio, quæ vim habet pœnæ corporalis, non exercebitur aduersus debitorem; qui casu fortunas amisit.

19 ¶ His congruit quod cum tractamus de addicendo inopem debitorem creditori, tractamus de causa status, an scilicet debitor sit prorsus liber: an vero sit homo alterius. Nam appellatione rerum nostrarum, non serui tantum nostri, sed & cæteri homines nobis aliqua ratione subditi: veniunt, vt not. Barba. conf. 26. incip. sapiēter scripsit. col. 4. ver. sed & si quis opponat. lib. 2. Guilielmus Cugneus. Cin. & Bald. in. l. 1. ff. de statu homi. Bald. in. l. omnia. §. si. per illum textum. ff. de leg. 2. Alcia. in. l. rei. in. glos. 1. & iterum in. l. sequenti. verbo. rei. ff. de verbo. signifi. Textus in c. autoritate, ibi. *Aut suorum hominum liberorum*, de priui. in. 6. Zasius, conf. 19. lib. 2. Ideo cū tractamus de mancipando liberum hominem alicui homini, vel monasterio quoniam horum hominum conditio ad seruilem conditionem accedit: negotium non aliter temperandum quam si de libertate hominis tractaretur ita Zasius dicto confil. 19. num. 16. lib. 2.

20 ¶ Nam habere, vel in modico conditionem seruilem; inter maxima detrimenta numerari conueniet, quoniam mortis ciuilis habet vestigia, & libertas inæstimabilis est: ita Zasius. vbi supra. Ideo causa isthęc magna est grauis, & ardua, neq; aliter pensitanda quam si de irrogando pœnam corporalem tractaretur: vel de causa libertatis.

21 ¶ In causa autem libertatis iudex libertati fauere debet, & in ambiguo pro ea pronuntiandum. l. quotiens dubia. l. lege Iul. ff. de manumif. Et in casu quo tractatur de mancipando hominem monasterio: in dubio absoluendus est, autore Zasius d. confil. 19.

col. fi. lib. 2. Item cum tractatur, vel in modico, de statu hominis negotium expediendum, ac si de causa criminali tractaretur auctore Zasius. qui ferè in nostro casu loquitur d. confil. 19. num. 19. lib. 2. Et Philippus Deci. confil. 133. scribit ideo causam matrimonij æquiparari causis criminalibus, quoniam de statu hominis agitur: citat glossa communiter receptam in cap. mulieri. de iure iur. Antoni. in cap. fin. de fidei ius. Bar. Alexand. & Ias. in. l. 3. ff. de iure iur.

22 ¶ In criminalibus autem, iudex pronior ad absoluendum, quam abundus ad condemnandum esse debet. l. respiciendum. ff. de pœnis. l. Arrianus. ff. de verb. oblig.

¶ Aulus Spartianus de Adriano Cæsare ita scribit: *Eos quos pauperes innocentes vidit sponte ditauit*. Et Lampridius memoriæ prodit, Alexandrum Seuerum; eos quos pauperes non per ingluuiem, neq; per luxuriã vidit, multis commodis auxisse. Ex quo liquet inculpatam paupertatem esse fauore dignam, & miseratione potius esse dignã quam opprobrio. Illud igitur in his causis iudicem ante omnia dispicere oportet: non debitor facultates ebrietatibus, & cōmestationibus attriuerit, an fatali casu paupertatem contraxerit. Absoluendus nimirum hoc casu non creditori addicendus. Tantū tenebitur bonis cedere iuxta formam Iuris Ciuilis corpus autem liberum erit. Hęc opinio vel ex eo probanda est quam tēperat huius legis rigorem, & Christianæ mansuetudini conuenit. Quis enim æquo animo fuerat hominem ingenuum, & quod magis est Christianum immunem ab omni culpa, omni malitia (quod attinet ad amissionem bonorum) vacantem tradi in seruitiū creditori quia bona sua fatali casu amisserit.

23 ¶ Hanc ergo opinionem probo, limitanda tamen est, nisi postquam bona casu fortuito amisit, res alienum contrahat, nam ratione æris alieni contracti, postquã amisit bona casu fortuito: rectè addicetur creditori si soluendo non sit, nec præcedēs casus illum liberabit. Cū enim post bona amissa obligatio orta fuerit non poterit ea exceptione sese iuuare q̄ casu facultates amiserit, & ita est limitanda dispositio Nouellæ 135. Hoc probatur in. l. fin. C. de capti. & postli. reuer. vbi redemptus postquam fuit captus ab hostibus tenetur seruitio satisfacere redemptori; non obstante q̄ vis hostiū est casus fortuitus quoniã obligatio oritur post

De Inope debitore

post casum fortuitum; scilicet cum ab hostibus reddimur. Rursus hæc limitatio probatur ex *l. in. §. fin. num. 4. Instit. de actio.* & ex *Zasio. ibi. col. 1.* qui notat quod etiam si cedens bonis non possit conveniri à creditoribus, nisi in quantum facere potest, etiam si perueniat ad pinguiorem fortunam: hoc intelligitur quo ad creditores, qui erant ante cessionem. At si post cessionem novos fortiatur creditores certè ab illis potest in solidum exigi. Eiusdem opinionis est *Faber. ibi. col. 1. argument. l. 3. à contrario sensu. C. de bon. auctori. iudi. possiden.*

24 ¶ Et argumento eius quod dicitur quod filius familias solum convenitur in quantum facere potest pro his quæ contraxit, dum esset in patria potestate; in casibus positus in *l. 2. ff. quod cum eo.* At pro his, quæ contraxit solutus, à patria potestate tenetur in solidum. *l. 3. ff. quod cum eo.* Et sequuntur *Platea, & Ange. Aretin. opinionem Fabri in d. §. fi. Instit. de actio.* Et quod debeat addici creditori, qui ex alienum fecit postquam casu fortuito bona amisit probatur ex pref. *ex Livio Decad. 1. lib. 2.* Rursus limita hanc opinionem in eo qui debet ex delicto, argum. eorum quæ dico *cap. 1. de debitore ex delicto.*

25 ¶ Non obstat ex aduerso prolata, aduersus principalem conclusionem. Primò non obstat. *l. fi. C. de capti. responde enim: ibi debitor contractum post bona casu fortuito amissa, vel responde quod non constat quod ille, qui redemptus fuit ab hostibus in casu. d. l. fi. habuerit bona, & quod illa amiserit incur su hostium.* Non obstat. *l. si te bonis. C. de iure delib. quoniam ibi non fuit vis hostium: & sic non fuit casus fortuitus: sed vis fratris.* Item ibi non amisit omnia bona, sed partem; & sic tenetur satisfacere creditoribus ne ex alieno delicto ipsi creditum suum amittant.

¶ Non obstat quod non ex eo, quod quis me affecerit iniuria, ego possum alium iniuria afficere: hoc est crediti solutionem recusare. Respondeo id verum si soluendo sim: quod si non sim soluendo non facio tibi iniuriam denegando solutionem, non enim commode possum soluere. Neque æquitas patitur, ut casu fortuito priuatus bonis, corpore etiam laborem. Non obstat quod creditor non debet puniri ob alienum delictum, non enim creditor punitur sed debitori indulgetur cum soluendo non sit. Non obstat quod

debitor conuentus à creditore non potest opponere exceptionem quod fuit spoliatus à tertio. Hic enim, non solum opponit quod fuit spoliatus à tertio, sed quod fuit spoliatus ab hostibus, vel fatali casu, non vna re tantum: sed omnibus bonis, & quod nihil habet ex quo soluat, & quod non debet soluere seruiendo cum absque culpa sua paupertate casu contraxerit. Non obstat. *l. in cedium. C. si cert. petat.* Fatet enim quod debitor generis non liberatur casu, sed hactenus liberatur, ut si omnia sua casu amisit non cogatur soluere seruiendo, sed solutio differtur: & obligatio suspenditur quousque pinguiorem nanciscatur fortunam. Itaque non liberatur ab obligatione: sed vis obligationis silet, quoniam bona amisit absque culpa sua, & non habet unde soluat.

¶ His ita definitis illud excuriendum restat an ad hoc, ut debitor liberetur à dispositione huius legis requiratur, ut casu fortuito bona amisit, an vero sufficiat amisisse bona absque culpa sua. Mouet questionem quod *Tiraquellus, & Spiegel* docent: ignominiosam cessionem non imponendam ei, qui casu bona amisit, qui loquuntur de amittente bona per casum fortuitum. Præterea *l. 1. C. de his qui ex lege Julia bon. ced. poss. in Codice Theodosiano.* loquitur de amittente bona casu fortuito: sed certè si debitor amisit bona ex causa quæ ostendit illum esse inculpatisimum, & innocētissimum, & supra hoc constet illum fuisse diligentissimum patrem familias certè etiam hoc casu non vtar dispositionem huius legis. *Mouet ex d. Nouella. 133. cuius verba sunt. Vbi enim locorum iustum est, ut is qui in vniuersum (non supina negligentia) ex accidenti res suas amississe traditus esset, de nouo per vim ad ignominiosam vitam transponatur. Scimus ut nemini liceat magistratum rei causa cessionis bonorum necessitatem inferre alicui eorum, qui de predictis causis iudicium sustinent, aut huiusmodi contumelias vti ac pretextibus.*

26 ¶ Nota illa verba *Non supina negligentia.* Non enim requirit lex, ut bona sint amissa casu fortuito; sed ut, non sint amissa supina negligentia. Neque obstat illa verba, *Ex accidenti,* quoniam ex accidenti dicitur amississe bona, qui cum diligentissimus fuerit bona amisit non obstante diligentia. Sed an hæc opinio sit vera penes doctos esto iudicium: certè si debitor vir optimè fidei esset diligens, sedulus, ad rem attentus, nunquam celsator, nunquam aleator, & arcano diuini numinis

nomini iudicio bona amisisset; me inferēdis calculis non haberet aduersum. Quid enim differt à casu fortuito, si exacta diligentia vsus mihi; mea diligentia non profuit. Nullaq; est, vel in re, vel in persona mea res quę luxus profusionis, vel negligentię speciem prę se ferat. Deinde in his causis iudex pronior esse debet, ad absoluendum, præsertim in ambiguis: est, vt docui, num. 22. Præterea huic opinioni suffragantur omnes rationes supra relatę, scilicet quod inculcata paupertas, meretur veniã. Præterea facit quod licet lata culpa non sit dolus, æquiparatur dolo: ita innocētia, summa diligentia, & fide comprobata: homini nõ profuit: dicendũ est calũ fortuitũ obfuisse.

27 ¶ Non tamen illud omiserim, quod debitor nimia calliditate: negotia sua administrans reprehensionem potius meretur quã laudem, & diligentis cognomine carere debet. Nimia enim calliditas perniciofa est, vt inquit Bal. in l. sed hæc nimiũ. ff. de excu. tuto.

28 ¶ Magis tamen reprobatum nimis crassius in negotiãdo: quam nimis callidus, & subtilis, licet ytrumq; culposum sit, ita docet Ias. in l. cum stipulati sumus. §. sequitur. in 3. nota. ff. de verb. oblig. Anto. Baber. in repet. l. cum filio. col. 2. ff. de leg. 1.

S V M M A.

- 1 Nter Hebręos erat mos tradere debitorem, creditori in seruitium.
- 2 Fideiussor dicitur debitor.
- 3 Fideiussor dicitur esse reus.
- 4 Iure Regio corrigitur Auth. præsentē. C. de fideiuss. ideoq; hodie fideiussor conueniri potest, etiam non excusso principali.
- 5 Contra fideiussorem de iudicato soluendo mandatur sententię executioni aduersus eum, etiam sine nouo processu. Limitatur. nu. 6.
- 7 Fideiussor simpliciter obligatus de iudicato soluendo, non tenetur in causa appellationis.
- 8 Fideiussor de iudicio sisti: cum pœna, & præfinitione termini; si in termino reum non exhibeat, poterit pro pœna in eũ fieri executio, & pro principali debito.
- 9 Fideiussor contractus: si in contractu se obliget, sicut principalis adhibita clausula guarentigia poterit aduersus eũ fieri executio virtute instrumenti.
- 10 Fideiussor ratione quantitatis debite ex fideiussione, potest incarcerationi.
- 11 Fideiussor simpliciter obligatus; videtur obligare se in omnẽ causam prouenientem ratione debiti

- principalis: maxime si sit ex natura contractus.
- 12 Statuto potest fieri, vt quis vsq; ad pœnam infamiam pro alio obligetur: etiam sine pacto de co.
 - 13 Pro debito fideiussionis prouenientis ex lege; fideiussor inops hodie de Iure Regio creditori, non addicitur. nu. 34.
 - 14 Fideiussor nunquam videtur obligare se ad pœnam & pactum contrarium initum non valet.
 - 15 Addici creditori pro debito: habetur pro pœna corporali.
 - 16 Statutum infamiam irrogans illi, qui pro alio se obligat, non valet.
 - 17 Fideiussor ad incognita, nunquam videtur se obligasse.
 - 18 In pœnam que imponitur ratione contumacię rei: ex qua augetur condemnatio fideiussor numquã videtur se obligasse.
 - 19 Fideiussor nunquam censetur cogitasse, neque obligasse se ad seruendum. Limita in eximente reum & manibus apparitorum. num. 20.
 - 20 Admonens debitorem fugere, quando creditor machinabatur eum capere: teneur creditori ad solutionem debiti, si debitor fugit, & creditor ob fugam debitum perdidit.
 - 21 Fideiussor ad quem pecunię peruenierunt, pro qua fideiussit: addicitur creditori.
 - 22 Pioris conditionis dicitur esse fideiussor, ad quẽ pecuniam peruenit, quã fideiussor ad quem non peruenit.
 - 23 Fideiussor, qui accepta pecunia fideiussit: dicitur egisse proprium negotium, ideo creditori addicitur, & executitur.
 - 24 Pro fideiussione, licet fideiussori à reo pecuniam accipere, num. 26. & 27.
 - 25 Fideiussor propria autoritate potest soluere creditori de bonis debitoris, pro quo fideiussit.
 - 26 Casus in quo pro mutuo liceat pecuniam accipere. Autore Covarru.
 - 27 Iura ad frequentiora debere adaptari.
 - 28 Fideiussor de iudicio sisti: liberatur à iudicato soluendo, si reum sistat, & fideiussio lata sententia expirat.
 - 29 Fori leges non habent vim legum, nisi quatenus de earum usu, & obseruantia constet.
 - 34 Debitorem addictũ retinet creditor loco pignoris.
 - 35 Opera debitoris succedit loco pecunię debite, & aliquando plusquam pecunia indicatur.
 - 36 Fideiussor non potest conueniri iure, nec in persona ante excusionem principalis debitoris, si non fuerat renunciata. Authent. præsentē. C. de fideiussor.
 - 37 Bonis excussis, dicitur legitime facta excussio.
 - 38 Debitor dicitur non esse soluentio: quando ab eo exactio difficilis est.

Bb Captura

De Inope debitore

- 39 Captura principalis non liberat fideiussorem, ideò, utrumque capi potest: authore Bal.
- 40 Si notorium sit principalem non esse soluendo, conueniri potest fideiussor non excusso prius principali.
- 41 Cessio bonorum debitoris non est solutio, sed remedium effugiendi carcerem.
- 42 Debitor etiã inops, si habet fideiussorem in obligatione, dicitur esse soluendo & ideò in carcerem non potest mitti.
- 43 Quando agitur ex summa, vel instrumento guarantee debitor principalis ducitur in carcerem etiam si fideiussor soluendo sit.
- 44 Operæ debitoris donec fuerint præstite, non dicuntur esse in eius bonis.
- 45 Debitor, & fideiussor inopes simul seruiunt; & addicuntur creditori, ut eorum operæ abruent solutiõnem.
- 46 Fideiussio rei quæ à principali non potest exigi dicitur esse indènitatis, & in ea etiam renuntia to beneficio excussionis prius debet executi principalis.
- 47 Exceptiones quæ competunt principali debitori: competunt etiam eius fideiussori.

An debitor ex causa fideiussionis sit addicendus creditori, si bonis careat. Et an in casibus in quibus fideiussor addici potest: addicantur simul ipse, & principalis, si uterq; inops sit. Cap. V.

EST quæstio quæ frequenter accidere potest an debens, quia fideiussit pro amico, sit addicendus creditori, si soluendo non sit. Videtur addicendum esse ex verbis Salomonis Sapientie gloria incliti, qui Prouerbi. cap. 6. monens filium, ne inconsultè fideiubeat, inquit. *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam illa iueatus ex verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus. Fac ergo quod dico fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manus proximi tui.* Hæc Salomonis verba efficacius suadent hanc sententiã, quoniam apud Hebræos moris erat debitore in seruitiũ tradere creditori, ut docui. c. i. num. 61. Quare illa Salomonis verba. *Incidisti in manus proximi tui:* huc videntur alludere:

ut fideiussor sit tradendus in manus creditoris.

- 2 ¶ Rursus cum hæc lex iubeat, ut debens aliquod debitũ addicatur creditori si soluendo non sit, certè fideiussor dicitur debitor, ut in l. Et magis. versi. debebo. ff. de solut. Vbi lex loquens de fideiussore appellat eũ debitorem. Idem probatur in l. si seruũ. §. nunc videamus. ff. de verb. oblig. & in l. si fideiuf. in prin. ff. deleg. 1. vbi textus dicit fideiussorem debere, facit l. si res aliena, in fine. ff. ad Trebel. l. 1. ff. de solu. l. cum alter. C. de fideiussore. Et quòd fideiussor veniat appellatione debitoris. Notat Guillelmus Cugneus, Bart. Bald. Ang. & Ias. in l. 1. ff. si cer. peta. vbi Alex. testatur hanc esse magis communem opinionem. Idem testatur Bologninus in repetitione rubricæ. ff. si cer. peta. nu. 19. Fraciscus Marcus decisione. 340. col. 3. nu. 10. Raph. Commen. in l. si seruũ. §. nunc videamus. ff. de verb. obliga. Ang. in l. stipulationum alia. §. stipulatio. ff. de verb. obliga. Albe. in. 1. par. statutorum q. 193. Bal. & Ang. in l. blanditus. C. de fideiussore. Bal. in l. fideiussor. nu. 5. ff. de fideiussore. Ang. in. 4. nunc transeamus. nu. 7. Instit. de actio. Fideiussor enim dicitur esse reus iuxta glossam in l. Stichum. 6. quod vulgo. vbi Ang. ff. de solut. Et reus idem est quòd debitor. l. potest accipi. ff. de fideiussore.

- 3 ¶ Cum ergo fideiussor veniat appellatione debitoris, sequitur quòd debens ex causa fideiussionis addicendus est creditori, si soluendo non sit. Non ignoro esse aliquos eruditi nominis viros, qui sentiunt appellatione debitoris, non venire fideiussore è quorũ numero est Decius in. d. l. 1. ff. si cer. peta. Sed aduersus cum est magis communis opinio quæ verior est, nisi mens statuti, vel prudens ratio dicent aliter iudicandum, in fideiussore quam in debitore. Quis enim neget fideiussorem debere? Si debet, ergo est debitor. Agnosco tamen quòd stante dispositione Authen. præsentis. C. de fideiuf. Fideiussor dicitur debitor, sed non debitor principalis, cum non possit conueniri, nisi excusso reo principali. Itaque quæstionem hanc utrum fideiussor veniat appellatione debitoris, definire oportet ex natura rei; de qua agitur; & ex ratione statuti. Sit exemplum disponit statutum, quòd nullus qui sit debitor, possit conducere vestigalia publica. Certè fideiussor conducere poterit

poterit, cum si soluat debitum ex fideiussione, possit repetere à principali, & sic debitum ex causa fideiussionis, nō facit eum minus idoneum. Ita notant Cin. & Bald. in. l. 1. ff. si cer. peta. Bologninus in repetitione rubricę. ff. eodem titulo. nu. 20. Itaq; cum hæc res venerit in quæstionem non oportet vrgeri ex scriptis iuris locis, sed ex ratione & mente statuti. Dicit nostra lex Regia, vt debens, qui soluendo non est addicatur creditori: certè fideiussor debet, & idè addicendus videtur creditori, si soluendo non sit. Ratio enim huius legis est, ne credens pecuniam suam remaneat defraudatus. Vt de cui. c. 2. nu. 40. Ille autem qui accipit fideiussorē, vt credat pecuniā suam: certè creditum non daret, nisi fideiussor accederet, & sic pecuniam credi fideiussori. Præterea illud apud propugnatores aduersæ partis conuenit, vt fideiussor qui nō habet beneficium excussionis; veniat appellatione debitoris, cum se obliget eodem ordine quo principalis. Et ita concordat diuersas nostrorum opiniones. Iacobus Niger. in repetitio. l. 1. num. 88. ff. si cer. peta.

4 ¶ Iure autem nostro Regio fideiussor conueniri potest, non excusso principali, & est correctæ Auth. præsentis. C. de fideiuss. per l. 3. titulo. 18. libr. 3. Fori. scribit Lupus in repet. c. per veltras. §. 18. incip. ex quibus omnibus. nu. 10. versiculo ex his apparet, & Rodericus in repetitione. l. 2. titulo De los emplazamientos. §. quæritur vltierus. versiculo. hæc omnia. De cuius legis intellectu dico infra nu. 3. nam Iure legum septem partiarum principalis primo excutiendus erat. l. 9. tit. 1. 2. part. 5. Ergo apud nos haud dubie fideiussor venit appellatione debitoris. Sed ne quid dissimulem cum res pendeat ab hoc vtrum fideiussor veniat appellatione debitoris, vel non: res ex mēte statuti variè definienda est, iuxta rei naturam, generaliter autem illud in theorica definiri potest. Fideiussor debitor est, tamen nō est debitor principalis, nisi careat beneficio excussionis: tunc enim habetur quasi debitor principalis præsertim si repetere à principali non possit, vel quia fideiussor animo donandi, vel quia principalis inops est: si tamē repetere possit à principali, & principalis habet vnde soluat, certè etiam si fideiussor nō habeat beneficium excussionis: dicetur debitor minus principalis, hoc est minus damnosè obligatus cū

quidquid soluerit repetere possit, cum effectu à principali. Iuxta quam distinctionē fideiussor debitoris inopis à quo fideiussor repetere non potest, verè, & realitèr, est debitor, & verbis huius legis videtur comprehendi. Et ex consequenti addicendus est creditori, si nō habeat vnde soluat.

5 ¶ Præterea quòd fideiussor addicendus sit creditori, probatur, quoniam aduersus illū peti potest executio. Nam si fideiussor de iudicato soluerdo sententia mandatur executioni aduersus eum, sine nouo processu. l. 1. ff. iudi. sol. l. fi. §. & cum antiquitas. C. de vsur. rei iudi. l. si remunerandi gratia. §. Maurus Paulus. ff. manda. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. l. cum quis. §. de peculio. ff. de solutio. notat glos. in d. l. fi. C. de vsur. rei iudi. & in. c. 1. de in iur. lib. 6. Scribūt Odofr. in. l. 2. C. de vsur. rei iudi. Guido de Suza. & Guillelmus Cugneus quos citat Bald eandem opinionem sequutus in. l. 2. §. in fideiussorem. ff. qui satisfda. cogan. Bart. in. l. 1. ff. iudi. solui. Bald. in. l. si remunerandi gratia. §. Maurus Paulus. ff. manda. & in. l. fi. §. & cum antiquitas. C. de vsur. rei iudi. & ibi Cinus Bartol. & Ang. & est communis opinio teste Roderico in repetitione. l. 2. titulo De los emplazamientos. §. Sed pone quæstionē ver. sed quia hōd. e. Faber. Albe. & Paul. in. d. l. fi. §. fi. Albe. Ang. & Paul. in. d. l. 1. ff. iudi. solui. Faber. in. §. fi. Insti. de satisfda. Specu. de executione sententiæ. §. sequitur. ver. quod si sententia lata est Bart. & Albe. in. l. si quis pro eo. §. si nummos. ff. de fideiuss. Soc. conf. 91. nu. 13. lib. 4. Boer. decif. 277. col. 3. nu. 3. Albe. in. l. 2. §. si col. fi. ff. qui satisfd. cog. Io. Andr. in. c. 1. de iniur. & damno dato lib. 6. in glos. 2. Intellige autem quòd fit executio in bonis fideiussorū de iudicato soluēdo, nulla facta excussione in bonis principalis, & absque eo quod constet quod non est soluendo, ita docet Boer. d. decisione. 277. num. 3.

6 ¶ Sed eius opinio vera non est nisi in fideiussore causæ criminalis: hic enim non gaudet beneficio excussionis. l. si quis reum. ff. de custo. reo. Ba'd. Roman. & Alexandr. in. l. 2. §. si quis ex his. ff. qui satisfdare cogan. Si tamen quis in causa civili fideiubeat de iudicato soluendo, plerique autumant illum habere beneficium excussionis. Ita Bald. in. l. fi. §. & cum antiquitas. C. de vsur. rei iudici. & ibi. Sali. & sequi. Alexandr. in additione ad Bart. in

Bb 2 rubri-

De Inope debitore

rubrica. ff. iudi. solui, & Rodericus in l. 2. titulo *De los emplazamientos*. §. quæritur, vltorius versu. Quid in fideiussore. Et Iacobi. in l. fideiussor. §. si quis his. nu. 6. & in. §. in fideiussorem. num. 3. ff. qui satisda. cog. & in l. Et post rem. §. fideiussor, in. 2. lect. num. 4. ff. de transact.

7 ¶ Rursus intellige quòd fideiussor simpliciter obligatus de iudicato soluendo non tenetur in causa appellationis, vt in l. cum apud Sempronium. ff. de iudi. solui. & in l. non à iudice. §. si quis alio. ff. de iudi. & ibi notant Alber. & Iacobin. à Sancto Georgio, notant Bart. Paul. & Ang. in d. l. cum apud Sempronium. Salic. Alex. Aretin. & Ias. in fin. & Iacobinus, num. 4. in l. 2. C. de procurat. Ang. in. §. sed hodie. col. 2. Instit. de satisda. Hyppol. in rubri. ff. de fideiussor. num. 108. Roderic. in repeti. l. 2. titulo *De los emplazamientos*. §. sed pone, versiculo ideò cautè. Sed certè hæc opinio est satis insipida, ideò si nomen iudicis nō sit expressum in cautione, & simpliciter sit cautum, & iudex appellationis confirmet primam sententiam videtur eadem cum prima, & sic fideiussorem teneri ad iudicatum in causa appellationis ne sit in potestate rei liberare suos fideiussores. l. ne in potestate. ff. de arbi. ita docet Guilielmus Cugneus in l. Iulia. ff. qui satisda. cogan. Alber. in d. l. cum apud, & in l. 2. C. de procu. & ibi sequitur Iacobinus num. 13. Et ita sensit Martinus Sillimianus, & iudicauit Rota. teste Paul. in d. l. cum apud. docet Faber. in. §. alia. Instit. de satisda. Et ita fuisse iudicatum testatur Boer. decisione. 315. versu. & quoad secundam col. 2. Sed aduertat qui accipit cautionem vt fideiussor si ea sit eius mens, & voluntas promittat soluere iudicatum in omnibus instantijs. Ne incidat in periculum. d. l. cum apud Sempronium. Ad rem igitur; si fideiussor debitor est, & executio aduersus eum peti potest; etiã nulla facta excussione in bonis principalis si fideiubeat de iudicato soluendo in causa criminali certè videtur q̄ possit addici creditori quæ est vera, & magis rigida executio.

8 ¶ Rursus si fideiussit aliquem iudicio, sistere & promissit in iudicio certam pœnam, & præfixit terminum: certè post terminū si non exhibeat reum potest executio aduersus eum fieri. l. Sâcimus. C. de fideiussor. notat Bart. in l. 1. ff. iudi. solui Rodericus, in repet. l. 2. titulo *De los emplazamientos*. §. sed pone quæstionem, versu. Tu adde.

9 ¶ Præterea si fideiussit pro aliquo in contractu, & in contractu se obligat executiue sicut debitor principalis addita clausula guarentigia: certè executio potest fieri aduersus eum virtute instrumēti, vt scribit Rode. in repe. l. post rem, in declaratione legis Regiæ in. 1. quæst. incipiēte visum est supra. Alias instrumentum in quo se obligat principalis, vel sententia lata aduersus principalem, nō sunt mandanda executioni aduersus fideiussorē. vt in l. grege. §. si à debitore. ff. de fideiuss. & in l. à sententia in princip. ff. de appella. & in l. præsent. §. adijcienes. C. de his qui ad Ecclesi. confu. Bald. in l. duobus. §. id igitur. ff. de iure iur. & in d. l. grege. §. si cum defensore. Specul. tit. de executione sentētiz. §. sequitur. versu. Sed nunquid sententia. Roderic. in d. §. visum. & in repet. l. 2. titulo *De los emplazamientos*. Et est communis teste Alex. consil. 131. in causa num. 7. lib. 2.

10 ¶ Deinde q̄ fideiussor qui soluendo nō est, sit addendus creditori probatur. Quoniã fideiussor conijci potest in carcerē ratione quantitatis debitæ ex fideiussione, ita notant omnes in c. 1. de iudi. in. 6. Rebus. in tracta. de literis obligatorijs artic. 5. in glo. 9. num. 8. Hæc autem additio qua debitor creditori traditur: carcer quidam est, vt do cui. c. 2. num. 9. Item est vnicum remediū, vt debitor eximatur à publico carcere, cū autem fideiussor in carcerem detrudi possit æquum est, vt eximatur ab ea dum traditur creditori.

11 ¶ Rursus suadetur hæc opinio, quoniam fideiussor simpliciter obligatus videtur obligare se in omnē causam quæ ratione debiti principalis prouenit: præsertim si prouenit ex natura cōtractus. l. si quis pro eo. §. si nummus. in fine. ff. de fideiuss. l. amissi. §. fideiussores. ff. eod. tit. Notant vtrobique; Bar. Paul. Ang. & Imol. gl. & tex. in l. quero. ff. loca. & in l. centum Capuz. ff. de eo quòd cer. loco. & vtrobique Doctores Alexan. consil. 34. num. 5. lib. 2. Paul. Angel. Bart. & Ias. in l. nummis. ff. de in lit. iuran. Bald. in l. si prædium. C. de ædil. edict. Florian. in l. ait lex. col. 1. nu. 2. ff. ad leg. Aquil. Obligatio autem seruiēdi creditori prouenit ex natura contractus, nā obligatus mihi dare centum, si non habet vnde soluat: tenetur mihi seruire ex generali dispositione huius legis, & receptissima Hispaniæ consuetudine. Cum ergo seruitiū veniat ex natura contractus videtur fideiussorem si soluendo

12 soluendo nō sit esse addicendum creditori. ¶ His congruit quōd statuto fieri potest, vt quis obligetur pro alio vsque ad pœnā infamit̃ etiam si de ea re nullum pactum initum sit ita docet Alex. in. l. s̃ape numero. ff. de re iud. Feli. in additionibus ad Abbatem super decretalibus, col. fin. Sali. in rubr. C. res inter alios act. Cum ergo obligatio vnus pro altero extendatur, vsque ad id, vt censetur obligatus subire pœnam quæ infamiam irrogat: etiam si infamia equiparetur morti, iuxta glossam in. l. iuxta. C. de manum. vindict. videtur fideiussorem cogendum esse subire dispositionem huius legis cum debitor sit, & in omnem causam videatur obligatus.

13 ¶ Sed his non obstantibus fideiussor qui soluendo non est addicendus creditori pro causa fideiussionis, si fideiussio prouenit ex lege. vt in casu. l. 2. ff. ad municip. & similibus: & hoc casu deficit ex prudenti, & æquissima causa decretum huius legis. De hac re est textus expressus in. l. 134. inter leges quas vocant Stili. verba eius hæc sunt: *Es a saber, q̃ el fiador no será dado por preso por la deuda que hizo, maguer los sus bienes no cumplan a pagar el deudo, salvo sino obligo su persona y bienes.* Ille autem qui fideiussor cõsuetur ex dispositione legis non obligauit personam suam, & bona ergo non addicendus: ita enim significat lex à contrario sensu. Videtur hæc lex prodita ad declarationem legis Fori. 2. titulo De los gouernos, lib. 3. vbi præcipitur, vt debitor inops seruiat creditori. Leges enim cõtete in libro quōd vocamus Stili, plerumq; declarāt leges Fori Regij, continentur enim in libro quæ tale habent inscriptionem. *Leyes del estilo, y de claracion de las leyes del Fuero.* Nota ergo illa verba. *El fiador no será dado por preso, maguer los sus bienes no cumplan a pagar el deudo.* Illa verba, *No será dado por preso.* Significant nō esse creditori addicendum, vt manifestè ex vi, & energiã verborum probatur, & ex quadam lege quæ continetur in volumine Ordinationum Regis Ferdinandi qui Hispaniam Sarracenis addemit in eo enim volumine est. l. incipiens *Si el ome*, quæ inter alia hæc verba continet. *Maguer que se vaya con furto grande, y aunque abra la puerta, no le matarán por ello, ni le tajaran la mano, ni las orejas, mas darse lo han por preso por seruo, y si uase del, hasta que sea quitto lo quel leuo furtado, e despues entreguelo al que ouiere de auer las sentenas.* Vides hanc legem appellare Preso, de-

bitorem qui addicetur creditori, nam etiam debitor ex delicto addicetur creditori, vt dico infra cap. 11. Quinimo ipsa. l. 134. Stili, continetur in eo volumine constitutionum Regis Ferdinandi. d. l. incipiente. *Es a saber.* Rursus quōd in ea lege, verbum *Preso*, significet additum: probatur ex lege Gothica cõtenta in libro vulgo dicto *Fuero Juzgo*, quæ sic inquit. *Si mugeres ouieren de estar presas por debda, si el deador se quisiere assegurar, o fiar en la muger que algo le deuiere, por esta raxon, echele su señal, e ande la villa por su presa.*

¶ Rursus hoc probatur expressius in. l. 2. titu. 2. 1. part. 1. cuius verba sunt: *Por el deudo que deuiesse non deue seruir, nin ser preso de ninguno.* Hæc lex refert Iuris Ciuilis dispositionem qua inops debitor non est addicendus creditori, dque exprimit per illa verba, *Ni ser preso de ninguno.* Additus enim dicebatur, *Preso del acreedor.* Idem probatur in. l. 1. 2. titulo De las deudas, l. b. 4. Fori, ibi: *Sean entregados del cuerpo.* Et in. l. fi. eod. tit. ibi. *E si los bienes no cumplieren, sea apoderado del cuerpo.* Sic ille qui detinetur à creditore in seruitium quia reddedit illum ab hostibus (quod de Iure Ciuili licet) vt dixi c. 1. num. 65. dicitur detineri in iugo seruitutis, vt in. l. præses ibi: *Ne ulterius in seruitutis iugo detinearis.* C. de capti. & postlim. reuer.

14 ¶ Deinde quod verba illa legis Stili: *No será dado por preso*, significant non esse addicendum creditori: probatur efficacissimè ex ipsis verbis legis, quæ iterum repetere libet. Inquit lex. *Es a saber, que el fiador no será dado por preso por la deuda que hizo. maguer los sus bienes no cumplan a pagar el deudo.* Nota hæc vltima verba *Maguer los sus bienes no cumplan a pagar el deudo.* Si enim bona non sufficiunt soluendo debito fideiussor retinè capi poterit, & in carcerem pertrahi, vt dixi supra. Itaque illa verba: *No será dado por preso, maguer los sus bienes no cumplan a pagar el deudo*, non significant, vt non possit deduci in carcerem: si enim debet, & non est soluendo, de iure pertrahi potest in carcerem, vt probaui. Si ergo non significant fideiussorem non posse pertrahi in carcerem? quid significant nisi posse dari in captiuitatem creditori?

¶ Rursus nota illa verba. *No será dado por preso*, nō enim inquit lex, *no será preso*, sed *no será dado por preso.* Quis potest dare *Por preso*, nisi iudex, ergo iubet ne iudex addicat

Bb 3 fideiussor

De Inope debitore

fideiussorem creditori. Ideò enim lex nostra additum appellat *Preso*, quoniam videtur dari in captiuitatem. l. 2. ff. de libe. homi. exhib.

¶ Præterea vis verborum hoc satis significat. Aliud enim est, *No ser preso*, aliud, *No ser dado por preso*. Qui enim in carcerem deducitur non dicitur *ser dado por preso*, sed qui iudicis decreto datur in seruitium creditori.

¶ Sed, vt cerebrosis satisfaciamus. Quid volunt vt significet illa verba, *No ser dado por preso*? respondebunt ne deducatur in carcerem. Sed hoc prorsus falsum; quis enim vniquam docuit fideiussorem bonis carentem non posse pertrahi in carcerem? Sed fingamus id significare? adhuc nostra sententia asseritur. ille enim qui non potest ob debitum deduci in carcerem non est addicendus creditori, vt docui. c. 3. num. 2. Et docet Rodericus in. l. 2. titulo *De los gouernos*. Quinimò neque tenetur eam bonorum cessionem subire quam præscribunt iura ciuilia licet facilis sit minimeq; onerosa: si ad additionem conferatur, ita docet Bald. in. l. 1. C. de celsi. bonor. Socin. in regula. 46. Fallen. 12. cum alijs citatis à me in dictis locis.

¶ Sed quia contrariam sententiam: scilicet quod fideiussor qui obligauit personam sit addicendus creditori videtur expressè probare ipsa lex Stili. 134. supra allegata quæ in fine dicit: *saluo sino obligare super persona, y bienes*. Visum est aliqua proponere nihil affirmas, sed iudicium relinquens lectori quoniam hæc opinio, vt fideiussor inops non addicatur creditori ex causa fideiussionis est æquissima; ergo eam robore rationum & argumetorum comuniamus. Nam lex Stili, non habet vim nisi quatenus est consuetudine approbata. Primò Salomon monens; nequis in cōsultè fideiubeat, proponensq; damna quæ ex fideiussione imminet: nunquam retulit, fideiussorem in seruitium dandū creditori, licet id apud Hebræos ob non solutum creditum, in vsu esset tantum inquit Prouerbiorum. c. 27. *Noli esse cum his qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro alijs debitis*. Et Tigurina æditio hic sic habet. *Ne sis inter eos qui stipulata manu fidei iubent, & pro debito obstringunt. Cur enim committeres vt si soluendo non esses leuatus tuus sub te auferretur*. Hæc tantum pericula denuntiat Salomon non additionem. Deinde lex Stili loquitur de fideiussore qui obligauit personam suam & bona, vt

possit addici. Ergo non practicabitur in fideiussore qui non obligauit personam suam, & bona; sed est fideiussor ex lege de quo genere fideiussorum loquitur. l. 2. ff. ad municipa. nisi ex delicto, lex reputet eum fideiussorem, vt dico infra. num. 20. Deinde de iure fideiussor nunquam videtur se obligare ad pœnam corporalem, neque illam subire cogitur, imò de ea re pactum expressè factū non valeret, neq; enim admittitur fideiussor pro eo qui pati debet pœnam corporalem. glos. celebris in. c. cum homo. 23. q. 5. Bald. in. l. 1. col. 2. num. 3. C. ne filius pro patre. & in. l. ad commentariensem, col. fin. & ibi Sali. C. de custo. reo. Alexand. in. l. sæpe. num. 9. ff. de re iudic. Felin. in. c. contingit. 1. de senten. ex cōmu. & in. c. pastoralis. 9. quia verò num. 15. de offic. de leg. & in. c. cum venisset. nu. 4. de testi. & in. c. cognoscentes, col. 2. de consti. u. & in. c. legebatur col. 2. de maior. & obed. Ias. in. l. de quibus. nu. 57. ff. de legib. in. l. 1. nu. 9. ff. de in litem iuran. & in. l. non impossibile. num. 2. ff. de pact. Hyppol. in rep. Rub. de fideiussor. num. 206. Et in practica criminali vers. quoad aliam particulam pag. 5. Franciscus Marcus decisio. 183. num. 3. Roma. sing. 129. incip. tu scis. Et probatur Iure Regio in. l. 16. tit. 1. part. 7. & in. l. 10. tit. 29. part. 7. & in. l. 3. tit. 8. lib. 2. Fori, vbi dicitur quòd fideiussor non patietur pœnam corporalem imponendam ei, pro quo fideiussit; vt latè per omnes Doctores in locis supra citatis, & per Cassan. in consuetudinibus Burgun. Rub. 1. 9. 5. nu. 169. Facit. l. 5. tit. 11. lib. 1. Fori.

15 ¶ Cum autè addici creditori habeatur pro pœna corporali, vt latè probaui. c. 2. num. 34. nam sola celsio probrosa (licet præstet liberationem debitori) habetur pro pœna corporali, & creditor ad cuius petitionem, probrosam cessionem debitor subijt non potest amplius conuenire debitorum; licet ad pinguiorem perueniat fortunam, vt dico c. 2. num. 27. Cum igitur addici creditori torque ferreo indutum habeatur pro pœna corporali planè sequitur fideiussorem non debere illam subire.

16 ¶ His congruit quòd de iure non valet statutum quo infamia irrogatur illi qui pro alio se obligat, auctore Sali. in rub. C. ne filius pro patre Ias. in. l. de quibus. num. 57. ff. de legi. Et cum per statutum hoc fieri non possit, non poterit fieri per pactum iuxta glossam in rubrica. C. de decretis decurio. Ias.

Ias. in. l. de quibus. num. 57. ff. de legi. & in §. quædam col. 6. & in §. actiones autem de peculio. num. 38. Insti. de actio. & in. l. non solum. §. morte. nu. 38. ff. de noui oper. nūtia. Felin. in. c. 2. & ibi Decius. nu. 4. de con. sti. cum alijs congestis. c. 2. num. 5. Ergo fideiussio pro alio non extendenda ad hoc, vt pro eo subeat infamiam. Addici autem creditori torque ferreo deforme, & infame est, & ignominiosum, & infamiam irrogat nam celsio bonorum qui ignominiosè fit irrogat infamiam autore Cin. & Paul. in. l. nullus. C. quib. ex causis infam. irrog. Zaf. in. l. 1. ff. de celsio. bono. addici autem cum torque ferreo ignominiosum est, & magis infame, & miserabile: quam celsio ignominiosa. Nam celsio ignominiosa saltem præstat liberationem. at addictio, præter ignominiam; irrogat necessitatem seruiendi.

17 ¶ His suffragatur argumentum Achileum, quod apud bonos viros hæc sententiã prorsus euincet. Nam fideiussor nunquam videtur obligatus ad incogitata, vt docent Bart. Paul. Ang. & Imola in. l. si in pignore. ff. de fideiuss. Ego autem haud facile credam fideiussorem pro alio se obligantem cogitare se torque illigatum ferreo, omnibus fortunis exutum in seruitutem quandam miseriam tradendum creditori; imò si id somniat à fideiubendo longè abesse. Ergo cum de hac re verisimiliter non cogitarit (quis enim per alieno negotio vult, & bonis, & honore, & libertate ignominio se priuari) obligatio ad hæc non extèditur, & cum obligatio ad hæc non extèdatur, ab addictione, & seruiendi necessitate liber est.

18 ¶ Adiuuat hæc opinionem iuris regula quæ cauetur fideiussorem nunquam videri obligatum in pœnam quæ imponitur ratione contumaciæ rei, ex qua augetur condemnatio ita docet glos. & Bart. in. l. quæro. ff. loca. Ias. qui rem latè tractat in. l. 1. per text. ibi. ff. de in litè iuran. & ibi Bar. Paul. Fulgo. & Alexan. post Albe. Boer. decis. 314. col. 2. Angel. Aretin. in tractatu maleficiorum in glossa: *Pro quibus Antonius fideiussor*, versic. quæro an fideiussor. Platea & Ias. num. 9. in. §. quadrupli. Insti. de actio. nisi secundum eum fideiussio fuisset plena in omnem casum. Debitori autem qui addicitur creditori pœna imponitur quorsum enim attinet hominem liberum portare torque ferreum quem ne creditor quidem ipse auferre ab eo potest nisi velit amittere creditum, vt in pragmatica. 79. nisi vt pu-

niatur socordia debitoris qui facultates suas amisit quod flagitiosum reputatur, vt docui. c. 2. num. 44. & 45.

19 ¶ Et quod fideiussor non censetur cogitasse, neque se obligasse ad seruiendum; probat textus vulgatus, & ad hanc speciẽ insignis in. l. obligatione generali. ff. de pignor. Inquit lex. *Obligatione generali ea non continentur quæ verisimile est quenquam specialiter obligaturum non fuisse, vt puta suppellex, & vestis relinquenda est debitori, & ex mancipijs quæ in eo usu habebat, vt certum sit cum pignori daturum non fuisse.* Ecce lex prudentissimè, & ciuilitè interpretatur obligationem omnium bonorum; ita etiam nos eodem exemplo, & ex eadem verisimilitudine interpretemur generalem obligationem personalem qua quis se pro alieno negotio fideiubendo adstringit; vt non censetur se obligasse ad seruiendum creditori neq; ad subeundum decretum huius legis. Deinde pœnam huius legis non meretur, qui tantum tenetur ex eo quod ex lege pro amico videtur fideiussisse absq; eo quod aliquid ad illum perueniat. Hanc opinionem probō tanquam æquiorē, grauiorē, & veriorē de iure; & hic vnus est casus in quo debitor inops eximendus est à carcere facta bonorum cessione quã ius ciuile præscribit scilicet dicendo *Cedo bonis*, non autem est addicendus creditori, neque oportet, vt ab eo suppliciter inducias petat. Non obstant ex aduerso prolata. Non obstat quod reuli ex Salomone Prouerb. 6. nam incidere in manus proximi dicitur qui ei est obligatus, nam illius benignitate eget, ne rigida seueritate exigit creditum. Non obstat quod fideiussor debitor est, & quod potest fieri aduersus eum executio, & quod ex ea deducetur in carcerem. Fateor hæc omnia vera esse, sed tamen non addicetur creditori, fideiussor ex lege si soluendo non sit quoniã non videtur ad id se obligasse: imò soluendus est à carcere cedendo bonis iuxta formam Iuris Ciuilis. Non obstat quod fideiussor videtur se obligare in omnem causam quæ ratione debiti principalis prouenit; præsertim si prouenit ex natura contractus. Respõdeo quod videtur se obligare ad omnem causam scilicet cogitatum non autem ad incogitata, & non est verisimile cogitasse se ferreo torque omnibus fortunis exutum, & honore spoliatum ignominiosè tradendum creditori, præsertim quod loquor de fideiussore ex lege.

Bb 4

¶ Sed

De Inope debitore

20 ¶ Sed limitanda hæc opinio est, quãdo quis idẽdẽ censetur fideiussor quod debitorem qui in carcerẽ ducebatur vi exemit è manibus apparitorũ: hic enim addiceretur quoniã debet ex delicto, & delictũ pœnã meretur. Sed cẽsetur obligatus ex impudẽti maleficio quod rigidã castigationẽ meretur, & tenetur ac si fideiussisset pro debitore quem è manibus apparitoris exemit. l. quoties. C. de exact. tribu. lib. 10. & ibi notant Doctores, scribit Bald. in l. addictos. C. de Episcop. audi. Ang. Aret. in. §. pœnales. Instit. de actio. DD. in. l. 1. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi eximat. Hypp. sing. 137. in iure. Bart. Ang. Bal. & Paul. in. l. sed eximendi per illum textum cum lege sequenti. ff. ne quis eum qui in ius voca.

21 ¶ Quinimodò ille qui monuit debitorem, vt fugeret quoniam creditor machinabatur eum capere, & in carcerem per iudicem perducere tenetur soluere creditori debitum si debitor fugit: & creditor suum debitu perdidit, ita docent Rayn. & Salic. in. l. fin. per illum textum. C. de oper. liber. & per. l. quoties. C. de exact. tribu. lib. 10. Ias. in. l. hoc ædictum. §. quod prætor. num. 7. ff. ne quis eum qui in ius vocatus est. Et licet Bal. teneat contrarium in. d. l. si. hanc opinionem probat Ancha. cons. 341. Vifo themate. in fine. Bald. in. c. dilectus. col. 4. de appell. & ibi Cardi. Alex. Anania, consi. 55. & Hyppol. singul. 137. & in rep. rub. ff. de fideiui. col. 7. in prin. Gomez Arius, in. l. 64. Taur. num. 10. Barba. consil. 75. col. 3. & 4. lib. 5. Et quãdo occultans debitorem meum teneatur debito. vide Cacia Lup. in tracta. de debitore suspect. & fugitiuo. q. 10. num. 1. Ergo qui censetur fideiussor quia eximit debitore, è manibus à paritoris addicetur creditori hic enim pœnam propter violentiam meretur. Et licet qui non habet bona debeat luere corpore, si debeat ex delicto statutũ est Iure Regio, vt si negotium contineat rei restitutionem teneatur seruiendo satisfacere ei cui res debetur, vt dico infra.

22 ¶ Deinde limitanda hæc opinio in eo fideiussore ad quem pecunia pro qua fideiussit peruenit, tunc enim; cum non teneatur, ex spontanea & liberali obligatione. Sed ex obligatione extorta pecunia: æquissimum est vt omni iure cogatur ad crediti satisfactionem.

23 ¶ Moueor quoniam fideiussor ad quem pecunia peruenit est peioris conditionis quã fideiussor ad quem pecunia non peruenit

argumento glossæ in. l. vnde queritur. ff. cõ mod. & eius quod notant Ange. Aretin. in §. si plures Instit. de fideiuf. Bart. in. l. 2. §. vbi duo. ff. de duob. reis. & in. l. duos reos. ff. eod. tit. & in Authen. hoc ita. vers. 7. quarto. C. de duo. reis. Scilicet quod fideiussor ad quem pecunia peruenit: est excutiendus ante alios fideiussores, veluti reus principalis. notat Guilielmus Cugneus in. l. sed Iulianus. §. idem ait si duos. ff. ad Maced. per illum textum cum glossa in Authent. de fideiussor. §. 1. col. 1. Bart. in. l. in duobus. §. vbi duo rei num. 15. ff. de fideiuss. Florian. in. l. nullus. per glossam ibi. ff. de testib. Hyppolit. in rep. rubr. de fideiussoribus num. 65. & 371. Ias. in. l. huiusmodi. num. 2. ff. de leg. 1. Lupus in repe. c. per vestras, in. §. notabili. nu. 10. col. 6. vers. Per que. Boer. decisione. 255. num. 5. Rom. consil. 14. num. 1. Anania. consi. 33. num. 7. Hyppolit. sing. 2. Paul. in. l. vnde queritur. ff. de peculio. Hæc opinio est æquissima: hic enim non conuenitur solum quia fideiussit, sed quia pecunia ad eius manus peruenit: quo casu æquitas dicat, vt non minus rigidè ab eo exigatur quam ab eo principali.

24 ¶ Idem dicendum in eo qui accepto pretio fideiussit; ex rationibus supra dictis: cessat enim iniquitas quod addicitur qui liberalitate animi se obligauit, pro alieno negotio, hic enim suum egit negotium cum se obligauit accepta pecunia, & res principalis debitoris ad eum peruenit. Quare non est iniquum hunc ad viuum excuti, non enim hic meretur misericordiam quam fideiussor qui pro alieno negotio gratis fideiubet dignus est. Receptum est enim, vt liceat reo fideiussori dare pecuniã, vt pro eo fideiubeat, vt in. l. hoc iure. §. Labeo. ff. de donat. l. si remunerandi. §. Maurus Paulus. ff. mand. Bart. & Paul. in. d. §. Labeo. Angel. Clauasius, in sua sũma verbo *Fideiussor*, ad finem. Laurentius Rodolphus, in tractatu. de vsuris, par. 3. q. 3. qui tamen dicit: tutis esse à lucro pro fideiussione abstinere, cum quo transit Diuus Antoninus in summa Theolo. par. 2. tit. 1. c. 7. §. 45. Lup. in. c. per vestras. 6. notabili. §. 9. nu. 10. Decius consi. 7. num. 1. Conradus de contractibus. q. 40. conclu. 4. Medina de contractibus cap. de vsura restituenda col. 8. & est communis opinio teste Couarru. Variar. resolu. lib. 3. c. 2. num. 6.

25 ¶ Sed si sit periculum in fideiussione tunc
pro

pro indemnitate licitum fideiussori pascif
ci, aut stipulari mercedem, quia tunc nō ac-
cipitur, pro fideiussione sed ratione peri-
culi: sentit Couarru. in. d. loco. vers. sic &
ipse. Mouetur quoniam cum creditor gra-
tis mutuans pecuniā suam, & ea ex mutuo
carēs; nihil possit pro mutuo exigere, mul-
tò minus poterit fideiussor, qui nihil dat;
nihilq; præstat, præter consensum quo se
obligat. Qua ratione Couarru. communem
opinionem non admittit quando debitor
pro quo fideiubetur talis est, vt nihil im-
mineat periculi fideiussori. Nam cum cre-
ditor pro officio mutui, nihil possit exige-
re à creditore: multò minus poterit fidei-
ussor pro officio fideiussionis, imò multo
minus, quia minus officij impendit quam
qui rem propriam mutuo dat. Equidem
dicta opinio ad Christianam equitatē ma-
ximè accedit; tamen commerciorum fre-
quētiam intercedit, & interrupt. Deinde
respōsum quod reddi potest ad. l. hoc iu-
re. §. Labeo. ff. de dona. nō euacuat eius vim.
Nā licet lex dicat, q̄ non est donatio mer-
ces quæ datur, quia pro te satisfecisti: non
ideò lex videtur approbare mercedem quæ
datur pro satisfactione. Certè hoc respon-
sum mihi non placet Iure Consulto enim
volens docere non esse donationem quod
ob causam datur, non est verisimile quod
posuerit exemplum causæ turpis, & illicitæ,
& cætera exempla quæ ibi ponit sunt
honestissima (putà) do mercedē quia mihi
aduisisti, vel qui re tua, vel gratia tua, vel o-
pera tua vsus sum, vel quia pome satisfeci-
disti. Itaque dare pretium quia pome sa-
tisfecidisti, à Iure consulto ponitur, inter cau-
sas honestas. Præterea illud argumentum,
quod potest formari si creditor nihil potest
exigere vltra sortem, etiam si suam pecu-
niam dat: ergo neq; fideiussor qui nil dat,
eludi potest hac ratione: quoniam minus
incommodum est amittere quod habeas, quā
soluere quod nō habeas (hoc est) minus in-
commodum est creditori non solui sibi suā
pecuniam quam fideiussori soluere quod
fortasse non habet, vel tempore solutionis
non habebit. Quoniam tamen dicta doctri-
na sincerior videtur inspecto Iure Pontifi-
cio quo lucra iniqua cohibentur. Illud ad-
dere visum est quæ cōmuni opinioni pror-
sus stabo quando debitor eius naturæ est,
vt fideiussor se periculo exponat, nam ra-
tione periculi cui quis se exponit, admitti-
tur lucum quod aliàs improbat, vt in

nautico fœnore videmus quòd à bonis vi-
ris nō improbat, vt in. l. in naue Saupheli.
ff. locati. not. Lup. post alios in rep. c. per ve-
stras. 6. notabili. §. 9. nu. 12. Butric. in. l. 1.
C. de nauti. fœnore, Couarr. d. lib. 3. c. 2. nu.
5. Bal. in. l. 1. col. 4. C. de summa Trin. san-
ctus Thomas in tractatu de vsuris, q. 9. Ca-
ietanus in summa verbo, *Vsura exterior*, ver-
sic. duodecimus casus.

26 ¶ Deinde communi opinioni stabo, quādo
etiam si fideiussor se non exposuit pericu-
lo tēpore quo fideiussit quia debitor ido-
neus erat, re vera periculum patitur inspec-
to tempore quod postea est subsecutum
quo debitor peioris conditionis factus est.
Tunc enim ad euitandum damnum, potius
quam ad capiendum lucrum admittendus
est ad pecuniam quam debitor ei promisit
argumento eius, quod diximus supra nu.
26. Quod confirmatur quoniam vel eo no-
mine hoc permittendam fideiussori, vt ha-
beat aliquam rem debitoris quam credito-
ri offerat, ne sibi rem suam auferat quod in
iure permissum est.

27 ¶ Licitū est enim fideiussori propria au-
toritate soluere de bonis debitoris pro quo
fideiussit, vt in. l. si procurator ē. §. si igno-
rantes. ff. manda. ibi. *Ex substantia debitoris
soluere*, & ibi notat Bart. & in Authen. qua
in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet.
Angel. in. l. Plautius. ff. de procur. Bald. in
Authen. si captiuus C. de Episco. & clerici.
Rodericus in. l. 2. titulo *De los emplazamientos*.
§. sed pone quæstionem col. 9. vers. Et non
solum. Lup. in rep. rubr. de dona. §. 2. 2. si au-
tem pater, num. 9. vers. per quem. Felin. c.
olim. col. 4. de accusa. præsertim si fideiuf-
sor soluendo non sit, vt notat Bal. in. d. Au-
then. si captiuus, & ceteri, vbi proxime.

28 ¶ Præterea sequar communem opinionem
quando debitor pro quo fideiussit magnam
quantitatem lucratur ex cōtractu pro quo
fideiussit: hoc enim casu non est aduersus
æquitatem, vt mihi fideiussori salua ma-
neat pecunia data pro fideiussione.

29 ¶ Moueor ex eo quod licet non sit licitum
pecuniam accipere pro mutuo, tamē si de-
bitor cui pecuniam mutuo do, magnā quā-
titatē lucratur cū mea pecunia: dicit q̄ rata
manet stipulatio qua caui, vt mihi aliquid
supra sortē redderetur, quoniam ego benefi-
ciū contuli in debitorē mutuādo pecuniā
absq; qua lucū illum non parasset, & debi-
tor absq; damno suo reponit acceptum be-
neficium, ex lucro quod acquisiuit.

¶ Sequar

De Inope debitore

¶ Sequar rursus communem opinionem: quando licet debitor idoneus sit; negotiū pro quo fidei iubeo tale est, vt euētus sit incertus, & periculosus, ita vt debitor licet idoneus sit, ad soluendum per duos annos non possit soluere per annos decem si res ex animi sententia non succedat. Moucor quoniam fidei iussor ratione dubij euentus qui adest ex natura rei meretur, & licitè accipit prætium, vt supra cum Couarr. dixi.

30 ¶ Sed obijciat quispiam, semper est periculum: quoniā res humanæ sursum, deorsum, quæ voluuntur: instabiles sunt, & caducæ, & si nunc non est periculum, quoniam debitor idoneus est: tempore forsam fiet inidoneus, vel fortunarum iacturam patietur, & etiamsi eam non patiatur sufficit periculum, quod omnibus humanis rebus imminet. Sed responde quod ad ea quæ frequentius accidunt iura adaptantur, neque tristis euētus est expectandus nisi debitor se obijciat rei ex natura sua periculose: putā si conducat portoria, nam huius redditus foelicitas, ex incertissimo euentu pendet, & infœlicitas, vel foelicitas, quia proxima, & verisimiles iure optimo consideratur. At non debemus considerare domum ruituram, pecuniam à furibus surripiendam, pecora à latronibus enecanda, & similes casus à quibus mortalium nullus cū non sit tutus; nemò dicetur idoneus, nisi ad probabilem humanarum rerum speciē respiciamus. Illud tamen longo indice notandum quod in casibus in quibus dixi fidei iussorem esse addicendum creditori quæ aliquibus videtur regula generalitèr admitenda: intelligitur nisi quantitas cuius ratione petitur addici debeat à reo principali: non ratione contractus pro quo fidei iussum est: sed ratione alicuius contumaciæ commissæ à debitore circa illud negotium, nō enim obligatio fidei iussoris ad id extenditur, neque pro eo cēsetur obligatus. l. fin. ff. de fidei iussor. l. fidei iussores magistratū in principio. ff. de fidei iussor. & ibi notant Bart. Paulus, Angel. & Imola. Alex. conf. 34. col. 1. lib. 2. Facit textus in l. libertus, ad finem. ff. de municip. notant Bart. Paul. Angel. Fulgos. Alexand. & Ias. in l. 1. ff. de in litem iura.

31 ¶ Utē limita in fidei iussore de iudicio sisti, nam si reum si stat non tenetur soluere iudicatum, neque fidei iussio vim habet post sententiam. l. Græce. §. & post litem. ff. de fidei iussor. & ibi notant Bart. Paul. Ang. &

Imola, idem Bart. Paul. Alexand. & Ias. in l. rem in iudicium. ff. de in litem iuran. textus in l. 1. in prin. ff. si ex noxa cau. aga. iūta gloffa parua in verbo *Iudicium*, Bart. in l. in fin. C. de fidei iussor. gloff. Angel. & DD. in l. 2. §. in fidei iussorem. ff. qui satisda. cogan. Bald. in l. qui crimen, in. 3. quæstiones. C. qui accusa. non possi. & in additionibus ad Specul. tit. de reo in prin. Roderic. l. 1. 2. titulo *De los emplazamientos*. §. sed pone versic. considera vltorius: Si tamen non constat reum in iudicio, tenetur ad interesse, & an illud cogatur soluere executiuè, vide Bart. in l. 1. ff. de iudi. solui. textum in l. 2. §. in fidei iussorem. ff. qui satisda. cogan. & ibi Angel. Fulg. Paul. & Alex. ad. Roderic. d. §. sed pone, & an teneatur soluere totum quod actor in libello petit, an vero, quod re vera debetur certè non sufficit quod actor dicat tantum petij, sed solum tenebitur fidei iussor ad id quod re vera debetur. l. 2. §. in fidei iussorem. ff. qui satisda. cogan. & ibi glo. Bart. & Angel. Roder. in l. 2. titulo *De los emplazamientos*. §. nūc opportune. in fine versic. quæ ro vltorius. Sed est quæstio elegantissima quid si fidei iussor pro aliquo qui soluendo non est, & creditores petunt, vt ego qui diues sum soluam. At ego ea exceptione me tueor: quod debitor est prius excutiendus (excursionem autem voco, non eam solum quæ fit in facultatibus verum etiam eam quæ fit in persona debitores) contendoque debitorem prius esse tradendum creditori, & quod si operis non persoluat quia moriatur, vel fugiat tunc dicetur verè facta excussio, & ego cōueniri potero. Supponendum autem quod vt est manifesti iuris fidei iussor non potest conueniri, nisi excusso, vel absente reo principali, vt in Auth. presente. C. de fidei iussor. Auth. hoc si debitor. C. de pigno. Regia. l. 9. tit. 12. part. 5. nisi in casibus quos excipit, & congerit Socin. regula. 134. decisio Tolosana. 130. & Petrus Ducñas, qui rem satis diligentèr, & copiosè exequitur in regula. 335. Neq; obstat quod iure Regio videtur fidei iussorē conueniri posse non excusso principali, vt in l. 3. tit. 18. lib. 3. Fori, notat Rodericus in l. 2. titulo *De los emplazamientos*. §. quæritur vltorius, col. fin. Lupus in. c. per vestras. §. 18. incip. ex quibus omnibus nu. 10. Nam illa lex Fori apud nos scilicet in hac vrbe, & Senatu Granatensi in vsu non est, & nō habet vim vllam nisi apud eos, apud quos seruatur si qui fortè sunt.

¶ Nam

- 32 ¶ Nam leges fori non habent vim legum, nisi quatenus sunt moribus receptæ, vt in l. 1. Tauri. scribit Roder. in prohemio Fori. Et ita distam legem Fori non seruandam, nisi apud eos, apud quos moribus est approbata: notat Petrus Dueñas. d. regula 335. limita. 18.
- ¶ His ita definitis, videtur fideiussorem rectè excipere, & quòd prius debitor principalis est addicendus creditori, & operis soluere, quam ad fideiussorem perueniatur.
- 33 ¶ Moueor, quoniam ex dispositione huius legis satisfactio debiti; non solum facienda est ex bonis, verum etiã ex operis, & seruitio personali: ex quo sequitur, quòd cum debitor principalis operis suis satisfacere possit, & debeat: quòd fideiussor qui est obligatus, in subsidium non possit conueniri, cum principalis soluere possit.
- 34 ¶ Rursus moueor, quoniam debitor addictus creditori, videtur esse apud eum loco pignoris, vt expressè probatur in l. ab hostibus. C. de capti. & postlimi. reuer. ibi. *Ab hostibus redempti, quoad exsoluatur pretium: magis in causa pignoris constituti: quam in seruilem conditionem detrusi: videntur.* Notat Roder. in l. 2. titulo *De los gouernos.* col. 4. vsi. & notabis. De iure autem, si creditor habeat pignus, non potest conuenire fideiussorẽ, quousq; videatur, an pignus satisfactioni sufficiat: ita docet Cardinal. in c. peruenit, de fideiuss. Ex generali dispositione Authen. præsentis. C. de fideiuss. qua cauetur non posse conueniri fideiussorem, nisi excusis bonis principalis. Pignus autem creditori tantum in bonis debitoris computatur, & debitoris est. Ergo excusio prius in eo facienda est: & si nõ inueniatur emptor, est creditori ad iudicandum arg. l. si. de iur. dom. impe. ita docet post Cardinalẽ Ioannes Imola in d. c. peruenit, dicẽs hanc opinionem veriozem esse, & sequitur Vitalis Cambanus in tractatu clausurarum, clausula si. nu. 2. Barba. in d. c. peruenit. num. 9. Petrus Dueñas, regula. 335. num. 5. Cum ergo creditor habens debitorem in sua potestate dicatur habere pignus, certè non potest conuenire fideiussorem, sed pignus prius excuti debet. Præterea non posse conueniri fideiussorem, donec opere debitoris excutiantur: probatur, quoniam fideiussor offerens operas debitoris videtur absoluedus, offerens enim operas, videtur offerre pecuniam.
- 35 ¶ Nam opera est loco pecuniæ; imò aliquãdo plus confert quam pecunia. l. si nõ fuerint. l. societatem. §. si in cocunda. ff. pro soc. notat Alex. cõf. 99. nu. 5. lib. 2. & dixit latè, in tractatu de decima tutori Hispanico iure præstanda. cap. 2. num. 16. ver. sed reddendo. Et licet opere sint debitoris, permissum est fideiussori soluere de bonis debitoris. l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. manda. & dixi supra hoc ipso capite, versiculo deinde communi.
- 36 ¶ Deinde, quòd fideiussor non possit conueniri; donec fiat excusio in operis debitoris; & videatur an ex eis creditori satisfaciatur; probatur: quoniam fideiussor quẽ non renuntiauit Auth. præsentis. C. de fideiuss. non potest conueniri, donec debitor principalis sit excussus, non solum in re, verum etiam in persona, & antequam persona excutiat, non dicitur perfectè facta excusio in persona debitoris: ita docuit Aymon, in consuetudin. Aluerniæ, titulo de executione, articulo. 59. num. 3. vers. & circa illud, de cuius opinione meminim. c. 1. num. 26. ver. neque solum, & declaro infra num. seq. Contraria tamen sententia verior est, imò vero, vbi primum ex facultatibus debitoris nõ potest satisfieri creditori, fideiussor conueniri potest. Moueor, quoniam excusio non est facienda in persona debitoris, sed tantum in bonis excusis, legitimè dicitur excusio facta, ita docent, Fulg. & Paul. in l. si ego. ff. si cer. peta. Alex. ibi expressè. num. 8. vers. & quòd bene verum est. Ias. ibi. num. 11. Alexand. in l. decem. num. 9. col. 2. & num. 14. ff. de verbo. obliga. Et est text. in l. 1. C. de decurio. lib. 10. ibi. *Sed non ante, nisi tuis proprijs rebus excusis,* nota illa verba *rebus excusis,* notat Iacob. in tractatu de cessione bonorũ, licet hoc respondere quispiam possit esse verum de Iure Ciuili, quo debitor ad seruitium, vel operas non cogebatur.
- 37 ¶ Rursus hæc opinio probatur efficaci ratione, quoniam debitor traditus creditori non statim soluisse dicitur, sed paulatim lapsu temporis soluit, & demum transacto omni tempore, à iudice præfixo solutio facta videtur, ex operarum temporali præstatione. Cũ ergo debitor addictus creditori, non statim dicatur soluisse, nisi demũ præstitis operis per tempus à iudice præfixum: certè fideiussor conueniri potest, non obstante ea exceptione, quòd debitor seruiendo, satisfaciatur, non enim solu esse dicitur

De Inope debitore

dicitur, vbi primum incipit seruire, sed quousq; transit omne tempus, nec opere in futurum præstandæ in bonis suis sunt quousq; eas præstiterit.

- 38 ¶ His accedit, quod eruditi prudenter tradunt debitorem dici non esse soluendo, quãdo exactio difficilis est: ita notant Ias. & Alexand. post Paul. in l. si. ff. si cer. pera. & in. l. decem. ff. de verbor. obliga. Ias. & Gomezius in. §. item si quis in fraudẽ Insti. de actio. Ille autem qui soluere nõ potest, nisi ex operis: non solum dicitur difficilis in exigendo, verũ etiam dicitur impossibile esse, vt ab eo statim exigatur: cũ enim pro debito iubeatur seruire per certum temporis spatium, & seruitium habeatur pro solutione certè non potest vno momento seruire per totum illum spatiũ, non enim duo anni vno die transire possunt: repugnat enim natura.
- 39 ¶ Confirmatur hæc ratio, ex mirabili doctrina Baldi, in. c. contingit. col. 6. de dolo, & contum. vbi docet, quod captura principalis non liberat fideiussorem: nam licet sit deuentum ad capturam; non idè est satisfactũ, idè vtreq; capi potest, cuius doctrinam sequitur Hippoli. singulari. 398. incip. dixi tibi, allegan. l. hæres à debitore. §. quod si seruus. ff. de fideiussor. & ibi Bar. Quamuis ergo principalis sit in potestate creditoris, vel possit esse; quia non est soluendo, nõ idè minus fideiussor cõueniri poterit, quoniam esse in potestate creditoris, non est soluisse.
- 40 ¶ His cõgruit quod fideiussor etiam non excuso principali conueniri potest, quando notorium est principalem non esse soluendo, ita docuit Bart. in. l. si. prope finem. ff. si cer. pera. glos. si. in. l. decem. ff. de verb. obliga. & in. d. l. fin. verbo Sed si cum Seio. Ang. in. l. nisi. ff. de pact. Alex. & Ias. num. 11. in. d. l. si. Claudi, ibi. nu. 4. Felin. in. c. cũ olim. nu. 11. de re iudica. Barba. in. c. peruenit. nu. 5. de fideiussor. Ias. in. §. item si quis in fraudẽ. nu. 69. Insti. de actio. Corneus, con. 46. nu. 13. lib. 2. Et dicit esse communem idè Corn. cons. 151. nu. 5. lib. 4. Hippol. in Rub. de fideiussor. num. 10. Gratus. consil. 87. nu. 23. Notorium autè est, quod cum debitor principalis addicitur creditori, addicitur, quia soluendo non est, & licet possit soluere operis, nõ statim dicitur soluisse, sed demum præstitis operis per omne tempus à Iudice præfixum.
- 41 ¶ His aliquantulò suffragatur, quod cedere

bonis, non est soluere, imò est remedium, vt non soluens, effugiat carcerem, vt in. l. 1. C. qui bonis cede. poll. notat Ang. in. l. nemo carcerẽ, col. pen. C. de exact. tribu. Vbi tradit, quod si dicat statutum, vt cõtra instrumentum non possit opponi, nisi exceptio solutionis, vel quod debitor non soluat è carcere, nisi soluat: quod cedere bonis, non est soluere, & sequitur Aretinus in. l. maritum. §. elegantèr. ff. sol. matri. col. si. ver. & hanc, & ibi. Alex. num. 13. post Ang. ibi, & in his quamquam verius credo, quod etiam stãte dicto statuto debitor liberatur à carcere, cedendo bonis, nam statutum debet interpretari secũdum ius cõmune. l. si. §. in cõputatione. C. de iure delibe. Ius autem commune, ne homines detineantur in carcere iubet solui, eos facta cessione, etiam si hoc non habeatur pro solutione, ita Bald. in. l. 1. C. qui bon. ced. pos. Quamquam non videtur loqui hoc casu, sed tenet Ancha. in repe. c. canonum. vers. decurrunt aliquæ quæstiones, de constitu. Barba. in. c. Odoardus, de solutio. licet Pau. in. d. §. elegantèr dicat, quod Florentiæ vidit irrideri doctrinam Baldi. Præterea illud est expeditum, quod nunquam permittedum est, vt debitor moriatur in carcere, etiam si supponeremus posse tolli beneficium cessionis bonorũ, ita Ripa, in. l. obligatione generali. ff. de solut. Non enim valet statutum, per quod tollitur remedium cessionis bonorũ, nisi simul detur aliquod remedium ad effugiendum carcerẽ, vt dixi. cap. 2. nu. 25. quare male Rod. sequitur Ang. in. l. 2. col. 3. tit. De los gouernos. lib. 3. Fori, sed vide, quæ dixi. c. 2. nu. 38. vers. sed non obstat quod inter christianos. Sed ad rem reddeundo: additio debitoris, in potestatem creditoris non est solutio. Idè fideiussor eius qui addicitur creditori, nõ liberatur, sed conueniri potest, sicuti dicimus in fideiussore eius, qui cedit bonis, quod nõ est liberatus, vt in. l. hæres à debitore. §. quod si stipulator. ff. de fideiussor. & ibi notat DD. notat Guido decisione. 211. num. 3. text. in. §. fin. Insti. de replicatio. Nota tamè signãter, & singulariter, quod tunc demum liberabitur si non renunciauerit beneficium cedendarum actionum, quia cum beneficium cessionis, sit beneficium personale ex supranotatis, atq; ita non debeat personam eius ingredi: cuius cõtèplatione indultum est. l. quia tale. ff. sol. matri. l. 1. ff. de constitut. Princip. si tamen fidei-

fideiussor non renūciavit: prædictum beneficium cædendarum actionū fideiussoribus competit exceptio ex propria persona, vt resoluit Cynus. in. l. 1. ff. de pact. quæ referens, sequitur Bal. in. l. quoties. num. 4. C. de precibus Imp. offeren. vbi ita inquit: *Secundo modo queritur, reus impetrauit dilationē iudicij, vel obligationis, fideiussor qui renūciavit beneficio de fideiussoribus vult ea vii: queritur, nunquid possit præsuppono etiam, quod renūciavit beneficio cædendarum, &c.* Ex quo patet, quod ad hoc, vt fideiussor non gaudeat beneficio principali concessio, necessarium est vt renūtiat dictum beneficium cædendarum actionum, quod expressius eandem sententiā tuetur Bal. in. l. tam mandatori. 12. nu. 11. versic. circa primum dic. C. de non numer. pecuni. Marcus Antonius Cuchus, in. tractatu de moratoria præscriptione, num. 126. versic. item secundum, cum sequentibus. tomo. 17. tractatuū nouæ impressio. fol. 204. nam, & si pactū personale fideiussori regularitèr non proficiat. l. nisi. ff. de pactis. l. & si fideiussor. ff. de re iudi. succedit etiam regula iuris, quod de cessione non potest vti fideiussor. §. fin. Instit. de replicatio. ibi. *Sanè quædam exceptiones non solent his accommodari, ecce cum debitor, si bonis cesserit, & cum eo creditor experietur, defenditur per exceptionē, si bonis cesserit, sed hæc exceptio fideiussoribus non datur.* l. hæres à debitor. versic. quod si stipulator. ff. de fideiussor. l. 3. tit. 1 §. par. 5. ibi. *Emaguer los que desamparar el suyo, se puedã defender contra aquellos à quien deuiesse algo para no responderlos en iuzio; con todo, esso no se puedẽ defender sus fadores por tal razón, que tenudos serian de fazer pagamiento.* Proderit tamen cædendarum exceptio. glos. vnica. in. d. l. nisi. ff. de pact. ad fi. ibi Alij dicunt, quod renūciavit beneficio cædendarum actionum.

¶ Et hoc priuilegium non porrigeretur ad futuros creditores arg. l. Aurelius. §. testamento. versic. Titius Seio. l. fin. §. Caio. ff. de liberat. legata. c. cum capella. & ibi gloss. de priuileg. Clem. fin. de rescript. & in his terminis resoluunt Guido Papæ decis. 109. Rebus. 2. tomo ad leges Regias. tract. de liter. dilatorijs. art. 1. glo. 1. num. 18. Cuchus vbi supra. num. 101. & fideiussor soluendo dicitur nouus creditor per actionē mandati, cū solutionis tēpore mandati cōsequatur actionem. §. si quid autem. Instit. de fideiussor. l. inter causas. §. si is qui. l. si mandato meo. §. 1. ff. mandati. l. 1. tit. 12. par. 5.

¶ Quamquam responderi potest, quod cessio bonorum introducta Iure Ciuili, & facta à debitor, non liberat fideiussorem: quoniam Iure Ciuili debitor facta cessione, non tenetur seruire, neque soluere operis. At Iure Regio debitor additus cogitur soluere seruiendo, sed huic argumento iam satisfactum est, alijs argumētis supra relatis. Postremò, quod fideiussor possit conueniri, etiam si principalis debitor additus sit creditori probatur, quoniã excusio censetur facta, quando debitor principalis bonis cessit, & fideiussor conueniri potest, quoniam iam constat, quod principalis non est soluendo. Ita docent Raph. Commen. in. l. decē. ff. de verb. oblig. Cin. in Auth. hoc si debitor. C. de pignor. Auffer. in additione capellæ Tholosanæ. 196. Claudius. in. d. l. decem. nu. 10. Et paupertas dicitur probata, vbi primum quis cessit bonis, vt definiunt communiter, Canonistę in. c. Odoardus per illum textum. de solut. l. si in. l. si constante. num. 148. ff. solut. matrim. Paris. confi. 80. num. 48. lib. 1. Sed responderi potest, vt supra, quod illud est Iure Ciuili, quo debitor facta cessione nō cogitur soluere seruiendo, & quod Iure Regio cogitur soluere seruiendo. Sed iã supra huic argumento respōdi, quod non statim, quod addicitur creditori videtur soluisse. Sed lapso tēpore præfinito à iudice iuxta debiti quantitatem.

42 ¶ Vltimo comprobati potest hæc opinio, quoniam debitor habens fideiussorem, nō potest addici creditori, habens enim fideiussorem videtur esse soluendo. l. si plures. §. præterea. ff. de fideiussor. & ibi not. Bart. Paul. & Ang. quod si est soluendo, non potest addici creditori: nam, solum inops qui soluendo nō est, addicitur, & satisfacit seruiendo, vt in hac lege, & similibus expressè probatur: non verò debitor qui est soluendo. Quod iterū. cōprobatur, quoniam debitor habens fideiussorem, non potest duci in carcerem, si fideiussor soluendo sit, idè iure cauetur debitorem non posse duci in carcerem, nisi excusis bonis, tam suis quàm fideiussori: quoniam si fideiussor soluendo est, debitor videtur esse soluendo, & debitor non potest duci in carcerem, nisi facta excusio bonorum suorum, & fideiussoris, vt tradit Alexand. in additione ad Bartol. in. l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. Arctin. in. l. maritum. §. elegantèr. nu. 7. ad finem. ff. sol. matrim.

Cc Hyppol.

De Inope debitore

Hyppol. singul. 3. Rom. consil. 3 20. Ripa. in l. obligatione. num. 25. ff. de pigno. Antonius Petrucius in rep. l. 1. nu. 197. ff. de iure iur. qui omnes dicunt, quod antequam debitor ducatur in carcerem, sunt excutienda bona sua, & bona fideiussoris. Quod si antequam excutiantur bona fideiussoris, non potest duci in carcerem: multo minus poterit addici creditori, nam, qui non potest duci in carcerem, non potest addici creditori; vt probantur cap. 3. num. 2. Ex quo sequitur, quod fideiussor excuti potest, non obstante quod excipiat, quod debitor, etiam si sit inops, poterit satisfacere seruiendo: nã debitor addici non potest, donec fideiussor soluendo est. Sed ne lector labatur imprudens, hoc argumentum non est admodum efficax, vt prima fronte apparet, potest enim debitor addici creditori, etiam si fideiussor eius soluendo sit. Si modo creditor nolit agere aduersus fideiussorem, sed aduersus ipsum debitorem. Potest enim creditor eligere, an agat aduersus debitorem, an vero aduersus fideiussorem. l. reus principales. C. de fideiussor. ibi *Reos principales, vel mandatores simpliciter acceptos eligere, vel pro parte conuenire, vel satis, non faciente contra quem operas primo, post alium retineri (cum nullus de his exceptione liberetur) licet.* Princip. Inst. de fideiussor. ibi, *Quos homines accipere solent: vt diligentius sibi cautum sit.*

43 Neque obstat, si quis obijciat, hoc verum quoad hoc, vt possit recuperare debitum ex bonis debitoris, non vero quoad hoc, vt possit capere ipsum debitorem, si fideiussor est soluendo, & nondum fuit excussus. Sed responde quod practica non seruat, vt debitor capi non possit, nisi fideiussore excusso, ita notat Cass. in cons. Burg. Rubr. 5. §. 2. nu. 13. Hyppol. in practica crimi. §. attingam. nu. 56. Imò, vbicumque agitur ex sententia, vel instrumento, ex quo, quis possit duci in carcerem: debitor ducitur, etiam si fideiussor soluendo sit. Imò etiam si ipse debitor soluendo sit, nisi statim de eo doceat, dando fideiussorem de euidione inualuit enim vsus, vt persona, & bona simul capiuntur, vt docui. c. 1. nu. 27. vers. sed queret aliquis. Illud pro perfecta declaratione huius articuli non omittendum, quod cum de veritate huius articuli agitur semota recepta praxi, & Regni consuetudine (cui est hac in re, de capiendo debitore standum) vt per Paul. l. 1. C. qui bon. ced. poss. & docui. c. 1. Cum in qua tractatur, an debitor capi possit

non excusso fideiussore intelligendum est, quod de iure communi non potest capi, nisi fideiussore excusso. Sed queret quispiam, an hoc verum, etiam si fideiussor non renuntiauerit, Auth. presente. Et reperio quod Aymon in consuetu. Aluer. nix, titulo de executione, articulo. 59. nu. 3. versic. & circa illud docet, quod tunc debitor non potest capi nisi excusso fideiussore, quando fideiussor renuntiauit. Auth. presente, sed si non renuntiauit dicit debitorem capi posse, etiam non excusso fideiussore, quoniam tunc cum debitor sit primo excutiendus, debet excuti primo in bonis: deinde in persona, antequam fideiussor conueniri possit, quoniam excussio non dicitur perfecte facta, aduersus debitorem, nisi persona eius capiatur. Et dicit quod hæc est sua noua declaratio. Sed certè etiam si fideiussor non renuntiauerit Auth. presente, excuti potest, & debet antequam debitor capiatur. Primò, quia excussio est legitime facta, cum excussa sunt bona, etiam si persona excussa non sit, vt docui supra hoc ipso capite, num. 56. Deinde, quia capere debitorem, non est res quæ parit pecuniam, & ideo, non minus dicitur debitor excussus, quod captus non sit: nam, qui est captus, non ideo dicitur soluisse, vt dixi supra num. 39. præsertim iure Ciuili quo debitor inops, non traditur in seruitium creditori, sed cedendo bonis, liberatur. Rursus neque iure Regio captus dicitur soluisse, imò, neque additus, quoniam non statim quod addicitur soluit, sed labente tempore, & recursum operarum quotidiano. Et cum excussio, vel solutio est difficilis, vel impossibilis excussio habetur pro facta, vt dixi, nu. 38. hic autè impossibilis est opere enim futuræ: decem sequentibus annis præstandæ non sunt in bonis nostris, neque præstitum dicitur, quod in posterum præstandum est. Sed ad rem, ea opinio verissima est, vt fideiussor teneatur soluere, non obstante exceptione quod debitor, etiam si sit inops, poterit soluere operis. Non obstant ex aduerso prolata. Non obstat quod debitor potest satisfacere operis potest enim, se in futurum, & labente temporis spatio, non vero statim, vt res exigit, & quando exactio est difficilis, vel impossibilis pro tempore præsentis debitor dicitur non soluendo, & ad fideiussorem perueniri potest, vt dixi, nu. 28. Non obstat quod debitor est apud creditorem loco pignoris: &

ris: & quod quando creditor habet pignus sufficiat satisfactioni. Primò enim, hæc conclusio non caret difficultate, nam glossa in Auth. de fideiussoribus. §. si quis igitur. verbo sumat. col. 1. docet creditorem posse agere aduersus fideiussorem, etiam si habeat pignus: cuius sententiam probat Dinus (si pignus in continenti, & facile vendi non potest) & sequitur Bald. in l. inter eos. §. creditor. ff. de fideiuss. Anchar. in c. peruenit. eo. tit. Cin. in Auth. præsent. de fideiuss. Debitor autem constitutus in potestate creditoris, non est pignus eius generis, vt facile ex natura sua vendi possit. Imò vendi non potest. Itaque debitor est loco pignoris apud creditorem: sed tamen non est propriè pignus, ex his quæ dantur ad cautionem, vt scilicet vendantur, si debitum solutum non sit, sed idè dicitur esse loco pignoris, quoniam soluto debito effugit manus creditoris: aliàs mihi placet opinio dicentium pignus: si eius naturæ sit, vt vendi possit debere vendi, vel creditori adiudicari: estimatione à iudice facta, iuxta l. fi. C. de iur. domi. impe. ante quam ad fideiussorem perueniri possit, si non renuntiavit dispositioni Auth. præsent.

44 ¶ Non obstat etiam quod fideiussor potest soluere de bonis debitoris, & quod opere sunt bona debitoris. Nam opere non sunt in bonis debitoris, neque pretium habent quousque præstita sint, præstatio autem facienda est in futurum, futura autem non sunt in præsentia, neque enim supponere debemus debitorem addicendum creditori pro duobus argenteis, & quod sic vno die satisfaceri poterit.

¶ Non obstat etiã quod fideiussor qui non renuntiavit Auth. præsent. C. de fideiuss. non potest conueniri. donè principalis sit excussus in bonis, & in persona, verior enim opinio est executionem solum faciendam in bonis, vt dixi num. 36. & vt verior sit opinio, quod etiam est facienda in persona, quid prodest ad solutionem capere debitorem, si soluendo non est: captura enim non habet vim solutionis, vt dixi d. nu. 36. quamuis fateor debitorem captum diligentius perquirere pecuniam. Deinde in casu in quo loquimur iam debitor forsam captus, & addictus fuerat, & tamen creditor vult exigere à fideiussore diuite, quod ei licet, etiam si cœperit aduersus debitorem agere, & illum habet in carcere, vt supra dixi, nu. 32. in fi. nam captura non habet vim solu-

tionis, vt dixi supra nu. 39. & infra nu. 45. vers. Rursus confirmatur. Nunc tractemus quid sit creditor videns debitorem, & fideiussorem inopes esse: petit ambos sibi tradi ad seruitium, an rectè petat. Nam fideiussor excipit excussorem prius faciendam in operis debitoris quam in suis, & quod cum operæ suæ non sint statim in bonis suis, sed in futurum sint præstandæ, sicut operæ debitoris, quod in pari causa prius est faciendæ excussio in bonis debitoris. Hanc questionem intellige in casibus, in quibus fideiussor potest addici creditori, & inops est de quibus supra. Omissa disputatione verius est vtrumque simul tradendum creditori, nam cum debitor non dicatur satisfecisse, vbi primum addicitur, sed lapsò tempore per quod iubetur seruire, certe, cum nondum eius additione satisfactum sit creditori, poterit creditor petere, vt fideiussor etiã sibi addicatur, quia principalis soluendo non est, neque considerandæ sunt operæ futuræ, quas nondum præstitit, neque fortassè præstabit, impediende morte, vel alio casu. Confirmatur hæc opinio, ex omnibus argumentis relatis supra, à nu. 36. vsq; ad nu. 41.

45 ¶ Rursus confirmatur, quoniam cum non satisfactum sit creditori, ex eo quod debitor ei addictus est: fideiussor compellendus est ad solutionem, si non habeat unde soluat, seruiet creditori simul cum principali, vt vtriusque operæ iunctæ breuiorem præstent solutionem. Sic Bald. in c. contingit, col. 6. de dolo & contu. scribit quod captura rei principalis, non liberat fideiussorem, imò, vterque potest simul capi, citat. l. hæres à debitor. §. quod si seruus, & ibi Bart. ff. de fideiussor. qui dicit, quod licet sit deuentum ad capturam, non tamen est satisfactum. Et idem dicit è contra, quod si est captus fideiussor, potest etiam capi reus principalis, nec iuuatur reus principalis ex eo, quod fideiussor appellauerit à captura, vt in l. creditor. in prin. & ibi glos. ff. manda. & vtrumque retulit inter singularia. Hyppol. sing. 398. De qua re vide Paul. in l. inter eos. §. creditor. ff. de fideiuss. & Hyppol. in repet. Rubr. de fideiussor. q. 59. & in practica causarum criminalium. §. attingā. num. 55. Cassa. in consuet. Burg. Rub. 5. §. 2. verbo Desrentes. num. 13. ad finem.

46 ¶ Ex superioribus infertur, quod si fideiubeo pro eo, quod à principali debitore exigere non poterit, qui dicitur fideiussor

Cc 2 indemn-

De Inope debitore

indemnitate, possum conueniri, vbi primū bona debitoris sunt excussa, & reperiuntur nō esse soluēdo absq; eo quod expectetur, quādo debitor satisfaciat seruādo creditori. Et naturā huius fideiussoris indemnitate est, quod etiā, si renūtauerit beneficio excussionis, non potest conueniri, nisi principali debitore excusso, quia obligatio est conditionalis, pro eo quod a principali exigi nō possit, textus est in d. si secundum viam l. c. de iudic. ff. si cerueta, & ibi notat Angl. & omnes DD. textus iuncta glossa in verbo plane, in l. 2. C. de fideiuss. tutor. & ibi notat Sall. Bar. in d. l. 1. C. de cou. fidei debitor lib. fo. Sali. in l. 1. in fine. C. quod cū eo; Roder. in repe. l. 2. tit. De los emplazab mientos; §. quateritur vltimus, col. 3. versicut lo. cōsidera elegantē. Vltimō, cū Iure nostro Regio, pōna corporalis imponatur debitori, qui soluēdo non est: nā pōne corporalis reputatur addici creditori, vt dixi c. 2. nu. 3. 6. & c. 3. num. 6. Videtur quod fideiussor raro interuenire deberet, præsertim in casibus, in quibus diximus fideiussorem addici posse creditori. Deinde non omittendū, quod non desunt, qui dicāt fideiubentem peccare mortalitē. Citant illud, Prouerbiorū. c. 2. o. Tolle vestimētum eius qui fideiussor extitit alieni; & pro extraneo auferit ab eo. Rursus allegāt; quod qui fideiubet, confidit in hominē, & in carnē, & sanguinem instabilem, & nīmū tribuit sibi pollicendo quæ ambigua sunt, & ex euetu incerto desperat. Quid disturi, si iuxta generalē dispositionē huius legis crederēt fideiussorem inopē ad d. cendū esse creditori. Huius opinionis fuit Pellicanus, qui nescio magis miserē, an stultē, ab Ecclesiæ Catholice consortio discessit, spirituq; superbiæ & vanitatis nouarum opinionum auctor fuit. Sed vetissimum est fideiussione opus esse charitatis qua proximo subuenitur, de quo vide, & consule Diuum Antonin. Florenti. Archiepis. in. 4. part. summe Theologia. c. 6. §. 1. versic. tertius casus. tit. 1. o. vbi citat D. Tho. 2. 2. q. 3. 2. dicētes, quod si quis iurat non fideiubere, talis iurans, non tenetur adimplere iuramentū in instāri proximi necessitate, ergo, si peccatū esset fideiubere, nullo modo possēt vires iuramenti infringi, neq; etiā pro quacūq; instantissima & præcisa necessitate. Verba enim Salomonis ad æconomicam, & politicam morales Philosophiæ partem pertinet, neq; obligant, vchut lex Diuina,

neq; credendū est Salomonē dehortati ab officijs charitatis, sed a fideiussione. incon sulta: nā B. Paulus in epistola ad Philemonē, fideiubet pro Onesimo, & Ecclesiastic. c. 29. legimus, Vir bonus fideiubet proximo suori & postea sequentibus verbis dederet ab inconsulta fideiussione. **47** Postremō, illud non omittendū, quod etiam, si fideiussor acceperit pecuniam pro fideiussione, si soluēdo nō sit, non est ad dicendus creditori in omnibus casibus, in quibus principalis addici nō potest. Nā exceptiones cōpetentes principali cōpetunt fideiussori, & vbi principalis capi nō potest, fideiussor capiendus non est, vt notat Ang. et Imol. in l. Stichū. §. quod vulgo. ff. de solutio. A. in d. maritū. §. eleganter. nu. 4. ver. & de hoc dicat ff. solu. matri. Fracidor. Marcus in d. c. Delphinali noua. 340. l. col. 2. nu. 6. nisi forte exceptio personalis sit, puta ne debitor cōueniatur in plus, quā facere possit, nā hæc nō transit ad fideiussorē. l. & fideiussori. ff. de re iudicata. An autem fideiussor obligas bona sua, sed nō personam, possit duci in carcerem, vide infra. c. De debitore ratione rei, sed fideiussori minoris nō prodest restitutio quæ minori conceditur. l. 1. C. de fideiussio. mino. l. in causa. 1. ff. de mino. l. 2. tit. 4. par. 3. Bart. & Alex. in d. l. 2. & in l. Marcellus. ff. de fideiussio. latē Curtius iun. in l. post additā. nu. 5. C. de impub. & alijs. Mauritius in tractatu de restitutione in integ. c. 14. Hipol. in Rubr. de fideiussio. nu. 267. Herculanus in l. & si fideiussor. ff. de re iudi. Nisi dolus aduersarij interuenisset. gl. in d. l. 2. Iacobinus in l. 1. nu. 7. C. de fideiussio. mino.

S V M M A

- 1 **G**eneralis dispositio, generaliter debet intelligi. Obligatio personalis desinunt in herede transit. More Romano, debitor ex causa hereditaria creditori addicebatur.
- 2 Persona heredis: obligationis naturam, non mutat.
- 3 Lex, vel statutum loquens in debitore ad eius heredem extenditur etiam, vt executio in eius bonis, & persona possit fieri. Limitatur, sed declaratur numero 5.
- 4 Ille dicitur debitor, a quo eo etiam inuito de iure potest extorqueri.
- 5 Filijs, a creditoribus, pro paternis debitis, nō potest fieri executio, nisi prius probetur illos se hereditati prius immiscuisse.
- 7 Lex 8. tit. 4. lib. 6. Ordinatur. seruanda est in herede debitoris fisci.

Premium

- 8 *Premium debere esse par labori.*
- 9 *Aduersus debitorē scriptū, mandatur instrumentū executioni, & non contra non scriptum (nisi heres fuerit debitori.)*
- 10 *Licētia capiendi debitorem propria auctoritate, nō ex lege, sed ex pacto. an extendatur ad heredem debitoris, & nu. 11. & 13.*
- 11 *Qualitas obligationis, non immutatur, ex persona heredis.*
- 12 *Pactum personale, ad heredem non extenditur.*
- 14 *Captura est meri Imperij.*
- 15 *Intra nouem dies a morte defuncti heres non potest exequitari, nec inquietari.*
- 16 *Heres tenetur solū quatenus est in inuentario.*
- 17 *Heredis persona ostēdens inuentarium, & offerēs bona in eo contēta, nō capitur pro debito defuncti.*
- 18 *Heres debitoris pro debitis defuncti capitur, & ultra vires hereditarias, si abscondit bona contenta in inuentario.*
- 19 *Additio debitoris creditori, pœna est corporalis.*
- 20 *Inuentarium non tenetur heres facere, quando non sunt bona quæ in eo describantur.*
- 21 *Heres eius qui bonis cēsis, si non facit inuentariū, tenetur ultra vires hereditarias, & nu. 22.*
- 23 *Cedere bonis, non tenetur, quis quousque perueniat ad pinguiorem fortunam. Et ibi de opinione Bal. in l. si. ff. de cēsis. bono.*
- 24 *Debitor, in acquisitis post bonorum cēsiōē, conuenitur solū in quātū facere potest. & nu. 25.*
- 26 *Contra heredem non conficiendum inuentarium est presumpcio iuris, & de iure quod occultauit bona, & nu. 18.*
- 27 *Lex loquens de operis ab aliquo prestandis, cū sit odiosa, non extenditur ad heredem, & in operibus obsequialibus.*
- 28 *Addictus debitor creditori dicitur pati pœnā corporalem.*

¶ An debitor non ex proprio cōtractu, sed ex causa hereditaria sit addicendus creditori, si soluēdo nō sit. Cap. VI.

1 **O**ccurrit elegans quæstio: cuius æquitas postulat examē, utrum debitor, nō ex proprio cōtractu, sed quia succēdit debitori, debeat seruire creditori, si soluēdo non sit? Videtur quod debeat creditori seruire ex generali dispositione huius legis, quæ generalis, cum sit generaliter debet intēlligi, ut in l. de pœtio. ff. de public. Deinde quoniam actiones ab heredibus, & cōtra heredem dātur, ut in l. vna. C. ut actiones, ab heredibus, & contra heredem incipi. Et obligatio personalis transit

ad defuncto in heredem. §. hæres. Instit. de oblig. quæ ex quasi cōtractu. Præterea Romanorum seculo, quo maximè apud eos virtus, & grauitas florere, debitor ex causa hereditaria addictus fuit creditori, ita enim memorie prodit Liuius Decadis primæ libro octauo his verbis. Cui cum se Caius Publius, ob æs alienum patrum nexum dedisset. Ecce ob æs alienum a patre cōtractum, filius fuit nexu vincetus: debitor enim qui soluēdo nō erant, Romani creditoribus addicebāt, & nexos, & nexu vincetos, & addictos appellabant, ut docui. c. 1. nu. 60.

2 **¶** Deinde heredem esse addicendum probatur, quoniam persona heredis nō mutat obligationis naturam, ut in l. 2. §. ex his, ff. de verb. obligat. Qualitas autem omnis obligationis ea est, ut, aut sit ei satisfaciendū solutione præsentī, vel seruitio si obligatus aliter soluere nō possit, ut in hac lege præscribitur. Cum ergo hæc sit obligationis natura nō debet mutari ex persona heredis in quem trāsit, sed addicendus creditori est, si soluēdo nō sit aliàs mutabitur natura obligationis ex persona heredis.

3 **¶** Præterea probatur, quoniam lex, vel statutum loquens in debitore, extenditur ad eius heredem: etiam quoad hoc, ut executio in eius personam, & bonis fieri possit, & in carcerē duci argumento. l. postulante. ff. ad Trebēl. vbi ita notat Bar. Ang. Imola, Alex. nu. 61. & Paul. & recentiores. Roderi. in l. post rem. in. 1. extensione ad leg. Reg. ff. de re iudi. Ang. in l. 1. nu. 4. ff. de his qui in testa. delen. Ang. & Alex. & Ias. nu. 33. in l. si decesserit. ff. qui satisf. cogan. Ias. §. fuerat. nu. 61. Instit. de actio. & ibi Gomezius nu. 34. Canarius in tractat. de execut. contract. nu. 66. Soc. cōf. 293. præfens cōsultatio, col. 2. nu. 1. lib. 2. Alex. cōf. 18. nu. 16. col. si. lib. 5. & cōf. 188. nu. 2. lib. 2. & cōf. 96. nu. 3. lib. 4. Ang. & Alex. in l. in ratione. in. 1. §. si filio. ff. ad leg. Fal. & est cōmunis uti testatur Gomezius vbi supra, & Ferdināndus Vasquius magni nominis iur. cōsultus, qui pridē magna auctoritate in sacro Cōcilio Tridētino inuictissimi Regis nostri Legatus interfuit, in tractatu de successiōum creatione, parte prima, lib. 1. §. 6. nu. 39. Boer. decif. 10. nu. 2. Cassan. in cōsuet. Burgundæ, Rubr. 7. §. 13. verbo pœ benefice nu. 13. & Rubr. 1. tit. des cens. vers. Cōtra le principal nu. 2. Petrus Pecchus in tract. de iur. sistendi. c. 10. nu. 4. Capitius decif. 70. nu. 1. Roma. in l. al. a. §. elegarēt. Cc 3 ff. solut.

De Inope debitore

- ff. sol. matri. Ang. in l. creditores. C. de pignora: gumento. l. hæredē: ff. de reg. iur.
- 4 ¶ Mouetur ultra supradicta, quoniam debitor dicitur ille, à quo inuito debitū extorqueri potest. l. debitor. ff. de verb. signi. ab hærede autem inuito exigī potest: ergo statutum loquens de debitore, haud dubie comprehendet eius hæredem, & executari, & in carcerem detrudi poterit, haud aliter quam debitor ipse qui debitum cōtraxit, facit. l. non erit. §. dato. ff. de iure iur. Deinde clausula guarentigia non ponitur ratione debitoris, sed fauore creditoris, vt citius recuperet debitum: ergo, etiā si agat, contra hæredem executari potest.
- 5 ¶ Quod tamen intelligunt omnes dummodo prius heres citetur, & liquidetur quod est hæres: nam cum ipse debitum non contraxerit, & tātum teneatur, quia heres est: debet hæc qualitas prius constare argumento. l. oratione. §. 1. ff. de feris. vbi probatur, quod hæredi est danda noua dilatio, licet data fuerit defuncto, & quod sit liquidandum quod est hæres, notat Bal. in l. per diuersas. q. 10. C. mada. Ang. in l. creditores. col. 3. C. de pigno. & in l. ex contractu. per bonum textum. ibi. ff. de re iudi. vbi loquitur de executione ex sententia Paul. col. 1. Alex. col. 2. in l. postulante. ff. ad Treb. idē Alex. conf. 188. viso processu. col. 2. versic. sed oportet. lib. 2. & consil. 96. nu. 3. lib. 4. A retin. conf. 32. col. 1. Feli. in c. ex ratione col. 2. de appellatio. Faber. in l. si. C. de execu. rei iud. ca. Barba. conf. 15. lib. 1. Hippo. singul. 26. Salic. in l. per diuersas. q. 14. C. manda. Socin. conf. 103. lib. 3. Alcia. in l. 2. §. ex his. nu. 9. ff. de verb. obligat. Roderi. in d. l. post rem. in prima extēsiōe ad legem Regiam. col. 2. versiculo hanc tamen. ff. de re iudi. Boer. decis. 10. nu. 2. Capitius decisio. 70. num. 1. Socin. consil. 120. nu. 18. lib. 1. Bald. in rep. l. tale pactum. §. qui prouocauit. q. 10. ff. de pact. Imola in l. intra. ff. de re iudi. Ratio est, quia hæredi nō constat se debere, neque iudici quod sit hæres. Facit quod scribit Innocen. in c. quia V. de iudic. Quod quando ius executiuum respectu rei potest fieri aduersus singularē successorem alienātis, prius quam exerceatur ius executiuum: debet citari possessor, & constare quod habuit causam ab eo aduersus quē possit fieri executio, quod citauit Alex. d. conf. 188. col. 2. lib. 2. Roder. in d. loco. col. 3. vbi dicit, quod ad hoc, vt executio citius fiat: optimum est petere executionē aduersus Titium heredem Sempronij, & offerre probationem incontinenti, quod sit hæres.
- 6 ¶ Preterea quod sit liquidandum quod est hæres, probatur, quoniam licet dicatur *se filius ergo heres*, vt notant omnes in. c. fi. 17. q. 4. tamen filius non potest conueniri à creditoribus hæreditatis, nisi probent illū se immiscuisse hæreditati. l. ei qui se. ff. de acqui. hære. glo. in l. si cum dotem. §. transfugiamur, & ibi DD. ff. sol. mat. glo. in l. necessarijs, & ibi Bart. ff. de acqui. hære. di. Bald. & Imola, in l. si filius qui patri. ff. de vulg. & ibi Aret. col. 1. Bal. in l. 2. C. ne fili⁹ pro patre. Abb. c. quod nobis. qui filij sint legit. & est cōmunis teste. Ias. in d. l. ei qui se. col. 1. versic. sed prima. ff. de acqui. hære. ed.
- 7 ¶ Ad eō autem hæres debitoris capi potest, vt cum Iure Regio statutum sit, vt debitor fisci detrudatur in carcerem donec soluat, etiam si nominet bona in quibus fiat executio, & etiam si det fideiussorem de euitiōe fideiussorē, scilicet quod bona sunt sua, & valent summam pro qua fit executio, vt statuitur in l. 8. tit. 4. lib. 6. Ordinatio hæc constitutio seruanda est etiam in heredem debitoris fisci, nam detrudendus est in carcerem, etiam si offerat idoneū fideiussorem, ita rectē definit Vasquius in d. tractatu de successio. creatione, parte 1. libro. 1. §. 37. Cuius opinio præter superiora probatur, quoniam ratio quare debitor fisci detrudatur in carcerē, etiam si det fideiussorem de euitiōe: est fauor fisci, nō autem odium debitoris. Cum autē qui petit executionem aduersus heredē, si fiscus eodem iure aduersus hæredem gaudebit, quo gaudet, & aduersum debitore qui debitum contraxit: nam ex persona hæredis qui succedit debitori, non perditur priuilegium competēs aduersus debitore, etiam si heres sit priuilegiatus, vt scribit Roderi. in l. post rem. in prima amplia. ad leg. Regiam, col. 4. versic. prædicta. ff. de re iudi. optima. l. 67. titu. 6. part. 1. l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. Rursus cōprobat hæc sententiam, quod in casibus in quibus debitor potest ex legis dispositione capi à creditore propria autoritate quos enumerat Crotus in rep. l. nemo potest. ff. de leg. 1. nu. 8. eadem autoritate, & licētia potest vti aduersus eius heredem, autore Bart. & DD. in d. l. postulante. per textum ibi. ff. ad Trebel. Abb. in c. fi. col. 1. de arbit. notat Crotus in d. l. nemo potest. nu. 9. Vasquius, dicit cōmuncem

muncem in loco supratitato, nu. 3 6. versic. stāt ergo. text. l. 2. §. ex his. ff. de verb. obli ga. & quia heres & defunctus vna, & eadē persona reputantur, & lex loquens de debi tore comprehendit hæredem. l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. Ergo cum ex hac lege permittatur creditori habere in sua pote state debitorem inopem, eodem modo po terit habere eius hæredem, si soluendo nō sit. Rursus ad eō in hæredem etiam execu tio rigidē fieri potest, vt si statuto caueatur, vt. condēnatus: aduersus quem fit exe cutio, teneatur soluere decimā iudici, certē si fit executio contra hæredē tenetur soluere decimā, sicut debitor, ita docuit pru dentē Vasquius. d. §. 6. nu. 5 2. versiculo, hæc doctrina aduersus Bal. in. l. 1. versicu lo pone statutum. C. de execu. rei iudi. Deci. in. l. hæredem. nu. 2. ff. de reg. iur. quibus adde Soc. cons. 293. nu. 2. versiculo confir matur. lib. 2. Alex. l. postulante. nu. 7. Vnde infert Vasquius quod cum Iure Regio dec. ma. detur in aliquibus Regionibus Al guazelo executanti debitore quod eadem decima habetur cum executionē facit ad uersus heredem. Mihi hæc illatio magno pere placet: nam decima datur *Alguazelo* propter laborem executionis, ei dem autem laborem sustinet, cum executat hære dem, quod cum executat debitorem, cū autem labor par sit, par debet esse premium, præsertim, cū hæres sit debitor, & lex Regia. l. 2. §. 4. & l. si. tit. fin. lib. 5. Ordina. & l. 2. tit. *Delos Alguaziles*. lib. 5. Ordi. Lo quitur de executione, quæ fit in bonis de bitoris, & hæres nō soluens elapso termi no culpa dignus est.

8 Quod autem attinet ad decisionem Bald. in. l. 2. C. de execu. rei iudi. supra relatam, quam sequuntur Decius, Soc. & Alex. fun damentum earum est, quod statutū loquitur cum condēnato, & hæres nō fuit condēnatus, sed est hæres condēnati, sed certē, nisi mens statuti aliud dicitaret, ego potius Vasquij iudiciū probarem; si decima datur iudici propter laborem executionis, cum enim par sit labor, cum executat hæredem, par debet esse præmiū. Imō, est maior labor, cū executat hæredē: nam ipsum condēnatum posset executare absq; alia liquidatione, quia continetur in processu, & sententia condemnatoria loquitur cum eo. At cum est executandus heres; debet li quidare, quod est hæres, & alia dicta supra nu. 1 4. Item in casu statuti supra dicti do-

cima nō videtur dari iudici propter con demnationē, sed propter executionem, & sic licet hæres nō fuerit cōdemnatus, suffi cit quod executio fit aduersus eum.

9 Præterea ad eō iuri cōforme est, hæredem eodē modo cogi ad solutionem quo defun ctum; vt etiā si statutū dicat, vt instrumen tū mandetur executioni aduersus debito rē scriptum in instrumento, adhuc execu tandus est hæres, nā heres & defunctus, ea dem persona reputatur, vt in Auth. de iu re iuran. a moriente præstito. §. 1. Collat. §. & quæ latē notauit Decius, in. l. hæredē a nu. 2. de reg. iur. & latius post eū Gomezio in. §. actiones autem a nu. 3. Inlli. de actio. & ex mēte, & vniformi ratione statuti hæ res cōprehēditur, vt in. l. nō erit. §. dato. ff. de iureiur. ita docent Paul. Imola, Ang. & Alex. in. l. postulante. ff. ad Trebell. Alex. cōf. 18. nu. 16. col. pen. lib. 5. Soc. cōf. 293. col. 2. lib. 2. Casla. in cōsuet. Burgū. Rub. 7. §. 1 3. tit. *Des successiōs* verbo, *Par benefice*. nu. 1 4. Dec. in. d. l. hæredē. nu. 4. ff. de reg. iur. Bal. in. l. 1. C. quorū lega. per text. ibi iūta glosa in verbo *Heredi scripto*. Vasquius di cit cōmuniē vbi supra nu. 4 2. Et est bonus textus in. l. ex cōtra tu. ff. de re iudi. vbi ius exequēdi transit aduersus hæredē, quia licet non sit ligatū cum eo, nō reputatur noua persona, quia hæres, & defūctus eadem persona censentur, & hoc apud nos est ma nifestius, quia semper debitores promittūt pro se, & pro suis hæredibus, vt notat Ro dericus in repet. l. post rē, in prima ampli atione ad legem Regiū. col. 2. ff. de iudicata.

10 Deinde ad eō sic heres capi potest, sicut defunctus, vt etiā si debitor defūctus capi posset propria auctoritate, non ex lege, sed ex pacto certē vis pacti, extēditur ad heredē, & capi potest sicut defūctus: non minus quā si captura illā proueniret ex lege, vel statuto, ita nouissimē docuit Vasquius. d. par. 1. lib. 1. §. 6. nu. 3 6. vers. vnde in iudicā do, vbi dicit, q̄ ita cōsuleret, & iudicaret. ¶ Mouetur, quoniā hæres & defūctus, vna & eadem persona censentur, vt supra pro ximē dictum est. Et statuta in debitori bus, extenduntur, ad eorum hæredes, vt apparet ex superioribus. l. postulante. ff. ad Trebell. gloss. l. 1. in verbo *Heredi scripto*. C. quorum lega. l. 2. §. ex his. ff. de verbor. obligat. vbi probatur, quod qualitas ob ligationis, non immutatur ex persona hæredis. Deinde adducit, quod non est maior ratio, in hærede debitoris qui capi potest

De Inope debitore

potest ex lege, vel statuto quam inhæredo eius qui capi potest ex pacto. Cōtrariā tamen sententiam, imò quod nō possit capi, hæreseius qui nō ex lege, sed ex pacto capi potest: probat Bart. in l. si decesserit. ff. qui satisfda. cogan. & ibi Paul. Alex. & lat. nu. 13. versiculo quinto modo. Bald. & Alex. in l. postulante. ff. ad Trebel. Ang. in l. 1. C. qui bon. cede. poss. Alex. conf. 18. nu. 16. lib. 5. & fatetur esse cōmunē, Vasquius d. nu. 36. versiculo, stant ergo duæ cōmunes. Cassan. in consuet. Burgun. Rubr. 7. §. 13. tit. Des successions, verbo Par benefice nu. 14. versiculo contrariū. Mouētur ex textu in d. l. si decesserit, & quoniam pactum, vt debitor capi possit videtur personale, & licentia, vt se se capiant non debet ligare hæredes. l. vna. §. ne autem. C. de caduc. tollen.

12 ¶ Mihi videtur distinguendum, aut enim debitor qui paciscitur in instrumento, vt possit capi, non poterat capi de iure cōmuni, quia prohibitum est quēquam capi pro debito, nisi ex causa iudicati dixi. c. 1. nu. 57. & certē, licet ipse aliter paciscatur, hoc non debet extendi ad hæredem: quoniam hoc pactū, est personale: & licet persona aduersus iuris dispositionem patiatur se capi, hoc cum personale sit, non trāsit ad hæredes, nemo enim ab eis abstulit beneficium iure cōmuni debitoribus cōcessum.

¶ His accedit, quod pactū, vt debitor capiat non seruat iuris ordine non valet, vt docui. c. 1. nu. 38. neq; enim iuris ordo patris priuatorū subverti potest, vt ibi dico.

13 ¶ Præterea Vasquius loquitur quādo pactū factū fuit, nō solum vt debitor capiat, verū etiā, vt capiat propria creditoris autoritate. Hoc autē pactū non valet etiā quoad personā paciscētis, etiā si sit iuratum, quoniam captura est meri imperij, & que sūt meri imperij, nō possunt renūtiari patris priuatorū. Qua ratione tale pactum nō valere post alios docui. c. 1. nu. 36. & vnus ex his qui hanc opinionem probāt, etiā si pactum sit iuratum, est ipse Vasquius in loco quē citavi. d. c. 1. nu. 35. adducit enim prudenter, quod ex tali pacto, si validū esset, oriretur seditio, & rixa. Inter Christianos autem pace & concordia nihil debet esse commendabilius. Quare cum pactum hoc sit odiosum, & in iplo debitore se obligate reprobatur, verisimilimum est tale pactum nō ligare hæredem, siue pactum fiat, vt capi debitor possit, propria autoritate, siue vt ducatur in carcerem. Neque obstat,

si quis obijciat, redde rationem differentia? quare, si debitor capi potest ex lege, potest capi eius hæres, & non quando debitor ex pacto solum, capi potest, non ex lege. Mihi magna videtur esse ratio differentia, nam cum ex lege conceditur captura debitoris, hæres non grauatur: nam si capiat, patitur, quod omnes debitores patiuntur, ipse autem debitor est. At, cum capitur ex pacto defuncti quæri potest se aduersus iuris dispositionē capi, neq; obstare pactum debitoris: quoniam id personale fuit, & licet debitor renuntiauerit suo iuri, id non tollit ius ipsi hæredi, & omnibus debitoribus concessum ex lege, ne capiantur, nisi facta excussione, & non constituto de debito. Si tamen debitor qui fecit pactum, vt caperetur promisit, rem iure statutaris, vel cōmuni concessam, & tunc hæres capi poterit, non ex vi pacti, sed ex vi legis: sit exemplum Titius promittit in instrumento guarentigio se soluturum cētum intra decem menses, & quod si non soluat elapso termino conijciatur in carcerem, nisi det fideiussorem de euisione, certē etiam hæres conijci poterit, quoniam lex Regia dicit, vt omnis d. bens ex instrumento guarentigio conijciatur in carcerem, nisi fideiussorem dederit, & potius capitur ex lege, quam ex pacto, si non det fideiussorem. Cum ergo hæres detradatur in carcerem, & pœna carceris habeat locum aduersus eum: multo magis habebit locum dispositio huius legis quæ a carcere liberat. Quid tamē si statutum loquitur in personā putā, vt executio fiat aduersus eum qui contraxit, an possit fieri aduersus heredem in casibus, in quibus de iure cōmuni captura non admittitur. Ang. quod non in dicta. l. postulante, Socin. conf. 120. nu. 18. lib. 1. Bar. in d. l. si decesserit. Sed redeundo ad principalem quæstionē æquidem contraria sententia sua etiam habet fundamenta que bonum virum nōnunquā ambigere faciēt: ergo omnia disputatio quæ videtur manifestiora breuiter distinguendo proponā. Distingue igitur, aut hæres succedit debitori nondum addicto creditori, aut succedit debitori, qui iam creditori addictus, & traditus fuerat.

15 ¶ Primo casu illud est expeditū quod hæres, intra nouē dies a morte defuncti non potest executari, neque inquietari, & per consequens, neq; addictio eius peti potest, textus est in Authent. vt cum de appellatione

tionem cognoscitur. §. meminimus. col. 8. Pro cuius concordia, & l. fin. §. donec. C. de iure deliberandi. vide Paz in praxi. 1. tom. 4. part. 6. n. 40. Regia. l. 13. tit. 9. part. 7. Facit textus in l. 2. §. penult. ff. de in ius vocan. Et cum textus in. d. §. meminimus dicat heredes propinquos, affines, & fidei iussores defuncti, non inquietandos, verat, haud dubie, executionem quæ nullus est inquietandi modus vehementior. Ita Bartol. in l. si. §. donec. C. de iure deliberandi notat Rodericus in repetitione ad l. post rem. in 9. limitatione. ad legem Regiam, ff. de re iudica. Et vide eundem, in dicta repetitione in 3. ampliatione ad legem Regiam.

16 ¶ Post novem autem dies distinguendum est, aut enim debitor mortuus, bona relinquit aut non. Primo casu, aut hæres fecit inventarium, & absque dubio dispositio huius legis non habet locum aduersus eum, si facultates defuncti non sufficiunt ad solutionem.

¶ Quoniam hæres non tenetur, nisi quatenus est in inventario. l. si. §. 1. C. de iure delibe. & sic cum supra idem deficiat obligatio aduersus eum, nullo iure capi potest, quoniam obligatus non est: ita docet Sali. in l. fin. §. computatione. nu. 22. ad finem. C. de iure delibe. & Alex. in d. l. si. §. & si præfatâ, nu. 1. col. pen. & ibi las. nu. 12. Alex. in l. postulante. col. 2. num. 4. ff. ad Trebel. Bal. conf. 380. lib. 2. Socin. conf. 120. num. 18. lib. 1. Bar. in d. §. in computatione. nu. 8. propè finem. Imola in d. l. postulante. & in l. 4. §. si prætor. ff. de dam. infec. Beronius q. 57. col. 2. & 3. Bal. d. l. si. §. & si præfatâ. col. 2. nu. 3. Quæ nota quoniam plures ex his dicunt simpliciter instrumentum non posse executari aduersus hæredem qui fecit inventarium.

17 ¶ Intelligendum enim, vt non possit executari capiendõ, vel detinẽdo personã postquam ostẽdit inuẽtariũ, & offert bona ibi contenta, vel constat ex eo debitum esse ultra vires hæreditarias, ne statutum sibi absq; causa sit nociuum, & auferat ab eo plus quã ex hæreditate cõsecutus est. Et ita intelligit expressè Sali. d. nu. 22. ad finem: vt scilicet non possit executari ultra vires hæreditarias, & omnes ita sentiũt, vt apparet ex glossa, & ratione quam citant, scilicet quod statutum intelligi debet, iuxta eius cõmune, quando aliter intellectum pareret damnũ tertio, & auferret ab eo ius

suũ: Quare dicũt Doctores, quod si dicitur statutũ, vt instrumentũ, quod potest executari aduersus debitore, possit executari aduersus hæredẽ, intelligitur, nisi hæres fecerit inventarium, & vires hæreduatis, nõ patiantur. Nõ tamen negant quin possit, executari & duci in carcerẽ, quousq; ostẽdat inuẽtariũ. Nã si illud ostẽdat, & offerat bona: relaxandus est è carcere, vt notat Bal. in d. §. & si præfatã nu. 3. & ibi. Cornsecus si abscondit, Socin. in d. consil. 120. num. 18. lib. 1. si non ostendat capietur ex sua contumacia, Bal. dicto num. 3. Beron. q. 57. col. 3. quousque ostendat idem, si abscondit bona contenta in inventario. Reperio tamen, quod Beronius d. quæst. 57. contendit simpliciter via ordinaria agendum aduersus hæredem qui fecit inventarium, non verò executiue. Citat doctores in d. l. fin. C. de iure deliberandi. Sed certè lapsus memoria videtur: nã doctores dicunt quod non potest executari, quãdo fecit inventariũ, & bona nõ sufficiunt. Et ita intelligit Soc. d. conf. 120. nu. 18. lib. 1. Bal. in d. §. & si præfatã post Sali. d. nu. 22. aliàs rarissimè fiet executio aduersus heredem cum rarissimi sint qui inventariũ non cõficiant, & præfertim fiet executio cum in termino decem dierũ quæ dantur, vt executatus se opponat executioni, possit debitor ostendere inuẽtariũ pro quo est præstipitio, & probare bona hæreditaria non sufficere. Et reperio, quod Ferdinandus Vasquius, in: 1. part. de successiõ. creatio. lib. 1. §. 6. nu. 46. scribit se in vna forẽsi sepissimè respõdisse in casu magis dubio, scilicet quãdo debitũ pro quo hæres conuenitur, debetur fisco: nã in fisco id privilegium est, vt qui vis debitor aliàs immunis à carcere, vt dico. c. 16. de Nobili, vel aduocato, vel aliàs eruditione, seu nobilitate, vel primariõũ ciuũ. cõgnatione præstas, dicit tamen Vasquius, quod heres debitoris fiscalis, si fecit inventariũ non debet esse in vinculis, dum liquet datur vires hæreditatis: Itaq; nõ negat executiue procedẽdũ, sed negat hæredẽ ostendẽtẽ inventariũ detinẽdũ in vinculis, neq; capiendũ si offerat bona: nã solũ est debitor respectu illorum bonorũ, & si eo offerat etiã, si non offerat pecuniã non potest capi, quia satisfacit offerẽdo ipsas res hæreditarias, vt in d. l. si. §. et si præfatã, & quod nõ sit capiẽda persona notat Sali. in d. l. si. nu. 23. Bal. d. §. & si præfatã. nu. 3. & ibi Corn. Alex. l. postulãte. nu. 4. Beron.

De Inope debitore

q. 7. nu. fi. Socin. consil. 120. nu. 18. lib. 1. Quod confirmatur, quoniam heres faciens inventarium, videtur respectu creditorum esse quidam depositarius, qui reddendo bona liberatur, & improprie est heres, ut notat Cassan. in consil. Burg. Rubric. 10. §. 1. verbo *son heritage*. nu. 1. Facit quod dico infra de actione iurium debente ver. quod confirmatur, num. 5. Sed ad rem, cum debitor non teneatur ultra vires hereditarias, non est quod pro debito supra vires hereditarias petatur addici creditori, cum debitor supra vires hereditarias non sit. Qui nimò, non solum post factum inventarium verum, neq; intra tempus conficiendi inventari heres executari potest, neque conveniri, neq; villo modo inquietari, textus est in l. si. §. donec. C. de iure delibe. Imò, neq; sententia aduersus defunctum lata, potest intra dictum tempus aduersus heredem executioni mandari, ut ibi probat textus quem Bart. notat ibi, & dicit, quod ex eius dispositione practicitur quotidie, quod executio instrumenti non sit aduersus heredem intra tempus conficiendi inventarium: quod Rodericus dicit esse perpetua memoria dignum, in repetitione. l. post re, in prima ampliatione ad legem Regiam, col. 4. versiculo, aduerte tamen: & dicit id procedere, etiam si hereditas sit locupletissima, ex sententia Baldi, qui dictum §. donec; extēdit etiam in hūc casum, quoniam lex id videtur concedere propter occupationem hereditatis, & quod heres, neque executari, neq; conveniri possit intra tempus conficiendi inventarij. Et quod instrumenta non sint intra illud tempus executioni mandanda, notat Ias. in d. l. si. §. donec. Boerius, decisione. 10. num. 3. Rebuffus in Regias constitutiones. 1. Thom. art. 6. glo. 4. nu. 74. Cassan. in consuetudinibus Burgundiarum, Rub. 7. §. 13. in verbo *Par benefice*, nu. 13. vbi dicit hoc quotidie practitari. Vitalis Camban. in tractatu clausularum, in clausula nihil novari cōfectione inventari pēdente, col. 1. Imò, hæc exceptio: quod heres est; intra tempus conficiendi inventarium impedit litis ingressum, ut notatur in decisione Tolofana. 321. & intellige, ut ibi in additione, & vide Cassa. vbi supra, nu. 11. versiculo, quæ autē in fine Ias. in l. si. §. licetia, nu. 7. col. fin. C. de iure deliberandi.

18 ¶ Ex his apparet heredem non capiendū, neq; inquietandum. Et per consequens non addicendum intra tempus conficiendi in-

uentarij, neq; post confectum inventariū, si bona hereditaria non sufficiant, nō enim in plus tenetur, neque pro debitis defuncti potest duci in carcerem, nisi fortē abscondat bona contenta in inuentario: tunc enim ex propria culpa capi poterit, ut notant Bald. in l. si. §. & si præfatam, nu. 3. & ibi quoque Corneus. C. de iure delibe. quod comprobatur ex his quæ dico. d. c. 16. de Nobili. & c. nu. 6. & 126. c. 10.

¶ Sed veniamus ad secundum caput primi membri distinctionis: scilicet, quando defunctus bona reliquit, & heres non fecit in inventarium an tunc sit addicendus creditori si non sit solvendo: Et distinguendum est aut enim defunctus obligatus erat ad aliquod factum personale, personæ coherens: & certē ratione facti nō præstiti, heres non potest conijci in carcerē, ut notat Bar. & Ang. & Ias. nu. 13. in l. si decesserit, per textum ibi. ff. qui satisda. cogan. Si autem defunctus non ad factum, sed ad pecuniam, vel quid simile præstandum obligatus erat, & certē heres, si nō confecit inventariū. & solvendo non est: debet addici creditori, etiam si excedantur vires hereditariæ ex omnibus iuribus allegatis supra in fauorē partis affirmatiuæ, nā heres pro debito defuncti capi, & in carcerē deduci potest: & si nō fecit inuentariū præsumitur surripuisse bona defuncti, & tenetur ultra vires hereditarias, ut in Auth. de heredibus & falcidia. §. sciamus, & nō admittitur ad cessionē bonorū, ut notat Bal. in l. 1. nu. 5. C. qui bon. ced. poss. & in l. si. C. de iure delib. Ias. in §. si. nu. 8. Insti. de actio. Soc. reg. 46. fallentia. 10. gl. si. in l. 1. C. de cefsio. bono. Malitiosus enim debitor, non liberatur credēdo bonis. l. si. §. si. quæ in fraud. credi. & ibi Bal. & Ang.

19 ¶ Hic ergo heres addicetur creditori, nam & de iure communi sibi denegatur beneficium cefsionis bonorum, satis autem denegatur, dū addicetur creditori, & satis videtur puniri eius culpa: nā additio habetur pro pœna corporali, ut dixi. c. 2. & 3. & debitor ex delicto tradendus est creditori, si solvendo nō sit, ut dico infra cap. de Debitore ex delicto. Itē quamuis doctores dicāt huic non concedendum beneficiū cefsionis, sed quod debet esse in carcere. Loquuntur de iure cōmuni, quo nō admittitur debitorē seruire creditori. At cum admittatur Iure Regio, & traditus in seruitium cefsatur captus, satis dici potest esse in carcere, cum

tum sit in potestate creditoris, & sequatur eius voluntatem, ideò dimitti debet e carcere: item licet maius crimen commisisset, esset addicendus creditori, vt reficeret dānum: non verò detinendus in carcere. Quinimo Iure Ciuili, cū denegatur beneficiū cessionis, non intelligitur quod debitor debet mori in carcere, vt docet Ripa in. l. obligatione, nu. 30. ff. de pignori. sed illud non omittendum. quod si hères qui nō confecit inuentarium, vir sit vitæ sanctimonia præstans, non tenetur ultra vires hæreditarias, quia cessat suspicio, quod surripuit bona: ita Soc. in tract. fallētia. reg. 170. facit. c. cum ex iniuncto. de noui oper. nūtia. Sed contra sentit Barba. in Rubr. ff. de acquir. hæredi. & in rep. c. Raynaldus, limit. 12. de testa. Deinde rē tetigit Tiraquel. de pen. temper. c. 5. l. nu. 113. & in medio relinquunt. Ego nihil desinio: tantum virtuti plurimum tribuo.

¶ Nūc tractemus de secunda parte distinctionis, scilicet quando defunctus nulla reliquit bona, & hæredem instituit: nam hoc etiā ino. si licet, vt in. l. hereditas. ff. de pet. hæredit. & hères inuentarium non confecit, & soluendo non est, an sit addicendus creditori. nam si inuentarium fecisset, res esset satis manifesta. Profectò durissimum videtur, vt hères, qui nō obolum quidē accepit, à defuncto non solum cogatur propria bona vendere ad soluendū d. b. a defuncti: verum etiam, vt eius persona, ratione debiti alieni cogatur seruire, cum ne in nummum quidem vnū successerit defuncto, qui debitum cōtraxit, & pecuniam in suos vsus conuertit: hæc res palàm est absurda, & ex diametro pugnat cum æquitate, ideò non admittenda, plura enim reijciunt eruditi, non quod aduersentur iuri scripto, sed quod absurda sunt, & ab æquitate aliena. l. nam absurdum. ff. de bonis libertor. Rursus præstat hęc æquitatis argumentum, quod docui cap. præcedenti: fideiussorem inopem obligatum pro debito alieno non esse addicendū creditori: hęc autem loquimur de hærede obligato pro debito alieno, sicuti fideiussor, & cum loquamur in casu in quo nulla pecunia ad eū ex hæreditate peruenit, æquissimum est, vt iudicemus, quod in fideiussore; ex eadem ratione. Præterea facit, quod pluribus argumentis locui. cap. 4. quod ille, qui absque culpa sua amittit bona, non est addicendus creditori, hęc autem loquimur in hærede,

qui nihil ex hæreditate consecutus amittit, & cōsumpsit omnes fortunas suas in soluendo credita defuncti: cui in nihil successit præter in inane hères nomen: soluit autem, quia non fecit inuentarium.

20 ¶ Neque obijciat quisquam, quòd non fecisse inuentarium est culpa, quoniam cum nihil est, quòd in inuentarium redigatur inuentarium faciendum nō est; cuius enim rei fiat inuentarium si nihil est? Sic dicimus quòd licet tutor sub grauibus pœnis teneatur facere inuentarium, vt in. l. tutor qui reperiendum. ff. de adm. tuto. id non habet locum, quando maior esset expensa conficiendi inuentarium, quam res in inuentarium redigenda, ita docet Bar. in. l. mediterraneæ. C. de ann. & tribut. lib. 1. & dixi in tractatu meo de decim. tuto. c. 2. nu. 48.

21 ¶ Ex quo infero, quod licet hères nō conficiens inuentarium teneatur ultra vires hæreditarias, vt in. l. si. §. si in vero postquā. C. de iure delib. & teneatur creditoribus satisfacere in solidū, id non habet locū, quando nihil erat, quòd in inuentariū redigeretur, neq; defunctus quidquā reliquit præter res alienū: cuius enim rei fiat inuentariū, cum nihil sit, & nō entis nullæ sint qualitatis, vt in. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. peta. Quæ opinio æquissima videtur, & probatur quoniam. l. si. §. & si præfatam, dicit quod non conficiens inuentarium, tenetur ultra vires hæreditarias, ergo supponit quod aliquid erant vires hæreditariæ. Neque obstat quod Alex. ibi nu. 4. las. nu. 2. dicunt quod hæres eius, qui cessit bonis, tenetur ultra vires hæreditarias, si non facit inuentariū: nam ei qui cedit bonis vestes relinquuntur, quæ ad hæredes transeunt, & sic sunt aliquæ vires hæreditariæ, vel intelligendi sunt, quando debitor post cessionem bona acquisiuit, vide infra nu. seq. & nu. 24. vbi dico eorum opinionem esse falsam.

¶ His ita definitis quid iudicandum in secunda parte questionis principalis, scilicet an hères eius qui iam erat in creditoris potestate teneatur seruire pro eo, si al. as soluendo ex proprijs bonis non sit, & inuentariū non confecit: supponendum autem, quod is qui nulla reliquit bona, potest testari, & hæredem instituere. l. hereditas. ff. de petito. hæredita. nam testamentum est declaratio eius, quod quis post mortem suam fieri vult, secundum adducta à Couarruias in Rubrica de testament. prima parte Rubricæ, per totam. plurima autem sunt,

De Inope debitore

sunt quæ hominem significare oportet in ultimo vitæ actu etiam si nulla relinquat bona.

¶ His suppositis, vt res exemplo sit dilucidior, finge debitorem additum esse creditori, vt ei seruiat per quadriennium, mortuus autem est post biennium instituto hærede, qui inuentarium non confecit: creditor autem petit, vt hæres, qui etiam inops est seruiat per reliquum biennium quid iuris? Mouet questionem, quod cum debitor iussus sit seruire per quadriennium, vt satisfaciatur, creditæ summæ, & solum per biennium seruiert: mortuus est, antequam debitor satisfacere, & tempore mortis debitor erat: si ergo erat debitor, videtur obligationem seruiendi pro reliquo biennio transferre ad hæredem, nam actiones ab hæredibus, & contra hæredes incipiunt: vt in l. vna. C. vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes incipiant, & defunctus adhuc debebat pecuniam, & in locum eius operas, & seruitium.

22 ¶ Sed tamen in hac specie ego iudicarem hæredem non teneri seruire creditori. Primo, quoniam hæres eius qui bonis celsit, etiam si non faciat inuentarium, non tenetur ultra vires hæreditarias autore Alex. in l. si. §. & si præfatam. col. 1. num. 4. vers. alius est casus. C. de iure deliber. Bald. in l. si. ff. de celsio. bono. Sed hoc argumentum tutum non est. Primo, quoniam dubium est, an hæres debitoris qui bonis celsit teneatur ultra vires hæreditarias, & quod teneatur ultra vires hæreditarias, probat Ias. in d. §. & si præfatam, nu. 2. versic. 2. limita, & ibi Alex. nu. 4.

23 ¶ Mouetur quoniam ratio ex qua Bald. in d. l. si. ff. de celsio. bono. docet hæredem eius qui bonis celsit non teneri ultra vires hæreditarias est, quoniam hæres subrogatur in locum defuncti: defunctus autem non tenebatur: quia qui cedit bonis, non tenetur quousque pinguiorem nanciscatur fortunam. §. fin. Insti. de actionibus, ergo neque hæres tenebitur argumento. l. sciendum. ff. in integ. resti. etiam si non fecerit inuentarium. Sed hæc ratio scrupulum habet, quod huiusmodi priuilegium non transit ad hæredem, sed est mere personale. l. sciendum. ff. de re iudi. l. maritum. cum lege sequenti. ff. solu. matrim. Qua ratione aduersus Baldum pronuntiant Alex. & Ias. in locis supracitatis, sed responde quod ille leges loquuntur in his qui non tenentur, ultra quæ

facere possunt, debitor autem, qui post celsionem aliqua acquirit, non tenetur ultra quam facere potest. l. his qui bonis. ff. de celsio. bono. Si tamen nihil acquirit, nullo modo conueniri potest, & vis obligationis filet, cum autem debitor conueniri non possit, & obligatio sit suspensa, certè cum eadè qualitate transit aduersus hæredem: ergo hæres non tenetur. Quare opinio Baldi non videtur aliena à veritate, & confirmatur, quoniam hæres non conficiens inuentarium idè tenetur ultra vires hæreditarias, quoniam est aduersus eum præsumptio iuris, & de iure, quod res surripuit, & quod non fecit inuentarium, ne furtum suum detegeatur: hæc autem loquimur in hærede eius, qui bonis celsit, celsisse autem bonis probatio efficax est: quæ euincit eadètem bonis carere, vt notant Canonistæ. in c. Odoardus per illum textum. de solutio. Ias. in l. si constante. nu. 148. ff. solu. matrimo. Parisius confi. 80. num. 48. lib. 1. Raphael Cõmentis. in l. decem. ff. de verb. oblig. & ibi Claudius, num. 10. Auerius in additione capellæ Tholosanæ. 196. Sed huic argumento responderi potest, quod licet bonis celsisse sit efficax probatio, quod cedens caret bonis, intelligitur pro tempore quo cedit: nã potest post celsionem benigniorè experiri fortunam: nam si non acquisisset noua bona: opinio Baldi est verior, vt infra dicam: præsertim, si celsit bonis in fauorem creditoris, qui agit aduersus hæredem: nam tunc cum ex eius confessione constet fuisse inopem audiendus est hæres, dicens, defunctum nulla reliquisse bona. Etiam si non fecerit inuentarium, neque ei obstat præsumptio, quæ est aduersus non conficientem inuentarium, quoniam ea tollitur partis confessione, vt infra dico nu. 26.

24 ¶ Sed adhuc opinio Baldi videtur confirmari ex ratione quam ipse adducit, scilicet, Quoniam de acquisitis post celsionem non tenetur debitor satisfacere, nisi in quantum facere potest. l. his qui bonis. ff. de celsio. bono. ergo neque hæres eius. Argumento. l. sciendum. ff. de integ. resti. sed huic argumento respondent Alex. & Ias. in d. §. & si præfatam, quod priuilegium, ne quis conueniatur ultra quam facere possit, non transit ad hæredem, sed est personale. l. maritum, cum lege sequenti. ff. solu. matrim. l. sciendum. ff. de re iudi. Deinde responderi potest, quod debitori qui bonis celsit, conceditur id priuilegium de quo supra.

Quoniam

25 ¶ Quoniam fortunæ acerbiter exper-
tus est, cum bonis cecisset, & si quod postea
acquirat aufertur illi à creditoribus in so-
lidum, non deducto quod ad alimenta est
necessarium, addigeretur ad mortem, & vitâ
conseruare nullo modo posset: idcò de po-
stea acquisitis non tenetur satisfacere nisi
in quantum facere potest. Hæc autem æqui-
tas non viget in persona hæredis: nam ne-
que miserabile cessionis bonorum reme-
dium, passus est: neque eget forsam ali-
mentis, nam si non de hæreditate, fortè ex
sua re diues est: idcò licet defunctus nõ pos-
set conueniri in plus quam facere posset,
ipse conueniri posse videtur si inuentariũ
non confecit. Sed certè quidquid de Iure
Ciuili verius sit, & etiam si opinio Baldi
verior esset, vt est re vera, quando debitor
nihil acquisiuit post cessionem nihil facit
ad nostrum casum: nam Iure nostro. Hispanico debitor non liberatur cessione bono-
rum, neque cessionis bonorum beneficium
apud nos in vsu est. Idcò, non licet ita ar-
guere, debitor qui cecisset bonis, non teneba-
tur: ergo, neque eius hæres, namque apud
nos debitor qui soluendo non est, tenetur
seruire creditori, & operis, vel seruitio sa-
tisfacere: idcò argumentum potest in con-
trarium retorqueri, debitor inops non li-
beratur cedendo bonis: ergo neque eius hæ-
res. Idcò omisso hoc telo quæramus aliud
quo hæredem inopem à creditore defen-
damus.

26 ¶ Illud autem occurrit, quod hæres non cõ-
ficiens inuentarium, idcò tenetur vltra vi-
res hæreditarias, quoniam aduersus eũ est
presumptio iuris, & de iure; quod occultauit
bona, vt in Auth. de hæredibus, & Fal-
cidia. §. sancimus: hæc autem presumpcio
tollitur confessione partis, glosa & DD: in
Auth. Sed iam necesse. C. de donatio. ante
nup. quare si creditores, vel legatarij confi-
teantur defunctum nulla alia reliquisse bo-
na, quã ea quæ hæres dicit certè hæres nõ te-
netur vltra vires hæreditarias, etiã si inue-
tariũ nõ confecerit: ita notat Bal. in. l. filiũ.
quem habentẽ. col. antepen. C. famil. hæ-
res. Alex. in. d. l. fi. §. & si prefatã. col. 1. nu.
3. las. nu. 2. C. de iure delib. Paul. in. l. in ra-
tione in. 1. §. quod vulgo. ff. ad leg. Falcid.
Cepola cautela. 22. & sequenti. Creditor au-
tẽ cui debitor defunctus additus fuit, cũ pe-
tijt à iudice, vt illũ sibi addiceret, haud du-
biã contẽdit illũ inopem esse, neque habere
bona: nam si bonã haberet vtique sibi non

traderetur, cũ autem ipse in iudicio affir-
mauerit illum inopẽ esse, & hoc titulo illũ
habeat in potestate sua, certè cũ hæres dicit
defunctus nulla bona relinquit, dicit idem
quod creditor dixerat, cũ petijt debitorem
sibi addici. Neque obiiciat quispiã forsam
post additionẽ aliquid acquisiuit. Nam si
opifex erat quotidianũ quæstũ reddit cre-
ditori, si opifex nõ erat, sed tantũ credito-
ri obsequiales operas præstabat, certè ex
his operis pecuniã nullam quærit, sed tã-
tum satisfacit paulatim, summa, quã credi-
tori debet, his congruit, quod supra docui,
nu. 20. quod tunc demũ non conficiens in-
uentarium: cõuenitur vltra vires hæredi-
tarias, quãdo in hæreditate remanserũt ali-
qua bona, certè si nulla remanserunt nõ est
conueniendus, nam tũc non est res de qua
fieri possit inuentariũ, vide quæ ibi dixi.

27 ¶ Deinde hæc opinio probatur efficacitèr,
quoniam lex faciẽs mentionem de operis
ab aliquo præstandis cum sit odiosa non
extẽditur ad eius hæredes. Ita docet Alex.
& las. nu. 8. in. l. venia. C. de in ius vocan.
Specul. tit. de sœudis. num. 15. Afflictus in
constitutione Siciliæ, incipiente probatio-
num defectum, nu. 78. Quinimo neque opẽ-
ras obsequiales quæ leuẽs, & faciles sunt
nõ tenetur hæres præstare. l. hæres. ff. de ob-
sequijs, à liberis, & libertis patrõno præstã
dis. l. non solum. §. quamquam. ff. de iniur.
notant Alberi. & Raynerius in. d. l. hæres.
Azo. in summa. C. de libertis, & eorum li-
beris, col. 1. & 2. glos. in. l. si. C. co. titulo. Lu-
douicus Gomezius in. §. pœnales. nu. 34.
Insti. de actio. Quod fallit in operis liberto-
rum, nam, & hæredes eorum illas præstare
tenentur. l. 1. §. quæ onerandæ, in fin. ff.
quar. rer. act. non detur. l. qui libertinus. §.
posthumus. ff. de oper. liberto. Cõfirmatur
hæc opinio, quoniam addictus creditori in-
famis efficitur, & dicitur pati pœnã corpo-
ralẽ, vt docui. c. 2. nu. 35. & c. 3. nu. 6. pœ-
na autem corporalis (imò neque pœnales a-
ctiones) ad hæredẽ transeunt. l. si verò. §. ff.
ad finẽ. ff. de his qui deiece, vel effuder. l. 1.
& per totum. C. si reus, vel accusator mor-
tuus fuerit. Sed reclamabit aliquis nonne
supra docuisti hæredẽ non conficientẽ in-
uentarium addicendum esse creditori? fa-
ctor, sed hic alius est casus, scilicet, quan-
do hæres instituitur à debitore iam pro-
pter inopiam tradito in potestatem credi-
toris, supra autem differuimus de hærede
debitoris qui creditori addictus non erat,

Dd an si

De Inope debitore

an si ad inopiam perueniat, sit addicendus creditori, sicuti creditor cui successit addiceretur si soluere nō posset. Sed an exceptio inuentarij nō cōfecti, possit per hęc de opponi post sentētiā vide latē Alex. in. l. ex diuerso. §. si in iudicio. ff. sol. matri.

S V M M A.

- 1 **L**ibertus etiam senex tenetur operas patrono prestare.
- 2 Valet argumentum de operis libertorum, ad opera seruorum.
- 3 Afflictio, non est danda afflictio.
- 4 Senectutis ratione liberatur, quis ab obligatione seruiendi, & operarū præstatione, etiam si teneatur ad ea ratione delicti commissi.
- 5 Dānatus in metallū, patitur capitis diminutionē.
- 6 Capite minuitur qui in imaginariam aliquam seruitutem adducitur.
- 7 Dānatus in metallum fit seruus pœnæ, & debet operas ratione delicti commissi: cuius punitio ad reipublicæ utilitatem spectat. Senes monachi, ex regula Beati Benedicti, rōn cōguntur regulæ præcepta seruare.
- 8 Iure Regio senectus excusat a muneribus personalibus, & ibi de alijs excusationibus.
- 9 Senectus, est quædam nobilitas.
- 10 Debitor infirmus creditori non est addicendus; neque ei seruire tenetur.
- 11 Senectus ægritudo est.
- 12 Senex semper videtur esse in morte.
- 13 Senex delinquens misericordiam meretur.
- 14 Persona senis honoranda.
- 15 Debitor inops creditori addictus, post additionem senex effectus: liberatur a dispositione huius legis.
- 16 Ætas per quam, quis liberatur, ne addicatur creditoribus.

An debitor senectæ ratione excusetur, ut non sit addicendus creditori. Cap. VII.

EST quotidiana, quæstio quid iudicandum sit in debitore senex, an scilicet addicendus sit creditori, si soluendo non sit. Præstat argumentum quæstioni cum dispositio generalis huius legis, tū decretum textus in. l. eius. ff. de oper. liber. iuncta lege præcedente, vbi Iuris Consultus tractans de operis præstandis. Scribit eas etiam a senex exigere posse: Cum ergo libertus, de quo lex illa loquitur, non excusetur ab operarum præstatione prætextu

senectutis, idem iudicandū videtur in nostro casu: nam cum libertus operas præstet patrono ratione beneficij accepti debitor verò; ratione pecuniæ rei transigendæ humanæ vitæ necessariæ.

2 ¶ Præsertim, quod valet argumentum de operis libertorum ad operas seruorum auctore Bart. in. l. si nō sortē. §. libertus. ff. de condi. indeb. & in. l. pro hæred. §. si quid tamen. ff. de acquir. hæred. notat Zalius: (qui tamen videtur ambigere) singulariū responsorum lib. 1. c. 3. Debitor autē creditori addictus videtur quodāmodo seruus eius esse, vt dico supra cap. 1. & 2.

¶ Neq; obstat si quis dicat; fateor senem rogendū operas præstare iuxta textū in d. l. eius. sed id admittendum si opifex sit, vel mechanicū aliquod artificium calleat: tū enim propriè dicetur prestare operas si tamen nullū calleat artificiū nō est cogendus seruire creditori: sed respōde q̄ paria habentur seruire, vel operas præstare, vt probat textus insignis in. l. si quē seruū. ff. de statu liber. cuius hæc sunt verba: *Nihil interest vtro modo caueas: si seruierit; an si trienio operas dederit.* Deinde facilius est opera obsequialis, quā opera artificialis: minusque onerosa. Rursus senē creditori addicendū probatur, quoniam licet de iure ætas ingrauescēs præstet immunitatē a muneribus personalibus: vt infra dico nu. 8. hoc nō amittēdum cū alterius iniuria. l. 2. §. si quid a principe. ff. ne quid in loco publico l. nec auus. C. de emancipa. libero. Iniuria autem esset creditoris si propter debitoris senectam sua pecunia frangeretur.

3 ¶ Sed in senex, de uexæ iā ætatis homine, cariola senectæ confracta, ego non seruabo dispositionē huius legis, quāuis maximā summā debeat. Moueor primo, quoniam æquissima ratione, senex in carcerē duci nō potest, vt existimat Cacialupus in tractatu de debitore suspecto, & fugitio. q. 5. col. 2. adducēs q̄ non est danda afflictio afflictio, vt in. l. Oratio. ff. de sponsalib. cuius opinio suadet ex pluribus quæ statim dicā. Ille autē qui in carcerē duci non potest, non est addicendus creditori: vt docui. c. 3. num. 2. & dico infra.

4 ¶ Rursus, senem non esse addicendum creditori: probatur efficaciter ex textu in l. in metallum. ff. de pœnis. Vbi probatur quod obligatus seruire, & operas prestare, etiam si teneatur eas prestare ratione commissi delicti, liberatur senectutis ratione

ratione. Inquit lex. In metallū damnati, si valetudine, aut ætatis infirmitate inutiles opere faciendo deprehendantur ex rescripto diui Pij, à Præside dimitti poterunt. Nota ætatis infirmitatem (hoc est senectutem) liberare, ab oporatum præstatione: etiam si eas præstare teneatur ratione delicti, loquitur enim lex de homine libero in metallum damnato, qui non tantum operas Cæsari præstare tenetur, verum etiam eius seruus fiebat Iure digestorum, vt in. l. in metallum. ff. de iure fisci. l. frustra. C. senten. passis. docent Bartol. Paul. Alex. & Ias. in. l. si quis mihi bona. §. seruus municipum. ff. de acquir. hæred. nihilominus tamen ætatis imbecillitas liberationem præstat.

5 ¶ Deinde quòd d. l. in metallum, expressè adiuuet nostram sententiā probatur, quoniam damnatus in metallum capitis diminutionem patitur. l. in metallum. ff. de iure fisci. l. si. ff. de capi. diminu. Debitor autè creditori addictus capitis diminutionē patitur, vt in lege duodecim tabularum, quæ de hac re loquitur expressè definitur: nam vt dixi cap. 1. num. §. 6. cum lex. 1. 2. tabularum præcipit, vt debitor non soluens addicatur creditori rem significat his verbis. *Ni iudicatum facit capitis poenas dato.* Et ita interpretatur Zasius. in. l. 1. versiculo vltimo. ff. de celsio. bono.

6 ¶ Quod etiam probatur, quoniã capite minui dicitur, qui in imaginariam aliquã seruitutem adducitur, vt in. l. liberos. §. emancipato. ff. de capi. diminu. cuius verba sunt: *Emancipato filio capitis diminutio manifestè accidit, cum nemo emancipari possit, nisi in imaginariam seruillem causam deductus.* Ille autem qui traditur in seruitium creditori, in imaginariam quandam seruitutem deductus videtur, vt in. l. Præses, & in. l. si liberum captum, & in. l. si is qui te. iuncta lege finali. C. de captiu. & postlim. reuers. Ex quo videtur. l. in metallū loqui in nostro casu: imò, in casu magis dubio.

7 ¶ Quoniã damnatus in metallū fit seruus poenæ, & debet operas ratione delicti: cuius punitio ad publicam spectat vtilitatē. l. cõgruit. ff. de offi. præsid. His accedit text. in. l. interdū. ff. de oper. liber. Inquit lex. *Nã dū languet libertus patrono opere pereunt.* Idem probatur in. l. liberta. ff. de oper. lib. Inquit lex. *Liberta, operas si maior est quinquaginta annis: dare patrono nõ cogitur.* Idē probatur in. l. nec audiendus. ff. eo. tit. Et quòd senectus ab oporatum præstatione liberationē præstat.

notat Azo. in sum. C. de oper. libert. col. 2. & in summa. §. sequitur. C. de vsufr. glo. in l. liberta. ff. de oper. libert. Albe. in Rub. ff. eod. tit. & magis proximè ad nostrum casum docet Zasius singularium responsorum lib. 1. cap. 3. nu. 34. Sic Diuus Benedictus in regula monachorum. cap. 37. iubet, ne senes cogantur regulæ præcepta obseruare, his verbis: *Natura quodammodo trahitur ad misericordiam senum, & infantium: vnde districtione regulæ non teneantur.*

8 ¶ Sic Iure Regio senectus excusat à muneribus personalibus generalitèr omnibus in dictis. l. 17. tit. 4. lib. 4. Ordin. & probatur in. l. 3. §. quãuis. & §. Præses. ff. de muner. & honorib. l. munerū. §. ij quoque. ver. si. Camelelasia. ff. de muner. & honorib. ibi. *Solo corporis ministerio obligentur, nec vlla excusatione liberantur, nisi sola læsi, & inutilis corporis infirmitate.* Seniores enim à multis muneribus excusantur. l. 2. §. si. ff. de decurio. l. Et qui originem. §. quãuis. & §. circa frumētū. ff. de muner. & honor. l. si. C. qui ætate se excus. lib. 10. l. 1. C. de his qui morbo, vel ætate. l. excusantur. ff. de excusa. tuto. l. maiores. l. semper. ff. de iure immuni. §. itē maio. Insti. de excus. tutor. Sic senes à longis itineribus, quos ceteri necessario subire tenentur, immunes sunt. c. magnæ. de vōto, vbi votū transmarinū; aliàs irremissibile; remittitur propter ætatē. Facit textus in c. quamuis. de sent. excōm. c. placuit. 18. distinctione, vbi Episcopus excusatur ob ætatē, ne ad sinodū personalitèr accedat.

9 ¶ Deinde quòd debitor senex non sit addicendus creditori probatur, quoniam debitor nobilis, etiam si soluendo non sit, non est addicendus creditori, vt dico. c. 16. per totum Senectus autē nobilitas quædã est l. prouidendū. C. de postul. in prin. ibi. *Meritum, nobilissimos fecit, aut vetustas.* Vnde senes gaudent priuilegio concessio egregijs personis. in. l. ad egregias. ff. de iureiur. vt notat glosa ibi. per textū in Auth. de hereditib. & Falci. §. hinc nobis, & sequuntur omnes dd. in. d. l. ad egregias. quãuis Ang. ibi scribit, qd hoc nõ seruatur de cõsuetudine. Sed dd. opinionē sequitur Anto. in. c. quoniã frequenter. in princ. vt lite nõ contest. Vbi dicit, quòd hoc casu senex iudicandus qui attingit annum septuagesimum secundum, vt probatur in. c. si qui testium, & ibi glos. & DD. de testibus. nota Barba. consi. 20. col. 3. lib. 2. Et certè communis, necessaria seruanda est, si senex imbecillus sit.

Dd 2 ¶ Rursus

De Inope debitore

10 ¶ Rursus hæc opinio probatur; quoniam debitor infirmus non est creditori addicendus, neque tenetur ei seruire. l. cum hæres. §. Stichus. ff. de statu libe. l. in metallum. ff. de pœnis. l. prætor. ff. de excusa. mune. c. 1. de clerico ægrotan. in. 6. & dico infra.

11 ¶ Senectus autem ægritudo est. l. ciui. a. tibus. ff. de leg. 1. c. magne de voto, ubi ita docet Abb. idem Abb. in. c. quoniam frequenter. col. 6. vt lite non contestata. ubi scribit legem loquentem in ægro practicandam in sene. vt etiam scribit Archidiacon. in. c. nihil. 7. q. 1. Gomezus in regula Cancellarię, de infirmis resignantibus. q. 7. Nã senectus, & grauis ægritudo: æquiparatur. c. 1. de clerico ægrotan. in. 6. Ancha. consil. 279. quæstio proponitur. Hinc Terentianum illud: *Ipsa senectus morbus est.* Et Aristot. lib. 5. de generat. one animalium. Senectutem per se ipsam morbum esse naturalem docet, qua (vt inquit Horatius) multa circumstant incommoda.

¶ Neque senex solum censetur egrotare, verum etiam semper videtur esse in morte. l. is qui. ff. de fideicommi. libert. notant recentiores in. l. senium. C. qui testam. facer. poss. Gomezus in regula Cancellarię, de infirmis resignantibus. q. 7. Cataldinus in tractatu de translatione Concilij Basiliensis. col. 3. Corpus autem mortui, nõ potest retineri pro debito. l. cum sit iniustum. C. de sepul. viola. & docui. c. 1. num. 19. ergo, neque senex, qui vti Beroaldus ex Græcorum Proverbio refert, *Homo est, & non est.* & doctissimus Erasmus referens, Senectutis incommoda, inquit.

Dentique totum hominem paulatim surripit ipsi.

Neque de priore tandem.

Præterquam nomen, titulumq; relinquit, inanem.

Cuiusmodi tuemur

Passim marmoreis in sculpta vocabula bustris.

Vtrum hoc senecta que so,

An mors lenta magis dicenda est.

¶ His suffragatur textus insignis in. l. arboribus. §. de illo. ff. de vsuf. ibi, *Egrotate seruo, vel infante: cuius opere nullæ sunt, vel defectæ senectutis homine.* Ecce senectutem ingrauescentem non posse vllas operas præstare.

¶ His accedit prudens ratio scilicet, quòd debitor adducitur creditori, vt operis artificialibus, vel obsequialibus satisfaciatur, creditæ summæ; debitor autem senio fractus nullas potest præstare operas, vt in. d. §. de illo. l. arboribus. ff. de vsuf. l. in n. talium. ff. de pen. l. munerum. §. ij quoq; ver-

sic. Camelasia. ff. de muner. & honorib. Senectus enim furtim surripit hominem, epotat corporis succos, animi vigorem hebetat, vires couellit, alacritatē aufert, auctore vitæ igniculū decerpit, & huius nutriciū liquorem vitaleis adimit flatus, cū languine corpus deniq; (vt Erasmus inquit) *Totum hominem paulatim surripit ipsi.*

Neque de priore tandem.

Præterquam nomen titulumq; relinquit inanem.

¶ Cum ergo senis cariosa ætate contracti, nullæ possint esse operæ, nullus est eius vsus: etiã si creditori addicatur, ergo nõ addicendus. Huic opinioni suffragatur, qd scribit Bal. in. l. vna. nu. 27. C. de confe. Zasius in tracta. fœud. par. 8. nu. 68. Postremò, senẽ eximendū à duro huius legis decreto: probatur, quoniam additio hæc, qua debitor additio creditori, cõsetur pœna corporalis, vt dixi. c. 2. nu. 35. & c. 3. nu. 6.

13 ¶ Senex autem etiam si crimẽ committat misericordiã promeretur, & senectuti ingrauescẽti venia datur. l. si quis in graui. §. ignoscitur. ff. ad Sillania. glo. f. in. l. ferẽ in omnibus. ff. de reg. iur. & in. c. tanta nequitia. 86. distinctio. ibi. *Tuis æquidem canis paracimus.* c. tãta. 1. q. 7. c. tẽpera. 26. q. 7. gl. Bar. & DD. in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infam. Gandinus in tract. maleficiorum tit. de pœnis. col. 15. versiculo itẽ in sene. Bal. in. c. 1. de maiori. & obedi. Platea. in. l. fin. C. qui ætate se excusant. lib. 10. Quare senex decrepitus nõ est torquendus, ita arg. d. §. ignoscitur, notat Gandinus in Rub. de quæstio. Hippol. in. l. æditum, & in. §. expedita. ff. de quæstio. Brunus in tractatu iudiciorum. 4. q. princ. col. 28. Carrerius in practica criminali, in prin. nu. 180. versic. item excipitur senex decrepitus. Senectus enim est probabilis causa dispensandi glossa in Clement. 1. §. pen. verbo necessitate de priuileg.

14 ¶ Deferamus ergo honorẽ senectuti namque, vt Ouidius testatur.

Magna fuit semper capitis reuerentia cani.

¶ Et Calistratus Iure Cõsultus. in. l. sēper. ff. de iure immuni. inquit. *Sēper apud maiores nostros senectus venerabilis fuit.* Hoc autẽ Hispani diligẽtius facere debemus, quoniam vt est autor Philostratus in vita Apolonij, post initiū libri quinti: apud Gades tẽplũ erat senectuti dicatũ qd etatẽ rerũ magistrã maximẽ, vt Aelianus inquit, veneratũr.

¶ Rursus Cõciliũ Carthaginẽse quartũ. c. 84. præcipit pauperes & ienes præceteris honorari.

honorari. Item Leuitici. 19. legimus. *Coram cano capite consurge; & honora personam senis.* Et B. Paulus. 1. ad Timotheū. 5. iubet iuuenes honorare seniores, vt parētes. **¶** Iudex ergo qui carcere reclusum detinet senem, repetat illud Vergilianū. 2. Aeneidos *Damni miserere senectæ.*

¶ Vltimò hæc opinio probatur, quoniam hæc lex non est practicanda aduersus debitores pueros, vt dico. c. sequenti. Senex autem longeuus in infantiam quasi reuoluitur, vt autor est Aristoteles, libro Orbicularium quæstionum. 17. cap. 3. Vnde Plautus in mercatore inquit.

Senex cum ex templo est, iam nec sentit, nec sapit. Aiunt solere eum reuocascere.

¶ Vnde illud, & vulgi sermone iactatum habemus, *Bis pueri senex.* Et ex Catone illud.

Cum sapias animo noli irridere senectam.

Nā quicumq; senex; sensus puerilis in illo est.

¶ Quod refert glosa in. l. senectus. C. de donat. Odofredus, & Baldus in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infamia.

15 **¶** Illud autem addendum, quòd non solum eximendus à dispositione huius legis qui senex est tempore quo traditur creditori, verum etiam, qui postquam traditus fuit, ad cariosam senectā peruenit: nam in hac specie loquitur. l. in metallum ff. de pen. & maiori fauore dignus est, qui per aliquot annos operas præstitit, quam, qui à principio fauore cariosæ senectutis, à dispositione huius legis exemptus fuit. Præterea hinc quadrant omnes rationes supra relatæ, & notat expressè glosa in. l. liberta. ff. de oper. libe. Albe. in rub. ff. de oper. libe. col. 2.

16 **¶** Quot autem annos, quis agere debeat, vt eximatur à dispositione huius legis videtur deduci ex. l. 3. ff. de mun. & hono. & ex his quæ dixi supra numero. 9. citando Antonii. in. c. quoniam frequenter, in princ. vt lite non contestata: sed meo iudicio res hæc nō tam ex senectā (hoc est ex annorū numero) quam ex senio: videtur definienda, videmus enim senes viriū robore validos, & rursus videmus sexagenarium vix pedibus subsistentem, ideo, res hæc arbitrio iudicis videtur committenda, vt ex statu, natura, & dispositione debitoris, illum, vel liberet, vel subiiciat dispositioni huius legis. Non obstant ex aduerso prolata: non obstat, quòd à liberto senex exigūtur opere, id enim verum, nisi valdè senex sit. l. liber-

ta. ff. de oper. liber. & docui supra versiculo his accedit text. nu. 12. Deinde non obstat, quòd fauor debitus seni, non debet ledere creditorem, non enim ledit cum senectā tanta est, vt opere senis ei vsui esse non possit. Præterea condonet senectuti seruitium, vt condonat ægritudini, velit, nolit, & vt condonat morti, in qua senex semper esse dicitur. Hæc opinio est Christiana, & in hominum cōuertium admittenda; nihil enim nobis antiquius esse debet, quam quod charitatē sapit. Et iuxta vetus Proverbium, *Homo homini Deus; non carnifex.*

S V M M A.

1 **¶** *Uppillaris etas, non excusat ab operarum præstatione.*

Lex loquens generalitèr minoris personam cōprehendit.

2 *Impubes in carcerem detrudi non potest.*

3 *Impubes non cedit bonis.*

4 *Bonorum cestio dicitur esse alienatio.*

5 *Aetas excusat ab operarum præstatione.*

6 *Statuta exorbitantia, minores non comprehendunt; & num. 3.*

7 *Pupilli, utpotè quibus rerum suarum administratio non est concessa, sunt immunes à pœnis impostis negligentibus, & res suas malè curantibus.*

8 *Minor in delictis excusatur à pœna, etiam in delictis, quorum puniatio expedit reipublice.*

9 *Indulgētia ratione etatis, de delicto commissio per minorem, semel concessa durat, si postea adoleuerit, & in simili numero. 10. & 11.*

12 *Minor. 25. annis, pro pecuniario debito, an capiatur, & nu. 13.*

14 *Captura dicitur iniuria irreparabilis, & nu. 15.*

16 *Gesta ab adulto curatorem habente, sine tutoris autoritate sunt nulla ipso iure.*

17 *Adultus, aut impubes doli capax, dolo, vel malitia bona consumentes, si fiant inopes creditori addicuntur.*

18 *Debitor ob dolum in rebus proprijs amittit priuilegium, ne capiatur à creditoribus.*

19 *Captiosa paupertas, potius nocet quam excusat.*

20 *Ratione doli admittitur priuilegiū, ne quis conueniatur ultra quam facere possit.*

21 *Minor cuius malitia etate supplet: maioribus cōnumerandus.*

¶ *An dispositio huius legis exerceāda sit in debitores minores, & quid si postea adolescant.*
Caput. VIII.

Dd 3 Præterea

De Inope debitore

1 **P**raterea quaero vtrum minor sit æris alieni ratione addicendus creditori. De pupillo prius: de adulto, postea dicemus. Videtur pupillum inopẽ creditori addicendum ex textu in. l. vt iuris iurandi. §. dabitur. ff. de oper. liber. cuius verba sunt: *Dabitur in impuberem cum adoleuerit operarum actio, sed & interdium quandiu impubes est, nam huius quoque est ministerium, si fortẽ miniculator sit.* Vides pupillarem etatem nõ excusare ab operarũ præstatione. Sic Bart. in. l. fin. C. qui ætate, vel professi. se execu. scribit, minores ea personalia munera subire debere, quæ sine vitæ periculo suscipi possunt. Debitor autem eas tantum operas creditori præstare tenetur, quæ absque vitæ periculo præstari possunt. l. hec demum. ff. de oper. liber. notat Salic. in. l. 2. C. de capti. & post lim. reuer. Ripa. in. l. obligatione generali. nu. 8. ff. de pignor. Zaf. lib. 1. re. spon. capit. 3. & dico infra.

¶ His accedit quod lex generaliter loquẽs, comprehendit personam minoris. c. constitutus de in integ. restitut. notant DD. in. l. si sine. §. Lucius ff. de admi. tutor. Bal. in. l. si. C. de in integ. resti. Ang. in. l. si plures. ff. de pact. idem conf. 160. Albe. in. 2. part. sta tu. q. 369. Socin. conf. 123. col. 2. lib. 3. Alex. conf. 49. col. 3. lib. 1. & conf. 119. nu. 35. & conf. 254. lib. 6. Lex autem ista generaliter præcipit debitorem inopem seruire creditori, ergo comprehendetur minor. argumento. l. de prætio. ff. de publicia. præterea, creditor, efficax ius habet aduersus pupillum, & pro credito vendit eius bona, absq; solemnitate requisita in venditione rerum minoris. l. si pupillorum. §. 1. ff. de rebus corũ. notat Bart. in. l. Papinianus. §. sed nec impuberi. nu. 3. vers. probatur. ff. de inoffi. testamen. Guido Papæ, decisione Delphinali. 30. num. 6. quia tunc creditor, non vendit nomine pupilli, sed iure suo, & virtute obligationis quã aduersus pupillum, & eius bona habet.

2 ¶ Sed verius est pupillum debẽtem nõ esse addicendum creditori, etiam si soluendo non sit. Primõ, quoniam impubes non potest detrudi in carcerem argumento. l. neq; impuberis. ff. de in ius vocand. vbi notant Bar. Bal. Rom. Paul. Alexand. Iaf. & Iacobinus. Baptista Sansæuer. in tracta. de debito. susp. & fugi. in. §. q. princ. Specul. titu. de contum. §. si. Ang. in. l. nemo carcerẽ. C. de exacto. tribu. lib. 10. Roma. consil. 120. col. 2. num. 3. cum sequentibus. Boer. in repet.

l. consentaneum. num. 165. C. quomodo, & quan. iud. Et dicit Iacobinus in. d. l. neque impuberes, quod minor viginti quinque annis non potest pro debito pecuniario conijci in carcerem. Castell. in. l. 66. Tauri. verbo *De se arraygar.* col. fi. notat Bal. in. l. 1. nu. 20. C. qui bon. ced. poss. Vbi dicit, quod pupillus non potest carcerari, quoniam satis est, quod ex debito paterno patitur secundum decretum, & ex proprio primum, & sequitur ibi Salic. col. penul. q. vndecima: & ibi etiam dicit Bald. quod minor viginti quinque annis non potest pro debito pecuniario conijci in carcerẽ, & sequitur Iaf. in. l. 4. num. 24. ff. de re iudi. vbi dicit hoc secundum Ang. idẽ esse, quia captura est iniuria irretractabilis, sed mihi videtur hoc indulgeri ætati præterea adducit Angel. alia. l. 4. §. condemnatum, de qua re infra dicam num. 12. versic. nunc tractemus. Hoc supposito manifestũ est, quod minor non est addicendus creditori: qui in carcerem duci non potest, non est addicendus creditori, vt probaui. c. 3. num. 2. & c. 4. & dico infra capit. 16. De debitori *Nolili.*

¶ Præterea hanc opinionem nominatim probat Rodericus in repetitione. l. 2. titulo *De los gouernos*, lib. 2. Fori. col. fi. versic. limita sexto, vbi dicit, quod lex illa præscribẽs, vt debitor inops teneatur seruire creditori (vt enim disponit. d. l. 2. *De los gouernos*) nõ est practicanda aduersus impuberem, quia non potest carcerari.

3 ¶ Adducit etiam quod impubes nõ potest cedere bonis, & cum citat Baldum in. l. fin. num. 20. C. de celsio: bono. non recitat ex vero eius verba, quamuis hæc opinio, vt pupillus non possit cedere bonis, probatur à Saliceto, in. d. l. si. col. pen. q. vndecima, nu. 11. & probat Iaf. in. §. fin. col. 2. Insti. de actio. quoniam satis est, quod ex debito paterno patitur secundum decretum, ex proprio primum tantum: de qua re vide Barba. in. c. Raynuntius. de testam. in sua Inanina. citat Iaf. in. d. §. fi. col. 2. Angelum in l. neque impuberes. ff. de in ius vocand. sed Angelus ibi de hac re, ne verbum quidem. Sed Soc. regula. 46. fallentia decimatercia dicit, quod minor cum non possit incarcerationi non potest cedere bonis, quia cessat ratio, propter quam conceditur beneficium celsionis, scilicet, vt debitor effugiat carcerem. l. 1. C. de cess. bon. Sed ego rem hanc, (vt scilicet debitor impubes nõ possit addici creditori) ex ea ratione amplector quod impu-

impubes non est detrudendus in carcerē: alias si hoc deficeret, non me magnopere moueret, quod non potest cedere bonis, illud enim ideo est, quoniam celsio bonorū est alienatio bonorum, & ex proprio contractu nō patitur, nisi primum decretum, & ex paterno secundum: hic autem loquimur de quando nulla bona habet, & sic nō de alienando, sed petitur, vt soluat operis: nam opera est loco prætii, vt dixi. c. 2. tunc enim, nisi ratio suprædicta aduersaretur non esset iniquum, vt seruiret creditori, neque enim; si petat creditor, suū debitū, reculare potest solutionem, ex eo quod impubes est, imō creditores vendunt eius bona, etiam si sit minor. l. fin. ff. de priui. credi. & vident non seruata solemnitate quæ in alienatione rerum minoris seruari solet, vt dixi supra num. 1. Cum tamen in carcerari non possit, & opere non sint bona præsentia, sed futura: æquum est, vt non addicatur creditori, debetur enim venia ætati.

5 & Comprobatur hæc opinio, quoniam ætas excusat ab operarum præstatione. l. cæterum. ff. de rei vendic. l. semper ad finem. ff. de iure immuni. scribit Azo. in Rubr. C. de oper. liber. col. 2.

¶ Deinde si infans est: infantie proximus, in quem vsus est addicendus creditori, cuius nullæ sint operæ. l. arboribus. §. de illo. ff. de vsu. sibi, *Egrotante seruo, vel infante, ius operæ nulle sunt.*

¶ His suffragatur textus in. l. quicumque. C. de seruis fugitiuis, vbi fit sermo de quodā casu, in quo qui non potest soluere luit corpore, dicit tamen textus, quod minor non debet eam corporalem pœnam subire, is autem qui creditori addicatur, dicitur pati pœnam corporalem, ergo ab ea immunis debet esse minor.

¶ His accedit, quod si aliqua lex punit aliquid, quod de iure communi non punitur nō comprehendit minorem, licet generaliter loquatur, ita probatur in. c. 2. de delict. puerorum scribit Roma. sing. 816. incip. tu audisti titulum; alias est singulare vltimum. Bal. in. l. si ex causa. §. si. ff. de minorib. Cremenfis, singul. 30. vbi tradunt, quod si ex statuto extrahens oleum, è tali regione puniatur; non comprehenditur pupillus. Cum autem debitor è: addici creditori: sit aduersus ius commune, vt docui. c. 1. nu. 6. certè licet lex generaliter loquatur in debitore, non comprehenditur pupillus.

6 ¶ His congruit, quod hæc lex est odiosa, & exorbitans, statuta autem odiosa, vel exorbitantia minores non comprehendunt, vt tradit Bart. in. l. etiam. ff. de minor. Bald. in. l. 1. C. quando Impera. inter pupi. & vidu. Hyppol. singul. 481. Vbi tradit, quod licet statuto caueatur, vt filia dotata non succedat stantibus masculis: tale statutum non habet locum in filia infante, citat Bal. in. l. si plures. col. 10. versic. iuxta prædicta formatur talis questio. C. de condit. infer. Anchar. in repetitione. c. canonum statuta. col. 89. versic. ponè statuto cauetur. de cōstit. Alex. conli. 162. visis huius col. 1. lib. 6. de qua re alibi diseram. Cum ergo dispositio huius legis sit odiosa, & exorbitans, vt dixi. c. 1. & c. 2. per totum: certè non comprehendit pupillum. Confirmatur hæc opinio ex traditis supra. c. 4. vbi docui dispositionem huius legis, non habere locum aduersus eum, qui absque culpa sua ex accidenti amisit bona: Impubes autem culpa vacat, tum quia lubricum est eius ætatis cū filium, tum quoniam administratio rerum suarum ad tutore pertinet, & pupillus, neque administrat, neque administrare potest, vnde si facultates eius pereant, ipsi nihil imputari potest.

7 ¶ Inde, pupillus immunis est à pœnis impositis negligentibus, & res suas male curantibus: quoniam rei suæ administratio sibi concessa non est, ita dicit text. in. l. 1. §. fin. C. de annali excep. Ergo pupillus, qui propter iacturam rei suæ soluere non potest, misericordiam meretur, propter inculpatam paupertatem. Nam si non ex contractu tutoris, vel patris, sed ex suo teneretur, vtique absoluendus esset; cum contractus non valeret, & ex cōsequenti debitor non esset. l. prædiorum. C. de prædi. minor. ¶ Suffragatur huic sententiæ, quod si ex contractu inito per tutorem aliqua poena irroganda sit minori, certè minor excusatur, dicendo, ego non feci hunc contractū, sed tutor. Sic *Ælius Spartianus* de Adriano, Cæsare illud prodit memoriæ, quod decoctores bonorū suorum iubebat catamidiari (hoc est exhibendos, & irridēdos exhibere) in amphiteatro; *si suæ autoritatis essent, hoc est, si essent suæ potestatis*, habens autem tutorem, vel curatorem sui iuris non est. Rursus *Liuius Decadis prius*, lib. 8. significat etatem debitoris misericordiam promereri, ne creditoris nexu detineatur. Inquit *Liuius, Lucius Papius is fuit, cui cum se,*
C. Publius

De Inope debitore

C. Publius, ob æs alienum paternum nexum dedisset, quæ ætas, formaquæ misericordiam elicere poterat, ad libidinem & contumeliam animum accenderunt, &c.

¶ Rursus, quod impubes etiam si consumptis bonis solvendo non sit, non sit addendus creditori, sed inopia, & decoctio bonorum veniam promereatur, indicat Cicero in Oratione pro Cælio: ubi inter alia huic tractatui apta: hæc subiicit. *Nolo cuiusquam fortis, atque illustris viri, ne minimum quidem erratum cum maxima laude coniungere; quod si facere vellem, multi à me summi, atque ornatissimi viri prædicarentur: quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries magnitudo, æris alieni sumptus; libidines nominarentur: quæ multis post ea virtutibus obiecta adolescentiæ qui vellet excusatione defenderet.*

¶ Cæterum ad euincendam hanc opinionem, vel illud sufficeret quod in delictis, quorum punitio publicam spectat utilitatem impunitas: datur teneræ ætatis ratione. l. auxilium. §. in delictis. ff. de minoribus. l. si ex causa. §. nunc in minoribus. ff. de minoribus. l. 1. §. impubes. ff. ad Sillaniam. l. ferè in omnibus, & ibi glossa. ff. de reg. iur. c. 2. de delictis. puero, & ibi Annania, & Abbas. Gandinus in tractatu maleficiorum, titulo de pœnis. col. 1. §. in paruis. Bal. in l. quicumque. col. 4. C. de seru. fugiti. Hippoli. in l. 1. col. 1. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Ergo, & hic impubes excusandus, cum etiam si crimen commisisset excusaretur. Cõsonat huic sententiæ; quod diuus Benedictus in regula monachorum. cap. 37. præcipit, ne infantes cogantur regulæ præcepta observare. Eius verba hæc sunt: *Natura quodammodo trahitur ad misericordiam senum, & insantiu: unde districtione regulæ non teneantur.* Ergo impubes immunis est, à dispositione huius legis. Non obstant ex aduerso prolata. Primo, non obstat. l. vt iurisurandi. §. dabitur. ff. de oper. liberto. ubi in impuberè datur operarum actio, & dum est impubes præstat, quas ætas ferre potest: & postea, quæ viro congruunt. Sed illud, verum cum operas obligatus est præstare, ibi enim supponit textus impuberem legitimè obligatum patrono fuisse ad præstandum operas, quod qualiter fiat explicat Zasius. Responsorum libro primo, cap. 3. in nostro autem casu impubes, neque ex pacto, neque ex lege obligatus est operas præstare. Ille enim qui non potest conijci in carcerem, nõ tenetur seruire creditori, etiam si solvendo

non sit, vt docui. c. 3. supra. r. n. 9. Rursus nõ obstat quod lex generaliter loquens, comprehendit minorem: id enim verum, nisi in odiosis, vel exorbitantibus, vel in his quæ aduersus dispositionem Iuris Communis puniuntur, vt dixi nu. 5. nu. 6. Non obstat, quod creditores habent ius efficax, aduersus impuberem: id enim verum quoad bona, sed non quoad capiendam personam, vt dixi nu. 1. Amplia singulariter hanc limitationem ad eum enim verum est impuberem eximendum à dispositione huius legis, vt semel facta liberatione, ratione ætatis, non sit postquam adoleuerit addicendus creditori.

9 ¶ Moueor, quoniam cum minori nõ vindicanti necem patris parcat, ne lege, statuta pœnas patiat. Certè, etiã si postea adoleuerit indulgentia primæ ætatis ratione concessa illum excusat, ita notat glossa in l. 1. in verbo *Vlciscatur*. C. in quibus causis in integ. resti. non est necessaria, & ibi notant Bal. Ang. & Salic. Albe. & Bal. in l. minoribus. post glossam ibi. C. de his quibus, vt indig. Idem dispositum est in matre non petente tutorem filijs, excusatur enim si erat minor tẽpore, quo petere debuit, neq; ei obest, quod postea virilem ætatem ingressa, cessat etiam tutorem petere: sufficit enim, quod eo tempore quo peti debuit minoris ætatis ratione excusata fuit. Ita notat Bald. in l. 2. C. si aduers. delict. Specul. tit. de in integ. restit. 1. par. §. quis autẽ versic. sed quid si ipsa, & ibi Bald. in additione Ang. Sali. Paul. & Fulg. in l. 2. C. si aduersus delict.

10 ¶ Sic filius non redimens patrem à potestate hostium excusatur ætatis ratione, neque sibi postea nocet: cum maior factus conomine conuenitur, ita notat Bald. in Authen. si captiui. C. de Episco. & clericis, & in l. qui cõtra. col. 2. C. de incest. nup. Ang. in l. 1. C. in quibus causis in integ. resti. nõ est necessaria. Paul. & Iaf. l. sciendum. §. si. illo notabili. 1. hic col. 1. Rom. singul. 221. Fulgo. consil. 52. Faciunt quæ dico capit. de multa.

11 ¶ Sic cum minor ætas excuset in criminibus: nõ est minor cum adoleuerit, ex eo crimine plestendus: autore Hippolit. in l. 1. §. infans. col. 2. ff. ad leg. Corn. de Sicar. & in l. de minore, in principio col. si. versiculo, & an minor. ff. de questio.

12 ¶ Nunc tractemus, an pubes minor viginquinque annis sit creditori addicendus.

Mouet

Mouet quæstionem, quòd qui non potest pro debito in carcerem duci non est addicendus creditori, vt docui cap. 3. num. 2. Minor autem vigintiquinque annis non potest pro pecuniario debito duci in carcerem in autore Bald. in l. 1. numer. 20. C. de celsio bono. & ibi Salic. num. 1. Bart. in tractat. de carceribus. q. 4. Ang. in l. nemo carcerem. C. de exacto. tribu. lib. 10. Roderic. in l. 2. q. 4. tit. De los gouernos. col. 1. Aret. §. fin. col. 2. Institu. de actio. Roman. & Alexand. col. fi. & Iacobinus in l. neq; impubes. ff. de in ius vocan. Roman. consil. 120. Iaf. in l. 4. §. condemnatum, num. 24. ff. de re iudicata. Cassan. in consuetud. Burgundiz, Rubr. §. 1. verbo *Son principal*, num. 14. Et quòd minor non potest capi, scribit generalitèr Socin. regula. 46. fallentia. 13. & in d. l. neq; impubes. col. 1.

13 ¶ Deinde, facit, quòd cum statutum puniat aliquid, quod de Iure Còmuni non puniatur: non comprehendit personam minoris, vt dixi supra num. 5. Præterea facit, quòd statuta odiosa, vel exorbitantia non comprehendunt minores, vt dixi nu. 6. Rursus adduci possunt aliqua alia producta supra in fauorem impubers. Et illud negare nemo potest, quin pubes agens annum decimum quintum, vel decimum septimum: sit dignus misericordia, cū in delictis mitissimè agatur, cum his qui hanc agunt ætatem. Præterea si minor debet ex contractu paterno, & hæreditatem eius adiuit cum beneficio inuentarij, haud dubiè non addicendus creditori, licet soluendo non sit, vt docui. c. 5. dummodo exhibeat bona in inuentario contenta, vel eorum rationem reddat. Quod si tenetur ex contractu proprio inito à curatore, certè videtur dignus venia cum res nò eius culpa fuerit amissa, neque enim ipse administrabat, vel sui iuris erat: his autem Adrianus Cæsar paracebat alioqui decoctorū grauissimus hostis, vt docui supra, nu. 6. & qui absque culpa sua amittit bona non addicendus creditori, vt docui supra cap. 4. qui autem curatorem habet; non videtur esse posse in culpa, non enim contrahit, non emit, non vendit, & omnia ab eo facta nulla sunt: si curator non interueniat. l. si curator è habens. C. de integ. restitut.

¶ Ex aduerso tamen, imò quòd adultus sit addicendus creditori sentit Rodericus in repetitione. l. 2. titu. De los gouernos. propè finem; dicens, quòd licet pupillus nò possit

cedere bonis: adultus potest auctoritate, & decreto iudicis, quia est alienatio vniuersorum, & per consequens valebit carceratio, & sic addicetur creditori, sed iudice non auctorante dicit, quòd non carcerabitur, neque valebit celsio. Hæc mutuo sumpfit ex Bal. in d. l. 1. numer. 20. C. qui bonis cedere possit. & ex Sali. numer. 11. idem scribit Albe. in Rub. C. qui bon. cede. possit. & glos. 4. in l. 1. tit. 15. part. 5. Quamquam fateor responderi posse hos omnes dicere, quòd adultus potest cedere bonis: non tamen dicunt quòd cogitur, licet id videantur innuere, dum dicunt quòd potest carcerari, quamquam hoc solum dicit Rodericus in loco supracitato. Reperio tamen quod Iaf. in l. neque impubes, col. 1. & 2. docet adultum posse conijci in carcerem pro debito pecunia 10, licet post, nu. 4. significet restitui posse, idem significat Bart. in tractatu de carceribus. q. 4. col. 2. numer. 6. dum dicit pupillum doli capacem posse capi expressius in l. placet. in. 2. nu. 51. C. de Sacros. Ecclesijs, vbi dicit minorem posse capi, quia lex generalitèr loquens ligat minores. l. si sine hærede. §. Lucius. ff. de adm. tuto. Et quòd adultus capi possit significat Rodericus in loco supracitato: quòd si capi potest cessat fundamentum quo contraria sententia nititur. Hic autem locus an scilicet adultus capi possit pro debito pecuniario non est satis excussus à doctoribus, affirmantes enim, & negantes omnes rem tractant defunctoriè, & quasi furtim furripiunt sese. Quod adultus capi nò possit, probant Ang. Alexand. Rom. Cassan. Iacobinus, & Iaf. & cæteri relati supra proximè. Et quòd si iudex non vult autorare celsionem, quòd minor vigintiquinque annis non possit capi: scribit Bald. nu. 20. in d. l. 1. C. qui bon. cede. possit. & ibi Sali. num. 11. ergo aliquo casu potest capi: adducit Ang. in l. nemo carcerem: in probationem huius sententiæ, quòd adultus non potest esse contumax, textus iuncta glossa in l. minor, etiam si quasi contumax. ff. de mino. l. qui solidum. §. etiam, & ibi Bart. ff. de legat. 2. carcer autem non irrogatur nisi ob contumaciam. d. l. nemo carcerem.

14 ¶ Rursus Iaf. in l. 4. §. cõdemnatũ. nu. 24. ff. de re iudi. allegat quòd captura est iniuria irreparabilis, quod fuit fundamentum Ang. in d. l. nemo carcerem, & refert Rodericus. in l. 2. titu. De los gouernos. q. 4. col. 1.

non

De Inope debitore

non est ita retractabile præiudicium capto re sicut primi, & secundi decreti, quod aduersus minorem interponi potest. Mihi (saluo semper creditorum iudicio) videtur, non satis iure probari minorem viginti quinque annis capi non posse, & mirandum est DD. ita generaliter loqui. Primo textus præcipuus quo probatur minorem capi non posse, est. l. neque impuberes. ff. de in ius vocan. Tamen vides legem loqui de impubere: ergo in pubere secus est, valet enim argumentum à contrario sensu, vt ex pluribus probat Euerardus, Middelburgo in Topicis legalibus loco. 82. à contrario sensu. Deinde si ratio qua quis pro debito conijcitur in carcerem, est contumacia: saltem de Iure Cõmuni, quo oportebat prius fieri excusationem bonorum, vt dixi. Et cū bona non sufficiunt debitor conijcitur in carcerem, vt bona abscondita proferat, certe minor viginti quinque annis potest esse contumax, nam est doli capax, & sic patitur secundum decretū, vt in. l. si minor viginti quinque annis. ff. de bon. auctori. iudi. possi. at secundum decretum nō interponitur, nisi adsit contumacia. l. Fulcinius. §. 1. ff. de bon. auctori. iudi. possiden. Sic Bald. in l. vna. C. de confe. versiculo iuxta hoc querro an adultus, dicit quòd si statuto caueatur, vt contumax habeatur pro confessio poni in banno, tale statutum potest praticari in adulto, & ex contumacia potest baniri: quod refert Ias. in. l. neque impuberes. num. 3. ff. de in ius vocan. qui citat eiusdem opinionis Guidonem de Suzaris, & Ioannem Andr. in additionibus ad Specul. titulo de primo, & secundo decreto. §. restat versiculo, sed pone pupilli cum ver. sed in additio mag. Fateor tamen his omnibus responderi posse, quòd minor viginti quinque annis restitui potest aduersus contumaciam. l. minor etiam si quasi contumax. ff. de minorib. notat Ias. in. d. l. neque impuberes. num. 4. qui citat Angelum & Speculum titulo de contumacia. §. fin. Sic Barto. in tractatu de carceribus. q. 4. dicit quòd minor captus potest restitui aduersus capturam, quod sequitur Ias. in. d. l. neque impuberes. num. 4. Item res eius non tam venditur ex contumacia, quam quia non defenditur. l. si minor. l. fin. ff. de priuil. credito. Quare dici potest, quòd Doctores cum dicunt minorem viginti quinque annis non posse capi pro debito, intelligendi sunt, de debito procedente ex contumacia, quia

restitui posse videtur, & non potest esse contumax qui sua non administrat. l. 1. ff. de mino. Sed replicari potest quod restituetur cum ostenderit se læsum, & etiam si soluit non læditur: dic quòd qui captus est quia non soluit, non est captus ob solam contumaciam, sed quia mihi non soluit, quod est meum, itaque hæc plus est quam contumacia. Neq; quadrat hoc casu. l. minor etiam si quasi contumax. ff. de mino. Quia nō loquimur quando debitum procedit ex contumacia, sed ex pristina obligatione contracta ante contumaciam, quo casu nō læditur si cogatur soluere quod alienum est. Deinde adultus etiam habens rem suam in potestate curatoris videtur capiendus, quia qui capitur non tam capitur in pœnā cessationis in soluendo quam, vt promptè, & diligenter quærat pecuniam ad soluendū, quod diligentissime faciet curator, si videat minorem suum in vinculis. Præterea, nego debitorem, non soluentem capi ex contumacia simpliciter, sed ex contumacia in non soluendo, quòd si hanc contumaciam potest habere minor viginti quinque annis (præsertim si est filius familias emancipatus qui sua possidet) certè capi potest, neq; clamare debet se læsum: nō enim læditur qui vtitur Iure Cõmuni. Rursus si pro debito capitur vir quinquagenarius: cui ætas conciliat reuerentiam: cur nō capietur iuuenis vigesimum agens annum, qui pro ætatis calore profusus, & efrons est. Certè si aliquo casu æquitatem habet opinio doctorum est, cum adultus non est sui iuris, sed habet curatorē, vel est in potestate patris & nihil possidet, sed omnibus pater fruitur, tunc enim cum ipse rem suam gerere non possit, restitui potest aliquo colore aduersus legem distantem, vt debitor non soluens conijciatur in carcerem. Neq; enim cessator videri potest qui nihil omnino gerere potest. l. 1. C. de anna. exceptio. cui opinioni concinit, quòd Marian. Socin. de dilatio. super rubr. artic. 5. quæst. 20. dicit: quòd si minor nō habet, bona opinio est maximè dubia, dicere quòd non potest capi, & quòd si ex statuto minor administrat sua, vt in filio iam marito: Galli, & Hispani obseruamus. Item si filius esset mercator dicit quòd capi potest: nam cum rem suam gerat iam culpa in non soluendo sibi imputari potest. Idem si possidet immobilia, & non dat ea insolutum cum decreto iudicis, & autoritate sua compel-

compellatur, & his duobus casibus limitat
 comunem Baptista de Sanseuer. in tract.
 de debito. susp. cap. 5. Boer. in repet. i. con-
 sentaneum. num. 161. C. quomodo, & qua-
 do iud. Denique quod debitor non soluens
 conijciatur in carcerem si debet ex re iudi-
 cata est regula generalis: ab hac non reperi-
 tur exēprus minor ergo vtatur Iure Com-
 muni præsertim cum. l. neq; impuberes so-
 lum loquatur, de impuberibus, & significet
 secus esse in puberibus. Ceterum quidquid
 de Iure Comuni verius sit, certè mihi vi-
 detur eum qui nō habet curatorem, vel sua
 administrat capi posse: & hoc iure vti-
 mur, & apud nos consuetudine receptum
 est, vt adultus pro debito capi possit, habet
 autem hæc consuetudo nostra peculiarem
 rationem (scilicet) quòd apud nos debitor
 non solum cōijcitur in carcerem, vt tædio
 carceris soluat, & contumacia pœna cohi-
 beatur: verum etiam, vt si soluendo non sit,
 tradatur in seruitium creditori. Ergo non
 solum in vsum puniendæ contumaciæ, &
 eruendæ pecuniæ conijcitur apud nos debi-
 tor in carcerem: sed vt si soluendo non sit,
 rem seruitio, & operis refundat: adultus au-
 tem si debitor sit non est iniquum, vt solu-
 at, & vt ad hoc, vt soluat, seruiat credi-
 tori: si enim non parcimus quinquagenario
 (cui saltem propter ætatem debetur reuerē-
 tia) cur parcemus iuueni agenti annum vi-
 gesimum, qui robore corporis, valet ad ser-
 uitium maximè apto? Si non parcimus ei
 qui liberos habet? cur parcemus ei qui ab
 omni cura solutus est? Et cuius calorē coer-
 cere oportet, dum eum cessare & otiosum
 esse non sinimus.

¶ Deinde non obstat, quòd captura est ini-
 iuria irreparabilis, quoniam id falsum est,
 vt scribit Ias. in. l. 4. §. condemnatum. nu.
 24. ff. de re iudica. iniuria quæ æstimatur
 iuxta vulgarem hominum opinionem, ap-
 pud nos autem captura non est iniuria ir-
 reparabilis, imo nobiles capiuntur quous-
 que ostendant se nobiles, vt dico infra ca-
 pit. 16. num. 125. neque tamē ideò eorum
 nobilitas dicitur immutata.

15 ¶ Intelligo autem, adultum tradi posse cre-
 ditori, quando debet ex contractu valido,
 quod neq; ipso iure, neq; restitutionis re-
 medio rescindi possit, alioqui si rescinda-
 tur iam obligationis vinculum cessat, &
 debitor non est, quod si non est debitor
 quo iure eum creditor in seruitium petere
 potest.

16 ¶ In summa: ego adultum in opē creditori
 tradam, mitissimè tamen rē geram si adul-
 tus curatorem habeat qui rē amiserit, vel
 si annum agat decimumquintum, vel deci-
 mumseptimum. Primo enim casu nullā
 culpa minori imputari potest, cum adul-
 tus absque curatore nihil agere possit, &
 omnia ab eo gesta sint ipso iure nulla. l. si
 curatorem habens. C. de integ. restitut.
 Regia. l. 3. titul. 1. 1. part. 5. quare cum bona
 absque vlla eius culpa sint amissa, & indu-
 stria sua non potuerit sibi esse utilis, cum
 rem administrare non posset, videtur rigo-
 rem huius legis non exercendum aduersus
 minorem viginti quinque annis: argumen-
 to eorum quæ docui. cap. 4. num. 5. & fa-
 ciunt quæ ex Mariano, Sanseuer. & Boer;
 dixi supra proximè num. 14. propè finem.
 Si tamen adultus curatorem non habeat
 rem suam gerat, nam adultus non accipit
 inuitus curatorem. §. item inuiti. Insti. de
 cura. certè si decimumquintū, vel decimū-
 sextum ætatis annum agat, videtur mitissi-
 mè cum illo agendum: nam & in delictis
 huius ætati parcitur, saltem quoad minuendā
 pœnam, vt est manifesti iuris, & no-
 tant Doctores in locis citatis supra nume-
 ro octauo.

¶ Illud tamen non omiserim quod tam a-
 dultus, quam impubes doli capax addicen-
 tur creditori, si ex eorum dolo, vel malitia
 bona sua perierunt: puta, si occiderunt bo-
 ues, & quos, vel mulos suos, vel vestes rupe-
 runt, vel pecuniam proiecerunt, hoc enim
 casu impubes ex malitia, & dolo capi po-
 test, vt notat Bar. in tractatu de carceribus.
 d. q. 4. arg. l. si. C. de custo. reorum. §. in sum-
 ma, & ibi. Aretin. Insti. de obliga. quæ ex
 delict. nascun. neque eis dabitur restitutio
 aduersus delictum, vel aduersus damnum
 dolo datum. l. si ex causa. §. nunc videndū.
 ff. de minoribus, & qui dolosè facit, ne sit
 soluendo potest extra ordinē puniri. Boer.
 in repetitione. l. consentaneum. num. 159.
 C. quomodo, & quando Iudex.

¶ Quare debitor dolum committens in re-
 bus proprijs, caret priuilegio sibi aduersus
 creditores concessio, ne illum possint in car-
 cerem ducere. l. si. §. si. ff. quæ in fraud. credi-
 quem ad hoc notant Bal. & Ang. ibi. Bal. l.
 1. col. 2. vers. quæro. & ibi Ang. C. qui bo-
 no. cede. poss. & in. l. is qui bonis, in prima,
 & ibi quoque Zasius. ff. de cessio. bon. Bal.
 l. 1. col. 4. vers. in ea glos. ff. de iure doti. Di-
 nus, & Platea. col. 1. in. §. item si quis in
 fraudem

De Inope debitore

fraudem Instit. de actio. Bald. l. 1. q. 5. C. si quid in fraud. patro. & in. §. fin. & ibi. Faber. & Zasius. Instit. de actionib. Barba. in cap. quæ in Ecclesiarum, col. 5. de constitutio. Vitalis Cambanus in tractatu claufularum, clauf. an possit renuntari benefi. io cessionis Char. penultima versic. Secundo, quia renuntiatio. Nouell. in tractatu de dote, in 7. part. principali. priuilegio. 1. 4. Socin. in tractatu Fallentiarum regula. 4. 6. Fallentia. §. & regula. 4. 7. Fallentia prima.

19 ¶ Idque generaliter verum est, ut captiosa paupertas, non excuset, sed noceat, ut scribit Bald. in. c. f. des. col. 2. de rescript. Ias. in Auth. res que col. 2. vers. tene communem. C. commu. de legat. Crotus in. l. frater, à fratre. col. ff. de condi. indebit. Loazes in repe. l. filiusfamilias. §. Diui. num. 1. 6. 4. ff. de lega. 1. Bar. in. l. etiam. §. licet. ff. sol. matrim. Felin. & Dec. in. c. quæ in Ecclesiarum. de consti. Facit textus in. l. bona. & in l. per. ff. de iure doti. Vbi ex dolo perditur beneficiu, ne quis conueniatur ultra quam facere possit, quod procedit etiam si dolus intendatur aduersus tertium autore Bal. in. cap. quæ in Ecclesiarum, col. 3. versic. quæro nunquid de constituto.

20 ¶ Sic in criminibus pupillus doli capax punitur. l. impunitas. C. de poen. l. si quis te reu. C. ad leg. Cornel. de sicca. c. si quis cuiuslibet. 2. 1. q. 5.

21 ¶ Neq; obijciat quispiam, quod lex puniens, quod de iure communi non est punibile non comprehendit minores, ut dixi num. 5. Respondeo enim, quod minor cuius malitia supplet ætatem, maioribus annumeratur. Item respondeo dolum efficere, ut quis amittat priuilegium sibi de iure competens. l. poen. ff. de iure doti. Ias. Faber & Zas. in. §. fin. Instit. de actio. Bald. & Angel. in. l. si. ff. quæ in fraud. credi. sibi ergo imputet qui sua malitia corrumpit beneficium, sibi de iure concessum.

¶ Sic licet nobilitas excuset à dispositione huius legis non excusat, si paupertas maritaliosa sit, vel captiosa, ut in. l. 1. 1. condita apud Segouientes, anno à partu Virginis 1532. de qua re infra dico. cap. 16. nu. 19.

S V M M A.

1 **F**uror est infirmitas corporis, & animi.
2 **F**uriosus habetur pro mortuo, & num. 3.
4 **I**n criminalibus executio fit in bonis furiosis, & parcitur eius personæ.

Intellectus. l. sed & si quamcunque. §. i. ff. ad. l. Aquili.

5 **D**ammum à furioso datum; iudicatur, ac si foret à quadrupede.

6 **C**ommittens delictum, dum est sanæ mētis; si postea in furorem incidat parcitur ei.

7 **E**tiam si propria culpa quis in furorem incidat (puta medicamina accipiendo) non addicitur suo creditori.

Etiam si debitum descendat ex delicto.

8 **S**i furor superueniat debitori postquam est addictus creditori eximitur à manibus creditoris: sicuti ratione senectutis.

9 **F**uriosus sententia iudicis absolutus: an sit reddat ad sanam mentem possit à creditoribus peti ad seruitium.

10 **M**inor, excusatus semel, à poena ratione delicti commissi: non punitur ob id etiam effectus maior.

11 **M**utus, surdus, & furiosus, æquiparantur.

12 **A**rdor illiciti amoris, an excuset à delicto commissio.

13 **N**um vitium aliud non excusat.

Libido vitium, & blanda malorum pestis, & alia libidine.

14 **I**nopia vitio prodigalitatæ contracta est indigna miseratione.

¶ Vtrum furor excuset à dispositione huius legis, & quid si debitor sit mutus, & surdus.
Cap. IX.

Rursus quæro an furor excuset à dispositione huius legis. Hæc quæstio duo habet capita: primum, utrum debitor incidens in furorem sit addictus creditori iuxta dispositionem huius legis. Secundum utrum furor superueniens post additionem eximat debitorem à potestate creditoris. Et quid si furor desinat, an sit reuolendus in potestatem creditoris. Quo ad primum illud mihi manifestum videtur decretum huius legis non exercendum aduersus furiosum.

1 **P**rimò, negari non potest furorem infirmitatem esse, non solum corporis, verum etiam animi: vnde furiosos malefanos & insanos appellamus, & quod furiosus censetur esse eger probatur in. l. 1. & in. l. consilio. ff. de cura furie. Dispositio autem huius legis non exercenda aduersus debitores qui valetudine infirma sunt. l. in metallu. ff. de

ff. de pœnis. l. cum hæres. §. Stichus. ff. de statu lib. l. munerū. vers. Camelelasia. ff. de munerib. & honorib. & dico supra. cap. 7. numero. 4.

¶ Unde leges loquentes de seruitio ab aliquo prestando non habent locum in furioso autore Bald. in l. vna. num. 27. C. de cōfess. Zasius in tractatu de fœudis, part. 8. numero. 68. Bald. in l. finali. columna. 1. C. de suis, & legitimi. hæ. redibus. Lex autem ista loquitur, de seruitio à debitorē inope prestando: ergo non practicanda in furioso. Quid enim furiosus mentis inops agere poterit creditori vtile? Et cum tradi debitorem creditori sit, vt operis refundat creditum, quomodo hoc poterit face e furiosus: cuius nullz opere vtile sunt? Quare cū hic deficiat res, quam lex affectam voluit: deficit eius mens, & ex consequent deficit eius dispositio. cap. cum cessante. de appellat. l. adigere. ff. de iure patron.

2 ¶ Rursum furiosus habetur pro mortuo. l. qui ad centum. ff. de ioc. l. bonorum. ff. rem rat. hab. gloss. in d. si quis animum. ff. de acquir. hære. scribit Bald. in l. humanitatis. Falient. 2. 4. C. de impub. & abis. Imol. Aretin. & Iasius. ex facto. ff. de vulg. & pup. Mortuum autem retineri non potest ratione summe d. b. x. etiam si debeat ex contractu publico. et d. xi. c. 1. num. 21. v. sic quod in d. obiter.

3 ¶ Præterea, cum furiosus mortuis annumeretur: merito non est infigenda pœna corporalis. l. defuncti. ff. de publi. iudi. vbi notant Bart. & Imola. C. in l. 2. C. qui testam. facer. poss. addictio autem qua debitor traditur creditori, torque indimus ferreo; censetur pœna corpor. aliis, vt docui. c. 2. nu. 36. & c. 3. nu. 6.

4 ¶ Deinde cū in criminibus solum fiat executio in bonis facti, & peccatur perforce, vt notant Bal. & Alex. in l. furiosum. C. qui testam. facer. poss. & cum generaliter in criminibus peccatur furioso, vt in l. Diuus. ff. de offi. P. x. sid. & ibi notant Bart. & Bald. textus in l. infans. ff. ad leg. Corn. de Sica. l. illud. §. sanè. ff. de iniur. c. indicas. 3. q. 9. gloss. & DD. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. multò magis ei peccatur, quādo nō debet ex crimine, sed ex credito.

5 ¶ Præterea, si furiosus sua omnia combusserit adhuc creditori addendus non est quoniā res casu fortuito ceterur prouenisse. l. si. §. si. ff. de admittuto. l. sed, & si quamcūque. §. 1. ff. ad leg. Aquil. Vbi probatur

dānum à furioso datū non aliter iudicandum quam si quadrupes illud dederit, vel regula c. ciderit. Ille autem qui casu fortuito amittit facultates nō est addicendus creditori, vt docui. c. 4. nu. 6. & seq.

6 ¶ Sed dicet quispiam, hoc verū, quando furiosus ipse furore correptus bona sua absumpsit, illud quidē, haud nego; sed tamen idē sentiendū, quādo debitor post amissas facultates incidit in furorē, vt probatur ex argumētis supra propositis, & cōprobatur quoniā etiā si aliquis in sana mēte crimen cōmiserit parcitur e, si incidat in furorē. l. Diuus. ff. de offi. P. x. si. notat Bal. Alex. & Ias. in l. furiosum. C. qui testam. facer. poss. Aretin. in l. humanitatis. col. antep. vers. circa aliud. C. de impub. & alijs. Imola in l. ex facto, & ibi Aretin. col. 1. §. vers. si verò. ff. de vulg. Florian. l. sed & si. §. iniuriā col. 2. ff. ad leg. Aquil. Angel. Aretin. in tractatu maleficorū, in verbo *Scienter, & dolose*. Cepola cautela. 8. Ias. in l. patre furioso, col. antep. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. Loazes in repet. l. filius familiās. §. Diuichar. pen. vers. ex quibus. ff. de leg. 1. Hyp. p. o. in l. 1. col. 7. vers. sed prædicta possēt. ff. ad leg. Corn. de Sica. hæc est opinio x. quimsima, & cōmunis, à qua nō est recedendum, auctore Iasius. d. l. ex facto. Cū ergo furor excuset furiosū à pœna merita propter crimē, multò magis, à pœnā, & seruitio debitor: ob non solutam pœniam.

7 ¶ Quinimò, etiam si debitor medicamina acceperit, vt mentis alienationem pateretur, adhuc non est addicendus creditori, quoniā alienata mente nullas operas prestare potest viles creditori. Vnde deficit ratio, & mens huius legis, quæ illud præcipuè interdicit, vt pecunia salua sit creditori ex operis debitoris: debitor autem furiosus nullas operas viles prestare potest. Quāquam in puniēdis delictis, nō viderur peccandum ei qui mētis alienationem affestauit, vt pœnam effugeret vt centes. Lapsus, in Clement. 1. de homicid. & sanctis Bonauentura in. 2. sententia. ū d. stinatio. ne. 2. 2. q. 3. Marianus Socin. in. c. ad aud. etiā. 3. q. 5. q. 1. Alexander Hallensis in tertia part. summæ. q. 4. 1. memb. 0. 4. artic. 2. ante finem.

¶ Præterea, adeo debitor furiosus, non est addicendus creditori, vt etiam si debeat pecuniam ex delicto non sit ei addendus: quoniā etiā in delictis eis parceretur, quod est notatu dignum; quoniā etiam si aliqui

Et eximan-

De Inope debitore

eximantur à dispositione huius legis non eximuntur, quando debent ex delicto, vt dico. c. 16. De debitore nobili, & de femina debitorica.

8 His ita definitis quid iudicandum, quando debitor efficitur furiosus, postquam est in potestate creditoris an sit eximendus ab eius manibus. Et certè eximendus est: nam furor egritudo est, & egritudo superueniens liberat debitorem à potestate creditoris cui præstat operas. l. in metallum. ff. de pœnis. Rursus senectus liberat debitorem à potestate creditoris, etiam si superueniat postquam debitor creditoris traditus fuit, glos. in. l. liberta. ff. de oper. liber. Alber. in rubrica. ff. de oper. liber. col. 2. textus qui in simili, & efficaci specie loquitur. in. l. si is qui te. C. de capti. & post limin. reuer. & dixi supra capite. 7. num. 15. De debitore senectate ratione excusato, &c. Deinde cum furor sufficiat, ad hoc, vt quis nullo modo creditoris addicatur, quanto magis ad hoc, vt postquam ei multo tempore operas dedit, & plurimū laboris exhaustit: liberetur ab eius potestate. Rursus hic quadrant omnes rationes allegatæ supra in fauorem primæ partis.

9 Sed est quæstionis quid si debitor furiosus postquam iudicis sententia absoluitur, redeat ad sanam mentem, an tunc possit à creditoribus peti ad seruitium. Distingue, aut enim furiosus, correptus infania, facultates proprias absumpsit, & certè etiā si post redeat ad sanam mentem non est creditoris addicendus, quoniam casu fortuito videtur res suas amisisse. l. sed, & si quacunque iniuriam. §. 1. ff. ad leg. Aquil. vbi etiam si furiosus in re aliena damnum det, non tenetur. Et qui casu fortuito rerum suarum iacturam fecit non est addicendus creditoris, vt dixi supra. cap. 4. num. 6. cum sequentibus. Si tamen post absumptas facultates incidat in furorem, certè non solum videtur excusandus pro tempore furoris, verum etiam, si post ad sanam mentem redeat perpetuo excusatur, si semel furoris ratione excusatus fuit: argumento eius quod notat glo. in. l. 1. in verb. *Ulciscatur*. C. in quib. cau. in integ. resti. nō est necessaria, vbi Bal. Sali. Ang. & Paul. notant.

10 Quod, cum minori nō vindicanti necem patris sui, parcat, ne lege statutas pœnas patiatur, certè semel excusatus ætatis ratione nō potest eo nomine condemnari, licet postea vir factus, non vindicet patris

necē de qua re dixi. cap. præcedenti. nu. 9. vbi probaui minorē semel excusatum ætatis ratione quominus creditoris addicatur, nō esse addicēdū, licet post ad robur virile perueniat. Notandū autē glosam & DD. in. d. l. 1. loqui in casu multo magis dubio: minor enim qui tēpore minoris ætatis, patris necē non vindicauit, maior factus potuit negligentia sarcire: nihilominus tamē sufficit semel ætatis ratione fuisse excusatum, neq; obest si negligentia tēpore virilis ætatis duret, idem in matre, quæ si non petat filijs tutorē, excusatur, si minor est: neq; ei obest si postea maior facta tutore petere adhuc cesset. At in nostro casu est multo maior ratio, vt semel absolutus non tradatur creditoris, licet ætas, vel furor cesset: nā semel amissæ facultates recuperari non possunt. Quare cum minorem, vel furiosum liberet à potestate creditoris æquitas, iure subnixæ, idē sentiēdum etiam si furor cessante debitor redeat ad sanam mentem, nam sufficit semel furoris ratione fuisse absolutū. Præsertim tum satis suo furore punitus dicatur. l. Diuus. ff. de offi. Præsidi. Sic Decius in. l. in negotijs. ff. de regul. iur. scribit q̄ semel liberatus furoris misericordia, non est amplius eo nomine cōueniendus, etiā si ad sanam mentem redeat, quam sententiā dicit probare glosam in. c. si quis infaniēs verē. sed hoc fortē. 15. q. 1.

11 Sed quid sentiēdum in debitore muto, & surdo à natiuitate: an est addicendus creditoris. Hęc res pēdet ab eo; virū mutus, & surdus simul, equiparetur furioso, & Ias. post alios in. l. mutū. col. 1. ff. de acquir. hered. & in. l. discretis. C. qui testam. facer. poss. scribit q̄ mutus, & surdus simul æquiparatur furioso. videtur enim impossibile nō carere sensu eū, qui, neq; fari, neq; audire potest, ergo idē hic iudicandū, q̄ in debitore furioso præsertim, cū ipsi nulla culpa imputari possit, cū sua nō administrat, neq; cōtrahere possit. Facit q̄ scribit Bald. in. l. vna. nu. 27. C. de cōfo. Zasius in tract. fœdū do. par. 8. nu. 68. Si tamē debitor nō à natiuitate, sed ex accidēti, mutus, & surdus factus esset: hic enim nō videtur excusandus, cū intellectū habeat, viribus polleat, & artifex, vel opifex, fortē sit, quamquā cū hoc mihi videtur iudicē mitissimè agere debere, dū breuissimū tēpus statuit, quo seruicō satisfaciatur debito, tenetur enim quini Christianus misericordiā exhibere fratri suo, & elemosinā largiri; in nullū autem videtur

videtur rectius collocari, quam in eum qui & debitor est, & inops, & mutus, & surdus.

12 ¶ Sed scire oportet quid sentiendum sit in hoc casu: iuuenis quidam puellæ amore correptus absumpsit omnes fortunas suas, dum ei gratificari studet, magnamque æris alieni vim contraxit, petit creditor eū sibi addici: quæro quid iuris. Non est otiosa hæc quæstio: nam debitor splendidissimū habet aduocatum nimirum Oldraldum, qui conf. 2 10. col. 2. ver. tertia cōsideratio. excusat hominem, qui, vt potiretur fœmina, quam miserè deperibat, ad dæmoniacas artes confugit quod reputatur crimen gravissimum, vt in. c. 1. de sortilegijs adducit Oldraldus, quod immodicus amoris affectus homines adigit ad insanā, vt scribit Aristoteles. 7. Ethicorū. c. 2. quod si amans insanus est, satis suo furore punitur, utimur enim misericordia cū furiosis. Quod autem amantes furiosi censeantur, & hinc significat Vergilius lib. 4. Aeneidos.

Ardet amans Dido trahitq; per ossa furorem.
Et alibi eodem libro.

Quid vota furentem. Quid de lubrica iuuant.

¶ Idem significat. Plato in Phædro. Et Veneris affectum furorem vocat textus, in. c. cum iuuentute. de præsump. & in Auth. quibus modis natural. effici legitimi. §. illud. Et Cicero Tusculanarum, lib. 4. *Maximè* (inquit) *admonendus est, quantus sit furor amoris: omnibus enim ex animi perturbationibus est profecto nulli vehementior.* Idem scribit Bal. in l. præcibus. col. 6. ver. quid ergo si petijt. C. de impub. & alijs Curtius senior. cōs. 57 col. 3. ver. transeo ad secundum. Cū ergo criminibus amoris vehementia perpetratis indulgeatur, videtur inopi debitori indulgendum qui non ex delicto, sed ratione creditæ summæ petitur creditori addici.

13 ¶ Sed verius est, hunc creditori tradendum, sublato enim otio deditur cupidinis artes. Deinde moueor, ex eo q̄ Bal. notat in l. furiosum. C. qui testam. facer. poss. quod vnū vitium, nō excusat aliud. Libidini autē indulgere vitium est, & blanda quædā pestis; malorum confertissimum agmen secum trahens. Nam vt doctissimus quidam vir scribit. *Libido famam* (possessionem longè præciosissimam) *cripit, nullus enim vitij rumor spurcius olet, quam libidinis: patrimonium exhaurit, corporis simul vires & speciem interimit, valetudinem vehementer ledit, morbos innumerabiles parit, eosq; fædos iuuenite florem: ante diem deueni- stat, turpem senectam accelerat, ingenij vigorem*

*tollit, mentis aciem hebetat, & quasi peccniam mentem inserit. Ab omnibus honestis studijs semel auocat, hominemq; quantus est totum ceno immergit, vt iam nihil nisi sordidum humile spurcum libeat cogitare, & (quod hominis erat proprium) eripit rationis usum insanam, atque insanam adolescentiam odiosam, ac turpem miseramq; senectam facit. Ergo tali vitio parcendum non est. In quem rectius exerceri potest dispositio huius legis quam in eum qui luxu, & libidine, & sua, & aliena profudit, si tradimus creditori eum qui absque graui culpa facultates proprias amisit? Cur parcamus ei, qui scelere, & morum obscenitate sua amisit? non eo solum nomine plectendus, quod facultates suas attriuit, verum etiam quod inguini feruens, & gula rerum naufragium passus est. Non excusamus eum qui elemosynis alienam pecuniam absumpsit, quoniam furari non licet, etiam ad subueniendum ægenis, & patrociniabimur ei qui dum litat Veneri, & Baccho: facultatum suarum iacturam fecit. At inquires, Veneris affectus vehementissimus est: cui vix humanus animus resistere potest, hominis enim animum adigit, nonnumquam ad insanā: hæud nego, sed eum furorem homo sibi propria culpa ascisci, nam licet ex peccato primi parentis in nos transierit procliuitas, ad peccandum hanc mitigat gratia Dei; peccatum abolens: ita, vt vinci possit si velimus, & precibus & benefactis nobis reddiderimus Christum propitium, iuxta illud Ecclesiastici cap. 15. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, adiecit mandat. & præcepta sua apposuit tibi aquam, & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem: vita, & mors, bonum, & malum, quod placuerit dabitur illi.* Scribit Aristoteles Politi. lib. 2. cap. 19. Pithacum Mithilenensem vnum e septē Græciæ sapientibus legem addidisse, vt *ca- brius damnus dans grauius puniatur quam si sobrius illud dedisset, quoniam in sua potestate fuit non inebriari.* Sic DD. scribunt quod si quis sumptis medicamentis sibi furorem adiciuerit non excusatur furore, vt docui supra num. 7. & licet in debitore furorem sibi adsciscente dixerim non addicendum creditori, quia eius operæ nullæ utilitatis sunt; tamen furor ex amore proueniens non tantus est, vt tollat utilitatem operarum: nequitiaque potius est, & otium: q̄ labore cito euanesceat iuxta illud Ouidianū.*

De Inope debitore

Octa si tollas periere cupidinis artes.

CEx his apparet insanū omninò esse dubitare, an debitor inops, ex prodigalitate sit addicendus creditori. Contendet enim quispiam quod non: quoniam prodigus, & furiosus equiparantur. l. Fulcinius. §. adeò. ff. quib. ex caus. in posse. catur. notant DD. in. l. si cui bonis. ff. de verb. obligat. Sed verissimum est in nullum rectius exerceri dispositionem huius legis, quam in eum, qui inopiam ex prodigalitate contraxit. Scribit enim Plautus in Truculento *Stultum esse misereri hominum rem suam male gerentium*, vt late dixi. c. 2.

I 4 **C** Deinde inopia prodigalitatis vitio contracta, non est miseratione digna, gloss. in c. ex parte in verbo *Prodigalitatis*. de consuetud. notat Butr. in. c. quæ in Ecclesiarum, col. 1. de constitutio. lib. 6. Ias. in Auth. res que, col. 6. vers. tene communem. C. cõmu. de legat. cum alijs citatis supra. nu. 4. Postremo Bald. in. l. furiosum. C. qui testam. facer. poss. dicit, quod omnis lex quæ intendit punire vitia, comprehendit prodigos, non autem furiosos: non enim vnū vitium debet excusare aliud. Idem notat Bar. in. l. is cui bonis, col. fi. ff. de verb. obligat. Cum autem prodigalitas vitium sit, nemo excusatur vitio prodigalitatis, neque hoc casu allegare potest: quòd prodigus, & furiosus equiparentur. Vltimo cum huius legis decretum exerceatur aduersus debitorem qui absq; graui culpa facultates proprias amisit, quãto magis exercebitur aduersus eū, qui suo vitio eas amisit, quæ res omnibus prudentibus visa est castigatione digna, vt late dixi. c. 2. pertotum.

S V M M A.

- 1 **M**ore Atheniensiu debitorum solum obligatione personali, creditoribus addicbatur.
- 2 **L**ex in debitore loquens comprehendit obligatum actione reali, & non personali.
- 3 **A**ctio realis auth. Bal. nullã supponit obligationẽ.
- 4 **I**n legato creditorum non veniunt debita actione reali, & idẽ in legatis verba sunt propriæ intelligenda.
- 5 **N**on ducitur in carcerẽ ob pecuniam debitam, nisi qui personaliter est obligatus.
- 6 **Q**ui dicantur creditores.
- 7 **I**s à quo inuito res potest auferri, dicitur debitor, & de eo, num. 8.
- 9 **D**olo desinẽs possidere rem hypothecatã capitur.
- 10 **D**esistens dolo. è. à possessione rei nihilominus habetur pro possessore.
- 11 **I**n intellectus ad. l. Stullius. 14.

¶ *An debitor aduersus quem nõ habeo actionem personalem, sed realem, quia hypothecauit rem suam, vel possedit rem meam, sit addicendus creditori, si soluendo non sit. Caput. X.*

I P Reterea quæro quid si aliquis mihi tenetur non actione personali, sed quia possidet rem meam, vel quia res suas, sed non personam obligauit, an si soluendo non sit, debeat mihi addici. V. detur non addicendum, quoniã apud Athenienses apud quos moris fuit debitorem inopem addicere creditori, ij solum addicbantur qui oppignoratis corporibus mutuũ accipiebant, vt auct. or. est Rhodiginus antiquarum lectionum, lib. 7. c. 4. & Plutarchus in libro de Politicis, ad Traianum. Ergo obligatio personalis requiritur, alias quomodo addicendus qui obligatus non est. Comprobatur hæc opinio, quoniam lex loquens in debitore non comprehendit obligatum actione reali, & non personali talis enim non venit appellatione debitoris. l. Aurelius. §. Meuia. ff. de libe. lega. l. vno. §. 1. ff. de acceptilatio. §. 1. Insti. de actio. notat Bal. l. si. nu. 3. vers. quæro nun. quid. C. de bon. autori. iudi. poss. fiden. & in. l. si. nu. 1. C. quib. ex caus. maior. Alex. in. l. debitor. ff. ad Trebel. Ias. in. §. 1. in princ. nu. 98. per text. ibi Instit. de actio. & in. §. omniũ, nu. 2. & ibi Gomezius nu. 1. 3. eo. tit. Ias. in. l. tale pactũ. ff. de pact. Bal. cons. 485. lib. 1. & est cõmunis auctoritas Alex. in. l. 1. nu. 50. ff. si cert. petat. Ias. in. l. sub prætextu in. 2. col. 2. C. de trãsaã. Gomezius. §. superest. nu. 67. Insti. de actio. Bald. in. l. cũ necessitatem. C. de fideicom. Cor. cõs. 238. tit. R. lib. 4. Gozadin. in rep. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. nu. 120.

3 **C** Rursus Bal. in. l. si certis annis. C. de pact. dicit quod actio realis nullam supponit obligationem, cum autem nulla adsit obligatio, debitor non erit.

4 **C** Hinc si quis legauit omnia sua credita non veniunt quæ sibi actione reali debentur, quia in legatis verba sunt propriæ intelligenda. l. non aliter. ff. de legat. 3. notat Ludouicus Gozadinus in rep. d. l. 7. C. de pact. inter empto. & vendi. nu. 120.

Sic

¶ Sic si creditor legat liberationem debitoribus suis non continentur, qui proprias eius res possident, aduersus quos agendum est rei vindicatione. l. Aurelius. §. Meuia. ff. de libe. lega. ita docet Bal. in l. cum fideicommissum. C. de fideicom. Petrus Stella in repetitione. l. repetitio. nu. 20. ff. de condit. indebi. quia actio realis non presupponit veram obligationem. Sic si quis hypothecauit rem suam pro alio, & statutum dicitur, ut debitor capi possit ad instantiam creditoris, certe ille qui solum hypothecauit rem suam pro alio non potest capi, quia contra eum nulla est personalis actio, sed hypothecaria quæ est realis, & sic ille cui res est hypothecata non potest dici creditor: nam titulus de pignoribus, alius est, à titulo de rebus creditis. Ita his rationibus definit Sali. in l. 1. ff. si cert. peta. qui loquitur in eo qui hypothecauit bona sua pro alio, vel passus est hypothecari. Sic qui obligatus est ratione oneris realis liberatur relinquendo ipsam rem oneratam. c. de terris. de iude. licet in consequentia videatur obligata persona; ut notat ibi. Abb. nu. 4.

5 ¶ His accedit, quod ille qui non est personaliter obligatus, non potest duci in carcerem, ut notat Iaf. in l. 4. §. si actor, num. 2. §. ff. de re iudicata. qui autem non potest conijci in carcerem, non est addicendus creditori, ut docui. cap. 3. num. 2. & c. 4. Quinimodò, si actio personalis sit limitata, puta si quis non teneatur ultra quam facere possit, non est addicendus creditori, etiam si soluendo non sit, ut docet Rodericus in l. 2. titulo De los gouernos, col. 4. versic. 5. Et dico infra cap. 17. Item actio personalis limitata; non præstat ius capiendi debitorem, ut dixi supra. c. 6. de hærede conficiente inuentarium: quanto magis, quando nulla est personalis obligatio. Quod confirmatur ex Sali. in l. 1. nu. 7. ver. & est ratio. C. qui bono. ced. poss. ubi dicit quòd idcò; debitor tributi non potest capi, quia tributa imponuntur rebus, vel personæ propter res l. indictiones. C. de anno. & tribu. quare, cum semper sit res unde solui possit, nolluit lex, ut incarcerentur, sed ut honestè detineantur sub custodia. l. nemo. C. de exact. trib. libro. 10. Ex his videtur non esse ambigendum, quin, is qui tenetur actione reali, & non personali, non sit addicendus creditori.

¶ Contraria tamen sententia fortissimis rationibus defendi potest. Primo illud est manifestum debitorem inopem idcò addici

creditori, ut operis satisfaciat debitori: cui pecunia satisfacere non potest. Si autem tu mihi teneris, quia possides rem meam mobilem, vel immobilem: haud dubie, si eam abscondis, vel consumis, idem quæ si eam non restituis mihi, addicendus es: rem enim meam possides, & eo nomine mihi teneris; hoc autem debitum efficacius videtur, quam si obligationem soluendi decem non præstares. Præterea ei qui rem meam non restituit mihi, si habet facultatem rei restituendæ, non conceditur beneficium cessionis bonorum, ut notatur in l. vnica. C. de aliena iudi. mut. causa facta, & in c. examinata de iudi. etiam l. officium. ff. de rei vendi. Montal. in l. 1. titulo. 1. §. part. 5. Rursus hæc opinio probatur, quoniam qui rem meam mihi non restituit, haud dubie debitor meus est, & ego creditor dici possum, & inspecto communi vsu loquendi, eos qui res nostras nobis non restitunt; appellamus debitores nostros, & credimus, verius & expressius esse debitores: quæ eos qui ex obligatione personali (nulla forte re accepta) nobis dare, vel facere promiserunt.

6 ¶ Quare plures cruditi nominis viri in ea sunt sententia; ut is qui rem meam possidet debitor meus dici possit, & debeat cum enim rem meam mihi restituere debeat, haud dubie debitor meus est. Quod comprobatur ex l. creditores. ff. de verbo. signific. cuius verba sunt: Creditores accipiendos esse constat eos, quibus debetur ex quacumque actione, vel persecutione. Nota illud verbum, Persecutione: nam persecutio est actio in rem. l. actio in personam. ff. de actionib. & oblig. nihilominus tamen habens persecutionem dicitur creditor.

7 ¶ Item ille à quo inuitores auferri potest, dicitur debitor. l. debitor. ff. de verbo. signific. notat omnes in l. 1. ff. si cert. peta. Quæ ratione eum qui actionem in rem habet, rectè dici creditorem: probat Alciatus d. in l. creditores. ff. de verbo. signific. Iacobus Niger in repe. l. 1. nu. 9. §. si cert. peta. Petrus Stella in repe. l. repetitio. ff. de condit. indeb. nu. 21. Quare Faber & Ang. in §. 1. Insti. de actio. dicunt, quod illa actionis definitio, Actio est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur: comprehendit etiam eum qui actione reali conueniri potest. Et ibi Iaf. & Gomezius: norant, quod large sumpto vocabulo, hoc nomen Debitor comprehendit eum qui actione reali conueniri potest, quod ante eos scripsit Bal. in l. 2. nu. 2. C. quod cum co.

Et 3 Rursus

De Inope debitore

¶ Rursus hæc opinio probatur solida ratione, quoniã nō soluēs, nō addicitur creditori, quia propriè, vel impropiè habita exacta vocabuli ratione, debitor est, quia non soluit quod debet, quòd si possidens rem meam eam mihi non restituit certè non soluit quod debet, ergo addicendus est, vt feruendo satisfaciat rei quam assumpsit, vel contriuit habita ratione prætij. Et certè (vt hac in re meum proferam sensum) si lex Hispanicè scripta faciat mentionem debitoris, vel eorum qui nobis debēt, quia res nostras tyrannicè per vim dolum, vel furtum, vel aliàs iniustum titulum possident, quia communis vsus loquendi apud nos admittit, vt ij dicātur debitores, & ita eos vulgò appellamus. Hoc intelligo nisi mens, vel argumentum legis aliud suadeāt. Cum enim dico decem millia aureorū debent mihi debitores mei, quia meas sericas telas centū habent: Paulus centū, Petrus centum, hos omnes propriè, & communiter appellamus debitores nostros, quia res nostras nobis restituere tenentur: lex autē Hispanicè scripta, intelligenda est iuxta communem vsum loquendi, vt notat Bartolus in. l. si quis filius. ff. de testament. tutela.

8

¶ Doctores autem nostri cum dicunt: appellatione debitoris non contineri, qui solum tenetur actione reali, inspiciūt proprietatem verbi *Debitor*, & quid iuxta proprietatē Romani sermonis significet. Quæ ratione si quis Hispanica lingua leget, omnia sua credita mihi videtur, quod iuxta communem vsum loquendi veniunt ea quæ sibi actione reali debentur. Sit exemplum. *Mando a Pedro todo lo que me deuen, y quiero que sea suyo.* Certè si testator apud aliquos habet triticum oleum, vel aliqua immobilia quæ ad se iure dominiij pertinent, licet ab alijs possideantur, ad legatarium pertinet ex mente testatoris: quæ interpretanda est iuxta communem vsum loquendi, nō iuxta proprietatem Romani sermonis, sed de his iudicent eruditi, dum tamen fateantur per omnia menti testatoris obsequendum esse. Reddeundo ad propositam questionem, quòd obligatus actione reali, si rem non restituat; sit addicendus creditori: probatur, quoniam stante dispositione legis, vt debitor propria autoritate possit sibi ius dicere, in eo quod est sibi debitum. vt disponit. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. credito. idem est in eo

quòd est suum, quoniam eadem est ratio. Ita docet Alex. consil. 63. incip. & si celeberrimè Doctor, numer. 2. versiculo vnde textus, lib. 3. quoniam licet qui potest conueniri actione reali, nō sit propriè debitor obligatus, vt in. l. pen. C. quod cū eo tamē largo sumpto vocabulo, est debitor: vt notat Bal. in. l. fin. C. de compensa. Hec Alexander, cuius sententiam probat Iacobus Niger in repe. l. 1. num. 91. ff. solut. matr. Itaque Alexander dicit, quod qui tenetur actione reali, est debitor, sed non debitor obligatus, quod est candidè intelligendum, quod scilicet non est debitor ex obligatione per suam promissionem contracta, sed est debitor, quia iure Diuino, & Humano tenetur rem alienam restituere, licet verbis non promiserit. His accedit quod hypothecās pro alio rem suam, potest ratione huius hypothecæ capi, ad instantiam creditoris cui eam hypothecauit, si dicit statutum, vt debitor possit capi ad instantiã creditoris, ita aduersus Saliceti opinionem docet Bologninus in repe. rubricæ. ff. si cepeta. num. 24. vel si. sed iudicio meo, & Iacobus Niger in repetitione. l. 1. num. 86. ff. co. titulo. Adducunt, quod cum ab eo qui rem hypothecauit possit exigi; debitor dicendus est, & quod qui hypothecam acceptauit videtur sequutus fidē eius qui hypothecauit rem, ergo dicendus est creditor: quod si est creditor, quadrant verba statuti distantis, vt creditor possit facere capi debitorem. Hæc Bolognini, & Nigri opinio, meo animo numquam satisfacit, potiusque probarem opinionem Saliceti relata supra, moueor, quoniam qui hypothecat pro alio rem suam, & nō obligat personam suam, solum est debitor respectu rei quam hypothecat, & non ultra, & nisi eam abscondat, sed exhibeat certè capi nō potest ad instar eius quod dixi. cap. 16. num. 18. Quod hæres qui confecit inuentarium, non potest personalitè capi pro debitis defuncti, licet regularitè hæres debitoris capi possit, & ratio est, quoniam cum fecerit inuentarium, non tenetur ultra vires hæreditarias, neq; ultra bona contenta in inuentario, & sic est debitor respectu illorum bonorum contentorum in inuentario: idè capi non potest, nisi ea abscondat, vt ibi dixi. Itaque si pro Paulo hypothecauit rem meam Hieronymo, certè Hieronymus hypothecaria vti potest aduersus rem hypothecatam, sed me capere

pere non potest, quoniam obligatus non sum, vt dixi supra num. 4.

9 ¶ Et solum me capere possit, si rem dolo desinere possidere, & tunc non me caperet ex hypotheca, sed ex dolo. l. pro possessore. ff. de regul. iur. l. pen. ff. de dolo. Quod est manifestius Iure Regio, quoniam nemo ex instrumento capi potest, nisi ad sit clausula guarentigia, qua obligatus dat potestatem omnibus iudicibus, vt illū capiant, vt dixi. c. 1. Et licet ex re iudicata conueniatur defendi potest, ne capiatur si rem obligauit non personam, vt supra dixi, & videtur expresse probari in. l. 134. Stili. Neque obstat argumētum Bolognini, & Nigri, quoniam creditor solum videtur sequutus fidem hypothecantis respectu rei hypothecate, eam enim solum obligauit non personam. Neque obstat, quod ab eo exigi potest, quoniam exigi potest res hypothecata, non tamen eius persona exactionem, vel carceris molestiam patitur.

¶ Quid ergo sentiendū in principali questione, & distinguitur enim res quā mihi restituere teneris extat, & eam possides: & non est tractandum de additione, quia ex vi rei iudicatae cogeris illā restituere. Aut non possides eam, & agendum est aduersus possessorem. l. in rem. ff. de rei vindicatio. l. 1. C. de aliena iudicij.

10 ¶ Si tamen rem non possides, sed dolo desisti possidere, & haberis pro possessore. l. pro possessore. ff. de reg. iur. & ex dolo teneris. l. pen. ff. de dolo. Et si soluēdo non es merito traderis in seruitium creditori. Quod si rem consumpsisti, attriuisi, corrupisti, vel abscondisti; & ex dolo tuo addicendus es creditori, quia ex dolo persona tua obligata est, & sic persona seruire debet tanquam obligata, ita probatur ex Bal. in. l. si. §. & si prefatam, nu. 3. & ibi Corne. C. de iure delibe. Vbi scribunt quod licet hæres cōficiens inuentarium, non possit capi pro debitis defuncti, quia solum est debitor respectu bonorum contentorum in inuentario, hoc est verum nisi abscondat ea, vel sit in mora, ea exhibendi, quia tunc ex proprio pacto capi potest. Vt dixi supra, & comprobatur ex his quæ dico. cap. 16. nu. 7. & num. 19. & cap. 17. à nu. 11. & quoniam qui non indicat sua bona, sed ea abscondit capitur ex contumacia, licet aliās capi non possit. Bartol. l. pen. ff. de cessio. bono. & dico dicto cap. 16. num. 19. nam

dolo & equiparatur talis contumacia. l. si plures. ff. de admit. tuto. Boer. in repet. l. consentaneum. nu. 160. C. quomodo & quando iudex.

11 ¶ Ex hac distinctione liquet responsum ad omnia allegata in fauorem partis negatiue. Et iuxta hanc distinctionem intelligi debet. l. 134. Stili, cuius verba sunt, *Es a saber, que el fiador no sera dado por preso, maguer los sus bienes no cumplan a pagar el debdo, saluo sino obligo su persona y bienes.* Nota hæc vltima, ex quibus nominatim probatur, quod ad hoc, vt quis (si soluendo non sit) addicatur creditori, requiritur, vt persona sua sit obligata simul cū bonis: de cuius legis intellectu dixi late. cap. 5. num. 13. Sed certe qui rem alienam non restituit ex dolo, vel sine dolo, vbi primum nō restituit tenetur ad interesse, & sic iam persona sua est obligata ad solutionem eius quod interest, & quod detinens rem meam non liberetur cedendo bonis probatur in. l. 1. C. qui ex. l. Iulia. bonis cedere possit. in. C. Theodosiano: cuius legis verba & sensus retuli supra cap. 1. num. 65.

S V M M A.

- 1 **S** I debitum ex delicto descendat, non admittitur cessio bonorum.
- 2 **S** Debitor ex delicto non habens in bonis unde soluat, poenam luit in corpore, etiam si sit clericus, & nu. 3.
- 4 Debitor ex delicto habens unde soluat volens corpore luere pecuniariam poenam, nō auditur; sed soluit pecuniam.
- 5 Gratia, delinquenti concessa à Principe non faciente mentionem de delicto: censetur surreptitia.
- 6 Afflictio non danda afflictio, & quomodo intelligatur.
- 7 Aliud pro alio inuito creditore non potest solui.
- 8 Poena irrogata debitori per statutum, si intra tempus limitatum non soluat, cessat: si creditor cui pecunia applicatur, poenam non petat.
- 9 Debitor creditori non addicendus, quando creditor patitur eum, & carcere solui.
- 10 Regula quod in bonis non habens, luit in corpore procedit in persona vili non autem secus.
- 11 Fur addictus creditori portat torquem ferreum.
- 12 Debitor ex delicto, à veniat appellatione debitoris.
- 13 Creditor, à credito dictus.

¶ *An debitor ex delicto addicendus sit creditori, si soluēdo nō sit: an vero corpore luere debeat. Cap. XI.*

Quæro

De Inope debitore

1 **Q**uæro deinde an debitor ex delicto sit addicendus creditoribus: si soluendo non sit, ut seruiendo satisfaciat debito. Videtur hoc casu deficere dispositionem huius legis, nam cessio bonorum non admittitur si debitum proueniat ex delicto. l. si ex parte. §. quamquam. ff. quod cum eo. l. si rerum amotarum. ff. de re iudi. Capella Tholosana. 466. & ibi Aufer. in additione. glos. in regula peccatum. de regul. iur. in. 6. & in. cap. si res. 14. q. 6. notat Sali. in. l. 1. C. qui bon. cede. poss. Gomezius in. §. item si quis in fraudē. nu. 42. Insti. de actio. DD. in. c. Odoardus, de solut. Iaf. & Faber. in. §. si. num. Insti. eod. titul. Zasius in. l. fin. col. si. ff. de cessio. bon. Felin. in. c. ad liberandum. col. 2. de iude. Iaf. in. l. si quis id quod num. 28. ff. de iurisd. omni iudi. Albe. in rubrica. C. qui bon. cede. poss. Bar. l. 1. §. fin. ff. de poen. per textum ibi. Bart. Ange. Platea. & Rebuf. in. l. nemo carcerem. C. de exacto. tribu. lib. 10. Boer. decis. 349. nu. 8. Socin. reg. 46. Fallētia. 3. Orosius eruditi ingenij, virtute insignis in. l. si quis id q. ff. de iurisd. omni iud.

2 **Q**uoniam debitor ex delicto si non habet in bonis debet luere corpore cap. 1. §. homicidium in fine versiculo, qui verò ad prædictam poenam, de pace tenenda, & iuramento firmada. l. 1. ff. de poen. l. quicumque. C. de seru. fugit. l. si. ff. de in ius vocan. docet late Iaf. in. §. poenales. nu. 43. Instit. de actio. Bal. in. l. quicumque. C. de serui fugit. Paul. in. l. vltima. per textum ibi. ff. de in ius vocan. Iaf. in. d. l. si quis id quod. nu. 28. Felin. in. c. ad liberandum. de iude. Hec, (ut scilicet debēs ex delicto nō admittatur ad cessionē) intelligēda sunt iuxta distinctiones DD. in. d. locis, & in. c. Odoardus de solu. & in. c. finē litibus, de dolo, & contum. vbi distinguūt an poena applicetur fisco, an parti, & an in poenā, an vero pro expēsis, & dānis quæ non refero: quoniā cū Iure nostro Regio cessio bonorum sit sublata, & succedat obligatio seruiēdi: quæ habetur pro poena corporali semper, non habens in bonis luet seruiendo; quia hoc est pati poenā corporalem. Sed reddeundo ad rem Faber. in. §. si. col. 2. vers. quid si ex delicto. Insti. de actio. scribit quòd si quis agat actione iniuriarum, & in conclusione petat imponi poenam pecuniariam, quòd si reus condemnatus ad solutionem pecuniæ velit uti beneficio cessionis bonorum, quia laborat inopia, quod non est audiendus, imò poena

pecuniaria est corporali poena luenda, & idē scribit ibi Platea, & Bal. q. 2. & Arcti. col. 3. vers. quæro an non tantum, & Iaf. col. 3. vers. quarto supradicto. Hæc regula magnā habet rationem, qui enim debet ex delicto iniquū est, ut liberetur eodem modo quo liberatur, qui debet ex contractu. Nam debens ex delicto poenam meretur, & indignū est, ut iuuetur beneficio cessionis bonorū delinquēs enim poena dignus est, non beneficio.

3 **Q**uædo autem non habens bona, debet luere corpore, si ex delicto debitor sit, ut etiā si debitor sit clericus debeat corpore luere, ut significat Innoc. & Barba. in. c. Odoardus. de solutio. & in. c. finem litibus de dolo & contuma. per textum ibi in fine, & per c. si res. 14. q. 6. & ibi Archidiaconus. textus cum gl. in. c. quia præbyteri, vers. castigari. §. q. 6. c. Episcopus. §. libertus. 12. q. 2. & in Auth. de sanctissimis Episcopis. §. Reuerēdissimis. colla. 9. & in Auth. præbyteri. C. de Episc. & Cleric. Boer. decis. 349. nu. 8. & nu. 11. Iudex enim Ecclesiasticus potest suos flagellis afficere, vsque ad sanguinis effusionē exclusiue. c. in Archiepiscopatu. de raptor. & ibi notat Abb. & Anania. Notandū tamen quod licet in casu permissio clericus fuerit condēnatus ad poenā per iudicem secularem, tamen si soluendo nō sit poena corporalis sibi infligēda est, nō à seculari iudice, sed ab ecclesiastico: c. grauis de poen. c. dilectus de appella. notat Dominicus in. c. si clericos. de senten. excō. mu. lib. 6. & in. c. 1. de clericis cōiugatis. eo. libro Boer. d. decis. 349. col. pen. vers. sed hæc detentio, num. 11. Quinimò si condēnatus possit soluere omnem poenam præter vnum denariū nihilominus debet corpore luere, autore Bald. in. l. cū sit. C. de scupul. viola. A lex. in. l. si quis id quod. col. 1. Felin. in. cap. ad liberandum. col. 2. de iude. quæ res quoniā est dubia excutietur infra cap. seq. de debitore modicæ summæ. nu. 9.

4 **M**eminisse tamen oportet, quòd si debitor ex delicto velit potius fustibus castigari, quā pecuniam in qua damnatur soluere, nō est audiendus si habet bona. Nam regula quæ admittit pecuniā corpore luit, intelligitur si quis non habeat bona: & ita dicimus, qui non habet in bonis luit corpore, ut probatur in locis citatis, & in l. finali. ff. de in ius vocand. ibi, *Si inopia dignoscitur laborare.* Et nominatim ita docet Bald. in. l. quicumque. col. pen. vers. Sed quid

quid est si. soluendo. C. de seruis fugi. & ibi cum sequitur Paul. & probat Alexand. in l. fin. ff. de in ius vocand. & ibi Ang. Aretin. col. fi. imò iudex non debet cum audire, sed bona sua vendere. l. pollicitationes. ff. de pollicita.

5 ¶ Ad eò autem debitum ex delicto est severe exigendum, vt si Princeps alicui concedat, vt intra quinquennium, non possit inquietari à suis creditoribus, vt potest, iuxta ea quæ notant & resoluunt Guido Papæ decis. 109. pag. 208. Rebuffus. 2. tom. ad leg. Galli. tractatu de literis dilator. artic. 1. glos. 1. nu. 18. Marc. Anto. Cucchus in tract. de morato. præscrip. nu. 126. à vers. item secundū, cum sequent. Certè hac gratia vti non poterit, quoad debita quæ debet ex delicto: quoniam si Princeps gratiam concedat delinquenti, qui non fecit mentionem de delicto; gratia censetur subreptitia, quoniam si sciret eum deliquisse nō ita facile concessisset. c. postulasti, in verbo. *Non ita de leui*, de rescrip. Ita notat Guillelmus Cugneus. & Cin. in l. sed si ex parte. §. quāquam, per illum textum. ff. quòd cum eò Ripa. in l. 1. num. 97. ff. si cert. peta. Roman. sing. 170. Martinus Laudensis in tractatu de priuileg. & rescrip. §. 14. Bald. & Albe. in dict. l. sed si ex parte. §. interdū. Alex. in l. 1. col. pen. ff. si cert. peta. & ista opinio fuit per Curiam Parisiensem approbata teste Boerio d. decisione. 349. numer. 8. col. 9. versic. nec per consequens.

¶ Non tamen omittendum, quòd sunt qui dicant, quod regula supradicta, quòd non habens, in bonis, luit corpore, neque liberatur cedendo bonis; intelligitur quādo multa est applicanda Fisco, non autem quando applicatur parti. Ita docet Ioannes Paponius in consuetudines Alberniæ, titulo *Des successions*, col. 1. citat Boer. d. decis. 349. num. 8. sed certè Boer. nihil huiusmodi dicit, & cōtrarium satis significat ipse Boerius, dum sequitur Fabrum, Plateam, Baldum, & Aretinum in §. fin. Instir. de actio. docentes, quòd si quis agat actione iniuriarum, & concludat petendo pecuniam; condemnatus non potest cedere bonis, sed pœna pecuniaria conuertenda est in corporalem. Quod probant iura, & Doctores allegati in fauorem regulæ generalis, quòd debitor ex delicto non liberatur cedendo bonis, sed debet luere corpore. Probat etiā ratio supra assignata, quòd scilicet est indignum, vt debens ex delicto, quòd meretur

castigationem, liberetur cedendo bonis, cū pœna pecuniaria sibi imponatur in castigationem delicti. Et ita aduersus Paponium, & Rupellatum, lib. 4. Forensium Institutionum habemus autoritatem omnium ferè Doctorum, & ipsum iustitiæ, prudentiæ, & rationis robur. Et Boerius quem citant, loquitur de Iure Gallico non Ciuili. d. decisio. 309. col. 3. nu. 5. Et præsertim hoc est manifestum Iure nostro Regio, vt infra patebit: nam etiam ad satisfaciendum pœnæ applicandæ parti, debet quis seruire. Sed audio te lector dicentem, quid sentis in proposita quæstione, vtrum debens ex delicto si labore inopia satisfaciatur seruiendo creditori, an vero debeat corpore luere? Et distinguendum, aut enim reo imponitur pœna corporalis, & etiam pœna pecuniaria, vt in reo furti qui condēnatur ad pœnam corporalem, & ad restitutionem rei furatæ, & certè si reus passus est pœnam corporalem, non debet pro pretio rei puniri in persona, sed satisfacet seruiendo creditori. Ita Iure Regio est constitutum in pragmatica cōdita apud Pintiam, & apud Arandam, cuius verba sunt: *Declaramos y mandamos, que agora, y de aqui adelante, quando algunos fueren condenados por hurtos, y se executare en sus personas la pena corporal, y no tuuieren de que pagar, los intereses, haziendo cesion de bienes los admitays y entreguéis a los acreedores, aunque la dicha deuda decaida de delicto; segun, y como a lugar en las otras deudas.* Nota illa verba, y se executare en sus personas la pena corporal. *Hæc enim lex prius videtur requirere, vt liberetur seruiendo creditori, pro quo facit quòd afflictio, non est danda afflictio: quòd tamen limita quando reus hostis esset, eius cui pecunia applicatur, vel illum iniuria affecisset, tunc enim non est tradendus creditori, ne illum occidat, vt dixi supra c. 2. nu. 13. Sed si crimen atrocissimum sit, relegabitur in Regias triremes, vt ex mercede satisfaciatur. Si autem delinquenti nō imponitur pœna corporalis, sed pœna pecuniaria tantum applicanda parti in satisfactionem delicti, & certè si crimen commissum non videtur, & republica, vt liberetur seruiendo creditori, nisi pecunia applicetur creditori pro dāno accepto: tunc enim ne careat re sua videtur admittendum, vt si ipse postulet tradatur ei, si crimen id admittat, aliàs si crimē iudici videatur atrocissimum relegabit reum in Regias triremes, vel iubebit tali operi vacare, ex quo, & puniatur & refun-

De Inope debitore

& refundat ex stipendio damnum illatū. In hanc distinctionem nos lector protrudit dispositio dictæ pragmaticæ. Sed certè rectè intellecta dicta pragmatica non requirit, vt reus passus sit pœnam corporalem, ad hoc, vt liberari possit seruiendo creditori, sed idèò requirit, vt pœna corporalis sit executata, & daretur ad seruiendum: non posset, postea facilè executari, & sic delicta remanerent impunita. Et vt ingenue proferam, quod sentio, id generalitèr videtur verius, vt reus damnatus pecuniã soluere satisfaciatur seruiendo parti: cui pecunia applicatur, nisi sit eius hostis, vel crimè requirat, vt operas det in loco vbi magis torqueatur, nã his duobus casibus operabitur in Regijs trirēibus relegabitur, vel in alio simili loco, vel opere publico. Moueor, quoniã, aut pars vult seuerè punitū reū, aut non; & si vult seuerè punitum reum: magis punitur soluendo pecuniam seruiendo per longum tempus addito torque ferreo: quã si eam solueret representata statim pecunia; nam & ignominia, & miseria maior est, & pœna magis diuturna, & cruciatus acerbior: si per longum tempus addito torque ferreo seruiat, & ex sudore proprio pecuniam ignominiosè paret. Itaque si inspiciamus voluntatem partis volētis, vt reus seuerè puniatur hic magis seuerè punitur. Si inspiciamus publicam vtilitatem (nam interest reipublicæ delicta puniri) sic magis punitur parando pecuniam seruiendo, quã eam representado. Si autem pars nō vult seuerè puniri reum: accipiat quod facere potest: & cum pecuniam offerre non possit cōtentus sit seruitio. Sed obijcis quid si enorme crimen commisit, an tunc satis est seruire creditori? Respondeo, si graue crimen commisit, ne damnet eum Iudex soluere pecuniam: sed exilium pati, vel cohercionem corporalē perferre, quòd si tantum dānat pecuniam parti, vel Fisco soluere iam significat pecuniæ solutionē sufficere pro pœna, quòd si sufficit magis punitur soluendo pecuniam operis, quã soluendo eam xre momēto repræsentato. Et si constito de rei inopia: qualitas criminis, vel personarum exigat, vt non det operas creditori, sed acerbis tractetur, & iam dixi quod pro negotij qualitate potest reum relegare in Regias trirēes, vt vel remigā agat, vel militem, & ex mercede, quæ pro operis soluit, satisfaciatur creditori: vel potest iubere, vt alijs vacet operis pro prudē-

tia iudicis excogitandis: & quod cum crimen est atrox non sit addicendus creditori, sed relegandus in Regias trirēes, docet Couarru. variarum, lib. 2. c. 1. Hoc autē obseruandum videtur, siue reus condemnatur dare pecuniã, ratione damni parti illati: siue ratione iniuriæ. l. 2. titulo *De los que acusan los mal fechores*, in volumine legū Gothicarum, inquit lex, *Peche el Iuez trezientos sueldos a los parientes del muerto en el tormento por su mal fecho, y sino ouiere onde los pague sea sicrvo de los parientes del muerto.* Quod probatur ratione, nam cum Iudex iubet pro ea solui pecuniam iam supponit iniuriã expiari pecunia, magis autem torqueatur, qui reponit pecuniam seruiendo, quã soluendo. Sed obijcis vera sunt hæc tamen pars: cui pecunia applicatur, non tantum percipit vtilitatis ex seruitio, quantum si pecunia statim sibi repræsentaretur? Sed respōdeo quid si impossibile est pecuniam repræsentari, quia reus inopia laborat? Dices, vapulet? Sed quid inde tibi vtilitatis? Præterea obstat sententia, quæ iubet solui pecuniam: non irrogari pœnam. Obijcis nō soluit? imò soluit, quia cum sit inops sufficit quod soluat eo modo quo creditoribus ex causa ciuili soluitur, scilicet seruitio: nã hoc pro solutione habetur. Dicitur interest reipublicæ delicta puniri? respondeo iam Iudex declarauit delictum expiari soluta pecunia, & magis expiatur cum soluitur seruitio, quã cum soluitur pecunia. Sic frater Alfonsus de Castro monachus, eruditus, lib. 2. de potesta. legis pœnalis. c. 12. & c. 13. notat, quod si Iudex ob crimen damnatur soluere decem, intra decē dies, & quod si non soluat flagelletur, certè etiã si post decem dies non repræsentetur pecunia, Iudex poterit præcipere, vt pro eisdē decē fiat in eius bonis executio, quia cum damnauit ea soluere satis ostendit eis expiari delictum hoc Corne. ante docuit; cōn. fil. 3. lib. 3. & sequitur Couarru. vari. resolut. lib. 2. cap. 9. num. 8. Dicitur non dat mihi meam pecuniam, crucietur? Sed hoc iracundi animi consilium est, & iudicis sententia obstat, & præstat, imò necesse est, vti misericordia pro qua nobis Seruator noster misericordiam suam promittit dicens, *Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam cōsequuntur.* Itaque, si animus Iudicis volētis punire delictum, vel partis volētis reum cruciari inspicitur, magis cruciatur reus qui soluit seruitio, quã qui soluit pecunia.

Si

si consideratur animus partis Volentis consequi pecuniam. Quis auctoritatem ei tribuit, ut ius dicat, & vel hoc concedat, vel neget, vel pœnam augeat, vel minuat cum Iudex non sit. Sed obiectis animus Iudicis fuit dubitare partem, vel damnatum, quod accepit restituisse: quare si hoc est impossibile statim fieri; fustibus castigetur, sed quæritur utilitas parti? Sed dicitur: punitur grauius; respondeo iam Iudex pro maxima pœna damnauit soluere pecuniam, & soluere seruitio durius est, quam soluere pecuniam. Et hæc additio qua debitor reponit pecuniam habetur pro pœna corporali; & re vera est pœna corporalis; ut probaui. c. 2. nu. 36. & c. 3. nu. 6. neq; enim vilo casu admittimus, ut liberetur cedendo bonis: sed ut iuxta hanc legem seruiat creditori: hæc autem lex tollit beneficiū cessionis bonorum, ut dixi cap. 2. nu. 2. Idē sentio in damnato soluere, Fisco: nā si liberabitur seruitio Regi; ut miles; vel ut artifex pro qualitate criminis ex rationibus supra allegatis. * Sed obiectis quid si pars, nō vult, ut sibi seruiat, neq; ut relegatur. Oranum, vel in Regias triremes; ut ex mercede sibi soluat, sed, ut sit in carcere quibusque representet pecuniam; an recte petati. Videtur recte petere, quoniam regula; ut qui non habet in bonis, luat corpore: intelligitur si pars cui pœna fuit applicata hoc petat, alias si expectaret, donec damnatus soluedo sit, debet remanere in carcere, ut in l. si ibi, Ex querela patroni. ff. de in ius vocand. & notat Bal. in l. quod si minor. §. si seruus. quem legit cum principio legis. ff. de minor. nam inuita parte, aliud pro alio solui non potest. l. 2. ff. si cer. peta. & huius opinionis autor fuit Innocen. & post eum Abbas in c. Odoardus. col. 2. de solu. & ibi etiam notat Ioan. Andr. Cepola cautela. 16. Puteus in tractatu de iudicatu, in verbo pœna, Bald. per textum ibi, in l. si. ff. de in ius vocan. Purpuratus in l. imperium. nu. 334. ff. de iurisd. omni. iudi. Iacobinus in d. l. si. ff. de in ius vocan. & ibi Paul. & omnes ita tenet, teste Boer. d. decisione. 349. num. 8. col. 7. vers. secundo si is: Alex. in l. si. num. 5. ff. de in ius vocan. & in l. si quis id quod. col. 2. ff. de iurisd. omni. iudic. Ias. ibi num. 28. & in §. pœnales. num. 46. Instit. de actio. Felin. in c. ad liberandum. versiculo tertio, limita de iude. Socin. regula. 46. Fallen. 17.

8 Quibus consonat, quod stante statuto,

ut debitor non soluens intra certum tempus, incurrat pœnā: certè elapso tempore, pœna non est irroganda debitori. Si creditor cui pecunia est applicanda nolit pœnam peti, ita docuit Bar. in l. cum duobus. §. idem respōdit. ff. pro socio. & ibi Bald. sequitur Cremen. singul. 102. A retin. cō. fil. 89. Paul. in Auth. si captiui. C. de Episc. & Cleric. Alex. in l. quamuis. nu. 15. ff. solu. matrimo. & ibi Paul. qui loquitur in eo qui detinetur in carcere, ex eo quod non soluit, & sic loquitur in nostro casu. ¶ His maxime congruit quod dispositio huius legis, non est seruanda si creditor nolit debitorem sibi satisfacere seruitio, sed expectare, ut meliorem fortunam nanciscatur: ut in d. a. titulo De los gouernos, ibi, si quisere, lib. 2. Fori; & dico latè infra. Sed tamen his non obstantibus, certè creditor, cui pœna applicatur, non est audiendus, si nolit reum sibi tradi in seruitium, sed ut sit in carcere. Moueor sex argumētis. Primo auctoritate Pauli in l. si. ff. de in ius vocan. vbi scribit, quod licet verum sit, quod reus non habens in bonis, non debet luere corpore, si persona cui pœna est applicanda id non vult: id intelligitur si modo patitur reum eximi, è carcere. Secundo moueor; quoniam si aliter iudicemus precludimus viam humanæ libertati conseruandæ concessam, quæ neq; pactis, neq; iuramentis tolli potest, ut dixi. c. 1. nu. 45. Tertio moueor, quoniā alias debitor esset perpetuo in carcere si soluendo non esset quod Barbarum exemplum est, à iure reprobatur: ut in l. incredibile. C. de pœn. Quarto moueor auctoritate Ripæ, in l. obligationi generali, num. 30. vers. primo, ut non procedat. ff. de pigno. Vbi licet in ea sit sententia, ut valeat pactum, ut debitor carceratus non possit cedere bonis: de quo dixi c. 1. num. 4. id limitat, nisi imminet periculum, ne debitor moriatur in carcere: nam tunc iudex ex officio potest debitorem soluere è carcere, quia vita morituri debet preualere cuicumque causæ pecuniariæ. c. non satis. 86. distinctione, & dixi. c. 1. nu. 94. vbi alios citavi. * Quinto moueor, quoniam licet debitor non sit addicendus creditori inuito; id limitandum dūmodo creditor patiatur debitorem solui è carcere, Sexto, quia ad hoc, ut debitor eximatur, è carcere: admissum est, ut soluat aliud pro alio, etiam inuito creditore, ut in Authen. hoc nisi. C. de solutio. & dixi. c. 1. nu. 46.

Et sic

De Inope debitore

Et sic non obstat, quod tradit Bal. in. d.l. quod si minor, quod aliud pro alio inuito creditore solui non potest, id enim verum nisi debitor sit inops, vt prolixè dixi in loco supracitato.

10

¶ Illud prætermissum nolui quod ea regula, vt qui non habet in bonis, luat corpore: habet locum in persona vili, non in ea quæ vilis non est: nam minima corporalis pœna excederet omnem pœnam pecuniariã. In seruo. ff. de pœn. Et in persona honesta, & graui: notat Platea; in. l. nemo. num. 2. C. de exact. tribu. lib. 10. l. 1. & 2. ff. de pœn. Feli. in. c. ad liberandum. col. 1. de iude. latè. Bologni. in repet. Auth. habita. col. 12. vers. & Itanic. C. ne fili. pro patre. Ias. in Auth. ad hæc, in fine. C. de iude. quare ea regula: solum in persona vili seruanda, non in nobili Bar. l. 1. §. ff. de pœn. Sali. in. l. & si seuerior. col. 2. vers. oppono; vnde cimo. C. ex quib. caus. infam. irroge. sentit Puteus in tractatu de iudicatu, in verbo *Iudex*, vers. *Iudex* qui in criminibus, & in verbo *pœna*. cap. licet dicatur, in princ. Gaudinus in tractatu maleficio titulo, vt rum pœna possit augeri in fine Alex. & Ias. in l. si quis id quod. ff. de iurisdic. omn. iudic. Arcin. & Ias. in. §. pœna'es. num. 44. Insti. de actio. Lup. in rubr. de don. §. 9. Co. uar. vari. lib. 2. c. 9. num. 4. Hæc doctrina generalitèr intellecta vera non est: id enim nisi persona nobilius crimen atrox commisisset: ex quo nobilitatem prorsus amitteret, & omni dignitate spoliatus terribissimo supplicio dignus esset. Et quæstioni subiiciendus esset: & quod attinet ad rē de qua agimus, scilicet ad materiam nostræ legis: non est inconueniens, vt persona honesta, & non vilis relegatur Oranum in Mauritania: vt militæ adscriptus ex stipendio, satis faciat summæ in quam cōdemnatur: neque hoc ei est dedecus, licet nobilissimi generis sit, nam licet seruire creditori censetur pœna corporalis, vt dixi. c. 2. nō est ignominiosa, neque corpus ignominiosè cruciatur, præsertim hoc casu quo dicimus nobi'em non tradendum creditori, sed militæ, vel a'ix honestæ occupationi addicendum; quæ non est, neque dici debet pœna corporalis, vt dicitur sensus cōmunis. Præterea Gomezius in. §. item si quis in fraudem. num. 42. Insti. de actio. dissentit, à doctoribus docentibus in nobili non admittendam eam regulam: qui non habet in bonis luat corpore. Certè communis videtur

æquior, nisi pœna corporalis quæ in defectum bonorum imponitur nobilitatis sit, vt laborem potius irroget quam cruciatu: ita, vt luere sit pœna hoc est impositum in pœnam, non sit pœna, quæ vel cruciet corpus, vel personam oneret contumelia.

11

¶ Sed illud quæri solet an debitor ex delicto puta fur, qui traditur damnū passio, debeat portare torquem ferreū, & certè iudicatu fuit, vt illud portet: maiore enim supplicio, & pœna dignus est qui debet ex delicto, quam qui debet ex contractu. Et cum qui debet ex contractu teneatur portare torquem ferreum, idem iudicandum in debitore ex delicto. Item hic quadrant omnes rationes quibus, c. 2. nu. 47. dixi, torquem ferreum imponi debitori (scilicet) ne quis cum eo contrahat agnoscens additū esse creditori, vel ne aufugiat, vel vt metu tantæ ignominie pecuniam quærat, vel absconditam proferat: hic autè maiore contumelia dignus est quam qui debet ex contractu.

¶ Item illud dicitur prudentia; vt debitor ex delicto longioribus, & magis diuurnis operis grauetur quam debitor ex contractu: nā causa est odiosa, & fauore indigna, & supra hoc expedit rei publicæ delicta puniri, idè hoc temperamento vti debet, iudex, vt, & creditor cui pecuniam applicat eam recipiat, & reus sentiat ius dicentis seueritatem, & reatus pœnam.

12

¶ Rursus illud non omitendum, an debitor ex delicto, dicatur debitor: & cui debet dicatur creditor, tractant Bar. Alex. Ias. Decius, & ceteri in. l. 1. ff. si cer. peta. & cōmunis est, quod non venit appellatione creditoris, vt testatur Ripa in d. l. 1. num. 94. Sed mihi mens statui, & communis vsus loquendi videtur considerandi, & res de qua tractatur, licet Ripa simpliciter teneat aduersus communem d. num. 94. docens, quod venit appellatione creditoris; Monuor quoniam DD. rem definiunt ex v' verbi Latini *creditum*, & cum hic debitor non sequutus sit fidem eius, qui ex delicto debet dicant, nō esse creditorem. Sed quid hæc ad legem vernacula lingua conscriptā, in qua, non est hæc verborum vis, neque proprietas, & mihi ridiculum videtur, si lex Hispanica lingua conscripta faciat mentionem creditoris verbo Hispanico *Acreee dar* definire qui sint creditores ex proprietate verbi Latini *Creditor*, instructo hoc fillogismo creditor dicitur à credito, quia credidit

credidit rem suam alienæ fidei: ergo qui non credidit rem suam alienæ fidei; nõ est creditor: & hinc inferitur, & serio definitur, incidētia negotia circa legem vulgari lingua cõscriptã, quæ intelligēda est iuxta vulgatum vsum loquendi, certè is dicitur creditor quem communis vsum appellat creditorem, licet ethimo ogia Latina verbi *Creditum*, & *Creditor*, non satis quadrent, neq; enim hîc curandum de proprietate Romani sermonis, sed vulgato sensu, quo Hispanica verba, & *Cerdones*, & *Opifices* interpretantur: verba enim legis vulgari lingua cõscriptæ, interpretãda sunt iuxta vulgatum vsum loquēdi, vt inquit Bar. in l. si quis finalibus. ff. de testam. tut. l. cū delationis. §. asinã molēdinariã. ff. de fund. instructo instrumētoq; legato. An autē statuta disponēte, vt creditor possit cõijcere debitorem suum in carcerem possit cõijci qui debet ex delicto, & dicatur creditor ille cui ex delicto debet, vide Bart. & omnes in l. 1. ff. si cert. peta.

S V M M A.

- 1 **P**RO minimare, vt pro ouo: datur actio furti, & pœnã statuti etiam ob vnius nummi non solum practicatur.
- 2 Cum aliquid faciendum restat, videtur nihil factum.
- 3 Ob non solutam pensionem reuincitur in commissum.
- 4 Etiam pro vno nummo non soluto, potest res vendita retineri à venditore.
- 5 Si ex forma statuti delinquens, certa summa soluta non veniat puniendus, punitur tamen, si in solutione vel vnus nummus deficiat.
- 6 Initium est expectandum.
- 7 Debitorem modicæ summæ non detruđi in carcerem, probatur.
- 8 Actio de dolo non datur pro modica summa.
- 9 Quelibet pœna corporalis, superat magnam pœnã pecuniariam.
- 10 Propter modicum defectum quis non punitur.
- 11 Relinquitur arbitrio iudicis quæ sit modica summa, & idem quod sit pretium magnum, & numero. 12.
- 12 Debitor aduocati, ex causa aduocationis, aduocato non addicitur.
- 13 Aduocatus tenetur pauperi gratis patrocinari, etiã si contrarium iurasset.
- 14 Aduocatus aliquid à paupere pro patrocinio sumens, peccat.
- 15 Sub pœna peccati tenemur proximum egenũ elemosynis iuuare, authore D. Thoma.

- 17 Decima aparitori non soluitur, quando nec pecunia soluitur pro executione quam fecit.
- 18 Tutor non habet decimam de fructibus qui pupillo non soluuntur.
- 19 Iudex in causis miserabilium personarum sportulas non debet habere, etiam si pauper sponte offerat, & nu. 29.
- 21 Visitans Ecclesias à clericis pauperibus pro uocationem non exigit.
- 22 Notarius nihil accipit à pauperibus pro instrumentis.

An debitor modicæ quantitatis sit addicendus creditori. Et an quis pro pecunia quam debet aduocato, quia patrocinium ei præstitit, sit ei addicendus, si soluendo non sit, & quid in eo qui debet aliqua zelo expensas. Cap. XII.

QUæro deinde, vtrum debitor modicæ summæ, sit addicendus creditori si soluendo non sit. Videtur addicendum esse ex l. si proprietarius. ff. de dam. infec. Vbi probatur etiam pro minima quantitate agi posse. Actio autem tunc verè habet effectum, quando per executionem, in persona ad effectum perducitur. Et quod possit agi etiam pro minima reprobatur glossa. in §. gallinarum. Insti. de rer. diuis. quæ docet pro vno ouo dari actionem furti, licet inuidiosa sit, & odiosa: suadetur hæc sententia, quoniam si ex statuto pœna sit imponēda ei qui non soluerit, statutum practicabitur, etiam si vnus nummus non soluatur, quoniam non soluitur summa debita: ita seuerè admodum docet Bal. in l. cum sit. C. de sepul. viola. ex l. §. si sortem. ff. de verb. oblig. Alex. in l. si quis id quod col. 2. nu. 5. ff. de iurisd. omni. iudi. Felin. in c. ad liberandum. num. 4. de iud. Ias. in l. 2. num. 56. C. de iure emphit. Alex. consil. 105. num. 19. lib. 3. Ias. in Auth. qui rem. col. 5. vers. venio ad primam. C. de sacrosanct. Eccles. Pùrpur. in l. imperium. num. 335. ff. de iur. omni. iudi. Alex. in l. si seruus plurium. in fi. ff. si quis cautio. & Gomezius in §. pœna. es. nu. 18.

Ff Insti.

De Inope debitore

- Instit. de actio. vbi dicit hanc communem;
- 2 ¶ Quia nihil videtur factum, cum aliquid restat faciendum. l. penult. in fine. C. de his quib. vt indign. c. 1. de baptismo. Et dicit Gomezus in d. §. poenales. nu. 19. quod licet hæc opinio sit dura, est cõmunis, & ab ea in iudicando & consulendo non est recedendum. Cum ergo poena corporalis imponatur pro modica summa videtur quod debitor modicæ summæ est addicendus creditori.
- 3 ¶ Suadetur hæc opinio, quoniam cū de iure res incidat in commissum, si non solvatur canonidem dicendū, quādo non est solutus vnus nūmus ex canone debito, quoniā nihil videtur factum cum aliquid restat faciendum. l. pen. in fine. ff. de his quib. vt indign. Ita docet Bal. in l. cū allegas, nu. 13. C. de vsur. & in rubr. C. de contrahē. empt. num. 1. l. Ias. in l. 2. num. 55. C. de iure emphit. & in Auth. qui rem. nu. 16. C. de Sacrosanct. Eccles. Cum ergo propter parvā summam, non solutam, res addicatur creditori, videtur quod etiam debitor est addicendus, nam valet argumentum de re ad personam. l. miles ita. ff. de testa. mili.
- 4 ¶ His accedit, quod res vendita potest retineri pro vno nummo non soluto, glof. in l. res bona fide. ff. de contrah. empt. Bal. in l. si. C. cõmo. & in rub. C. de cõtrahen. empt. nu. 10. Alex. & Ias. in l. §. §. fin. col. si. ff. de verb. oblig. Ias. in Auth. qui rē, nu. 16. C. de Sacrosanct. Eccles. Alex. conf. 105. nu. 19. lib. 3. Bal. in l. pro hæreditarijs, col. 2. C. de hæredita. actio.
- 5 ¶ Rursus, si ex forma statuti delinquens non sit puniendus, si certam summam soluerit, puniendus est, si vel vnus tantum nūmus deficiat: vti scribunt Ang. in l. si seruus. §. si pluriū. col. 3. ff. si quis cautio. Ang. & Imola in l. in executione. §. poen. ff. de verb. obli. Cin. & Bal. in additione ad Specul. ut. de appellationibus, & in l. ædem. C. de loca. Fabianus Montesabinus, in tractatu de emptio. & vendi. col. 40. Bertachinus in tractatu Gabellarū. col. 81. Panthaleon in repe. l. 2. col. 13. C. de rescin. vendi. Ias. in Auth. qui rem. col. 6. C. de Sacrosanct. Eccles. & in l. si. ff. in ius vocati, vt cāt, & in l. qui sine. ff. de cõdi. ob. caus. col. si.
- ¶ Vltimò, hæc sententia comprobari potest ex pluribus, quæ circa minima tradiderūt: Bal. in l. eum qui. §. in popularibus. col. 1. de iureiu. Alex. in l. si seruus. §. si pluriū, col. 2. ff. si quis cautio. Ang. in l. qui

heredi. & in l. Meuius. ff. de condi. & demonstra. Bald. in c. illud, de præscrip. Ias. in Auth. qui rem. nu. 16. cum sequētibus. C. de Sacrosanct. Eccles. Brunus in tractatu de statuto excludente for. minas, articulo. 124 quæst. 9.

¶ Mihi in hac quæstione videtur distinguendum: aut enim debitor traditus creditori, vt ei seruiat per quinquennium operas dedit per quadriennium, & decem menses, & peti eximi è potestate creditoris, quoniam iam modicum debet, & certè nõ est eximendus à potestate creditoris.

6 ¶ Quoniam initium est expectandum, arg. l. Rutillia Polla. ff. de contrahend. emptio. ne. l. si ita. ff. de auro & argen. lega. l. si extraneus. §. in extraneis. ff. de minori. & initio, quantitas erat magna, & pro magna fuit legitimè additus, & ita intelligendū, quod scribūt Doctores in locis supracitatis: inspiciendum enim, quod principaliter fuit actum. Si tamen nondum esset creditor a dictus, & alligaret pro minima summa neminem creditori addicendum, & certè me nõ haberet aduersū, sed fauentē, siue tota summa debita sit modica, siue per solutionē residui modica reddita fuerit.

7 ¶ Moueor, quoniam qui debet modicam summam non potest pro debito tali cõijci in carcerem, nā de modicis non curat Pretor. l. scio. ff. de in integ. restitutio. & huic comprobandæ opinioni est textus aptus in l. Diuus Vespasianus. §. si. de iure patro. & docet Bald. in Auth. sed iā necesse. C. de dona. Antè nup. Ias. in §. 1. nu. 69. Instit. de actio. Ioannes Baptista Sanscuerinus, in tractatu de debitore suspecto, & fugitio, in 3. q. principali, nu. 3. Bal. in l. quicumque, col. pen. C. de seru. fugiti. Boer. decis. 349. nu. 6. & nu. 8. vers. & facit Iacobinus in l. si ab arbitro. nu. 7. ff. qui sat. sd. cogan. Floria. in l. alienationes, in fi. ff. famil. hærcif. Roma. sing. 97. incip. dic mihi. Debitor autē qui in carcerem duci non potest, non est addicendus creditori, vt dixi. c. 3. nu. 2.

8 ¶ His suffragatur textus insignis (licet vulgatus) in l. si oleum. §. si. ff. de dolo, vbi probatur, quod actio de dolo, nõ datur pro modica summa. Inquit lex: *Neque enim hæc actio passim indulgenda est, nam ecce in primis, si modica summa sit dari non debet.* Ergo cum actio de dolo non detur pro modica summa, quia est odiosa, & inuidiosis verbis proponitur: quanto minus pro modica summa homo liber addicetur creditori: & quasi in serui-

seruitutem dabitur indutus torque ferreo, quo præclare seruorū miseriam supererat, & in profundum ignominie, & calamitatis detruditur, vt dixi. c. 2. num. 34. Ad eō enim durū est addicere creditori, vt debitor addictus censetur pati pœnam corporalem, vt probaui. c. 2. num. 36. & c. 3. nu. 6. Confer opprobrium obueniens conuēto actione de dolo, hoc est audienti inania verbula parum honesta cum opprobrio addicti debitoris. Sic pro paruo debito nemo potest iurari, vel nominari, vt suspectus autore Bal. in Authent. sed iam necesse. C. de don. ante nupt. Roman. sing. 97. Ias. in. l. sciendum. num. 12. ff. qui satisda. cogan. C. pol. in. l. 1. §. sed sciendum. num. 63. ff. de ædili. ædict. Rom. cons. 320. incip. hæc istorum. col. 1. vers. 3. Et in simili, vide Bal. in Authen. præterea. C. vnde vir, & vxor. Ex his apparet verius esse, quod etiam si pœna ratione delicti imponatur, in casu quo condemnatus certam pecuniam, non soluat talis pœna non imponenda, si pecunia sit modica, quia quælibet pœna corporalis supererat magnam pœnam pecuniariam. l. in seruorum. ff. de pœn. Ita magis pie docet Ias. in. §. pœnales. num. 5. Institut. de actio. & in. l. si quis id quod num. 28. de iurisd. omni. iudi. & in. l. 1. §. si. col. 1. ff. de verbo. obligat. Franciscus Cuius in addictionibus ad Alex. in. d. l. si quis id q̄ Boer. decif. 349. nu. 8. vers. tamē istud. Hæc opinio videtur probari ex textu, & glossa, in. c. suam de pœn. Vbi qui soluit maiorem partem pecunie, liberatur à pœna corporali, & certè, hæc opinio est æqua, & videtur amplectenda, præsertim, si debens magnā summā soluat maiorem partem, & reliquum quid desit. Nam habenda est ratio, quod punitur soluendo tantam summam, & quod hic viget maior ratio probandi hanc opinionem, quā in casu, quo tota pœna est modica, & ex ea nihil solvere potest, & tamen adhuc eō casu vera est.

IO ¶ His accedit, quod propter modicum defectum, non est quis puniendus, autore Bal. in Auth. ingressi, nu. 19. C. de Sacrosan. Eccles. idē Bal. in. l. quicumque. num. 6. C. deser. fugi. & ibi dicit, quod pro minima pœna pecuniaria ei qui soluendo non est non est imponenda pœna corporalis, argumento textus in. l. illicitas. §. fina. ff. de off. sic. Presid. Baldus in. l. quicumque, col. 2. C. de seru. fugi. Ias. in. §. pœnales. num. 80. Institut. de actio. Boer. decif. 349. num. 7.

Quæ opinio pia est, & Christiana, si enim delictum magnum fuisset, vel castigatione dignum, nō minima, sed magna pœna imponeretur, ergo si delictum fuit leue æquum est, vt propter culpam leuem nemo Christianus luat corpore, si in bonis non habeat. Ita enim suadet leuitas criminis: leue enim fuisse oportet, pro qua minima pœna imponitur, distat etiam humanitas, & imitatio diuinæ misericordie, ad quam diuinis literis reuocamur. Nam corpus hominis Christiani non est torquendū, neq; flagellandum, nisi ex causa graui, magna enim est defensio esse Christianum regni cœlestis colorem, & membrum Christi capitis nostri. Quæ opinio mihi etiā videtur verissima, quando quantitas magna esset soluēda pro pœna, & modicum quid, solui non posset, non enim pro modica summa corpore luere debet, tum quia modica est, tum, quia soluendo magnam summam (præter modicum quod restat) satis punitus fuit, durius enim est spoliari magna quantitate quam habes, & modicum quid soluere nō posse, quam modicum debere, & non habere vnde soluas. Magis enim acerbum nobis est spoliari his quæ habemus: quam carere his quæ nunquam habuimus, præsertim si modica sint. Confirmatur hoc efficacissimè: quoniam proximum ægentem tenemur elemosynis iuare, vt ex Beato Thoma, & cæteris Sacri, & Humani Iuris professoribus, probo in. fra. num. 10. Nullus autem casus potest excogitari in quo magis necessarium sit proximum subleuari, quam hic de quo loquimur cum non solum egeat, verum etiam debeat, & in libertatis, & corporis periculum veniat. Remittat ergo creditor modicam summam, vel Iudex equi, & boni custos faciat diuinum præceptum præstari, & modicam summam elemosynæ nomine remitti, absoluatque debitorem, ne vel corpore pœnas luat, vel creditori in seruitium abdicatur. Ex his infertur, quod regula tradita supra num. 6. quod pro modica summa debitor non est detinendus in carcere: procedit etiam si modicam summam debeat ex delicto. Nam licet delictum pœnam mereatur, leue fuisse oportet, pro quo modica summa erogari iubetur, & si fuit graue: satis expiatum fuit soluta summa, à lege, vel Iudice imposta, & licet modicum quid desit non est pro eō vir Christianus carcere præmendus.

Ff 2 Cum

De Inope debitore

- C**um ergo pecunia debita ratione delicti non exigatur, vsque ad inflictionem pœnæ corporalis, si summa parua sit: quanto minus infligetur pœna corporalis debitori inopia laboranti qui modicam summam, non ex delicto, sed ex contractu debet? additio enim, qua debitor inops traditur creditori, habet vim pœnæ corporalis, vt dixi. c. 2. nu. 3. c. cap. 3. num. 6. Possent hanc opinionem, vt recentioribus quibusdam moris est communire pluribus, quæ DD. in varijs locis circa *minima*, tradunt. Ego apta tantum produxi, malleus pauca bona, quam multa qualiacumque referre; quod si auidus magis, quam elegans lector velit plura circa minima videre, amplectatur Corseti tractatum de minimis, & euoluat quæ refert Brunus in tractatu de statuto excludente fœminas artic. 9. q. 1. 2. Ias. in Auth. qui rem. C. de sacros. Eccles.
- C**onobstant ex aduerso prolata: nã falsum est pro vno ouo dari actionem furti, & ita Zasius lib. 2. respons. cap. 26. reprobabat post alios glosam in. §. gallinarum. Inst. de rer. diuis. Rursus non obstant cetera argumenta, quoniam partim sunt falsa, partim non obstant, vt ex superioribus apparet.
- I**I Quæ autem dicatur modica summa est in arbitrio prudentis iudicis autore Bal. in. l. vna. nu. 4. versic. quæ autem sit magna. C. de conf. & consi. 181. incip. primo quero, col. 1. lib. 3. Collectar. in. cap. ceterum. in principio de donat. Alexand. consil. 131. incip. in causa vertente coram prætore. col. fin. vers. nimis autem, lib. 1. Notat Corsetus in tracta. de minimis, col. 3. versic. 16.
- I**2 Sic relinquitur arbitrio iudicis, quod sit præteritum magnum, vel paruum: iuxta glosam in. §. præteritum, Insti. de emptio. & vendi. Cepola in tractatu de simulatione contractus, charta. pen. versic. sexta & vltima. Barba. consi. 51. lib. 1. Bertran. consi. 339. num. 3. lib. 1. & consi. 236. num. 3. lib. 2. & consi. 77. num. 4. Item quod dicatur paruum seu magnum relinquitur arbitrio iudicis, vti opinatur, Bald. in. l. 1. C. si aduer. vendi. Ioã. Andr. Barba. Imola. Collect. in. c. fi. col. fi. de dona. Sal. in. l. fi. in. 1. oppositione, vers. sed adhuc restat. C. de cōtrahē. emptio. Imola in. c. Quintaualis. col. 2. 4. de iureiur. Alex. in. l. si arbitrato, col. fi. ff. de verbor. obi. & consi. 102. col. 3. lib. 2. Barba. in cap. propter sterilitatē, de loca. & cōs. 2. col. pen. lib. 2. Corne. consil. 9. col. 3. lib. 1.
- Decius consi. 180. incip. visa renuntiatione, col. 1. Butrius in. c. cum dilecti. col. 12. de empt. & vendi.
- I**3 Sed an debens mihi, quia aduocatus eius fui, debeat mihi addici si soluendo non sit, & certè non addicendus: textus est expressus in. l. 20. Stilli, inquit lex. El abogado por su salario, si aquel que ha de dar salario no habiendos de que lo pague, no se lo dara por preso, vya el ayuda que le hizo por amor de Dios. Nota verba: No se lo dara por preso, quæ significant nõ esse addicendum creditori, vt efficaciter probaui supra capite. 5. De debitore & fiducijsione nu. 13. Leges enim antiquæ huius Regni debitorem addictum appellant, Preso: nam videtur esse in carcere cum voluntatē creditoris sequatur, vt dixi in. d. loco.
- I**4 Confirmatur hæc opinio, quoniam aduocatus tenetur proximum egenum gratis patrocinio iuare, vt piè & eruditè scribit Beatus Thomas. 2. 2. quæst. 71. artic. 1. Frat. Domin. Soto, de iusti. & iur. libr. 5. q. 8. artic. 4. Alexander Halensis. 3. par. summx. q. 48. mēbro. 1. Diuus Antoninus. 1. part. Theolog. tit. 6. c. 2. §. 1. Gabriel. in. 4. distinct. 15. q. 6. conclusionē. 9. dubio. 4. Ang. in sumnia, verbo *Aduocatus*, ver. 11. Et ita sanxit Benedictus. 12. Romanus Pōtifex, in constitutione incipiente, dicens, & necessariū estimamus, vt testatur Ioan: Andr. ad Specu. tit. de aduocato. §. 1. vers. Item q̄ nõ habet. Et è nostris scribit Albe. in prohemio Codicis, col. 4. nu. 18. Bal. in. l. furiosi, per illum textum, in verbo gratis. C. de nup. & in. l. si ad excludendā post medium. C. de iureiur. qui scribit aduocatum non debere in causis pauperum seruare iuramentum quo promissit nunquam gratis patrocinium præstare.
- I**5 Et aduocatus aliquid accipiens, à paupere peccat: vt opinatur Alber. in. l. vnica. col. fi. C. de suffra. & in. l. nec quicquam. §. si. ff. de offi. Procon. & Ias. in ca. 1. §. vbi decretum, col. 2. Idem Ias. in. §. tripli. col. pen. Insti. de actio. Hosti. Abb. & Felin. in. c. si pro debilitate, col. fi. paulò ante fin. de offi. deleg. Aufrer. in additione capell. Tholosanz. q. 481. Cacialupus in tractatu de aduocatis, q. 3. Sed mirum est, quam hæc non cogitent rogati vultures, quibus præclara occasio demerēdi Christum semper adest, si pauperibus suis faueant, dominus illis inserat cor nouum, nam, vt nunc sunt eorum mores non video, quare non debeant audire illa præclaram quibus eqs onerat
- Apu

A pulcius libro decimo Metamorph.

16 ¶ His accedit, quod *Sub pœna peccati* tenemur proximum egenum elemosynis iuare uti probat sanctus Thomas. 2. 2. q. 3 2. art. 3. & quodlibeto. 8. articulo. 1 2. Caietanus in opusculo de præcepto elemosinæ. Abbas in. c. si verò. col. 4. de iureiurand. Archidiaconus in cap. 1. prima distinct. Archiepiscopus Florentinus in secunda parte, titulo. 1. cap. 24. in fine. Lupus in repetitione. capit. per vestras. §. 1 2. Tertio propter. versic. & facit num. 3. de donatio. inter virum & uxorem, & nouissimè Sebastianus Medices in allegatione in causa pauperum, quam nupèr edidit, per totam; quæ est extra tractatus eiusdem.

¶ Ergo cliens non addicetur aduocato, etiã si non possit ei soluere salarium, sed aduocatus libenter id remitteret; centuplũ in hoc mundo accepturus, & post mortem vitam æternam. Quod intelligo verum, siue cliens à principio fuerit pauper, siue post amissus facultatibus ad inopiã perueniat. Hoc enim casu videtur loqui d. l. 20. Stilli. Et hic vigent, & clamant omnes rationes supra allegatæ: magis enim discruciat animo, qui diues olim, nunc paupertate præmitur: quam qui semper pauper, nũquam benignæ fortunæ indulgentiã sensit. Ideo ille magis miseratione dignus, & faciunt ad comprobationem huius sententiæ quæ dico infra numero sequenti. Sed quid si apparitor, quem Alguazelum vulgo vocamus petat captum debitorem sibi addici, quia non soluit decimam sibi ratione executionis debitam iuxta mortem aliquarũ Hispaniæ vrbium, an rectè petat, si debitor soluendo non sit.

17 ¶ Reperio, quod Auendanius in suo libro de exequendis mandatis. cap. 17. num. 6. scribit, quod decima non est soluenda apparitori, quando non soluitur pecunia, pro qua fit executio; vnde infert, quod si debitor conijcitur in carcerem, & dedit bonis decima non est danda apparitori, ex notatis per Puteum in tractatu de Sindicatu, verbo, *Expensæ*, & quia lex Regia iubens, vt decima detur apparitori, loquitur de decima pecuniæ quæ soluitur, hinc autem debitor, quia non soluit traditur creditori. Mihi videtur distinguendum, aut enim debitor non habet vnde soluat pecuniam, pro qua facta fuit executio, & certè verũ videtur, vt apparitori decimam dare non debeat: nam hoc verbum decima est relati-

uum ad quantitatem pecuniæ, quæ soluitur, vt (scilicet) iuxta eam deducatur decima, cum autè nihil soluitur, certè ex eo quod non soluitur, non est deducenda decima.

18 ¶ Sic pupillus non soluit tutori decimam de fructibus, qui non soluitur. vt pluribus argumentis probaui in tractatu de decima tutori Hispanico iure præstanda. cap. 27. numero. 9.

19 ¶ Sic iudices in causis miserabilium personarum non debent habere sportulas argumento, textus in Authen. de iudicibus. & ne autem, ita docet Ba'd. in Authen. generaliter. col. 1. C. de Episc. & Clerici. Henric. in. c. cum ab omni. col. 1. de vita & honestate clerico. Cardi. in Clemen. statutũ, in. 1. opposi. de electio. licet nuter. Sed est textus expressus in Auth. de manda. Princip. §. sit tibi quoquè, notat glossa in cap. cum instantia, in verbo peregrinari, de censis. Et probat textus in. c. statutũ. §. in super. de rescript. in. 6. vbi probatur, quod Iudex non debet à paupere expensas accipere, etiã si peregrè proficiscatur, & ibi notat glossa, & ampliant DD. etiam si pauper spontè offerat expensas; ita ibi notant Archidia. Domini, & Ioan. Andr. argumento, text. in. l. C. de salgamo hospiti. nõ præstando, lib. 1 2. textus in. l. si. §. vt autè ibi, *Vel spontanea voluntate offerentibus*. C. de remilita. eod. lib. & in. c. Romana. §. pen. ibi: *Qualiter unq; offeratur*, & in cap. exigit, ibi: *Etiã à volente recipere*, de censib. lib. 6. glossa. in. l. inuitus, & ibi Bar. & Decius. ff. de regul. iur. Bald. in Auth. sed hodie. C. de Episc. & Cleri. Ancha. conf. 271. incip. de titulis. col. 4. vers. superest videre. Feli. in. c. cum M. Ferrariensis. col. 1 2. vers. & in proposito, de constitut. & in. c. 1. in fine de simo. Hippo. in. l. constitutũ. col. 1. ff. de sicca.

21 ¶ Sic laborans in visitando Ecclesias, non debet à clericis pauperibus procuratiõne exigere: iuxta glossam in. c. instantia, in verbo *Peregrinari*. de censib. citat textum in. c. placuit. 1. q. 2. vbi probatur, quod à pauperibus nil salarii nomine exigendum.

22 ¶ Hostien. & Ioan. Andr. in. c. procuratiõnes de censib. DD. in. c. cum Apostolus, eo titulo. sic Notarius pro instrumento nihil accipere debet à paupere. l. tam de mentis. in fin. iuxta gl. C. de Episc. audi. Roma. in rep. l. si verò. §. de viro, in. 2. §. Fallè. ver. 6. ff. sol. matr. Ias. in. §. tripli. col. pen. Insti. de actio & in. l. nec quicquam. §. vbi decretũ. col. 2. ff. de offi. Proconsu. Alex. in. l. argen-

Ff 3 tarius

De Inope debitore

tarius. in princ. col. fin. ff. de pden. Decius in. c. 1. 20. 26. versu. rest. iugitur. de proba. His autem omnibus salarium datur pro labore administrationis sicut Alguazelo cum autem ipsi salarium non auferant, à paupe residem in Alguazelo dicendum. Ut sit debitor non habeat. unde soluat, non possit petere, ut sibi addicatur ratione pecuniæ debita: ob executionem. Neque obstat, si quis obijciat seruitium habetur loco pecuniæ: ergo de seruitio, vel eius valore debet prestare decimam. Sed certe hoc est summum ius perfectum, & inspecta æquitate, & communi usu loquendi: verius est hunc non esse soluendo, & ea ratione, scilicet, quia non est soluendo addicatur creditori, cum autem non sit soluendo, non debet decimam Alguazelo. Et licet opere habeantur loco prætij, non sunt presentes, neque faciunt, ut in præsentem debitor inops videatur habere bona, nam & incertum est, an in posterum sit victurus.

¶ Si tamen debitor haberet unde solueret debitum, pro quo fit executio: & non haberet unde solueret decimam Alguazelo, certe ille, ad cuius petitionem facta fuit executio recuperabit integrè suum debitum, tanquam antiquius, neque Alguazelus poterit inde extrahere suam decimam: quia creditor, ad cuius petitionem facta fuit executio, nil sibi debet, & lege Regia cauetur ne Alguazelus possit salarium executionis accipere quousque satisfactum sit creditori, ut probatur in pragmatica. § 7. versiculo. Otro si, que no lleue, quæ hodie habetur. l. 7. titulo 2. l. 4. Nouæ Recop. Quæ ratione in nullo ex his casibus debitor addicendus, & generalitèr ratione expensarum nemo est detinendus in carcere, si soluendo non sit, ut rescripto nostrorum Principum æquissimè definitum est, & sic seruatur & iudicatur, in Regio senatu Granatensi, neque seruatur. l. 99. Stilli. Quis aurem de iure communi debeat soluere Alguazelo, vide Plateam in. l. cum sæpè. versu. vlt. C. de æroga. milita. annonæ. lib. 12.

S V M M A.

- 1 Collegia, & monasteria possunt bonis cedere.
- 2 Ciuitas debere potest.
- 3 Pro debito publico, bona publica, & communia capi debent: & non bona priuatorum.
- 4 Iure Regio senatus ciuitatis distribuit collectam inter ciues vsque ad octo aureos; & non plus: etiam ex causa maxima & ægestatis.

- 5 Non soluentes collectam post tempus constitutum possunt capi.
- 6 Ciuitatem castigari, & pœnam pati potest.
- 7 Multitudini licet parcèdum sit, tamen Rectores & Primarij sunt puniendi.
- 8 Ob ingratitude contra donatentem commissam, Abbas & conuentus à monasterio expelluntur: & donatio non reuocatur.
- 9 Pro debito vniuersitatis, non capiuntur singula.
- 10 Ciuitas in personalibus pœnis non punitur.
- 11 In delictis multitudini parçitur.
- 12 Debitor ciuitatis, aut vniuersitatis, si soluendo non sit, an addicatur creditori.
- 13 Municipium & res publica potest habere seruos.
- 14 Seruus potest esse Tabellio.
- 15 Debitor Fisci, nisi realitèr soluant, capiuntur: licet dent fideiussores.
- 16 Debitor Fisci nõ vititur remedio cessionis bonorum.
- 17 Pauper contumax, an cedat bonis.
- 18 Debitor collectarum si sit inops, potest uti cessione bonorum.
- 19 Contumax in non obediendo superiori dicitur committere crimen.
- 20 Inter Fiscum, & priuatum non inducenda differentia, nisi à iure exprimat.
- 21 Fiscus vititur Iure communi.
- 22 Fiscus in exigenda credita sua, melioris conditionis est, quam priuatus.
- 23 Et ibi de opinione Ferdin. Minchaque.
- 24 Quodcumque instrumentum habet executionem aduersus debitores Fiscales; ad hoc, ut executioni procedatur, dummodo sit liquidum, nu. 22. & quomodo, & quando possit executari. nu. 23.
- 25 Fiscus etiam ante diem exigit.
- 26 Debitor ciuitatis, quando debeat soluere.
- 27 Exactor creditorum non cedit bonis.

¶ An dispositio huius legis exercenda sit, in vniuersitatem debentem, vel in hominem debentem ciuitati, vel vniuersitati. Cap. XIII.

- 1 Q Vero deinde, an dispositio huius legis habeat locum in ciuitate, vel vniuersitate debente: an omnes de collegio, vel vniuersitate, vel aliqui ex eis putà Rectores, vel Primarij administratores sint creditoribus addicendi. Videtur addicendos esse, quoniam collegia, & monasteria, & quælibet vniuersitates possunt cedere bonis, ut in Auth.

- Auth. vt determinatus sit numerus clericorum. §. inuestigantes: notat Albe. in Rubrica. C. de cefcio. bono. *Et* sius in. §. si. col. pen. Insti. de actio. & ibi Nicolaus Neapolitanus, Ang. & Iaf. nu. 10. vbi dicit, q̄ vniuersitas fabrorū, & similitū potest cedere. Hāc autē additionem, qua debitor inops traditur creditori, vulgo appellamus *Cefionem bonorum*, licet p̄p̄osterè, vt docui c. 2. nu. 2. & ita eam appellant leges Regie.
- 2 *¶* His accedit, q̄ ciuitas debere potest. l. ciuitas, & ibi omnes DD. ff. si cert. peta. & in l. 4. §. actor. ff. de re iudi. l. 1. 3. tit. 2. par. 3. Et si ciuitas, vel vniuersitas pecuniam publicam, vel bona publica habeat, quæ nostri vocāt *Bursam communē*, ea primo excutiēda sunt, vt ex eis satisfiat creditoribus. l. 1. §. q̄ si nemo. ff. q̄ cuiusq; vniuer. nomi. Et si vniuersitas non habeat rem communē, cōpellentur qui sunt de vniuersitate distribuere collectā: vt censet glos. in d. l. 1. §. si nemo. & ibi notat Bar. Bal. Ang. & Paul.
- 3 *¶* Non enim debēt capi bona priuatorum pro debito publico, sed bona publica, & cōmunia, Regia. l. 1. 3. tit. 2. par. 3. notat Paulus in d. l. 1. §. q̄ si nemo. Ideo deficiētibus bonis ciuitatis communibus, ex quibus solui possit ciuitas potest ratione necessitatis imponere collectam, vt notāt DD. in d. §. quod si nemo. qui citant glosam in Auth. quib; modis natura. effici. sui. §. si quis igitur, & ibi notat Ang. Specul. titulo de sententia excep. §. sequitur. ve. si. quid si vniuersitas. Bal. in l. etiam. C. de execu. rei iudi. Bartol. in l. 4. §. actor. ff. de re iudi. scribit, quod pro tali causa non poterunt capi aliqui in solidum, sed pro parte, quia non est debitum proprium, sed vniuersitatis. l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusque vniuer. nomi.
- 4 *¶* Apud nos, iure Regio nullus senatus vltius ciuitatis huius Regni, potest distribuere inter ciues collectā quæ excedat aureos octo, etiam si egeāt, & causam habeāt necessariam, sed recurrendum est ad Principē. l. 1. 6. & 1. 7. tit. 1. lib. 7. Ordina. Quod rectè, & prudenter est constitutū aliās breui considerent. florentissimæ quæq; vrbes, si in potestate iudicis, & decurionum esset imponere ciuib; collectam pro necessitate, quid enim non machinarentur illi? Et illi quibus imponitur collecta, possunt capi, si non soluant post tēpus constitutū. l. 1. ff. de mun. & hon. & si aliqui non possint pro sua parte solvere collectā ceteri
- de vniuersitate tenebuntur. l. 1. C. de omni agro deserto, lib. 1. Ang. Imola, Paul. & Alex. in d. l. 4. §. actor. si. de re iudi. Bart. DD. in l. ab omnibus. ff. de leg. 1.
- 6 *¶* Deinde ciuitas castigari potest, & pœnā pati. l. aut facta. §. fin. ff. de pen. l. metum. §. animaduertēdum. ff. quod metus causa. Et quando patitur, verisionis, & aratri pœnam: vide. l. si usufructus ciuitatis. ff. quib. modis vs; amittat Fr. Budzū, ibi. Cœli. Ro digi. lectio. antiq. lib. 1. 4. c. 5. His congruit q̄ Rectores capi possunt pro debito ciuitatis auctore Bal. in l. etiā. nu. 19. C. de execu. rei iudi. addici autē creditori, instar est capturæ, vt dixi. c. 2. nu. 9.
- 7 *¶* Præterea, licet multitudini sit parcendū: tamē Primarij, & Rectores puniēdi sūt. l. quoniā. C. ad leg. Iul. de vi. l. siue. C. de exacto. & excus. lib. 1. 2. & ibi notat Luc. Pen. col. 2. in fi. vers. & nota. Inno. in c. sanē. de tēp. ordi. Abb. in c. clericos. de cohabit. c. eri. & muli. Bald. in sua margarita, in verbo *Multitudo*, & conf. 397. col. 2. lib. 3.
- 8 *¶* Sic si Abbas & monachi sūt ingrati, delinquendo aduersus donatorem, Abbas cū conuentū expellitur è monasterio, & tamē donatio non reuocatur, & sic puniuntur personæ, sed non Ecclesia, glosa finalis in c. de hoc, de simo. & ibi sequitur Anania. col. pen. Felin. c. nouit. col. 8. de iudi. Dñi. in c. 1. §. ad hęc. de relig. domib. lib. 6. Lupus in repe. Rubr. de dona. iot. vir. & vxor. §. 66. incipit illud autem. num. 2. 3. versiculo imò plus.
- ¶* Quare videtur dicēdum, vt saltē ex debito, quod ciuitas contraxit ex delicto, ciues, & capi, & addici possint, vt dixi supra capitulo. 1. 1. *De debitore ex delicto*. Sed tamē his non obstantibus contraria sententia probanda videtur.
- ¶* Primò, quoniam debitum vniuersitatis, vel ciuitatis nō afficit singulos ciues, idē vniuersitas tenetur: non singuli ciues, non enim est debitum proprium, sed vniuersitatis. l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nomi. Bartolus in l. 4. §. actor. num. 7. ff. de re iudicata, ibi Alexander, & Iaf. numero. 23. Bar. in l. ciuitas. numero. 9. ff. si certum petatur. Baldus in d. l. 1. §. quod si nemo. col. 2. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. Martinus Lauden. in tractatu de Fisco. quæst. 79.
- 9 *¶* Vbi dicit, quod pro debito vniuersitatis singuli capiuntur Angelus in lege 1. §.

De Inope debitore

1. §. quibus. ff. quod cuiusque vniuersi nomine Raphael Cuman. l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. obligatio. Franciscus Marcus de decisione Delphin. 805. columna. 1. & 2. Sic Bal. in. l. etiam. col. 3. vers. sed nūquid Abbatisa. C. de executio. rei iudica. dicit quod licet mulier, iure Codicis, posset conijci in carcerem pro debito tamen Abbatisa pro debitis monasterij non potest personaliter capi ab Episcopo, argumentis: cap. Odoardus de solutio. & sequitur Rodericus in repetitione. l. 2. titul. De los gouernos, quæstione. 5. col. 4. versic. adde etiā. Ergo cum pro debito ciuitatis singulis ciues capi non possint, cessat hęc dispositio huius legis, quæ minimè est exercenda aduersus eos qui in carcerem duci nō possunt, vt dixi. c. 3. num. 2.

¶ Præterea cum hæc lex loquatur circa personas debitorum, non est exercenda aduersus ciuitatem, vel vniuersitatem, lex enim loquens in personis, non habet locum in ciuitate, autore Bald. in Rubr. C. ad Trebellian. l. si quis maior. num. 10. C. de transactio. Bal. in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur.

¶ Rursus, cum aduersus singulos ciues dispositio huius legis exerceri non possit, manifestum est, quod aduersus ciuitatē exerceri non poterit. Ciues enim faciunt ciuitatem, & cum singuli creditoribus addicendi non sint, certè neq; ciuitas addicetur, nā ciuibus ipsis ciuitas constat.

¶ Deinde ciuitas est nomen iuris in quam dispositio huius legis exerceri non potest, vt patet ex Bar. in. l. aut facta. §. fina. nu. 6. colum. pen. ff. de pœni. vbi scribit, quod licet regularitèr ciuitas puniri possit, id non est possibile in pœnis personalibus, putà, si imponatur pœna capitis, idè illa pœna commutanda in aliam: ita etiā dispositio huius legis dictans, vt debitor inops addicatur creditori non potest villo modo exerceri aduersus ciuitatē, vel vniuersitatem debentem, non enim ciuitas, vel vniuersitas creditoribus tradi possunt. Hoc dicit ipse sensus communis, & satis probatur in. l. semper. §. quibusdam. ff. de iure immu. vbi probatur collegia, & vniuersitates immunes esse à laboribus personalibus.

¶ Postremò facit, quod etiam in delictis parcitur multitudini. cap. vt constitueretur. 50. distinctione. cap. ordinationes, in fine. cap. ipsa pietas. cap. non potest. Et ibi

glos. c. quisquè. 23. q. 4. cap. deniquè. & in i. glos. 4. distinct. c. cōmesationes. 44. distinctio. Textus optimus, in. c. quoniam à populis. 1. q. 7. c. sane. de tempo. ordina. Ex quo versiculus ille dimanauit.

¶ *Ob populum multum crimen pertransit inuilem.*
¶ Idem probatur in. c. si. de transact. glossa in. l. aut facta. §. si. ff. de pœn. Ang. in. l. penul. ff. ad leg. Corne. de Sicca. Innocè. in. c. dilectus. ad finem de simo. Lucas Penna. in l. siue. col. 3. C. de exact. & excusat. libr. 12. Imol. in. c. 1. col. 4. de offi. delega. Hippo. in l. 1. §. si in rixa. col. 8. vers. vltimus, adde. ff. de Siccar. Abb. in. c. dilectus de simo. Additio autem, qua debitor inops traditur creditori, habet vim pœnæ corporalis, vt dixi. c. 2. num. 36. & c. 3. num. 6.

¶ Non obstant quæ ex aduerso stare videntur. Non obstat, qd ciuitas, & vniuersitas debere possunt, non enim sufficit debere, ad hoc, vt habeat locū dispositio huius legis nisi is qui debet, capax natura sit, vt in eum decretum huius legis exerceatur. Sit exemplū, omnis homicida, ex lege, capite punitur, tamen ciuitas non punitur capite, quoniam capitis pœnā subiri nō potest.

¶ Nō obstat qd ciuitas potest cedere bonis, nam additio de qua agimus nō est cessio, imò tollit prorsus hæc lex beneficium cessionis bonorū iure Ciuili inductum. Non enim sufficit dicere *Cedo bonis*, vt debitor molestari amplius nō possit: imò eius persona capitur, & in seruitium traditur. Huius autem additionis exercitium non est practicandū aduersus ciuitatē, vel vniuersitatē: solū cogi poterūt cedere bonis, iuxta formā iuris Romani, vt supra probaui. Nō obstat qd retuli ex Bal. in. l. etiā. nu. 19. C. de execu. rei iudi. nā ipse Baldus qui dicit Rectore ciuitatis capi posse pro debito ciuitatis, negat personā Rectoris obligatā esse, sed idè capi, vt solutio citius, & facilius fiat. Cū autē loquamur in casu quo ciuitas nulla bona habet, cessat fundamētū propter qd rector ciuitatis capi potest; neq; sufficit quē capi posse, nisi etiā si debitor, ad hoc, vt creditoribus addici possit. In sūma, si ciuitas casu bona amisit, nō tenetur villo modo pati additionē, etiā si eius capax esset: quoniā dispositio huius legis nō est exercenda aduersus debitore qui casu bona amisit, vt probaui. c. 4. de debitore qui casu fortuito, vel sine culpa sua bona amisit. per totū. Si autē bona ciuitatis absupta sūt culpa rectorū, vel dcurionū, vel alterius cuiusvis qui inops

inops est, & hoc casu ciuitas cedit actiones creditori suo; creditor autem debitorē ciuitatis sibi vendicabit, & operas, & obsequia sibi præstare coget. Si autem pro debito ciuitatis aliqui: ciues obligati essent, an si neq; ciuitas, neque ipsi soluendo sint debeant addici creditoribus: vide quæ dixi supra. c. 5. De debitore ex causa fideiussionis.

12 ¶ Quid autem dicendum in debitore ciuitatis, vel vniuersitatis; si soluendo non sit, an est addicendus creditori? Et certè addicendus est, vt seruiendo creditum reponat, ita definitum extat in l. 78. in volumine antiquarum pragmaticarum, cuius verba sunt: *Por qualesquier deudas que deua a qualesquier Cõcejos, o Vniuersidades. dende luego aya de traerme a argolla de hierro al cuello, tan gorda como vn dedo.* Idem in debitore Fisci; non enim Fiscus peioris debet esse conditionis, quam creditor priuatus: imò est priuilegiatus.

13 ¶ Neque præposterum est, vt debitor ciuitatis addicatur ciuitati, nam municipium, vel respublica possunt habere seruos: vt in rubrica, & toto titulo. C. de seruis reipubl. manumii. l. 1. C. de solu. & libera. debito. ciuil. lib. 11. neq; commoda est interpretatio eorum qui dicunt seruos publicos esse tabelliones.

14 ¶ Nam seruus non potest esse tabellio. l. generali. C. de tabula. lib. 10. glof. in l. 2. ff. de adop. & in l. 2. C. eo. titulo, neque tabellio qui ingenuus esse debet oportet, vt manumittatur, & tamē est titulus in iure: cuius inscriptio est, *De seruis reipublice manumittendis.* Et qui iure vera fuerint serui, notant Platea, & Penna in d. l. 1. C. de solu. & libera. debito. ciuil. lib. 11. Sic Valerius Maximus lib. 2. c. 5. vbi de Mario inquit, Missus ad eum occidendū in priuata domo Minturnis. clausum seruus publicus natione Cimber.

¶ Idem dicendum in Fisci debitore, si soluendo non sit: non enim Fiscus debet esse peioris conditionis, imò in multis est priuilegiatus. Sed contra facit, quod debitores Fisci, non effugiunt carcerem, etiam si det fideiussorem de cuius tione: vulgo dictum; *De saneamiento*, licet cæteri debitores in carcerem duci non possunt, si dent fideiussorem, vt dixi. c. 1. nu. 26.

15 ¶ Quod autem Fisci debitores sint capiendi, nisi réalitè soluerint, etiam si dent fideiussorem probatur in l. 8. titulo. 4. lib. 6. Ordinat. l. 30. *Del quaderno de las Alcaualas*, licet enim habēs fideiussorem dicatur es-

se soluendo. l. si plures. §. præterea. ff. de fideiussoribus: tamen in Fiscis, vt non capiari, non sufficit esse soluendo, sed oportet vt soluas.

16 ¶ Confirmatur i. x. opinio, quoniam debitor Fiscis non potest cedere bonis, neq; vt beneficio cessionis bonorum: si debitor sit ratione collectarum. l. propter honorem. C. qui bonis eed. poss. & ibi hoc notat. Bal. vel si sit cõtumax eitāt. l. nemo. C. de exactor. trib. lib. 10. notat Cin. in l. 1. q. 1. C. qui bono. cede. poss. Bar. in d. l. cum eo. nu. 4. ff. ad leg. Iuliam pecula. Martin. Lauden in tractatu de Fiscis, quæstione. 73. & Fraciscus Lucan. eodē tractatu, in princ. nu. 46.

17 ¶ Nam si non sit contumax, potest cedere si sit pauper. l. 2. & 3. C. qui bono. ced. poss. vt inquit Bart. in d. l. cum eo. Platea. l. nemo carcerem. C. de exactio. tribu. lib. 11. Rursus Ang. in §. si. nu. 3. Instit. de actio. dicit, quod si debitor Fiscis debet ex delicto, non potest cedere, quia si soluendo nō est, debet luere corpore: ne delicta remaneant impunita. l. quicūquē. C. de ser. fugi. aut est debitor Fiscis ratione tributi, & dicit quod non debet carcerari, sed honestè sub custodia detineri. l. nemo. Carcerem. C. de exact. tribu. lib. 11. vt promptius soluat: aut est debitor propter collectas, & nō potest cedere bonis. l. propter honorē. C. qui bono. ced. poss. Præterea Soc. reg. 46. Falen. 8. dicit qd debitor Fiscis nō potest cedere bonis, & dicit esse casū in l. 2. C. de exact. tribu. lib. 11. l. sacrilegij. §. si. in fin. ff. ad Iul. pecu. Nisi in casu quo paupertas excusat, citat Bal. in l. 1. in fin. §. col. & ibi. Cin. in. 3. q. C. de cess. bon. Sed certè. l. 2. quā citat, non probat debitorē Fiscis nō posse cedere, imò lex illa subleuat debentes Fiscis tributa; & licet iubeat, vt detineatur sub honesta custodia nō negat quin possit cedere: nā cessione liberatur, a carcere, qui in ea sunt. l. 1. C. qui bono. ced. poss. Rursus Guid. decis. 211. nu. 3. docet qd debitor Fiscis, nō potest cedere, & qd ita seruatur in Delphinatu. Idē scribit simpliciter Besia. in cōsuet. A. luer. tit. *Des cessions*, artic. 2. col. pen. Deinde Aufrerius in additioe Capelle Tolosane. 28. & 134. refert varias opiniones, vel potius distinctiones ad eò confusè, vt vix agnoscas quid probet. Mihi videtur quod debitor Fiscis potest cedere bonis, in casibus, in quibus debitor priuati potest. Nam Fiscus vitur Iure communi, nisi in casibus in iure expressis, glossa in lege. 1. C. de peti. hz redi. Nulla est autem lex, quæ dicat

De Inope debitore

dicat debitore Fisci non posse cedere bonis in calibus, in quibus debitor priuatus potest: nam debitor ex delicto, etiam si debeat priuato, non liberatur cedendo bonis: ut dixi capit. 1. 1. Et l. sacrilegij. §. fina. ff. ad leg. Julian. pecula. loquitur in debitore ex delicto: nam peculatus delictum est.

¶ Item, si debet ratione tributi, videtur quod etiam possit cedere bonis, & liberari, si solutio non est. Primo, quia inops non debet tributum: ut est notissimi iuris. Deinde, quia licet propter tributum non sit, quis detinendus in carcere, ut in d. l. nemo carcerem. C. de exactor. trib. lib. 1. 1. Lup. in repet. Rub. de dona. in prin. nu. 1. 2. vers. ex quo infert: hoc non seruatur apud nos, & consuetudo hac in re seruanda est, ut tenet Lupus d. nu. 1. 2. Iam si. C. de exact. trib. lib. 1. 1. Et licet solum detineretur sub honesta custodia, ut in d. l. nemo carcerem adhuc carcer est, licet non durus, sed honestus, & cum sit carcer, oportet ad effugiendum carcerem, ut beneficio cessionis; non enim minus, quis compedibus detinetur, quod detineatur compedibus aut reus. & cum capto in carcere, concedatur etiam effugere beneficio cessionis, multo magis id concedendum ei, cui plus honoris habetur. Nam carcer non est solum locus squalidus, tenebris horridus, & pudore molestus; sed locus quantumuis amarus si eum exire non possis: nam verus carcer est, non posse facere quod velis.

- 18 ¶ Item, licet quis debeat propter collectas, si soluendo non sit, debet liberari cedendo bonis: nam l. propter honorem. C. qui bonis cede. pos. quam omnes citant; loquitur de eo qui per cessionem relinquit, de industria bona, ne cogatur munus impositum suscipere, vel collectam soluere, & hac esse legis mentem manifeste perspiciet quisquis legem attentè legerit: ibi enim malitia punitur, quod generale est in omnibus debitoribus malitiam committentibus, ut dico infra. c. 1. 6. De nobili debente. Postremo, ne autoritate deficiamus, huius opinionis est Salicetus, vir doctus, pariter, & ingeniosus; in l. 1. nu. 7. vers. aut est debitor Fisci. C. qui bonis cede. pos. ubi dicit, quod licet debitor Fisci fuerit contumax, potest cedere bonis. §. item si quis. Instit. pro socio.
- 19 ¶ Quod probatur: nam licet contumacia, in non obediendo superiori iudicari possit crimen, tamen contumacia in non soluendo Fisco, quod illi debeat non est crimen corpore luendum, sed culpa, vel potius mora. Non enim

Rex ipse dicit, redde mihi quod debes, sed obscurus quispiam priuatus; & etiam, si Rex ipse diceret, non est crimen ei non soluere, non enim maiestatem Regiam lædit, qui Regi non soluit, nisi per seditionem rem eius occupet, vel solutionem denegat, contemptis seditione ius dicentis imperijs. Hæc autem omnia intellige in eo qui habet bona, non soluit collectam, vel tributum, sed vult se eximere cedendo bonis, & liberari tempestiue ab omni molestia: & in hoc casu intelligendi sunt doctores, nam si his quibus imponitur collecta, vel tributum essent inopes, non deberent collectam, neque tributum, Bal. in l. etiam, col. fin. C. de execu. rei iudica. Rol. conf. 66. à nu. 20. lib. 1. & dico. c. 1. 8. De debitore ratione multa, vel tributi. nu. 9. Sed quid iudicandum hac in re, quod attinet ad nostram legem: & quidem sicut debitores priuatorum, & reipublice non eludunt iudicij vim, cedendo bonis, sed traduntur creditoribus ad seruitium, idem in Fisci debitoribus dicendum.

- 20 ¶ Primo, quia inter Fiscum, & priuatum non est inducenda differentia, nisi ubi est in iure expressum: nam Fiscus utitur Iure communis. Deinde, quia Fiscus solet esse melioris, & nunquam peioris conditionis, quam priuatus in exigendo credita sua: præterea in debitore Fisci est peculiaris ratio, nam ei etiam de Iure Ciuili denegant beneficium cessionis bonorum, tot eruditi nominis viri relati supra nu. 1. 6. Quanto magis denegabitur Iure Regio, quo beneficium cessionis bonorum generaliter est sublatum, non enim apud nos sufficit dicere, cedo bonis: sed debitor in seruitium traditur creditori. Sic intelligendum, quod scribit vir doctissimus Ferdinandus Vasquius in tractatu de successionum creatione. 1. par. lib. 1. §. 6. nu. 49. vers. vnde in vsu forensi, ubi scribit, in vsu forensi sepius respondisse, quod debitores Fiscales qui iure Hispanico vinculis continentur, donec debitum persoluant: adeo, ut eis non profit dare fidei iussorem, sunt eximendi à vinculis, si bonis cesserint, non aliter quam si soluissent, & quod ita debet intelligi lex Regia: 8. tit. 4. lib. 6. Ord. & l. 1. 30. Del quaderno de las Alcaualas; que loquuntur de exactione debitorum Fiscalium: moueor quonia stante statuto, quod debitor possit in carcerem detrudi liberatur à carcere, cedendo bonis. l. 1. C. qui bonis cede. pos. & ibi notat Bal. Alex. in l. postulante. nu. 7. ff. ad Trebel. Hæc verba Vasquij intelligenda sunt de ea cessione, quam nostri

nostri vulgo appellat, *Cession de bienes*, cum re vera nihil minus contineat, quam beneficium cessionis bonorum. Nam, vt iam sapius est repetitum, beneficium cessionis bonorum id de iure prestat, quod debitor effugit carcerem, & potestatem creditoris, & vim iudicij, dicendo: *Cedo bonis*. At ea quam nostri ineptè vocant, *Cession de bienes*, non liberat debitorem, imò debitor traditur in seruitium creditori, & soluit operis, & personali labore; quod pecunia non potest soluere: tantum in eo similis est beneficio cessionis, quod per eam debitor liberatur à carcere, sed tamen detruditur in potestatem creditoris, quod carcer, (vel potius seruitus quedam) existimari potest. Itaque Vasquius loquitur de ea, quam nostri vulgo vocant, *Cession de bienes* (scilicet) de additione, per quam debitor traditur in seruitium creditori, aliàs non liberatur apud nos: quinimò, neq; de Iure Communi, si probamus tot creditorum sententiam, eodem modo intelligendum, quod scribit Cifontanus in. l. 79. Tauri, col. 1. in princ. Intellige hæc, nisi exigatur ab eo collecta, vel tributum: nam si est inops non tenetur id soluere, vt dixi proximè, nu. 19. Quod autè debitor Fiscalis sit addicendus Fisco, intelligitur operis Fiscalibus: puta operis ad Regem pertinentibus, & si debeat ex delicto, relegabitur in Regias trirèmes, si qualitas criminis id exposcat, vt gratis per certum tempus remigè, vel militem præstet: vt dixi. c. 11. De debitor ex delicto. Est autem optimo iure definitum, debitorem Fiscalem posse cedere, & addici: nam capi, & in carcerem detrudi potest, & ita seruat consuetudo, & notat Sali. in. l. 1. num. 7. C. qui bono ced. poss. Guido Papæ decif. 274. Roder. in repe. l. post rem. in. 7. casu, vers. addas alium casum. ff. de re iudica. Bald. in. l. 1. col. 4. C. de hæredi. vel act. vendi. Ad eò autem capitur, vt non prosit ei dare fideiussorem, & nominare bona, nisi re ipsa soluat, vt supra dixi, & bona debitoris Fiscalis, citissime venduntur, vt in d. l. 8. titu. 4. lib. 6. Ordina. l. 30. Del quaderno de las Alcaualas.

21 ¶ Quinimo, etiam de Iure Communi, quo instrumenta non habent executionem paratam, vt dixi. c. 1. nu. 31. quodcumq; instrumentum habet executionem paratam, aduersus debitores Fiscales, & aduersus eos proceditur executiue. l. missi opinatores. C. de exactio. tribu. lib. 10. Bal. & Sali.

l. 1. C. de condic. ex lege, facit textus in Authen. de manda. Princip. §. coges. Imò in actionibus Fiscalibus proceditur de facto, vt inquit Bal. in. l. 1. col. 4. C. de hære. vel act. vendi. Et in carcerantur debitores, vt inquit Bal. & Rodericus in repe. l. post rem, in. d. 7. casu, vers. addas aliū casum. ff. de re iudi. Quamuis vti supra dixi in carceratio, moribus potius quam iure introducta est aduersus debentes Fisco tributa lex nemo. C. de exact. tribu. lib. 10. quāuis vt dixi supra nu. 17. etiā de Iure Ciuili carcerare præmebantur, licet honesto, & nō ita molesto vti carcer. Vnde scribit Andreas Barulus in d. l. missi opinatores, quod si Princeps committat alicui, vt exigat debita Fiscalia cū omni coactione, q̄ potest coactura in carcerem debitores Fiscales, si in loco sit cōsuetudo, & sequitur Lup. in repe. rub. de dona. in prin. nu. 12. vers. ex quo infert.

22 ¶ Intelligendū autè, quod debitores Fiscales executari possunt, etiam de Iure Ciuili, ex quolibet instrumēto, quādo debitū est liquidum, vel tale, quod probabiliter negari non potest, vt in. d. Auth. de mēda. Princip. §. coges. Bal. & Sali. in. d. l. 1. C. de condic. ex lege Roder. in. d. 7. casu, vers. addas alium casum. Martinus Lauden. in tractatu de Fisco, quæst. 143. qui citat. l. hi qui. C. de conue. Fisci debi. lib. 10.

23 ¶ Quinimo Fiscus aliquando exigit ante diem. l. 1. C. de condic. ex leg. & ibi DD. Martin. Lauden. in tractatu de Fisco. q. 246. Frāsciscus Lucan. in tractatu de Fisco, nu. 9. quod intellige, vt per DD. in. d. l. 1. C. de cond. ex lege.

24 ¶ Debitor autè ciuitatis quomodo soluere debeat, vide. l. cautiones. C. de solu. & libera. Et debitor ciuitatis non soluens, an possit in ea honorem habere, vide Plate. in. l. non prius. C. de debitor ciuita. lib. 10. & an possit in ea esse Officialis, vide Puteum in tracta. de Sindica. & Officialium; nu. 7.

25 ¶ Item Fiscus debitor, quomodo, & quando possit executari de Iure Communi, vide Lucam Pœninam in. l. 1. C. de cap. pig. debi. Fisc. lib. 10. Itè, an exactor tributorū possit cedere bonis, & liberetur cedendo iuxta formā Iuris Ciuilis; scilicet dicēdo, *Cedo bonis*, Boer. dicit, quod nō: decif. 309. col. 9. vers. nec profecto, quare operis satisfacere debet iuxta decretū huius legis.

S. V. M. M. A.

1 PER Matrimoniu contractū inter creditorē, & debitore, aut è conuerso, debitū cēsetur remissū. Obligatio

De Inope debitore

- 2 Obligatio præstandi operas finitur matrimonio contracto, & nu. 12.
- 3 Filius, & filia per matrimonium liberantur, à patris potestate.
- 4 Matrimonium liberat minorem à potestate curatoris.
- 5 Ius patroni, nuptijs libertæ interruptitur.
- 6 Debitor, aut debitor liberati per matrimonium contractum, cum creditore, vel creditrice, an soluto matrimonio reddeant in potestatem heredum, & nu. 9.
- 7 Vidua durante viduitate adhuc dicitur esse in matrimonio.
- 8 Causa, quæ secum produxit effectum; talis effectus non cessat, licet postea cesset causa.
- 10 Quas operas marito teneatur uxor præstare.
- 11 Res facillè ad suam naturam reuertitur.
- 13 Acquisita ex matrimonio, ut lucrentur, requiritur necessario, ut matrimonium teneat.
- 14 Matrimonium debitorum non præiudicat creditoribus, si debitores non consentiant.
- 15 Debitor inops, addita creditori, an liberetur, si fiat concubina creditoris.
- 16 Ancilla, libera fit ex complexu domini.

¶ An matrimonium contractum debitore constituto in potestate creditoris, liberet illum ab eius potestate. Cap. XIII.

QUæro deinde, an matrimonium contractum à debitore constituto in potestate creditoris, liberet illum ab eius potestate. Hæc quæstio tria habet capita. Aut enim creditor, seu creditrix nupsertunt debitori, vel debitorici sibi traditis (nam in aliquibus casibus etiam fœminæ sunt addicendæ creditoribus,) & hoc casu cessat dispositio huius legis, & vinculum pignoris cæsetur remissum textus est expressus, qui in hac specie loquitur in l. si is qui te. C. de capti. & postlim. reuer. Vbi, si aliquamulier mihi tenetur seruire, donec operis soluat pretium, quod pro eius libertate hostibus dedi, ut in l. fin. C. eo. titulo, hæc obligatio seruiendi pro debito, finitur, si matrimonium contrahatur inter creditorem, & debitoricem. Verba legis hæc sunt: *Si is qui te ab hostibus captam commercio reddem, & sibi matrimonio coniunxit, dignitate nuptiarum, & voto futuræ iustæ sobolis, vinculo pignoris tibi remisso, reddi tibi natales pristinos,*

rationis est. Idem probatur in l. 2. C. eo. titulo, & ibi hoc notant Bald. & Salic. Rursus hæc opinio probatur in l. si quis ingenuum. ff. de capti. & postlim. reuer. ibi: Exinde intelligi oportet remissum debitum, & vinculum pignoris ex quo de ea suscipere liberos optauerat.

- 2 ¶ Et quod obligatio præstandi operas, finiatur matrimonio: probatur in l. libertæ. C. de oper. liber. cuius verba sunt: *Libertæ tuæ, ducendo eam in uxorem dignitatem auxisti, & ideo non est cogenda operas tibi præstare.* Idem probatur in l. 2. C. de obseq. liber. patr. præst. & ibi notant Bald. Salic. & Alber. sic Bal. in l. 2. C. de capti. per illum textum notant, sponsalia contracta inter debitorem, & creditricem inducere donationem quantitatis debitoricæ, quod si debitum censetur damnatum, certè cessat vinculum pignoris. Sic adscriptitius qui dicitur esse in potestate domini sui, ut in l. ne diutius. C. de agric. & cens. lib. 1. r. & qui ei tenetur operas præstare iuxta verba. Bar. in l. fin. C. eo. titulo, liberatur per contractum matrimonij, ut in Auth. de nupt. §. adscriptitio, collat. 4. textus in l. fi. C. de agricol. & cens. lib. 1. r. De qua re infra dicam.
- 3 ¶ Sic matrimonium liberat filium, & filiam à potestate patris, ut in l. 47. Tauri, & antequam hoc iure Regio disponderetur, sunt plures eruditi, qui dicunt, idem esse, de Iure Canonico.
- 4 ¶ Item matrimonium liberat minorem à potestate curatoris, ut in l. e. 67. Stili quæuis aliter erat dispositum de Iure Communi, ut in l. de his. C. de admin. tuto.
- 5 ¶ Item ius patroni interruptitur nuptijs libertæ. l. sicut. ff. de oper. liber. & ibi hoc notant Alberi. idem notant Oldrald. Bal. & Sali. in l. libertæ tuæ. C. de oper. liber. Quæ iura sunt notanda, quoniam loquuntur in matrimonio contracto cum tertia persona.
- 6 ¶ Adcò autem debitor, seu debitoricæ ex matrimonio cum creditore, vel creditricæ contracto, liberantur ab eorum potestate, ut soluto matrimonio in potestatem heredum, & creditorum non reddeant, fortè enim matrimonium solutum fuit absq; liberis. Sed certè, hæc res non est perinde manifesta, & in contrarium facit, quod filius liberatus à potestate patris ex matrimonio; reincidit in eam matrimonio finito. Huius sententiæ auctor fuit Neapodanus quidam, quæ veluti auctorem huius sententiæ citat Af. ff. de in constitutio Siciliæ, incipiente prosequentes

sequentes in. 2. q. col. 4. num. 1 2. verfi. sed quamuis eandem opinionem probat Casfaneus in consuetudinibus Burgundię, titulo *Des droys appartenans*, verbo, *En puyfance de son mari. §.* & additum, num. 2 2. verfic. sed quod per transitum Ioannes Bosque in tractatu de nuptijs lib. 2. col. antepen. Thomas Grammaticus decisione. 84. Hęc sententia nominatim probari videtur in. l. planē. ff. de oper. liber. Vbi postquam dicitur matrimonium soluere necessitatem præstandi operas, textus subiicit hęc verba: *Planē cum nupta esse desierit, operas peti posse omnes consentiunt.* Et ita scribit Albe. in. l. sicut. ff. de oper. liber. Cinus, Bal. & Sali. in. l. libertæ. C. de oper. liber. Sed contraria sententia verior est, imò femel ex matrimonio finita obligatione feruendi, non reuiuiscit matrimonio soluto. Huius sententię autor est Oldraldus quem citat, & sequitur Bal. in. l. libertæ. C. de oper. liber. inquit Baldus, q̄ hęc tacita remissio debiti quę inducitur ex matrimonio, perpetua est, neque obligatio reuiuiscit matrimonio soluto; actio enim semel extincta non reuiuiscit, vt in. l. qui res. §. arcā. ff. de solu. Confirmatur hęc opinio, quoniā patria potestas, soluta ex matrimonio, nō redintegratur matrimonio soluto, vt rectius docet Massuerius in sua praxi. titulo de dote, & matrimonio, versiculo. Item de cōsuetudine, Afflictus in constitutione Sicilia incipiente prosequentes. in. 2. q. col. 4. num. 1 2. Tiraquellus libro de iure maritali, in glossa. 3. in principio Boerius decisione. 197. col. 2. num. 3.

7 ¶ Et comprobatur, quoniam vidua adhuc dicitur esse in matrimonio. l. si. C. de bon. matēr. notat Io. And. in. c. his qui. de sepul. lib. 6. Bal. in. l. qui iure. C. de infirmā pen. Coel. Tiraq. in tract. de nobil. q. 17. nu. 5.

8 ¶ Item, quando causa iam produxit effectum, effectus non cessat etiam si causa cesset, ita notat Iac. in. l. inter stipulantem. §. sacram. in. 4. notab. ff. de verb. obliga. Imola. in. c. si. de offi. de lega. Antonius in. c. sanē. de renuntian. Cin. in. l. generalitēr. C. de Episco. & Cleric. Bart. in. l. 2. §. fin. ff. de donatio, & in. l. pluribus. §. & si placeat. ff. de verb. obli. Decius in. l. 1. nu. 76. ff. si cer. peta. & in. c. quę in ecclesiarum. col. 7. de constit. Ergo cum matrimonium increditricem, & debitorem contractum induxerit remissionem debiti, hęc effectus ex matrimonio productus non cessat soluto ma-

trimonio. Nō obstat q̄ scripsit Neapodanus, quoniā toto (quod aiūt) cœlo aberrat.

9 ¶ Non obstat. l. planē. quoniam ille textus non loquitur, quando matrimonium fuit contractū, inter libertam, & ipsum patronum, sed quando liberta nupsit tertio, quo casu soluto matrimonio reuiuiscit obligatio præstandi operas. Meminisse oportet q̄ licet debitor liberetur per matrimonium cū creditore ab obligatione præstandi operas, intelligitur de operis quas præbet, veluti debitor, nō tamē liberabitur ab operis quas tenetur præstare, veluti vxor: ita docet glossa. in. l. sicut. ff. de oper. liber. Bald. in. d. l. libertæ. col. 1. C. de oper. liber.

10 ¶ Quas autem operas teneatur vxor præstare marito explicat. Bald. in. l. si vxor. C. de condi. inser. Ang. in. §. 1. Institut. ad Tertul. Bal. in. l. assiduis. col. 2. C. qui potio. in pign. habean. Abb. in. c. illud. col. 6. de præsump. & in. c. literis. de testib. & in. c. mulieres. de sent. excommuni. Tractemus de secundo huius questionis capite, an debitor, vel debitor nubentes ex voluntate creditoris liberentur ab eorū potestate. Et quod liberentur, probatur in Auchen. ad hoc. C. de latin. liber. to. lē. Vbi seruus domini voluntate ducens vxorem, liberatur a seruitute, quanto magis persona libera, liberabitur ab obligatione feruendi.

11 ¶ Cum res facillē reuertatur ad suam naturam. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. capit. ab exordio. 35. Dist. Idem probatur in. l. sicut. ff. de oper. liber. cuius verba sunt. *Sicut patronus, ita etiā patroni filius, qui nuptijs consensit operarum exactorem amisit,* & ibi notant Dinus, & Albe. Idem probat. l. si libertus ita. & l. si duorū. ff. de oper. lib. & in. l. libertæ. C. obseq. patron. præstan. inquit lex: *Liberte quę voluntate patroni nupte sunt, nō coguntur officium patronis suis præstare.* Idem probat. l. quod ex liberta. C. de oper. liber. & vtrōbiq; scribunt Bal. & Sali. sic ante editam. l. 48. Tauri, quā filius ex matrimonio recuperat aduenticia. Si pater consentiebat matrimonio filij, amittebat vsumfructum, quem in bonis filij habebat: ita notat Boer. decis. 197. col. fin. qui citat Alex. in additione ad Bar. in. l. placet. ff. de acquir. hæredi. Lup. in repetitione. c. per vestras. §. 2 2. verfic. sed quamuis iura ciuilia, cum præcedentibus. Ita etiā creditor cōsentiēs nuptijs personæ sibi subditæ, ratione debiti amittit ius, q̄ super illū habet ex dispositione huius legis. Hęc opinio

De Inope debitore

nio quatuor recipit limitationes. Prima est, quod creditor ex matrimonio cui consentit, amittit operas futuras, non præteritas, textus est in. l. si libertus ita iurauerit. ff. de oper. liber. ibi: *In libert. an. que voluntate patroni nupsit, præteritarum ante nuptias operarum actio datur.* Scilicet, quoniam ante nuptias cessant rationes, quibus post nuptias desinit teneri ad præstationem operarum.

12 ¶ Sic si lex, vel statutum liberat aliquem à præstatione alicuius rei, ratione matrimonij, intelligitur quoad futurum, nõ quoad præteritum: ita probant Faber. & Salic. in Auth. ingressi. C. de Sacrosan. Eccles. Abbas in. c. in præsentia. num. 64. de probat. Rodericus in questione maioratus. col. penult. Lupus in Rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 42. col. fi. Secundo limitatur, si matrimonium sit inuàlidum, à principio, vel ex post factò detegatur inuàlidum fuisse, textus in. l. sicut. ff. de oper. liber. ibi: *Si autem nuptiæ quibus patronus consensit nullas habeant vires, operas exigere patronus non prohibetur.*

13 ¶ Hoc generale est in omnibus: qui matrimonio ratione aliquid lucrantur, vt non consequantur lucrum, si matrimonium nõ valeat, ita notat Roman. in. l. insulam. §. v. furas. ff. sol. matri. Bar. Imol. Rom. & Alex. in. l. si ante nuptias. ff. eo. tit. Bal. Angel. & Sali. in. l. 1. C. de condic. ob cau. Angel. in Auth. de nupt. §. adscriptio. col. 4. Aret. in. l. si ante nuptias. col. 3. ff. sol. matri. Barba. in. c. ex litteris. col. fi. de pign. & cõsil. 46. lib. 2. Bal. conf. 184. lib. 3. Paul. Roman. & Alex. in. l. si cum dotem. §. fi. ff. solut. matri. Bal. Barba. & Felin. in. c. iuravit. de proba. Hippol. sing. 129.

14 ¶ Tertio limita, quoad creditores qui non consenserunt matrimonio: illis enim non præiudicat textus in. l. si duorum. ff. de oper. liber. & faciunt quæ dixi in tractatu de nõ meliorandis filiabus dotis ratione. capitul. 10. numero. 89. Vbi probaui meliorationem filie factam ratione dotis præiudicare fratribus qui consenserunt, non vero alijs qui nõ consenserunt. Quarto limita soluto matrimonio, nõ quãdo debitor ex consensu creditoris ducit vxorem obligatio seruiendi, viderur reuiscere soluto matrimonio. l. planè. ff. de oper. liber. Notant Bal. & Oldral. in. l. libertæ. col. 1. C. de oper. liber. Albe. in. l. sicut. ff. eo. titulo glossa in. l. quod ex liberta. C. eo. titulo. Neq; obstat, quod dixi supra numer. 1. quoniam ibi. quando debitor, vel debitor nubunt creditori, vel

creditori quamquam (vt quod sentio loquar) res non caret scrupulo, eruditis iudicium & examẽ relinquo, Finem faciam si lectorem monuero: ita demum debitor nubente consentiente creditore liberari; si modo creditor sit masculus, secus si foemina, tunc enim, etiam si consentiant matrimonio debitoris, vel debitoris, minimè liberantur à necessitate præstandi operas: textus est in. l. sicut. ff. de oper. liber. cuius verba sunt: *Patronæ quæ libertæ nuptijs consentit, operarum exactio non denegatur, quia ei neque ab ea quæ nupta est indecore præstantur.* Sed reclamauit aliquis, hæc iura loqui in libertis, verum est, tamen cum est in potestate creditoris, donec seruitio reponat, creditum censetur esse libertus, vt expressè probatur in. l. si liberum captum. C. de capti. & post limit. reuer. iuncta. l. fi. C. eo. titulo. Et quamquam libertus non sit, iura loquẽtia de operis libertorum extendit Bartolus ad eos qui nobis ex cõductione operas dant. in. l. si non fortem. §. libertus. ff. de conditio. indebit. & in. l. pro hæred. §. quid tamen. ff. de acquir. hæred. Item operas libertorum, & libertos ipsos, æquiparat clientibus Spiegel. in lexico Iuris ciuili in verbo Operæ. Ex his infertur, quod debitor masculus ducens vxorem consentiente creditore in cuius potestate est, non liberatur ab eius potestate, hoc est ab obligatione præstandi operas, textus est expressus in. l. si quis hac lege. §. etiam. ff. de oper. liber. & ibi glossa notat, magnam esse differentiam inter masculum, & foeminã. Foemina enim nubens consentiente creditore, idcõ non cogitur patrono, vel creditori seruire, quoniam, cum iam sit nupta, si sit in potestate creditoris, suspitio est aduersus eam parum honesta, quæ maritum illius maximè grauar.

15 ¶ Sed est quæstio, an liberatio præstandi operas, concedatur debitoris si sit cõcubina creditoris cui addicta est. Mouet quæstionẽ. l. si is qui. C. de capti. & post limit. reu. vbi ex dignitate nuptiarum, & voto futuræ iustæ sobolis, hoc est, vt filij sint legitimi; lex dicit remitti vinculum quo debitor est apud creditorem, ergo cõcubinus nõ sufficit. Contraria tamẽ sententia probatur in. l. si quis ingenuam. ff. de capti. & post limit. reu. Vbi textus loquitur, quando debitor mihi retineo, ratione summe debitor scribit tamen Iurisconsultus debitor liberari, si sit cõcubina. Sic ancilla fit libera

libera ex complexu dñi. §. eadem lege. Insti. quibus ex caus. manumit. non licet.

S. V. M. M. A.

- 1 Vre Gotthorum, foemine debitrices creditoribus addicebantur.
- 2 Mulier potest cedere bonis.
- 3 Foemina ob debitu civile, non incarceratur exte de.
- 4 Etiam si debeat Fisco, & nu. 5. vbi de opiniono Menchaque.
- 6 Licet cuilibet, si velit, alteri operas suas prestare.
- 7 Pro poena pecuniaria descendente ex delicto, mulier capitur ex consuetudine.
- 8 Etiam si det iuratoriā cautionem mulier in communibus, capitur pro debito pecuniario.
- 9 Privilegiatus a iure, ne cedat bonis, si tamen dolum committat, cogitur bonis cedere.
- 10 Debens ex delicto convenitur, etiam si privilegium habeat a Principe, ne intra certum tempus conveniatur.
- 11 Maritus committens dolum, amittit privilegium reverentiale, quod habet aduersus uxorem.
- 12 Aduersus foeminas in delictis vnamur iure communi, si detegatur dolum commississe.
- 13 Foemina solium potest esse iutrix filiorum.
- 14 Reverentiale ius, reuentione non tollitur.
- 15 Mulier potest renuntiare suo privilegio.
- 16 Quilibet potest renuntiare suo privilegio.
- 17 Meretrix pro delicto civili capi potest, nisi sit nupta, & nu. 18.
- 19 Nupta, de adulterio non accusatur.
- 20 Vxor tenetur marito operas prestare.
- 21 Viuente marito, non fit executio pro debito uxoris in bonis dot. alibus, nisi debitum sit ante matrimonium, & nu. 23.
- 22 Vir pro uxore non tenetur.
- 24 Pro debito procedente ex redemptione, cogitur mulier creditori re. emptori seruire.
- 25 Debitrix addicta creditori, si creditor ea prostituat liberatur a potestate creditoris, & nu. 34.
- 26 Foemina cuius pudicitia periclitatur licite, & impune, a carcere fugit.
- 27 Dominus foedi amittit foedum, si per lasciuiam comprimat filias vassallorum.
- 28 Fructuarius male se gerens, amittit ius obventionis, & potest priuari, & prohiberi, ne utatur vsu fructu.
- 29 Malus tutor amittit ius decime.
- 30 Pater abutens patria potestate administrationem amittit, idem si cogeret filium, aut filiu ad peccandum, & nu. 31.
- 32 Dominus amittit pactum de seruitio fanuli, si seruitio abutatur.
- 33 Mulier in caupona posita, vt ministret iuuatur prostituta.
- 35 Pactus foemine addicta creditori, liber est.

An dispositio huius legis exercenda sit aduersus foeminam debitrices, & quid si debeat Fisco, vel ex delicto. Cap. XV.

- Q** Vero deinde, an dispositio huius legis exercenda sit aduersus foeminam. Vi detur exercenda, ita enim lego inter leges Gothicas. *Si mugeres ouicren de esta presas por debdo, si el debdor se quisiere fuer, o asssegurar en la muger que algo le debiere por esta razon, quel eche su señal, e que ande la villa por su presa.* Nota foeminas ratione debitæ summæ addici creditoribus iure Gotnico. Consuetudo autē, qua apud nos debitor inops traditur creditori, etiā Gotnicorū seculo vigeat, vt probauī supra. c. 2. nu. 9. Præterea hæc opinio nominatim probatur in. l. si quis ingenuā. ff. de captiu. & in. l. si is qui te. & in. l. fœdissimē, per locum, a speciali. C. eo. tit. vbi mulier ratione debiti detinetur a creditore.
- R**ursus hæc opinio probatur, quoniam mulier potest cedere bonis. l. pen. C. qui bono. ced. pos. Inf. in. §. si. nu. 10. Insti. de act. Hæc autē additio, qua inops debitor traditur creditori, vocatur apud nos, *Cestio de bienes*, quia per additionē debitor soluitur a carcere. Sed verius est foeminam nō esse addicendā creditori. Primo ex. l. 3. in prin. ver. corporalia. ff. de mun. & hono. inquit lex: *Corporalia munera, foeminis, ipse sexus denegat.* * Secūdo probatur, quoniā foemina ob debitum civile in carcerem duci nō potest. l. 1. C. vt omnes iudices. textus in. l. 62. Tauri. Dispositio autem huius legis, non est exercenda aduersus debitores, qui in carcerem duci nō possunt, vt dixi. c. 3. num. 2. & c. 4. Notat Rodericus in repet. l. 2. tit. De los gouernos. q. 5. col. 3. ver. secundo, lib. 2. Fori. Vbi dicit, quod foemina non est addicenda creditori, quoniā vbi debitor est conijciendus in carcerem, qui non satisfacit, vt in. l. 1. C. de exhib. reis: id nō admittitur in muliere, nam ob eam causam non est in carcerem ducenda, vt in Authentic. nouo iure. C. de custo. reo. Bal. in. l. nemo deinceps. C. de Episcop. audi. debitor autem inops idē addicitur creditori, quia non satisfacit: nam satisfacens non est addicendus. l. 2. titulo De los gouernos. lib. 2. Fori. Et q̄ hæc lex non sit practicada aduersus
- Gg 2 mulica

De Inope debitore

mulierē notat Antonius Gomez. in. l. 62. Tauri. col. 1. His cōgruit textus in. l. quifquis. §. ad filias. C. ad leg. Iul. maieft. inquit lex: *Mitior enim circa eas debet esse sentētia: quas pro infirmitate sexus est.* Et generalitē in delictis mitius agitur cum fœminis. l. sacrilegij pœnam. C. ad leg. Iul. pecul. l. si adulterium. §. struprum. & §. fratres. & §. incestū. ff. ad leg. Iul. de adul. c. indignatur. 32. q. 6. c. sicut dignū de homi. scribit Bal. in. l. quicūq;. col. 3. ver. & in sūma. C. de serufugi. quāto magis, quādo nō ex delicto, sed ex cōtractu aduersus eam agitur.

4 **¶** Ampliāda hęc opinio est, etiā si mulier debeat Fisco; nā etiā pro debito Fiscali mulier capi non potest. Textus est expressus in Auth. sed hodie. in prin. C. de offic. diuers. iudi. & in Auth. hodie. C. de cust. reo. Boer. decis. 349. col. 3. nu. 5. verf. & maxime, & col. pen. & omnes DD. vbiq; Cifontanus in. l. 62. Tauri. Sali. in. l. 1. nu. 6. C. qui bon. ced. poss. Bar. in. l. nemo carcerem. nu. 4. C. de exact. trib. Dicit q̄ mulier etiā pro debito publico in carcere detineri nō potest. Cū ergo pro debito Fiscali, capi nō possit, nō est Fisco addicenda, vt dixi c. 3. nu. 2. & c. 4. Reperio tamē Ferdinandū Vasquium de Menchaca virum doctissimū, in tractatu de successiōnū creatione par. 1. lib. 1. §. 6. nu. 38. accuratē & anxie disputare, an mulier quæ succedit debitori Fiscali, sit detinēda in vinculis, sicut detineretur debitor masculus cui succedit: adducit q̄ mulier nō potest capi pro debito, nō descendēte ex delicto. Rursus, ex aduerso adducit, q̄ Fiscus id habet priuilegium, vt eius debitores sint detinendi in vinculis donec debitum persoluāt, vnde priuilegiū mulieris, pugnat cū priuilegio Fiscali, quare definit, q̄ cū priuilegiatus, nō debeat gaudere priuilegio aduersus priuilegiatū, vt in Auth. quos actiōnes. C. de Sacros. Eccles. q̄ ea opinio est sequenda, per quā reducimur ad ius cōmune, & q̄ ideō cū de Iure cōmuni, nemo sit capiendus, si habet bona ex quibus soluat, vt dixi. c. 1. nu. 26. quod, vel priuilegiū mulieris, vel Fiscali vincat, secundū casus contingētīā, vt scilicet is vtatur priuilegio, qui habet pro se Ius cōmune, ideō, si mulier ea habet bona, quæ etiā si vendātur, nō sufficiāt ad soluēdū Fisco, & hoc casu dicit mulierē detinēdā in vinculis, nisi vellit bonis cedere: sin autem, ex mulieris bonis veditis Fisco satisfieri possit; & hoc casu dicit fœminam non detinē

dā in vinculis: & q̄ iuxta hęc interpretationē nemo aduersus alterū vitur priuilegio, sed vterq; vitur Iure cōmuni. Addit tamē, q̄ hodie Iure Regio, mulier etiā pro debito Fiscali capi non potest. citat. l. 62. Tauri. Quæ de debito Fiscali nullam mentionem facit, & l. 2. tit. 10. lib. 5. Ordina. & l. 4. tit. 12. lib. 5. Ordina.

5 **¶** Equidem etiā de Iure cōmuni hac interpretationē, & tēperamēto opus nō est, nā, & de Iure cōmuni, fœmina pro debito Fiscali capi nō potest, vt in Auth. sed hodie. C. de offi. diuers. iudi. & in Auth. hodie. C. de cust. reo. Ex quorum dispositione generalitē verū est, fœminā pro debito Fiscali capi nō posse. Etiā antequā hoc Iure Regio esset definitū. Et ipse Vasquius memoria lapsus videtur, q̄ sibi, cū doctissimis quibusq; viris cōmune est; nā Home, quādoq; bonus, dormitauit. Præterea dū dicit fœminā posse cedere bonis, verum dicit de Iure cōmuni, vt in. l. pen. C. qui bon. ced. poss. De Iure enim Digestorū, & Codicis mulier capi poterat, vt notat Bal. in. l. 1. col. 2. verf. quero cū ciuitatibus, & ibi Sali. verf. si. quero nūc quarto. Boer. decis. 349. col. pen. C. qui bon. ced. pos. Abb. in. c. petitiōne de accus. las. in. l. neq; impuberes. col. 1. verf. aduerte si teneas. ff. de in ius voc. Horū fūdamentū est. d. l. pen. C. qui bon. ced. pos. vbi mulieri permittitur cedere bonis; cessio autē bonorū inuēta est ad effugiēdū carcerē. l. 1. C. qui bon. ced. pos. Ergo mulier poterat conijci in carcerē, & q̄ possit cōijci in carcerē, si nō vult cedere scribit. Bal. in. l. 1. nu. 13. C. qui bon. ced. pos. cuius opinio videtur vera de Iure Codicis, quo mulier capi poterat; de Iure verò Authenticorū, cum mulier pro debito priuato, vel Fiscali capi nō possit, vt supra dixi, videtur q̄ possit cogi cedere bonis: nā qui non potest cōijci in carcerē, nō potest cogi cedere bonis, etiā iuxta formā Iuris Ciuili, vt dixi. c. 3. num. 2. Itaq; si Vasquius loquitur de cessiōne inuēta à Iure ciuili, mulier potest cedere bonis §. velit, non tamen cogitur, quia eo nomine, neq; nomine debiti in carcerē duci nō potest Iure authenticorū; vt notat Sali. in. d. l. pe. C. qui bo. ced. poss. Si autē loquitur de addicētiōne, certē mulier recusās, non est addicēda creditori, neq; cogenda seruire ex supradictis.

6 **¶** Si autem velit seruire, cui libet liberū est operas præstare si velit. l. qui operas. ff. loca. Meminisse tamen oportet quod mulier debens

debens ex delicto addicetur creditori, si soluendo non sit in casibus, in quibus supra. c. 1. De *debitore ex delicto*, dixi: debitor ex delicto addicendum creditori: moueor, quoniam pro debitis descendētibz ex delicto, mulier capi potest, saltē Iure Regio; vt ind. 62. Tauri, & ita seruat consuetudo, teste Alex. in additione ad Bal. in Auth. hodie. C. de custo. reorū.

7 ¶ Nam licet de Iure ciuili mulier nō possit capi, pro crimine (nisi sit graue) sed audiaturo dato fideiussore, vel data iuratoria cautione, si fideiussorem non habeat, vt ind. Auth. hodie. C. de custo. reor. & ibi notat Cin. Bal. ind. consentaneum, & ibi Boerius in repet. fol. 28. vers. nunc expediamus. C. quomodo & quan. iud. Barba. in. c. lator. post princ. vers. adde primo de pigno. Albe. in. l. sed & is. in fine. ff. de in ius vocan. Tamen consuetudine receptum est, vt mulier capi possit pro pœna pecuniaria descēdente ex delicto, & ita seruaturo apud Gallos, teste Boerio. d. decis. 349. col. pen. quæ consuetudo est generalis, autore Bald. in. l. 1. vers. in ea. glos. ibi autē generalitē. nu. 2. col. 1. ff. qui satisfda. cogan. vbi dicit seruanda statuta locorū.

8 ¶ Et quod mulier in criminibus non auditur ex consuetudine, cū iuratoria cautione docent Imola, & Barb. in. d. c. lator. Rursus quod mulier debēs ex delicto sit addicēda creditori probatur expressē in. l. capitaliū. §. & vt generalitē. ff. de pœn. vbi probatur, q̄ mulier potest dānari ad opus metallicum, hoc est ad seruendum in eruendo metalla. Rursus, q̄ ratione debiti descēditis ex delicto, mulier sit addicēda creditori probatur.

9 ¶ Quoniam qui ex privilegio, à iure concessō, non coguntur cedere bonis, cogūtur, si dolū cōmittūt text. in. l. si. §. si. ff. quæ in fraud. credi. & ibi notant Bal. & Ang. idē Bal. in. l. 1. col. 2. C. qui bon. ced. poss. Ang. & Zasius in. l. is qui bonis. ff. de cess. bon. & in. l. 1. col. 4. vers. in ea glos. ibi maritus. C. de iur. dot. Bar. in. l. alia. §. elegātē. col. si. ff. sol. matr. Bal. in. l. 1. nu. 8. C. qui bon. ced. pos. & dico. c. 16. De *debitore nobili*. nu. 7. & 19.

10 ¶ Sic si aliquis ex privilegio Principis nō possit cōueniri intra certū tēpus potest cōueniri, & cogi ad solutionē, si debet ex delicto, nam deb. tū. ex delicto, est odiosū, & rig. dē exigēdū: ita docuerunt Guillelmus Cugneus, & Cin. Bal. & Alb. in. l. sed si ex parte. §. quamquam, per illū textum, & §.

interdū. ff. q̄ cum co. Alex. in. l. 1. col. pen. ibi Ripa. num. 97. ff. si cert. peta. Martinus Lauden. in tractatu de priuil. & rescrip. §. 14. Roma. sing. 170. & dico supra. c. 5. nu. 27. Ergo licet mulieri concedatur, ne propter debiū addicatur creditori, id nō procedit in debito descēdente ex delicto.

11 ¶ Sic maritus cōmittens dolū, non gaudet priuilegio reuerentiali, q̄ habet aduersus vxorē, vt sentit A ret. in. l. alia. §. elegantē. col. 2. in princ. ff. sol. matr. facit. l. pen. ff. de iur. dot. Ergo, licet fœmineo sexui, hīc habeatur honos, non gaudebit, eo si delictum commisit.

12 ¶ Postremò facit, q̄ licet in delictis, mitius agendū sit cum fœminis, quia p̄sumitur eas errasse ignorantia, tamē si dolus detegatur vtūtur Iure cōmuni, neq; cū eis mitius agitur, vt scribit Bal. in. l. qui cōtra. C. de inces. nup. in. 1. lect. & in. l. error facti. col. 3. in. 1. q. C. de iuris & fact. igno. Vltimo, facit, q̄ nobilis est addicēdus creditori pro pecunia debita ex delicto, vt dico cap. seq. De *debitore nobili*. Deinde mulier addici potest, & debet creditori: si debet ratione administratæ tutelæ, quoniā, cū renuntiet Velleiano, & omni legū auxilio, cū assumit tutelā videtur q̄ potest capi, quia cēsetur renūtiasse priuilegio legis, quæ sibi cōcedit, ne capiatur: ita docuit Bar. in Auth. matr. & auig. C. quādo muli. tutel. offi. fug. pos. Ego hūc locū prolixē tractaui in meo tractatu de decima tutori Hispanico iure p̄standa. c. 4. nu. 46. & nu. 78. nunc nihil occurrit addendum tantum in ea adhuc sum sententia quam ibi probaui.

13 ¶ Scilicet, q̄ mulier etiā ratione tutelæ capi non potest. Nā fœmina non potest esse tutrix, nisi filiorum, vt ip. d. Auth. matri & auig. Filius autē, & nepos debet matri & auig. reuerentiā, & ius reuerētiæ remittit non potest: nā est aduersus sanctam naturæ legē, vt filius ex pacto, vel renūtiatione facta à patre possit illum malè tractare, & naturæ legem interrompere.

14 ¶ Ideo ius reuerētiæ, nō tollitur renūtiatione: vt in. l. alia. §. elegantē. ff. sol. matr. Ideo filius, vel nepos non possunt matrem, vel auig. conijcere in carcerem, ex eo, quod in assumptione tutelæ renūtiauerint omni legū auxilio, vt ibi dixi adducēs alia plura. Item occurrit addendum quod Rodericus in. l. 2. titul. De *los gouernos*. q. 5. col. 4. versic. secundus casus, & versic. additio, videtur pro grauitate ingenij sui, eam

Gg 3 probare

De Inope debitore

probare sententiam, quod mulier non potest capi, etiã si debitum descendat ex administratione tutelæ: mouetur ex. l. 62. Tauri, ibi: *Muger por ninguna deuda, no pueda ser presa*, notat illam vniuersalem, *Por ninguna deuda*, sed meo iudicio, non satis aptè adducit illam legem: nam doctores qui affirmant mulierẽ capi posse ex debito, ratione administratæ tutelæ non mouentur ex eo, quod debitum procedit ex tutela, sed quoniã, in assumptione tutelæ mulier renuntiat omni legum auxilio, vt dixi in d. tractatu de decima tutoris. c. 4. nu. 46. idè nihil faciunt ad rem, illa verba legis Taurinæ, *Por ninguna deuda*, quoniã nõ ex qualitate debiti, sed ex renuntiatione censent doctores fœminam hoc casu capi posse.

15 ¶ Tertium occurrit addendum, quod verũ videtur, fœminam posse ex pacto duci in carcerem pro debito, ex pacto (inquam) per quod renuntiauit priuilegio legis, per quam capi non potest. Liberũ est enim mulieri renuntiare priuilegio suo. l. si quis in conscribendo. C. de pact. Et quod mulier possit renuntiare priuilegio ne carceretur, probant omnes doctores, qui sentiunt fœminam posse capi pro administratione tutelæ, quoniam, cum eam suscipit renuntiat omni legum auxilio, & hæc generalis renuntiatio videtur illis sufficere, vt mulier capi possit.

16 ¶ Quia quilibet potest renuntiare priuilegio sibi competenti. Quereres qui sint isti huius opinionis autores? Ego eos bona fide retuli in d. tractatu de decima tutoris. c. 4. nu. 46. & quamuis discessi ab eorum opinione, in hoc quod mulier non potest capi pro administratione tutelæ, quia nulla mulier potest esse nutrix, nisi mater, vel auia, & his debetur reuerentia, & ius reuerentiale non potest remitti, tamen eorum ratio, & generalis doctrina; scilicet quod mulier potest renuntiare priuilegio, ne capiat: mihi placet; ex rationibus, & argumētis ab eis adductis: & quia cum ex debito, ex delicto, mulier capi possit, multò magis ex debito ex contractu ea conditione inito, vt mulier capi possit. Nõ obstat textus qui contrarium probare videtur in. c. 2. §. si ibi. Etiam si voluntas accederet earundem, de iudi. in. 6. quoniã loquitur in monialibus quæ non possunt per se ipsas venire ad iudiciũ, etiam si velint, quoniam est aduersus professionem clausuræ, & vide quæ dicuntur infra capite sequenti: sed fateor absur-

dum videri, & aduersus fœminarum pudicitiam, & publicam honestatem; sed si hoc sufficeret etiam propter delictum, non cõijcerentur in carcerem; idè mihi placet, quod renuntiatio valet. Itẽ mulier capi poterit, si bona occultauit, nam dolus est delictum, vide tamen circa hoc, quæ dico. c. sequenti. num. 19.

17 ¶ Rursus, vt ad rem reddamus, mulier capi potest si est meretrix, vel luxuriosè viuit, quoniam luxuria est indigna fauore, textus in Auth. de restit. & ea quæ parit. §. si collat. 4. cuius argumento, ita docet Bal. in l. consentaneum. nu. 46. C. quomodo & quando Iudex. Et ibi Barb. & Alex. in additione. Idem Alex. in additione ab Bart. in Authen. matri & auia. C. quando mul. tutel. offic. fung. pote. Petrus & Cin. in Authen. hodie. C. de custo. reor. Roderi. in repe. l. 2. tit. De los gouernos. q. 5. col. 3. versic. secundo limita, Platea in l. nemo carcer. col. 6. ante finem. C. de exact. tribu. lib. 1. Boerius decis. 349. colipen. vers. respectu. Lupus in repet. c. per vestras. §. 2. nu. 22. de dona. int. vir. & vxor. idem Lupus, Cifontanus, & Antonius Gomezius in l. 62. Tauri, vbi de hac re est textus expressus. Et hoc casu mulier addici potest creditori, si soluendo non sit, quoniam capi potest, & sic cessat fundamentum quo fœmina honesta defenditur. Et quod hoc casu, fœmina sit addicenda creditori, notat Rodericus in. d. 5. q. col. 3. ver. 2. limita. Antonius Gomezius in d. l. 62. Tauri. nu. 1. Quæ opinio, & de iure vera est, & prudētia cõuenit, vt saltèm luxuriosa, seruiendo occupata molitiem, & libidinem (non alia ex re magis quam ex otio prouenientem) dedicat, & castitatem amplectatur.

18 ¶ Limitandum tamen hoc in luxuriosa quæ nupta est. Primò, quoniam hoc casu luxuriosa capi non potest, nõ enim in oprobrium mariti tacentis, vel dissimulati luxuria coniugis pro palanda est, quã necessarium est probare ad hoc, vt capi possit: comprobatur hoc ex text. in. l. si vxor. §. Diuus Seuerus. ff. ad leg. Falci. vbi probatur quod meretrix nupta non potest accusari, de adulterio: & sic licet meretrix possit capi, meretrix vxorata non potest: vt docet in simili Ioan. Andr. in additio. Ad specul. titulo de iniurijs, in prima additione, & in specie notat Alex. in additio. ne ad Bar. in Auth. matri & auia. C. quando mul. tutel. offic. fung. pot. Roma. in. l. si verò.

verò. §. de viro. in. 2. Fallentia. ff. sol. matr. Alex. in. l. plerique. ff. de in ius vocan. Angel. in tractatu de maleficijs in parte *Fama publica*, in materia capturæ. Lupus in repet. c. per vestras. §. 2. 1. num. 22. de donat. int. vir. & vxor. Barba. in. c. pastoralis, col. 6. versic. sed ergo quero. de iudi. Cifontanus, & Gomezius in. d. l. 62. Tauri. Rodericus in repet. l. 2. tit. *De los gouernos*. q. 5. col. 3. versic. secundo limita. Faciunt que dixi in tractatu de decima tutori Hispanico iure præstanda. c. 1. 4. col. fi. vbi docui, quod etiam si fœminæ luxuriosæ viuenti, esset dandus curator (vt plures sentiunt) id non procedit, quando fœmina esset nupta.

20 ¶ Confirmatur hæc opinio, quoniam vxor tenetur marito operas præstare, vt notatur per Bal. & omnes in. l. si vxorem. C. de cõdi. infer. vt dixi latè in tractatu de decima tutori Hispanico iure præstanda. c. 2. nu. 12. & dico infra. c. sequenti. *De nobili debitore*, num. 11. quem vide. Cùm autem debitum mariti sit antiquius præferetur maritus cæteris creditoribus, vxorem ad seruitium petentibus argumento. l. qui prior. ff. de regal. iur. l. Balneum. l. potior. ff. qui potio. Et hæc opinio esset æquior, si maritus inops esset, tunc enim vxor tenetur ei præstare operas artificiales ad parandum victum familiæ, vt dico. cap. 16. *De debitore nobili*. numero. 13.

21 ¶ Quod confirmatur, quoniã aduersus bona dotalia viuente marito, non fiet executio pro debito vxoris. l. 1. §. si à focero. ff. que in fraud. credito text. in l. quãuis mulier. & ibi Alex. & omnes. ff. sol. matr. glo. in. l. quinque legibus. in glossã magna in fine. ff. de bon. damna. Guido decisione. 447. incipien. pone vxor. quoniam dos est viri. l. in rebus versiculo, *Iure naturali*. C. de iure doti.

22 ¶ Vir autem non tenetur pro vxore, vt in Rubr. C. ne vxor pro marito; opere autem præsertim obsequiales debentur marito, & quasi dotales censentur.

23 ¶ Si tamen vxor ante matrimonium debitum contraxisset, executio in dote fieri potest, ne in manu fœminæ sit nubendo eludere creditores. l. mulier. ff. de iur. doti. Guido d. decis. 447. Nam licet mulier dederit omnia bona sua in dotem bona dicuntur deducto ere alieno. l. sub signatum. §. bona. ff. de verbor. significat. l. mulier. bona. ff. de iure doti. l. bonorũ. la. 1. ff. de verbo. signific. l. si. ff. de vsuf. lega.

24 ¶ Rursus, mulier que soluendo nõ est, debet seruire creditori, si debitu processit ex eo, quod creditor illã reddemit ab hostibus suis nũmis: hoc enim casu creditor potest illam retinere, donec pecunia, vel operis satisfaciatur pretio, quod pro eius libertate hostibus dedit: ita est expressè definitum in l. si quis ingenuã. ff. de capti. & postlim. reuer. & in. l. fœdissimè per locu à speciali. & in. l. si is qui te iuncta. l. si. C. eodem titulo. Et hoc casu etiam de Iure ciuili debitor inops tenetur seruire creditori, si soluendo non sit, vt scripsi. c. 1. numer. 65. & sic non obstant hæc leges, principali conclusioni supra traditæ: quod fœmina non debet seruire creditori; id enim fallit, quando debet ex causa redemptionis, eo enim casu, etiam de Iure Ciuili, quo nemo debitor seruiebat, tenetur seruire. Sed obijciat quispiam fœminam redemptam ab hostibus posse à redemptore detineri: de iure Digestorum & Codicis, quo fœmina pro debito capi poterat, non autem iure Authenticorum, quo fœmina pro debito capi nõ potest. Sed adhuc verum est, fœminam posse detineri ab eo qui eam reddemit, etiam iure Digestorum, non enim permittitur redemptori detinere fœminam, quia pro debito capi potest. Nã de iure Digestorũ, & Codicis, debitor qui soluendo non est, capi potest. Et tamen non potest detineri à creditore, neq; tenetur ei seruire. Ergo detentio, vel seruitium non procedunt de Iure ciuili ex eo quod quis capi possit. Sed propter magnum beneficium, quod Redemptor confert, in redemptum masculum, vel fœminam: nam, vt cum hostibus seruiret, nõ est absurdum, vel iniquum, vt seruiat ei, qui tanto collato beneficio eos à dura seruitute liberauit, & inestimabili libertatis dono gaudere facit. Præsertim, quod hoc solum est, donec soluant pretium redemptori. Ex quo notabiliter infero, quod si seruus meæ libertatem dedi, vt soluat aureos centum: certè, si non soluat, non ideò est præmenda carcere, inò seruanda lex, que vetat fœminã capi pro ære alieno. Neq; obstat, quod de Iure Ciuili, fœmina redempta, poterat ratione prætij redemptionis detineri, à creditore, quoniã hãc non est redempta ab hostibus. Deinde etiam hodie volo dari creditori in seruitium: sed nego detinendã in carcere: nam detentio qua fœmina redẽpta potest detineri de Iure ciuili in seruitiu nõ nascitur, ex eo quod quis possit carcerari.

De Inope debitore

- ¶ An autem id admittendum, quando solui prodebitrice foemina constituta in potestate creditoris, & illā ab eius manu exemi, dicam infra. Mouet enim quæstionem, quod cōstituta in potestate creditoris, dicitur esse in carcere. l. 2. ff. de libe. homi. exhib. & dixi. c. 1. Ex supradictis apparet, nō obstare quæ protuli. num. 1. ad probandū, quod foemina est addicēda creditori. Lex enim Gotthorum non est in vsu, neq; habet vim legis, & Iure ciuili, & noua Regia constitutione Taurinensi. 62. Foemina ex nullo contractu potest capi. Non tamē ex generalitate verborū legis Tauri. 62. Ibi: *Porninguna deuda* corrigitur. l. si quis ingenuam. de qua supra. Quia hīc non tractamus de carcere; sed de seruitio.
- 25 ¶ Meminisse tamē oportet, quod in omnibus casibus, in quibus dixi foeminam esse addicendam creditori, liberatur ab eius potestate si creditor illā prostituat, vel aliās turpi quæstui supponat; & ius debiti perit: textus est expressus, qui nominatim in hac specie loquitur in. l. fœditimē. C. de capti. & post lim. reuer. cuius verba, quoniā ad bonos mores pertinēt subnectere placuit, inquit lex: *Cum igitur filium tuum ab hostibus captam, ac prostitutam ab ea que eam redemerat ad te confugisse proponas, Præses provincie, si filie tue supradictam iniuriam, ab ea qua sciebat ingenuam esse instictam cogouerit, cum huiusmodi persona indigna sit pretium recipere, propter odium detestabilis quæstus, etiam si pretium compensatum non est aduersus flagitiosæ mulieris turpitudinē, tutam eam, defensamq; prestabis.* Hæc lex loquitur in foemina quæ tenetur seruire, quia fuit redēpta ab hostibus, & non habet unde refundat pretium redēptori: vt dixi supra numero. 24. & tamen dicitur, quod liberatur ab eius potestate, si prostituatur. Idem probatur ferē in specie in. l. si. C. de spectacul. lib. 1. 1. ibi. *Lænones patres, & dominos, qui suis filiabus, & ancillis peccandi necessitatem imponunt, potestatis iure frui non valeant, ne ve quid eis ita possit acquiri: sed ancillis, filiabusq; conductis ve. propter paupertatem personis iudicium licet implorato suffragio omni miseriarum necessitate absolui.* Nota legē illam loqui, quando foemina propter paupertatem cogitur seruire, liberatur tamen, si turpi quæstui supponatur. Idem probatur in. l. si lænones. C. de Episc. audi. His aptissimē annecti possunt quæ scribit prudenter Vlpianus in. l. elegantē. §. si. ff. de pigno. actio, in hæc verba. *Si prostituit ancillam, vel aliud improbatum facere cogit, pignus illud ancillæ soluitur.* Nota hæc verba vitima, *Pignus illud ancillæ soluitur*, quoniam debitor qui est in potestate creditoris censetur esse apud illum loco pignoris, vt docuit c. 1. nu. 71. pignus autem ancillæ soluitur, si dominus eam prostituit.
- 26 ¶ Sic Bal. in. l. 1. num. 1. 1. versi. sed pone: *C. de ædil. ædicto.* scribit, quod foemina, cuius pudicitia periclitatur, potest auferere, à carcere, neq; in ea detinenda est. Sic Paulus in. d. l. elegantē. §. si. per illum textum. ff. de pigno. actio. notat, quod si quis habeat fœudi nomine, aliquod opidum, priuatur fœudo, si ciuium filias per lasciuiam comprimat, citat. l. 1. C. de iure emphit. vbi emphiteota amittit rem; si ea malè vtatur.
- 27 ¶ Sic fructuarius, qui non fruitur arbitrio viri boni, sed malè se gerit, nō percipit obventiones, nec fructus, & potest prohiberi vti frui. l. item si fundi. in princ. ff. de vsu fru. l. hoc amplius. §. si. ff. de dam. infect.
- 28 ¶ Facit. l. cognouimus. C. de manci. & colo. lib. 1. 1. l. eos. C. de aquæ ductu. eodem libr. Angel. Paul. & Ias. in Auth. qui rem. C. de Sacrol. Eccles.
- 29 ¶ Sic malus tutor amittit ius percipiendū decimam, vt pluribus argumentis probaui in tractatu de decima tutoris. capit. 13. per totum.
- 30 ¶ Sic pater abutens potestate sibi à lege cōmissa, super filium, amittit administrationem personæ filij. l. si. cum glosa. ff. si quis à parcin. fuer. manumi. Sic curator abutēs officio suo, & non defendēs minorem amittit administrationem. l. si. §. 1. ff. de admin. tuto.
- 31 ¶ Sic si pater cogeret filium ad peccādum, vel filiam cogeret peccare in corpus suum, amitteret administrationem quam habet super eorum personas. l. si lænones. C. de Episc. audi. l. si. C. de spectacul. lib. 1. 2. notat Lupus in repetitione. c. per vestras. §. 17. num. 4. de donatio int. vir. & vxbr. Sic Diuus Hieronymus ad Oceanum scribens epitaphium Fabiolæ, excusat eam, quod maritum relinquerit his verbis: *Quod secundum sortita matrimonium prius reliquerit nō laudabo conuersam, nisi prius eam absolucro. Tanta prior maritus vitia habuisse narratur: vt ne scortum quidem, & vile mæcipium ea sustinere possent.* Hæc autem limitatio huius legis vera etiam est in masculo creditori tradito, nam si turpi quæstui supponatur,

natur, vel in honesta patiatur creditor ius suum amittet ex omnibus supradictis.

32. Item infertur quod si quis filium vel filiam in seruitium tradat (inopia forsam oppressus) vel, vt filius discat opificium quod non obstante pacto, & consuetudine generali seruandi talia pacta de quo dixi cap. 1. nu. 60. non est pactum seruandum si dominustalium seruitio abutatur, vt ex supradictis manifestè deducitur.

33. Sed an videatur prostitui quæ in caupona ponitur, vt ministrat Bald. & Salic. dicunt, qd sic in. l. fi. C. si mancip. ita veniat, ne prostitu. per textum ibi. Sed certè ille textus id nō probat, & meo iudicio falsum est. Non enim lex dicit quid, quæ ponitur in caupona, videtur prostitui, sed quod si serua venit, sub cōditione ne prostituatur, quod non debet prostitui sub specie ministrandi in caupona ne conuentio eludatur per fraudē, itaque lex loquitur de ea quæ re vera prostituatur sub specie ministrandi in caupona, non tamen dicit quod cēsetur prostituta ex eo quod in caupona ministrat, sed præstat ipsa legis verba subijcere inquit lex: *Eam quæ ita venij ne corpore quæstum faceret, nec in caupona sub specie ministrandi prostitui, ne fraus legi dictæ fiat oportet.* Postremo non omittendum, quod in casibus in quibus mulier patitur decretum huius legis operabitur, iuxta tæxus fœminæ fragilitatem, non enim ædem delicatæ fœminæ operæ imponēdæ sunt, quæ viris robustis imponuntur, vt in. l. pen. C. de his qui nu. libe. lib. 10. l. eius in fine. ff. de ope. liber.

34. Præterea illud est memoria dignū quod etiam si fœmina antequam traderetur creditori, corpore quæstum faceret, nō potest creditor eam cogere, vt eadem turpitudine quæstum faciat. l. hæc demum versi. si mercatrix. ff. de oper. liberto.

35. Illud autem est manifestum, quod fœmina pariens in potestate creditoris parit liberum. l. capitalium. §. & vt generalitèr, versi. Diuus. ff. de pœn. Vbi probatur quod mulier damnata in metallicum opus, liberum parit: neq; enim debitor creditori addictus efficitur seruus.

S V M M A.

- 1 **P**aupertas appellatur vilitas: Et ignobilitas, & vilitas idem sunt.
- 2 Nobilitas paupertate, an amittatur, & num. 17.
- 3 Pauper nobilis ludibrio est, & nu. 18.

- 5 Nobilis exercendo artem vilem, amittit nobilitatem, & 32. & 33. 34. 35.
- 6 Princeps per priuilegium nunquam censetur velle præiudicare alicui.
- 7 Nobilis ob æs alienum in carcerem non detruditur.
- 8 Debi. or nobilis non conuenitur, nisi in quatum facere potest, & sibi relinquatur tantum quatum satis est, ad vitam transigendam, & nu. 9.
- 10 Iure Regio, non solum, non capiuntur pro debito persone nobilium: sed nec eorū arma, & equi, & domus.
- 11 Nobiles sunt liberi à præstatione operarum, & idè vxor nobilis libera à lauacione pedum, & aparando cibos, & similia, & nu. 12. & 13.
- 14 De iure Regio vxor acquirit sibi, & non marito, quæ acquirit ex operis artificialibus.
- 15 In in positione pœnarum, habetur ratio nobilitatis & nu. 29.
- 16 Nobilis non torquetur.
- 19 Nobilis qui ficta inopia bona abscondit, amittit priuilegium nobilitatis, & idè ducitur in carcerem, & nu. 21.
- 20 Abscondentes bona, & fingentes inopiam velut latrones puniendi. Etia si nō fugiant, & nu. 21.
- 22 Falliti, cedendo bonis non effugiunt capturā personarum.
- 23 Nobilis qui malitiose bona atriuit, ne creditoribus satisfaciat potest capi.
- 24 Debitores qui ex causa à carcere excusantur, nihilominus iudex eos capere potest, si viderit eos dolose fuisse versatos.
- 25 Paupertas captiose proueniens non excusat.
- 26 Mulier pro debito descendente ex delicto, capi potest.
- 27 Nobilis licet ex delicto capi possit, non tamen ea facilitate neq; rigurositate, sicut plebeius, & num. 28.
- 30 Limitatio regulæ, qui non habet in bonis luat in corpore.
- 31 Nobilis officium est militando, religionem, & plebem defendere.
- 35 An per monachatum amittatur nobilitas.
- 36 Consuetudo inspicienda.
- 37 Facit consuetudo quem ignobilem, aut nobilem.
- 38 Renuntiatio nobilitatis à nobili an teneat, & num. 47. & 54.
- 39 Clerici negotiatores, amittunt immunitatem, & libertatem.
- 40 Generalis renuntiatio legum, an præiudicat.
- 41 Priuilegium egregiarum personarum, ne cogantur coram iudice personalitèr comparere, potest ab eis renuntiari, nu. 61. & 62.
- 42 Valet pactum inter creditores & debitores, vt debitor gaudeat priuilegio nobilitatis.
- 43 Differentia nobilitatis à genere, & nobilitatis, à priuilegio.

No.

De Inope debitore

- 44 Nobilis proprio vocabulo dicitur Fijodalgo, id est nobilis sanguine, & num. 48. 49.
- 45 Aliquando nobilis appellatur ille qui est diues.
- 46 Fijodalgo significat, id est, Gotthi filium.
- 50 Hereditas patris, naturali iure pertinet ad filium.
- 51 Nec pacto, nec renuntiatione, possunt tolli quæ sūt naturalia.
- 52 Hereditas est ius, quod propter sanguinem defertur.
- 53 Priuilegia propter sanguinem concessa, pacto tolli possunt.
- 55 Beneficio cessionis honorum, an per pactum renuntietur.
- 56 Nemo est dominus membrorum suorum.
- 57 Pactum inter debitorem, & creditorem, ut debitor inuitus detineatur, non tenet.
- 58 Mater tutrix non capitur à filio, etiam pacto expresso, ut capiatur.
- 59 Nobilibus maior honor, quam plebeis deferendus.
- 60 Oportet in republica omnia esse politicè disposita, & ut plebei, & opifices cedant nobilibus.
- 61 Intellectus. l. ad egregias. ff. de iureiuran.
- 62 Monialium priuilegium, ne ad iudicium venire cogantur, est ratione clausuræ.
- 63 Gerens vicem Regis, omni honore (etiam à nobilissimus) officitur.
- 64 Intellectus. c. si diligenti. de for. comp.
- 65 Præcipua utilitatis pars reipublicæ, consistit in religione.
- 66 Ratione propriæ renuntiationis, nobilem in carcerem detruadi, & non ex ordinis in dignitate, non fit iniuria ordini nobilium.
- 67 Intellectus. l. fin. C. de pact. pigno.
- 68 Quælibet molestia personalis, durior est rerum amissionis, & nu. 70.
- 69 Pactum legis commissoriæ, non solum asperum, sed impium, & iniurium iudicatur.
- 71 Intellectus. l. si quædo. §. generaliter. C. de inof. testa.
- 72 Intellectus. l. ut vim ff. de iust. & iur.
- 73 Intellectus. l. patre. §. quæ onerãde. ff. quar. rer. act. non det.
- 74 Emancipare cogitur pater filium, quem contra pietatem tractat.
- 75 Intellectus. l. libertas. C. de obsequijs.
- 76 Intellectus. l. fi. C. de non numerata pecunia.
- 77 Nobilis per conductionem Regij vectigalis, amittit priuilegium: & ibi. de intellectu. l. 4. titulo. 2. lib. 4. ordin. & num. 78.
- 79 Sacerdos artē turpem exercens, coertione, & fori amissione flexitur.
- 80 Mercatura, aut exercitium artis vilissimæ, nõ tollit nobilitatem.
- 81 Nobilis conductor Regij vectigalis, solum amittit priuilegium, ne possit in carcerem conijci.
- 82 Immunitas Fidalguia priuilegium est personale, & ideo non renuntietur, & numero. 87. & 88.
- 83 Donator, priuilegio ne conueniatur ultra quam facere possit, non potest renuntiare.
- 84 Militibus prohibetur conductio, ne impediatur exercitium militare.
- 85 More Romanorum, milites, in otio, & negotio, semper in armis erant.
- 86 Aliud est esse nobilem, aliud esse militem, & Fidalgus est nobilis, sed non miles.
- 89 Carcer est causa præuia ad addicendum debitorem creditori.
- 90 Beneficio Velleiani, aut minoris ætatis renuntiare non est scemine, aut minori dedecorosum, etiam si Principes sint.
- 91 Renuntiatio nobilitatis, cum iuramento valet, & tenet.
- 92 Iuramentum est seruandum, quando seruari potest, absque interitu salutis æternæ.
- 93 Debitor facti, licet liberetur præstando interesse, secus si iurabit factum, quoniam ad id compellitur.
- 94 Dolus excludit priuilegium nobilitatis.
- 95 Assertio, nobilis, quod sit ignobilis, non suffragatur creditori.
- 96 Nobilis qui tempore contractus, negauit se esse nobilem, an possit in carcerem duci.
- 97 Valet renuntiatio nobilitatis ab eo qui est nobilis ratione priuilegij, & num. 98.
- 99 Nobiles ex priuilegio, à Rege concessio: ne ob es alienū capiantur, idq; fuit, ut ex redbibus militarent, non potest priuilegio renuntiare.
- 100 Immunitas ecclesiastica, nec seruo, nec alijs obsequium præstare obligatis prodest.
- 101 Menti contrahentium, & voluntati expressæ, aut tacitæ, est standum.
- 102 Pecunia Principis, peculiari celeritate exigitur.
- 103 Nobilis in renuntiatione generali: de omni legum auxilio, non censetur renuntiasse priuilegijs nobilitatis; idcoq; ex tali renuntiatione, nõ potest in carcerem duci.
- 104 Dux, aut Comes, si renuntiet nobilitati, & obliget personam suam, an ob debitum possit in carcerem detruadi?
- 105 Habentibus iurisdictionem est honor deferendus.
- 106 Ob es alienum licitum est fructus rerum primogenij vendere pro tempore vite possessoris.
- 107 Nobiles exteri, & non naturales, an gaudeant prærogatiuis, & priuilegijs naturalium.
- 108 Nobilis in una prouincia, non est necessario habendus nobilis, in alia, & num. 115.
- 109 Iure Regio, in regno Castellæ exteri beneficia, neque dignitates habere non possunt, & nu. 116.
- Fidalguia (quæ est nobilitas sanguinis) acquiritur præscriptione immemoriali.
- 110 Nobilitas sanguinis, non datur à natura.

Prescri

- 111 Prescriptio solū nocet his aduersus quos est prescriptum.
- 112 Priuilegia Fidalgorum, sunt concessa Fidalguis totius Hispanie, & numero. 17.
- 113 Fidalgui Hispani descendunt ab eisdem patribus, videlicet à Gotthorum gente.
- 114 Immemoralis probatio referenda ad tempus, quod est magis vtile ei, qui probat & allegat, & 118
- 119 L. 3. & 5. tit. 2. lib. 4. Ordin. disponens ob æs alienū executionem non debere fieri in armis, domo, aut equis Fidalgorum, sit recepta, necne, & numero. 121.
- 120 Nobilitas non debet esse occasio, vt quis rem suam perdat.
- 122 Nobilis captus ob æs alienum, vt soluatur è vinculis, an sufficiat quod summaria probet nobilitatem: an verò necessario debeat constare per sententiam de nobilitate, & nu. 124. & 125.
- 123 Si ad impediendam executionem allegetur ins personale, sufficit quasi possessio illius iuris.
- 126 Clericus abscondens bona, potest duci in carcerem pro ære alieno.
- 127 Doctor, pro ære alieno, an in carcerem possit detrueri, & creditori addici, & an debeat legere, & docere, & num. 128. & numero: 132. & 133. & 136. 146.
- 129 Defenditur Bartolus, ab impugnationibus Guidonis Papæ. & num. 130.
- 131 Professor dicitur qui publicè scientiam aliquam prelegit.
- 134 Doctor etiam non legens, non est cogendus hospites suscipere.
- 135 Lex continens priuilegium aduersus ius commune, censetur nominasse omnes personas priuilegiatas.
- 137 Consuetudine seruatur, vt Doctor etiam non legens, non capiatur.
- 138 Idem de Iure ciuili.
- 139 Iure Regio, Bartoli opinio approbata.
- 140 Professio, sine gradu, an sufficiat.
- 141 Doctor legens, vel non legens, si dolum committat, aut corrumpat, seu abscondat bona, amittit priuilegium.
- 142 Idem si de industria legeret, vt euitaret capturam ob debitum æris alieni.
- 143 De inani titulo, non curatur, puta de Doctore circuli.
- 144 Doctor legens, est immunis in propria patria, ab omnibus muneribus realibus, & personalibus Autore Paulo de Castro: Tribi de eius opinione.
- 145 Defendens se sub pretextu Doctoratus, aut professionis cum neutrum sit, exploditur.
- 147 Aduocatus, an pro ære alieno sit capiendus, & creditori addicendus.
- 148 Requisitum in bono, & perfecto aduocato.
- 149 Aduocati non minus censentur vtilis reipublice, quam milites.
- 150 Aduocati militibus equiparantur.
- 151 Aduocatus gaudet priuilegijs. l. medicos. C. de profess. & medi. lib. 11.
- 152 Aduocatus est, immunis, à solutione munerum, & tributorum.
- 153 Aduocatus an possit renuntiare priuilegio aduocationis, & eo renuntiato, an possit capi ob æs alienum.
- 154 Vir excellenti virtute præditus, an creditori addicatur.
- 155 Virtus, nobilitati anteponenda, & nu. 168.
- 156 In criminibus habetur ratio eximie virtutis eius qui delinquit, & cum eo mitius agitur, & 173.
- 157 Assertioni boni viri est credendum.
- 158 Boni viri licet facultatibus non polleant, polleant tamen fide, & ideo tan patrimonio quam fide æstimentur.
- 159 Pauper, probata vite, & si non possideat immobilia dicitur idoneus fideiussor. & nu. 169.
- 160 Cum bonis viris, serè sepe dispensatur, & nu. 170.
- 161 Propter excellentiam hominis, receditur ab omni iure. & nu. 171.
- 162 Creditor inuitus, non cogitur parcere bono viro.
- 163 Non cogitur quis facere beneficium, neque propter personam est recedendum à legis decreto.
- 164 Non est quis (licet idoneus) ante legitimam ætatem ordinandus.
- 165 Quando de simplici iustitia tractatur, non est curandum de meritis personarum.
- 166 Virtus excellentis viri in causa graui, non operatur in alterius præiudicium.
- 167 De generali presumptione; quod quis sit bonus, non curatur, si agitur de præiudicio tertij.
- 168 Prohibitus torqueri, an possit in carcere detrueri.

¶ An dispositio huius legis exercenda sit aduersus debitorem inopem, si nobilis sit, vel aduocatus, vel alius eruditione, seu nobilium, vel primariorum ciuium cognatione præstans. Et quid sit nobilis, renuntiet nobilitati, quam Hidalguiam vocamus, vel aduocatus, priuilegio aduocatis concesso.
 Cap. XVI.

Quæro

De Inope debitore

Quero deinde, an nobilis; quem Hispanicæ *Hidalgum* vocamus, sit addicendus creditori, si debet, & solvendo non sit. Mouet quæstionem textus in l. 2. C. quando, & quibus quarta pars debeatur, ubi paupertas appellatur vilitas, ignobilitas autem, & vilitas idem sunt, ut in *Authen. Præsides. in princ. C. de Episc. audi. l. ingenuæ. C. de muri leg. lib. 1. 1. scribit Lucas Penna in l. 1. col. 2. in prin. C. de cõdi. in publi. horre. lib. 1. 10. Quare, quod nobilitas amittatur paupertate, significat *Bartol. in l. 1. à num. 47. & ibi. Platea. col. 1. C. de digni. lib. 1. 0. Socin. consil. 246. incip. elegantè. col. 2. vers. prima ratio. Cepol. in tractatu nobilitatis. col. 7. versic. & idè, sic Afflict. in constitutio. Siciliæ incip. intentionis in. 6. notab. col. 9. Quod si paupertate amittitur nobilitas, vel saltem nobilitatis priuilegia, certè licet nobilis in carcerem duci non possit, & ad operas cogendus non sit (vt statim dicam) id nõ procedit in nobili qui soluendo non est.**

¶ Nam qui soluendo non est, pauper est, & paupertate amittitur nobilitas. Rursus, licet verius sit nobilitatem non amitti paupertate, vt statim dicam; tamen negari nõ potest, quin sicut fides, siue operibus mortua est, ita etiam nobilitas absq; diuitiis, si non mortua, certè inter mortua, vel interrupta, vel obscurata dici potest, vel saltem est manca, & mutila, vt notat *Bonus Curtilius in tractatu de nobilitate. col. 2. vers. tertius & vltimus.*

¶ Et pauper nobilis ludibrio est, vt experientia quotidiana docet, & scribit *Iacobinus, de sancto Georgius in tracta. fœudorũ char. 29. Afflic. in constitutio quam plurimum. col. 2. versic. quid autè si dominus. Deindè, quod dedecus irrogatur nobili, si militado aduersus Mauros, vel Turcas ex stipendio satisfaciat creditori, iam quod ei nõ tradatur. Rursus, hæc opinio verior, vel certè minus inuidiosa videtur, quando nobilis diues natus, & educatus patrimonij vorfuram fecit. Solon enim huiusmodi legem ædidi. *Qui patrimonij vorfuram fecerit, is ignobilis obscurusq; esto. Vt auctor est, Laertius in eius vita. Præterea Cicero Philippica secunda, his verbis inuehitur in Antonium Tereus ne memoria prætextatum te decõxiffe; patris (inquies) ista culpa est concedo: etenim est pietatis plena defensio. Illud tamen audacitæ quod sedisti in quatuordecim ordinibus, cū nescet lege Roschia decurionibus certus locus**

constitutus. Apud Abderitas, qui facultates proprias amittebat, non poterat sepulchrũ habere cū patre, sed pœnè nomine carebat paterno sepulchro, vt memorix, prodit, Laertius in Democrito. Et apud Stobæum sermone. 68. ex traductione Gesneri; sic legimus.

Scisne, quod nobiles quidem mortaliũ.

Dum pauperes sunt nõ amplius clari existant.

¶ His congruit, quod nobilis, si inops est, non potest nobilitèr viuere. Nobilis autè, qui non viuunt nobilitèr, non gaudet priuilegijs nobilitatis, vt auctor est *Isernia in constituto. Siciliæ incipiente, vt dignitatũ, post glossam ibi, & sequitur Afflict. ibi in 1. notabili. Vnde qui vicem artem, vel opificium exercet nobilitatem perdit, vt in l. nobiliores, & ibi notat *Bal. C. de commer. & merca. l. ne quis. C. de dignitat. libr. 1. 2. Bar. in l. 1. ad finè, & ibi *Plat. col. 1. C. de digni. lib. 1. 2. Socin. consil. 246. incip. elegãter. col. 2. vers. prima ratio. lib. 2. Feli. in c. super eo. in. 2. col. 2. de testib. Corfe. in repect. c. grãdi. col. 1. 2. de supplen. neglig. prælato. libr. 6. Latè *Tiraquell. in tractatu de nobilitate. c. 33. & c. 27. facit. l. 2. C. negotia. ne mili. l. milites. in. 2. c. l. seq. C. de remili. lib. 1. 1. Platea. in l. ne quis. C. de digni. lib. 1. 2. Cifontanus in l. 79. Tauri. col. 2. vers. septimo fallit. Aymon. cõf. 173. Casfan. conclus. 64. viso processu. num. 35. & dico infra, ubi dico, quid apud nos hac in re iudicetur.****

¶ Deindè, Princeps nõquam per priuilegium censetur velle præiudicare alicui. l. nec auus. C. de emanci. libe. Ergo licet Princeps, te nobiliem fecerit (omnis enim nobilitas ciuiliis) à Principe descendit, & licet nobilibus tribuerit, ne pro debito ciuili possint in carcerem conijci; certè id non debet esse damnosum creditori, qui non vult nobilem conijcere in carcerem, sed, vt sibi ex operis quotidianis satisfaciat, & ita in proprio casu sentit *Barba. in addict. ad Bald. in l. si vxor. C. de condi. inser. Rursus, nobilitas amittitur ex delicto, vel saltè nobilitatis priuilegium. l. 1. C. vbi sena. vel clarissi. l. senatoris filia. Et ibi *Bal. ff. de ritu nupt. & dico infra, rem autem familiarem delabi sinere flagitiosum est, vt dixi cap. 2. & apud antiquos puniebatur, vt ibi dixi. Deindè per ingluuiem, & turpitudinem amittere bona fœudalia, infame est: nobilitas autem amittitur turpitudinẽ vitæ. l. si qua. & ibi *Bal. C. de secun. nup. Bal. in. 1.***

in.l. cum antiquioribus in princ. q. 8. C. de iure delibe. Lucas Penna. in.l. mulieres. colum. 5. versi. vlt. nota. C. de dignit. lib. 12. Postremò illud prudentem maximè mouebit, q̄ plures nobiles paupertate, à fortuna malè multati mechanicas artes exercent. Cur ego qui vltro calcariã, vel futuriã exercet, nō exercebit eã, si pecuniã debeat, & soluẽdo nō sit, & rem alienã data solutionis fide, acceperit. Vltimo eo seculo, quo apud Romanos moris erat debitorem inopem creditori addicere, addicebatur nobilis, si soluendo non erat, vt liquet ex L. uio Decadis. 1. lib. 2. & ex Suetonio in Othone. c. 5. Quid verius? distinguere, aut nobilis, re vera, absq; dolo nocendi creditori amisit bona sua, aut dolo abscondit ea, cum re vera ea non amiserit; aut amisit ea, sed debet ex delicto, vel mechanicam artem exercet. Primo casu nobilis non est addicendus creditori, quoniam qui ob debitum in carcerem duci non potest, non est addicendus creditori, vt docui. c. 3. nu. 2. & c. 4.

7 ¶ Nobilis autẽ ob res alienũ in carcerẽ detru di non potest, argumẽto. l. medicos. C. de prof. & medil. lib. 10. miles. ff. de re iud. Ex cuius decreto ita docuit Ias. ibi. col. 2. Alexand. in.l. Centurio. nu. 25. ff. de vulga. & pupil. Bal. in.l. 1. prop. fin. C. qui bon. ced. poss. qui tantũ dicunt, q̄ milites nostri temporis non possunt carcerari, sicut milites temporis antiqui, non tamen habent beneficium, ne conueniantur vltra quam facere possunt, neque id habet nobilis, vel hidalgus Ripa lib. 2. respon. cap. 20. Ioannes Baptista Sanseuerinus in tractatu de debitore suspecto, & fugitiuo. in. 5. q. principali. q. 5. Guillelmus Cugneus in.l. pen. ff. quib. ex cau. maio. Facit textus in.l. medicos. C. de professo. & medicis, lib. 10. Et hac opinionẽ ferè cõmunẽ esse de iure cõmuni testatur doctissimus Ferdinandus Vasquius, in tractatu de successio. creatio. 1. par. lib. 3. §. 22. nu. 75. quãuis, (vt ingenue loquar) de iure Ciuili nulla est lex, quẽ nobili immunitatẽ, à carcere ob res alienũ tribuat, sed apud nos, id est lege Regia definitum in.l. 4. & 5. titulo. 2. lib. 4. Ordin. l. 79. inter constitutiones Taurinẽses. Ergo nobilis, qui per horulã spatium nō debet ob debitũ esse in carcere, multò minus ob debitum addicetur creditori, quod carceris, imò seruitutis species quãdam est, & obligationem seruiendi secum trahit: forsam in longum tempus.

8 ¶ Quinimò, si debitor nobilis miles sit, nō potest conueniri vltra quam facere possit. l. miles. ff. de re iudi. ille autem qui non potest conueniri vltra quam facere possit nō potest conijci in carcerem, vt probaui cap. 9. num. 2. & in milite notat Bal. in.l. 1. nu. 21. C. qui bon. ced. poss. Ias. in.d. l. miles. numero. 10. imò, habenda est ratio, an miles egeat, habita ratione nobilitatis, licet enim rustico satis esset cepis vesci, certè ille nobilis qui conueniri non potest vltra quam facere possit (scilicet militi nam hidalgus vltra quã facere potest cõuenitur) tantum relinquendum, quantum satis est ad transigendum vitã habita prudẽtè, & humanitèr ratione nobilitatis. Ita docuit Cepola in tractatu nobilitatis in. 2. priuileg. Ias. in. §. item si de dote, col. 2. Instit. de actio. Hippol. in rep. rub. de probat. col. 5. Corse. in repe. c. grãdi. char. pen. de suppl. negli. præla. Nobilis enim, similis est, vel vnus ex his qui non conueniuntur, vltra quam facere possit, videtur relinquẽdum, vt possit viuere habita ratione nobilitatis, neq; cogatur miserorum, & pauperũ cibis vesci. c. non cogatur. 41. distin. Bal. in.l. 2. in prin. ff. q̄ cũ eo, qui citat textum in.l. sed si quid in ædificauerit. §. sufficientèr. ff. de vsuf. & in.l. cũ vnus. §. alimẽtis. ff. de alim. & ciba. lega. Ang. & Imol. in.l. Nessenius. §. si. ff. de re iud. Imol. Raph. & Alex. in.l. si maritus. ff. sol. mar. Qui citant gloss. in.l. nepos Proculo. in verb. Dignitate. ff. de verb. signif. & l. tutor secundum dignitatem. ff. de adm. tuto. Aretin. conf. 17. col. pen. Nam hæc opinio, vt consona misericordie, ita non est aliena à prudentia. Nobilis enim inter diuitias æducatus magis discruciat animo cum ad ægestatem venit, quã rusticus, ab incunabulis inter rei familiaris angustias natus, & educatus, neque oportet eum qui olim fœlix fuit, & iuris fauore in plus quam facere potest conueniri non potest, ita premere, vt ad vitæ desperationem adducatur, ideò ciuilis, & prudens est opinio supradicta; hoc tamen non admittendum in eis nobilibus, quos vernacula lingua appellamus hidalgos, non enim sunt milites, nec gaudent militũ priuilegio, vt statim dicam, notat Cuman. & alij in.d. l. miles. Zaf. in tracta. substit. col. 630. Couar. varia. lib. 2. c. 1. nu. 4. standum enim regulæ, nisi reperiatur correctã.

10 ¶ Præterea iure Regio, ita clementèr agẽdum est, cum nobili, vt executio nō possit fieri;

De Inope debitore

feri, non solum in sua persona capiendū eum, verum neq; in suis armis, vel æquis, vel domo. l. 3. & 4. & 5. titulo. 2. lib. 4. Ordinationum. l. 23. & l. 12. tit. 1. lib. 4. Recóp. Quanto minus eius persona tradetur in seruitium. Sic (licet de iure) qui non habet in bonis luit corpore, vt in. l. 1. ff. de pœnis. id non procedit in nobili, autore Feli. in. c. ad liberandum. de iudg. Gome. in. §. item si quis in fraude. num. 42. Institut. de actio. cū alijs citatis supra. c. 6. De debitore ex delicto.

11 ¶ His consonat, quòd qui generalitèr tenentur operas prestare, liberantur si nobiles sint; putà vxor tenetur operas obsequiales marito prestare, tenetur scilicet lauare pedes, & caput, parare cibos, & similia, vt putà lectum facere, & coquinariam exercere: notat DD. in. l. si vxorem. C. de condi. infer. Et nominat Ioan. Andr. in. c. litteras, in verbo *incertis*, de restit. spolia. Benedictus Capra còl. 72. col. 4. vers. circa quod. Id tamē nō procedit in muliere nobilij argumento. l. interdum. ff. de oper. liber. cuius argumēto ita docet Abb. in. d. c. litteras. col. pen. Feli. in. c. illud. col. 4. de presump. Dec. còl. 202. incip. vt præsens cōsultatio. col. 4. vers. Nec obstat, q̄ talia. Corsetus in tractatu de potestate, & excellētia Regia. q. 30. in fine Lupus in Rub. de dona. inter vir. & vxor. char. 29. & fol. 17. col. 2. in paruis.

12 ¶ Et generalitèr, q̄ vxor nobilis nō teneatur operari viro, scribunt Petrus, Cinus, Bal. & Sali. in. l. si vxorē. C. de cōdi. infer. Tiraq. in. l. connubiali. 1. nu. 26. ergo licet generalitèr debitor inops debeat operas creditori, id non procedit in debitore nobili. Sed ne quid dissimulē, nō est prætermittendum, q̄ præcedentem conclusiōē (scilicet, q̄ vxor nobilis non tenetur operari viro) carpit Barbatius, in additio. ad Bal. in. l. si vxorem. C. de condi. infer. col. 2. Quoniam creditoris conditio nō debet fieri deterior propter nobilitatem debitoris: de iure autē vxor tenetur operas prestare marito, & ei seruire. c. hæc imago. 33. q. 5. l. sicut. ff. de oper. liber. l. sed si vir ex lana. ff. de donatio. int. vir. & vxor. Neque aliter reperitur cautū in vxore nobili; hæc Barbatij ratio mihi nō satisfacit, quamuis supra eam adduxerim aduersus debitorem nobilem, nu. 1. sed moueor, quoniam falsū est nobilitatē debitoris non facere deteriorem conditionē creditoris, vt liquet ex supra. d. & is, nu. 8. Et licet nō reperiat expres-

sē cautum in iure, q̄ vxor nobilis non teneatur seruire marito, satis videtur q̄ generalitèr definitū est, ne nobilibus imponantur oneraturp̄a exempti, quæ sunt ab his quæ dedecus adferre possunt, idcō nō possunt cōijci in carcerē, q̄ multo minus est, quā seruire, vel operas prestare: hæc quoad Barbatij rationē, opinio tamen eius, mihi valde Christiana, ac proinde verissima videtur, si modo maritus non sit relautus, vel opulentus, sed ægestate præmatur, ita, q̄ famulas non habeat, quæ coquinariam exercent, lectum sternant, & similia faciant: tunc enim ea prestare tenetur vxor quantumuis nobilissima. Primo ex sacris litteris ad mulierem (enim) dixit dominus, *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui*. Et beatus Petrus in epist. cano. cap. 1. iubet fœminas subditas esse viris. Secundo moueor ex textu in. l. interdū. ff. de oper. liber. in illis verbis, quæ doctores contra sentientes proferunt pro se, inquit lex: *Sed si liberta quæ operas promisit ad eam dignitatem perueniat, vt inconueniens sit prestare patrono operas, ipso iure hæc intercedunt*. Nota illa verba, *Ad eam dignitatem perueniat, vt inconueniens sit prestare patrono operas*: Nam quæ maritum habet, adeo egenum, vt egeat eius operis, certè nō peruenit ad eam dignitatem, vt inconueniens sit, eam prestare operas, immò est cōuenientissimum, sanctum, prudens, & iustissimū, vt eas prestet, licet nobilissima sit.

13 ¶ Nisi fortè placeat virum aduersus sexus naturam, domum verrere, cibos parare, lectos sternere, vel vocare vicinas quæ hoc faciant, q̄ vxori lōgè turpissimū est, neq; bonis, vel honestis fœminis annumerari potest, quæ domesticum officium detrectat. His congruit, q̄ vxor nobilis, quæ nubit ignobili (qui ferè sēper inopes sunt) amittit nobilitatē, & sic, si vir ægestate præmatur, nō est q̄ vxor ostētet nobilitatē. Et in totū mihi æquissimū videtur, vt cū cōiugati duo sint in carne vna, alter alterius onera portet, & q̄ vxor putet sibi tributū quid quid seruiēdo marito tribuit; si tamē maritus opes haberet sufficētes, iuxta regionis morem: non videtur mihi præpostera opinio docentium vxorem nobilem non tenere coquinariam exercere. Si tamen opere pertinerent ad fouendam personam ipsius mariti, vt est lauare caput, & similia, & nō rectè vxoris; certè, & officium implet, quæ eas detrectat, q̄ nobilis sit. Aut enim maritus est nobilis, & ex officio ipsa nihil honoris sui

fui amittit, aut est ignobilis, & ipsa quoque efficitur ignobilis, & siue vxor nobilis sit, siue ignobilis: certè iuxta diuinam institutionem, & naturę legem, vir caput est mulieris. Non omittendum, quod qui tenet simpliciter vxorē nobilē, non teneri operam præstare dimittant, nisi mariti valetudo id exigat, vel causa honorandorum hospitum: ita Lupus in repet. rubr. de dona. fo. 17. col. 2. in paruis. Bonus Curtil. in tracta. de nobil. 38. priuil. An autē vxor teneatur operas artificiales marito præstare, dixi in meo tractatu de decima tutori Hispanico iure præstanda. c. 2. num. 12.

14 ¶ Vnum tantum addendum, quod licet de Iure Regio, vxor acquirat sibi non marito, quæ acquirit, ex operis artificialibus, vt ibi dixi: tamē Iure Regio videtur, quod dimidium talium operarum pertineat ad maritū, cum generalitèr omnia acquisita constāte matrimonio diuidātur inter virū & vxorē, ita docuit Lupus in Rubrica de dona. inter vir. & vxor. §. 62. nu. 9. versic. hodie tamē. Postremò, q̄ nobilis nō sit addicendus creditori, & quod hoc casu deficiat dispositio huius legis: notant Rodericus in repe. l. 2. tit. De los gouernos. q. 5. col. 6. Antonius Gome. in l. 79. Tauri. col. 2. Et cōprobatur, quoniā debitor addictus creditori dicitur pati pœnam corporalem, vt dixi. c. 3. nu. 2. & c. 4. * In imponēdis autē pœnis, habetur ratio nobilitatis, vt pœna mitior sit, vel certè magis honesta. l. nostris. §. sed etiā. ff. de pœn. l. sacrilegi pœnā. ff. ad leg. Iul. pecul. l. Pedius. ff. de incendi. ruin. nauis. l. si. ff. de sepul. viola. glo. in l. 3. §. 1. ff. de re mili. & ibi notat Bar. & in l. capitaliū. §. serui. §. de pœn. Abb. in c. pastoralis, in princ. de offic. de lega. Sali. in l. 2. C. vt nemo priuatus, textus in c. qui cōtra. 24. q. 1. Albe. in l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offi. Præsi. glo. in l. aut dānum. ff. de pœn. l. 24. tit. 21. par. 2. * Quare ne que torqueri potest. l. 4. & §. tit. 2. lib. 4. ordi. & in d. l. 24. nisi fuerit accusatus de proditione, vt in d. l. 24. Gramaticus voto. 32. Hippol. in l. edictum. ff. de que stio. Bal. & Fel. in c. cū qu dā. col. 3. quos citat, & sequitur Couarru. var. lib. 2. c. 9. nu. 4. Qui tamē notat, q̄ nobilis etiā proditionis reus, decapitatur in Hispania, & non suspenditur: benè tamē torquetur, vt dixi, & q̄ in Hispania nobilis reus lese Maiestatis non suspendatur furca, sed decapitetur est verissimū. Sicuti vidimus in Ducibus sediciofo-

rū piebeiorū, qui aduersus Carolū Regē, & Imperatorem Christianissimum arma sumpserū, abscessis enim ceruicibus iacuerūt in foro, laqueo tamē pœnas non dederūt: nobilitatis ergo causa, sed id Gallia in proditoribus nō seruat, imò altiori pēdēt furca. Nō obstat ex aduerso prolata.

17 ¶ Primo nō obstat, q̄ paupertate amittitur nobilitas, id enim falsum, & apud nos prouerbij vicē illud vsurpatur, *La pobreza no es vileza*, & expressè probatur in l. humilem. C. de iucest. nupt.

¶ Et ita, q̄ nobilitas nō amittatur paupertate, significat Bar. in l. 1. col. 3. C. de dignita. lib. 1. 2. à nu. 49. Ioan. Blan. in sum. fœudo. tit. quib. mod. fœud. amitta. §. erūt etiā. q. 21. Ioā. Rain. in c. 1. §. firmiter. char. 10. in paruis. vers. quæro, quid de sumptibus, tit. de prohib. fœud. aliena. per Freder. & in tractatu nobilitatis, col. 5. Petrus Belapertica in l. humilē. C. de incest. nupt. latè Tiraquel. de nobili. c. 25. nu. 5. eū sequētibus.

18 ¶ Qui nimo paupertas, non reddit hominē vilem, autore Bal. in l. humilē. C. de incest. nupt. Calcan. conf. 8. incip. in causa, col. 7. vers. & ex supradictis. Non obstat, q̄ nobilis pauper, habetur cōtempni, id enim uō lex, sed præposterum hominum iudicium facit: & boni viri, odio & cōtempni habentur, neq; tamē ideo virtus, suas desinit habere vires. Deinde nō obstat, q̄ non est dedecus nobili militare aduersus Turcas, & ex stipēdio satisfacere creditori, iam quod ei propter nobilitatem, nō tradatur ad seruitium: fateor, non est nobili dedecus militare aduersus impios pro dignitate Christiani nominis, imò est longè honorificum: sed nos non liberamus potissimum eum à debitore, quia est ignominia ei seruire, sed quia lege liberatur ab ea obligatione, propter priuilegium nobilitati concessum, quia non admittitur, vt nobilis sit in carcere ob æs alienum. Nō obstat, quod ex lege Solonis qui patrimonij voruram facit, amittit nobilitatem: ea enim lex admittetur, quoad hoc, vt eius autoritas minor sit apud bonos, & graues, qui detestantur hominem, qui luxu, vel profusione, vel alea patrimonium amisit. Rursus, non obstat, q̄ nobilis, non viuēs nobilitèr, nō gaudet priuilegijs nobilitatis, statim enim dicā, an nobilis exercēs vilem artē, sit addicendus creditori. Non obstat, quod priuilegium Principis, non debet operari in præiudicium tertij: neque enim, quod de-

Hh 2 bitor

De Inope debitore

- bitor nobilis sit, & in carcerem, vel seruitium duci non possit: ideo creditor amittet ius suū, solum limitatur vis obligationis, vt ex ea nobilis in carcerem duci non possit. Deinde, cum antequam contractus fieret iure constitutum sit, ne nobilis pro debito capiatur. Certè creditor qui nō debuit, ignorare ius videtur, cum cōtrahit ea conditione, & qualitate contrahere, ne creditorem ob debitum possit perducere in carcerem. Non obstat, quod rem familiarē delabi sinere, flagitiosum est, & quod nobilitatis priuilegium amittitur ex delicto: quoniam amittere bona, etiam si per ingluuiem, & luxum ea amittas culpa est, non crimen; quod iure pœna puniatur.
- 19 ¶ Si tamen nobilis ficta inopia, abscondat bona, certè duci potest in carcerem, & priuilegio nobilitatis nō gaudet, tum quia ex delicto amittitur nobilitatis priuilegium (vt dico infra) tum quia Iure Regio hoc nominatim definitum extat, in l. 111. con dita in conuentu Segouienfi, anno à partu Virginis. l. 32. quæ habetur. l. 4. tit. 19. libro. 5. Recop. & l. 6. titulo. 2. lib. 6. Recop. cuius verba sunt: *Suplicamos a V. M. que el mercader que se algare de aqui adelante no pueda gozar, ni goze de la hidalguia.* Quibus Princeps respondit: *A esto vos respondemos, que mandamos que de aqui adelante se haga así:* & ita tenuit per illū tex. Matienço in Stillo Cancellariæ, titulo. 1. p. x. emin. l. 7. casu. 20. declaratione. 9. legis Toleti. §. 2. glos. 1. & glos. 4. nu. 4. vbi v. deas.
- 20 ¶ Quinimo, qui abscondunt bona, & fingunt inopiam, sunt veluti latrones puniendi, vt in l. 5. tit. 8. lib. 5. Ordina.
- 21 ¶ Quod habet locum, etiam si debitor non aufugiat, sed presens sit, vt in conuentu Madritensi, rectè & optimè definitū fuit, anno. 1528. petitione. 24. itaq; nobilis abscondens bona est carcere reprimendus. De qua re dico infra hoc. c. & hanc opinionem sequitur Oldrald. in tractat. de nobil. in. 3. par. prin. c. 10. col. antepen. & pen. & facit q. dixi. c. 16. De herede. num. 18. & c. De debitore ratione rei, nu. 10.
- ¶ Ex crimine autē, & delicto nobilis duci potest in carcerem, vt statim dicam.
- 22 ¶ Sic licet Iurē ciuili generalitèr cōcessum sit debitoribus, vt effugiāt carcerē cedendo bonis, id nō admittēdum in decoctōribus (quos fallitos vocāt) auctore Bal. cōf. 400. col. 2. lib. 1. delictū enim pœnam meretur. Præterea licet cessio bonorū liberet ceden-

tē à carceribus, id nō procedit, si alienauit bona sua in fraudē, textus est secundū primū intellectū quē ibi approbat Bart. in l. fi. §. fi. §. quæ in fraud. credi. Bar. in l. alia. elegatèr. in fi. ff. sol. mat. Soc. reg. 46. & 47. cū fallēt. Plat. in l. 1. in fi. C. de iure fis. lib. 10. Barb. in c. quæ in ecclesiarū. col. 5. de cōf. sti. Gome. in §. itē si quis in fraud. nu. 43. Insti. de act. Lup. in rep. c. per vestras. §. 24. incip. an auus. nu. 7. de donat. int. vir. & vxor. Sic maritus qui mal. tiolē dissipauit bona, amittit beneficiū, ne cōueniatur vltra quā facere possit. l. etiā. §. licet. ff. de sol. matr. & ibi dd. sic in cæteris dolū cōmittētibus probatur in l. si d. hoc ita. §. fi. ff. de re iud. * Præterea, si nobilis malitiosè cōtriuisset, vel fraudulētèr alienasset bona sua, ne creditor ius suū cōsequatur, certè nō excusabitur nobilitatis priuilegio, sed capi potest argumēto. l. pe. ff. de iur. doti. vbi debitor habens priuilegiū, ne cōueniatur vltra quā facere potest nō vitur eo, si dolū cōmittat. Dolū enim est delictū, & pro debito ex delicto nobilis capi potest, vt statim dicā. * Præterea, illud est aberuditis receptū, vt debitores qui ex aliqua causa excusātur à pœna carceris, nō excusētur si iudex videat eos dolosè fuisse versatos, vel malitiosè alienasse bona. l. fi. ff. de in ius vocā. glos. Bal. & Ang. in l. fi. ff. de his quæ in frau. credit. Din. Plat. & Ias. in §. itē si quis in fraudē Insti. d. act. & ibi. Gom. nu. 24. Ias. in l. si idē cum eodē. col. 5. ff. de iuris d. omni. iudi. Bal. in l. 1. col. fi. C. qui bo. ced. pos. Ang. in l. is qui bonis. & ibi Zaf. ff. de cess. bon. Plattea in l. 1. de iur. fis. lib. 10. Bal. in l. 1. in §. q. C. si quid in frau. patro. & cōf. 400. incip. in libris thesaurariz. col. 2. lib. 5. in c. quæ in Ecclesiarū. col. 5. de cōf. sti. Soc. reg. 46. fal. 5. & reg. 46. fal. 1. Vitalis Cāban. in tracta. clausularū, tit. an possit renūtiari beneficio celsionis bonorū. Nouel. in tract. de donat. 7. par. priui. 14. Cappel. Tolosana. 466. & ibi Aufferer. in additione. * Paupertas enim captiosè proueniēs, non excusat eos qui alias excusarētur, auctore Bal. in c. sedes. c. l. e. de rescrip. & in c. quæ in Ecclesiarū. col. 1. de cōf. sti. Ias. in Auth. res quæ. col. 6. vers. tene cōmunē. C. cōmu. de legat. Crotus in l. frater fratre. ad finem. ff. de cōdi. indebit. Loazes in repetit. l. filius familiars. §. Diuinum. 164. ff. de lega. 1. sic licet mulier pro debito capi non possit, tamen pro debito proueniente ex delicto capi potest, vt dixi c. præcedenti, nu. 7.

Itaq;

26 **¶** Itaq; nobilis abscondens bona capiendus est (vt infra) dolus etiam existimari debet, si nobilis induxit creditorem ad contrahendum, affirmans se nob. lem non esse; de qua re, vide quę dico infra. Restat tertius casus, scilicet an nobilis debens ex delicto, sit addicendus creditori in casibus, in quibus supra, c. 11. De debitore ex delicto, vbi do cui debitorē ex delicto esse addicēdū creditori. Mouet quęstionem, quōd etiam, si de iure non habens in bonis, luat in corpore, id non procedit in nobili, vt docui supra num. 10. & cap. 11. De debitore ex delicto, num. 2. qui est casus magis fortis, quoniam debēs ex delicto magis est cogēdus, & astringendus, quā debens ex contractu. Cum autem debens ex delicto, nō luat corpore, si est nobilis: quantō magis, debēs ex cōtractu excusabitur nobilitate, ne addicatur creditori: quę addicōtio habet vim pœnæ corporalis, vt dixi. c. 3. nu. 2. & c. 4. Mouet etiam quęstionē, quod nobilis pro delicto non debet esse in carcere, vt tradit Lucas Penna in l. mulieres. col. 3. ve. sic. 8. C. de digni. lib. 12. Qui autem non potest esse in carcere nō est creditori addicēdus, vt docui. c. 3. nu. 2.

27 **¶** Sed ex diuerso vrget, quōd nobilis potest capi ex debito descendente ex delicto, vt in l. 79. Tauri: sicut in fœmina docui supra. c. 13. nu. 7. quōd potest capi ex debito descendente ex delicto. Id enim generale est, quod nobilis ex delicto, capi potest; licet non sit ea facilitate capiendus, qua plebeius: neq; eorogore pœmendus, neq; eodem in carcere detinendus quo plebeius Regia. l. 4. tit. 29. part. 7. c. quisquis. 2. q. 8. & ibi notat Archidia. Bal. in l. 2. col. 2. C. de exhib. reis. A ret. in l. si quis post accusationem. col. ff. de testa. Cum autem, magis sit iustum detineri in carcere hominē, de cuius delicto constat, & propter quod iam est condēnatus, quā cum, de cuius delicto, non constat per sententiam quę facit rem notoriam: sic iustissimum est, nobilem detineri propter pecuniā, quā per sententiā debet ex delicto: delictū enim expiatur pecunia, & sic captus pro pecunia quā debet ex delicto, videtur captus pro ipso delicto, & hęc est ratio Taurinæ legis. 79. Illud tamē admonere visū est quod hoc argumentū protuli ad probandum hęc deficere pœcipuum fundamentū, quo supra docui nobilem, non esse addicendum creditori, scilicet quod non potest ob debitū in carcere duci, nā

si debet ex delicto, potest ob debitū duci in carcere. quāquam agnosco hoc argumētū quod attinet, ad nostrā legē valere negatiuē, non tamen affirmatiuē: hoc scilicet modo: qui nō potest ob debitū duci, in carcere nō est creditori addicēdus quod docui. c. 3. nu. 2. nō tamen est bona collectio potest duci in carcere, ergo potest addici creditori: nā plures possūt ob debitū capi, qui nō sunt addicēdi creditori, vt ex toto hoc opere manifestē colligitur. Deindē, quod debens ex delicto debeat seruire, etiā si nobilis sit, probatur, quoniā sūt aliqua crimina, ex quibus, si nō nobilitas, certē priuilegia nobilitatis amittuntur, vt dixi supra nu. 19. & declarat Lucas Penna in l. mulieres. col. 3. C. de dign. lib. 12. Tiraq. de nobil. c. 24. nu. 2. & 3. l. 24. tit. 21. partita. 2. vbi ex proditione amittitur priuilegiū nobilitatis. Grāma. voto. 3. Deindē, quod nobilis debeat seruire, si debet ex delicto probatur, quoniā fœmina immunis est à dispositione huius legis. Tamē si debet ex delicto, & soluēdo nō est, tenetur seruire, vt dixi. c. precedenti. nu. 7. Postremo, quod nobilis debeat seruire, si debet ex delicto, scribit Antonius Gomezius in l. 79. Tauri. nu. 2. vers. hodiē tamē. & nu. 3. vers. & licet. Hoc enim casu videtur quod nobilis, nō excusetur à dispositione huius legis. Nā propter delictū nobilis puniēdus, & seruire adstringēdus est. Videtur tamē quod iudex ratione nobilitatis, nō iubebit nobilem seruire, ei cui pecuniā ex delicto debet. Sed iubebit, vt in tremibus Regijs militet, vel in opere simili, vt ex stipēdio satisfiat creditori, vt docui. c. 11. de debitore ex delicto nu. 6. Neq; enim, qui ex delicto offēdit cōmodē potest se seruire, cum eū forsā, vel videre nollim, vel malē tractaturus sim, vt dixi. in d. c. 11. nu. 6. neq; est equū, neq; admittendū male tractare debitore, imō, qui male tractat debitorem sibi addictum amittit debitū, vt dixi. c. 14.

28 **¶** Deinde, nō solū hac causa, vbi ex debita pecunia agitur, verū etiā, vbi pœna imponitur ratione delicti habetur ratio nobilitatis, neq; enim eodē modo puniendus nobilis, quo plebeius, etiā si idē delictum commiserint. Nobili enim nō imponitur, vel irrogatur pœna ignominiosa, auth. Bal. in Rub. de offi. de lega. Platea. in l. omnes. C. de delato. lib. 12. Ang. in Auth. ē. sed nouo iure. in fine. C. de seru. fugit. facit. l. moris. §. sed etiam. ff. pœn. glossa. in l. 3. in verbo Torquentur. ff. de re milit. Bar. ibi Alex. in

Hh 3 addicē

De Inope debitore

- additione ad Bar. in l. capitalium. §. serui. ff. de poen. Bal. in l. data. C. de his qui accu. non poss. Bal. Abb. & Felin. in c. cum quidam. de iureiur. Abb. in c. pastoralis. de offic. delega. Lucas Penna in l. quamuis. C. de decurio. lib. 1. r. Roman. in l. si vero. §. de viro. in. 4. fallentia. ff. solu. matri. Anania in c. fin. de colluf. detegen. Quare nobilis etiã ex delicto, non damnandus, vt in tricenibus remigem agat, vti in senatu Neapolitano iudicatum testatur Grãma. decif. 32. Couar. vari. resolut. lib. 2. c. 9. num. 4. vers. quinto. *
- 30 Non obstat, q̄ ex aduerso prouli, scilicet, quod regula qui non habet in bonis luat corpore, non habet locum in nobili: id enim verum est, quando imponenda est pœna, in defectum bonorum, hinc autem non est imponenda pœna, quæ cruciet nobilem, sed adscribetur, militiæ, vel alicui alij honestæ occupationi, & ex stipendio soluetur creditori, cui ex delicto debet, vt docui supra. c. 1. 1. De debitore ex delicto. vbi latius respondi huic argumento, cum locum lector consulat, si plenius rem hanc placeat cognoscere. Quamuis enim hæc additio habeat vim pœnæ corporalis intelligitur cum debitor addicitur creditori, torque indutus ferreo: hinc autem non est addicendus creditori, sed adscribendus militiæ nauali, vel terrestri, neq; enim debitor inops sepe tenetur seruire creditori, imò, si opifex, vel artifex sit, artem suam exercendo paulatim, ex lucro satisfacit creditori, & hoc satis est absque eo quod ei seruiat. l. 2. tit. De los gouernos, lib. 3. Fori, officium autem nobilis est, militando religionem, & plebem defendere.
- 31 Præterea etiam si hoc non esset nobilis, proprium officium iudex potest ex causa moderari dispositione legis. Si enim quis condemnatus fuit cētum Petro dare, quia colaphum ei impexit, certè si soluere centum non potest, non debet seruire Petro, quia forsam ipsum interficeret, vt latè docui. d. c. 1. 1. De debitore ex delicto. Restat excutiendus tertius casus, scilicet, an nobilis qui artem vilem exercet (putã) si sit Faber Ferrarius, debeat, si soluendo non est addici creditori, vt exercendo artem, & lucrum faciendo reponat creditum: mouet quæstionem, quod nobilis qui nō viuit nobilitèr, non gaudet priuilegijs nobilitatis, vt supra num. 5. nobilis autem, qui artem ferrariam, vel carpentariam exercet non viuit nobilitèr.
- 32 Deinde, qui vilem artē, vel officium exercet amittit nobilitatem, vt dixi supra numero. 5. & è nostris Hispanis docet Cifontanus in l. 79. Tauri, col. 2. versic. septimo fallit. Auendañius in suo dictionario, & videtur expressè Iure Regio definitum, in l. 4. & 9. titulo. 2. libr. 4. Ordina. & probatur Iure communi in Auth. de testibus. §. 1. vers. sancimus, ibi: *artifices ignobiles*, & dixi supra. & docet Tiraq. in tractatu de nobilitate. c. 27. & c. 33. Neq; obstat, si quis dicat nobilitatē esse ius sanguinis, & ideo non amitti, etiam si nobilis exerceat artem vilem.
- 33 Respondeo enim non extingui, nobilitatē, sed interrumpi: vnde si nobilis desinat exercere artem vilem recuperat nobilitatē, vel nobilitatis priuilegia, hæc enim solum videntur amissa argumento. l. ingennum. cum glossa. C. de ingen. & manu. vt docet Guido Papæ decisione. 196. col. fin. & decisio. 217. ex textu in c. fi. de vita, & honesta. cleri. & in Clem. 1. eodem titulo: Massuerius titulo de tallijs, seu collectis. §. si autē illi qui sunt nobiles. Cassan. conf. 64. viso processu. nu. 35.
- Deinde, vrget efficax ratio, scilicet, quod plures nobiles præ rei familiaris angustia, mechanicas artes exercēt. Cur ego qui vitro calceariam exercebit, non exercebit eam, vt soluat quod debet: cum non dimittatur peccatum nisi soluas quod à fratre accepisti? Et vtra obsecro magis iusta causa exercendi calceariam voluntas, an obligatio soluendi, quod Iure Diuino, & Humano debes. Deinde, nisi hos admittamus nobilitas, videretur esse fucus ad rapiendum aliena, quod Deo ingratum est. Vltimo, si nobilem qui calceariam exercet, potest creditor cogere, vt sibi soluat, quod quotidie lucratur, cur hoc iudiciario ordine nō iubebit iudex: sed respondebis primum verum esse, quando nobilis sponte sua laborat, & suam artem exercet, neq; tamen ad id cogendum esse à iudice, id enim præstat priuilegium nobilitatis: ex aduerso vrget, quod consuetudine in Bethicæ regione receptum est, vt nobilis, quem *Hidalgo* vocamus, non amittat nobilitatem, neque nobilitatis priuilegia: etiam si vilem artem exerceat, & cum in iudicijs disputatur, an quis sit nobilis sanguine, certè si opifex probet se nobilem, creditur verè nobilis esse, nam, cum egeat, & nobilitatem probet, creditur non fauore, neq; diuitijs nobilitatem

tatem acquisisse, vel testes subornasse, sed quod verè genere nobilis sit. Deinde Bal. in. l. si. in fine. C. de seru. repu. manu. per illum textum docet, quod licet quis gerat vile officium, nō idcō perdit status sui beneficium: & huius opinio est Cald. cons. 8. incip. in causa pendente. Vbi dicit, quod licet mercatura sit ars vilis. vt statim dicā, non amittitur nobilitas generis per eius exercitum: & licet eius opinionem improbet Tiraquel. in tracta. de nobil. c. 33. nu. 18. quoniam mercatura censetur ars vilis, & ex eis exercitio amittitur nobilitas, teste Fabro in. l. falso. C. de diuers. rescrip. Anton. in Rubr. ne clerici. vel mona. Afflic. in constit. Sicil. incip. intentionis. col. 9. in 6. notabili. Lucas Penna in. l. si. col. 3. C. de fund. limit. lib. 11. Vbi dicit, quod nobiles mercaturam exercentes fiunt plebei, & debent soluere tributa; nihilominus tamen, licet mercatura apud nos vilior censetur, quā apud omnes nationes hidalgua non amittitur, ex mercaturę exercitio, neq; hidalguitę privilegia, vt in. l. 111. condita apud Segouiam, anno. 1532. cuius verba retuli, & habetur. d. l. 4. titulo. 19. lib. 5. Recopii. Et illa pragmatica probat hidalguitā quę ex genere descendit, non amitti, etiā si Hidalgo exercent vilem artem, Hidalgua enim non orta est in persona Hidalgo, sed descendit à maioribus. haud aliter quam domus, vel prædium. l. 2. tit. 21. par. 2. Ideo peculiaris quedam nobilitates differunt à nobilitate militis, vel doctoris, quibus nobilitas propter propriam virtutem conceditur, & ita quod Hidalgua non amittatur ex exercitio artis vilis, notat Auēdan. in dictionario, verbo, *Cauallero* vnioco verbo.

34 ¶ Sic licet quidam scribunt, quod per monachatum amittitur nobilitas. Abb. c. dudum in 14. notab. de elect. Fran. in. c. fin. in prin. de offi. de lega. in. 6. Feii. c. super literis. col. 7. in. 2. reg. de rescrip. Iaf. in. l. 2. col. 3. C. si contra ius vel vti. publi. Decius in Auth. ing. essi. col. 1. C. de sacros. Eccles. & ibi Bologni. in primis interpretationibus de quo latè Tiraquel. de nobil. c. 26. tamē nobilitas sanguinis, non perditur ex monachatu. Bal. c. cum in magistrum. post. med. de elect. Roma. singu. 37. Tiraq. vbi supra num. 5. Ripa in. c. ad aures. col. 5. & ibi Berouius num. 24. de rescrip. Cagnol. in. l. cum quedam puella, num. 17. Boerius decif. 260. nu. 30.

35 ¶ His congruit, quod cum tractatur, an exercitium artis vilis faciat, amitti nobilitatem inspicienda est consuetudo, & quid de ea re iudicet populus: nobilitas enim, nihil aliud videtur esse, quā opinio, nisi eā virtute, & rebus præclare gestis metiatis.

36 ¶ Itaq; quod hac iure inspicienda sit consuetudo, docet Alciatus in. l. mercis. ff. de verbor. significa. Tiraq. in tractatu de nobilitate. c. 27. nu. si. vbi proposita quæstione, an amittat nobilitatem, qui exercet artem vilem, per alium: definiunt inspiciendam esse consuetudinem.

37 ¶ Consuetudo enim facit nobile, vel ignobilem, & qui hinc nobilis est, at ibi ignobilis reputatur; mutato, scilicet iure mutatione regionum, & morum ita probatur in. l. fin. §. 1. ff. de muner. & honor. & docet Bar. in. l. 1. col. 7. versic. ex animemūs ista verba, & iterum. col. 9. versic. tertio ex prædictis, & col. pen. & ibi Plat. col. 2. versic. ex his inferitur. C. de digni. lib. 12. Bal. consil. 387. col. 2. lib. 1. Paul. consil. 125. incip. dubitatur prim. in. 4. dubi. lib. Rayne. 2. in tract. de nobilitate, in. 4. q. in prin. Soc. cōs. 246. col. 1. lib. 2. Decius in. c. nouit. col. 6. de iudi. Ruinus cōs. 66. nu. 23. lib. 3. Ripa lib. 2. respon. c. 26.

¶ Deinde, iniquum videtur, & parum congruens misericordię, vt detur afflictio, afflictio: cui ego qui præ inopia maiorū suorum, dignitatem in domo sua amissam, lugeat, noua miseria encabitur, si & privilegia nobilitatis sibi à maioribus per manus tradita, videat interrupta: & se ad solutionem tributorum cogi ad instrumentum egestatis, & diminutionē honoris, quę sibi amissis facultatibus, tantum ex omni maiorum substantia reliquus erat. Cur nobilis paupertatem (durum telum patiens) co etiam onere grauandus, vt ad lucrum, creditoris artem vilē exercent: cum fortè militiam, vel aliās vberiores fortunę spes sequi velit (omisso officio) an etiam spoliandus privilegio nobilitatis, quo sibi & suis (quondam diuitijs florentibus) concessum generali lege fuit, ne ducerentur in carcerē, ac per consequens, ne cogerentur eam cessionem bonorum subire, quam præscribunt iura ciuilia, etiam si facilis sit, minimeque onerosa.

¶ Equidem, quod attinet ad soluendum Principi tributa, arbitror nobile qui exercet officium vile, non esse spoliandum suo privilegio, quo immunis est à tributis,

De Inope debitore

ex rationibus supra dictis, ne scilicet duplici miseria grauetur, honoremque & pecuniam sentiat amissam, idem sētio, quod ad materiam nostræ legis attinet, nā licet spontē sua, exerceat officium vile, durum, & aduersus priuilegia nobilitatis est cogere illum, vt illud exerceat, ad vtilitatē creditoris, cum minor ignominia sit esse in carcere pro debito, & id non amittatur, siue sit soluendo, siue non. In hanc sententiā me fatis proclinatorum adducit Christiana charitas, & quod rigor huius legis (quoad saluo iure fieri potest) excludendus est, & limitandus, vix enim habet Hispania duriorē cōstitutionem: nam rigoris plena seuitiæ, & inhumanitati proxima est, & nostris sufficit esse iuris communis correctoriam, vt restringi debeat. Cum tamen Princeps, vel statutum faceret mentionē nobiliū, per hoc verbum, *Nobilis* in materia, in qua designarentur, qui personę dignitate præstant, & nominis autoritate præcellunt: certē meo iudicio nō venit Fidalgus si opifex sit, vel aliās valdē egenus: idem si Princeps loquatur per hæc verba: *Los Caualleros*: ita enim interpretatur communis vsus loquendi: dicimus enim, *Pedro no es Cauallero, sino vn Hidalgo pobre*. Sed est quæstionis, quid si nobilis in cōtractu renuntiauit nobilitati, vel priuilegijs nobilitatis, an pro debito capi possit, & in carcerem duci, non secus, ac plebeius: Didacus Couar. eruditionis laude, & vitæ integritate venerabilis, in repe. c. quamuis pactū in. 2. part. num. 5. versic. hinc sanē de pact. in. 6. Sentit renuntiationem valere, & nobilem ex ea capi posse scribit, quæ ita fuisse iudicatum in Granatensi senatu, a viris vtriusque iuris consultissimis, & hanc opinionem obtinuisse notat Oroscius senator in. l. ius agnationis. col. 1. ff. de pact. Gregorius in. l. 34. titul. fi. part. 7. Scholio. De *san-gre*, & aliquando in Pintiano senatu, ita iudicatum scribit Otalora in tract. de nobil. 2. par. 6. 9. numero. 8. qui rem indefinitam reliquit.

38 ¶ Contrariam tamen sententiā, imō, quod renuntiatio, non valeat, & quod ex ea nobilis capi nō potest probat Antonius Gomezius antiquæ simplicitatis, & aurci pectoris vir integerrimus in. l. 79. Taur. nu. 3. versic. & in tātum, & ibi Cifontanus. col. 1. quia nemo est dominus membrorū suorum, & Auendanius in dictionario, verbo. *Cauallero*, col. pen. & Didacus Perezus

in. l. 1. titu. 2. lib. 4. Ordin. & Ferdinandus Vasquius optimorum studiorum laude, & generis nobilitate illustris, in tractatu de successorum creatione, prima parte, lib. 3. §. 22. num. 75. versic. huic ergo priuilegio, vbi rem latissimē tractat: quamuis idem ipse in eō tractatu. 1. part. lib. 1. §. 6. num. 34. in fine versic. contra hæc facit: dicit, quod Iure Regio, quis potest priuilegijs suæ libertatis, & nobilitatis renuntiare tacitē; ne dum expressē, vt in. l. 4. titu. 2. lib. 4. Ordina. ibi, *Porque en tal caso el mismo quebranta su libertad*. Adducit etiam, quod Iure Regio clerici miscentes se mercionijs laicorum, amittunt suam immunitatem, & libertatem, vt. l. 3. *Del quaderno de las Alcaralas*. Hæc Vasquius. d. §. 6. nu. 34.

39 ¶ Sed rem diligentius tractauit. §. 22. & videtur ibi mutasse sententiam, nam dicit se procliuiorem esse in eam sententiā, vt renuntiatio nobilitatis, non valeat: ac proinde, quod eius virtute Fidalgus capi non possit, nec partes erunt omnium argumenta bona fide referre, & quid mihi probabilius videatur, paucis explicabo. Vt autē hoc cōmodius, & breuius fiat, illud statim præfari visum est, me vnum esse ex eorū numero, quibus placet posse nobilem renuntiare nobilitati, & virtute renuntiationis posse capi. Primo ex. l. 4. titulo. 2. lib. 4. Ordinat. vbi textus postquam dicit nobilem posse in carcerem duci, si conducit Regia vestigalia subiicit generalem rationē, *Porque el mismo quebranta su libertad*. Ergo permissum est ei suæ immunitati renuntiare: Secundo, si hoc potest facere tacitē conducendo Regia vestigalia, vt ibi dicitur, & patiendo se scribit in catalogo plebeiorum, & soluēdo Principi tributa, vt in pragmatice, vt notat Vasquius de success. §. 5. num. 23. & Otalora in tractatu de nobilitate. 2. par. nu. 7. quātō magis hoc licebit, quādo disertē, & expressē renūtiat nobilitati, hoc est, priuilegijs nobilitatis, ita, q̄ si nō renūtiaret, contrahens abstineret a cōtractu: an est decipiendus is cum quo nobilis contrahit? Tertio moueor, quoniam fœmina habet priuilegium, ne pro debito capi possit, & tamen si renuntiet legum auxilio, & priuilegijs sibi a iure concessis, satis est, vt capi possit pro debito, vt sentiūt omnes doctores quos citauī cap. 6. *De fœmina debitrice*, num. 15. Quamuis mihi videtur, q̄ generalis legum renuntiatio non sufficiat, vt fœmina pro debito capi possit, illa enim
generalis

generalis renuntiatio videtur se referre ad remedium Senatusconsulti Velleiani, alias cum tabelliones in omnibus contractibus factis à fœmina addât (ex more) generalem renuntiationem omnium legum, & quod fœmina non vult eis vti, certè omnes fœminæ possent capi pro debito, quod est perniciosum, & absurdum, & ab ipsis minimè cogitatum, si enim tabellio declarer, quod ex tali renuntiatione sunt ducendæ in carcerem, hæud dubiè, quæ honestæ, & pudicæ sunt recusarent contractum, neq; renuntiatio extenditur ad incogitata. l. tres fratres. ff. de pact. Neque actus agētium operantur ultra intētionem eorum, neq; verba ex more posita, si aliquid rigidum, aut insolens inducant aliquid operantur apud bonos & graues viros, vt per Abb. in. c. cum contingat. nu. 23. & 24. de iureiur. qui equissimè & prudētissime loquitur: & quod generalis legum renuntiatio, & iurium quæ in fauorem fœminarū aliquid disponunt, non tollat remediū fœminis concessum, ne in carcerem ducantur: significat Couar. in repe. c. quamuis pactū. in initio secundæ partis, num. 7. versic. sed tamen: licet postea subiiciat hoc non esse satis tutum, sed mihi verissimum videtur, neq; vsquam vidi, aut audiui fœminam cōiectam in carcerem ex tali renuntiatione: nam, nemo videtur renuntiare suo priuilegio, Ripa. resp. lib. 2. c. 19.

41 ¶ Præterea, quod priuilegiū, ne nobilis ducatur in carcerem, possit ab eo renuntiarī probatur, quoniā dispositio. l. ad egregias. ff. de iureiur. qua cauetur, ne egregiæ personæ cogatur ad iudicem accedere, potest ab eis renuntiarī ex regula generali distante, quod quilibet potest fauori suo renuntiare: ita probatur in l. quamuis. vers. inuitus. ff. de in ius vocand. iuncta. l. vni. C. eo. titulo. ita docet Cinus in. l. nec honore. C. de Episc. & cleric. Ias. in. d. l. ad egregias. nu. 1. & ibi Rom. Feli. in. c. si diligenti. nu. 24. de foro compet. Ludouicus Gomezus in c. 2. numero. § 1. de iudi. lib. 6. Ang. in. l. a lia. §. eleganter. ff. solu. matrim.

42 ¶ Deinde, vt plebeius potest cum creditore pacisci, vt gaudeat priuilegijs nobilis. l. si quis crediderit. ff. de pact. ita, & nobilis potest pacisci, ne suis priuilegijs gaudeat. Postremò, vt ex superioribus liquet, nobilis potest esse faber lignarius, & faber ferrarius, potest pati se vendi ad prætium participandum, & fit seruus euentis ex con-

sensu suo, vt dixi. cap. 1. num. 7. Item potest se cōducere ad quascunque operas vilissimas, licet hoc incongruum sit nobilitati, & maiorum suorum gloria indignū, & & cognatis probrosus. Cur ergo, qui hoc vltro nulla iusta causa suadente facere potest, non poterit accipiendo pecuniam mutuantis? (hoc est subsidium humanæ vitæ) obligare se ad eius solutionem renuntians do priuilegium generalitèr nobilibus concessum, ne in carcerem ducantur.

¶ Quid obsecro, est hidalgo magis dedecoratum facere, vt repurget viam publicam, an esse in carcere, donec det fideiussorem de soluendo quod à fratre accepit, & forsā luxu, vel alea perdidit, & ita accepit vt mutans pecuniam non esset daturus, nisi nobilitatis priuilegio renuntiasse: ecce vides pactum expressum nobilitati, & toti nobilis familiæ infame valere, neq; reijci qd sit aduersus nobilitatis dignitatem: an obsecro hidalgo si velit, non poterit ex pacto obligare se, ad seruitendum proprio famulo? Hæc inculco, quoniā Valquius ipse & Auendanius respondent ad. l. 4. titul. 2. lib. 4. Ordina. hidalgum posse tacitè renuntiare priuilegijs hidalgiæ, non tamè expressè, quorum opinionem satis refellit ipsa lex. 4. in ratione generali quam subiicit ibi, *Cu el mismo quebranta su libertad*. Deinde durius, & magis nociuum est hidalgo, & eius liberis, se scribi in catalogo plebeiorum, & soluere Principi tributum, quam esse in carcere, donec det fideiussorem, vel soluat. Primum enim ipsam nobilitatis radicem obscurat, & deinceps dubiā reddit, deinde rē hidalgui tributū nomini aufert; at qui est in carcere, ex propria renuntiatione non obscurat dignitatem familiæ suæ, quoniam pactum expressum apertè significat id factum ex renuntiatione, & nō ex nobilitate.

43 ¶ Deinde aliud est nobilitas, quam nobilitatis priuilegia, item prius fuerunt nobiles, quam nobilium priuilegia, quæ paulatim creuerūt; sit exemplum nobiles apud exteros soluunt Principi tributa, apud Hispanos non soluunt, & tamè omnes sūt nobiles: item apud Hispanos prius fuerūt nobiles, quos *Hidalgos* appellamus, postea sanctius Fernāndus Comes Castellæ trecentis eorum immunitatem à tributis per tres annos menses concessit, vt auctor est Rodericus Toletanus. Itaq; nobilitas priuilegia nobilitati præcessit, quæ paulatim aucta

De Inope debitore

auſta ſunt, & præſertim hidalguia præceſſit privilegia hidalguis conceſſa, nõ enim abſurdum eſt ſuſpicari fidalgum, vel, vt Hiſpanice dicimus, *Hijodalgo* ſignificare *Gotthi filium*, quaſi ij qui erant filij Gotthorum, tempore quo Hiſpania à Mauris occupata fuit, & Gotthorum Imperium funditus concidit maximè eſſent in omnium oculis, & nobiliſſimi haberentur, quaſi filij eorum qui Hiſpaniæ Imperium proximè tenuerant: quod ipſa vis nominis ſatis ſignificat. Primum enim hoc nomen *Fijo*, ſignificat, & refert ſe ad patrem, cuius ille eſt filius, quaſi ex patre velit mutuari, vel oſtẽtare nobilitatem: ſic vt diximus. *Pedro es hijo del Rey*. Et in Diuinis libris legimus filij Cam, filij Sen, & ſimilia, vt ex relatione ad patrem filius agnoſcatur, vel nobilitetur.

44

¶ Vnde nos cum aliquẽ ſignificamus eſſe nobilem ex antiquiſſimo loquẽdi vñ, dicimus, *Es Hijodalgo*: ergo ad patrem referimus hanc nobilitatem, dicimus enim: *Es Hijodalgo*, ſignificamusq; eſſe Gotthi filiũ, licet hoc iam obliuio deleuerit, & tot ſeculorum calamitas qua Hiſpania puniceis armis occupata, ſeruitutem paſſa eſt, per annos plus ſeptingentos, vnde mirabonarum artium ignorãtia, & antiquitatis obliuio: non hoc eſt capitis mei ſomnium. Nã Laurentius Padillia Rondenſis, Archidiaconus diligens, potius quãm ſœlix noſtrarũ rerum indagator narrare mihi ſolebat vidiffe ſe in Bibliotheca Malacẽſis Eccleſiæ venerandæ antiquitatis volumẽ, vbi quotieſcumque Fidalgui mentio fiebat, nõ hiſ litteris erat ſcriptum, *Fijodalgo*, ſed *Fijodalgod* addita d. in fine, quaſi Gotthi filius aperteſignificaretur, ego librũ nõ vidi (neque enim falſa obtrudam). Sed Laurẽtius Sacerdos erat nobilis multæ ætatis ſenex, & etiam Regius Hystoriographus appellari volebat: quare non eſt fide indignus: ſed mihi vnus pro multis ſufficit Rodericus Archiepiſcopus Toletanus, nõ experendus noſtrarum rerum ſcriptor, qui lib. 4. c. 1. & c. 4. Scribens (quod eſt apud nos eſt receptiſſimum à maioribusq; per manus traditum, & in generali Hiſpaniæ hiſtoria legitur) qd occupata à Mauris Hiſpania Fidalgui, cum Pelagio ex Gotthorum gẽte nobiliſſimo ſe receperunt in mōtuofa Aſturicæ loca, que vulgò appellamus, *Las Aſurias de Ouedo*, hiſ verbis ea Rodericus ſignificat: *Pelagius cum reliquijs Gottho-*

rum ſeſe recepit. Ecce, quod eos quos hiſtoria generalis, & communis conſuetudo appellat *Fijosdalgo*, Roderic⁹ appellat reliquias Gotthorum, quaſi Fidalgui filij Gotthorum ſint, cui rei iudicium maximũ præſtat, quod receptiſſimum eſt apud nos, & quaſi prouerbiũ vulgi ſermone iactatur: *Que no es Hidalgo el que no tiene ſol. en montañas*, qui eſt: locus quo reliquæ Gotthorũ fugerũt. Sic cum aliquem ſignificamus eſſe nobiliſſimum dicimus, *Viene de los Godos*: certè probabile eſt Pelagium; & eius ſucceſſores, qui à Gotthis deſcendebant, eos reputaſſe nobiliſſimos auxiliẽq; honoribus, qui ſux gentis eſſent, reliquiaſq; Gotthorum fuiſſe eo tempore nobiliſſimos cũ Regem ex Gotthica ſtirpe elegerint (nimirum Pelagium.) Illi autem, qui tunc nobiliſſimi erant in noſtris annalibus appellãtur *Los Hidalgos*. Neque mihi fit veriſimile, quod Geneſius Sepulueda, de bonis litteris, & Philoſophiæ ſtudijs optime meritus ſcribit: *Fidalgũ* corrupto vocabulo *Italicum*, ſignificare, immunemq; eſſe, ſicuti immunes erant à tributis qui in Hiſpaniã Italicæ iuris cẽſebantur, quales erãt Pacẽſes, Emeritẽſes, Valentini, & Barcinonẽſes, quorum meminit Iuriſconſultus in l. in Luſitania. ff. de cenſib. Nam hoc tollerebile vitũque eſſet niſi nomen *Fidalgod* decurtatũ eſſet, & niſi pro *Fidalgo* ſeruida pronuntiatione *Fidalgum* diceremus, ſicuti dicimus, *Hi de puta, hi de ruin*, pro *hijo de puta, hijo de ruin*. Si enim *Fidalgo* nomẽ integrũ eſſet, fortè admitti poſſet, vt nomẽ Italicus traſſet in *Fidalgus*, & tamẽ *Fidalgus* ſignificat *Fijodalgo*: & ad patrẽ aliquem ſe refert. Deindẽ, cum hoc nomen *Fidalgo*, ab ipſis Gotthorum temporibus, ad nos videatur deriuatum (præſertim ab eo tempore, quo coluuiæ Hiſpanicarum gentium in Aſturicam Maurorũ metu compreſſe, qui Gotthorum filij erant, quaſi nobiliſſimi, quod pridem Hiſpaniæ Imperium tenuiſſent) notabantur, & colebãtur eo nomine, quod eſſent Gotthorum Filij: tunc autem nullã arbitror fuiſſe inter nos memoriam Italicæ, neque Romani nominis. Et ſi euoluas veteres, huius temporis annales, nullũ in nobilium nominibus inuenies veſtigium. Romanæ, vel Italicæ gentis, immò, omnes præ ſe ferunt nomen Gotthicum, Sueuum, Vandalicum, vel Analicum: hęc enim omnes gentes concidente Romano Imperio in Hiſpaniam penetrantes pulſis indigenis.

genis sedes, ibi beatiores fixerant. Sed fingamus hoc verbum *Fidalgo*, eo seculo natum, quo Gotthorum Imperium in Hispania florebat, an est credendum Gotthos Italici nominis, diros hostes Hispaniæ nobilitatē odioso sibi nomine designasse? eosq; censuisse nobilissimos, qui Italici iuris essent, quos ipsi pro maximis hostibus ducerent, cum plerique eorum Romani sanguinis censerentur, nimirum in colonijs Romanis nati: quinimo Gotthi pro gentis ferocitate, & insito Romani nominis odio, illud videntur lege cauisse, ne Gotthici, & Romani nominis gentes matrimonio iungerentur, & ne matrimonium valeret inter Gotthum, hominem, & Romanā feminam, neq; è conuerso reddebaturque, in lege ratio: quod scilicet, maxima esset disparitas inter Gotthos, & Romanos nimirū Romani (Italici gentis Principes) vilissimi apud Gotthos habebantur, ideò inter eos prohibebatur matrimonium, etiam si iam olim vtraque gens ad corruscantem Euangelij lucem Christi religionē induisset: hanc autem legem aliquādo inter Gotthos latam indicat legum Gotthicarū volumē. Deinde, si *fidalgui* erant Italici, cur deleto Gotthorum Imperio elegerūt Regem ex Gothica stirpe sibi inimicissima quæ Italiciæ, & Romanæ genti, in Hispania exitium pepererat: equidem, nisi in re obscurissima temerariū videri posset sententiam ferre me præsertim plus quàm tenuissime eruditionis hominem, minimè dubitarem affirmare nostram opinionem cæteris omnibus esse verisimiliorem magisque probabilem.

¶ Sunt qui dicant, *Fijodalgo*, hominem diuitem significare, vt Alphonsus Rex, in septem partitis constitutionibus significat. l. 2. vers. *E por esto sobre todas las cosas*, titulo. 21. part. 2. vbi vide Gregor. Lopez, glos. 8. verbo, *Que muestra tanto*. Nam rem familiarem, veteres Hispani appellabant *Algo*: vt ex historijs & antiquijs constitutionibus apparet. Et Beatus Paulus appellans à sententia, volensque exterrere iudicem, allegauit se esse *Aliquid*, hoc est nobile, & vetus Poeta dixit.

Aude aliquid breuibus giaris, & carcere dignū, si vis esse aliquid.

¶ Et vulgo, qui se non omninò spernendū significare vult, dicit: *Yo algo soy*. Sed primum non placet, cur enim, si in nomine *algo* significaret diuitias, & ex diuitijs orie-

tur nobilitas, non potius nobilis diceretur, *Padre de algo*, quæ *hijo dalgo*, deinde, cur qui diuitijs florēt:issimi sunt ante annos octingentos appellantur *Los ricos omes*, y no los *hijos dalgo*, imò plus est, *Ser rico ome*, quæ *hijo dalgo*, nam, *Ricos omes* vocabantur Comites. l. 10. tit. 25. part. 4. l. 23. titul. 6. par. 1. l. 5. tit. 26. parti. 6. Sed huic argumento doctissimus, quidam mihi respondit, *Rico ome* appellari ditissimum, ac proinde esse nobilissimum: at *Fijodalgo*, appellari, qui minoris prætij erat, quoniam non tantas possidebat diuitias. Sed hac sanè via innumerari, ac propè infiniti esset nobiles, quoniā nemo non habebat aliquid. Deinde secundum, non placet, si enim *Algo* significaret, quæ nobilem esse, quorsum additur *Fijo*, nisi dicas: significare esse filium nobilis, qui aliquid fuerit in republica, quasi ex parte augeatur nobilitas, tanquam vetustior, & à maioribus proueniens: cui rei indicij præstat, quod ex contrario, cum aliquē ignobilem volumus significare dicimus. *No es nada*, quasi *algo* significet nobilitatem.

46

¶ Sed certè probabilius est, *Fijodalgo* Gotthi filium significare, nam ex Gotthorum sanguine descendentes, apud nos nobilissimi reputantur, & nulla est in Hispania nobilitas quæ maior censeatur quam *Fidalgum* esse: quamquam hoc sanè nomine ridemur ab exteris, Italisque præsertim, qui Gotthos gentem omnium vilissimā fuisse censerent, quod ab eis præter Romani Imperij fastigium bonæ litteræ, & omnes honestæ disciplinæ interitus sui causā, & originem, sumserint, vt nihil dicam, de veterum ingeniorum monumentis, quæ Gotthorum omnia vastantium rabie perierunt. Sed negari non potest Gotthorū res, maximè fuisse illustres, belloque præsertim. Primi enim omnium hominum de victore gentium populo triumpharunt. Vnū obstat, scilicet, quod inter leges Gotthicas vna est, quæ de eligendo Rege loquens, inquit: *El Rey deve ser de la gente de los Godos, y Fidalgo*. Quasi non sit satis esse de gente Gotthorum, vt quis sit *fidalgus*: neq; enim possibile est omnes Gotthos fuisse nobiles, sicut, neque Romanos: quod indicat Flavius Vopiscus in Bonoso Fœmina, (inquit) *Singularis exempli, & familie nobilis gentis Gotthica*. Sed respōde, quod leges Gotthice, latinæ primo conscriptæ sunt, & post liber traductus fuit in Hispanicā linguam. Quare licet in volumine Hispanica lingua

De Inope debitore

lingua conscripto quod appellamus *fuero* iudgo, dicat *fidalgo*, nō sequitur quod verbū latinum id significet.

¶ Quod autē leges Gothicæ latinè primo conscriptæ fuerint, nemo ex eruditoribus negat, & volumen latinum habebat Franciscus Mendocius, Cardinalis Burgenfis; studiorum, & studiosorum omnium fautor egregius. Deinde, licet tempore, quo Gotthorum Imperium, in Hispania vigeat, non omnes Gotthi essent nobiles, tamen deleta in Hispania Gotthorum potentia: quibus ex ea gente, quæ pridem regni imperium tenuerat nobilissimus habebatur. Quare, si quis hodie probare posset, se ex Gotthorū gēte descendere, nō dubito quin ei, à nostris maximus haberetur honor. Eā enim opinionem apud nos iā olim vulgus imbibit, vt à Gotthis descendentes omnium hominū nobilissimi censeantur.

47 ¶ Nunc ad id vnde digressi sumus reuertamur. Et quidem, quod *fidalgua* renuntiari possit, probatur expressè, & lege, & consuetudine Hispaniæ, nam in vetusto volumine quod appellamus *Tabulas Alfonsi*, seu *Forum Alfonsi*; quod editum fuerit ab Alfofo Rege huius nominis d. cimo, hæc verba legimus. *Qualquier ome fidalgo que es tenuto de yr a las batallas, si ende quisiere dexar la su hidalgua lo puede hazer en esta guisa. Vaya a la ygreja, y diga a los omes buenos del Concejo, que ende quiere dexar la su hidalgua, y los omes buenos tomen ende en las manos tres varas de auellano, y passe tres vegadas por debaxo dellas, y diga assi, Villanos dexo mi fidalguia, y tomo vuestra villania. Y fecho esto, no vaya mas adelante a las nuevas batallas con nusco, y no deuenque mas nuevos sollos. Quæ verba vltima ad solidos referuntur verus enim *fidalgus* dicitur de *Dea vengar quinientos sueldos*. Deinde, hac nostra tempestate in oppido quod vulgò dicitur. *Melgar de herramental*. incole, non ferunt: *fidalgum* quemquam viuere, nisi renuntiet *fidalguiæ*. Renuntiatio autem fœdo actus, & turpi stratagemate fit: erigitur scilicet ingens stercoris cumulus, arreptamq; lanceam *fidalgus* in sterquiliniū contorquet adito ælogio. *Yo renuncio la hidalgua*. Neque hæc renuntiatio à senatoribus huius grauissimi prætorij improbatur, licet Barbaricum stratagma, non placeat.*

¶ Deindè, quod ad hono: ē *fidalgorū* pertinet, illud considerandū, quod ea quæ spon-tanea animi voluntate, quis subit, non coactus, sed volens sibi minimè sunt dedeco-

rosa, obijcit enim hoc, propria voluntate patior, non legis decreto, nec generis ignobilitate, nō cōciuis, sed ego ipse mihi istud pepererim.

48 ¶ Non obstat, quod ex aduerso adduci potest. Primo non obstat, quod contra iudicat senatus Pintianus, ut narrare nobis solet Petrus Vega Senatus Granatensis Præses meritisissimus stemmatis quidem illustris, sed multò animi ornamentis illustrior. Quoniam non est exemplis iudicandum, & aliter sentit Senatus Granatensis, qui Piptiano; neq; auctoritate, neq; doctorum vtorum præstantia vlla ex parte cedit. Deindè non obstat, quod *fidalgua* est ius sanguinis. l. 2. §. quæ omnia. C. de vet. iur. enucle. l. stemmata. ff. de gradibus. Ius autem sanguinis non tollitur pacto, vel renuntiatione. l. ius agnationis. ff. de pact.

49 ¶ Nam, responde, quod nobilitas non est sanguinis, sed sanguinis priuilegium, & qualitas: quamuis enim *fidalgua*, à progenitoribus descendat, tamen *fidalgua* non fuit eis à natura data, vt datur cognatio, & filiatio, sed data illi fuit à Principe; & sic *fidalgua*, non est naturalis, hoc est, non est res quam ipsa rerum natura inuenit, & sanguini hominis infudit, sed est priuilegium Principis, quod ad posteros transit, hæud aliter quàm domus, vel prædium, non tamè quod domus, vel prædium transeat ad filios meos, quia ex meo sanguine progeniti sunt; idè, appellari possunt ius sanguinis, sed ius quod ad filios transit propter sanguinem.

50 ¶ Deinde hæc hereditas patris, naturali iure pertinet ad filium. l. scripto. ff. vnde liber. l. si. C. quor. bono. vnde Sophista quispiam possit deducere, ergo, cū naturali iure pertineat ad filium, non potest renuntiari à filio. * Quoniam quæ naturalia sunt pacto, vel renuntiatione tolli non possunt. l. abdicatio. C. de patria potest. Contrarium tamen iure definitur, nam potest filius hereditati paternæ renūtiare. l. si. quādo. §. & generalitèr. C. de inoffi. testam. c. quamuis pactum, de pact. in. 6.

52 ¶ Quoniam hæc hereditas est ius quod deferretur propter sanguinem; non tamen est ius sanguinis, de quo loquitur. l. ius agnationis. ff. de pact. nam lex illa intelligenda, de iuribus ab ipsa natura inuentis: pura non valebit pactum inter patrem & filiū, quod filius non sit filius, non enim idè minus definit esse filius, valebit tamen pactum,

no

ne filius gaudeat iure, & privilegio filijs concessio, vt succedant patri in portione legitima, & sic valebit pactum, ne fidalgus gaudeat privilegio nobilitatis.

53 ¶ Item natura inuenit, vt pater diligat filium, cognatus, cognatum, valebit ne pactum, q̄ hoc à natura inductum ius interrumpat: vtique non valebit, quoniam iura sanguinis tolli pactis non possunt. Privilegia tamen concessa propter sanguinem pacto tolli possunt, vt iam demonsttraui, & notat glossa in. §. quod autem. versiculo *Cognitionis*. Insti. de capi. dimi. Decius in. l. iura sanguinis. col. 1. ff. de reg. iur. Roman. consil. 82. Bald. in. l. 1. §. ius naturale. ff. de iusti. & iur. Couarru. in repet. cap. quamuis pactum, in initio secundæ partis, nu. 5. de pact. in. 6.

54 ¶ Ex quo sequitur, quod licet quis censatur fidalgus, quia est filius, & nepos fidalgui, non interrumpitur ius sanguinis (hoc est, esse filium illorum hominum) ex eo, quod renuntiet privilegio, quod propter illos (hoc est propter sanguinem) sibi conceditur.

¶ Preterea respondeo, quod hic non credimus fidalgum desinere esse fidalgum, ex renuntiatione fidalgui; sed quod ex renuntiatione nō gaudet privilegij fidalguis cōcessis, vt probat. l. 4. tit. 2. lib. 4. Ordin. l. 4. tit. 2. lib. 6. Recop. ibi: *El quebranta su libertad*, non autē dicit, *El se quebratō su hidalgua*.

¶ Sicuti filius renuntiatione hæreditatis paternæ, non desinit esse filius, tantum nō gaudet iure, filijs concessio. Itaque fidalgus qui ob debitum capitur, nō desinit esse fidalgus, tantum non gaudet in ea solum re privilegio fidalgui: & aliud est nobilitas, aliud nobilitatis privilegium, vt supra dixi. Deinde nō obstat, quod beneficium cessionis bonorum pacto, vel renuntiatione tolli non potest, vt docui supra. c. 1. nu. 41.

55 ¶ Quia nemo potest se perpetuo, obligare ad carcerem, ergo sic fidalgus; licet renuntiet fidalgui, effugiet carcerē. Sed responde primū verum, quando debitor qui cessionem renuntiat, nō habet vllū remedium ordinarium ad effugiendam carcerem, seueus si habeat aliquod aliud ordinarium remedium à lege inductum, vt est cedere bonis, vel seruire creditor, vel operas in eius vtilitatē prestare. vt latē docui supra. c. 2. nu. 28. vers. non obstat secundū: vnde videmus, q̄ beneficiū cessionis bonorū, à iure inductum: est lege Hispanica sublatum;

quoniam licet doctores sentiant, quod non valet lex, vel cōsuetudo, per quam tollitur cessionis bonorum beneficium; intelligendi sunt, quando beneficium cessionis ita tollitur, vt debitor qui soluendo non est, non habeat aliud remedium, quo effugiat carcerem, vt latē dixi capitulo. 2. numer. 6. versiculo, Itaque, vt ad rem. Ergo, cum fidalgus cedendo bonis (more nostro, hoc est patiēdo se tradi creditori) possit effugere carcerem, cessat ratio, propter quā doctores dicunt, quod beneficium cessionis bonorum pacto, vel renuntiatione tolli non potest. Alioqui cum tam in plebeio, quam in nobili verum sit, quod non potest pacto priuare se beneficio cessionis bonorum: sequeretur, quod neque nobilis, neque plebeius, propter debitum capi posset: ita quod non effugiat carcerem cedendo bonis, iuxta cessionem Romanam: contrariū tamen est iure Hispanico inductū. * Deinde, nihil ad rem quod adfert Cifontanus in. l. 79. Tauri. col. 1. vers. 4. dubitatur, scilicet, quod nemo est dominus membrorum suorum, & quod idē fidalgus, cum non sit dominus membrorum suorum, nō potest se obligare ad carcerem: cum nemo possit obligare, quæ sua non sunt. l. pen. C. de reb. alien. non alien. quoniam hac ratione etiam plebeius non posset ex obligatione duci in carcerem, nō enim magis est dominus membrorum suorum, quā fidalgus: nam generalitèr loquitur. l. liber homo. ff. ad. l. Aquil. Hic notandum, q̄ Gregorius in. l. 34. tit. fin. part. 7. verbo, *De sangre*. dicit, quod licet nobilis possit renuntiare privilegio nobilitatis, & conijci in carcerem, tamen, quod nō potest renuntiare nobilitati, quoad hoc, vt torqueatur: puto eius sententiam veram, licet Otalora eam sugillet in tract. de nobil. par. 2. §. 9. nu. 8. dicēs, non esse maiorem rationem in vno casu, quā in alio, sed videtur esse disparē rationem: nam cū fidalgus conijcitur in carcerem non torquetur, neque laniantur eius membra, at cum torquetur, corporis compages dissoluitur, & nemo est dominus membrorum suorum. Neque obstat, quod plebeius torquetur, & etiam non est dominus membrorum suorum: nam plebeius subditus est legi imponenti torturam: at nobilis, liber est ab ea, & sic eius membra magis libera sunt; neque potest ea subijcere per pactum, cum infamia familiæ suæ. At puto generalem renuntiationē nobilitatis, non

li tollere

De Inope debitore

tollere priuilegium, ne torqueatur, verba enim, & obligationes non extenduntur ad incogitata: vt in renuntiatione foeminae dixi supra num. 4. Sed ad rem reddeundo, & respondendo argumentis quae videntur probare nobilem non posse renuntiare priuilegio nobilitatis. Non obstat, quod non valet pactum inter debitorem, & creditorem, vt debitor inuitus detineri possit pro debito, vt dixi. c. 1. nu. 4. id enim verum, vt non possit detineri, a debitore in carcere priuato, non autem, vt non possit conijci in carcerem publicum: de iure enim permiffum est debitorem facta bonorum excussione capere; vt docui. c. 1. num. 26. Praeterea non obstat, quod foemina, quae in assumptione tutelae, renuntiat omni legum auxilio, nihilominus capi non potest, etiam si renuntiatio deberet operari, vt cesseretur renuntiasse legi, quae vetat foeminam capi, vt late dixi. c. praecedenti, & in tractatu de decima tutori Hispanico iuræ praestanda. c. 4. num. 78.

58 ¶ Id enim, ideo amittitur, quoniam nulla foemina potest esse turrix, nisi mater, vel auia, vt in Auth. matri & auia. C. quando mul. tut. offi. fung. potest: matrem autem capi a filio (etiam si expresse in contractu consensisset, se carceri mancipari) esset exemplum execrabile aduersus sanctam naturae legem, quae omnes homines, quantumuis barbaros, docet venerari patrem, & matrem; hoc autem naturale ius non interrumpitur, neque tollitur renuntiatione, vt in l. alia. §. elegantè. ff. solu. matri. vbi Alex. nu. 16. vers. habeo: scribit, quod pater, patronus, & alij enumerati in l. sunt qui putant. ff. de re iudi. non possunt renuntiare beneficio, ne conueniantur ultra quam facere possunt, quod inter alia praestat, ne in carcerem ducantur, vt dixi. c. 3. nu. 2. at capi fidalgum, non est aduersus sanctam naturae legem, neque; aduersus bonos mores, cum ad obsequia vilissima se obligare possit: quod multo magis dedecorosum est sui ordinis hominibus, quam duci in carcerem. Praeterea priuilegia conceduntur fidalguis, non tam propter dignitatem, quam propter fidem animi sinceram. l. 2. tit. 2. lib. 4. Ord. quae habetur. l. 2. tit. 2. libr. 6. Recop. ibi. *por la gran lealtad, que Dios puso en ellos: mandamos, que les sean guardadas sus franquezas y libertades.*

59 ¶ Praeterea, non obstat, quod nobilibus maior sit deferendus honor, quam plebeijs c. de multa. de praebend. Et quod honor reuerentiam praemittit. l. honori. ff. de oper. liber.

& quod iuri reuerentiae causa concessio, renuntiare nemo potest. l. si. C. de bon. liber. l. si. in. l. si quis in conscribendo. col. 5. C. de pact. Decius in. l. venia. col. si. C. de in ius vocand. Vnde eruditissimi viri sentiunt, quod egregiae personae non possunt renuntiare priuilegio. l. ad egregias. ff. de iure iurand. Ita docet Cin. in. l. nec honorè. C. de Episcop. & cleri. Albe. & Alex. in. d. l. ad egregias. Gomezius in. c. 2. nu. 45. de iudi. in. 6. Roman. singula. 169. ex textu, in. c. 2. ad finem, de iudi. in. 6. vbi definitum extat, non posse moniales renuntiare priuilegio sibi a iure concessio, ne teantur ad iudicem ire ad ferendum testimonium: haec argumenta non vrgent, primo. l. si. C. de bon. liber. solum dicit, quod non cesseretur remissum ius reuerentiale: deinde. l. alia. §. elegantè. ff. solu. matri. dicit ius reuerentiale pacto non tolli, loquitur tamen de reuerentia, quam iure naturae vxor debet marito, & filius patri quam pacto velle interrumpere, esset summè barbaricum, esset enim interrumpere preceptum Dei, priuatis pactioibus, reuerentia autem quae nobili debetur, non procedit ex iure naturali: * sed ex quadam ordinis congruentia oportet enim in republica omnia esse politicè disposita, & vt plebeijs, & opifices, in quibusdam caedant nobilibus, & vt nobilis (qui vt plurimum diues est) si a fortuna bonis spoliatur, non sentiat, vsque ad carcerem, fortunae iniquitatem: cum etiam inops utilis esse possit rei publicae: neque quisquam qui sensu non careat, dicet reuerentiam quae fidalgo debetur, esse similem reuerentiae quae debetur patri: debetur quidem senibus honor, & reuerentia, eamque natura ipsa docet: tamen potest creditor iuuenis, conijcere in carcerem debitorem senem, praesertim, quod nobiles non nunquam ab inuitis plebeis, per tyrannidem honorem extorquent: neque plebeius, vel fidalgus, qui petit pecuniam tantum honorem debet fidalgo debitori, quantum patri, alias non posset eum conuenire in plus quam facere potest, sicut, neque; patrem, quod est falsum: ¶ Non obstat quod beneficium. l. ad egregias. ff. de iure iur. quod reuerentiae, vel dignitatis causa conceditur nobilibus: non potest renuntiare, quoniam verius est renuntiare posse, & posse nobile, vel ex pacto, & renuntiatione expressa. d. l. ad egregias, vel ex renuntiatione tacita, venire ad iudicem ad ferendum testimonium: autore Cino. in. l. nec honorem. C. de obseq. Feli. in. c. si diligenti. 24. de foro

- de foro compet. In fin. d. l. ad egregias, nu. 1. Gomezius in c. 2. nu. fi. de iudi. in. 6. vt apertissimè probatur in d. c. 2. de iudi. vbi probatur personas ibi contentas, non esse cogendas venire ad iudicem inuitas, ad ferendum testimonium: ergo si velint venire poterunt. Quod etiam probatur in l. quãuis. ver. si. in. tus. ff. de in ius vocan. iuncta l. vna. C. co. titulo.
- 62 ¶ Deinde quod attinet ad moniales, idè ad iudicem venire nõ coguntur, quoniã illarũ plerique clausurã vouent, iniquũq; esset, feminas religiosas (quorũ conuersatio in coelis esse debet) misceri hominum turbis, & fori clamoribus: & licet quidam sentiãt beneficio. l. ad egregias, posse renuntari in vno quopiam casu: mihi tamen verissimũ videtur posse hominem quantumvis nobilissimum promittere se generalitèr (quotiescũq; opus fuerit) ad iudicẽ accessurũ, ad ferendum testimonium: quod pro sua prudentia probat D. Couarruias in d. relectione. c. quãuis pactũ in initio. 2. partis nu. 8. ver. quinimò. Neq; enim video probabilem dubitandi causam, quo minus vir (quantũvis nobilissimus) possit generalitèr renuntiare se accessurum ad iudicẽ qui Princeps sui vices gerens, publicam tranquillitatem tuerur. Quid enim hęc sit quod non maximè sit honorificum?
- 63 ¶ Nam Regis vices gerens omni honore (etiam à nobilissimis) afficitur, & nobilis, nobilitatis priuilegio modestè renũtians, eat ad iudicem, vt hoc sit exemplum, accedere volens, omni laude, propter Christianã modestiam prosequendus est, & Christiana autem virtus, omnes mundi inanes honores, vera gloria, & honorum virorum æstimatione longissimè superat.
- 64 ¶ Præterea nõ obstat nostræ opinioni textus in c. si diligenti. de foro competen. vbi probatur clericum non posse etiam cũ iuramento renuntiare priuilegio fori ecclesiastici, & redditur ratio, quoniam id priuilegium concessum fuit ordini sacerdotali, & status ecclesiastici dignitati, sicut beneficium. c. Odoardus. de solut. secũdum Hostiens. & Ioan. And. in d. c. Odoardus. Couarruu. lib. 2. varia. c. 1. num. 19. Menoch. lib. 2. de arbitr. centur. 2. casu. 183. nu. 30. Ioan. Gutierr. de iuram. confirmat. 1. part. c. 17. num. 4. Ex quo videtur inferri nobilem nõ posse renuntiare priuilegio nobilibus concessõ, ne in carcerem pro ære alieno trahantur; quoniam id ordini nobili-
- 65 lium videtur concessum. vt latissimè post Baczam, Ioan. Gutierrez d. 1. part. de iuram. cõfirm. c. 16. à nu. 37. vsq; ad nu. 74. ¶ Sed responde quod cum præcipua pars publicæ vtilitatis consistat in religione, & in his quæ religionem concernunt, vt in l. veluti. ff. de iusti. & iure. certè ad publicã vtilitatem spectat, vt sacerdotes religionis sacri ministri, & Diuinæ legis interpretes verè religiosi sint, prophanisque turbis, & fori clamoribus non miscantur: vt notat Felin. in d. c. si diligenti. num. 24. Couarr. in rep. c. quamuis pactum in initio. 2. partis. col. pen. B. Paulus inquit. *Seruus Dei non litiget*: quare cum hoc prophani non seruent, & sacerdotes à litibus non abstinant, saltem illud videtur omninò concedendum sacerdotalis ordinis dignitati, vt suum habeat sacerdotes peculiare, & quasi sacrum iudicem, neq; in foro publico prophani videant sacerdotem litigantem, cum iuxta verbum diuinum *Arma sacerdotũ preces & lacrymæ sint*. c. non pila quærant. c. cõuenior. ante medium. 23. quæst. 8. c. vltim. 36. distin. Habent iure optimo sacerdotes suum peculiarem iudicem, qui lites inter eos paterna charitate cõponat, & desinat, hoc autem rectissimè dicitur spectare ad publicam vtilitatem, cum ad religionẽ spectet: at non est aduersus publicam vtilitatem, vt nobilis detrudatur in carcerẽ aliqui nunquam nobilis carcere præmeretur vlla ex causa. Neq; obstat si quis dicat quod nobiles militiae asueti Regnum ab hostium iniuria, pugnaci manu defendũt; nam hac sanè via neq; plebei (qui multò plures militant in tanta exercitus multitudine) possent ob æs alienum detrudi, in carcerem.
- 66 ¶ Neq; vlla fit iniuria ordini nobilium, ex eo quod vnus nobilis ex propria renuntiatione, non vero ex ordinis in dignitate detrudatur in carcerem, nam si velit, etiam potest esse faber ferrarius, neq; hoc prohibetur etiam si videatur esse aduersus nobilium dignitatem.
- 67 ¶ Præterea non obstant duodecim argumenta quæ protulit Ferdinandus Vasquius dist. lib. 3. §. 2. 2. nu. 75. Primo non obstat. l. si. C. de pact. pigno. vbi pactum legis commissoriae prohibetur, à lege quia asperum: quæ ratione ei legi, non posse renuntiare scribit Barto. & DD. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. vnde infert Vasquius quod cũ esse in carcere, sit durissimũ

De Inope debitore

quod fidalgus non poterit renuntiare priuilegio, ne ducatur in carcerem: sed responde, quod esse in carcere, non minus durum est fidalgo, quam plebeis, nam. l. in seruorum. ff. de pœnis.

68 ¶ Quæ dicit, quod quælibet molestia personalis durior est, quam rerum amissio, non magis loquitur in fidalgo, quam in plebeio, vterque enim ex ossibus, & mollissima carne cõpositus est. Deinde, quid si is qui non est fidalgus, mercator est, vmbre, & molli otio assuetus, an huic non longè durior est carcer, quam fidalgo? Vtiq; est, attamē in carcerem ducitur pro ære alieno, non obstante argumento. l. finali. C. de pactis pignorum. Deinde, quid si plebeius tenuissima valetudine vititur, an idè non poterit duci in carcerem, quod corpus delicatum acerbius feret carceris molestiam, quis hoc affirmare auit?

69 ¶ Deinde pactum legis commissoriæ, non idè solum reiicitur, iua asperum est, sed quia est impium, & iniuum, & profus iniustum cumque summa fraude coniunctum, vt dicitur in. d. l. finali. C. de pact. pigno. ibi. *Quoniam inter alias captiones præcipuè commissoriæ pignorum legis, crescit asperitas.*

¶ Quare æquissimum est, vt renuntiatio eius legis non sufficiat ad hoc, vt dans pignus cum pacto legis commissoriæ, amittat rē suam, pro vili pretio: esset enim æquissimum: sicut esset iniquum, vt promittens vsuras cogeretur ad earum solutionē, ex eo quod renuntiet legi vetanti, vsuras.

¶ Rursum adfert Vasquius textum in. cap. si diligenti, de foro competent. & quod cū ibi renuntiatio iurata, non tollat priuilegium fori, multo magis simplex renuntiatio, non tollet priuilegium: ne nobilis in carcerem ducatur, cum amissio priuilegij huius, sit nobili longè calamitosior, quam clerico amissio fori, cum carcer equiparetur captiuitati.

70 ¶ Sed respõde, quod hac sanè ratione, neque nobilis renūtians suo priuilegio cum iuramento nõ possit conijci in carcerem, contrarium tamen docet ipse Vasquius, vt infra dicam.

¶ Deinde responde, quod idè in capitulo si diligenti renūtiatio fori non valet, quia tolleretur sua iurisdictio Pontifici, & iudici ecclesiastico, & lederetur puritas, & dignitas sacerdotalis, si clericus, diuinæ cõtẽplationi destinatus, misceretur prophani fori clamoribus, vt dixi supra numero.

39. At nõ læditur religio, nec publica utilitas (quæ in religione præcipuè consistit) ex eo quod nobilis pro ære alieno deuorato ducatur in carcerem.

71 ¶ Deinde adducit. l. si quãdo. §. & generalitèr. C. de inoffi. testam. ibi *quam pactioibus adstringendos; unã sillis verbis, minime prægruari.* Ergo, cum ibi pactum improbetur, quia plus æquo renuntians adstringitur; ita, & hinc renuntiatio improbada, quia fidalgus arctissimè adstringetur, & carceris molestia grauabitur. Sed responde, quod. l. si quando loquitur in patre, qui aduersus naturę legem, qua docetur diligere filium, ei grauisimam legem iniquis pactis imponit: hoc autem optimo iure improbatur, vt dixi vers. Præterea, non obstat, quod fœmina & violator legis naturę, pactis vim allegare aduersus filium, non potest, quem pro iure suo, videtur ad quiduis faciendum, impellere posse. Deinde, hinc non fit pactũ, vt conijciatur in carcerem, sed quod in defectum, non soluta pecuniæ, cogatur spreto nobilitatis priuilegio.

72 ¶ Præterea adducit. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. ibi. *Et cum cognationem quandam inter nos naturæ constituerit, hominem, homini insidiari nefas est.* Et quod tollere homini libertatem est ei insidiari. Sed hoc non magis quadrat fidalgo, quam plebeio: vtriq; enim insidiari nefas est; nihilominus tamē admissum est, vt plebeius ex pacto possit cõijci in carcerē publicũ. Deinde hinc non fit pactum, vt fidalgus conijciatur in carcerem, sed vt soluat rem alienam, & quod non soluendo carcere cogatur ad reponendum alienum.

73 ¶ Quinto adfert. l. 1. §. quæ oneranda. ff. quar. rerum act. nõ det. ibi. *Semperq; sit metu exactiois subiectus, propter quod, quiduis sustineat patrono præcipiente.* Et quod, cum hæc subiectio, nõ toleretur fauore patroni, qui libertatem (donum inestimabile) dedit liberto, multo minus toleradum in fidalgo, qui nullum beneficium accepit, sed responde, quod immò accepit plus quàm beneficium, scilicet pecuniam quæ ad transigendam miseriam huius caducæ vitæ fragilitatem, non minus confert quam sanguis. Deinde, responde, quod lex illa loquitur quando libertus cupiditate consequendæ libertatem durissima promisit domino, vt eum marumitteret, & dominus voluit illum metu exactiois semper habere subiectum, idè durissima imposuit. At hinc fidal-

fidalgus liber erat, nequo metu renūtiatio-
nis erit subiectus, cum solutione liberetur;
soluere autem quod debes, sanctissimum
est, neque dimittitur peccatum, nisi reponas
quod à fratre accepisti. Neque obstat, si quis
objiciat, quòd. §. quæ onerandæ. habet etiã
locum, quando accepta iam libertate, li-
bertus onerosa promisit, id enim verũ nõ
est, nisi constet libertum metu solo, vel ni-
mia patroni reuerentia, ita se subiecisse, vt
pœnali stipulationi se subijceret, vt ibi
probat expresse: at hinc fidalgus, neque
metu, neque patroni reuerentia se submi-
sit, neque creditor patronus est, imò, ne-
que creditor quousque contractus sit abso-
lutus perfectus, & celebratus.

74 ¶ Rursus allegat, quod pater contra pieta-
tem tractans filium, cogitur illum eman-
cipare. l. fin. ff. si quis à par. fuer. manu. &
quod cum asperitas patris, non tolleretur
in filios: qui patribus tantum debent: mul-
tò minus tolerabitur hæc asperitas ab eo,
cui nihil debemus: sed hoc argumentum
parum habet roboris, nam hac ratione nul-
lus, neque nobilis, neque ignobilis pateretur
carcerem pro ære alieno; nam. l. si. non
minus loquitur in nobili, quã in plebeio.
Deinde, hic non conijcitur quis in carcerẽ
directè, neque simpliciter, sed in defectum
alieni æris non soluti.

75 ¶ Præterea adfert. l. liberos. C. de obseq.
ibi, *Cum nobis cordis est ingenuis magis homini-
bus, quam libertis rempublicam frequentari*: sed
hac ratione nullus ignobilis pateretur car-
cerem: nam, & ignobiles ingenui sunt, &
ingenuis hominibus præstat rempublicã
frequentari. Deinde notat eam legem ibi,
Neque vincula perpeti, & ibi, *potius obsequium,
quã seruire ministerium*. Sed quod hoc ad rem,
de qua agimus alioqui ex eo textu nullus
patietur vincula pro ære alieno, quod est
simpliciter falsum. Deinde illa lex in alio
casu loquitur, scilicet in liberto qui operas
non promisit: & dicit textus, quod cū ope-
ras non promiserit, non est pro eis conij-
ciendus in vincula. Quid hoc ad nostrum
tractatum, vbi nobilis promittens solutio-
nem rei quam accepit, renuntiat priuile-
gij fidalguie, aliã rem non accepturus.

76 ¶ Rursus profert. l. fin. C. de non num. pec-
cu. quæ nihil meo iudicio euincit, nã licet
confessio iurata, de numerata pecunia, non
impediat exceptionẽ non numeratæ pecu-
niæ, quia mutua pecunia egẽtes, facile sese
ad quouis obligant: tamen hinc fidalgus pe-

cuniã accipit, & si nõ accipiat renūtiatio
fidalguie nihil nocebit, & exceptione non
numeratæ pecuniæ tutuserit iuxta d. l. fi.
¶ Postremo allegat, quod si nobilis possit
priuilegio hidalguie renuntiare: iam olim
tabelliones eã clausulam suis scripturis ad-
dicerent. Sed hæc cõiectura ad iuris, & iu-
stitiæ lucem parum facit: nam quotidie ta-
belliones nouas addunt clausulas, & renun-
tiationes maioribus nostris inauditas, vt
paret conferenti instrumentũ emptionis
factum, ante centum annos cum his quæ
hodiẽ fiunt, nõ tamen inde inferitur, quod no-
uæ clausulæ nõ habent firmitatis robur.

77 ¶ Deinde Vasquius non euacuat vim. l. 4.
titulo. 2. libr. 4. Ordinatur quæ habetur. l. 4.
tit. 2. libr. 6. Recop. dicens, quod nobilis, per
conductionẽ Regij vestigialis amittit pri-
uilegium nobilitatis: tamen, quod id ex-
pressè facere non possit, sicuti videmus in
clerico, qui expressè non potest abdicare
à se priuilegiũ fori sacerdotalis, vt supra
vidisti nu. 64. tacitè tamen bene potest,
videlicet exercendo artem turpem. c. vni-
uersitatis de senten. excõ. iuncto. c. 1. de cle-
ric. coniuga. in. 6. Alex. conf. 8. nu. 2. libr. 1.
Quare dicit, quod nobilis conducendo Regia
vestigalia amittit priuilegium nobilitatis,
non tamen id expressè facere possit, vt in-
sinuat. d. l. 4. Ordina. & d. l. 4. Recop. ibi:
*Saluo, sino fuere arrendador de nuestros pechos, y
derechos: porque en tal caso, el mesmo quebranta
su libertad*. Deinde adducit, quod cum nobilis
amittit priuilegium nobilitatis ex condu-
ctione Regij vestigialis, vel clericus priui-
legium fori, potius videntur eis adimi, tan-
quam indignis, quã amittere ea, ex remis-
sione. Sed certè. l. 4. Ordina. & Recopil.
nõ tã vrgent, dũ disponis, quod nobilis cõdu-
cens Regia vestigalia potest capi, quã in ra-
tione generali, quã statim subijcit ibi, *Porq̃
el mismo quebranta su libertad*. Nã de iure, cū ra-
tio est generalior lege, extenditur vltra casũ
legis. l. 1. §. sexũ, & ibi Bar. ff. de postu. Bal.
in. l. generali. C. de Epif. & cler. las. in auth.
quas actiones. nu. 17. C. de Sacros. Eccles.
Rursus, nõ potest videri addimi in. d. l. 4.
Ordi. & Recop. priuilegiũ ob indignitatẽ
nõ enim admittitur: sed dicit, quod nõ gaudet
priuilegio nobilitatis. *Nõ enim cõducere
Regia vestigalia res est indigna, ea indi-
gnitate quæ pœnã (hoc est priuilegij amif-
sionẽ) promeretur, sed nobilis non gau-
deat priuilegio fauore census Regij.

79 ¶ Et quod adfert de sacerdote dissimile est:

De Inope debitore

79 ¶ Nam sacerdotem exercere artem turpē, (purā histrionicā) res est indigna, quæ coercionem, & amissionem fori mæ reſur: at nobilem conducere Regia veſtigalia, nō est res indigna, hoc est impia criminosa, vel turpis, sed forsam est minus honorifica, quam nobilem deceat: alioqui conductor Regij veſtigialis amitteret omnia priuilegia nobilitatis, sed non amittit.

80 ¶ Nam, neque mercatura, neque exercitiū artis vilissimæ, non tollit Fidalgo priuilegium nobilitatis, licet harum rerum exercitium multō vilius sit, quam conducere Regia veſtigalia: vt dixi supra num. 34. Cur ergo tollat cōductio Regij veſtigialis, ea ratione, quod est res indigna, cum res sit minus indigna, hoc est minus dedecorosa, quam exercitiū mercaturæ, aut artis vilis.

81 ¶ Certè nobilis cōductor Regij veſtigialis non amittit priuilegium nobilitatis, nisi solum quoad hoc, vt possit duci in carcerē, vt in d.l. probatur, quod non ob aliud statuitur, nisi vt Regius census, ad defensionē cōmunis patriæ necessarius, incolumis sit, nō autem ob indignitatem, alioqui omnia priuilegia nobilitatis amitteret. Et quod illud non disponatur ob indignitatem cōductionis, probatur, quoniam vbi cumque quis debet pecuniam Regi, ex quacūque causa debeat, nō gaudet priuilegio nobilitatis, vt in d.l. 4. Ordina. & Recopila. Non omittendum, q̄ Celsus verbo *hidalgo*, versu 7. inquit, *hidalgum* conducentem Regia veſtigalia amittere priuilegium immunitatis à carcere, ex ratione quam reddit in verbo *arrendador*, versu 7. scilicet quoniam Iure Regio prohibitum est, que *el cauallero* non conducatur Regia veſtigalia. l. 6. titul. 1. lib. 6. Ordi. Sed erat, quoniam ibi, *cauallero* significat hominem potentem, à quo non facile exigeretur Regium veſtigal: alioqui si ob transgressionem illius legis fidalgus amitteret priuilegium, nō amitteret illud conducendo redditus Ecclesiæ, vel gymnasi Salmanticensis. Vtrumque enim prohibetur *al cauallero*, in d.l. 6. manifestum autem est, quod si conducatur redditus gymnasi Salmanticensis, quod non ideo amisso priuilegio nobilitatis poterit ratione redditus conijci in carcerem: cum de ea re non sit lex, neq; inducenda sit priuatio, nisi in casibus à iure expressis, vt in Auth. de nō eligen. secun. nuben. §. cum igitur. Bald. in auth. ex testamento, nu. 5. C. de secu. nupt. l. si. in. l. cum quidam. ff. de libe. & posthu.

& in. l. quod te mihi, col. antepen. ff. si cert. peta. & in. l. 2. nu. 39. ff. de vulg. & in. l. ab hostibus. ff. sol. matrim. Non videtur prætereundum, ne quis labatur imprudens; q̄ disposita. d. l. 6. non descendunt à dispositione. l. milites. C. de loca. nā ibi ideo militibus Romanis qui semper in armis erant, ideo prohibebantur esse conductores (etiā ruris) ne omisso armorum vsu fierent agricolæ. At quid hoc *al cauallero*, alioqui etiam non poterit conducere rus, sicut miles nō poterat; quod est falsum. *Cauallero*, in d. l. 6. significat virum nobilem, diuitiarum splendore potentem, quod receptus vsus loquendi satis probat.

82 ¶ Hastenus aliena argumēta retuli, & profecto mirum videri potest, quod qui hanc tuētur opinionem non adduxerint illud, quod magis vrget, scilicet quod miles (cui iure conceditur priuilegium, ne teneatur vltra quam facere potest. l. miles. ff. de re iudi. q̄ inter alia præstat, ne pro ære alieno in carcerē ducatur, vt dixi. c. 3. nu. 2.) non potest suo priuilegio renūtiare, ita docuit Iacobus Rauē. in. l. si crediderit. ff. de pact. quod putat verum Alex. in. l. alia. §. eleganter. nu. 16. versu. in milite. ff. solut. matr. l. si. in. l. miles. col. 1. ff. de re iudi. Butrius consil. 41. incip. satis puto: quoniam id priuilegium competit personæ: ergo cū immunitas à carcere competat personæ fidalgui, videtur, quod ei non possit renūtiari.

83 ¶ Deinde donator non potest renūtiare suo priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere potest, quod docuit Iacobus Ray. in loco supra citato: quoniam non minus est priuilegiatus donator, quam maritus. l. & exheredatum. ff. de re iudi. & idem videtur tacite sensisse Imōst. in. l. ex diuerso. §. si. ff. solut. matr. dum docet quod maritus, & donator, possunt etiam latæ sententiæ opponere suum priuilegium, licet alij habentes idem priuilegium, non possent; & subiicit rationem, quoniam cum expressè possint suo priuilegio renūtiare multō minus tacite; omittendum oppositionem exceptionis argum. l. qui ad certum. ff. locato. & l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donatio. inter virum, & vxorem. Sed certè idem dicendum in alijs idem priuilegium habentibus, quoniam hæc exceptio moderatur sententiā, & non conuellit eam: neque repugnat eius decreto, ideo generalitèr opponi potest, etiam post sententiā. l. Nesci-

l. Nessenius. ff. de re iudicata. Doctores in d. l. ex diuerso. §. finali. Alexander in. d. §. elegantèr.

¶ Hæc argumenta me non cogunt à sententia discedere, si cuiusq; rei vera ratio expèdatur. Primo donatorem non posse suo priuilegio renuntiare falsum est; docet Alex. in. d. §. elegantèr, numero. 16. versicul. reperio. & Bartol. ibidem, col. 1. quia priuilegium non datur personæ, sed contractui. Deindè, quòd attinet ad militem, puto, nò posse suo priuilegio renuntiare, ne ducatur in carcerem, quoniam si posset duci in carcerem respublica à qua alitur, & quæ eius opera defenditur periclitaretur: hæc ratio colligitur ex. l. milites: C. de locato. Vbi postquam lex dixit, militem non posse còducere, neque fidei iubere pro conductore: subiicit rationem. *Ne omisso armorum usu ad opus rurestre se conserant, & vicinis graues præsumptione militaris cinguli existant. Armis autem non priuatis negotijs occupentur, vt numeris & signis suis iugiter in hærentes, respublicam, à quâ aluntur ab omni bellorum necessitate defendant.*

84 ¶ Ergo cum miles prohibeatur conducere, quia esset impedimentum militaris exercitij, vt significat Alex. in. l. miles ita. de re iudicata, & Gabriel Sarai. in additio-
ne ad Matthæ filianū. sing. 61. Certè menti legis videtur conforme, ne possit renuntiare beneficio, ne conueniatur vltra quam facere possit: quoniam si valeret renuntiatio posset duci in carcerem; deindè spoliaretur facultatibus ad alimenta necessarijs, si deberet Regi ex alia causa, quam conductio-
nis, & tamen vbiscunq; debet Regi, nò gaudet priuilegio, vt supra. Itè, si idè esset, quòd si careret alimentis, non posset militare, nam absq; alimentis non viuitur, quod intellige, iuxta. l. 6. titulo. 5. parti. 3. Sed quid hoc ad tēporarios milites nostri Regni, nam de his qui æquestri militiæ apud Neapolim dant operam aliud sentio, vt per Zasium in tracta. Substitut. onum. columna. 630. l. 29. titulo. 14. partita. 5. Alex. l. Centurio: nu. 23. de vulg. l. 6. titulo. 29. parti. 3. Deinde, quid hoc ad fidalgos, qui non militant more Romanorum militum.

¶ Illi enim in bello, & pace, in otio, & in negotio semper in armis erant, & à republica (dato stipendio) alebatur, eisq; propter usum armorum tribuebatur priuilegium, non vero propter nobilitatē: alio-

qui omnes nobiles Romani gaudebāt militari priuilegio, quod est ridiculum, aliud enim est militia, aliud nobilitas.

86 ¶ Ergo cum aliud sit esse militem aliud esse fidalgum, fidalgus enim est nobilis; sed non est miles, certè non sequitur, miles nò potest renuntiare suo priuilegio, ergo neque fidalgus: alioqui, neq; fidalgus poterit rem conducere, quoniam miles nò potest, vt in. d. l. milite: C. de locato. quod est simpliciter falsum. Deinde sequeretur, quod fidalgus, vel nobilis, non teneretur in plus quam facere posset quod est falsum. Deinde in eis est dispar ratio: nam, fidalgura est priuilegiū, à maioribus iure sanguinis deriuatū, miles, non iure sanguinis, sed propter militare exercitium, respublicæ bellorum tempore vtilem armatur priuilegio, cui posse renuntiare, esset respublicam perdere, nimirum periclitaretur suis defensoribus orbata.

87 ¶ Non obstat si quis ineptè argutus exageret rationem Alexandri. dict. numero. 16. & Iasonis in. l. miles. col. 1. ff. de re iudi. vbi dicit, quod miles non potest suo priuilegio renuntiare, quia priuilegium competit personæ: vnde videtur, quod idem in fidalgo, quia competit personæ: responde, quod priuilegium militare, nò datur personæ simpliciter, sed militari exercitio, quod liquido constat, quia miles non militans, non gaudet priuilegio, nisi sit in seruitio Regis. l. pen. C. de testa. milit. & Bartol. & DD. in. l. miles. ff. de re iudi. l. 29. titul. 14. partita. 5. l. 6. tit. 5. partit. 3. l. 3. 1. titul. 14. partita. 5. l. 1. tit. 1. partita. 1. Quare verba Alexandri, & Iasonis candidè sunt interpretanda, non ineptè exageranda, nam priuilegium militare, competit personæ propter exercitium militare: quod deserere nò potest, sed non simpliciter propter personam; at priuilegium fidalgui, non datur propter personam, neq; propter exercitiū personæ, sed quoniam descendunt à maioribus, eo priuilegio ornatis. Itaq; est ius quod competit propter sanguinem, nò propter personam: immò, ius & priuilegium datū propter personam, & propter eruditionē, vel professionem scientiæ, potest renuntiare, vt Iure Regio probatur in. l. 8. in finalibus verbis. tit. si. parti. 2.

88 ¶ Priuilegium autem militare seruandum in militibus Diui Ioannis, qui perpetuo respublicam militant, & in militibus qui hodie Neapoli. Regi militant, vt per Zasium,

De Inope debitore

fium, in tractatu substit. col. 630. latè Alexand. in l. Ceturio. nu. 23. ff. de vulga. An autè miles debeat esse armatus, vt gaudeat priuilegio militari, vide lib. 4. Ordina. tit. De los caualteros, & tit. 1. lib. 6. Recopil. A uè dan. in dictionario, verbo: caualtero. Et an milites nostri temporis gaudeant priuilegio militari, vide Ripa. in l. Centurio. ff. de vulg. A fflic. in constitutionib. Sicil. Rubr. 9. lib. 1. nu. 28. & lib. 2. Rubr. 31. num. 28. DD. in l. miles. ff. de re iud. & in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. las. in l. miles. ff. de re iudi. & ibi Alex. nu. 23. & melius nu. 24. qui referunt alios, & tractant, an milites vacantes otio, & mercaturæ, & non armis possint torqueri, vel pro ære alieno capi. Sed ego cum loquantur aduersus legem, certè si non militent, eos non excusabo, nisi aliud admittat consuetudo. Reducendo ad questionem, quod nobilis non possit renuntiare priuilegio nobilitatis: illud aliquem mouere possit, qd si hoc admittatur breui tabelliones, in addendis nouis clausulis, vsq; ad iniquitatem curiosi hanc nouam clausulam perpetuo inferent scripturis suis, priuilegiumq; hoc, recta ratione nobilitati concessum in æternum exulabit. Quod autem hoc priuilegium (quod ob æs alienum nobiles non detruduntur in carcerem) non sit iniquum, patet; quoniã maximè discedit à rigidissima dispositione huius legis.

89 ¶ Carcer enim videtur esse causa praua ad addicendum inopem debitorem creditori, quod durissimum est, & pœnæ corporali prorsus par. Sed neque hoc argumentum me trahit in eam sententiam: nã hæc sanè ratione statuendum esset, ne fœminæ renuntiare possent Velleiano: & ne minores priuilegio minoribus concessio iure iurando renuntiarent, quoniam tabelliones in omnibus scripturis à fœminis factis addunt renuntiationem Velleiani, atque item minoris ætatis beneficia addito iure iurando inania prorsus efficiunt. Hęc autem beneficia rectissima naturæ ratione subsistunt (oportet enim fœminarum, & minorum imbecilli ingenio succurri) nihilominus tamè, res æquissima, naturæ cõformis, & tot legibus constituta, tollitur renuntiatione, quæ rã familiaris est tabellionibus, vt nulla magis, atq; adeò bonus tabellio, non haberetur, qui eam non adderet. Credoq; prorsus, ideò hætenus non inferi nobilitatis renuntiationem, quoniã probrois quidã cõtinet, videturq; cõtrahenti malè

ominari. Quare illi qui sunt fœrociori ingenio, renuntiationem indignissimè feret, nisi de ea re pactum cum contrahente factum fuisset.

90 ¶ Nam renuntiare minoris ætatis, & Velleiani beneficio, non est dedecorosum fœminæ, neque minori, etiam si Principes sint, ideò tabellio spõte sua, (etiam à parte non admonitus) addit renuntiationem. At renuntiare nobilitati, nescio quid cõtinet quod fidalgum contrahentem, & premit, & deprimit, tristemq; euetum pollicetur, ideò tabellio renuntiationem nunquã audebit addere, nisi à partibus admonitus; alioqui oportet eum parare manus, quod videatur ad duriores conditiones virum nobilem insolentibus clausulis addigere; quod omnibus nobilibus bilem mouebit, itaq; non est periculũ, ne hæc clausula addatur ex more omnibus scripturis, nullus enim tabellio tale quippiã audebit facere, nisi disertè à partibus admonitus, & vix ipsa pars audebit dicere nobili, vt renuntiet nobilitatem. Denuntiet enim ei carcerem, & quod non erit soluẽdo: oportetq; qui tale quippiam petierit, esse probè loricatũ. Mihi hæc opinio verior videtur.

91 ¶ Est autè res manifestior, cum nobilis iurat renuntiationem, nam, & ipse Vasquius qui rem, tot telis, tot argumentis communiuit, dicit, renuntiationem indubitanter valere: si ad sit iuramentum, ita docet in tractatu de successio. 1. part. lib. 3. §. 28. limitatione. 32. numero. 19. versic. & sic hanc partem.

92 ¶ Quoniam iuramentum seruandum vbi-cunque seruari potest absque interitu salutis æternæ. c. cum cõtingat, de iure iuran. Confirmatur hæc opinio, quoniam beneficium Auth. hoc nisi. C. de solut. inductum in fauorem debitorum, non potest renuntiar: vt scripserunt nonnulli quos retuli. cap. 1. numero. 49. versiculo. adeò autem hoc remedium; tamen addito iuramento renuntiatio valida est, autore Ripa in l. 2. §. muti datio, numero. 28. versiculo item. ff. si certum petat. de qua re dixi dicto c. 1. numero. 50.

93 ¶ Quod confirmatur, quoniam licet debitor facti, liberetur præstando interesse, non liberatur offerendo interesse, si factum iure iurando promissit, vt docui. c. 1. num. 6. v. s. præterea qui promissit.

¶ Rursus hæc opinio esset magis expedita, si nobilis tempore contractus, vel tempore

tempore quo de eo ineundo agebatur : affirmavit se nobilem non esse, tunc enim, renuntiatio facta ex abundantia valida erit, dolusq; nocet nobilis, ita, vt renuntiationem imputare non possit. Decipit enim contrahentem, qui a contractu abstineret, nisi crederet eum nobilem non esse: dolo autem alterius nemo prægruari debet. c. nemo debet. de regul. iur. in. 6. & hoc casu non ex sola renuntiatione, sed ex affirmatione inductus sum, ad contrahendum, & dolus ei nocere debet, non minus quam renuntiatio.

94 ¶ Quinimò, etiam si non renuntiaret privilegio nobilitatis, videtur quod solus dolus excludet eum, si alleget privilegium nobilitatis: minor enim qui se maiorem asserit, non restituitur. l. 2. C. si minor, se maior dixit. l. 6. tit. 19. par. 6. l. 1. in. fin. tit. 10. par. 5. facit. l. 1. §. titu. 1. 8. par. 3. & femina simulans se virum, non iuuatur Velleiano. l. fœminis. C. ad Velleia. l. si decipiēti. ff. eo. titu. & filius familiars asserēs se sui iuris esse, non iuuatur Macedoniano. l. cū qui. ff. ad Macedo. DD. l. 1. C. eo. titulo. Sic mulier asserens rē quæ venditur, non esse dotalem, non potest alienationem impugnare: vti scripsi in Tractatu de negotiorum dotis nomine filiabus. capitulo 30. versiculo. sic mulier. vbi alia similia protuli.

95 ¶ Illud tamē oportet animaduersum, quod asseueratio nobilis, dicentis se ignobile esse, nō suffragabitur creditori, si sciebat asseuerationem falsam esse, & contrahentē esse nobilem; tunc enim non decipitur, & sibi ipsi præcipitium parat.

¶ Hæc limitatio suadet, quoniam nō fit fraus scilicet. l. cum donationis. C. de transactio. Quare filius familiars mutuū accipiens asseuerando se sui iuris esse, potest nihilominus vti beneficio Macedoniani, si creditor sciebat illud esse falsum, quod prudenter docuit Dinus consil. iure municipali canetur. Alex. consil. 122. col. 2. libro. 6. & alij quos citauī. dict. cap. 30. numero. 12. versiculo quod tamē limitandum.

96 ¶ Facit quod scribit Antonius Gomezus in. l. 79. Tauri, nu. 4. quod nobilis tempore contractus, negans se nobilem, potest duci in carcerem, arg. l. qui cum se. ff. de re iudi. quod limitat, nisi mutuās sciebat negationem esse falsam: addit tamen, quod nobilis negans per ignorantiam se nobilem esse,

non amitteret privilegium nobilitatis, argum. c. 1. §. vassallus et. l. si de fœud. defūcti fuerit conten. inter. domi. & agna. & ibi Baldus. Confirmatur, quoniam nō est dolus, neq; renuntiatio tacita, neq; expressa, nemo enim videtur renuntiare iuri, quod nescit sibi competere. l. mater decedens. C. de inoffic. testam. Nam pœna negantis, cessat cessante dolo: l. in. l. 1. in. ut. 1. §. C. de transact. Aluarotus & Prepo. in dict. §. vassallus. Iacobinus sancti Georgii. in tract. fœud. verbo, Distiq; vassalli promiserunt, non committere fœloniam. col. 8. versic. vnde causa. Zasius in epito. fœud. parte. 10. col. 7. Ang. & Rapha. Commensin. l. sed hoc ita. §. quod autem. si de re iudi.

97 ¶ Rursum, renuntiatio nobilitatis facta ab eo qui nobilis est ex privilegio, non verò iure sanguinis, non poterit vilo modo impugnari: hæc enim res est manifestior, quàm in eo qui nobilis est iure sanguinis: hæc enim non quadrant illa argumēta quæ pertinaciter indoctis, & arroganter pertinacibus placent, non posse (scilicet) renuntiare ius sanguinis, & extera quæ vulgò proferruntur. Præterea, hæc non est nobilis, sed habet privilegia nobilium: privilegio autē suo quilibet renuntiare potest. l. penult. C. de pactis. Neq; enim pecunia emi potest virtus, vel generositas vera, vt inquit Euripides apud Stobæum sermonē. 85. & in proverbum apud nos abiit, *El Rey no puede hazer hidalgo*. Deinde, neq; absurdum, neq; iniquum est, vt privilegium nobilitatis adeptus (data forsan pecunia) illo careat, accepta pecunia, à creditore ea conditione, vt non gaudeat privilegio nobilitatis. Postremo res venalis, non maiorum rectè factis, sed opibus parata, non est eius dignitatis, vt absurdum sit renuntiationē eius admitti cum tota hæc nobilitas, non aliàs habeat radices, quam crumenam egentis Principi oblatam: satis est quod hic gaudeat privilegijs nobilitatis, sed iniquū, & stultum est iudicare quod volens, non possit eam renuntiare, cū res de facili redeat ad suam naturam. c. ab exordio. Dist. 35. l. si vnus. §. pactus nē peteret. ff. de pact. l. ij. qui. aliàs Attilicinus. ff. de seru. rusti. prædi. Idem sentio, de his qui muneri ratione nobilium privilegijs gaudent, putà monetarij, & similes, de quibus in. l. 1. tit. 20. De la casa de la moneda, y sus oficiales essenciones, privilegios, y jurisdiccion. libr. 5. Recopil. Illud tamen longo indice notandum, qd si quis à Principe

De Inope debitore

Principe habeat priuilegium nobilitatis quo ad hoc, vt ob æs alienum nõ conijciatur in carcerem: certè si Princeps id concessit, vt expeditius sibi militaret, non poterit ei priuilegio renuntiare, neq; renuntiatio valebit; ne Princeps cuius nomen pius est, spoliatur suo milite, quem ad Regni defensionem parauit; quod intelligo pro tempore ad bellũ necessario, non vero cum absoluto tempore belli domi sedet. l. 6. tit. 5. part. 6. Sit exemplum: Philippus Rex Catholicus, salubri cõsilio (vt Ducum suorum rapinas auerteret) militiam naualem instituit, datoq; in pace, & bello stipendio milites conduxit, vt primo statim mitescẽte vere, classis ad maritimã ore præsidium æducatur; illudq; priuilegij nomine concessit, ne ob æs alienum in carcerem ducantur, siuge militem huic priuilegio renuntiasse, an poterit duci in carcerem: certè, tempore quo bellica expeditio facienda est, non poterit, ne Princeps careat obsequio sibi debito, cuius obligatio antiquior est quam nomen creditoris; hæc opinio probatur in l. milites. C. de loca. vbi milites conducens prædium, non obligatur, ne respublica eius opera careat. Rursus probatur, quoniam ratio quare antiquitus milites, non conueniebantur ultra quam facere possent, erat ne præ inopia cogerẽtur deserere militiam, vt per Alexand. in l. milites ita. ff. de re iud. ergo creditorum cõsentus sufficere non debet, rursus probatur in l. præfenti. §. sane. C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt.

100 ¶ Vbi immunitas ecclesiastica nõ prodest seruo, neq; alio obsequium præstare obligato, ne dominus eius obsequio fraudetur, sic licet quis ex suo facto amittat priuilegiũ nobilitatis, tenetur tamen subire onus nobilitati impositum, quatenus separabilia sunt, Bart. l. 1. col. pen. ver. ex quo infero. C. de dignit. lib. 12. Facit. l. 3. §. si. ff. de interd. & releg. Notant Pla. & Ang. in d. l. 1. Feli. & Deci. in c. intelleximus de iudi. Ripa in l. fi. q. 50. C. de reuoc. donat. Ias. in rubr. ff. de iust. & iure. ver. quintofacit. col. fin. Ang. Aretin. in tract. malefi. verbo sãpronium. col. fi. Si tamen debitor destinato consilio, vt priorum creditorum manus efugeret, huic militiæ se adscripsit, certè affectata militia ei prodesse non debet, textus est expressus in l. si quis decurio. C. de decurio. ibi. *Si quis decurio, aut subiectus curiæ ausus fuerit illam affectare militiam, nulla tẽporis*

*prescriptione muniatur: idem probatur in l. si maritus in. 2. §. legis. ff. ad. l. Iul. de adult. ibi. Ceterum si euitandi criminis sui causa, id egit vt reipublicæ causa abesset, nihil illi commentum hoc proficiat: optimus textus in l. semper. §. Diuus quoq; Pius. ff. de iure immun. bi. Illud excutiatur an effugiendorum mulierum causa imaginem nauicularij induat: sic, si quis in fraudem ingredatur religionem, vel suscipiat sacrosordines, nõ potest opponere priuilegium sacerdotale Bald. in Auth. causa, quæ fit cum monacho. col. 1. C. de Episco. & cler. Bart. in l. 1. col. 3. ff. de pœn. Abb. in c. 1. col. pen. de obli. ad ratiocin. Sic corrumpens consanguineam, vt Pontifex procliuor sit ad dispensandum, vt cum ea contrahat matrimonium, indignus est dispensatione. Sed vidi quæstionẽ hæc apud Senatores huius grauissimi Granat. p̄torij agitari, quidam nobilis à Paulo centum mutuatus promisit solvere, ac si esset pecunia Regis, his verbis apud nos maxime v̄tatis. *Prometo de pagar los, como maraudis y auer de su Magestad.* Quærebatur, an videretur renuntiasse priuilegio nobilitatis, nam nobilis debens Regi nõ potest aduersus eũ opponere priuilegium nobilitatis, vt in carcerem non ducatur si non soluat. l. 4. tit. 2. lib. 4. Ordina. l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopilat.*

101 ¶ E quidem si tacitè, vel expressè constet de voluntate, & mente contrahentium, ei stabo: nam contractus ex conuentione legem accipit, & in contractibus mens contrahentium spectanda, & per omnia seruanda. l. fi. C. quæ res pig. oblig. poss. & in l. sed Celsus. §. si fundus. ff. de contrahend. empt. gl. pen. in l. si in venditione. ff. cõ. prædi. & in l. ita stipulatus La grande, cũ glo. in ver. *ex sententia.* ff. de verb. oblig. Ias. in l. 3. col. 2. C. de lib. præte. vel ex hære. si autem de voluntate non constet, nihilq; proferatur præter hæc verba, in instrumẽto descripta, profecto non credam voluisse renuntiare priuilegio nobilitatis, sed reuulisse se ad breuem solvendi diem.

102 ¶ Nam Princeps pecuniam suam peculiari celeritate exigit: neq; amittendum est, vt ex verbis generalibus congruum sensum iuxta superiorem interpretationem habẽtibus inducatur tãti priuilegium amissio, hĩc enim, nullum est verbum renũtiationis priuilegij, nisi per relationẽ ad aliud, scilicet ad Regiam pecuniã, & quod Regia pecunia seuerè nullo obstante priuilegio exigitur.

exigitur. Hæc autem verborum inductio, sufficere non debet, nam renuntiatio, vt noceat, debet esse specialis, expressa, & discreta, vt prudentissimè scribit Abbas post alios in cap. cum contingat nu. 23. & 24. de iur. iur. Et nemo videtur renuntiare suo

103

priuilegio Ripa. respon. lib. 2. c. 19. nu. 26. ¶ Rursum illud maximè notandum quòd licet nobilis in contractu renuntiet generaliter omni legum auxilio; non ideo censendus renuntiasse priuilegijs nobilitatis, neq; ex tali renuntiatione poterit duci in carcerem; renuntiatio enim debet esse specialis, neq; extèditur ad incogitata, vt dixi supra. Neq; obstat, qd fœmina renuntians omni legum auxilio in assumptione tutela potest capi, quia videtur renuntiasse priuilegio fœminis concessio, ne capiantur, vt notant plures citati. nu. 57. Quoniã ea opinio falsa est, & perniciosissima. vt dixi nu. 40.

104

¶ Sed quid si quispiam nobilissimus pura Dux, vel Comes renuntiet nobilitati, & obliget personam suam. Quæro, an æris alieni ratione duci possit in carcerem: videtur posse quoniam potest renuntiare priuilegium nobilitatis, vt dixi. Sed contra verius. Primò, quoniam Duces, & Comites sunt membra Regni, quibus respublica defenditur, & Regis comitatus ornatur. l. 6. tit. 9. part. 2. Quare cum creati sint, vt Regnũ defendant, Regisq; curas adiuuent (vt ibi dicitur) videtur quòd etiam, si renuntient respublica, non debet eorũ opera catere micipari, argu. d. l. milites. C. de locat. & eorumq; dixi sup. deinde scandalũ: & absurdissimum quidam continet, Comitum, vel Ducum capi ob æs alienum, non minùs autem improbanda, quæ absurda sunt, quam quæ legi nominatim aduersantur. l. nam absurdum. ff. de bon. liber. Præterea dedecorosum est toti rei publicæ, Principes viros carceris squalore, ex priuata renuntiatione, præmi: esset enim (subtatis canibus) respublicã exponere lupis. (hoc est, hostibus.) Quamquam nonnulli istorũ plusquam hostes sunt rei publicæ, nimirum, praua ædificatio ex diuitiarum affluentia, & fortunæ indulgentia contracta; prorripit in fastum plusquam tyrãnicum, quare veris animi bonis carentes, sua cito absumunt deuorantes aliena titulo nobilitatis rapta defendunt; eorq; impudētix res procepsit, vt malè ferari quidam, magnificum cum primis, & illustre putent, præmi mul- 105

Monarchis commune sit. Nihilominus tamen autoritas qua in republica præcellit, induxit morem, vt etiam si centum auri myriades debeant relinquatur eis quantum satis est, ad alimenta cum dignitate, vt dico cap. seq. Hic mos iure non probatur, sed consuetudine non absurda defenditur: si enim res definitur quòd nobiles sunt certè nobilis Iure Regio solum gaudet priuilegio, ne ducatur in carcerem, at non reliquuntur ei alimenta, neq; gaudet beneficio, ne conueniatur in plusquam facere possit: vt supra dixi, neq; enim est lex, quæ hoc dicat. Quod si definitur ex eo qd miles non potest conueniri in plusquam facere possit. l. miles. ff. de re iudi. certè ij, milites non sunt: alius enim est nobilis, alius miles. Præterea non militant, sed in Regali otio degunt, & miles qui non militat, non gaudet priuilegio militari, vt docui supra. Itaq; hæc res potius consuetudine perpetuo recepta, quam iure defenditur. Neq; mihi displicet deferri illustribus viris, præsertim si, vt splendore generis, ita & animi bonis, illustres sint, si quæ, rem non scortis, non alea, non luxu, non comessationibus contriuerunt. Quid tamen si non alendis ægenis, neq; elocandis virginibus, neq; Regijs obsequijs, sua absumperunt, & aliena deuorant: sed fœdè profusi, soluendo non sunt: certè me haberent iudicem parum æquum, neq; enim fauendum luxu, gulæ, aut fastui suspirante creditore, qui fortè suis malis nominibus satisfacere non potest: certè non ex hoc nimirum, non præmerem carcere Principem virum, neq; alimenta negarem, sed alimenta iuxta familiæ dignitatem, non concederem sed rem strictè moderatam: argumento eius quòd de filio prodigante legitimam, scripsi in tractatu de non meliorandis filiabus, cap. 16. num. 19. & eorum quæ dixi cap. 2. nu. 46. Sed enim aduertendum, quòd hic mos tantum admittendus in viris vitæ splendore, & illustri familiæ dignitate præcellentibus, neq; sufficeret descendere, ex Mendocina familia: etiam si genus referre possis, ad ipsum familiæ conditorem, sed oportet illustri vitæ splendore florere, vel floruisse: in qua re statuenda oportet elucere iudicis prudentiam, sed ei non licebit arbitrari, cum nobilis oppidi alicuius Principatu cum iurisdictione potitur, à Principe concessa. ¶ Huic enim alimenta ex generali consuetudine relinqui solent: his enim certius dese-

De Inope debitore

deferendus honos, eam enim habet vim iurisdicção opidi, concessa à Principe, vt etiam si ignobilis sit is cui conceditur, nobilis deinceps censendus sit, vt opinatur Bart.in.l.1.col.fi.versf.ciuitas.C.de d. gni. lib.1.2. Fernia. cap. 1. §. persona, circa med. Per quos fiat inuesti. Guido sing. 486. & decisio. 385. Cassan. confi. 64. col. 2. latè Tiraquel. de nobilitate. c. 7. reliquos tamē fructus, qui deductis iustis alimentis super sunt, accipient creditores. Cum enim ferè omnes illustres viri bona habeant, alienari prohibita, & perpetuo fideicōmissio subiecta, non possunt bona vèdi, ob æs alienū: sed tantum fructus rerum venduntur, vel creditoribus adiudicantur.

106 ¶ Permissum est enim rerum primogenij fructus ob æs alienum vendere pro tempore vitæ possessoris: vt scribit Bald. in Authent. ei qui iurat nu. 60. versic. quæro nunquid in rebus prohibitis. C. de bon. auro. iudi. possiden. argum. l. pcto. §. prædiū. ff. de leg. 2. & arg. l. fi. §. fin. autem. C. cōmu. de leg. vbi vide Bal. in. §. sed quia, & ibi Salic. versf. sed quia Barb. in rub. de reb. Ecclési. non alie. fo. §. col. 3. Bald. in. c. 1. col. 3. versf. quæro nunquid. de prohibi. fœud. aliena. Lup. in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. §. 1. 2. incip. aduertendum tamē nu. 3. versf. secus, & §. 62. incip. vnde lucra. num. 10. versf. & hinc est, & in rep. cap. per vestr. §. 3. 8. incip. ampliabis, nu. 7. versf. & inde est. De qua re prolixè prudentè, & dictè scripsit D. Ludouicus Molina vir iure cōsultissimus in summo Regnorum Senatu Castellæ gratiæ, & iustitiæ consiliario integerrimo, & nostri Regis Philippi. 1. l. potentissimi, legato pro Regni Portugaliz successione, lib. 4. de Hispan. primog. c. 1. vbi singulariter probat per totum caput, primogeniorum alienationem, atq; extinctionē, pluribus vinculis, & legibus, prohibitam esse.

107 ¶ Sed, an hic honos deferendus nobilibus, si exteri sint, & non Castellani, nimirum Castellano Regno contributæ sunt Bethica, Oretania, Carpenania, & ferè omnis Lusitania (exigua deducta parte qua rex Portugaliz potitur) restaq; in Septentrio-
nem Cantabriam complectitur bonam ceterioris Hispaniæ partem. Deniq; à mari Mediterraneo, vsq; ad Catabricum Oceanum, quidquid terrarū in Hispania parte iacet Castellani Regni esse cēsetur. Cætera quæ sub Hispaniæ nomine veniunt in

Aragoniz, Portugaliz, & Nauarræ Regna cōcesserunt. Et vnumquodq; horum Regnorum suis legibus viuunt. Est autem Castellana lege concessum, ne in carcerem ducantur nobiles, dicta. l. 4. tit. 2. lib. 4. Ordinal. l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopil. Quæro quid si hoc iure vt vult nobilis Nauarrus, aut apud Aragonios natus, qui ceterioris Hispaniæ vrbes incolit, vel in Lusitania natus est, ad vltimum Occidentē, an vt possit priuilegijs nobilibus apud Castellam concessis. Hæc est quotidiana quæstio.

108 ¶ Non enim qui est nobilis in vna prouincia, est necessario habendus nobilis in alia, vt notat Bart. in. l. 1. col. 7. versf. examine- mus, & col. 9. versf. tertio expeditis, & col. pen. & ibi Platea col. 2. versf. & ex his inferitur. C. de dignit. l. b. 1. 2. Paul. cōsi. 125. in. 4. dubio lib. 2. Bald. cōsi. 387. col. 1. lib. 1. Solet enim nobilitatis opinio variari, ex varietate regionum, vbiq; suis vigēt moribus, vt scribit Decius in cap. nouit. de iudi. Bald. in. c. cū ab ecclesiarum col. 2. versf. vnde si statutum de offi. ordi. cui rei adstipulatur quod scribit Arist. lib. 1. Polit. c. 4.

109 ¶ Deinde exteri non possunt habere beneficia, neq; dignitates in Regno Castellano, vt in. l. 18. tit. 3. lib. 1. Ordinal. l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopil. Didac. Perez in dict. l. 18. scholio: *Que ningun estrangeiro: vbi adducit illud Deuteron. c. 18. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, suscitauit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies facit.* l. in Ecclesijs, ibi. *tu. uico natus.* C. de Episc. & cleric. l. vn. C. non licere habita. Metropol. lib. 1. c. bona: et. 2. de postulat. prælat. c. nullus inuitus. 61. Distinct. c. neminem. 70. Distinct. Tertio facit quoniam hidalguiæ, quæ est nobilitas sanguinis acquiritur p̄scriptione immemoriali autōre Ripa. resp. lib. 2. c. 26. col. 4. versf. non obstat quod dñs citat Roman. in sing. 289. Ioan. Andr. in. c. abbates de priuileg. 6. Bart. in. l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de public. & vectig. Innocē. in. c. bona, in. 2. col. 2. in verbo requisitus. de postula. præla. Bald. in. c. 1. ad fin. de cōstit. Aret. in. l. more. col. 2. ff. de acqui. hære. & Iure Regio est cōstitutū, vt vidi sti. p̄ximè.

110 ¶ Nobilitas enim sanguinis nō datur, à natura, omnes enim homines natura sunt æquales, idè nemo præmitur nobilis, nisi prober se nobilem autōre Bal. in. l. non ignorat col. 1. C. de his qui acu. non poss. Socin. conf. 249. col. 1. lib. 2. Ripa. d. c. 26. col. 1. Corsetus in. c. grandi. col. 1. 2. de suppleu. acgli.

negli. prælat. quod si nobilitas acquiritur præscriptione, quomodo aduersus Castellani Regem, potuit præscribere Lusitanus, qui ei non subest, Vel Aragonius, aut Nauarrus, cū non ita pridē suis peculiari-
111 bus Regibus parerent. * Præscriptio enim, solum nocet his, aduersus quos, est præscriptum Alex. consil. 161. col. 6. lib. 5. Bald. in tracta. de præscrip. 2. par. col. 2. vers. & si quærat, & præscriptio nascitur ex sciētia, & patientia. Deniq; , q̄ solum Castellani, qui sunt vassalli Regis Castellæ, gaudeāt hoc priuilegio, significat. l. 24. tit. 2. 1. par. 2. ibi: *Al Rey, cuyo natural, o vassallo fuesse.*
 ¶ Sed his nō obstantibus, certē exterus nobilis, apud Lusitanos, vel Aragonios, vel vbiuis terrarum, dum tamen in Hispania natus, non est ob æs alienum præmendus carcere, neq; ad solutionem tributorū cogendus. * Nam priuilegia, quibus fidalgui gaudent, non sunt concessa fidalguis Castellanis, sed fidalguis totius Hispaniæ: Lusitani autem, & Aragonij, & Nauarri, Hispani sunt, ita probatur in. l. 2. tit. 2. lib. 4. Ord. l. 2. tit. 2. lib. 6. Recop. inquit lex: *Queriendo guardar la frãqueza, que han los fijosdalgo de Castilla, y de las Españas.* Neq; obstat, q̄ in aliquibus codicibus deficit. Y. Quoniã sunt corrupti, & in omnibus codicibus Ordinationum antiquis legitur. Y. Vt patet in impressis Salmant. apud Dominicum Portonarijs, Catholicum Typographum. Anno. 1575. cum cōmento Doctoris Didaci Perez. Rursum probatur hæc opinio in l. 1. tit. 4. par. 7. ibi, *Tuuieron por mejor los fijosdalgos de España.* Præterea, probatur in principio, tit. 3. par. 7. ibi: *Rieptãse los hombres fijosdalgo segun costumbre de España.* Deindē, ita legimus in. l. 1. tit. 2. lib. 4. Ordinat. ibi: *Porende el Emperador dō Alonso, en las Cortes de Najara, ordenó los fijosdalgo de España.* Postremo, in pragmaticis, fo. 187. & in pluribus legibus Stilli legimus, *idalgo de deuengar quinientos sueldos, segun fuero de España.* Ex quo inferitur hos nobiles, qui fidalgui appellantur, disseminatos esse per totam Hispaniam, & l. 2. tit. 2. lib. 4. Ord. dicit, vt seruentur immunitates, non solum fidalguis Castellanis, sed fidalguis Hispaniarū, scilicet incolētibus vteriorē, & citeriorē Hispaniã; Et licet ea lex sit condita à Castellano Rege, potuit Rex Castellanus immunitatē donare fidalgos, qui extra Castellā sunt, sed verba eius legis videntur omnino hīc inferēda. *Establecemos, y mādamos, que*

riendo guardar la frãqueza, que han los fijosdalgo de Castilla, y de las Españas, que les sean guardadas todas sus libertades, frãquezas, y esbēciones.
113 ¶ Præterea fidalgui, qui sunt in vniuersa Hispania, omnes descendunt ab eisdē parentibus: nimirum à Gothorum gente, & ab his, qui cū Pelagio Maurorum impetū fugientes, sese receperunt in Asturicā, neque enim legimus Gallos, aut Italos, aut Germanos, subsidio venisse Hispaniis, vt barbarorum iugum excuterent, & si qui venerūt, pauci erant, & in patriam redderunt; sed reliquiæ Gothorū, quæ cū Pelagio euaserunt, post annos septingētos pulis barbaris Hispaniam receperunt.

114 ¶ Præterea cū hidalgua probetur, probādo immemoriam, certē immemorialis referenda est ad tempus, quod est magis vtile ei qui eam allegat, hæc est opinio cōmunis, vt quā pluribus probat Alex. cōs. 6. nu. 5. lib. 1. Ioan. And. & DD. in. e. cū Apostolicā, de his quæ fiūt à Prælat. Ias. consil. 136. col. 1. lib. 2. iacobinus de sancto Georgio in tractatu fœudorum, in verb. *Cum mero mixto Imperio*, in sine Balbus, in tracta. præscriptionum, in. 1. par. 5. partis princ. q. 7. col. fi. Aufrer. in decis. Tholof. 439. iuxta quā opinionē hidalgus, qui immemorialē probauit potest dicere, q̄ cum Rodericus Rex Gothorū, & ceteri eius gentis Principes fuerint Reges totius Hispaniæ, & postea Ferdinandus magnus, pater Regij Sāci, vulgo dictus *Don Sancho el Brauo*, fuerit, non solum Rex Castellæ, verum etiã Nauarræ, & Aragonum: ac præterea Reges Castellæ, fuerint Reges Portugaliz, & supremo in eo Regno iurisdictionem tenuerit, sequitur, q̄ fidalguis, qui probat immemorialem, potest etiam, si sit Nauarrus, vel Aragonius dicere progenitores mei præscriperunt aduersus Regem Castellæ, tempore, quo Rex Castellæ erat Rex totius Hispaniæ, & licet postea Regna fuerint diuisa, hoc mihi nocere non debet, vt in. l. id q̄ nostrū. ff. de reg. iur. & in. l. 2. tit. 2. lib. 4. Ord. l. 2. tit. 2. lib. 6. Recop. vbi cautū extat, q̄ etiã, si Rex alienet oppidū sēper fidalguis seruādæ sunt suę immunitates, & priuilegia. * Nō obstant ex aduerso prolata. Primò, nō obstat, q̄ nobilis in vna provincia, non est nobilis in alia, non enim ita simpliciter loquuntur DD. sed dicūt, q̄ cū varijs sint gētium mores, non nūquam, qui apud Italos habetur nobilis, nō habetur nobilis apud Gallos: nimirum mercatores, in
 Kk aliquibus

De Inope debitore

- aliquibus Italiae regionibus, non habentur ignobiles, & apud Hispanos habentur ignobiles, nimirum, mos regionis tribuit, vel addimit nobilitate: at fidalgui nobiles habentur, non solum Castellae, verum etiam Lusitaniae, Aragoniae, & Navarrae, denique per vniuersam Hispaniam haec vera, & solida nobilitas habetur. * Non obstat, quod exteri non possunt habere dignitates, & beneficia apud nos: quoniam fidalgui Lusitani, & ceteri, qui in vniuersa Hispania sunt, possunt probata immemoriali d. cere se praescripisse, cum Castellanus Princeps Rex erat totius Hispaniae, & quod diuisio Regnorum sibi praedjudicare non debet. Praeterea d. lex Regia. l. 8. tit. 3. lib. 1. Ord. l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopilatio. est intelligenda de beneficijs ecclesiasticis, & de dignitatibus habentibus iurisdictionem. Deinde respondeo, quod Rex Castellae voluit, ut fidalgui totius Hispaniae seruarietur sua immunitas, ut probatur in d. l. 2. itaque fidalgui totius Hispaniae, a carcere, & a tributis Castellae, immunes sunt, omnibusque honoribus fidalguis concessis gaudere debent. Non obstat. l. 24. tit. 2. part. 2. quoniam ibi illa verba: *Al Rey, cuyo natural vasallo fuese*: significant, quod non committitur crimen laesae Maiestatis, nisi a subdito, vel *vasallo*, ut ibi probat textus.
- 117 ¶ Sed quid si nobilis Italus sit, vel Gallus, qui licet praescripserint nobilitatem, praescriptio non nocet, nisi Principi suo, aduersus quem praescripsit, ut probatur supra. Sed adhuc Italus, & Gallus, potest dicere se praescripisse aduersus Romanos Caesares, qui totius Europae, Asiae, & Africae Imperium tenuerunt, & ex consequenti Hispaniae vtriusque domini fuere. * Et quod nobilis probata immemoriali, potest referre eam ad tempus sibi magis utile: scilicet, ad tempus Romanorum Caesarum, nobilitas enim ab antiquissimo tempore fuit inter homines, ut probat Dionysius Halycarnaseus lib. 2. Antiquitatum Romanarum, & probatur Deuteronomij. c. 1. Sed obstat, quod Reges Hispaniae, tam Gothi, quam recentiores, non sunt successores Romanorum Caesarum, sed bello sibi Regnum parauerunt. Haec quaestio altiore indaginem ex postulat. Nunc ea opinio videtur probabilior, ut nobilis, apud Italos locum habeat inter nobiles; in Hispania: immunitusque sit a carcere, sed non a tributis, nam apud Italos, non omnes nobiles immunes sunt a tributis, immo, neque
- pendent, non pendet Hispaniae Regi, praefertim, cum tributum, quod ipsi non solunt, soluturi sint agricolae, & viduae. Hoc limitarem, nisi exterus nobilis, esset Hispanicae stirpis, tunc enim ei suffragabitur maiorum praescriptio.
- 119 ¶ Illud non praetereundum, quod dicit. l. 3. & 5. tit. 2. lib. 4. Ordinationum. l. 3. 5. & 6. tit. 2. lib. 6. Recopilat. Quod non potest fieri executio in domo, neque in equis, vel armis fidalgui, quae ratio, haec lex ferretur, moribus quae sit recepta. Equidem, quod ad domum attinet, nunquam vidi, vel audiui eam seruare. Sed tantum quoad equos, & arma. Tu autem in actu practico, vide Ioan. Arce de Otalora, in tract. de nobilitate. 3. part. c. vlt. nu. 2. Sed est quaestio, quid si facta executione liquet fidalguum, non alia habere bona, quam arma, vel equos; quae ratio, an in eis capi, & pro aere alieno vendi possint? & magis est, ut vendi possint ex textu in l. stipendia. C. de execu. rei iudi. & ex notatis, per Rober. Marata. in speculo aureo, titulo de executione, num. 55. & ex l. 3. tit. 27. par. 3. ibi: *E non deuen cutregar, por razon de dedda, lo re que fue dado juyzio, en caualllos, ni en armas de caualleros, ni en bueyes de arada, cuyos quier que sean, fallando otros bienes del vencido, en que se pueda cumplir el juyzio.* Nota haec vitima verba ibi, *Fallando otros bienes*: ex quibus, a contrario sensu elicitur, quod si alia non reperiantur bona executioni fieri potest in armis, vel equis fidalgui. Sed respondent quidam, quod lex illa, non loquitur in fidalgo, sed in milite, sed respondeo, quod immo, in milite maior erat ratio, cur statueretur, ne arma, vel equi eius venirent, etiam, si aliunde solui non posset, nam miles, militat: & in expeditione bellica occupatus, semper est in armis, ad Regni praesidium: puniendus tamen esset, nisi arma habeat, quare equum videbatur, ut eius arma, & equi vendi non possent: etiam si alia non haberet bona: nihilominus tamen, aliter statuitur in d. l. 3. tit. 27. par. 3. Multo magis idem admittendum in fidalgo, qui domi in pace quiescit, neque semper militat, ut miles, qui est in bello. Denique tantam aequitatem praese fert, haec vox, *Redde quod debes*, ut optimo iure, si aliunde solui non possit, privilegium fidalgui filere debeat.
- 120 ¶ Neque enim nobilitas debet esse occasio, ut quis rem alienam rapiat, & creditor suam perdat: tantum ministri iudicium, aequum est,

est, ut ex domo viri nobilis, neque equum, neque arma extrahant, in principio executionis, quod si appareat aliter soluendo non esse satisfaciendum, ex quibuscumque rebus, ei qui pecuniam suam petit, & hanc opinionem probat Auēdanius in dictionario, verbo, *Cauallero*. Quæ essent manifestissima, & cum rigore exercenda si nobilis de industria plures equos emisset, ut maiorem summam nobilitatis titulo retineret, vel bona absconderet, argumento eius, quod dixi supra de eo, qui de industria militiæ nomen dat.

121 ¶ Præterea, quod equi, & arma hidalgui vendi possent, si non sint alia bona probatur, quoniam. l. 4. & 5. tit. 2. lib. 4. Ordina. l. 3. 5. & 6. tit. 2. lib. 6. Recopilat. Solū dicunt, quod in vestibus equis, & armis hidalguis, non possit fieri executio, executionem autem vulgo appellamus primum rigoris actum, quo apparitor exequendo præceptum iudicis, extrahit e domo debitoris res quas inuenit, sententia autem, qua iudex præcipit solutionem venditis bonis fieri, non appellatur apud nos vernacula lingua *execucion*, sed *sententia*, & post sententiam fit venditio: & iuxta hanc interpretationem, certè æquissimum videtur, ut non existentibus alijs rebus, executio ulterius procedat, & equi, & arma hidalgui capiantur, & vendantur: priuilegium autè fidalgui, vel militis filet, si debet Regi. l. 4. tit. 2. lib. 4. Ordi. l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopilatio.

122 ¶ Sed quid si debitor captus allegat se nobilem esse, & quod non est ob æs alienum præmendus carcere. Quæ res, an sufficiat, quod summarie probet se hidalgū, ut soluat e vinculis. Mouet questionem, quod per negationem efficitur res dubia, & quod l. 6. tit. 2. lib. 4. Ordina. quæ habetur. l. 9. tit. 1. lib. 2. Recopilat. & l. 7. & 8. cod. titulo, & libr. Henricus Rex constituit, ut nobilis, cuius nobilitas non apparet per sententiam, quæ in rem iudicatam transferit, teneatur tributa soluere. Quare videtur necessarium ad hoc, ut nobilis gaudeat priuilegijs nobilitatis, quod nobilitas appareat per sententiam, quæ in rem iudicatam transferit: sed distingue, aut enim nobilis, habet pro se sententiam in possessione, & proprietate, & transiit in rem iudicatam, & res est plusquam manifesta: aut sententia quæ transiit in rem iudicatam, est solum in possessione, sed non in pro-

prietate, & hoc etiam est manifestissimū: inutilis enim esset res iudicata in possessione (imò etiam inutilis esset ipsa possessio) imò possessionem non haberet, si in hoc casu, & similibus res iudicata sibi non suffragaretur, etiam si pendeat iudiciū proprietatis: sic Baldus in. l. non ignorat, col. 3. & 4. C. de his qui accus. non poss. docet, quod si existens in possessione clericatus petat rem, quæ est pleni præiudicij, putat decimas: quasi possessio non sufficit, nisi ostendatur titulus, si pars aduersa alleget illum, non esse clericum, si tamè quasi possessio allegetur ad defensionem, vel ad rē, quæ non est pleni præiudicij, & tunc quasi possessio sufficiet, etsi non ostendat titulū.

123 ¶ Sed res efficacius probatur ex Bald. ibi. col. 4. vers. in tertio casu: vbi scribit, quod si ius personæ allegetur, ad impediendam executionem, quasi possessio illius iuris sufficit, ad illam impediendam, & ad consequendum priuilegium: putat, si aliquis damnatus ad poenam laquei, alleget se clericū, & petat se remitti ad suum iudicem, certè sola, quasi possessio clericatus sufficiet: sic quasi possessio alicuius qualitatis, sufficit, quando tractatur de ea, non principaliter, neque ad plenum eius præiudiciū, sed incidenter, auctore Bald. in. l. eam quam. col. 3. vers. sed nunquid. C. de fideicom. & in. d. l. non ignorat. col. 2. C. de his qui accus. non poss. & hanc opinionem probat Otalora, in tractatu de nobilitate, in. 2. part. 3. part. princ. c. 10.

¶ Si tamen nobilis, non haberet confirmatam possessionem, per sententiam, quæ transferit in rem iudicatam, & non penderet super eius nobilitate, sed videns se captum, allegat priuilegium nobilitatis, prolatisq; testibus docet se nobilem, an hoc satis sit, si creditor id neget: hinc non quadrat pragmatica Regis Henrici, de qua supra proximè numero. 122. nam loquitur, cum mouetur principaliter lis super nobilitate, hinc autem venit incidenter. Deinde Baldus in. l. non ignorat, columna. 5. dicit, quasi possessionem militiæ non sufficere, ut allegans se militem, remittatur ad militem magistrum. Præterea facit, quod innumeri se falso nobilitatis titulo venditant, præualidiq; diuitijs, vel amicis, quidvis prolatis testibus probabunt; quare si hæc aperiat ianua, pauci pro ære alieno cōstringentur carcere, vel pro crimine torquebuntur cū infinitis

De Inope debitore

fit numerus plebeiorum, qui in patria, in catalogo nobilium sunt descripti, cū nemo nō sciat eos esse ignobiles, & hæc possessio sufficere non debet, cum vbique terrarum adulatione, vel metu extorqueatur.

125 ¶ Quare libentè eam sententiam probo, vt si captus certo sit illustis, vel aliàs nobilissimo genere prognatus, soluatur è vinculis: vbi primum de parentibus, & genere docet, nisi creditor neget non esse ex eo patre ortum. Moucor, quoniam notorium, & sententia æquiparantur. l. emptorē, vbi notant Bar. & omnes. ff. de actio. empti. & super filiatione proceditur summarè; q̄ si nobilitas possit aliquo modo esse dubia, quoniam, non omnis populus credit eū nobilem, certè iudex qui debitorem eximit è carcere, reus est peccati, & facit creditorem rem suam perdere, & pessimè agit, & ita sētit Otalora. d. c. 10. col. pen. Sed est illud perpetuo notandū, q̄ si probaretur virum quantūuis nobile, & illustrē abscondisse bona, certè, etiā si eius nobilitas esset plusquam manifesta, & re iudicata cōfirmata capi potest, tūc enim nō capitur ex defectu nobilitatis, sed ex dolo: quo casu nobilitas nō prodest, vt dixi hoc ipso capit. nu. 96. & c. 10. De debitore obligato ratione rei, nu. 10. & probaui. c. 6. De herede, num. 26. vbi debitor qui fecit inuentarium cōueniri potest ultra vires hæreditarias, & in carcerem detrudi, si probetur abscondisse bona: licet, si hoc non probaretur, aliter esset statuendū. Facit etiam quod licet, qui obligauit bona sua pro alio, non possit capi, si non obligauit personam, id fallit, si probetur illū abscondisse bona, vel aliàs doctū commisisse, vt docui supra hoc cap. num. 6.

126 ¶ Item, licet clericus pro ære alieno, non possit duci in carcerem, fallit, si exportauit, & abscondit bona: vt scribit Sanseuerinus in tractatu de debitore suspens. & fugitiu. quaest. 6. quintæ quaestio. princ. Couar. varia. resol. lib. 2. c. 1. num. 9. Idem sentio, si malitiosè corrūpit, vel contriuit bona sua, vt in fortioribus terminis probatur in. l. etiam. §. licet. ff. solut. matrim. & ibi doctores. Postremò illud addendum, quod si in questionem veniat, an quis sit nobilis, ille qui creditori traditus fuit, non præsumetur esse nobilis. Eaq; re, probata videtur, probatus actus quidam positius ignobilitatis, sed non statim censeri debet notoriè ignobilis, quid enim, si ex delicto iustus est operis satisfacere creditori. Quid si

non opposuit priuilegiū nobilitatis: Quid si absentibus testibus rem probare nō potuit, in dubio tamē ignobilis præsumetur? ¶ Sed disputatur quotidie, an doctores possit pro ære alieno capi, & an sit addendus creditori. Certè, quod doctores non legens, possit æris alieni ratione capi, docet Bar. in l. medicos. C. de profess. & medi. lib. 10. in fin. & ibi. Platea & Rebuffus, Pau. in prohemio. C. nu. 9. Cardin. in Cle. 2. in. 4. q. de magistris: quamquā solum dicit, quod est immunis, à muneribus realibus, & personalibus, & in non legentibus reliquit cogitandum. Sed opinionem Bar. sequitur las. in. §. pœnales, nu. 80. Inlti. de actio. Maranta. in practica. 6. part. 3. & vltimo actu, numer. §. 6. & in doctore, qui exercitio est doctores, hoc admittit. Alex. in. l. Ceteriorum, num. 17. ff. de vulg. pro qua opinione facit textus in. d. l. medicos, ibi: Professores, professores enim dicuntur, qui publicè legunt, vt in prohem. ff. in fine. & probatur ex Plinio. epist. 76. Deinde faciunt illa verba Doctores legum, posita in. d. l. medicos, nō enim eo tempore cogniti erant, ij, quos appellamus doctores, quoniam eis pileus, & annulus solēni cerimonia oblati, nō erat tñ prius pecunia tradūtur: sed quia iuueturē docebant, ita probatur in. l. vnica. C. de emend. codi. ibi, Et Beritensium doctores Dorotheum; dicitur enim Beritensium doctores; quoniam apud Berytenses iura prælegebat, nō enim, vt dicimus Doctores Theologie, & Medicine, & reliquarum scientiarum, dicimus etiam, Doctores Berytensium est. Sed locus prælegendo iuri destinatus, vt dicitur in prohemio. ff. §. hæc autē. Idē probatur in. l. 1. C. de iusti. Codi. confir. ibi: Iuris Doctores in hac alma vrbe Theophylus. Nota, quod dicitur Doctores, nō simpliciter, neq; otiosè ad significandum inanis superbiæ titulum: sed dicitur Doctores Iuris in hac alma vrbe, quoniam in ea vrbe prælegebat: idē efficacius, colligitur ex Alio Lampridio in vita Alexandri Seueri, vbi de his, quos Alexander audisset, loquens, inquit, Romæ grammaticos Scaurinum, Scaurini filium Doctores celeberrimum. Nota quod grammaticum appellat Doctores, titulus autem doctoralis, non datur grammatico, sed dicitur Doctores, quia publicè docebat: sic Hieronymum, & Augustinum, appellamus Doctores Ecclesiæ, quoniam docendo, & scribendo Ecclesiam suis scriptis illustrarunt.

128 ¶ Ex quo deducitur, q̄ hoc nomen Doctores, cuius

cus fit mentio in. d. l. medicos, non significat titularem doctorem, sed docentem: quare, qui doctoris titulo vult effugere, ne ob æs alienum ducatur in carcerem, debet docere, quod ipsa vis verbi, satis significat, ridiculumq; videtur proferre dispositionem. d. l. medicos, ad defensionem doctorum nostri temporis: cum tempore quo ea lex condita fuit, doctores dicerentur, qui docebant, neq; alij cogniti essent: immo, ipsa lex, non dicit solum *Doctores*, sed addit *Doctores legum*, hoc est, *Professores*: hoc liquidius probatur ex fine eius legis, ibi: *Multos instituunt*, quasi ratione institutionis detur priuilegium. Comprobatur Bartoli opinio, ex. l. si duas. in fi. ibi: *Qui publicè iuuenibus profunt*. ff. de excusa. tuto. datur enim priuilegium, ob vtilitatem iuuentutis, quæ docetur, non ad augendam pœnam doctoris.

129 ¶ Quare non rectè accusat Bartolum, Guido Pap. d. decif. 88. & d. decif. 388. vbi aduersus eum profert quatuor argumenta. Primò, quod. d. l. medicos, loquitur indistinctè in doctoribus, sed errat: nam si ibi lex vellet denotare hos, qui nunc appellantur doctores, titulo magis, quàm re, non enarraret tot scientiarum professores medicinæ, ferè omnium scientiarum professores sunt doctores: at lex secus fecit, imò, postquam nominauit medicos, & grammaticos, & archiatros addidit, *Et professores alios litterarum, & doctores legum*: hoc est, qui docèt leges: nam eo seculo titularij doctores nostri temporis cogniti non erāt, imò, neq; Bacchalarurij, vt testatur Alciatus: & doctissimus Erasmus in libello de pronuntiatione. Alioqui, si ea lex non requireret, vt ibi contenti actu profiterentur, certè medicus, etiam si, neq; legat, neq; doctor sit, gaudebit priuilegijs ibi contentis. Nā lex cum fecit mentionem medici, non addidit doctorem, quare ergo Guido & ceteri, qui cū eo sentiūt, requirunt, vt medicus sit doctor.

130 * Certè vera ratio, quare in medico requirimus, vt publicè iuuenibus medicinam profiteatur, est, quoniā lex id significat ibi: *Et alios professores litterarum*. Nam verbum *alios*, ad imiles est referendum, est enim huiusmodi dictio *alios*, repetitiuè similitum, ex gl. in. l. si fugitiui. verb. *alia*. C. de seru. fugitiui. tradit Felii. in. c. sedes. nu. 6. de rescrip. Ruin. conf. 8. nu. 3. lib. 5. Alex. cōf. 204. incip. cōsideratis. nu. 4. vol. 2. & post infinitos, quos refert Soc. iuni. consi. 170.

incip. circa præsentem, à numero. 3. vol. 2. Corn. conf. 187. num. 6. vol. 2. Paul. Paris. conf. 20. nu. 54. lib. 3. Menoch. conf. 328. nu. 12. & seq. lib. 4. & verbum *Professores*, eos significat quos appellamus *Lectores*, est manifestissimum eis, qui vel summis laboris bonas litteras attigerūt, & liquet ex Plinio lib. 3. c. 53. & epist. 76. Rursus, Guido adducit, qd si Imperator aliud sensisset exponeret mētem suam, sed certè satis exprimit, cum dicit *Doctores*: qd verbum *Docentes* significat. Tertio adducit, quod pro opinione Bartoli nulla est lex, sed, & hoc ridiculum: nam ipsum verbum *Doctores*, opinionem Bartoli probat. Quarto adducit, quod doctoribus aduocantibus conceditur idem priuilegium, sed errat; quoniā aduocato, non conceditur priuilegiū, quod doctor sit; sed quoniam exercet officium aduocationis: alias non sufficeret esse aduocatum, sed quod vera sit doctrina Bartoli, probatur ex textu singulari in. l. si. C. de professo. & medi. vbi textus dicit, quod medici, & grammatici, & Philosophiæ præceptores (preter priuilegia sibi cōcessa in. d. l. medicos, & in alijs legibus eius tituli) non sunt cogendi hospites suscipere, dum tamē sint professores: sed verba legis subijcere præstat, inquit lex. *Hec autem professoribus memoratis, eorumq; liberis deferenda mandamus*. Nota illud nomen *Professoribus*, quod omnem tollit ambiguitatem. * Nam *Professor* dicitur, qui publicè sciētiā aliquam prælegit, & priuilegia data in. l. medicos, declarat. l. si. dari, quia sunt professores, nō quia sunt professores doctores (loquor ex his; quos nostrum seculū vocat doctores) Deniq; qd in. d. l. medicos, verbū: *Doctor*, significet docentem, & non doctorali, titulo insignitum, probatur in. l. magistros. C. co. titulo, cuius verba sunt. *Magistros studiorum, doctoresq; excellere oportet moribus primū, deinde facundia. Sed quia singulis ciuitatibus adesse ipsi non possunt, iubeo quisquis docere vult, nō repente, nec temerè prosiliat ad hoc munus, sed iudicio ordinis probatus decretū curialiū mereatur optimorum cōspirante cōsensu*. * Nota *Doctores* dici eos, qui docēt, nec de alijs sēfisse. l. medicos, quod dupliciter probatur in. d. l. magistros. Primò, quoniā postquam dixit *Doctores* facit mētionē de eis qui docent cum facundia. Deindē, quoniam dicit, vt doctores non legant, abiq; facultate decurionum, ergo illi doctores, non erant similes illis, quos hodiē doctores vocamus: nam ij,

Kk 3 illud

De Inope debitore

Illud habent priuilegium, quod in actu doctorali, statim sibi conceditur, ut propria auctoritate (non habita ab aliquo facultate) docere possint: ergo de his non loquitur. l. medicos: reperio tamen, quod Matheslanus singulari. § 9. scribit generaliter quod doctor non potest ob res alienum capi, sed non aperit, an debeat legere, vel non? & cum citet. l. medicos, videtur intelligendus de doctore legente, nam id significant verba legis, eodem modo loquitur. Roder. in. l. 2. titulo *De los gouernos*. §. 5. vers. 3.

133 ¶ Præterea Guido Papæ in locis supra citatis, intelligit dictam. l. medicos, etiam in doctore non legente, & dicit, quod iuxta eam, etiam non legens, non debet soluere tributa. Præterea Anchar. in. Clemēt. 2. de magistris dicit generaliter, quod doctor non potest capi, neq; distinguit inter legentem, & non legentem, idem fecit Ias. in. l. miles. num. 10. ff. de rei iudi. & rem tractat Hippol. in practica, verbo *Attingam*, nu. 69. Aretinus autem cons. 93. incip. respondeo breuiter, col. 1. in princ. non videtur probare opinionem Bartoli, requirentis, ut

134 doctor actu legat: * quâquâ, ut ex eius verbis liquet, nihil asseuerat, tantum se refert ad consuetudinem, dicens seruari, quod simplex doctor non potest capi, maximè si sit aduocatus, quod ego non nego, imò est verum, si sit aduocatus, & sic vir ille non profert sententiam suam aduersus Bartolum, Ripa verò in. l. 1. num. 133. ff. sol. matrim. dicit, quod doctor, etiam non legens, non est cogendus suscipere hospites; allegat aduersus Bartolum, quod si. l. medicos, velle, ut doctor deberet legere, satis ei fuisset eximere professores litterarum, cum ergo addiderit doctores legum, necessario cõsetur eximisse doctores, non legentes, aliàs illa verba, *Et doctores legum*, superflua esset. Deinde al. legat. l. si. in fine. ff. de mune. & hono. Postremò adducit, quod medici (etiam non legentes) habent illa priuilegia, ut in Rub. C. de profess. & medi. lib. 10. ergo etiam doctores legum; sed certè Rubrica, nihil aliud continet, quàm hæc verba, *De professoribus et medicis*, quid hinc colligit Ripa? Deinde, quod arguit verba illa, *Doctores legum*, esse superflua, si intelligatur de actu legente, cum sufficeret dixisse, *Professores litterarum*.

135 ¶ Certè, cum lex illa contineat priuilegiū aduersus Ius commune, oportuit nominare omnes personas priuilegiatas, neque superflua dici debent, quæ ad maiorem de-

clarationem adijciuntur. l. non codicil. ũ. C. de testam. Bar. in. l. 1. §. si quis ita. nu. 5. ff. de verb. oblig. vide Ripa num. 22. Cona num. lib. 4. Comment. c. 6. num. 7. Alciat. regul. 3. p. assumptione. 34. num. 10. Molinæum in Rub. ff. de verb. obligat. num. 22. Deinde, interrogare velim Ripam, cur in medico requiritur, ut profiteatur medicinam, cum lex non dixerit doctorem medicinæ, sed tantum medicum, & cur hoc non requiritur in legum doctore, cum lex dixerit, doctorem legum, hoc est, docentē leges? At in medico, nihil tale dixit: nihilominus tamen requiritur, ut legat, cum positus sit ante illa verba, *Et alios professores litterarum*. Nam dictio *aliud*, est repetitiua similitum, ut vidisti supra proximè, num. 130. quâquam Ripa negat necessariū esse, ut medicus doceat.

135 ¶ Postremò, non obstat. l. fin. §. si. ff. de mune. & hono. quoniam videtur intelligenda de docentibus, & legentibus, ut in. l. si duas. §. si. ff. de excusat. i. ubi est textus expressus, & in. l. 4. C. de profess. & medi. lib. 10. ibi. *Oratione Diui Pij, liberalium studiorum professores, non etiam calculatores continentur*. Nota illa verba, *Professores*, hoc est, publicitus prælegentes, & quod ita sit intelligenda dicta. l. si. §. si. probatur; quoniam facit mentione Diui Pij (neque enim arbitrator esse cognomē Vespasiani) rescriptū autē Pij, solum fauet professoribus, ut in. d. l. 4. Sed nouissimè aduersus Bartolum pronūtiant esse magis communem opinionem recentiorum, Alciatus in. l. 1. num. 47. ff. sol. matrim. Cagnolus in prohemio. ff. vete. §. nos verò, num. 255. Parpallius in. l. placet. nu. 108. & 112. C. de Sacrosanct. Eccles. Sancteucrinus in tracta. de debitore susp. & fugi. q. 5. prin. ver. 4. quæro. Roland. consil. 66. num. 37. lib. 1. Quibus videtur sufficere, ut quis sit doctor ad hoc, ut gaudat priuilegio. d. l. medicos, etiam si non legat: æquidem de Parpallio, Cagnolo, & Rolando nihil dicam: exstimo tamen Alciatum pro sua puriori eruditione, & exacta cognitione linguarū discessurum ab his, qui dictam. l. medicos, intelligunt loqui etiam in doctore non legente: cum eo tempore, quod lex illa cõdita fuit, non alij dicerentur doctores, nisi qui legebant. Tu autem notabis. d. l. medicos. C. de profess. & medi. l. br. 10. in Codicibus Florētinis, falso esse ascriptam Constantino. A. ad Volusianum, ut constat etiā lib. 13. tit. 3. Cod. Theodosia. à quo

à quo desumpta fuit, quia si credimus Anton. Contio. in chronographia constitutionum Imperatoriarum, quæ in Codicibus Theodosianis, Hermogonianis, & Gregorianis referuntur: seruata Consulibus, mensium, ac dierum ratione, condita fuit temporibus Imperatorum Valentiniani, & Valentis, Duo Iouiano, & Varroniano Consul. mense Ianuar. 3. idus. Theodosianus autem Codex (à quo desumpta est) habet in data. PP. Kal. Aug. Sirmio Cr. spio, & Constantino Cæs. Coss.

Neque enim erant orta nomina hæc solènia Doctorum & Licenciatorum, nõ professione, vel eruditione, sed pecunia quaesita: nemo enim offert pecuniam, cui non detur doctoris titulus: at non omnes eruditionem habent ad prælegendum publicè, quare rectius dicuntur doctores, qui doctrinæ validis præsidij suffulti docent, quæ qui annulo, & pileo accepto doctoralis dignitatis, codicillos ostendunt, & nihil sunt minus quam doctores.

137 ¶ Sed ad Alciatum redeo, is num. 47. dicit consuetudinem seruare, vt doctor non capiatur, etiam si non legat: adducit, quod cum in aduocato, non requiratur, vt legat: idem dicendum in doctore, sed dicit, quod aduocato datur priuilegium, quoniam aduocationis officium laudabile est, & fauore dignum, neq; minus censentur prodesse reipublicæ, quæ milites, at doctor, qui neq; legit, neq; aduocationis officium exercet, inutilis reipublicæ eius eruditio esse videtur; quare non est tanto fauore, neq; priuilegio dignus: neq; sic licet arguere, huic datur priuilegium, & nõ legit: ergo, & doctori, etiam si non legat: alio, qui proferet, quis hoc argumentum monetarijs datur priuilegium, ex d.l. 1. tit. 20. lib. 5. Recop. & non legunt, ergo in doctore, & medico, non requiritur vt legat: etiam, non debet requiri in iuris doctore, sed hac sanè uia cum. l. medicos, non requirat, vt medicus doctor sit, cur omnes nostri requirunt, vt medicus sit doctor, lex enim solum dixit Medicos, & quia addidit Doctores legum, dicunt non intelligendo uerba, quod etiã medicus debet esse doctor, cum eo seculo nulli fuerint huiusmodi doctores, qui solemnitate xpulo, oblataq; pecunia doctores appellantur.

¶ Deinde falsum est, non requiri, vt medicus legat, imò requiritur, vt in ea lege probatur, si quidem postquam dixit Medicos

subiecit, Et alios litterarum professores, & relationum aliud est repetituum humilium, vt uidiſti supra proximè num. 130. Præterea id probatur in. l. fi. & in. l. 2. eo titulo, vt supra latè probaui. Postremò, si lex illa datur priuilegium ob titulum doctorale, non ob professionem, quomodo non requirit, vt medici, & archyatri, & grammatici, & cæteri litterarum professores sint doctores. Sed de his hæc dixisse sufficiat, nunc, quid sentiam accipe.

138 ¶ Et certè de iure Ciuili, ne per somnium quidem requirebatur, vt medicus, aut iurconsultus essent doctores titularij: sed vt profiterentur, & ita uerissimè credo, qd de iure Ciuili medici, & iurconsulti, & Philosophi, & cæteri profitentes honesta studia, non possunt dici in carcerem, & gaudent priuilegijs d.l. medicos, si autem non profitentur (hoc est publicè in disciplinas doceant) non prodest quidquam titulus doctoralis, quoniam non est lex quæ tale quid, quæ definiat: tantum ueteres doctores suam agentes causam promiscuè assunt, quod titulus doctoralis sufficit, vt quis gaudat priuilegijs. d.l. medicos. Quæ opinio si admitteretur in tanta doctorum multitudine cum titulus minimo pareretur (presertim apud Italos) innumeris essent immunes, qui accepto titulo, & studio, & libris abiecerunt.

139 ¶ Iure autem nostro Regio approbata uidetur opinio Bartoli, vt non gaudeat dictis priuilegijs, nisi is qui profiteretur, ita significat. l. 8. tit. 3. l. 1. ar. 2. ibi: Otorgaron priuilegio à los maestros de las escuelas, & ibi: que muestrã los saberes en los estudios, & ita ibi notat Gregorius glos. 7. schol. o. Que muestrã los saberes, & uidi iudicari in hoc Regno senatu Granatensi. Neque lex Regia requirit, vt sit doctor, & uerbum, Maestros, significat docentes.

140 ¶ Sed obijciat quispiam, quod non sufficit professio, nisi quis gradum comprobata dignitatis accipiat in gymnasio Salmanticensi, uel Pintiano correctæ. l. 8. in fine tituli. fi. part. 2. & d.l. medicos. ex. l. 18. titu. 7. lib. 1. Recop. & quod dicit Guido decis. 88. & 388. Paul. in prohemio. C. nu. 9. & ita uidetur definitum in pragmatica. 126. cõdita. anno. 1534. sed lex illa solum loquitur de immunitate tributorum, quia nõ gaudet nisi ij quorum eruditio, concessio titulo approbata est, in illis gymnasijs: cætera tamè priuilegia, professionibus à iure concessa non sunt.

De Inope debitore

sunt correcta. Neq; enim est discedendum à verbis, & peculiari decreto eius legis, & solum in eo casu, in quo loquitur admittenda est correctio, quæ semper fugienda ubi cunq; possibile est; Leges enim sunt (vel esse debent); anto consilio prodite, vt nunquam credendum sit esse, quod abrogetur, quare in tributis solum intelligo quod corrigit dictam. l. 8. in fi. tit. fin. part. 2. & d. l. medicos.

141 ¶ Sed illud palàm, est quod si doctor legēs, vel non legens, dolum cōmississet in cōtrahendo, vel abscondendo, vel corrumpendo bona, vel ex delicto deberet; posset duci in carcerem ex his, quæ docui num. 6. & 19.

142 ¶ Rursus si doctor de industria publicè prælegeret, ne in carcerem ob contractum æs alienum ducatur: certè hoc illi prodesse non debet, vt dixi supra.

143 ¶ Postremò, si doctor, indoctus quispiam circulator sit, non curandum de inani titulo doctoratus, neq; de opinione, quæ tot eruditi probant aduersus Bartolum: nam doctor indoctus, non gaudet priuilegijs doctoralibus, autore Cardi. in clemen. 2. in. 1. quest. de magistris, & is, qui scholia adiecit Guidoni decisione. 88. Item non curandum de communi opinione quando quis ex rescripto consequutus esset titulū doctoralem, argum. l. si ita quis. §. fi. ff. de leg. 2. notat Guid. d. decis. 88. col. 3. & decis. 388. num. 7. Faber. in. §. fi. Instit. de iure naturali. & ciuili.

144 ¶ Vltimo illud non prætereundum quod Paul. in prima constit. C. nu. 9. dicit, quod quilibet doctor legens, est immunis in propria patria ab omnibus oneribus realibus, & personalibus, quasi extra patriam, immunis non sit. Sed certè si Paulus id sensit (neq; enim suspicor tantum virum id sensit) errauit; nam & extra patriam non potest villo munere reali, vel personali premi, nec in carcerem duci, vt in. d. l. medicos. ibi. *Rebus quas in ciuitatibus suis possidēt: & ibi. & neq; in prouincijs hospites recipere, nec villo fungi munere, nec ad iudicium deduci, nec eximi, vel exhiberi, vel iniuriam pati.* Idem probatur in. l. Gramaticos. C. de prof. & medi. lib. 10. ibi. *Nec eorum domus vbicumq; posita militem, seu iudicem suscipiant hospitandum.*

145 ¶ Is autem, qui se defendit sub prætextu quod doctor sit, vel professor, cum neutrum sit verum, explodendus est. l. qui sub prætextu. C. de Sacros. Eccl. l. quidam ignauic. C. de decurio. lib. 10. Alexand. in. l. Cen-

turio. num. 17. ff. de vulg.

146 ¶ Ex his apparet, doctorem legentem, vel quemlibet alium honestissimorum studiorum professorem, non esse pro ære alieno addicendus creditori; illa enim certissima regula est, quod qui non potest duci in carcerem, non est addicendus creditori, vt probauit. c. 3. nu. 2. Meminisse tamen oportet quod dicta. l. medicos, non seruatur in professoribus grammatices.

147 ¶ Sed quid sentiendum in aduocato, an est pro ære alieno capiendus, & addicendus creditori? Certè aduocatus præsertim indocti quidam rabulæ, canibus, quam hominibus proprios, per fas, & nefas lucellum parantes, indigni videntur omni fauore: patrociniū enim, non æquitate, sed pecunia metiuntur: quare Apulcius, lib. 10. Metamor. appellat eos capita vilissima, foenisa pecora, ac togatos vultures. Et Seneca, *Iuridici* (inquit) *velut canes accerrimi, non nisi oblato cibo, mansuescunt.* Et Columella in præfatione conqueritur latrocinium aduocatorum pro nocentibus, ac innocentibus, aduocantium permitti intra mœnia, & in ipso foro: & quidem (vt iam testatus sum) aduocati, qui huiusmodi sunt moribus, latrones publicis nocentiores existimandi sunt, impunè enim, & cum imperitè plebis laude in medio foro latrocinantur.

148 ¶ Si tamen aduocatus vir sit grauis moribus Christianis, aduocatum præstans non calumniatorem: dignus est omni fauore, veritatem enim diligenter scrutatur, iuris decreta conquirat, iudicis aurem vellicat, ingenium acuit, antiquorum lucubrationes ad eruendam veritatem diligenter euoluit; deniq; assiduis lucubrationibus cliētibus suis, honorè, rē, vitam, & posteros defēdit; non proferens somnia, non sophismata, non verba detorta, sed veritatem ipsam, prudētiam, & eloquentiæ lumine relucētē; vixq; arbitròr bono aduocato, parem gratiam referri posse: hunc ego libentè, & à dispositione huius legis, & à carcere eximam, & inter viros nobilissimos collocabo: hos enim quos eruditio, & virtus cōmendant reuè, & prudentèr appellat nobilissimos Gratianus Cesar in. l. prouidendum. C. de postul. ibi. *Quos meritum aut vetustas nobilissimos fecerit.* Et deposito etiam officio dicuntur clarissimi. l. 1. C. de aduo. diuer. iud. quare torqueri non possunt Bart. l. 1. §. est, & alius. ff. si quis à par. fue. manu. Alexā. in. l. Centurio. ff. de testam. milit. Roder. in. l.

- in. l. 2. titulo *De los gouernos*. §. quinto que-
ritur. col. 4.
- 149 ¶ Neq; minus vtiles reipublicæ cēsentur,
quam milites: idē, & ipsi militare dicun-
tur in. l. aduocati. C. de aduoc. diuer. iudic.
neq; minus prouidēt humano generi, quā
si prælijs, atq; vulneribus patriam, parē-
tesq; saluarent, vt in d. l. aduocati dicitur.
- 150 ¶ Quare eos æquiparari militibus scribit
Bald. ibi. & quod gaudent priuilegio mili-
tari, in hoc quod non possint capi, neque
torqueri, sicut milites notat glo. in. l. miles.
ff. de re iudi. & ibi Alex. & Ias. nu. 8. & 9.
testatur hanc esse communem sententiam
glo. in. l. 1. §. est, & alius in verbo *Cæpriti*.
ff. si quis à pāren. fuer. manumi. & ibi Bar.
Cin. & Sali. in. l. 1. C. de iur. & fact. igno.
Alexan. in. d. miles. Rapha. consi. 21. in fine.
Aduocatorum enim exercitium vide-
tur esse litterata militia. l. proximos. C. de
proxim. Sacro scrinio. lib. 12. & quod ad-
uocatus, non potest ob æs alienum capi scri-
bit Alex. in. d. l. Cēturio. nu. 25. ff. de vulg.
Roderi. in. l. 2. tit. *De los gouernos*. §. que-
ritur. col. 4. versi. tertio. limita.
- 151 ¶ Et quod gaudet priuilegijs textus in. l.
medicos. C. de profe. & medi. lib. 10. notat
Guido Pap. d. decis. 88. & decis. 388. Ripa,
& Alcia. nu. 47. in. l. 1. ff. solu. matrim.
Aretin. consi. 95. col. 1. Respōdeo breuiter:
vbi dicit ita seruari consuetudine, & ita
iudicatur in hoc Regio Senatu Granaten.
& est moribus receptum: vt neq; in libris
aduocati, possit fieri executio; sunt enim
veluti arma, & sicut arma militis non ca-
piuntur, ita neq; libri aduocati, qui littera-
riam militiam exercet; & quod aduocatus
non capiatur ob æs alienum, & est opinio
prudēs (cessante dolo) vel opinione frau-
dis in abscondendis bonis, vt in nobili di-
xi: eamq; inuiolabiliter obseruarem nisi
aduocatus rabula sit, circū foraneus aduo-
cati nomine indignus, vt in doctore indo-
cto docui nu. 143. & in aduocato scribit,
qui scholia addidit Guidoni Papæ. d. decis-
sione. 88.
- 152 ¶ Quod tamē attinet ad tributa, certē Gui-
do in distis locis, pronūtiat aduocatū im-
munem esse à solutione tributorum ex. d.
l. medicos, & eius opinionē sequitur Mar-
cus Mantua obseruationum lib. 2. c. 17. in
princ. Tiraquel. in tract. de nobilit. c. 29.
nu. 14. Sed consuetudo non admittit, apud
nos, vt aduocatus immunis sit à solutione
Regiorum tributorū, erit tamē immunis
- à muneribus personalibus, vt in. l. sancti-
mus. C. de aduo. diuer. iudi. l. 8. tit. fin. part.
2. hoc enim non arbitror esse cōsuetudine
abolitum. Notandum tamen quod cōsue-
tudo apud nos, non admittit, vt aduocatus
non exigatur in plus quā facere possit.
Item aduocatus non gaudet priuilegio mi-
litari, in his quæ militibus propter iuris
ignorantiam cōceduntur ita Paul. Alex.
& Ias. in. d. l. miles ita. Sed fuit aliquando
in hoc Regio Senatu Granaten. maximē
controuersum. * An aduocatus, in contra-
ctu, renuntians priuilegio aduocationis,
possit capi ob æs alienum, & an valeat pri-
uilegiij huius renuntiatio; ac tandem cum
itum esset, in varias sententias id obtinuit,
vt renuntiatio non valeret: sed quandoq;
vt Liuius inquit *Maiores vincit meliorem*.
Scio doctis plurimum deferendum hono-
ris, vnusq; sum, ex eorum numero, quibus
maximē placet studiosos, perpetuis extol-
li honoribus: sed falsum reputo aduocatū
non posse renūtiare suo priuilegio, de qua
re (vt omittā tot argumenta relata in que-
stione de nobili) est textus expressus in. l.
8. tit. fi. part. 2. Vbi lex de priuilegijs eru-
ditorum loquens inquit: *No son tenidos de ir
en hueste, nin en caualgada sin su plazer*. Nota
hæc verba vltima *Sin su plazer*, ex quibus
à contrario sensu elicitur, quod si velint,
possunt suo priuilegio renuntiare. Memi-
nisse tamen oportet quod licet glof. & dd.
in. d. l. miles tribuant aduocato priuilegia
militum, id non habet locum quo ad hoc,
vt in acquisitis non conueniatur vltra quā
facere possit, neq; id amisit consuetudo,
neque seruetur, ut inquit Paulus, in. d. l.
miles.
- 154 ¶ Sed quid si debitor vir sit, excellēti vir-
tute præditus, an hic addicendus erit cre-
ditori? Mouet quæstionem quod excellēs
virtus, est vera, & solida nobilitas. c. nos
qu. 40. dist. & ibi Domi. & Cardin. Ale-
xandr. cap. pen. de præben. & ibi Hostien.
Ioann. Andr. Anton. & Imola. Hostienf.
in summa tit. de restit. §. quis institui. cit
ca princ. Ioann. And. & Colletar. in. c. 1.
de donat. Din. Abb & Angel. in. l. si quis
stipulatus sit Stichum. §. si quis ita. ff. de
verbo. obligat. Alber. in rub. ff. de Senato.
Angel. & Platea in. l. 1. C. de condi. in pu-
bli. horre. lib. 10.
- 155 ¶ Et quid quid sit, certē omnes admittunt
virtutem nobilitati anteponendum, Bald.
c. pen. in fi. de probatio citat textum in. l.
pro-

De Inope debitore

pronuntiatio. §. matrem familias, in fin. ff. de verb. signif. late Tiraqu. de nobilitate. c. 4. nu. 16. ergo cum nobilis immunis sit, à dispositione huius legis, idem videtur dicendum in viro, cuius virtus omnibus cōspicua, suo exemplo alios allicit, ad bene viuendum.

156 ¶ De inde cum in criminibus habeatur ratio eximia virtutis eius qui deliquit, vt clementius cum eo agatur, vt in. l. non omnes in princ. ff. de re mili. Alex. cōsi. 121. viso processu col. 2. ver. concurrat lib. 7. Couarr. varia. resol. lib. 2. c. 9. nu. 7. ad fin. & nu. 8. multò magis idem dicendū in nō solvente æs alienum, vt habeatur ratio virtutis eius, cum cessatio solutionis possit vacare culpa, at delictum, non potest comitti absq; malitia, & vehementior debet esse iudex in puniendis criminibus quam in exigendis debitis, & nihilominus impuniendis criminibus, habetur virtutis, & ante actæ vitæ ratio: vt notatur in. l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de his qui notan. infam. Bald. in. l. data opera. col. 1. C. de his qui acular. non poss. sic mitius agitur cum simoniaco quem ante actæ vitæ probitas commendat. c. eos, qui. 1. q. 7. Abb. in cap. nisi speciali, per textum ibi. de offi. de lega. Barba. in. l. Titius col. 9. ff. de verbo. oblig. In Senatu, & apud populum apud Principem, & vbi cūq; iuris clemētia, est; habere locum deprecationem; in qua plurimum valent ex ipso qui reus est, hæc tria in vita præcedente si innocens, si bene meritus; si spes in futurum innocentèr victuri. Rursus Quintilianus declamatione. 310. inquit in fine, *Quo d quælecūq; crimen potest donari meritis, donari virtuti.*

157 ¶ Sic assertioni boni viri standum iuxta glosam celebrem in. l. Titio fundus. ff. de cond. & demōst. & ibi Bart. Paul. & Ang. Bart. in. l. non solum. §. morte. col. 19. ff. de noui. ope. nuntia. Bald. in. l. indicia. q. 4. C. de rei vend. ca. Abb. col. 1. & Felin. col. 3. in. c. cum contingat. de rescrip.

158 ¶ Deinde boni viri, & si non polleant facultatibus, pollent fide; plerumq; autem homines æstimantur idonei, non tam patrimonio quam fide, vt in. l. si quis stipulatus sit Stichum. §. si. ff. de verb. oblig.

159 ¶ Quare Paulus ibi docet quod pauper, & si non possideat immobilia, est idoneus fideiussor, si est vir probatè fidei, solitus seruare promissa: cuius opinionem probat Hippol. in. l. 1. §. ad quæstionem col. 3. ff. de

quæst. Alex. in. l. 2. versi. itē limita. ff. quæ satisfda. cog. & ibi Ias. l. 3. sic. Bal. in. l. p. tribus, col. 6. C. de impub. & al. dicit illum esse idoneū quæ virtus probat: ergo si debitor, vir bonus est, semper dicitur idoneus; quod si est idoneus, nō est addicendus creditori, neq; coniciendus in carcerem.

160 ¶ Sic ferè semper dispēsatur cum bonis viris, vt in. c. Lugdunēsis. 9. q. 2. & in. c. tali. 1. q. 7. c. ordinationes. 9. q. 1. c. si qui à simoniaciis. 1. q. 1. c. innotuit de electio. & ibi Abb. in. 7. notabili. text. in. c. de monachis 77. distinet. Sic propter excellentiam hominis receditur ab omni iure, ita Bal. in. l. fed, & reprobati. §. amplius. ff. de excu. tur. ibi. *Maxime disciplinatus.* Roma. Alex. & Ias. in. l. cū quid. ff. si cert. pet. Barba. in prohæmio. Clemēti. verb. salutē, col. 11. ver. octauo. Ias. in. l. 1. col. 2. ff. de legibus. Felin. in rub. de maio. & obediē. col. 3. * Verū tamē

162 (vt fateor) mitissimè, & honorificè agēdū cū bonis viris, ita nego creditorē inuitum cogendū parcere bono viro sibi debenti, licet æquum esset, & maxime Christianū cū eo mitissimè agere iuxta Dñi verbū Mathæ. c. 18. dicentis: *Serue nequam omne debitū dimissi tibi, quia rogasti me; nonne ergo oportuit, et misereri conserui tui, sicut ego tui miserus sum?* * Nō enim quis cogitur facere beneficium, neq; propter personā est recedendū à legis decreto, nisi cū magna, & probabili causa. c. miramur. 61. distin. ibi. *Non enim in cuiusquam persona, prætermittendum est, quod institutis generalibus continetur:* & ibi glosa notat non esse recedendum, à iure communi, propter personam. * Quare nemo est ante ætatem legitimam presbiter ordinandus, etiam si sit valde idoneus. c. 1. distin. 78. & Bal. per textum ibi in. c. 1. in vltimo notabili, vt lite penden. Dicit quod propter vitæ meritum, non est discedendum à dispositione iuris cōmunis, idem tradit Barba. cōs. 18. incip. p. clare. col. 10. lib. 2. Ias. in. l. qui iurisdictioni. col. si. ver. pro ista limitatione. ff. de iurisd. omn. iud. Dec. in. c. postremò in fi. de appel. & in. cat si clerici col. 4. de iudi. * Nā vbi tractatur, de simplici iustitia, nō curamus de meritis personarū

164 Bal. c. sedes. paulò ante fi. de rescript. arg. l. cū pater. §. rogo. ff. de leg. 2. c. mulier. verbo *sancta.* 23. dist. sic vitiū illegitimationis, nō suppletur probitate, vel virtute illegitimi, imò prorsus necessaria est dispēsatio Roma. cōs. 216. incip. electio disti Dñi col. 2. versi. cæterū. argum. c. innotuit de electio.

¶ Præ

166 ¶ Præterea viri, excellens virtus, vel san-
ctimonia, non operatur in alterius præiu-
ditium, quando est causa grauis, vel magni
momenti Bald. in l. vna col. 3. in. 2. opposi.
verfi. quid ergo est. C. de præsumpt.

167 ¶ Et rem affirmat Decius in .c. causamque
in fi. de offi. de leg. vbi dicit, quod quando
tractatur de præiudicio tertij, non curatur
de generali præsumptione, qua quis præ-
sumitur bonus Abb. in .c. cum in iure in
prin. de offi. de leg. sic habemus verbum do-
mini dicentis, *Ne respexeris in faciem pauperis*
ad quod expendes illud D. August. super
Psalm. 33. dicentis, *Ne amisso iudicio sis pau-
peri in mala causa misericors, cuius si parcis sa-
cello (id est paupertati) percussis cor, & tanto ne-
quiores reddis, quantum iusto sibi fauere videt:*
sicut alioqui pauperes tantum nobis com-
mendarit, vt dixerit *Quod huic dedisti mihi
dedisti.* Quare si bonus vir, ære a ieno præ-
matur, non soluam eum è vinculis, inuito
creditore, sed rogabo, & interpellabo cre-
ditorem, pecuniam ab his quibus charitas
cordi est, efflagitabo, vt vir optimus exem-
plo, & optimis vitæ actionibus reipublice
prosit. Neq; si iudex sim aliter cum eo
agam, quam si frater sit, non tamen spo-
liabo creditorem actione sua: nam excel-
lens virtus rapit in amorem, & admira-
tionem sui, sed non rapit ab inuito actio-
nem suam, neq; est lege cautum, vt quis te-
neatur dare, vel remittere creditum ei, qui
excellentis virtutis nomine clarus est.

168 ¶ Non obstat quod virtus est ve a nobilitas,
fateor, est apud cœlites, sed tamen cras-
sum vulgus cui humanæ leges sunt præci-
puè concriptæ, virtutem, vel spernit, vel
parvo in pretio habet: bonos viros lauda-
mus tantum, sed tamen non ornamus pe-
culiaribus honoribus, neq; defendimus pe-
culiaribus priuilegijs, præsertim, vt nō co-
gatur debito satisfacere. Deinde vir chri-
stianæ integritatis, non debet recusare sa-
tisfactionem eris alieni: cum non dimittatur
peccatum, nisi restituatur ablatum, sa-
tisfactio autem deficiente pecunia debet
fieri operis, & obsequio, vt in hac lege dici-
tur. Rursus nō obstat quod in criminibus
habetur ratio eximie virtutis, id enim quo
ad hoc, vt poena mitior sit, vel honestior,
sed non quo ad hoc, vt delicta remaneant
impunita, contra. l. ita vulneratus. ff. ad leg.
Aquil. l. licitatio. 6. quod illicitè. ff. de pu-
bli. & velt. g. c. vt famæ de sentent. excōm.
vbi. gl. & Abb. Ferrara de appellat. c. 12.

nu. 176. Tho. 5. tract. Doctor nouitè im-
pressis. A scanius de patria potest effect. u. 8
nu. 16. tom. 8. part. 2. cor. eundem tractat. u.
Et sic iudex quantum poterit aget mitif-
me cum debitore, qui vitæ probitate ex-
cellit: nam, & in præfinitione temporis, &
in omnibus ei fauebit quantum patietur
equitas.

169 ¶ Deinde non obstat quod vir bonus sem-
per cēsetur esse idoneus. Fateor, est idoneus
fide, sed non facultatibus, quare vir bonus,
& optimæ fidei, non cēsetur idoneus, si
est pauper, A lexand. in l. 2. ff. qui satisfacere
cog. Areti. & Ias. in l. si quis stipulatus sit
Stichum. §. si. ff. de verb. oblig. Tiraquel. de
temperan. pœnis. c. 5. r. num. 43. quæ opi-
nio verissima est, quādo nō fides, sed quā-
titas patrimonij spectatur. * Præterea nō
obstat quod dispensatur cum bonis viris,
quoniam cum requiratur dispensatio, satis
significatur fieri, aduersus dispositionem
Iuris cōmunis. Quare ad dispēsandum, &
deregandum dispositioni legis, requiritur
auctoritas Principis, qui solus potest vt
clausula *Non obstat*, glof. in .c. fin. in verbo
Figura de hæ. c. in. 6. Ioan. Andr. & DD. in
.c. fi. de offi. Archid. Alex. a. in l. Centurio,
nu. 3. 2. ff. de vulg. verfi. & subdit. quāquā
fateor quod in his, quæ in arbitrio iudicis
consistunt, potest iudex dispensare cū bo-
nis viris peculiari fauore eos prosequēdo,
eximendoq; virtutem, ab his quæ mole-
stiam, vel dedecus adferunt, non tamen po-
terit ratione virtutis debitoris mei effice-
re, vt ego amittam creditum, & pecuniam
quam illi mutuauit, vt dixi supra.

171 ¶ Postremò non obstat qd propter virtutē
hominis receditur, ab omni iure: contra e-
nim sentiunt ij quos citauit: & sanè recedi-
tur ab omni iure, in his quæ propter fidem
exigūtur, habetur enim magna fides bono
viro, & in his quæ arbitraria sunt, & respī-
ciunt honorē, vel contumeliam: sed non re-
ceditur à iure in his quæ respiciunt præiu-
ditū tertij, nō enim bonus vir liberādus,
nisi restituat quod accepit, tātū repræsen-
tata virtute sua, poterit rogare creditorem,
vt cum eo mitifsimè, & honestifsimè agat,
quantum clementia, & æquitas patiuntur;
alias bonus vir non est, qui satisfactionem
recusat. Paulus ille magnus propugnator
ecclesiæ, illæ (inquam) electum organum
Christi, & diuinis a suetus eloquijs, cōsue-
bat coria, ne cuiquam esset grauis, & ne ab
villo quidquam acciperet, quid facturus;

ne

De Inope debitore

ne cuiquam suā rē adimeret. Et Paulinus Nolanæ vrbis episcopus vir sanctitate, & doctrina clarus Hieronymi præconio in seruitium se dedit barbaro viro, vt filium viduæ à captiuitate liberaret, vt autor est Paulus Diaconus in vita Martiani Cæsaris. Itaq; sanctissimi viri, etiam non debētes, sese in seruitium tradiderunt, vt alienis debitis satisfacerent. Illud tamē non omitendum quod iudex in taxatione tēporis, quo debitorē seruire iusserit, respiciet personam debitoris: nam si vir bonus sit, aut excellenti aliqua arte præditus, vel priorum ciuium cognatione clarus, vel olim diues, seu nobilis, vitæ splendore florens, dolebit hominis vicem, operasq; & tēpus moderatissimē taxabit, curabitq; huiusmodi debitores in famulitium nobilissimi alicuius viri dare, vel alicui simili exercitio mancipare, vt ex stipendio satisfaciat creditori: argum. eorum quæ dixi supra, & quoniam aliter vir primarius, aliter plebeius est ducendus in carcerem. l. 4. tit. 29. part. 7. Bart. & Alexand. ibi in additione in. l. 2. §. torquentur. ff. de re milit. addici aut creditori durius est, quam in carcerem duci. Idem sentio in casibus in quibus nobilis non gaudet priuilegio nobilitatis, idē in eo qui olim fuit positus in dignitate, nā & ij, deposita dignitate de Iure Ciuili torqueri non possunt. l. nihil in fi. C. de quæst. l. fi. ff. de decurio. Salic. in. l. D. Marco. C. de quæst. o. Plat. in rubr. C. de decur. lib. 12. Bald. in. l. de quæstione. C. eodem tit. Carrerius in præct. nu. 180. versi. & ampliāt: quamquam hoc non seruatur, teste Gandino, & Odofo. in loco citato per Carrerium. Prohibitus autem torqueri an possit in carcerem duci, tradit Platea in. l. nemo carcerem num. fin. C. de exact. tribu. lib. 10. Sed res iuxta priuilegij causam videtur definienda.

¶ Et quod dixi de eo, qui in aliquo officio excellit, probatur ab omnibus ex. l. ad bestias. ff. de pœn. quæ licet id non prober, est opinio vera etiam in criminibus, vt per Oldr. & Albe. ibi Alcia. Parerg. lib. 2. cap. 28. Roma. Sing. 725. Couarr. Variar. lib. 2. c. 9. nu. 6. Iaf. in. l. lex est. col. 2. ff. de legi. Cepola. caute. 2. Hippoli. in practica. §. expedita. num. 42. & in. §. oportune col. 2. Carre. in tract. de homicid. §. 7. num. 72. Cepol. in. l. mercis nu. 15. ff. de ver. signifi. Alex. in. l. maritum. ff. solu. mat. Bald. in. l. si quis crediderit in. 2. lec. ff. de pact.

S V M M A.

- 1 **S**acerdos non addicitur creditori, neque in carcerem mittitur nisi ex delicto debeat, & num. 6.
- 2 Priuilegia militum, ne pro debito ciuili in carcerentur, ad sacerdotes extenduntur, ne religionē deserant, & nu. 3.
- 4 Clericus an gaudeat priuilegio, ne conueniatur, ultra quam facere possit.
- 5 Clericus non potest renuntiare priuilegio, ne conueniatur ultra quam facere possit, etiam cum iuramento, & num. 8.
- 7 Ex debito; & instrumento non liquido, non solum clericus, sed nec laicus, capi potest.
- 9 Clericus sacerdos, non cedit bonis, neq; ob debitū excommunicatur, sed satisfacit promissione iurata de soluendo, dum ad pinguiorem fortunam peruenerit.
- 10 Qui capi non potest non compellitur ad cessionem bonorum.
- 11 Curia Parisiensis capit clericum pro debito ciuili.
- 12 Clericus suspectus defuga, aut occultans bona, capi potest pro debito ciuili.
- 13 Dolus est delictum.
- 14 Clericus in quibus casibus luit in corpore, patitur poenam de manu iudicis ecclesiastici, licet iure permittēte per iudicē sæcularē fuisset dānatus.
- 15 Iure Regio hodie clericus ratione conductionis Regij vectigalis, in carcerem etiam Regiam Duci, & capi potest, & ibi de intellectu. l. 118. Stili.
- 16 Clericus degradatus, quia falsauit litteras, vel sigillum Romani Pontificis, potest capi, & incarcerari pro alieno debito.
- 17 Quibus casibus degradatus amittat priuilegium clericale.
- 18 Executio faciēda in bonis clerici, ad imitationem executionis, quæ fit in bonis militis.
- 19 Stipendium sacerdotis dicuntur fructus, & redditus sacerdotij.
- 20 Clericus minorum ordinum, cogitur ad solutionem aris alieni, veluti laicus.
- 21 Clericus inops qualiter cogitur soluere pensionē beneficij.
- 22 Ob debitum ante susceptionem sacrorum ordinū, qualiter conueniatur clericus inops, & an gaudeat priuilegio sacerdotali.
- 23 Seruus sine licentia domini ordinatus deponitur, & domino restituitur.
- 24 Debitor inops creditori addictus, si interim ordinetur, & dominus creditor contradicat, an debeat degradari, & creditori restitui, & an audiatur si velit seruire per substitutum.
- 25 Collegia, & monasteria possunt bonis cedere.
- 26 Scholastici debitores, si inopes sint, an capi & creditoribus addici, debeant.

Monachus

- 27 Monachus pro debito civili, nec capitur, nec in carcerem ducitur.
- 28 Debitor qui in fraudem creditorum ingreditur monasterium, non debet recipi ad monachatum.
- 29 Quis debet monasterio, si ipsum ingrediatur liberatur a debito.
- 30 Monacho si mutuum solvatur, vel depositum deponatur, liberatur debitor.
- 31 Per Baptismum, aut baptizatus effugiat manus creditoris.
- 32 Baptismus in foro iudiciali nihil remittit.
- 33 Ascendentes socer, & mulier, & ij qui non conveniuntur in plus quam facere possunt, non possunt capi, nu. 34. & 57.
- 35 Istud privilegium minimè posse renuntiari etiam cum iuramento, & nu. 36 idem in marito, num. 37. & 38.
- 39 Pater spiritualis, an gaudeat privilegio contra filium spirituales, ne conveniatur ultra quam facere possit.
- 40 Filius spiritualis tenetur prestare alimenta patri spirituali inopi.
- 41 Patri spirituali eadem reverentia debetur, quae patri carnali.
- 42 Pater spiritualis, non potest vocari in ius sine verba.
- 43 Pater captus a creditoribus, si filij eius petant sibi addici, ob dotem matris; an pater sit filijs addicendus, & an filij preferantur alijs creditoribus, & nu. 44.
- 45 Beneficium ne conveniatur, quis ultra quam facere possit, an transeat ad heredem patris spiritualis.
- 46 Haeres extraneus uxoris matrimonij soluto, an teneatur istud beneficium deferre marito testamento, & nu. 55.
- 47 Liberi a parentibus, an in carcerem conjiciantur pro debitis.
- 48 De iure civili potest filius exigi, in plus quam facere potest.
- 49 Mariti privilegium transeat ad omnes de sobole.
- 50 Privilegium mariti, ne conveniatur ultra quam facere possit, competit ei siue debeat ex causa dotis, siue ex qualibet alia causa, & nu. 54.
- 51 Filij & descendentes, an huic privilegio possint renuntiare.
- 52 Pater non tenetur semper alere filium.
- 53 Quando cadat obligatio inter patrem, & filium, remissive.
- 56 Casus in quibus maritus ab uxore conveniri potest, in plus quam facere possit.
- 58 Socer decipiens generum amittit privilegium, ne conveniatur ultra quam facere possit, & an id procedat constate, soluto ve matrimonio nu. 56.
- 60 Privilegium soceri, ne conveniatur ultra quam facere possit, an habeat extra causam dotis.
- 61 Socer, an renuntiet privilegio, ne conveniatur ultra quam facere possit, & quid si cum iuramento renuntiet nu. 62.
- 63 Socius, an conveniatur ultra quam facere possit.
- 64 Donans, an utatur eodem privilegio, & an possit renuntiare huic privilegio num. 65.
- 66 Dotans extraneam, an conveniatur ultra quam facere possit.
- 67 Habentes istud privilegium, non solum non capiuntur, sed eis sunt relinquenda alimenta.
- 68 Alimenta relinquenda sunt iuxta personae qualitatem.
- 69 Habenda est ratio, ne nobilis cogatur vivere solum, denique, & pro ministris alimenta relinquenda.
- 70 Patrono alimenta praestanda secundum eius qualitatem, & dignitatem.
- 71 Mendicitas secundum qualitatem personarum, est consideranda.
- 72 Frater primogenitus tenetur alere fratres secundogenitos secundum dignitatem eorum, & facultates maiori.
- 73 Et an procedant in eo, qui cessit bonis, si postea bona acquirat.
- 74 Debitor qui bonus cessit, & fuit sibi relicta turris, aut domus; An creditores petentes vendi domum, aut turrim dicentes, sufficere debitori domum parvulam, sint audiendi.
- 75 Et quid in alijs debitoribus habentibus domum pulcherrimam, in qua habitant, quibus competit beneficium ne conveniatur ultra quam facere possint, an cogantur creditoribus vendere domum.
- 76 Cum alimenta sunt praestanda non debent vendi possessiones, & ex redditibus eorum alimenta sunt danda.
- 77 Privilegiati, ne conveniantur ultra quam facere possunt, an opponant hanc exceptionem post sententiam.
- 78 Et si soluerint in solidum, an possint repetere.
- 79 Filius familiaris, an pro debito in carcerem mittatur.
- 80 Frater, an fratrem debitorem ob res alienum, in carcerem detradat nu. 86.
- 81 Frater fratrem capere non potest, autore Baldo.
- 82 Frater redimens fratrem ab hostibus, praesumitur fecisse pietatis intuitu, & non animo repetendi, & num. 87. & 88.
- 83 Frater potest habere in servitium fratrem suum.
- 84 A fratre potest conveniri frater, ultra quam facere possit.
- 85 Privilegium ne quis conveniatur ultra quam facere possit, datur solum inter ascendentes, & descendentes.
- 89 Stante statuto, ne frater ob res alienum capiatur, an eius haeres possit capi.

De Inope debitore

Clericus maiorum, vel minorum ordinum, an possit capi, vel addici creditori, & quid si post additionem, vel contractum as alienum, sit clericus, vel monachus. Et an capi possit pater, vel mater, patronus, socer, filius, & similes. & an possint renuntiare suo privilegio. Et an frater capi, & addici possit pro are alieno, quod fratri debet. Cap. xvij.

Sacerdotes nostri tēporis, qui nō omnino vacāt, cōlestiū cōtēplationi, nō minus rē curant, quā prophani. Quare, & de his quoq; dicēdum, an capi, & addici creditori possint. Distingue, aut sacerdos iam consecratus as alienum cōtrahit, aut postquam cōtraxit as alienum sacris ordinibus initiatur.

¶ Primo casu, distingue; aut sacerdos est sacris ordinibus maioribus initiatus; & hīc nō est addicēdus creditori, immō, neq; ducēdus in carcerē pro are alieno, nisi ex delicto debeat: vel sit suspectus de fuga, vel bona abscondat, primō, quoniā clericus, pro debito merē ciuili, nō potest duci in carcerē, vt asseuerat Ant. Butr. conf. 4. i. incip. satis puto, in fine Regia. l. 1. 18. Stili. à cōtrario sēsū: quā quā fateor ei legi posse respōderi, vt solū sit specialis in hoc, q̄ clericus cōductus Regij vestigialis ducatur in carcerē prophanū, & non in ecclesiasticū in eocasu, quo. concludit Regia vestigalia, & nō in alio, tamē, q̄ clericus nō possit ob es alienū capi. Iure Regij refert Celsus in indice Regiarū cōstitutionū, ver. *Desarrayar*. nu. 5. *Castel*. l. 66. *Tau*. nu. 110. ver. ex quo infero q̄ pro ciuili, notat Ioan. Andr. per rex. ibi. in. c. si clericus. de sēt. excōm. lib. 6. dicit cōmunē Rode, in. l. 2. tit. *De los gouernos*. q. 5. col. 6. ver. idē dicēdū scribit *Matthæfela*. nō. ab. 60. incip. nota q̄ clerici per rex. in. c. nuper. & in. c. vt fame. de sent. excō. quā quā *Matthæfela*. mihi videtur errare, dū asserit, nō posse capi clericos in sacris minoribus cōstitutos, vt statim dicā. Hanc

tamē opiniōnē (q̄ clericus, ob es alienū capi nō possit, etiā, si inops sit) probat idē *Matthæfela*. in. l. cōsentancū. col. 2. ver. p̄. d. & omnia fallūt. C. quomo. & quā. iud. Nicol. Mil. in repert. ver. *Clericus*, ver. 6. dd. in. d. c. dilectis. de appel. post glo. ibi Innoc. in. c. vt famē. in glo. in verb. *Prælatorū*. de sent. excommunic. *Philipp. Decius*, post *Perusinū* in. d. c. dilectis. in. 1. notabil. *Calderin*. in. c. 1. de offi. ord. Nō desūt qui cōtra sentiāt: sed hęc opiniō vera est, & moribus recepta, propter dignitatē ordinis sacerdotalis cui fauere (vbi fraus abest) est ē re christiana. Multo enim magis dignus est fauore sacerdos ægenus, religionis, & diuini verbi minister, quā miles, rapinis, & stru pris, cōfundēs omnia. *Quare optimo iure priuilegiū cōcessū militi, in. l. miles ita. ff. de re iud. extēditur ad sacerdotē, nō solū, quoad hoc, vt nō possit are alieni ratione capi, verū etiā, quoad hoc, vt nō possit exigi in plusquā facere possit, hoc est vt ei relinquatur necessaria substētatio. Ita rectē, & æquissimē docuit *Acur*. in. l. miles ita. ff. de re iud. & ibi *Bart.* & *Ias. nu. 11*. *Ang.* *Imol.* *Alex.* & *Rip. nu. 7*. testatur hanc esse cōmunē sentētiā *Couar. var. resol. lib. c. 1. nu. 9*. *Stafleus* de litteris gratiæ, & iustitiæ, fol. 154. col. 2. *Gigas* in tract. de pēsonibus. q. 35. *Collectarius* in. c. *Odoardus*. de solu. *Rebuf.* in *Auth. habita. priui. 112*. *C. ne fili. pro. patr. Ioā. Baptista Sāseuer.* in tracta. de debit. susp. & fug. q. 6. quintæ. q. princ. *Gomez* in compen. vtriusq; signaturæ. col. 6. *Hippol.* in pract. criminali, verb. *attingā. nu. 69*. *Castellus. l. 66*. *Taur.* in ver. *Desarrayar*. col. 11. ver. in tātum nō cōpeilitur, *Capella Tolos.* q. 245. & ibi *Auffer.* in additio. *Lup.* in repe. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 39. incip. idē est, nu. 3. qui alios citat *Aneh.* in. c. si propter, col. 6. de rescrip. lib. 6. Adducunt omnes textū in. c. *Odoardus*, de solut. vbi hoc significat *Abb.* col. 3. *Imol.* & *Ancha. Fel.* in. c. cū ex offi. de prescrip. col. 2. circa prin. adducitur efficax ratio, scilicet, quōniam militi cōceditur id priuilegiū, ne deserat militiam.

¶ Ergo idem concedendum clerico, ne deserat religionis ministerium; neque arbitrator quēquam adeo esse impium, qui neger; nou esse plus honoris deferendum sacerdoti, quam militi, vel nobilitati; non ducuntur in carcerem; neque tenentur ultra quam facere possint: ergo, neque sacerdos, neque enim in republica Christiana admittit-

admittendum, vt sacerdos Christianus omnibus facultatibus exutus cogatur mendicare inter Christianos, quod neque impij (admiratione religionis permoti) villo modo paterentur. Cū ergo sacerdos sacris maioribus initiatus, non possit duci in carcerem, neq; exigi vltra quam facere possit: sequitur, quod non est addicendus creditori, quod est plus quam duci in carcerem, & cōueniri in plus quam facere possit. Et nominatim, q̄ non debet seruire creditori, notat Castell. in. d. l. 66. Tauri, ver. De se arraygar, col. 11. versic. hinc etiam dico: his congruit, q̄ qui non potest duci in carcerem, non est addicendus creditori, vt docui supra. c. 3. nu. 2. & c. 4. Deindè, si clericus tempore cōtractus erat pauper, sibi impu- tet, qui cum eo contraxit. c. quemadmodū. de iure iur. & arg. c. propter sterilitatē, ibi: Non imminēbat, de loca. Castell. d. l. 66. d. verbo, De se arraygar, ver. secundo casu.

4 ¶ Non omittendum, quod Matthæselan- sing. 61. incip. nota, quod clerici, scribit, q̄ clericus, non gaudet priuilegio militari, quoad hoc, vt non cōueniatur vltra quam facere possit, & idem significat Paul. in. d. l. miles ita. in fine principij, sed certè Paulus rem non asseuerat, tantum refert opi- nionem Canonistarum, quorum nonnulli dicūt, quod clericus tenetur cedere bonis, quæ quæstio, inquit Paulus esset superflua, si non tenerentur vltra quā facere possint: Hæc Paulus, qui potius alienā refert, quā mentem suam. Sed quidquid senserit, opi- nio est exquisita, & prudentissima, vt sa- cerdos, non teneatur in plus quam facere possit, & diuersa opinio absurda est, & prorsus aliena, à dignitate, & grauitate Christianæ religionis.

5 ¶ Quinimò, in ea sunt sentētia, vt sacerdos, non possit renuntiare priuilegio, ne conue- niatur vltra quā facere possit, auctore Bu- trio, consilio. 41. quoniā id conceditur sa- cerdotali dignitati, cuius conseruatio spe- ctat, ad publicam vtilitatem, cū ad religio- nem spectet, vt docui c. præcedenti, nu. 74. & cum ibi. num. 83. dixerim, militem non posse renuntiare priuilegio militari, quoniam deferet militiam: ita, & hinc ne dese- rat religionis ministerium, & argumētū: & ne vir destinatus cœlestiū contēplati- ni, in carcerem, vel in prophani cuiuspiam vile ministerium detrudatur. Neq; obstat, q̄ B. Paulus cōsuebat calceos, & laborabat proprijs manibus; id enim spōtè faciebat,

non coactus, & quiuis sacerdos, minister verbi diuini, magnus, & clarus habebitur, & in hoc mundo, & in Regno Christi, si Pauli generosam mētem imitatus doceret gratis euāgelium, nihil interim, à quoquā accipiēs, sed sibi suo labore victum parās. Non obstat, q̄ S. Paulinus Nolanæ vrbs Episcopus, etiā (si nihil præter mutuā cha- ritatē deberet) sese tradidit in seruitiū bar- baro, vt proximū à captiuitate liberaret, quoniam id spontè fecit, & nō agnitus, & vbi fuit primū agnitus in patriam dimis- sus, passus est reddere, etiā si cū Barbara gē te ageret: vt narrat Paulus Diaconus in Martiano his verbis. *Inter has procellas, vir pijsimus Paulinus Nolanæ vrbs Episcopus, postquam quidquid habere potuit in captiuorum redē- ptionem expendit, nouissimè cum nihil aliud, nisi ipse sibi solummodo superesset, pro cuiusdam vi- due filio, maternas nō valens ferre pijs visceribus lacrymas, cum eadem ad Africam proficiscens sese Barbaro viro, vice vicaria in seruitium tradidit: cuius sanctitas, cū apud eandem Barbarā gentem Dei nutu cognito fuisset; denum, cū omnibus suis ciui- bus ad urbem propriam reme.uit.* Opus præcla- rum discipulo Christi dignum, omnibus libris, & litteris celebrandum, quo liquidò cōstat, quod Christiana virtus, à bonis lau- dem promeretur, à malis extorquet.

6 ¶ Ideoq; mihi placet sacerdotem non exigi in plus quam facere possit, neq; capi, vt vehemētèr admiret, Ludouicum Gome- zium in compendio vtriusq; signaturæ. col. si. docuisse; clericū inopē, qui tribus sē- tentijs cōformibus fuerit soluere damna- tus, nō posse allegare beneficiū clericis cō- cessum, ex dispositione. d. c. Odoardus, atq; idē faciendū cēset, si addito iureiurādo so- lutionem promisit. Sed eius opinionē rej- cit Couar. var. reso. lib. 2. c. 1. n. 9. ver. quo- ties verò, adducens, quod nulla reddi po- test iuxta huius opinionis causa: & quidem meo iudicio Gomezius, nō rectè sēsit: quid enim habent tres sentētijs cōformes, nisi q̄ efficaci vehemētia executioni sunt mandā- dæ, & q̄ debitū reddūt liquidū: q̄ si liqui- dū nō esset, certè, neq; clericus, neq; prefa- nus, neq; quiuis abiectissimus capi pesser, vt dixi sup. c. 1. nu. 31. vt ergo aliquid cōce- datur clerico, oportet, vt etiā si liquidissi- mū sit, nō præmatur carcere, religionis sa- cre minister: deindè mādentur executioni tres sēntētijs, sed quaten⁹ de iure (licet alioqui etiā aliena distrahētur ex tribus sēntētijs, q̄ est absurdissimum) vbi nā reperitur, quod

Ll 2 dampn-

De Inope debitore

damnatus soluere tribus sententijs conformibus, non possit opponere priuilegium nobilitatis. Quinimò omnis exceptio, quæ non perimit, sed moderatur sententiæ effectum, potest opponi, etiam post sententiã definitiuã, latè l. in. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. DD. in. l. N. esseni. ff. de re iudi.

8 ¶ Idem sentio, quæ: do clericus iurauit, nã potest opponere beneficium. c. Odoardus, quoniam iuramentum id præstat, quod præcisè quis cogitur, licet aliàs non cogetur, vt dixi. c. 1. num. 6. Id tamen intelligendum, quando res, vel factum est possibile, vt dixi. c. 1. num. 6. Quid tamen si clerico, solutio presens est impossibilis præ inopia, certè sufficet cautio iuratoria, de soluendo, vbi ad pinguiorem fortunam peruenerit, vt in. d. c. Odoardus, nam iuramentum intelligitur iuxta subiectam materiã, vt in. l. fi. C. de non nume. pecu. neq; quiscquam dicit, quod priuilegium fidalgui, ne ducatur in carcerem, cessat, si fidalgius iurauit soluere, nemo enim iuris remediũ amittit, nisi expressè, & disertè ei renuntiet, vt per Abb. c. cum cõtingat. de iure iurand. & docui. c. præceden. num. 9 1.

9 ¶ Postremo, quod sacerdos, pro debito, non capiendus, neq; add. c. edus, probatur: quoniam non tenetur eam bonorum cessionẽ subire, quam præscribunt iura ciuilia, etiã si facilis sit, minimeq; onerosa: neq; potest ob debitum excommunicari, si soluere præ inopia non possit: tantum tenetur iure iurando promittere se, vbi ad pinguiorem fortunam peruenerit creditori satisfaturum; ita probatur in. d. c. Odoardus, & licet glos. Ioan. Andr. Henri. & Hosti. doceant clericum teneri cedere bonis, cõtra rectius scripserunt Abb. Imol. & Ancha. & est magis communis opinio doctorum ibi, teste Couar. d. c. 2. nu. 9. Lupus in rep. r. b. de donat. int. vir. & vxor. §. 39. incip. idẽ est dicendum, num. 3. Hęc communis opinio humanior est, grauior, & indubitanter vera, si celsio sit ignominiosè: nam celsio ignominiosa, quod à corpus attinet, & vulgi opinionem molestior est, quam excommunicatio: tamen in eo textu præcipitur, ne clericus inops excommunicetur. Quamquam excommunicatio, videbatur vnicũ remedium ad cogendum; ad cessionem nihilominus præcipitur ne excommunicetur; ergo non tenetur cedere.

10 ¶ Præterea probatur, quoniam clericus æris alieni ratione, capi non potest, vt dixi

nu. 1. at qui non potest capi, non potest cogi cedere bonis, vt docui. c. 3. num. 2. ergo, cum clericus non teneatur subire cessionẽ bonorum, quam præscribunt iura ciuilia: licet facilis sit, minimeq; onerosa, multò minus addicetur creditori, quòd est non posse liberari cedendo bonis, sed spoliatum bonis seruire creditori. Nam, vt supra dixi, iure Hispanico seblatum est beneficium cessionis bonorum, non enim cedendo bonis liberatur debitor, à manibus creditoris, immò, ei traditur in seruitium, tantũ prodest additio, quoad effugiendum carcerẽ. Deinde, quod clericus, non capiendus, neque addicendus: probatur, quoniam sacerdotium nobilitat, Hosti. Ioan. Andr. Abb. Ancha. & Card. Flor. in. c. eo libentius, de ser. nõ ordi. Corfe. in repet. c. grand. col. 13. de suppler. negli. præla. in. 6. Alcia. in. c. cõ non ab homine. col. 6. de iud. nobilis autem, neq; capitur, neq; addicatur, vt dixi cap. De nobili. * Illud tamen videtur reprehendendum, qd Parisiensis, curia facit capi clericum, pro debito ciuili, qd mihi videtur à recta ratione alienum, sed rē narrat Casfaneus in cõsuet. Burg. r. b. r. §. 2. nu. 14. vers. additio. Ego capi clericum ob æs alienum, tunc probabo cum sub sit suspicio, qd vult fugere, & exportare res suas, tunc enim ex dolo capi poterit, vt notat Couarru. var. lib. 2. c. 1. nu. 9. vers. Sed, & Baptista Sansuer. in tract. de debito. susp. & fug. q. 6. quintæ. q. principalis dicit, adeò aut capere posse, donec soluat, vt illum possit capere ipse creditor, dummodo illũ tradat proprio iudici, vt notant præfati doctores.

12 ¶ Quinimò, etiam si non esset suspectus de fuga, sufficeret probare, qd occultat bonas: nã ex dolo (qui est delictũ) capi posset argumento eorũ quæ dixi. c. præcedenti. nu. 6. & nu. 19. & nu. 126. & eorũ quæ dixi c. De herede. nu. 18. & c. De debitore, cuius per-

13 ¶ sona nõ est obligata. nu. 10. * Et cõprobatur, quoniam dolus est delictum, & abscondere bona ad defraudandum creditorem, est res impijssima, seuerissima coheritione digna. Clericus autẽ, non solum ex delicto, verum ex pecunia debita ratione delicti, potest capi, vel quia contrastrauit depositum, vt in. c. 1. de depositi, & ibi DD. scribit Matthæia. sing. 60. incip. nota qd clerici, latè Hippo. in pract. crimina. §. attingã. nu. 70. & significat Butr. cõf. 41. Dum dicit, qd pro debito merè ciuili, clericus nõ potest capi, ergo secus, quãdo descendit ex delicto,

delicto. Boer. expressè decif. 349. nu. 11. vers. sed quoad clericū, vbi dicit, quod clericus potest, sicut laicus, detineri in carcere, & si nō possit soluere pœnā impositā pro delicto, luet corpore. arg. c. finem litibus. in fin. de dol. & contum. & ibi Abb. notat idē Abb. in. d. c. Odoardus. in respō. ad. d. c. finē litibus, & probatur in cap. si res. 14. q. 6. in gl. ver. castigari, & in Auth. de factis. Epif. 9. reuerēdissimus, quod procedit etiā, si pecunia, quam soluere debet, sit interesse ex parte actoris; & solum pœna ex parte sua, ita Abbas in. d. c. finem litibus. Boer. vbi supra, secus vbi pecunia, quam clericus soluere debet, non est pœna ex parte sua; nam tunc, si inops est, spectatur donec ad pinguiorem veniat fortunam, iuxta d. capit. Odoardus.

14 ¶ Clericus autē in casibus, in quibus capitur, & in casibus, in quibus deficientibus bonis luit corpore, debet hęc pati de manu iudicis ecclesiastici, licet (iure permissō) fuerit per iudicem secularē dānatus ad pœnā. c. dilectis. de appel. c. grauis. de pœn. l. oñnes Anania, & Domi. in. c. si clericos, de senten. excom. & Domi. c. 1. de cleric. coniu. libro. 6. Nā iudex ecclesiasticus potest clericū flagellare, vsq; ad sanguinis effusionē exclusiue. cap. in Archiepiscopatu. & ibi Abb. & Anania. de raptor. Sic etiā femina, & nobilis capiuntur pro debito descēdēte ex delicto, vt dixi. c. 13. no. 6. & c. 16. nu.

15 26. * Meminisse tamē oportet, q̄ extat apud nos Regia. l. 118. in legibus Stili prescribens, vt clericus conductor Regij vestigalis, nō solum ducatur in carcerē, verū, vt ducatur in carcerē Regiā: quare lege Regiā admonētur clerici, ne conducāt Regia vestigalia. l. 4. & 45. titu. 6. part. 1. Sciendum tamen, quod Castellus in. l. 66. Taur. verbo, de se arraygar. col. 9. vers. nisi dicas. Intelligit eam legem, in clerico coniugato: sed errat, quod enim esset priuilegium redditus Regij, si clericus coniugatus ducatur in carcerem Regiam. Deinde dicit, quod illa lex Stili, hodie non seruabitur, quoniā per. l. 5. 6. Del quaderno de las Alcualas, clerici prohibentur conducere Regia vestigalia, & fideiubere pro conductoribus, sed respōde, quid si de facto cōducit, vel fideiuber, utiq; seruabitur lex Stili: nota tamē, quod etiam, si clericatus susceptus in fraudē debitoris, non suffragetur clerico, certē suffragabitur, quoad hoc, ne patiatur pœnā corporalem, nisi prius degradatus. Baldus in

Auth. causa quæ fit. cū monacho. col. 1. nu. 1. C. de Episcopis & cleric. Abbas. d. capit. 1. de obligatio. ad ratio. Bart. l. 1. colum. 3. ff. de pœn. quod nota, quoniam addici creditori, est pœna corporalis, vt dixi cap. 1. Item, hoc nota ad eos, qui exportando, facultates alienas fugiunt, nam si fiunt clerici non puniendi, veluti latrones, nisi degradati.

16 ¶ Rursus, clericus degradatus, quoniam falsauit litteras, vel sigillum Romani Pontificis, & capi potest, & cogi ad solutionem aris alieni (eodem modo, quo laici capiuntur) amittit enim priuilegium clericale. c. ad falsariorum, de crimine falsi Regia. l. 60. tit. 6. part. 1. melius in. cap. nouimus. de verb. signific.

17 ¶ Quando autem degradatus amittat priuilegium clericale, vide doctores, in diuersis locis, Abbas in. cap. vno. de obligat. ad ratio. col. 3. latē DD. in. c. cum non ab homine, de iudi. Quid autem de clerico, qui non vitur cultu sacerdotali, sed profano? vide l. 1. 3. & 14. titu. 3. lib. 1. Ordinat. & l. 1. & 2. tit. 4. lib. 1. Recop. & l. 7. & eiusdē titu. & libri, quæ in parte corrigunt, ampliat, & declarat. d. l. 1. 3. & 14. Ordi. hodie obseruatur circa hoc tradita per sanctissimū Tridētīnū Conciliū. sess. 23. c. 6. Alexand. latē distinguētē conf. 61. lib. 4.

18 ¶ Executio autē in bonis clerici faciēda, ad imitationem executionis, quæ fit in bonis militis, in cuius stipendio, nō fit executio, nisi in subsidiū. l. stipediū. C. de execu. rei iud. cuius dispositionē glosa ibi extēdit ad executionē, quæ fit in bonis clerici, & eam sequitur Bal. ibi, & Lupus in repet. rubr. de donat. §. 39. incip. idē est. num. 4. vbi licet dicat, quod stipediā clericorum, non capiēda pro executione sentētiæ, sicut nec stipediā militū intelligēdus est, nisi in subsidiū, nā in subsidiū, stipediū militis capitur, & ita intelligēda lex. 2. 2. tit. 6. par. 1.

19 ¶ Stipendiū autē sacerdotis intelligo fructus, vel redditus sacerdotij, quos deficientibus alijs bonis, ex quibus satisfiat creditor, faciēdo executionem cōsequetur: dū tamen, si clericus aliundē viuere non potest, fructus iuxta quātitatem debitam adiudicentur creditoribus relicta clerico cōgrua ex eis portione, ex qua viuat, argu. c. peruenit. de fidei iuss. notat Couarru. varia. reso. lib. 2. c. 1. nu. 9. & ita praticari in aula Romana, refert Collectarius in. d. c. Odoardus, Rebus. in auth. habita priuilegio. n. 2.

El 3 C. ne

De Inope debitore

C. ne fil. pro patre. Aufrerius in additione Capelle Tholosanæ. 245. Neq; enim clericus conueniendus ultra quam facere possit, neq; excommunicandus, si inopia laboret, vt in d.c. Odoardus.

20 ¶ Si tamen clericus, non esset sacris maioribus initiatus, vel altari, vel Ecclesiæ proprio ministerio seruiret; sed tantum minoribus esset ordinibus initiatus, & hinc iudicandus, & cogendus ad solutionem, veluti laicus, cessante priuilegio clericis concessio, ita docet Couar. varia. resolu. lib. 2. c. 1. nu. 9. versi. propter quorū. Cuius opinioni libenter accedo, ex eius ratione, scilicet, quoniam tantus est numerus eorum, qui primis minoribus sacris sunt initiati, vt oporteat clericale priuilegium, ita interpretari. Sic doctori non legenti negari priuilegium, ne capiatur ob æs alienum, quoniam magna est eorū multitudo, ita, vt in c. præced. num. 131. no. asti. Præterea, his non detur vlla reuerentia, sicuti sacerdotibus, & laici omnino reputantur, & licet contra scripserit Matthæselan. singu. 60. errat: & non seruetur, nisi intelligas eū in diacono, & subdiacono. c. à multis, de æta. & quali. c. pen. de ser. nō ordinan. Nam ij clerici reputantur, cæteri autem communiter habentur laici, etiam si habeant beneficium, & eis possunt succedere: Ioan. Andræ. in reg. sine culpa, in Mercu. col. 5. ver. ad primum. Card. ibi versic. pone, suscepit & Butr. col. fin. vers. qui dicit clericus, latè Tellus in l. Taurin. 35. qui alios citat.

21 ¶ Qualiter autem cogendus clericus inops, qui non potest soluere pensionem: & an possit priuari beneficio: cuius ratione pensionem soluit, tradit Gomezius, in regula de annali possessore. q. 35. Couarru. d. c. 1. nu. 9. versi. quoties.

22 ¶ Sed quid, si quis æs alienum contraxit, antequam sacros ordines acciperet; putā, quidam, cum laicus esset, à me centum mutuo accepit, quæro, an si post sacerdos fiat, gaudeat priuilegio sacerdotali, ita, vt neq; capi, neq; adduci creditori debeat: distingue, aut creditor, nondum in seruitiū acceperat debitorem, neq; eum in carcerē coniecerat, & certè si fiat clericus, gaudet priuilegijs sacerdotalibus, & debet conueniri apud iudicem ecclesiasticum, nō apud profanum: ita probat pluribus argumentis Ioannes Andræas, & Abbas, qui latè distinguit, col. 2. & 3. in d.c. vnico. de oblig. ad ratiocin. Alex. optimè in l. cū quzda

puella, nu. 3. ff. de iurisd. omni. iudi. quia nō solum mutatur forus, sed status: Bald. in Auth. causam. col. 1. C. de Episc. & cleri. Bar. in l. 1. col. 3. ff. de poen. qui limitat, nisi in fraudem suscipiat sacros ordines arg. l. maritus. §. legis. ff. de adul. & eorum quæ dix. c. præcedenti, & notat Bald. in auth. causa quæ fit cum monacho. col. 1. C. de Episc. & cleri. nu. 142. Si tamen, cum creditor illum in carcerem coniecisset, vel in seruitiū accepisset fiat clericus, certè clericatus videtur in fraudē susceptus, neq; clerico suffragatur, ita liquet ex distinctione Ioannis Andræ. & Abb. in d.c. 1. & ex Bar. in l. 1. col. 3. ff. de poen. & circa hanc distinctionem, vide DD. omnes in c. proposuisti. de foro compe. & in l. cum quedā puella. ff. de iurisd. et. omni. iudi. Odra. conf. 4. Alber. in 3. part. statuto. q. 41. Felin. in c. fi. col. 8. de consti. Reb. ff. in l. si diuina domus. C. de exactio. tribu. l. 10. Feder. Senens. conf. 97. incip. non est fundamentū. Bart. Brixensis. q. 3. incip. aliquis litigabat. Cepol. consil. 11. col. 3. ver. item de delicto, & cautella. 9. Plat. in l. non tibi. C. de incol. lib. 11. in quibus locis traditur de eo qui post delictum fit clericus.

23 ¶ Facit, quod seruus sine licentia, domini ordinatus, deponitur, & domino restituitur. c. 2. de ser. non ordin. & sacerdotium non liberat à conditione seruili. Cassan. in consuet. Burgun. rubr. 9. §. 10. nu. 56. Idcō si creditor traditus sit creditori, non liberabitur per sacerdotium, immò, neq; ordinari debet. c. 1. de ser. non ordi. Moli. in cōsue. Paris. tit. 1. §. 41. num. 55. in fi.

24 ¶ Et an hic ordinatus domino, creditore contradicente, debeat degradari, & reddi domino, an vero audiatur, si velit seruire per substitutum: longa rixa est inter nostros, vide Anton. col. 2. Abb. col. 2. in c. de seruorum. de seru. non ordi. & in c. fi. co. titul. Bald. Paul. Salic. & alios in l. si seruus. C. de Episc. & cleri. Afflict. in const. Sicil. incip. ascriptitios. col. 3. in princ. & vide l. 3. C. de agri. & censit. lib. 11. Sed de hac re videnda Regia. l. 6. tit. 22. par. 4.

25 ¶ Illud addendum, qd collegia, & monasteria, & Ecclesiæ possunt cedere bonis, vt in Auth. vt determi. sit nume. clerico. §. inuestigantes. Nicolaus Neapolit. Ang. & Ias. nu. 10. & Ias. col. pen. in §. fi. Insti. de actio. Albe. in rub. C. de celsio bon. Nō tamē singuli de ecclesia pat. etur additionē ob debitū ecclesiæ, vt dixi. c. 4. de vniuersit. nu. 8.

¶ His

26 **H**is definitis dicamus de scholasticis, an si debeant, capi possint, & creditoribus tradi. De hac re nullum agerem verbum, nisi priuilegium, ne conueniatur ultra quã facere possant eis concessisset Rebuffus in Auth. habita priuileg. 1 12. C. ne fil. pro pat. videtur Rebuffus laborasse, vt quamplurima benignè studiosis tribueret, dignus qui ab eis omnem referret gratiam, si legislator, non iuris interpret esset: nullibi enim tale quippiã definitum extat, neq; apud nos vîpiam fuit obseruatum, Rebuffi; sententiam reiicit: Couarr. varia. reso. libr. 2. c. 1. num. 9 d. cens, quod nunquam vidit opinionem hanc Salmanticæ seruari: æquidẽ inuãilis fuisse nostrorum concertatio, qui litigant, an doctor non legens, sit immunis à carcere, si iuuenulus primis adhuc laboribus attingens, grauiora studia, non solum immunis est à carcere, verum etiam, non potest exigi in plus quã facere possit. Quod neq; aduocato, neq; doctori legenti conceditur, neq; enim. l. med. cos. C. de profes. & medi. lib. 10. id sibi tribuit, & licet argutari quis possit, ex priuilegio. l. miles. ff. de re iud. quod extenditur ad aduocatum, certè consuetudo, vix introduxit, vt aduocatus, & doctor legens, immunes sint à carcere. Quare, si quis musaret de priuilegio, ne exigatur in plus quam facere possit causa prorsus caderet, & cum sibilo exploderetur, ita enim distat consuetudo (optima legum interpret) Ergo, cum hoc non conceditur doctori, neq; aduocato, cur concedatur scholastico: de doctore, & aduocato dixi capite supra proximo.

27 **N**unc de monacho dicamus, & quidem monachus non potest ob debitum ciuile capi, nec in carcere detineri, auctore Bald. in Auth. causa quæ fit cum monacho. col. 2. nu. 3. versi. quartum considerandum. C. de Episc. & cler. Abb. in. c. cum I. & A. num. 27. de re iudi. Roder. in. l. 2. tit. De los gouernos, in. 5. q. versi. idem dicendum in monacho. Quare in monacho cessat prorsus dispositio huius legis, vt ibi Rodericus notat.

28 **I**llud notandum, quod si quis in fraudẽ creditorum ingrediatur monasterium, non est recipiendus ad monachatum: quoniã, non ducitur bono spiritu, sed, vt defraudet creditores, & otio indulgeat, ita docet Innoc. in. c. vnico. de obligat. ad ratio. & ibi Abb. col. pen. versi. tertia fuit, vbi dicit concludẽdo, si tamen ingrediatur in fraudem monasterium, ipsum monasteriũ, satisfacere

debet creditoribus, quatenus ex bonis monachi ad se peruenit. c. si qua. 1 9. q. 2. §. 4. fi. Instit. de acquir. per arrogat. notat Baldus in. d. Auth. causa quæ fit cum monacho, col. 2. num. 3. versi. quartum. C. de Episc. & cleric. Abb. in. d. c. vno. col. pen. vbi tractat, an sint deducendæ expensæ necessariz ad alendum monachum.

Hęc procedunt quando debitor ingreditur religionem, antequam creditor illum capiat, vel executionem aduersus illum faciat; nam si post hæc ingreditur monasterium, idem dicendum, quod dixi in clerico, qui post capturam suscipit sacros ordines, ita Abb. in. d. c. vno. col. 4. versi. quæ dicta sunt, de obli. ad ratiocin.

29 **I**llud est memoria dignum, quod si quis debitor monasterij præ inopia, non possit soluere, liberatur, si ingrediatur ipsum monasterium, Bald. per textum ibi in. l. 2. ff. de capi. dimi. Marcus Mantua. sing. 3. & dixi c. 1. num. 67.

30 **R**ursus, illud notandum, quod si monachus mutuat, vel deponit pecuniam, si ei restituitur absque facultate Abbatis, debitor, vel depositarius liberatur. Bar. in. l. si vnus. 1. respo. ff. de pact. Bar. Bald. & Salic. in. l. filius. C. de pact. Bart. in. l. eum qui. §. qui sibi. ff. de verb. oblig. Quod limitandũ, nisi in contractu factum Abbatis, vel a terius superioris requiratur Bart. in. d. 3. qui sibi. decis. Tholos. 1 2 2. An autem sacerdos possit locare operas suas, vide Anan. in. c. suam nobis, nu. 8. de symonia.

31 **S**ed quid si infidelis sacrum Baptismum recipiat, an ex hoc effugiat manus creditoris, videtur effugere, quoniam baptizatus effugit pœnam criminis. 26. distinct. per totam. c. quod autem. 3 2. q. 1. c. 2. in fine. de cont. dist. 4. glo. ff. 49. distinct. in summa. glo. ff. d. c. quod autem. Anto. Imola, & Felin. in. c. de his. de accusat. Thom. Ferrarius cautela. 24. versi. si vis ipsam mortem. Barbat. in. Clem. 1. col. pen. de Summa Trinit. ergo, multo magis effugiet manus creditoris, & pœnam imminentem ex non soluta pecunia. Contraria tamen sententia vera est, quoniam Baptismus respicit animam, cum per id quis reddatur membrum Christi. c. quia passus. de pœn. dist. 2. idcõ absolutio quæ procedit ex Baptismo, intelligitur quoad animam.

32 **Q**uare Baptismus nihil remittit in foro iudiciali, glo. in. c. admonere. in verb. Penitentia. 3 2. q. 2. glo. Innoc. & Hostien. col. ff. & Ioan.

De Inope debitore

& Ioann. Andr. Anton. & Abb. in. c. gaudemus. per text. ibi. de dinor. Anania, qui hanc testatur communem, post Marian. & Aretin. in. c. de his. de accusa. Card. in Clement. 1. §. sanè. q. 14. de vsur. Lucas Penna. in. l. si apparitor. col. penul. C. de cohor. lib. 12. Deci. in. c. quæ in Ecclesiarum. col. 8. ver. tertio. de consti. Alexand. Halensis in. 4. parte suæ summæ. q. 20. memb. 1. art. 2. vbi dicit quod in baptismo omnis culpa deletur, quoad animam. S. Thomas in. 3. parte summæ quæst. 68. artic. 1. quæst. 1. B. Antonin. Florenti. in. 1. part. 3. partis principalis summæ theologia. tit. 14. c. 13. post princ. vbi dicit quod per baptismum remittitur omnis pœna debita Dei iudicio, sed non ea quæ debetur in iudicio hominum. * Nunc breuiter de parentibus dicamus, & certè, neq; pater, neq; mater, neq; auus, neq; auia, neq; focer, neq; mulier, neq; patronus, & omnes personæ, quæ non tenentur in plus quam facere possunt: quales sunt focij, & donatores, non possunt cõijci in carcerem, à filijs, neq; à focijs, vel donatorijs: tantum enim abest, vt eorū persona capi possit, vt neq; bona insolidū exigantur: tantum exiguntur quatenus facere possint, hoc est, ita vt remaneat eis vnde vitam transigere possint. l. parentes. ff. sol. matrim. l. sunt qui in. d. l. inter eos in fine. ff. de re iudi. l. rei iudicatę. §. si. cum duabus legibus sequentibus. ff. sol. matrim. l. 1. tit. 15. part. 5. l. in condemnatione. ff. de regul. iur. Sed quoniã huius rei tractatus est quod iudicianus de singulis peculiariter dicamus.

33 ¶ Parentes vtriusq; sexus, & omnes ascendentes, non possunt à descendētibus ob æs alienum conijci, in carcerē: quoniam obstat reuerentia, natura induc̃ta, & diuino præcepto confirmata: nã qui à parentibus (post Deum) accepit donum inæstimabile, vt esset, non debet eos conijcere in carcerem, neq; impiè exigere, sed tãtum quatenus facere possunt: quare neq; eos conijcit in carcerem, nam generalitèr, qui non tenetur in plus quam facere possit, non est præmendus carcere. glos. in. l. liber captus. C. de capti. & ibi notat Bald. in fine. Aret. in. l. alia. §. elegantèr. quem legit cū. l. maritū. ff. solu. mari. col. 2. Alex. in. l. Centurio, nu. 25. ff. de vulg. itē qui non tenentur, in plus quam facere possunt, non tenentur cedere bonis, vt dixi late. c. 3. de vxore debitoris nu. 3. * Priuilegium autē hoc, quod parentes nō possunt exigere, in plus quam facere

possunt, nō potest ab eis renūtiari, scilicet, nec maritus, quoniam maiorem reuerentiã debet filius patri, quam vxor marito, maritus autē non potest istud priuilegium remittere, quoniã est aduersus bonos mores, nimirum aduersus reuerentiã quam lege diuina, & naturali, vxor marito, & filius patri debet. d. l. alia. §. elegantèr. ff. sol. matr. Ita in patre renuntiante, quod non valeat renuntiatio, scribit Specul. in tit. de renuntia. & conclus. §. 1. vers. item quod beneficium Ioã. Andr. in. c. Odoardus de solutio. Alexan. in. d. l. alia. §. elegantèr nu. 16. ff. solu. matri. videretur enim respública barbarica, si ob priuatorum pactiones interrūperetur sancta naturæ lex, quod est abominandum, & absurdissimum.

36 ¶ Quinimo etiam si parentes renuntiant huic priuilegio, cum iuramento, adhuc nō possent exigere in plus quam facere possint: sed relinquenda eis sunt alimenta. Primo quoniam filij ipsi tenerentur eos alere, si viderent eos in ægestate constitutos. l. si. ipsum autem. C. de bon. quæ libe. l. si quis à liberis in principio vbi Lara de Cordoua. nu. 4. ff. de lib. agnosc. Et circuitus est euitandus. l. cum fundus. §. seruum tuum. ff. si cer. pet. Secundo quoniam tale pactū quod filius possit in carcerem ducere patrem, est abominandum, & prorsus execrabile: & filius qui tale quippiam petit impius est, & bipendū nequissimus, neq; vlla res magis impia videtur conspici posse in republica, quã si hoc tolleraretur: quare tale iuramentū aduersus bonos mores non est vllō modo seruandum. c. non est obligatorium de reg. iuris in. 6. * Ita in marito (iuramento addito) renuntiante suo priuilegio docet Bar. in. d. §. elegantèr. num. 9. & sequuntur Doctores ibi, & testatur esse communē sententiã Couarr. in repet. c. quãuis pactum. in princ. 2. par. & Alciat. in. c. cum contingat. num. 69. de iure iur. sed nouissimè vir doctissimus Ferdinandus Vasquius, in tracta. de success. creatio. lib. 3. §. 28. versic. teneo; docet iuramentum mariti renuntians suo priuilegio in fauorem vxorum validum esse: adducit quod in. l. si quando §. illud. C. de inoffic. testam. dicitur quod non valet pactum, per quod filius renuntiat hæreditati paternæ, & quod illud est, quoniam tale pactum est aduersus bonos mores, quod nihilominus tale pactum valet, si sit iuratum cap. quamuis pactum de pact. in. 6. Deinde dicit, quod textus in cap. non

non est obligatorium. loquitur quando iuramentum est aduersus bonos mores stabilitos Iure Diuino, vel Naturali, vel Canonico, vt patet ex dispositione. d. c. quanuis pactum. vbi pactum de non succedendo valet licet reputetur aduersus bonos mores. Deinde adducit, quod cum hoc iuramentum seruari possit absq; dispendio salutis æternæ, & absq; præiudicio cuiusquam, & nemo ex eo inuitetur ad delinquendum, quod seruandum omninò est. **39** Ego communem opinionem probo, quoniam vxorem reuereri maritum, non aliter quam dominum, vel patrem suum, institutio est diuina: Paul. ad Ephes. c. 5. inquit, *Vir caput est mulieris.* Et Petrus Apostolus in epistola Canonica. c. 1. præcipit mulieres subditas esse viris. Quare pactum, vel iuramentum aduersus hanc Iure Diuino, & humano inductam reuerentiam, est aduersus bonos mores Iure Diuino, & Naturali inductos: quare non est obligatorium aduersus bonos mores præstitum iuramentum: nam hoc, vel maximè est aduersus bonos mores Iure Diuino inductos: quare quadrat regula. c. non est obligatorium, iuxta interpretationem ipsius Vasquij, qui dicit requiri, vt sit aduersus bonos mores Iure Diuino, Naturali, vel Canonico, stabilitos: nam hic ea omnia quadrant.

38 Ex quo apparet Vasquium, non rectè respondere, ad d. cap. non est obligatorium. Non obstat quod non est in præiudicium tertij, quoniam sufficit quod iuramentum sit aduersus bonos mores, ad hoc, vt non valeat, vt in d. c. non est obligatorium. Deinde non obstat quod valet pactum iuratum, de non succedendo; licet sit aduersus bonos mores: quoniam est aduersus bonos mores, Iure Ciuili inductos: sed non aduersus sanctam naturæ legem, & diuinam institutionem. Ex his credo qd pater, non tenetur in plus quàm facere potest, etiam si suo priuilegio renuntiet cum iuramento: quoniam tale iuramentum est aduersus bonos mores Iure Naturali, & Diuino inductos, quo filius iubetur reuereri patrem. *Honora (inquit Dominus) patrem tuum, & matrem, et eris longeuus super terram.* Et D. Paul. inquit, *Fili, obedite parentibus vestris in Domino.* Regia l. 3. tit. 24. part. 4. ergo aduersus hanc reuerentiam, præstitum iuramentum, non seruandum: quod enim exemplum execrabilius esse posset, quam filium spoliare patrem omnibus bonis, nulla re ad alimenta reli-

cta, & illum conijcere in carcerem. Illud tamen est maximè expeditum, quod etiam si maritus, vel pater, iurassent debitum solvere, non ex hoc videntur renuntiasse iuri reuerentiali. Primo, quia ius reuerentiale nunquam ex generali renuntiatione videtur remissum. l. fi. C. de bon. liber. Deinde quoniam renuntiatione non nocet, nisi in his quæ expressè, & differtè sunt renuntiatæ, vt dixi cap. præced. num. 103.

39 Sed est quæstionis, an pater spiritualis gaudeat priuilegio, ne à filio spirituali conueniatur, vltra quam facere possit: mouet quæstionem qd patri spirituali, non videtur deberi tanta reuerentia, quanta carnali; cùm filius spiritualis, possit vocare illum in ius, sine venia, quod in filio naturali non admittitur: ita in filio spirituali docet Faber. in §. penales. vers. & in eum. Insti. de actio. Rursus iura loquentia in filijs, non verificantur in spiritualibus: Annon. in. c. transfmissæ. qui fil. sint leg. Capra. consi. 148 lib. 2. Bald. in Authen. nisi rogati. C. ad Trebel. Nicolau. Vvaldius in tract. de success. ab intest. char. 3. vers. septima, & vltima. Decius consi. 399. Cotta in memoriali incip. Filius spiritualis, Campeg. in tract. de statu. exclu. fœmi. q. 40. Alexand. consil. 125. col. 2. lib. 4. Georgius Nattan in cap. quanuis pactum. in. 3. quæstio. 43. quæstionis principalis. de pacti. in. 6. sed contraria sententia, æquior est, & bonitati Christianæ congruentior, immò pater spiritualis, neq; est capiendus, neq; addicendus filio spirituali, & qd magis est, non est ab eo exigendus in plus quam facere possit: ita docet Faber. in §. sunt præterea vers. sed & si quis. Insti. de actio. Angel. & Platea ibi col. 2. Tiraq. in. l. si vnquam. in verbo *Suscipit liberos*, nu. 27. C. de reuoc. donatio.

40 Rursus quorsum à patre spirituali filius auferat necessaria ad alimenta, cum si patitur inopiam teneatur filius cum alere: non aliter quam patrem naturalem: ita Fræncus in. c. 1. de cogna. spiritu. lib. 6. Nicolaus Vvaldius in tract. de success. ab intest. charta. 3. in parvis versic. septima & vltima. species Bald. (quanvis ambiguit) in Authen. nisi rogati. C. ad Trebel. Barba. in. c. Raynuntius col. 39. vers. & adduco de testam. Curtius in tracta. de test. bus conclus. 30. ad finem. Cotta in memoriali. incip. cum mater. Faber. in. l. 1. C. de alied. liber. & hanc opinionem probat vir doctissimus Guilielmus Budeus in libro de Philologia: qui scribit,

De Inope debitore

scribit, priscis seculis honorariam quandā actionem proditam fuisse, vt pater spiritualis alat filium mysticum, quem è sacro fonte leuauit: ex his apparet patrem spirituales, non posse à filio spirituali conijci in carcerem, ob x̄s alienum, nam qui non tenetur ultra quam facere potest, non potest conijci in carcerem; nec tenetur cedere bonis, vt dixi supra nu. 34. & c. 3. nu. 2.

41 ¶ His suffragatur, quod patri spirituali, non minor debetur reuerentia, quam carnali. glos. in. c. Pistacium. 30. q. 3. Barba. in. l. 2. col. 7. ff. de verb. obliga. & in. l. cum acutissimi. nu. 114. C. de fideicom. Nam cognatio spiritualis nō minus efficax est,

quā carnalis glos. in. c. qui dormit. 27. q. 2.

42 ¶ Vnde, & pater spiritualis, non potest vocari in ius: sine venia: ita docet Guilielmus Cugneus. Paul. Rom. Alexād. & Ias. in. l. generalitèr. ff. de in ius vocand. Ang. & Fulg. in. l. adoptiuum. ff. eo. tit. A retin. in. §. penales. Insti. de actio. Ias. ibi col. 10. ver. nunquid ergo. Zasius ibi. col. 2. Gome. col. 11. versi. & omnia prædicta. Si enim verū est (vt est, re vera) quod scripsit Aristoteles, *Parentibus, et magistris p̄rem gratiam referre non posse.* certè omnia maxima beneficia debentur patri spirituali, qui prima religionis semina, in tenero infantis pectulculo inserit. * Sed est quæstio, maximè difficilis, quid si pater conijcitur in carcerem à creditoribus, & creditores petunt, vt sibi addicatur opponūt sese filij fo. sam ægeni, & impuberes petūtq; sese præferri, ratione dotis maternæ, & vt pater sibi addicatur, tanquam potioribus iure. pro dote materna, & quod non addicatur creditoribus: hanc quæstionem eisdem argumentis tractare licet, quibus supra. c. 3. tractaui, *An vxor petens maritum sibi addici sit præferenda cæteris creditoribus.* Nam hic eadē obstat reuerentia, & idem priuilegium (scilicet) quod pater non potest conueniri à filiis, in plus quam facere possit: certè ibi de finiui, vxorem concurrentem cum creditoribus esse præferendam, & idem hic libētissimè definirem, nisi quod ignoro quomodo responderi possit argumento, quod pater non potest conueniri, à filiis: in plus quam facere possit: & sic dispar est ratio creditorum, & filiorum, nam filius non habet ius ad exigendū à patre, nisi quatenus facere potest, scilicet relinquendo ei alimēta: & ultra hoc non habet actionem: ac creditor potest accipere omnia bona, &

conijcere patrem in carcerem, & petere, vt sibi tradatur in seruitium: & rectè petit: quare cum agitur de addiçione, filius non videtur audiendus, quia eius actio non extenditur ad id. Sed replicabis, etiam vxor non potest conuenire maritū, nisi in quantum facere potest. l. maritum. ff. solu. matr. & tamen docuisti. c. 3. præferendam cæteris creditoribus, & maritum sibi non creditoribus ad dicendum? sed responde quòd cū vxor viuo marito petit, se præferri prodote, & vt maritus qui ad inopiam peruenit, sibi illā restituat, exigit à marito (spreto priuilegio) ne conueniatur ultra quam facere potest, nā hoc casu maritus illo non gaudet, iuxta communem opinionem relata in ibi nu. 12. hoc autem in filiis deficit, quare in eis (licet satis proclinatus) non possum iuxta iuris regulas idem definire, cum eorum actio, ad eò limitata sit.

44 ¶ Vnus tamen est casus perpetua memoria dignus in quo filius præferetur creditoribus, & patrem ab eorū manibus liberabit: scilicet, quando filius est valde inops, & nō habet vnde se alat, hoc enim casu potest patrem rigidè excutere, & pater non habet priuilegium ne conueniatur ultra quam facere possit; quoniam ordinata charitas incipit à se ipso. l. p̄fes. C. de seruit. & aqua lib. 11. & quia præferendus, qui tractat de damno exit ad o. l. verum. §. si. ff. de minor. & magis fauendum est repetenti. l. matrè. ff. ad Velicia. l. qui filium. §. Sabinus. ff. eo. titulo. Quibus rationibus in filio petente dotem matris, ita definit Bald. in. l. si quis crediderit in prima lectu. in fin. ff. de pact. & in vxore inope quod repetat ad viuum, & maritus nullo gaudeat priuilegio, notāt Baldus, & Guilielmus ibi: Bartolus in. l. maritum num. 4. & ibi Alex. col. fina. i. testatur hanc communem. ff. solu. matrim. Ias. in. §. item si de dote nu. 10. Insti. de actio. & ibi Faber. & Angel. Iacobus, & Rayn. in. l. si maritus. ff. eo. tit. Cur ergo filius possit patrem ad viuum exigere. certè si pro dote matris, vel pro alia re habet, potiusius, quā cæteri creditores poterit petere patrem sibi addici, & optinebit: nam tradendus primo est ei, qui potius ius habet, & melius est, vt operis suis alat se, & liberos (pignora charissima) reponendo debitum, quam vt seruiat creditori, & hic nulla est ignominia: quia hoc est officium patris, & filius protestabit se (quatenus de iure licet) nō petere, ne. j; velle, vt pater portet torquem ferreum.

terreum. Hic adde alias fortissimas rationes adductas: & hoc casu pater coniectus in carcerem, ad petitionem creditorum, soluetur è vinculis, si dicat se velle cedere bonis, ut nostri Hispani præpostere dicunt, & tradi potiori creditori: nam cum filius sit potior, tradetur ei, donec operis satisfaciatur doti, & sic effugiet carcerem. Neque obstat, quod filius non potest conijcere patrem in carcerem, fateor sed hic filius non conijcit patrem in carcerem, sed liberat eum à carcere, in quam coniectus fuit à cæteris creditoribus, nam si filius non concurreret cum alijs creditoribus, non esset audiendus petens patrem sibi addici: nam, non potest patrem conijcere in carcerem, ut dixi nu. 43. & qui non potest conijci in carcerem, non patitur dispositionem huius legis, ut docuit. 3. num. 2. Hæc opinio æquissima est, sanctissima & valde pia: durissimum enim est patrem seruire, ut reponat debitum extranei, & non, ut reponat debitum filij inopis, forsam infantis, qui potius ius habet pro dote matris, an non melius est, ut solvat filio potiori creditori? non minus dedecor osum laborare, ut alas filium, quàm, ut alarum dominum extraneum: non melius tractabitur à filio, quàm ab extraneo, non debet filio, potius quam extraneo.

45 ¶ Sed, an ad hæredem patris spiritualis transeat beneficium, ac conueniatur ultra quam facere potest, ceterum non transit, quoniam hoc beneficium personale est, & ad hæredem non transit. l. maritum. cum. l. sequenti. ff. sol. matr. l. & si fideiussor. ff. solu. matr. ubi, quod non transit ad fideiussorem, non transit ad hæredes mariti, ut in. d. l. maritum. & in. d. l. & si fideiussor, intellige hoc de hærede mariti, de hæredibus extraneis, non de filijs, nam ij gaudent eodem priuilegio, ut in. l. etiã, & ibi Alex. ff. sol. matr. & in. l. asiduis. C. qui potio. in pig. habe. glo. in. d. l. maritum, & ibi Bart. col. fi. nu. 5.

46 ¶ An autem hæres vxoris extraneus, teneatur idem priuilegium deferre marito, etiã si matrimonium sit solutum, vide Aretin. in. d. l. alia. §. elegantèr, & ibi DD. generalitèr tamen, si persona que agit sit mater, non potest conuenire filios, eiusdem matrimonij in plus quam facere potest. Nam, filius, à parentibus non potest conueniri in plus quam facere possit, si tamen maritus habeat filios ex alio matrimonio, & vxor aduersus eos agit, non habent priuilegium

patris. l. etiã, & ibi Alex. & DD. ff. soluta matrimo.

47 ¶ Nunc tractemus de liberis, an in carcerem pro ere alieno conijci possint, à parentibus. Et quidem non possunt: filius enim, non potest conueniri à patre, vel matre, in plus quam facere possit, & idem in omnibus descendens probatur in. l. l. titulo 15. partita. 5. Unde, cum non teneantur in plus quam facere possunt, non possunt à parentibus conijci in carcerem, ut in filio non soluente matri dotem, notat Bald. in. l. liber captus. in fine. C. de capti. Rodericus in. l. 2. tit. De los gouernos. col. 3. vers. quã legem. Et licet ij loquantur, quando filius conuenitur à matre pro dote, idem intelligendum, in cæteris causis, ex quibus matri, vel patri debeant: nam regula. l. 1. tit. 15. part. 5. est generalis, imò est expressum in. d. l. ubi. Si fuisse sejo, o algunos de los otros descendientes, que ouiesse algo, à dar à alguno de aquellos de quien descendiesen. Nam, ascendens masculis non est restituenda dos, quæ non conuenit masculus, ut dixi in tractatu de non meliorandi filia capite. 161 numero. 9.

48 ¶ Hoc est lector notatu, & memoria dignum, quoniam de Iure Ciuili videtur esse de mente doctorum, quod filius potest ab ascendens tibus exigere, in plus quam facere possit, nisi sit, in causa dotis, imò, & in causa dotis dicunt, quod nepos, & pronepos, possunt conueniri, in plus quam facere possit: quoniam priuilegium mariti, ne conueniatur, ultra quam facere possit, transit secundum eos solum ad filios eiusdem matrimonij, ut in d. l. etiã. ff. solu. matr. Regia. l. 3. 2. tit. 1. part. 4. ubi, su madre, & est communis teste Alex. in. l. sed hoc ita. §. quod autem. numer. 7. ff. de re iudi. Bart. in. l. 1. C. de priuileg. dot. Bald. in. l. sub. co. tit. Cin. Bart. & Bal. in. l. asiduis. C. qui potio. in pig. habe. Nepotes autem, non sunt ex eodem matrimonio, quæ ratione istam sententiam probat Angel. in. d. l. etiã, & cum eo transeunt Imcl. Paul. & Rom. teste Alex. ibi. nu. 1. & nu. 3. vers. sed pro concordia, qui eandem sententiam probat, & las. in. l. si cum procuratore, numer. 9. ff. de re iudi. est eiusdem opinionis.

49 ¶ Sed ceterum, eorum opinio est prorsus falsa, quoniam mariti priuilegium, transit ad omnes de sobole, autore Bar. in. l. si cum procuratore. ff. de re iudi. per textum in Auth. si quid. C. qui potio. in pig. habe. & quamuis hanc

De Inope debitore

- hanc** Bartoli opinionem reprobent, Alex. & Ias. approbantes dictum Angeli: certe opinio Bartoli probatur Iure Regio, quoniam nullus descendens, potest ab ascendente conueniri in plus quã facere possit: non solum prodote, verum, neq; pro alia qualibet causa, quod est notabile, nõ solũ pro doctrina Bartoli, quę loquitur in exactiõne dotis, in qua est in descendentiõibus peculiaris ratio, scilicet, quod priuilegiũ, quod competit patri, & filijs transit ad nepotes; sed est illa lex multo magis notanda, quoniã generalitèr, extra causam dotis disponit; quod descendentes, non possunt exigere in solidum ab ascendentiõibus, quod videtur sumpsisse originem, ex eo quod etiam de Iure Ciuili.
- 50** ¶ Priuilegium, ne maritus conueniatur in solidum competit ei, siue debeat ex causa dotis; siue ex alia qualibet causa, vt in l. nõ tantũ. ff. de re iudi. Ergo cum marito, eideñq; patri, etiam extra causam dotis cõpetat hoc priuilegiũ videtur, quod debet transire ad descendentes: arg. d. l. etiam. & arg. d. l. berorum. ff. de verb. signif. Sed adhuc lex Regia est insignis, quoniam d. l. non tantũ loquitur, quando contractus, ex quo debitum nascitur contractum fuit inter maritum, & vxorem: at lex Regia ex quacunque causa debitum oriatur, inter ascendente, & descendentes, etiam si non oriatur ex contractu factõ, à parentibus descendentiõum, nõ datur exactio, vltra id, quod descendens facere potest, & etiam est notabilis, quoniam Rodericus solũ loquitur in exactiõne dotis, quam mater exigit à filio.
- 51** ¶ Sed an descendens, filius, vel nepos, possit huic priuilegio renuntiare, videtur posse: quoniam ascendens, non debet reuerentiã descendenti, & sic cessat dispositio. l. alia. §. e. elegantèr ff. sol. matrimo. & succedit regula, quod quilibet potest renuntiare suo priuilegio. l. penult. C. de pact. Non obstat, quod videtur res inhumana, filium exigere à patre, in plus quam facere possit: quoniã etiam videtur inhumanum, vt pater possideat omnes res, quę ad filium pertinent, atque etiam dotem, quã vxor filio dat; nihilominus tamẽ admitterebatur de Iure Ciuili. l. 1. C. de bon. quę libe. Deinde lex ita confidit de patre, vt semper videatur facere, quod filio melius, & vtilius est, vt latè dixi in tract. de non melior. dotis ratio si liabus. c. 1. num. 1. r.
- 52** ¶ Neque obstat, quod pater tenetur alere filium, & quod ita ratione cuiusdã, circuitus expediat, ne exigat in solidum à filio: cui alimẽta, post solidam exactiõnem dare tenetur: non enim pater semper filium alere tenetur, quid enim, si egregius est artifex, qui opificio sibi victum egregiè parat: tunc enim, non tenetur eum alere. l. si quis à liberis. in fin. prin. ff. de libe. agnos. immo etiam cessat priuilegium eorum, qui non tenentur vltra quam facere possunt. l. maritus in id. ff. solu. matr. & ibi DD. glo. in l. si quis argentum. §. sed, & si quis. C. de donat. Alex. in l. maritum. col. 2. versic. 1. §. ff. sol. matrimo. Deinde, quid si ei vtilius, est dare filio alimenta domi, ex re sua; quam relinquere ei alimẽta extra domum suam. Postremò etiam, si pater filium immodicè premat, semper boni viri credunt patrem aliquid filio forsam profuso vtilissimũ machinari.
- 53** ¶ Quando autem cadat obligatio in ter patrem, & filium, vide DD. in l. frater à fratre. ff. de condit. indeb. l. 1. tit. 1. §. l. 1. tit. 5. & l. 1. tit. 20. par. 2.
- 54** ¶ Nunc de vxore dicamus. Et quidem non conuenit virum, in plus quam facere possit, siue agat actione de dote, siue alia. l. non tantũ. ff. de re iudi. §. item, si de dote. Instit. de actio. l. 1. tit. 1. §. par. 5. l. ex diuerso. ff. solut. mari. declarat Alex. in l. non tantũ; num. 8. ff. de re iudi. quare non potest illũ pro debito conijcere in carcerem, vt dixi c. 3. num. 2. An autem cum vxor agit aduersus maritum petendo constante matrimonio dotem propter inopiã viri, an vir gaudeat priuilegio; ne exigatur in plus quam facere possit, dixi dicto. capit. 3. numero. 1. 2.
- 55** ¶ An autẽ maritus habeat hoc priuilegiũ, etiam si extraneus quippiam agat pro dote vxoris, vide. l. si prior, & ibi glo. & Bar. ff. sol. matr. tex. in l. Nessenius. ff. de re iud. & l. si extraneus. ff. de iure doti. Alex. in l. maritum. in duodècima fallentia. col. 1. ff. sol. matr.
- 56** ¶ Deniq; vide Bart. & Alex. in d. l. maritũ, vbi proponunt viginti limitationes, in quibus maritus conuenitur ab vxore in plus quam facere possit, vide eos, & Ias. in d. §. item si de dote. non enim est animus antiquorum dicta referre, nisi sit addendũ aliquid luce, vel copia commẽdabile, & ibi vide quid si sit artifex, vel opifex. An autem vxor, si maritus conijciatur in carcerem,

57 rem ab alijs creditoribus, possit petere se preferri, & vt maritus sibi tradatur in seruitium dixi latissimè. c. 3. supra. * Sciendū autem, quod sicut maritus non potest conueniri ab vxore in plus quā facere possit: ita neque vxor potest in plus conueniri à marito. l. non tantum. in fine. ff. de re iud. l. 1. titulo. 15. partita. 5. quod æquidem factis suadet.

¶ Nunc de focero dicamus; & quidem si cōstante matrimonio, gener ab eo petit dotem, non tenetur in plus quam facere potest. l. sicut cū lege seq. ff. de re iudi. de quo vide. l. penultima. ff. de iure doti. quod procedit, etiam si soluto matrimonio nurus exigat dotem, à focero patre mariti sui. l. rei iudicate, in fin. ff. solut. matrimo. de qua re legendi doctores in dictis locis, qui rem declarant, & latius tradunt Ias. Plat. Ang. & Zasius in. d. §. item si de dote. Institut. de actio. Illud tamen est plus quā notū, & memoria dignū, q̄ si focer dotem promiserit sciēs eā præstare non posse, quod tenebitur in plus quam facere possit, textus celebris. in. l. pen. ff. de iure doti. videtur enim decerpisse generum, & dolus, vel malitia foceri faciunt amitti hoc priuilegium d. l. pen. & in cæteris qui habent idē priuilegiū, probatur in. l. sed hoc ita. in fin. ff. de re iudi. l. etiam. §. licet. ff. sol. matrimo.

58 ¶ Sed est animaduertendum, quod si focer decipiat generum nocebit ei, quoad hoc, vt ipse focer exigatur in solidū (omissō priuilegio) nō tamen nocebit filijs, vel filiabus suis: ex quo elicitur, quod si focer promisit filix dorem, ex qua resultat melioratio aduersus legem. 101. condita in cōuentu Madritensi; anno. 1534. quæ habetur. l. 1. tit. 2. lib. 7. Recop. certè, etiā si pater deciperit generum, non idē melioratio raret, neq; cæteri filij, vel filix præiudicabuntur in legitima: nō enim quis alterius dolo prægruari debet. c. nemo debet. de regul. iur. in. 6. neq; propter delictū patris, filij debent puniri; hanc sententiam multis argumentis probaui, in meo tractatu de nōn meliorandis dotis ratione filiabus. c. 3. 2. numer. 13. vers. illud tamē: sic licet cōsensus filiorū, illis præiudicet, & faciat valere cōstitutionē dotis, ex qua resultat melioratio, intelligitur q̄ præiudicat his, qui cōsenserunt: nō alijs, vt dixi in. d. tractatu, cap. 10. num. 89. vers. notandum: ex quo elicitur, quod dolus patris, debet sibi solum nocere, ita, vt exigatur in solidum, nō tamen

præiudicabit filijs, ita, vt melioratio rata maneat.

59 ¶ Meminisse tamen oportet, an gener soluto matrimonio, possit indistinctè exigere focerum in solidum, etiam si dolum non cōmiserit. Item, an si commiserit dolum, possit exigi in solidum matrimonio constante. An verò debeat expectari, vt matrimonium solvatur, lōga est rixa inter nostros, vide Bartol. Angel. Alexand. & Ias. nu. 4. in. l. sicut. ff. de re iudi. Alex. latè rem excutientem, ibidem. & in. l. rei iudicate, in princip. num. 9. ff. solut. matrimo. gloss. Bartol. & DD. in. l. ex diuerso. ff. eodem. titul. Ias. & DD. in. §. item si de dote. Institut. de action.

60 ¶ Item, an extra causam dotis habeat hoc priuilegiū focer mariti, & focer mulieris, vniformitèr, vide Alex. & Ias. post alios in. d. l. sicut idē Alex. in. l. rei iudicate, col. pen. ff. sol. mat. & an sit diferētia inter eos, vide Alex. in. d. l. sicut. col. penul. & ibi Ias. Ex his liquet, quod focer nō potest conijci in carcerem in casibus, in quibus gaudet priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere possit, vt dixi. Socer tamen, quando dos non sufficit, nisi pro alimentis matrimonio potest exigi in solidum. Cin. & Sali. in. l. vbi adhuc. vbi Sali. in. §. ita tamen. col. 2. ver. iuxta. & ibi Fab. C. de iur. doti. Cap. de dote. 3. part. q. 66. & in vxore, & filijs dicam infra.

61 ¶ Sed, an focer renuntiare possit suo priuilegio, certè nō: magis videtur posse, quam pater: focer enim, parentis loco habetur. l. quia. ff. sol. matr. idē, non minus punitur gener occidēs focerū, quā filius occidēs patrem. l. 1. 2. tit. 8. par. 7. immō, nō solū parēs, sed dōminus optimo iure appellatur: quare (cū natura dictæ) parētis locū obtineat videtur, q̄ sicut pater. nō potest renūtiare ita, neq; focer possit. Hæc opinio civilis est, prudēs, æqua, & rectè rationi congruentissima, absurdū enim est focerū (hoc est alterū parētē, qui filia (hoc est) viscera sua genero copulauit: duci ab eo in carcerē, & ad mortē (sublatis alimentis) adigi: nā ij, quibus propter reuerentiam hoc priuilegium cōceditur, eius generis sunt, vt etiam si ipsi velint, nō satisfiat publicæ honestati, si minus honorificè tractentur: hoc si focer malitia vacet, nam si accederet malitia, exigere ab eo in solidum, etiam constante matrimonio reiecta opinione eorū, qui dispositionē. l. penultima. ff. de iure doti inter-

Mm pretantur,

De Inope debitore

pretantur, non habere locum, nisi soluto matrimonio inter filiam, & generum, vt per Alexandrū, & Iaso. supra citatis: quod mihi durissimum videtur, quidem prodest exigere in solidum, cum matrimoniū iam est solutum, cessatq; forsam præcipuū onus sustinendi onera matrimonij? (scilicet vxor.)

62 ¶ Illud tamen simpliciter verum est, quod ex generali legum renuntiatione, vel iuramento, non videbitur focer suo priuilegio renuntiasse: ex his quæ dixi in patre. Item, illud est verum, quod fideiussor focer, nō poterit opponere. eius priuilegium. l. verum. ff. pro soci. l. & si fideiussor. ff. de re iudi. quod verum in fideiussoribus omnium, idem habent priuilegiū, vt ibi probatur.

63 ¶ Sed de socijs nunc dicamus; & quidē socius, siue sit omnium bonorum, siue vnius rei socium non conuenit in plus quā facere possit, pro re procedente ex causa societatis. l. i. §. tit. i. o. par. 5. Castell. l. 66. Taur. verb. *arrajar*. l. sunt qui in id. ff. de re iud. §. sed, & si quis, cum parente, Instit. de actio. optimus textus in. l. verum. ff. pro soci. l. i. tit. i. §. par. 5.

64 ¶ Idem in eo, qui ex causa donationis conuenitur. l. inter eos. ff. de re iudi. d. §. sed & si quis cum parente, Instit. de actio. l. i. tit. i. §. par. 5.

65 ¶ Cum autem hoc procedat in socijs vnius rei, certē colonus partiaris, non potest à domino fundi conijci in carcerem, ratione partis non solatæ, immo, neq; exigitur in plus quā facere possit. Ita nominatim Fulgo. in. l. si merces. §. vis maior. ff. loca. Castell. in. d. loco, sed illud in his peculiare est, quod possunt suo priuilegio renuntiare, quoniam non conceditur propter reuerentiā inherētē personæ, sed propter qualitatem cōtractus, nā socij omnium bonorum reputantur fratres lex verū. ff. pro socio. Itē exigi in plus quā facere possit, eum, qui ex causa donationis cōuenitur, esset summæ ingratitudinis, & impietatis; q̄ si ipsi renuntiant suo priuilegio, nihil est absurdum, nihil est iniquū, q̄ renuntiationē minus, validam reddat: nam cōtra bonos mores non est, vt possimus facere cōtractū, prout nobis placuerit. l. si cōuenierit. ff. de re iudi. ita his rationibus definit Bar. in. l. alia. §. elegantè. col. i. ff. sol. matr. A lex. ibi. col. pen. nu. i. 6. ver. reperio, & dixi. c. præced. Cū autē socius nō possit pro causa, societatis con-

ueniri in plus quam facere possit, certē nō poterit capi, etiam si nō det fideiussorem, neq; possideat immobilia, Castellus in. l. 66. Tauri, verbo *de se arrajar*, columna finali. * Sed quid si dotauit extraneam, an conueniri tantum debeam, in id quod facere possum: certē non textus est expressus, in. l. penultima. ff. de iure doti. Neque obstat, quod videtur esse mera donatio, vt dixi in meo tractatu, de non melioran. filia. cap. 9. nu. 67. & quod donans non tenetur in plus quam facere possit, quoniam quoad matitum nō est mera donatio, immo, censetur habere dotē, titulo oneroso, ad sustinenda onera matrimonij. l. pro oneribus. C. de iure doti, Bartolus, Alexander post glossam, in. l. Mæuia. ff. sol. matr. Baldus, Roman. & Alexander in. l. si donaturus. ff. de condit. ob causam: & dixi in meo tractatu de non melior. filia. capite. 3. 2. col. i. num. i. & nume. 8. & capite. 9. nu. 66. Cinus, Bartolus, Baldus, Salicetus, & Paulus in. l. vna. C. de inof. dotib. Bartolus, Baldus, & Salicetus in. l. si. in princ. C. de iure doti. Socius autem habet hoc priuilegium, siue sit socius omnium bonorum, siue vnius rei. l. verum. ff. pro socio. Item, quiuis, habet hoc priuilegium, ne conueniatur ultra quam facere possit, si de ea re pactum fecit. l. si quis crediderit. ff. de pactis.

¶ Ex his apparet qui habeant hoc priuilegium, sciendum autem eos omnes, non solum, non esse addicendos creditori, neque detinendos in vinculis, vt dixi supra, c. 3. nu. 2.

67 ¶ Verum etiam eis relinquenda alimenta, quibus vitam transigant. l. inter eos in fine. ff. de re iudi. l. in condemnatione. ff. de regul. l. i. tit. i. §. part. 5.

68 ¶ Alimenta autem iuxta personæ qualitatem relinquenda, alia enim assignanda nobili, alia ignobili, alia diuiti, alia rustico, doris laboribus assueti. Alijs enim cibus vititur nobilis, alijs rusticus, & aliter conseruatur dignitas patris, vel foceris nobilis, aliter dignitas rustici. Itaq; vt satisfiat menti legis, quæ rectissima ratione noluit hos exigi in plus quā facere possint, ne scilicet dura patiatur ab his, à quibus nature lege, vel beneficij, vel cōtractus ratione debent expectare gratiā, vel indulgentiā decernitur, ne ad horū petitionē seuerè præmātur, durissima autē pateretur, si relictis cōtractus alimentis nature necessarijs, cogentur digni-

- dignitatis suæ præ inopia, iacturam facere, qua ratione verissimū est, hoc verbū *facere posse*, æstimandum iuxta cuiusq; dignitatem, arg. textus, & gloss. in verbo *dignitate*, in l. nepo; Proculo. ff. de verbo. significat. tutor secundum dignitatem. ff. de administratione. tuto. gloss. in l. seruis, Urbanis in verbo, *ex libellis*, & in verbo *cibarijs*. ff. de leg. 3. nominatim, Cepola in tractatu de Imperatore milites deligen. in. 22. præuileg. nobilitatis, Baldus in Rubrica. C. qui boncede. poss. Ang. & Imola, in l. Nesselius. §. fin. ff. de re iudi. Paulus Citadin. in tractat. de iure patrona. in. 6. parte. q. 7. Ias. qui nominatim loquitur in. §. item si de dote. Insti. de actio. Hippol. in repe. rub. de probatio. col. 5. Corsetus in repet. capit. grandiar. char. penult. de supplend. neglig. prælat. Assi. in constitut. Siciliæ, incip. qualitas personæ, col. 2. Aret. Imol. Raph. & Alex. in l. si maritus in id. ff. sol. matr. A lex. in l. maritum, col. si. ver. pro intellectu. ff. co. tit. Din. Ang. Aret. & Ias. in d. §. itē, si de dote. Aret. cōf. 17. incip. cōsideratis, col. pen. in. 5. dubio.
- 69 ¶ Immo habenda ratio, ne nobilis cogatur solus viuere. Imol. Alex. Areti. & Cepola in locis supra citatis. Abb. in. c. cū adeo, de rescrip. Aret. d. consil. 17. circa fin. Dicit Socero relinquendum, quo se, & ministros alat. Neq; obstat Regia. l. fin. tit. 11. partita. 4. ibi, *Le cinque alguna cosa de que biua*: ex qua calumniator potest arguere, parum quidam relinquendum. Nam, lex dicit, *alguna cosa*, quod parum videtur significare: nā verbum *aliquid*, significat particulā, sed certē non nego aliquid relinquendū, sed iuxta dignitatem, nam, q̄ rustico est multum, nobili est parum; & sic secundum qualitatem cuiusq; erit particula. *Sic patrono alimenta præstanda iuxta ipsius dignitatē. l. 1. §. mulier, & ibi gloss. & l. habitatio. §. seruis. ff. de ventr. in poss. mit. glo. in. c. episcopis, in verbo. *victu*. 1. o. q. 2. gloss. in. c. nobis, in verbo. *modestē*. & ibi notat Ant. de iure patro. nominatim Rochus in tractat. de iure patron. in verbo, & *vile*, in. 3. q. 1. q. principalis, Paul. Citad. in eodē tract. in. 6. par. q. 7. art. 4. & Cæsar Lābertinus in eodem tractatu, in. 3. articulo. q. princ. lib. 3. Et in simili Specul. titul. qui fil. sint legitimi. §. 1. col. fin. vers. in summa, Bald. in. c. ad aures. de rescrip. Abbas, & Felin. col. 20. in. cap. cum omnes. in gloss. penult. de constitut.
- 71 ¶ Nam mendicitas est consideranda iuxta qualitatem personarum, Zenzel in extrauag. execrabilis, vers. vnde inter cætera, in verbo. *qui mendicant*, neq; arbitror quēquam sanē mētis negaturum, alimenta relinquēda patri auo, & ascendentibus, & vxori, & patrono, & donatori, iuxta dignitatē: aliās quis honos habetur, si tantum, das ne famē pereant, tunc enim vitę succurris, non honorificē, sed infamē, & miserē: vita autem, & honor æquiparantur, gloss. in. l. iuxta. C. de manu. vindicta.
- 72 ¶ Sic frater primogenitus tenetur secundū dignitatē, & facultates alere secundo genitos, si ipse in primogenitū succedat Hostiē. Ioan. Andr. & Abbas in. c. licet, de voto, arg. l. 1. ff. de tut. & ratio. distrah. Abb. cōf. 12. col. 5. ver. septimum dubium, lib. 1. Guido. deci. 476. Card. A lex. in. c. per venerabilem. §. quod autem. col. 30. versic. postremo ad eandem materiam, qui filij sint legitimi. Socin. consil. 47. col. 2. lib. 3. Francus in rub. de testa. char. antepen. vers. 25. prohibētur, lib. 6. Iacobinus de Sāto Georgio in. l. cum antiquioribus, col. fin. q. 8. C. de iur. de libe. De qua re, vide quæ in filio dixi in meo tractatu, de non melio. filiab. c. 8. num. 30.
- 73 ¶ Sed, an hoc habeat locum, in eo qui non tenetur ultra quam facere possit, quia cessit bonis, nam, & hīc non potest ultra conueniri in postea acquisitis. l. qui bonis. ff. de cess. bono. certē, & hīc quoque videtur habenda ratio qualitatis: sed magis strictē, nam alimenta quæ debentur miserationis causa, nō debentur secundum dignitatem Iacobus A rena, & Bald. in. l. si maritus. ff. sol. matr. Lupus in repe. Rubr. de donatio. §. 65. incip. limitabis tertio, num. 51. vers. ad quorum confirmationem. An autem facere possit non æstimandum ex qualitate rei, quā acquisiuit, sed ex quantitate, vt in dicta lege probatur.
- 74 ¶ Quid autem, si postquam cessit bonis ei fuit relicta turris, quæ aureos mille valet: creditores petunt eam vendi, dicentes sibi, tanquam pauperi parvulam domunculam sufficere, ipse vero recusat, allegans se ad habitationem velle eam turrim retinere: quid iuris? certē Bartolus Iuris peritissimus, defendit debitorem, argum. d. l. qui bonis, sed Bal. ibi. col. 2. vers. quidā cessit cōtra sentit: adducēs iniquum esse, vt debitor rusticus eā turrim habitet, in damnū creditoris: si tamē debitor esset nobilis dicit

Mm 2 admit-

De Inope debitore

admittendum: ideoq; rem esse in arbitrio iudicis: sicut enim alij sunt cibi viri nobilis, alij viri rustici, alter enim, nisi delicatos cibos comedat periclitatur de vita, alter, nisi crassa ædulia proponas, non benè valet, glossa in l. seruis Vrbanis, in verbo *ex libellis*. ff. de legat. 3. Cepola, & Paul. Citad. in locis supra citatis, & las. in §. item, si de dote, textus in vnum orarium. §. criminis. ante fin. 25. distinctio. vbi peccat venialiter, qui pauperibus delitiosa cibaria præparat, Cin. & Bal. in Auth. ad hæc. C. de vsur. Ita etiã alia est domus viri nobilis, alia viri rustici: qua ratione, ego Baldi sententiam probo, vt iudex ex personæ qualitate rem statuat.

75 ¶ Sed est questio, quid si aliqua ex personis, quæ non tenentur vltra quam facere possit, habet pulcherrimã domũ, & nihil aliud ex quo soluat æs alienũ; quæro, an domũ cogatur vendere, vt ex ea æri alieno satisfaciatur, & ex residuo se ipsum alatur: æquidẽ, qd nõ cogitur domũ vèdere, docet Ang. in l. 1. C. de legat. vbi testatur se ita consuluisse: Decius, qui loquitur in donatore, in l. Diuus Pius, nu. 9. per textũ supra allegatũ, in l. qui bonis. ff. de cõsio. bon. sed cõtraria sententiã vera est, arg. l. qui potest facere. ff. de reg. iur. vbi Dec. nu. 9. & ita docet Imol. in l. maritus qui in id. ff. soluto matrim. Cuman. in l. qui bonis, Alex. cõf. 27. col. si. lib. 5. ver. itẽ habebat. las. in §. sed, & si quis, nu. 11. Inst. de act. Paul. Mõtepicus in l. Titia cũ testamẽto. §. Titia. cũ nuberet. col. 113. vers. 61. quæro. ff. de leg. 2. Telliũ in l. 10. Tauri. nu. 14. ver. respectu. col. 2. ver. vel est, quoniã l. qui bonis. loquitur de bonis acquisitis post cessionem, in quibus magis fauetur debitori, quã creditori. Cũ eo ipso, qd debitor fecit cessionẽ, lex etiã, si abiectissimus sit, cõcedat ei preuilegiũ, ne teneatur vltra quã facere possit: quoniam priuatus fuit omnibus acquisitis ante cessionẽ omnibus tantũ linea indumenta sibi relinquũtur. l. 1. titu. 15. par. 5. l. pen. & ibi notatur. ff. de cõsio. bono. quæ ratio cessat in nostro casu. Hãc eandẽ opinionẽ tenet Ang. in d. l. si maritus in id. Nicolaus Neapolitanus, & Bal. in l. 2. C. qd cũ eo. Bal. in l. quod nomine, in fine. & in l. si. C. qui bon. ced. poss. Alex. in l. maritũ. col. fin. vers. sed quid si maritus. ff. sol. matrimo.

76 ¶ Neque obstat, quod cum danda sunt alimenta, non sunt vendendæ possessiones, sed ex redditibus alimenta præstanda. Bar.

in l. penul. ff. de alimen. & ciba. lega. & dixi latè in meo tractatu de decima tutoris. cap. 10. num. 3. & 4. quoniam illud, & regula Bart. in l. qui bonis non est simpliciter, neq; generaliter vera, vt ibi tradit Zaf. col. fin. post Cuman. idem Zaf. in tracta. qualiter maritus condemnetur ad dotem. 4. pagin. quæ inferit in l. maritum, cum l. 5. q. ff. solut. matrimo. quoniam illud procedit, quando alimenta debentur ex legato, vel donatione: secus, vbi debentur ex titulo oneroso, seu procedẽte à causa onerosa (scilicet) à debito, quod contraxit, nam, vt illud dissoluatur, & vbi alimenta retineat cogitur domum vendere, argumento. d. l. qui facere potest, ita respondet Alexand. in d. l. maritum. col. fin. & mihi videtur prudẽs, & æquissima opinio, sufficit enim, vt creditor, cogatur relinquere alimenta iuxta dignitatem. Neque est cogendus, propter iniquissimas nostrorum distinctiones, pecunia etiam sua fraudari, si quidem negẽt illum non posse cogere debitores domum vendere, nam ita intelligenda doctrina Bart. in d. l. qui bonis, & vide multa quæ congerit Telliũ in l. 10. Tauri. nu. 14. Nã hic alia versatur æquitas, & aliã prorsus est ratio, quam in alimentis: nam pater cogitur solũ alere filiũ iuxta quãtitatẽ reddituum, nec cogitur vèdere possessiones Aimon. cõf. 219. num. 9. lib. 2. secus quando tractamus de satisfaciendo creditori, qui debitori rem, vel pecuniam suam dedit: facit quod scribit Telliũ in d. loco, vers. respectu, quod si ille, cui danda sunt alimenta (putã frater) habeat domũ, magni prætij, sed nullius, vel non sufficientis utilitatis ad alimenta; quod cogitur domum vendere, & ex ea sibi parare victum, cum obligatio alimentorum cesset, vbi primũ, quis se operis suis potest alere (vt dixi) non obstante, & quod opere non censeantur fructus, vt dixi in tractatu de decima tuto. ergo, licet veditio domus non sit fructus, cogetur vendere.

77 ¶ An autem, non solum maritus, & parens; verum etiam cæteri alij, qui non possunt conueniri, vltra quam facere possunt; possint opponere hanc exceptionem post sententiam, vide latè Bartol. Imol. & Alexand. col. 1. & 2. in l. ex diuerso. §. si iudicio. ff. solut. matrim. & in l. Nessenius. ff. de re iudicat. * An autem possint repetere, si soluant in solidum iij, quibus hoc beneficium competit, vide. l. quod nomine. ff. de condiõ.

condict. indebi. & ibi Ias. & in. l. ad xgre-
gias. ff. de iureiur. Bart. & Alex. col. h. in. l.
& ex diuerso. §. si. ff. de re iudi. Felin. in. c.
si diligenti. col. 6. ver. quartum correlatiuū.
de foro compet. Gomez. in. §. poenales. nu.
30. Insti. de act. vers. & hoc etiā procedit.

79 ¶ Quid autem de filio familiā maiore, an
possit pro debito mitti in carcerem, certē
sic, Bartolus per illum text. in. l. pen. C. de
cess. bon. vide Hippol. in practica crimina-
li, verb. attingam, num. 69. Cassan. in cō-
suet. Burgund. Rub. §. §. 2. num. 1. 4. versic.
additio. Neq; obstat, q̄ pater potest allega-
re sibi tradendum, quia sibi ex legis dispo-
sitione debet operas, antequam creditori
deberet pecuniam. Sed certē filius non de-
bet patri operas artificiales, neque potest
ad eas cogi, vt dixi in tracta. de decima tu-
to. c. 2. num. 1.

80 ¶ Nunc tractemus de fratre, an possit ob-
res alienum, detrudere fratrem in carcerē,
& facere, vt sibi seruiat, si soluēdo non sit.
Mouet quæstionem, quod scribit Bal. conf.
418. lib. 1. quōd frater non potest capere

81 fratrem. * Rursus vrget, l. verum. ff. pro so-
ci. vbi inter socios, non datur actio in plus
quam facere possint, quoniam videtur esse
inter eos quedā fraternitas, q̄ si haberi pro
fratribus sufficit, multo magis sufficiet, ve-
ra, & naturalis fraternitas, ad hoc, vt frater
non conueniat in plus quam facere possit;
quod nominatim docet Faber. & Ang.
in. §. item si quis cum parente. Insti. de act.
& vide Ias. ibi, & in. l. sunt qui in id. nu. 4.
col. 1. ff. de re iud. qui refert Berrutium hāc
opinionem probantem: quod si non potest
conueniri in plus quam facere possit, certē
probata fraternitate videtur soluendus ē
vinculis, vt dixi. c. 3. nu. 2. & c. 4.

82 ¶ His accedit, quod frater reddimens ab
hostibus fratrem egenum, videtur facere
pietatis intuitu, & non animo repetendi.
Bal. in. l. liber captus. nu. 4. ver. quid de fra-
tre. C. de capti. & in Auth. si captiui, in fin.
C. de Episc. & cleri. hoc presertim videtur
verum, quando debitum processisset ex o-
peris; nam opera inter fratres censetur gra-
uita, Bal. in. c. 1. circa medicū, vers. & hęc
est nobilis, tit. de benefi. frat. & qual. frat.
in benefi. frat. succedat: * sed verius est, fra-
trem non soluentem, posse ad petitionem
fratris detineri in vinculis, atq; etiam ei
esse addicendum ad seruitium, potius quam
ceteris creditoribus.

83 ¶ Primò, quoniam frater potest habere in

seruum fratrem suum. l. si minor. ff. de ma-
numi. vindicta. l. si. C. commu. de manu-
missio. l. si ex liberta. C. de lib. cau. quanto
magis poterit illum habere in parte sua, nō
tanquam seruum, sed tāquam debitorem;
operis debitum reponentem.

84 ¶ Deinde, falsum est fratrem non posse cō-
ueniri vltra quam facere possit, glol. in. d.
l. verum. ff. pro socio. & ibi Bar. & Bal. Ni-
colaus Neapolitanus in. §. item si quis cum
parente, Insti. de actio. Castellus. in. l. 66.
Tauri, in verb. *De se arragar*, in fin. col. ver-
sic. sed quæro, dicitur hīc, *Zaf. in. §. Sed &*
si quis, nu. 3. Institut. de actio. qui testatur
hanc sententiam esse veriorem, quoniam
enumeratæ sunt personæ, quibus id priui-
legium competit, in. l. sunt qui, cum sequē-
tibus. ff. de re iudi. neque inter eas est fra-
ter, & quanquam nostri inter se rixentur,
distinguentes inter fratrem ex vno late-
re, & fratrem vtrinque conjunctum, vt re-
fert Ias. in d. §. sed, & si quis. Tamen lute
Regio videtur expeditum, quod fratri nō
datur hoc priuilegium, ita probari videtur
in. l. 1. titulo. 1. §. parti. §. ibi, *Fuqnas ende, si tal*
debdor como este, fuisse padre, o alguno
de los otros. ascendientes que ouiesse de dar algo,
o alguno de aquellos que descendiesse dellos, o si
fuisse hijo, o alguno de los descendientes, que ouiesse
algo a dar a alguno de aquellos de quien descen-
diessse. Nota hoc priuilegium solū dari in-
ter ascendentes, & descendentes: frater au-
tem, non descendit à fratre.

85 ¶ Quare apud nos non est ambigēdū, quin
frater, possit in solidum exigere à fratre,
atque illum in carcerem ducere, & in ser-
uitium accipere standum est enim regulæ.
Quinimò, neque de Iure Communi, quo-
uiam Alexand. num. 5. & Paul. col. 2. in. l.
postulante. ff. ad Trebell. faciunt mentio-
nem, quid si esset statutum, ne frater pos-
sit capere fratrem, quasi de Iure Commu-
ni secus sit. Quod si frater de Iure Com-
muni, potest capere fratrem: stultè asse-
runt citati, numero. 81. quod frater non
exigitur à fratre, in plus quam facere pos-
sit. Nam, si hoc haberet, multo magis habe-
ret, quā non duci in carcerem, & quod
frater non habeat id priuilegium tractat
Castell. in. l. 66. Tauri, in verbo *de se arragar*,
col. finali. vers. sed quæro dicitur, Quod
intelligendum, nisi fratres sint socij, vt per
Castellū. vbi supra, nam societas sola suf-
ficit, vt supra dixi.

86 ¶ Neque obstat Bal. d. conf. 418. quoniam
Mm 3 loquitur

De Inope debitore

loquitur de fratre capiente fratrem, propria auctoritate. Rursum non obstat. l. verū. quoniam inter socios est communicatio facultatum (præter fraternam amicitiam) & hæc communicatio facultatum deficit inter fratres, non obstat opinio Fabri, quoniam falsa est.

87 ¶ Non obstat, quod frater videtur donare, quoniam frater non videtur donare fratri operas, neq; pecuniā, vt latissimè dixi in meo tractatu de decima tutoris, capite. 5. col. 2. nu. 5. cum sequentibus.

88 ¶ Non obstat, quod tradit Bald. in l. liber captus, quoniam ibi est peculiaris casus, in quo frater videtur expendere pro fratre animo donandi, scilicet quādo illum ægentē, & facultatibus destitutum reddem ab hostibus, sicut etiam dicimus, quod frater dotans sororem, videtur facere animo donandi, vt prolixè tradidi in meo tractatu de non meliorandi filiabus. capit. 12. numero. 10.

89 ¶ Sed est quæstionis, an hæres fratris capi possit, si statutum dicitaret, ne frater ob es alienum caperetur, & certè Alex. in l. postulante. num. 4. ff. ad Trebell. dicit, quod tūc, neq; hæres fratris capi possit. Sed aduersus Alex. rectius pronūciat Vasquius hæredē capi posse in tract. de successio. lib. 1. §. 6. num. 44. Nam nulla alia potest esse ratio huius statuti, qua fraterna pietas, quæ cessat, quoad hæredē fratris: certè opinioni Vasquij libenter accedo, ex diuisa ratione, & comprobatur efficacitè, quoniā licet lex concedat, ne maritus exigatur ultra quam facere possit, id non admittit in eius hærede, vt dixi num. 45. immò, neq; in filio, nisi sit filius natus ex eodem matrimonio, vt dixi num. 48. & certè Alex. in d. l. postulante. num. 5. & Paul. ibi, qui prius quæstionem tetigit, nō asseuerant rem, tantum enūtiānt quid alij dixerint, & remittunt se adnotata per glosam, & Bart. in l. post diuortium.

S V M M A.

1 **P**ER sententiam acquiritur ius Fisco, cui multa applicatur, & iudex eodem die, sententiam mutare non potest.

2 Iudex ob inopiam condemnati eximit debitorem, & necessitate seruiendi, & remittere potest multa.

3 Multa parti applicata pro suo inuicisse, non potest à iudice remitti.

4 Pœnā Fisco applicatā, nō potest iudex remittere.

5 Antesententiam, & ex iusta causa iudex pœnam potest minuire.

6 Multa semel remissa, ob paupertatem, etiam si debitor multa peruenit ad pinguiorē fortunā, exigi non potest.

7 Clericus valetudinis causa excusatus, à recitatione horarum, si postea conualescat, non tenetur refarcire.

8 Iudex potest remunerare capiētes latrones ex multis, ad Fiscum pertinentibus.

9 Inopes non soluunt tributa, nec collectas, sed solū tributa personalia.

10 Tributa quæ inopes non soluunt, an eorum solutio pertineat ad alios diuites.

11 Vassalli, licet pluries iniqua, vel iniusta seruitia præstiterint, non coguntur, inuiti ad eorum præstationem.

12 Subditi (etiam clerici) possunt cogi ire ad bellum, in repentino periculo.

13 In timore publico, & improviso, tenetur Ecclesia Principi contribuere.

14 Pro reparatione menium, an teneantur subditi contribuere.

¶ An iudex possit eximere à necessitate seruiendi eum, qui debitor est ratione multa, vel eum, qui debet ratione tributi.
Cap. XVIII.

1 **Q**Uæro deindè, quid si debitū, procedit ex multa, à iudice imposita: an talem debitorem præ inopia solvere non valentem, iudex eximere possit à necessitate seruiendi. Mouet quæstionem, quòd per sententiam acquiritur ius Fisco, cui multa applicatur, ita, vt iudex, etiam eodē die sententiā suam mutare non possit. l. Paulus. ff. de re iudi. l. Iulianus, verum debitorem. ff. de condict. indebit.

2 **V**erius tamen est iudicem ob inopiam, damnati posse, eximere debitore, à necessitate seruiendi, & remittere ei multa. l. illicitas. §. si. ff. de offi. Præsi. glos. in cap. sicut dignum. de homi. & in cap. si res. 14. quæst. 6. & in l. in multis. ff. de appellat. cum olim. in. 2. de appella. Bald. in cap. at si clerici. col. 4. vers. quæro nunquid episcopus. de iudi. qui citat textum in l. eos C. de modo multæ. notat Bart. Paul. & Roman. & Ias. col. fin. in l. 1. in fine. ff. si quis ius dicen. non obtempe. & in l. illicitas. §. fin. ff. de offic. Præsid. & in l. iudex postea quam. ff. de re iudi. Ias. in l. si quis id quod col. 3. vers. quarto limita. ff. de iurisdic. omni.

- omni. iudi. & ibi Oroscius. Abb. in cap. nisi. de offi. de lega. Felin. in cap. qualiter, & quando. el. 2. §. fin. col. 7. vers. quinta causa de accusa. Angel. Aretin. in tracta. maleficio. in verbo *Quia iudex videns quod inquisiti non comparent.* col. 8. ver. quero an continuatū. Fab. in l. si. C. de modo. mult. textus in cap. cum tu. de vsur. nam inanis est actio, quam inopia debitoris excludit; & sic Fiscus conveniri non potest, cū sua nihil interfit, neq; enim sunt bona ex quibus multa exigat. Hoc tamen verū est, in multa Fisco applicata, quæ per iudicem potest ob paupertatem remitti.
- 3 ¶ Secus si multa esset applicata parti, pro suo interesse, illa enim remitti non potest. Bald. in l. rescripta. in fine. C. de precib. Im per. ofer. glo. & DD. in l. venia. C. de in ius vocan. Lucas Penna. in l. prædia. col. 1 & 8. vers. c. 2. 6. C. de loc. præd. o. civil. lib. 10. Alber. in l. quicūq; col. 2. vers. præterea hic, & col. fin. in princ. vers. item oppono, quod remitti. C. de feru. fugi. Barba. consi. 11. col. antepen. vers. capio nunc.
- 4 ¶ Secus si non sit multa, sed poena; nam non potest per iudicem remitti, vt notant DD. in dictis locis. Poena enim est, quæ imponitur à lege: multa quæ ad arbitriū iudicantis, ex cōtumacia, vel ex alia simili causa imponitur, vt notant Doctores in l. si qua poena. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.
- 5 ¶ Iudex tamen, ante sententiam bene potest ex iusta causa minuere poenam. Bart. in d. l. illicitas. §. si. de offi. Præsid. Felin. in d. cap. qualiter, & quar. lo. Iaf. in l. si quid id quod de iurisdic. omni. iudi. latè Tiraquel. de poen. temperan. in princ. vbi innu mera citat loca.
- 6 ¶ Multa autem semel remissa, ob paupertatem damnati, non potest ab eo amplius exigi, etiam si perveniat ad pinguiorē fortunam: vt probatur in d. l. illicitas. §. si. & ibi glol. Bart. Ang. & DD. notant: præcipue Bolognin. in secundis interpretationibus tex. in l. sed vnus. §. si ante. ff. de iniur. & ibi. Ang. & Alber. Guilielmus Cugneus, & Bald. in l. fin. ff. de in ius vocand. Bald. in l. si acceptam. quest. 24. C. de vsur. Paul. Rom. & Iaf. col. 6. post medi. vers. sic. tertio collige. in d. l. si quis id quod. ff. de iurisdic. omni. iud. Barba. in c. Odoardus col. 3. vers. nota quod exceptio. de solut. Felin. in c. ad liberandum col. 2. vers. sed declara istam regulam. de Iude. facit quod
- scripsi. c. 8. quod si minoris ætatis ratione, quis semel ab additione excusatus fuerit, non potest in servitium peti, etiam si postea ad robur virile perveniat.
- 7 ¶ Sic qui valetudinis ratione excusatur, à recitandis horis canonicis non tenetur resarcire, etiam si postea convalescat, vt probat Lupus in rub. de donatio. fo. 45. col. 5. vers. ad cuius in parvis. Cessante tamen inopia damnati, iudex multam Fisco applicatam, non debet in alium vsum convertere. l. precibus. §. providentibus, & ibi notant Bart. & Lucas Penna. C. de cano. largi. lib. 10. l. duos in fin. C. de suscep. & archa. co. lib. Potest tamen multa ad Fiscum pertinentem donare causa remunerationis. l. Diuus. ibi, *vel si quid fortiter.* ff. de bon. damna. l. in multarum. C. de mod. mult. Rom. in repet. l. si vero. §. de viro in. 48. fallentia. ff. solu. matrim.
- 8 ¶ Vnde iudex potest ex multis, ad Fiscū pertinentibus, remunerare eum qui latronem, vel aliū rei publicæ perniciosum cepit, vt scribit Bart. post Guilielmū Cugn. in l. 1. in fin. princ. ff. de iust. & iur. Barto. in l. illud. C. de præb. sala. lib. 10. Bald. in l. progrāma. col. 2. vers. pone, quod Præses. C. commi. vel epistol. Barba. in tractatu de præstantia. Cardin. in 1. part. q. 3. col. 6.
- ¶ Quid tamen, si quis debet, ex eo quod est vassallus, an sit addicendus creditori: videtur quod non, quoniam debens tributū, non debet in carcerem conijci, vt docui. c. 13. nu. 6. Qui autem, ob æs alienum, non potest conijci in carcerem, non est addicendus creditori, vt docui. c. 3. num. 2.
- 9 ¶ Deinde qui est inops, nō tenetur solvere tributum, neq; collectam, nisi tributum sit personale. l. cura. §. inopes. ff. de mune. & hono. Bald. in l. etiam col. fin. C. de execu. rei iudi. Roland. cons. 66. à nu. 20. lib. 1. Decius cap. 1. num. 215. de proba. Bald. & Ifernica. c. 1. nu. 55. quæ sint regal. vbi tractat, quid si inops, artifex sit, an teneatur solvere tributum: nā collecta, pro modo facultatum imponēda, Salic. in l. leges C. qui bon. cede. poss. & imponitur personæ propter rem. Bald. in l. vna. num. 44. C. de sententijs. Quibus rationibus manifestum est, eum qui debet tributum, vel collectam, non esse ea ratione addicendū creditori, si inops sit. Quare, cum apud nos ducitur in questionem, an quis sit nobilis, qui impungat eius nobilitatem facit articulum; quod si non solvit tributa, non fuit

De Inope debitore

ex nobilitate, sed ex inopia. Illud enim in proverbum apud nos abiit, *Al que no tiene, el Rey lo haze franco*. Quod intelligendum quando Regi debetur tributum, si tamen debitum ex alia causa procederet, tunc inopia non liberaret debitorem Regis, vel Fisci, idco enim liberatur debens tributū, quoniam inops nunquam fuit obligatus ad tributū: at si inops obligatur, iam semel radicata obligatione, certe servire Regi tenetur, sicut privato, vt docui. c. 13. nu. 20, & ita sunt intelligenda, quæ ibi dixi, vbi late tradidi quomodo exigendi sunt debitores: Fiscales.

10 **C**A n autem tributum quod inopes non possunt præstare, pertineat ad reliquos, qui facultatibus valent, vide Bart. distinguentem in l. semel. C. de apoch. lib. 10. & in l. 2. C. de oper. publi. late Mauric. qui alios citat in repet. l. 1. C. quo loco mul. mun. sub. sole. lib. 10. fol. 284. doctores in l. sicut per textū, ibi ff. quod cuiusq; vniuer. nomi. tributum tamē personale tenebitur præsta e vassallus, etiam si inops sit, quare cū moris sit, in aliquibus Hispaniæ regionibus, vt vassalli qui prædia ab antiquissimo tēpore, à veteribus dominis acceperunt; certas quasdam operas, dominis suis præstare teneantur: certè non excusabuntur paupertate. l. cura. §. inopes. ff. de muner. & honor. Si tamen dominus, ratione huius obligationis, iniquas operas, vel iniusta seruitia exigat, certè vassalli poterunt appellare Regis æquitatem, ne iniq; grauentur, vt tradit Alvaro. post Specu. in c. 1. col. 5. apud quem vel quos controuer. feud. Quo casu dominus, non potest esse iudex, sed ad Regia tribunalia recurrendum Specul. tit. de feudis. §. nunc dicamus vers. cæterum. Bald. in cap. 1. col. fin. de capi. qui cum vendi. Oldrad. conf. 234. incip. factum tale est.

11 **Q**uinimo, hec pluries iniqua, vel iniusta seruitia præstiterint, non sunt cogendi ad eorum præstationem; quia præsumuntur metu extorta. Bald. in tit. de pace constantiæ. in verbo *actiones*. Quibus cōgruit quod scribit Ioann. Andr. in cap. præsentī in nouella de offi. ordina. in. 6. & in c. eū singula. de pben. eo. lib. glos. Ioan. Andr. & alij in c. cū Apostolus. de censibus. eo. lib.

12 **C**A n autem subditi, in repentino quodam periculo, possint cogi ire ad bellum, vide Abb. in cap. sicut de iure iur. quo casu etiā clerici tenentur ad custodiam murorum,

cap. peruenit, & ibi D. D. de immu. ecclesi. Bart. in l. si. C. de cursu publi. lib. 12. l. as. in l. placet. col. 3. C. de Sacrosan. ecclesi.

13 **E**t an, in timore publico, & improviso ecclesia teneatur Principi contribuere, vide in cap. sicut de iure iur. late Lucas Penna in l. 2. & 3. C. quibus mun. vel præstatio. nemi. se excusa. liceat. lib. 10. late Guiller. Benedict. in cap. Raynuntius. verbo *et uxorem nomine Adelastam*. nu. 1036. Af. si. qui limitat, & declarat, in præfa. con. sit. Sicil. quæst. 17. Casian. in consuetud. Lurgund. rub. 1. §. 4. nu. 23.

14 **C**A n autem subditi teneantur contribuere, pro reparatione menū vide Rebutum in l. 1. C. de ciuib. urb. Alexand. lib. 11. Guidonem Papæ consil. 11. qui citat. l. turres. & l. omnes prouinciarum. C. de oper. public. & singul. §. 64. l. as. in l. diuortio. §. impend. a. ff. sol. matrim. Angel. in d. l. turres. vide eos, nam aliter Rebutus aliter cæteri sentiunt.

S V M M A.

- 1** *Egritudo solvit obligationem præstandi operas impositas ex delicto, licet delictorum castigatio ad publicam utilitatem spectet.*
- 2** *Licet iure Regio debitor inops creditori addicatur, vt seruiat; si tamen morbo perpetuo laboret debitor, nullus tenetur præstare operas.*
- 3** *Famulo ærotanti, an debeatur salarium, & nu. 4.*
- 5** *Operas præstare, aut seruire paria sunt.*
- 6** *Debitor morbosus, à carcere liberatus, an si conualescat, possit iterum capi, & nu. 15.*
- 7** *Sententia diffinitiva, qua debitor ab additione creditori liberatur, si transfuit in rem iudicatum, non potest reuocari.*
- 8** *Mulier inops cui desertur: quart. pars iuxta Authent. præterea. C. unde vir, & vxor, nō amittit eam, licet postea fiat diues.*
- 9** *Beneficium ratione dignitatis concessum, non amittitur finita dignitate.*
- 10** *Filius per deportationem liberatus à patria potestate, non reincident in eam, etiam si restituatur in patriam, cessetq; deportatio, quæ illum à patria potestate eximebat.*
- 11** *Concessum propter laborem, finitur eius præuilegium labore finito.*
- 12** *Excusatus ratione minoris ætatis, non tenetur factus minor, & nu. 17. & 18.*
- 13** *Lex potius fauet reo, quam accusatori.*
- 14** *Cessante causa absolutionis, cessat absolutio.*
- 16** *Excusatus semel ratione numeri liberorū, nō amittit priuilegium, etiā si post hæc filij moriantur.*
- 19** *Laborans morbo insanabili. soluitur è carcere; etiam non dato fideiussore.*

An debitor sit liberandus, à dispositione huius legis, si aduersa valetudine prematur: Et an debitor morbi ratione possit eximi è carcere, absque fideiussore. Cap. XIX.

Solent carceris sordes (præter molestiã) aduersam valetudinem gignere. Quare, non in frequentèr dubitari solet, vtrum parcendum sit debitori perpetuo, forsam morbo afflicto. Et certè parcendū est: textus est insignis, in. l. in metallum. ff. de poen. vbi probatur, quòd ille, qui ratione delicti, cogitur operas dare, excusatur, si præmatur aduersa valetudine.

I Cum ergo, ægritudo soluat obligationè præstandi operas impositas ex delicto (licet delictorum castigatio spectet, ad publicam utilitatem. l. congruit. ff. de offi. Præsid.) Quantò magis præstabit, ne debens operas ratione æris alieni, cogatur eas præstare, si æger sit. Deindè hîc adferre licet argumenta, quibus senem decrepitem defendi capite. 7. nu. 4. nam senectâ morbus, est insanabilis.

His congruit textus expressus in. l. libertus, qui post. ff. de ope. libertorum: inquit lex. Libertus, qui post indictionem operarum valetudine impeditur, quominus operas præstet, non tenetur, neque enim videri potest, per eum stare, quominus operas præstet. Idem probatur. in. l. interdum. ff. de oper. liber. ibi: Nam, dum languet libertus, patrono opere pereunt. Idem probatur in. l. opere. ff. de re vsufruct. leg. ibi, *Quere, si post operas præstitas æger esse seruus experit, legatario peribunt.* His suffragatur. l. muneribus. §. Camelelasia. ff. de muner. & honoribus, ibi: Corporis ministerio obligentur, ne vlla excusatione liberari, nisi lesi, & inutilis corporis infirmitate. His congruit. l. Prætor. ff. de vaca. mune. ibi, Prætor, eos quos intelligit operam dare non posse, pollicetur se excusaturum, fortè, quod in perpetuum, quis operas dare nō potest, quod in eam valetudinem incidit; vt muneribus subire non possit. idem probatur in. l. 7. tit. 4. lib. 4. Ordinatio. Postremò, hanc sententiam probat Alciatus, in. l. age cum Geminiano. C. de transactio. expressius Zasius lib. 1. singula. resp. c. 3. nu. 33. & nu. 37. facit textus in. l. cum heres. §. Stichus. ff. de statu libe. & faciunt plura quæ dixi. c. 9. nu. 9.

Postremò probatur, quoniam Iure Regio, debitor inops addicitur creditori, vt operis reponat creditum.

2 Si autè debitor morbo perpetuo laborat, certè, nullas operas præstare potest, vt in d. l. operæ. ff. de vsufruct. leg. cum alijs supra allegatis: ergo, hoc casu cessat mens huius legis, quæ nolluit torquere debitorem, sed consulere creditori. Vltimo probatur, quoniam nunquam debitor, ita destituentus omni remedio, vt sit periculū, ne moriatur in carcere, vt dixi. c. 1. quod declarata, vt infra.

3 Quid tamen, si debitor traditus creditori, vt operis, vel obsequio ei satisfaciatur, incidit in morbum temporarium. Quæro, an tempus quo ægrotat computandum sit in tempus seruitij, à iudice præfixum? Mouet quæstionem, quòd famulo egrotanti, non debetur salarium. Bart. in. l. si vno. §. item, cum quidam, num. 8. ff. loca. & in. l. operæ. num. 1. ff. de vsufruct. legat. Bald. in. l. liberti, libertæ q; num. 16. C. de oper. liber. DD. in. l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufruct. Alexand. in. si cum dotem. §. si in autem, in sæuisimo, col. 2. in princ. ff. solu. matrimo. debitor autem creditori addictus famulus quidam est, qui creditori seruiendo, ab eo aufert salarium, quòd debitor illi soluit, dum illud computat in summam sibi debitam, nam, qui cōpensat, soluit. l. amplius. ff. rem rat. haberi: Mascard. de probationibus, tom. 1. conclus. 334. num. 2. * Sed contraria sententia est verior, immò, tempus ægritudinis cōputandū in tēpus præfixū. l. cū hæres. §. Stichus. ff. de statu libe. cuius verba sunt. Sed, si quibusdam diebus, aut valetudine, aut alia iusta causa impedimento fuerit, quominus seruiat, & ij, anno imputandi sunt. Seruire enim nobis entelliguntur ij, quos ægros curamus, quæ cupientes nobis seruire, propter aduersam valetudinem impediuntur. Hæc lex nominatim videtur loqui in nostro casu, nam loquitur de iusso seruire per certum tempus, vt eo elapso consequatur libertatem, docet autè tempus ægritudinis computandum in spatium præfixū: neq; obstat, si quis obijciat, legem illam loqui de obligato seruire, & quòd debitor, si est artifex, tenetur operis artificialibus (hoc est, suo opificio) satisfacere.

5 Sed responde, quòd paria censetur seruire, vel operas præstare. l. si quem seruum. ff. de statu libe. ibi, Nihil interest vtro modo ceueas, si seruiert, an si operas dederit. deinde seruitium

De Inope debitore

vitium est opera obsequialis. Neq; obstat q̄ dispositio. l. cū h̄eres. §. Stichus. prodita est fauore libertatis: nam cum tractamus de erueno debitorem à manibus creditoris, tractatur verisimè de causa libertatis: cum tractemus de liberando homine, qui natus est ingenuus, à manibus, creditoris qui illo utitur veluti seruo. Quod docet Zasius consi. 19. incip. in causa concernente monasteriū. nu. 19. lib. 2. Marthæ. Afflict. in constitu. Sicil. incip. prosequentes. nu. 6. & 25. Felin. in c. edoceri. col. 2. versic. primo. declara. de rescrip. Præterea tempus ægritudinis computandum, probatur in l. he opere. §. si patroni. ff. de oper. liber. ibi. *Si patroni plures in diuersas regiones discesserint, & liberto simul operas indixerint, potest dici diem operarum cadere, sed libertum non obligari, quia non per eum, sed per patronos stet quominus opere dentur, sicut accidit cum ægotanti seruo opere indicuntur.*

¶ Idem probatur in l. libertus qui post. ff. de oper. liber. ibi. *Libertus qui valetudine impeditur quominus operas præstet, non tenetur neq; enim potest videri, per eum stare, quominus operas præstet.* Hoc probatur efficacius in l. opere. ff. de vsufru. lega. cuius verba retuli supra: neq; adversatur quod dixi de famulo, aliud enim est quando versatur libertatis fauor, vt probatur in d. l. cum h̄eres. §. Stichus.

6 ¶ Sed quid si debitor, excusatus fuerit, à dispositione huius legis, & solutus, è carcere non dato fideiussore, quia perpetuo morbo grauatur, medicorum iudicio, & postea, vt sunt mira indulgentis naturæ opera conualefcit: quæro an iterum capi possit, & in seruitium peti, & certè quamquam multa vtrinq; proferri possint, humanius est, vt si creditor iam petijisset illū in seruitium, & contestata super hoc lite, iudex debitorem, à rigore huius legis absoluat, & è vinculis eximat, non possit, amplius conveniri, etiamsi conualefcit nisi pinguiorem natus fuerit fortunā. Primò quoniam indebitore, qui furoris ratione eximitur, & post venit ad sanam mētem, & in minore qui ætatis imbecillitatē allegat, & post fit maior, ita definui & pluribus probaui. cap. 8. nu. 9. & cap. 9. nu. 9. furor autem morbus est. Deinde in eo, qui ratione inopiæ soluitur è vinculis, licet nō possit solvere multā: quod licet post acquirat nō tenetur solvere docui. cap. præced. nu. 6. Præterea clericus, qui propter

ægritudinem non recitat horas, nō tenetur refarcire licet post conualefcit, vt ibi dixi nu. 7. Rursus licet cessante causa, cesset effectus, fallit nisi causa iam suum fuerit fortita effectum. l. finali. ff. vnde libe. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obligat. & ibi Iaso. in quarto notabili, Imola in c. finali per textum ibi de offi. de leg. Anton. in c. tanè. de renuntia. Cinus in l. generaliter. col. 2. de Episcopis, & clericis, & ibi Baldus. col. 3. Barto. in l. 2. §. finali. ff. de dona. Decius in l. 1. nu. 79. ff. de offic. eius, & consil. 31. col. fin. & in cap. quæ in ecclesiarum col. 7. de constitu.

7 ¶ Deinde sententia definitiua, quæ transiit in rem iudicatā, qua debitor absoluitur à decreto huius legis reuocari non potest. l. Paulus. ff. de re iudi. His apertissimè congruit, quod si quis excusetur, à muneribus propter morbum, de quo nulla spes erat, quod sanitatem admitteret, certè hæc excusatio illi perpetuo proderit, in ea tutela, etiam si præter spem conualefcit. l. pen. ff. de vaca. mune. notat Bart. per eum textum in l. si cum dotem. §. si maritus. versic. si autem tantus ibi, *vt sanitatis nulla spes superstit.* & ibi Paul. circa medium versic. & per hoc determinat, & ibi Alexand. col. 2. versic. in tex u, ibi nulla spes. ff. solu. matri.

8 ¶ Si c mulier cui ob paupertatem defertur quarta pars iuxta Authent. præterea. C. vnde vir & vxor. non amittit eam, licet postea fiat diues, quia sufficit qualitatem ad fuisse tempore mortis mariti, autore Decio in d. Authent. præterea in fine. C. vnde vir, & vxor, & cōf. 24. incip. mulier cui propter inopiam columna prima.

9 ¶ Si beneficium cōcessum propter dignitatem, nō finitur, finita dignitate. l. eos qui C. de excu. mune. lib. 10. & ibi Platea notat Bart. Angel. & Platea in l. maximarū, per textum ibi. C. eodē tit. Platea in l. eos qui. C. de fabricen. lib. 11. l. iubemus, & ibi Platea. C. de proxi. sacro scrip. lib. 12. Felin. in c. quæ in ecclesiarum col. 32. fallentia. §. ver. & hinc est de constitu. Din. Ioā. Andræ. & Francus, in c. decet concessum. de reg. iur. lib. 6. Hippol. singul. 107. & singulari. 179. col. 2. Sic liberatio contingens liberto ratione matrimonij cōtracti, cum domina sua, vel contra, non finitur, soluto matrimonio ex sententia Bald. & Oldral. in l. libertæ. C. de oper. liber. de qua re latissime dixi. c. 14. num. 6.

10 ¶ Si filius liberatus à potestate patris, per de por-

deportationem, non re incidit in eius potestatem, etiam si restituatur in patriam, cessetq; deportatio, quæ illum à patria potestate eximebat. l. in insulam. C. de sententiâ pãsis. Et liberatus à patria potestate per dignitatem, non re incidit in eam, dignitate finita. glos. in Authent. constitutio quæ de dignitatibus. §. 1. versi. Sic generaliter in verbo præstet. glos. in Auth. sed episcopalis dignitas. C. de Episcopis, & cleri. Platea in. l. si. C. de cõsuli. lib. 12. Dinus (quem nemo citat) in regula decet. de reg. iur. lib. 6. Hæc opinio est cõformis humanitati, neq; alio nomine mihi magis placet, quam quod eximit hominem à dispositione huius durissimæ legis: libentèr tamen sua serim iudici, ne simpliciter absolvat debitorem propter morbum, de cuius sanitate nulla est spes, sed vt addat verbû *Donec ægritudo durauerit*: vt hac, clausula nouarum litium occasionem dirimat. Neq; enim negare possum (aut debeo) hanc opinionem, quam tot argumentis probaui habere nescio quid iniquitatis, satis enim videtur concedi humanitati, si debitor propter insanabilem morbum solvatur, è carcere, neq; videtur concedendum, vt si cõualescat non reponat creditum. * Nam quando aliquid conceditur propter laborem, finito labore finitur priuilegium. l. geometræ. ff. de excu. tuto. l. idem Vlpianus. l. athletæ. §. 1. ff. de excu. tuto. l. Titia Seyo. §. v. suras, & ibi glos. ff. de leg. 2. Alexand. Aretin. & Ias. in. l. filius à patre. §. 1. ff. de libe. & posthu. Din. & Francus in cap. decet. de reg. iur. in. 6. Ang. in. l. minoribus. C. de his quib. vt indig. Roma. in. l. si vero. §. de viro, fallentia. 27. ff. sol. matri. Aretin. consi. 83. & in. l. diuortio. §. si. col. si. ff. sol. matrimon. * Sic licet filius minor, qui nõ reddemit patrem excusetur imbecillitate ætatis, nec priuetur patris hæreditate Authent. si captiui. C. de Episco. & cleri. certè licet semel fuerit excusatus ratione ætatis, non sufficiet si factus maior non reddemit patrem, autore Bald. in. d. Authent. si captiui, post medium in ver. secunda quæstio est, & in. l. qui contra. col. 1. ver. ibi quos omnes. C. de inces. nupt. & in. l. precibus. col. 3. ver. quid ergo si tempore primo. C. de impube. & alijs substi. vbi dicit hanc cõmunem Angel. in. l. 1. C. in quib. causis in integr. restit. non est necessa. Fulgo. consil. §. 2. in. 2. dubio. Paul. in. l. sciendum. §. fin. in. 1. notabili, & ibi Alexan. col. 1. & Ias,

nu. 11. ff. qui satisfac. cogan. Roma. singul. 221. incip. tu habes. qui allegat. l. qui cum maior post principium. ff. de bon. liber. & in. l. 3. §. scio. ff. de mino. Neq; obstat quod dixi cap. 8. nu. 9. versic. moueor. quoniam quod minore, qui non vindicauit necem patris, semel excusato ratione ætatis, perpetuo erit excusatus, licet postea fiat maior, & cesset: atq; item mater, non petens filio tutorem excusatur ætate, & licet postea fiat maior, & cesset, censetur perpetuo excusata, vt ibi dixi. Illud enim peculiare habet rationem, quia matre non petente filio tutorem lex statim ei providet. Quare mater liberata est ab onere petendi, iustificat enim providentia legis, & iam diligentia matris præuenta est à iure argum. l. causam. §. puella. ff. de manumi. at in filio minore non reddimente patrem, secus est, quia obsequium quod filius debet patri, habet in se tractum successivum semper enim est obligatus, ergo sic in debitore dicendum; quod licet morbi ratione fuerit è vinculis solutus, & à dispositione huius legis liberatus, quod si postea conualecat, non sit perpetuo liber: quia obligatio qua est adstrictus creditori, durat perpetuo, donec solvat: quare cum reualuerit, & beneficio legis servatus fuerit, videtur quod sanus, & robustus teneatur creditum reponere. Neq; obstat quod, dixi. c. 9. nu. 9. quod furioso semel excusato à pœna criminis, censetur perpetuo excusatus licet ad sanam mentem redeat. Illud enim est quoniam lex difficillime succurrit ad accusandum, & libentèr fauet reo: quare minori, nõ dat lex restitutionem, ad accusandum, neq; ad exaggerandum delicta aliena, vt in. l. auxilium. ff. de mino. Nõ obstat, quod clericus, qui non recitauit horas propter ægritudinem, non teneretur illa refarcire, factus sanus: quoniam alius est noster casus, in quo de restitutione rei alienæ tractatur, vbi nõ dimittitur peccatû nisi restituas quod debes, àt Deus parcat clerico, propter ægritudinem, non oranti: gaudet enim Deus hilare datore. Non obstat quod dixi in debitore multæ, quoniam ille non adeo debitor est, ac si deberet privato pecuniam, quã ab eo accepit. Quod patet, quoniam primo casu iudex remittere potest debitum ex multa, at non potest remittere debitum privato. Non obstat quod sententiã definitiva, nõ potest revocari, hic enim servatur mens sententiæ, quæ ratione ægritudinis liberat

De Inope debitore

- liberat debitorem : ergo ea cessante, silet mens sententiæ, & cessante causa sententiæ, cessat sententia. l. si à te. ff. de exceptio. rei iudica.
- 14** ¶ Vbi notat Socin. ex ea lege, in primo notabili, quod cessante causa absolutionis, cessat absolutio, quod etiam probatur ex. l. 2. & ex. l. si mater. §. an & eandem. ff. co. tit.
- 15** ¶ Non obstat, quod semel excusatus à muneribus, ratione morbi, censetur perpetuo excusatus. Illud enim est, quoniam in locū illius subrogatur alius ex civibus, & sic factis fit necessitati publicæ: at in nostro casu, non satisficit creditori, etiā si debitor semel liberetur ratione morbi, & sic dispar ratio est. Cætera argumenta non vrgent, hinc enim tractamus de dando creditori, quod suum est. Quid verius? æquidem prima opinio æquior est, sed secūda videtur verior, & comprobatur fortissima ratione (scilicet) quoniam debitor insanabilis morbi ratione liberatus à carcere, non censetur liberatus, si postea conualecat, & cōtrahat noua debita, sicut dixi. c. 4. num. 23. de eo, qui liberatus à creditoribus, quia casu amisit facultates cōtrahit noua debita, non enim illi suffragabitur prior casus.
- 16** ¶ Et sicut dicimus, quod semel liberato ratione numeri liberorū, proderit liberatio, etiā si filij moriantur, Soci. & Ias. in. l. sciē dū. §. fin. ff. qui satisfac. cogan. Deci. in Authen. præterea, col. fin. C. vnde vir, & vxor. Ripa, in. l. ex facto, col. 3. versi. præmissa. ff. de vulga. id tamen intelligendum liberatum, perpetuo à tutela, quæ iam cesserat viuentibus liberis, non tamē ad eas, quæ post mortem liberorum superuenerunt Francus in regula decet, de reg. iur. in. 6. Bartol. in. l. 2. §. nō solum. ff. de excu. tuto. & alios refert Tiraj. in tracta. cessante causa, in. 4. limitatione. nume. 14. ergo sic dicendum, quod cum liberatio rationi morbi insanabilis, non possit, si debitor postea conualecat, & cōtrahat noua debita. Quod idem multo maiori ratione dicendum, quoad priora debita, vt si conualecat teneatur eis satisfacere, cum illa maiori fauore digna sint, & in eis mitissimè, cum eo actum sit; dū ratione morbi liberatur à carcere. Præterea, cum is iuxta ius Romanum liberatur cedendo, possit conueniri, vbi pinguiorem nanciscitur fortunam; idem dicendum in eo, qui liberatur ratione morbi, vt possit cōueniri, vbi primum (fauente Christo) conualecit. Excutiant eruditi; res est ambigua
- inspectis nostrorum traditionibus. Si tamen veritatem, & iustitiæ prudens robur apprehendamus, & non inanes nostrorū traditiones, qui ex similibus, prorsus dissimilibus plerāq; definiunt: certè verius, & rectius videtur, vt debitor, vbi cōualuerit, satisfaciatur creditæ summæ, cum enim eximitur si carcere, non eximitur, quia solvit, sed, quia ægrotat: ergo, cum ægrotudo non habeatur pro solutione, sequitur, quod cessante ægrotudine, potest cogi ad satisfactionem.
- 17** ¶ Neque obstat, si quis mihi obijciat, cur. c. 8. num. 9. docuisti minorem semel ætatis ratione liberatum, perpetuo remanere liberum, etiā si post, ad robur virile perueniat illud enim, quoniā minor, qui cum sui iuris non esset debitum contraxit, videtur enim fauore dignus, neq; sibi, qui sua non possidet obijci potest, cur tua amisisti? & præsertim hoc æquissimum, si debitū descendet à patre, quæ enim culpa minori imputari potest, vt ibi dixi, & c. 6. num. 23. certè, si in egro hanc opinionem non probamus, (vt scilicet) sanus reponat creditū, certè erit occasio, vt mille fraudes excogitentur, medicis ad conspectum pecuniæ, nihil non iurantibus, & semel eluso carcere, debitor triumphabit impunè.
- 18** ¶ Postremò, obijcietur mihi; cur. c. 9. num. 6. docuisti debitorem, si superueniat, furor liberandum à carcere, & à dispositione huius legis, neq; reuocandum in carcerem, etiā si cōualecat à furore? Illud enim, quoniam furiosus, qui reddit ad sanam mentē, facillè reddit ad furorem, si præmatur operis, & labore, & curandum, ne ob pecuniolam homo obnoxius sit tãto periculo, quomiser caret intellectu, & iudicio (potissima hominis dote.)
- 19** ¶ Quod autem laborans morbo insanabilis fit soluendus è carcere (& iam non dato fideiussore) dicitur humanitas, & Christianæ charitatis zelus. Deinde probatur, quoniam senex decrepitus, non præmèdus carcere, vt dixi. c. 7. num. 3. durior autem ægrotudo est morbus insanabilis, quā senectas. Postremò, si traditus in seruitium creditori, liberatur ab obligatione seruiendi, propter morbum insanabilem, vt dixi numer. 6. & probat. l. in metallum. ff. de pœn. multo magis non tradetur à principio, argum. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Sed nota, quod de morbo insanabili per sententiā definitiuam, non per inter.

Interlocutoriam pronuntiandum, audito plenissimè creditore, qui sua pecunia privatur, nam obligatio serviendi succedit in locum pecuniæ, & cum tractetur, an debitor debeat servire; vel non, videtur tractari, an ei solvendum, vel non solvendum.

S V M M A.

- 1 **O**bligatio ad carceres, non valet, nisi in vim consuetudinis.
- 2 Non est admittendum, ut homo liber, sit in perpetua servitute.
- 3 Redemptus ab hostibus, an debeat prestare operas redemptori, tanto tempore, donec pretio redemptionis satisfiat, an vero serviendo per quinquennium liberetur, & ibi de intellectu. l. si. C. de cap. & postli. rever. & nu. 4.
- 4 Obligatio quæ quis adstringitur reponere beneficium, non parit actionem.
- 5 Pater tenetur solvere redemptori pretium, quod solvit pro redemptione filij.
- 6 Amplia etiam, si filius mortem obierit, antequam ad domum accesserit.
- 7 Donatio facta redemptori, non reuocatur ingratitude prætextu.
- 8 Pater viuens, & valens, tenetur assignare filio decento in carcere pro delicto legitimam, & numero. 10.
- 9 Filia dotata debet alia marito, & non a patre.
- 10 Pro mutuo quo filius emancipatus contraxit, non tenetur pater.
- 11 Viuente patre, filius non est dominus, nec habet quidquam in bonis patris.
- 12 Licet ad effugiendum carcerem licita sit alienatio rei subiectæ restitutioni, id negatur, si debitum sit ex delicto.
- 13 Filius debet patri operas obsequiales, & non artificiales.
- 14 Filius familiæ ob es alienum capi & executari potest.

J An debitor sit addicendus, creditori, si obligatus sit ad soluendum redditum perpetuum, quod quotannis recurrat, ita, ut nunquam suis operis in perpetuum, etiam per totam vitam satisfacere possit, sed miser, & seruiens exspirare debeat. Cap. XX.

AD propositam quæstionem præstat argumentum; & ad limitandam durissimam dispositionem huius legis in casu quotidiano, scilicet cum debitor inops debet redditum perpetuum magnæ quantitatis, cui satisfacere per omnem vitam suis operis est impossibile: cum quotannis reddat. Quæritur quid si debitor, obligat se ad solutionem redditus, non solum personalitè, & sub generali hypotheca, sed etiam obligat corpus ad carceres publicos? & dicitur obligationem carceris non valere, quia esset perpetua quædam; & præcisa seruitus ad quam liber homo sese obligare non potest, ut dixi capit. 1. numero. 17. Deinde adducitur, quod obligatio ad carceres, non valet, nisi in vim consuetudinis, ut notatur in l. ob. & s. C. de action. & obligat. & quod consuetudo non admittit, ut quis capiatur, nisi indebitis momentaneis, ubi una solutione obligationis nexus evanescit: & quod ideo non debet extendi ad obligationes perpetuas, & successiuas, quoniam est maius præiudicium. Præterea adducitur, quod Solom, qui immensum fœnus ad mediocritatem reduxit, lege prædita, cavuit: Ne quis ob usuras ius in corpus debitoris haberet. Ut memorizæ prodit Plutarchus in eius vita. Quibus rationibus videtur dicendum, iudicem in hac specie rationem excogitare debere, quia inops debitor, non percat in potestate creditoris; additus enim creditori videtur detineri captus, ut dixi capit. 2. nu. 9. & videtur esse eius seruus.

Ad Admittendum autem non est, ut homo liber sit in perpetua servitute: est autem manifestum, quod debitor seruiet per omnem vitam creditori, si debet redditum perpetuum, magnæ quantitatis, cui annuæ operæ pares esse non possunt. Comprobatur hæc opinio, quoniam nemo potest locare operas suas in perpetuum, ut dixi capit. 1. numero. 17. quod autem non potest fieri per pactum, non potest fieri per statutum, ut dixi cap. 2. numero. 9. sed hanc opinionem probare, non est animus. Primò, quia esset melioris conditionis, qui debet viginti aureorum millia, & forsam ea turpiter prodegit, quam qui debet aureos decem. Deinde, cū prospiciatur creditori, cui debetur aurei decem, cur non prospicietur ei, cui debentur aureorum decem millia, cum magna sua iactura. Certè stolidissimū esset illi prospicere: hūc destitue-

Na præsertim

De Inope debitore

præsertim, quod maiori coheritione dignus est, & magis infamis, qui plurimum gr̄is alieni contraxit, quam qui modicum. Postremo, qui ingentem summam debet, rectius addicendus creditor, quam qui debet modicum quidã, & in eo rectius quadrant verba legis. Vltimò, non ineptè suspicari, licet eum, qui maximam summam debet, rem exportasse, vel abscondisse elusis creditoribus, quare h̄c magis præmendus, quam debitor mediocris summæ. Non obstat, quod esse in carcere per omnem vitam, non est amittendum, quia esset præcisã quædam seruitus: quoniam h̄c, per additionem liberamus debitorem à carcere, vt operis satisfaciã creditorì, neque traditus creditorì, videtur esse eius seruus.

¶ Non obstat, quod carcer pro debito, non patiendus, quando debitum habet tractum successiuum, quoniam nego id esse verum, quamuis enim debitum habeat tractum successiuum, potest contingere, vt aliquis extraneus soluat pro debitore, & recurrès quotannis redditum extinguat. Deindè, cū carcer admittatur pro his quæ momento solui possunt: quanto magis pro his, quæ perpetuo augètur, & crescunt? cum creditor habeat iustiorẽ causam vrgendi, & debitor soluendi. Neque alibi inuenio, qui regulam generalem ita restringat, tantum carcerem non admitto: quando nullū est remedium illam effugiendi, nisi solutione, ita, quod non admittitur cessio bonorum, quod nonnullę gentes præposterè, & impiè statuerunt. Prætereà, nego carcerem pro ære alieno inductum consuetudine, immò, id videtur iure statutum, vt cessans in solutione præmatur carcere, vt dixi. c. 1. supra. Non obstat, quod nemo potest locare operas suas in perpetuum, quoniam h̄c non locat operas in perpetuum, sed momento liberatur, si soluat, & numinis prouidentia maximè apparet in rebus iam comploratis, & ab humana ope destitutis. Quare quotidie videmus inopem ad maximum dignitatis, & opulentix locum euectum. Est enim mira rerum humanarū varietas, & forsam, de repente apparebit, qui pro debitore soluat, vel Christus emoliet creditoris animum.

¶ His ita definitis videamus, quid in hac specie iudicandum. Paulus, Hieronymum, ab hostibus aureis trecentis reddem̄, reuersusque in patriam, petit à Hieronymo, vt sibi aureos trecentos solvat, & cū inops

sit, petit, vt sibi tradatur in seruitium, per tantum tempus, quod possit debitum reponere, putã, per annos octo, vel decem, iuxta debitoris industriam arbitrio iudicis: opponit Hieronymus, quod etiam, si Paulus pro eius libertate aureos mille hostibus soluisset, non est cogendus ei operas præstare, per longius tempus, quam per quinquennium (quoniam hoc est lege præfinitum) citatque textum expressum in l. fin. C. de captiu. & postlim. reuers. vbi hæc verba legimus. *Decet redemptos, aut datum pro se prætium emptoribus restituere, aut laboris obsequio, & opere quinquennij vicem referre beneficij.*

3 ¶ Quid iuris? certè verius videtur Hieronymum cogendum seruire per tempus congruens ei. prætio, quod pro eius libertate hostibus est solutum. Moueor, quoniam. d. l. fin. loquitur de Iure Civili, quo debitor liberatur cedendo bonis, neque cogitur seruire creditorì, etiam si soluendo non sit, vt dixi capit. 1. nu. 1. At, cum iure Hispanico omnis debitor cogatur seruire, si soluendo non sit, certè aptius, & rectius cogendus, qui debet ex causa redemptionis quam alius: nam adeò iuxta ea causa visa fuit, vt ex ea sola debitor inops de Iure Ciuili cogatur seruire, vt dixi. capit. 1. num. 65. Cum ergo ea causa seruitio digna visa fuerit, eo tempore quo pro debito nemo seruebat, certè hodie, quando apud nos lex est generalis, vt debitor inops seruiat per tempus à iudice taxandum; efficacius, & vehementius lex exercenda in eum, qui etiam Iure Civili, visus est dignus qui seruiret: nam h̄c qui tantum beneficium, accepit, nimirum libertatis munus durius cogendus, quam qui ex alia causa debet, idèò, non per quinquennium, sed per tempus à iudice taxandum seruire debet. Sed certè durum videtur recedere à taxatione legis, præsertim, cum suspicari liceat illud taxari tam strictè, quoniã captus reddit omnibus fortunis spoliatus: & vt qui diu fuit miser, numinis indulgentia lætetur: quæ opinio æquior est.

¶ Sed est quæstionis, quid si Paulus pro libertate Hieronymi, hostibus dedit aureos decem, an Hieronymus cogendus seruire per quinquennium, iuxta præfinitionem. d. l. finali. quæ redemptum (si solvendo non sit) iubet redemptori seruire per quinquennium? Et certè hoc casu seruanda videtur præfinitio. d. l. finali. quoniam

non

non ratione prætij absolutè, sed ratione beneficij in redemptum collati, iubet vt redemptori seruiat, nam, si redemptus debet ex alia causa, quam redemptionis, nõ possit cogi ad seruitium: vnde manifestè infertur, quod dispositio. d. l. fin. non est nata simpliciter, & absolutè ex prætio dato, sed ex prætio dato pro redemptione beneficij inæstimabili, quo quis patris, parentibus, & libertati restituitur; vnde licet prætium sit exiguum, videtur quod debet seruire per tempus taxatum à lege, si obstat, quod lex ipsa dicit, quod vbi primum redemptus solvit prætium redemptori, est liber, neque detineri potest ratione collati beneficij.

4 ¶ Vnde infertur, quod lex nõ vult operis pensari beneficium, nisi quousque reponat prætium, & quod si reponit prætium, non tenetur seruire, cum autem hodiè generale sit creditum solvi operis, videtur, quod si operæ vnus anni æquivalent prætio dato, pro redemptione quod non tenetur seruire per quinquennium, iuxta taxationem. d. l. fin. non obstat, quod dispositio. l. fin. non est nata simpliciter, & absolutè ex prætio dato, sed ex redemptionis, maximo beneficio. Nam id beneficium non parit actionem in plus quam, vt redemptus teneatur solvere prætium, quod pro eius libertate hostibus est datum, vt in dicta lege probatur.

5 ¶ Neque obligatio qua quis adstringitur reponere beneficium, parit actionem, vt notatur in. l. sed, & si lege. §. scire. ff. de petit. heredit. l. so. in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure.

6 ¶ Sed illud notandum, ad eò redemptori debet prætium redemptionis, vt pater teneatur solvere redemptori prætium quod soluit, vt eius filium liberaret ab hostium captiuitate: quoniam pater, saltem necessitate causatiua tenetur filium reddere à captiuitate, ne priuetur eius hæreditate. Authen. si captiui. C. de Episc. & cleric. e. go redemptor gerit negotium patris, & sic pater tenetur illud approbare, & solvere. l. soluendo. ff. de negot. gest. l. nam. & Seruius. ff. eo. tit. melior textus in. l. quam vis. ff. solut. matri. cum lege seq. & ita nominatim docet Paul. cons. 443. incip. viso puncto supradicto, dico nu. 1. l. b. 1.

7 ¶ Quod ampliat etiã, si filius mortem obiecit, antequam domum accesserit, nam sufficit negotium initio vtiliter gestum, licet postea euentus non sit ex animi sententia,

8 ¶ I. sed an vltro. §. 1. ff. de negot. gest. ¶ Deinde non prætereundum, quod si eliqui me à vinculis, vel à potestate hostium liberauit, summam immentam donem, certè non possum ob ingratitudinem reuocare donationem, quoniam donatio remuneratoria non censetur donatio, vt dixi in meo tracta. de non melioran. filia. dotis ratio. cap. 17. numer. 14. & nominatim in redempto à vinculis, vel ab hostibus notat Bald. in cap. 1. §. fin. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. & in. cap. 1. col. 3. an mutus, vel surdus. Iacobius Sanctus Georgius in tractatu fœudorum, folio. 34. col. fina. Lupus in repet. Rub. de donat. §. 50. incip. limitat. 2. num. 7. argu. l. si pater. §. 1. ff. de donat. non prætereundum, quod traditio Pauli. d. consil. 443. (scilicet, quod pater tenetur solvere prætium, quod quis solvit pro redẽptione sui) confirmatur efficacissimè.

9 ¶ Quoniam pater viuens, & valès, tenetur in vita sua assignare filio legitimam, si detinetur in carcere pro delicto, & multo magis, si pro debito civili; si enim pro dote danda, & pro alimentis, multo magis pro vita filij conseruanda, & pro libertate: nam carcer perpetua, & seruitus, morti comparantur. l. intercidit. ff. de condi. & demon. l. seruitutem. ff. de reg. iur. facit textus in Authen. si captiui. C. de Episc. & cleric. & hæc casum audisse se, à Chancellario Franciæ, testatur Benedictus. in repe. c. Raynuntius, in verb. in eodem testamento. num. 215. de testam. & sequitur Berengarius Fernandus in repet. l. in quartam, num. 136. versic. 5. etiam. ff. ad leg. Falcid. Hæc Benedicti, & Berengarij opinio summam æquitatẽ præse fert, si enim filio de Iure Civili cogor dare donationem propter nuptias in vita, vt dixi in tractatu de non meliorand. filia. bus. capit. octauo, numero vigesimo quarto, in fine, multo magis videor cogendus dare, vt eximatur à carcere, & liberetur à potestate creditoris quæ seruius, & captiuitas quæ dã est: maiusq; beneficium confert in filium eruendo eum à carcere, quam dando donationem propter nuptias, magisque in hoc paternam pietatem exercet. Sed vereor, ne tantæ æquitatis opinio vera sit, arbitrorque in iudicijs locum non habituram. Primo, si hanc aperiamus ianuam quo evadet? quo non penetrabit iuvenum profusio? quis erit sumptibus, modus? quid non machinabuntur fœneratores?

Nu 2 Itaque

De Inope debitore

- Itaque maximum hinc periculum impendet, iuuenilisque licentia optimo iure coercenda fouetur, cumque patris dano, pessimoque exemplo alitur. Deinde, cum de iure pater non teneatur pro filio, ut in Rubrica. C. ne filius pro patre, cur auferetur à patre res sua, quam forsam ad ultimos nauigans Indos, magnis sudoribus parauit? Cur damnum irrogabitur ceteris fratribus? dum pater, neque negotiarum, neque augere rem potest, cum portione, quam cogitur tradere filio: ob es alienum capto. Itaque hinc maxima subest iniquitas. Preterea nulla est lex, quæ iubeat patrem dare in vita sua legitimam filio ob debitum civile capto. Atque adeo nulla est prudens ratio, nulla publica utilitas, quæ hoc admittere cogat.
- IO** ¶ Postremo hinc longè alia ratio est, quam in dandis alimentis, dote, vel donatione propter nuptias. Nam, nisi pater det alimenta, filius famæ peribit; & nisi det dotem, vel donationem propter nuptias, filia non inueniet maritum, neque filius vxorē: quod aduersus naturalem æquitatem, & aduersus publicam utilitatem esse videtur. l. i. ff. solu. matrim. Deinde, est aduersus votum patris, qui iuxta, à natura insitam procliuitatem, cupit per nepotes memoriam nominis sui in posteritatem propagari, & libenter, & vltro dotem dat. Quæ, e. & æquum, & rei publicæ vtile est, primum cogi alere, & dotem, vel donationem propter nuptias dare filiis, presertim, quod dos succedit loco alimentorum, ut prolixè dixi in tractatu de non melior. dot. ratio. fil. a. c. 2. nu. 33.
- II** ¶ Et filia dotata à marito est alenda, non à patre, ut dixi in tracta. de non melio. filia: & pater tunc alimenta debita, potius quàm donationem videtur dare. Rursus, cum filio dat donationem propter nuptias, potius lucratur, quam expendit de Iure Ciuili, si quidem eo iure, etiam vsusfructus, dotisque filiofamilias datur, pertinet ad patrem. l. i. & c. de bon. quæ libe. Quid hoc ad finiquam impensam, qua Benedictus, & Berengarius onerant patrem? si quidem iniquissimum reputo obligare patrem, ad res alienum; quod filius forsam a lea, luxu, vel scortis contraxit. Deinde, si Berengarius, & Benedicti opinio esset vera, non tractaret DD. an valeat statutum, ut pater cogatur in vita solvere pro filio condēnato, ob delictum, ubi tractant in c. 2. de delict. puero. ubi Anania, Alex. in. l. lex Cornelia. nu. 8. ff. de vulg. ga.
- I 2** ¶ Vltimò, est textus expressus in. l. i. C. ne filius pro patre, distans patrem, non teneri pro mutuo, quod filius eius, emancipatus contraxit: nam si esset in potestate, defenditur Senatuscōsulto Macedoniano, quomodo autem verum esset patrem, non teneri pro debitis filij, si per cuniculos, & obliquas machinationes cogitur pro eo solvere, dando ei legitimam in vita, iuxta debitam summam.
- I 3** ¶ Neque quidquam suffragatur filio, quod est dominus in vita patris, & quod legitima est sibi debita, nam viuente patre dominus non est, neque quidquam sibi efficaciter debetur. l. i. §. si impuberi. ff. de collation. & dixi in tracta. de non melior. filia. illa enim est communis opinio, quod pater non cogitur in vita, filio suo assignare legitimam, quia non debet eam, nisi post mortem, Imol. & Alex. in. l. lex Cornelia. ff. de vulg. Fabian. in reper. Auth. nouissima. in. 7. q. prin. C. de inoffi. testa. Rursus, non adiuuat Berengarius, & Benedicti opinionem æquitas, quæ prima statim fronte legentibus occurrit, quod scilicet æquisimū est filium à carcere liberare. Primo enim, si filius debet ex delicto, dignus est punitione, & indignus fauore.
- I 4** ¶ Quare iure constitutum est, ut licet ad effugiendum carcerem possit, quis alienare rem restitutioni subiectam, id negatur, si debitum, propter quod detinetur in carcere, procedit ex delicto: admittere tamen opinionem Berengarius, si in defectum solutionis filius esset occidendus, vel mutilandus, vel perpetuo carcere præmēdus, quia tunc tanta versatur æquitas, quanta in alimentis: secus, si alia poena imponenda. Deinde, si filius detinetur ob debitum, ex causa civili, non oportet Berengarium representare carcerem esse captiuitatem, & seruitutem, cum eam cedendo bonis possit effugere. l. penult. C. qui bon. cede. poss. vbi hæc aptissima verba lego. Cum, & in se nihil in suo sensu ij, qui in potestate parentum sunt, habeant, tamen, ne patiantur iniuriam, debet bonorum cessio admitti. Certè, si de iure, pater per obliquum teneretur solvere pro filio, dando ei suam legitimam, non diceret lex, ut filius cederet bonis, cum cessio fiat, cum solvi non potest, ne in defectum solutionis detrudantur in carcerem. l. i. C. qui bon. ced. poss. Preterea textus in Authen. si captiui, in fin. C. de Episc. & clerico. licet loquatur de reddimendo filium, à potestate

potestate hostium, non dicit, quod pater teneatur reddere filium, assignando ei suam legitimam in vita, sed quod, si cum non reddidit, priuatur eius hæreditate, itaq; amissionē hæreditatis (hoc est, amissionem lucri) lex denunciatur, non amissionem propriæ rei, dum cogitur filio tradere rem suam, hoc est legitimam; quam in vita non debet. An autem dispositio Auth. si captiui. seruetur in Gallia, vide Rebus. in prohem. Regia consti. glos. 5. nu. 38. Præterea, vt ad nostram consuetudinem veniamus, quid piaculi est, si filius effugiat carcerem, tradendo se in seruitium creditori. An oportet, vt sit otiosus? an oportet, vt iterum indugens in gurgitibus, & gulæ, nouum æs alienum contrahat? * Neque

15 obstat, quod antiquius est debitum, quo patri debet operas, nã filius patri, debet operas obsequiales, non artificiales, vt dixi in tracta. de decima tutori. c. 2. nu. 12. & ille opere obsequiales debentur, ex congruentia, non ex pecunia. Sed obijcis, quid si est aduersus honorem filij? certè nihil, quod pater filij amantissimus admittit, dici potest aduersus honorem, vel utilitatem filij. Quare, desinat stultus curiosi, patrem filij sui iudicem esse, nullum inueniet æquorem iudicem, nullum commodis suis magis fauentem: ex his apparet traditionem Pauli, dict. consi. 443. esse dubiam, sed certè mihi placet, & quotiescunq; filius esset occidendus, vel per petuo carcere præmendus, nisi

solueret: probarem opinionem Berægarij, & Benedicti: vt pater teneretur in vita dare eis suam legitimam, pro modo debitæ quantitatis. Deinde, ex superioribus constat, filium familiars nisi debeat ex mutuo) & generalitèr filium emancipatum cogendos esse subire dispositionem huius legis.


16 ¶ Nam, licet filium familias non possit ob æs alienum capi, nec executari alicui; Accursius, in l. 3. §. sed vt rum, & in l. quod si minor. §. si seruus, in verb. *condemnatur.* ff. de mino. contraria sententia vera, & cõmunis est, quam probat Bartol. & DD. per textum ibi, in l. penul. C. qui bon. ced. poss. nam si non posset capi, non esset necessaria cessio bonorum, vt dixi. c. 3. nu. 2. Bald. in tracta. de carcere. q. 3. nu. 6. Bar. in l. si filio, la 2. nu. 8. ff. solu. matri. Aret. in §. si col. 3. Insti. de actio. & ibi Ias. col. 2. Boer. in rep. l. consentaneu. nu. 165. C. quomo. & quan. iud. Hippo. in practica crimina. verb. *attingam.* nu. 69. Cassan. in consuet. Burgundie, Rubr. §. 2. num. 14. versi. additio. Parisius consi. 94. nu. 41. lib. 1. Bald. in l. si ex alio. C. quod cū co. Ioan. Baptista Sansuerinus in tracta. de debitore suspens. & fugitiu. in §. q. princ. versi. 4. quæro, num. 8. qui dicit Accursiu rectè loqui, si intelligatur in minori. Nec requiritur consensus patris, Bald. in tracta. de carcere. q. 3. Bart. l. si. §. 1. ff. de verb. obliga. Ancha. conf. 72. Boer. d. loco. num. 166. & hoc esset indubitabile, si filius esset mercator.

FINIS.

Nn 3

[Illegible text]

[Illegible text]


DE DECIMA
TUTORI HISPANICO
IURE PRÆSTANDA, AD INTER-
pretationem. l. 2. tit. 7. lib. 3. Fori, aduersus Iuris Communis
regulas tractatus modis omnibus novus per Gasparem
Baezium, Iuris studiosum, & in Granatenſi Senatu advocatum,
in qua ſupra octoginta huius legis limitationes,
ampliaciones, & declarationes
continentur.

ANTE OMNIA VISVM EST HISPANICAM
constitutionem qua tutori decima datur, hic annectere.



I Algunos huerfanos que sean sin edad, sin caren sin padre, o sin madre, los parientes mas propinccos, que ayen edad y sean para ello, reciban a ellos y a todos sus bienes delante el Alcalde, y delante omes buenos por escrito, y guardenlos fasta que los huerfanos vengan a edad: y sino ouieren parientes que sean para ello, el Alcalde delos a guardar con todos sus bienes a algun ome bueno, y tengalos assi como es sobredicho: y quienquier que los tenga; mantengalos de los frutos, y tome para si el diezmo de los frutos, por razon de su trabajo: y quando viniere a edad dexeles todo lo suyo ante el Alcalde por el escrito con que lo recibio: e deles cuenta derecha de los frutos que ende recibio. E si alguna demanda fizieren a los huerfanos, o ellos ouieren de demandar a otro, aquel que los tiene en guarda pueda demandar e responder por ellos, y lo que fiziere vala, fueras si lo fiziere con engaño, o daño dellos, o si por su negligencia, o por su culpa algun daño recibieren los huerfanos en sus bienes, sea tenuto de gelo pechar; e si los huerfanos algun pleito le fizieren de su daño, por alguna guisa mientras los tuuiere en su poder no vala: e si despues que fueren de edad los tuuiere sus bienes, o alguna cosa dellos, respondales sobre ellos, quando quier que

De decima Tutori

que ge los demandaren, e no se pueda defender por año y dia: e quando el padre, e la madre murieren e los fijos sincaren, entren los fijos en los bienes del muerto, o otros herederos derechos, si fijos no ovieren.

S V M M A.

- | | |
|--|---|
| <p>1 Tutoris officium gratuitum est, de Iure Civili.</p> <p>2 Tutori pro administratione nil dandum de Iure Civili: nisi quando sese aliunde alere non potest.</p> <p>3 Tutor si profiscatur peregrum ad curanda negotia pupilli, debet ire expensis pupilli, & nu. 5.</p> <p>4 Tutori, de Iure Civili, si aliquid datur, potius datur ut effugiat damnum, quam ut capiat lucrum.</p> <p>6 Tutori assignandum salarium de Iure Civili, quando pupillo sese offert aliquod peculiare negotium, non autem pro generali administratione.</p> <p>7 Tutori dandum pretium, si incidat negotium, quod tenetur obire, & ex quo damnum accipiat, & nu. 8. ubi declaratur, & num. 11.</p> <p>8 Tutori ex iusta causa potest (etiam de Iure Civili) assignare iudex salarium, nu. 9.</p> <p>10 Que sit iusta causa dandi tutori salarium, relinquitur arbitrio iudicis.</p> <p>11 Cum tutor ex iusta causa petit sibi dari salarium deducendum est, quod domi esset expensurus.</p> <p>12 Si tutor non habet unde se aliat, est dandum ei salarium etiam de Iure Civili.</p> <p>13 Tutor retinens aliquid ex pupilli pecunia, tenetur ad interesse.</p> <p>14 Etiam matri tutrici, non est dandum salarium de Iure Civili.</p> <p>15 Tutella est onus.</p> <p>16 Expendens non liberalitate animi, sed legis imperio, non repetit.</p> <p>17 Mater expendens ex precepto legis in rem filij, non repetit.</p> | <p>18 Filius an possit petere pretium operis, quam collocavit in rem patris.</p> <p>19 Tutor, pretium capiens pro suscipienda tutela, tenetur ad restitutionem, conditione obturpationis causam.</p> <p>20 Tutor accipiens pecuniam pro maritanda pupilla sua, tenetur ad restitutionem.</p> <p>21 Consanguineus capiens pecuniam pro maritanda consanguinea, tenetur ad restitutionem.</p> <p>22 Tutor tenetur locare matrimonio pupillam.</p> <p>23 Respublica non consistet absque caritate.</p> <p>24 Innocentia conciliat favorem pupillis, & quod diliguntur a Christo domino.</p> <p>25 Hominum vita non debet esse sordida.</p> <p>26 Tutelle munus, honorificum est.</p> <p>27 Pupillo favere, magnificum est.</p> <p>28 Veteres Romani non accipiebant premium pro patrocinio.</p> <p>29 Pauperes non debent solvere pecuniam notario pro instrumento, & num. 31.</p> <p>30 Decuriones non possunt accipere pecuniam pro visitatione terminorum: licet de consuetudine non servetur.</p> <p>31 Hispani, abhinc annis plus mille, dant decimam tutori.</p> <p>32 Consuetudo deferens omnes fructus tutori valida est, tamen est restringenda, & nu. 36.</p> <p>33 Decima que datur tutori est magnum salarium.</p> <p>37 Tutor (etiam de Iure Civili) potest capere pecuniam pro administratione tutelae, dum tamen ea non capiatur a pupillo, sed a tertio.</p> |
|--|---|

A N D E I V R E C I V I L I T V T O R
 salarium auferre possit ratione administrationis rei
 pupillaris, & qua in re hæc lex corrigat
 Ius Civile.

C A P V T P R I M V M.

TUTORIS officium de Iure Civili gratuitum est, ideo tutori administrationis ratione nihil accipere, vel petere licet .l. a tutoribus. §. principi-

palibus. ff. de administ. tuto. Sumptum (inquit lex) qui in tutelam, non qui in ipsos tutores fiunt, ratio haberi solet. Idem probatur in .l. qui negotiationem in fine principij. ff. de administ. tuto. Lucrum (inquit) facere ex tutela non debet.

¶ Ec

2 ¶ Et per locum à speciali, idem probatur in. l. 1. §. si pupillis. ff. de tutel. & rationib. distrah. vbi lex non nisi quando tutor sese aliunde alere nõ potest, permittit ipsi salarium dari, ergo in contrarium est regula communis.

¶ Hæc est receptissima nostrorum sententia, à qua (quod mirum videri potest) nullus hæctenus discessit, & eam probant Dinus, Iacobus Arenius, Odofredus, Bartol. Baldus, Albericus, & Raph. Comensis in d. l. à tutoribus. §. principalibus. ff. de adm. tutor. Alber. in rub. ff. eo. tit. num. 17. Bal. in. l. cū oportet. nu. 16. C. de bonis que liber. & in. l. si is qui. ff. de eo, qui pro tutore negot. gerit. vbi hæc eius verba legimus. *Tutor ex tutelæ administratione nullum consequitur fructum.* ¶ Eiusdem opinionis fuit Imola. conf. 75. col. fin. & cap. 1. num. 4. de pecu. cleri. Barba. conf. 62. nu. 6. lib. 2. Iacobus Arenis, Odofredus, & Rapha. in. l. 1. §. si pupillis. ff. de tutel. & rationib. distrah. Bart. Bald. & Alberi. post glosam in. l. 1. §. fin. ff. manda. & in. l. deniq;. §. idem Labeo. ff. cod. tit. Angelus, Aretinus, in tractatu de testamentis, glosa. 96. col. 2. Philippus Francus in. c. grandi. col. 5. Dominicus. col. pen. Anchar. & Corsetus, propè finem de supplen. negligen. prælato. Anania. in. c. qualiter, & quando. el. segūdo. §. licet. col. fin. de accusatio Barba. de præstan. Cardin. quæst. 3. nu. 28. Ias. in. l. litem. ver. & nota. C. de procuratorib. Socin. consil. 180. nu. 5. lib. 2. Bald. conf. 259. super primo puncto lib. 3.

3 ¶ Vbi dicit quòd tutori nullum est dandū salarium pro administratione, tamē quòd si profectus est peregrè, ad curanda negotia pupilli, debet ire expensis pupilli, & sic evitat damnū, non capit lucrum. l. 1. §. si pupillis. verfic. *item sumptus litis.* ff. de tutel. & ratio distrah. Paul. & Angel. in. l. nutritoribus. C. commu. de succel. Dinus, Bart. Odofredus, Iacobus Aren. Bald. & Alber. in. l. in eos. ff. de tutel. Petrus Iacobus in sua practica. tit. de contraria mādati actione. Angel. in. §. sed & si quis præsens. Instit. de suspect. tutorib. Paul. consil. 374. incip. super istis dubijs. in. 1. dubio lib. 2. Cassan. in consuetudinibus Burgundiæ. Rubrica sexta. §. 4. verb. *et fait la dite femme.* Angel. §. actionum, num. 36. Instit. de actio. Maynerius. l. quo tutela. nu. 77. ff. de reg. iur. Boeri. c. 1. nu. 4. de pecu. cleri. Soci. conf. 180. num. 5. lib. 2. Boer. in consuetu-

dinibus Bituricensibus titulo de consuetudine iuris status personarum. §. 11. col. 1. & titulo de consuetudine testament. §. 5. col. 2. & probat Rochus Curtius in cap. ultimo quæst. 12. de consuetudine: scribit doctissimus Antonius Padilla, non genere tantum, verum etiam optimorum studiorum, & totius humanitatis, & prudentiæ laude merito illustris, in. l. 1. num. 18. C. de transact. & Oroscius, quem mira, articulatè vocis pronuntiatione, Ius Civile sedulo legentem iuvenis adhuc Salmantiçæ audiui in. l. sumptus. ff. de pact. propè finem.

4 ¶ Hæc est generalis regula, & si aliquando de Iure Civili pretiū datur tutori, potius datur pro aliquibus expensis à se factis, vel ne patiatur damnū propriarum rerum, quam ratione salarii & lucri.

5 ¶ Sic Bald. conf. 256. super primo puncto lib. 3. scribit quòd tutori nullum est salarium præstandum pro administratione tamen quòd si procurandis negotijs pupilli in aliquā regionem profectus est expensæ, sunt ei reficiendæ ex re pupilli, citat notata in. l. idemq;. §. idem Labeo. ff. manda. Aliud enim est lucrum capere (scilicet salarium) aliud damnū nonmittere.

6 ¶ Sic Iaso in. l. litem, verficulo, & nota. C. de procurato. scribit, quòd tutori assignandū est aliquod salarium quando sese offert peculiare aliquod negotium, alioqui gratis administrare debet, quoniam tutela onus est, non lucrum.

7 ¶ Iudex ergo si incidat aliquod negotium quod tutor ratione officij tenetur obire, certè si ex eius administratione tutoris facultates damnū accipiant pretium negotij ratione dare iubebit, etiam stante dispositione Iuris Civilis, quoniam hoc nõ est salarium, vel lucrum dare, sed expensas pecuniarias refarcire.

8 ¶ Hoc tamen iudex de Iure Civili nõ nisi raro, non nisi parcè & moderatè facier, quid enim si negotium directè respicit administrationem, & vel cura est, vel vigilantia, vel sollicitudo? certè nihil illi præstādum, si ve colat fundum, si ve fulciat domum, si ve agerem erigendum curet, si ve pupillarem pecuniam colloceat, hæc enim omnia facere tenetur. Si tamen peregrè proficiscatur, & ultra sollicitudinē, & animi intentionem pecuniam expendat, certè refundenda ipsi est: vt latè tradit Alberi. in. l. à tutoribus. §. principalibus. ff. de adm. tuto. & in. l. 1. §. si pupillis. ff. de tutel. & ratio

De decima Tutori

- & ratio. distrah. Boerius in consuetudinibus Bituricensibus, titulo de consuetu. iuris status perso. §. 1. col. 2. & probatur, in d.l. 1. §. si pupillis. vers. item sumptus. ff. de tutel. & ratio. distrah.
- 9 ¶ Idem dicendum stante simili causa iusta. Potest enim iudex assignare tutori salarium, si adsit causa iusta, & idem potest facere comutori, unde in ratione rei pupillaris, tutor licet reputat, quod contutori ex iusta causa pretium pro administratione dedit; ita probatur in l. à tutoribus. §. principalibus. ff. de administ. tuto. ubi notat glos. Dinus. Bart. Bal. & Raphael. glo. per textum ibi in l. idemq;. §. idem Labeo. ff. manda. glos. & Bart. in l. 1. §. si. ff. mandati. Bart. Bald. Dinus, Iacobus, Aren. & Alber. in l. in eos. ff. de tutel. Alber. in d.l. à tutoribus. §. principalibus. Bart. Albericus, & Dinus in dicta. l. 1. §. si pupillis. ubi est textus de hac re: qui licet solū assignet duos casus; in quibus potest tutori salariū dari, non excluduntur casus similes: iuxta glosam in l. ob æs alienum tantum. C. de prædi. minor.
- 10 ¶ Quæ sit autem causa iusta, arbitrio iudicis relinquitur: ut scribit Alberic. in d.l. à tutoribus. §. principalibus.
- 11 ¶ Illud tamen admonere visum est, quòd ferè in omnibus casibus, in quibus de Iure Civili pecunia datur tutori; potius datur pro reficiendis expensis, & reponendo dāno, quam pro dando lucror: & cum sit ratio expensarum factarum, à tutore deducēdū, est quod domi esset expensurus; ut docuit Guido decisione. 625. incip. si quis condemnatur. Innocen. in c. fin. de dolo, & contuma. Panormitan. in c. finem litibus. col. antepen. de dolo. & contuma. ubi limitat nisi in domo viueret ex officio, Rupellanus forensium institutionum, lib. 2. fo. 153.
- 12 ¶ Sic Guido dicta decisione. 625. dicit quod ex iusta causa iudex constituit salarium tutori: idem scribit Anania in cap. qualiter & quando. el segundo. §. licet. col. fin. de accusatio. Sic, si tutor non haberet unde se aleret, alimenta sunt ei constituenda. l. 1. §. si pupillis. ff. de tutel. & ratio. distrah. & ibi notant Odofredus, Iacobus, & Albericus. Si enim tutor caret necessarijs ad victum, necessario deseret administrationem sibi mandaram, vel certè minus diligētè obibit, ut possit sibi cōsultere, quare ut pupillo melius sit cōsultū alimēta inopi tutori cōstituēda sunt, etiā de Iure Civili.
- 13 ¶ In summa, de Iure Civili tutoris officium gratuitum est, neq; pro administratione aliquid est ei præstandum nisi forte careat alimentis, vel negotium aliquod gerat, ex quo, vel expēdat, vel amittat aliquid propriarum facultatum. Quare si tutor pupillarem pecuniam (ut dicam accepit) sed vel retinuit, vel in proprios usus convertit, ad interesse tenetur, cuiusq; ratio haberi debet cum rationem reddit. ut in l. qui negotiationem. §. ex duobus, & §. si. & l. tutor qui repertorium. §. si vsuras, & §. sequenti ff. de administ. tuto. Roman. consil. 193. col. 1. Decius consil. 192. Socin. cōsil. 2. lib. 1. Lupus in repetitione cap. per vestras. 6. notabili. §. 7. de donatio. inter virum, & vxor, & dicam latius capite sequenti.
- 14 ¶ Rursus quòd tutori non sit dandum salarium probat. l. 3. tit. 1. 2. part. 5. etiam si sit mater, ut per Socin. couli. 180. num. 5. vers. circa secundam, lib. 2.
- 15 ¶ Hæc Iuris Civili dispositio æqua, & probabili ratione niti videtur. Primo tutela onus est, ut in §. 1. Instit. de excusa. tuto. scribit las. in l. si quis à filio. §. si quis plures, num. 15. ff. de leg. 1. Marianus Socinus, in repetitione l. cum filio, num. 41. delegat. 1. quis autem tutelam appellasset onus, si exinde lucrum corradi posset?
- 16 ¶ Deinde cum tutor (iure cogente) administrat, nullum præmium ei præstandū est, quoniam non liberalitate animi, sed legis imperio laborem subit, nam qui ex necessitate expendit, non repetit: ita docuerunt glos. Alberic. Bald. Paul. Angel. & Salice. & cum his Cinus. Alexand. & Aretin. in l. alimenta. C. de nego. gest. qui scribunt quod licet mater expendens in rem filij repetat expensas, si constat de animo repetendi; hoc non admittitur quando expensas facit iure cogente.
- 17 ¶ Sic Bart. in l. cum servus. num. 4. ff. de verb. obligat. scribit quod qui tenetur aliquid facere debet facere suis expensis, & sequitur Campegius in tractatu de dote, prima parte, priuilegio. 16. Bart. l. Nessenius. ff. de negot. gest. textus in l. suo victu. ff. de oper. liber. Ripa. l. 1. nu. 90. ff. solut. matri. Officium autem tutoris à lege imponitur, (etiā invito) ut in principio Instit. de excusa. tuto. & l. 1. ff. de muner. & hono. ergo eius ratione nihil debet tutor habere.
- 18 ¶ Sic Bald. in c. 1. circa mediū, versiculo, & hæc est notabilis: titulo de beneficio fratrum, scribit, operam quā filius patri exhibet

habet cæteri gratuitam, cuius rei Iaso in. l. vt nemini col. 2. ad fin. C. de collat. scribit Raphael in rationem reddere, scilicet q̄ si filius gerit negotia ex obedientia, quam ex lege divina, & naturali debet patri: fateor tamen opinionem Bald. esse periculofam, vt dicam late cap. sequenti.

19 ¶ Hinc glos. in. l. in eos. ff. de tutel. & in. l. à tutoribus. §. principibus. ff. de adminif. tutor. Scribit, q̄ si tutori, tutelæ ratione, vt illam (scilicet) suscipiat aliquid detur, potest ab eo repeti conditione obturpẽ causam, nam cū teneatur, & sit obligatus administrare, turpitèr facit si aliquid pro administratione accipiat, idèò conditioni locus est, vt in. l. penult. ff. de condict. ob- turpem causam.

20 ¶ Sic tutor accipiens pecuniam pro mari- tanda puella, cuius tutor est, tenetur pecu- niam restituere, quoniam cū ad id ex offi- cio teneatur, turpitèr facit pecuniam acci- piendo: ita primus docuit Pileus Doctor antiquus, quæst. 7. 2. dicens q̄ tutor tenetur pecuniam restituere, quia deliquit admini- strando, scilicet eam matrimonio collo- cando; nam quamvis fecit quod debuit, non fecit modo, que debuit, quòd sequi- tur Ioannes Andr. in additio. ad Specul. titulo de iudicijs. §. generalia. col. 9. in additione incipiente in. d. l. quicquid. folio 44. Odofred. Alber. Bald. & Angel. in. l. qui sine vsuris. ff. de negot. gest. Alber. in. l. quicquid. C. arbitr. tutel. Lupus in re- petitione. c. per vestras. §. 3. num. 22. de do- natio. inter virum, & vxor. Alber. in rubri- ca. C. de interdic. matrimon.

21 ¶ Et in simili (scilicet in consanguineo q̄ tenetur restituere pecuniam quã accepit, vt matrimonio locaret consanguineam) scribit grauitèr Ancharr. consi. 175. incip. præmittendum, & sequitur Lupus in loco supracitato, quoniã officium locandi puellas deficientibus parentibus, pertinet ad con- sanguineos, vt in. l. in coniunctione. C. de nupt. * Et tutor abstinere debet ab omni lucro, secundum Lupum in loco supraci- tato, licet glos. in. d. l. qui sine vsuris. dicat q̄ tutor non tenetur restituere pecuniam quam accepit pro marianda puella, & idè Gullielm. de Ludo. sing. 71. sed errant se- cūdum Doctores in loco supracitato, quoniã tutor debet abstinere ab omni lucro, & facere id, ad quod est obligatus non me- reatur lucrum. Nuptiæ autem tradere puel- lam tutor tenetur. l. 9. tit. 1. part. 4. ✕

+ in hac l. v. greg. in glos. a.

23 ¶ Rursus dispositio Iuris Civilis compro- batur; quoniam respublica absq; charitate, si non Christiana certè politica consistere non potest, neq; enim cõsistet humana so- cietas si omnia pretio, & nihil ex virtute fiat, idèò tutorem imbecillo puello consti- tutum oportet non quæstu, non pretio in- vitari, sed virtute duci & publicè vtilitatis respectu moveri ad administrationẽ, *neque enim (iuxta prudentissimi viri dictum) Solis nobis nati sumus, sed & parentibus, sed & amicis, sed deniq; patriæ geniti sumus, quod ex Cicerone refert Iuris consultus in. l. post liminium. §. filius. ff. de captiu.*

24 ¶ Deinde puellis, & infantibus favorẽ con- ciliat ætas, vel quia delectamur naturẽ sim- plicitate, vel quia Christum, istorum pro- nuntiavit esse Regnum coelorum, vel quia sceleris nescia ætas innocentia invitat ad misericordiam.

25 ¶ Rursus cum liberalitas ingenuum quid- dam sit, neq; humana vita sordida, & illi- beralis esse debeat, sitq; indignum homi- num dignitate omnia emptitia, omnia ven- alia esse, certè in nullum aptius exerceat liberalitas, in nullum rectius collocatur officium, quam in pupillum. *Beatus (inquit Divinus ille Psalmographus) qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberavit eum dominus: Et alibi Dominus custodit advenas pupillum, & viduam suscipiet.* Qui ergo pupil- lo favet, in eum confert beneficium quem domini curæ relictũ testatur Psalmogra- phus, *Tibi inquit derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.* Quid ergo? tantæ pictatis o- pera pecuniola cõductus tutor obibit? cer- te Romanæ gravitati repugnat, bonisq; moribus adversatur: virtus enim propter se solum est summoperè expetenda, neq; extirpanda est, ex hominum vita charitas, qua nihil est quod vehementius rempu- blicam contineat.

26 ¶ Rursus tutelæ munus honorificum est. l. testamento Centurio, in fine. ff. de testam. manum. Bart. & Bald. in. l. pen. C. de verb. signific. Socin. l. vtrum ita. §. cum quidam, vltimo notabili. ff. de rebus dubi. & inter munera publica computatur. l. 1. ff. de muner. & honor. præmium autè abundè magnum est reipublicæ consuluisse, & ducare autè pueros, & eos bonis moribus forma- re reipublicæ est vtilissimũ, & ad tutoris officium pertinet: vt dicam capite sequenti, puerorum enim greges, reipublicæ segetes sunt, quæ diligetèr excultæ, & ad autũũ suum

De decima Tutori

suum pervenientes, rempublicam beatam, ac felicem reddunt.

27 ¶ Postremo infantem, ætatis imbecillitate cuiuslibet iniurijs expositum, fovere, eiusq; rebus præsidio esse magnificum quidam est: omnem superans pecuniam: ergo iure optimo, ei salarium non dandum, oportet enim maiora facere pro gloria, quam pro paranda pecunia: ut in curatoribus definitur in l. 3 § tit. 12. partita. 5.

28 ¶ His congruit quod veteres Romani, non tam pro patrocínio pupilli, sed neq; pro patrocínio cuiusvis alterius pecuniam accipiebant: nimirum benefactorum conscientia, & laude contenti. Vnde Tacitus libro 13. inquit. *Multa arbitrio Senatus constituta sunt, ne quis ob causam orandam, mercede, aut donis emeretur.* Rursus Quintilianus Institutionum lib. 12. inquit. *Gratis ne ei semper agendum sit tractari potest, quod ex prima statim fronte diiudicare imprudentium est. Nam quis ignorat quomodo id longe sit honestissimum, et illo quem exigimus animo dignissimum, non vendere operam, nec elevare tanti beneficii auctoritatem. Cum plerumque hoc ipso possint videri vilia quod prætium habent. Nec quisquam qui sufficientia sibi (modica autem hæc sunt) possidebit, hunc questum sine crimine sordium fecerit. At si res familiaris amplius aliquid ad usus necessarios exiget, (secundum omnium sapientium leges) patietur sibi gratiam referri, cum et Socrati collatum sit ad victum. Neque enim video quare iustior acquirendi ratio, quam ex honestissimo labore, et ab ijs de quibus optime meruerint. Quod quidem non iustum modo sed necessarium etiam est, cum hæc ipsa opera tempus ve omne alienis negotijs datum facultatem aliter acquirendi recedant, ac non pauper quidem tanquam mercedem accipiet sed mutua benevolentia utetur.* Hactenus Quintilianus, ex cuius verbis vides, patrocínio apud ethnicos gratuitum fuisse, neq; pro opera pecuniam admitti solitam, nisi pauper esset patrocínio præstans: ita, ut sese alere non posset: sicuti diximus in tutore inope, cui ius civile prætium dari permittit, ut sese alere possit. Legimus apud Plutarchum, Cimone Atheniensem acerbè reiecitse Persam hominem, qui cum eius patrocínio uti vellet patèras duas ei obtulit, alteram plenam aureorum Daricorum, alteram argenteorum, respondisseq; ego mercenarius non sum, si me amico uti vis, refer tecum munera quæ obtulisti.

29 ¶ Simile est quod legibus Longobardicis non licet notario mercedem accipere ab

orphanis, uti legimus in l. fin. C. de Scablinis, & Cancellarijs, inquit text. *De orphanis autem, vel cæteris pauperibus quæ exsolvere hoc non possunt in providentia Comitis sit, ut nequaquam inde aliquid accipiant.*

30 ¶ Sic Rectores populorum, quos nostri Decuriones vocant, tenentur fines gratis visitare, autore Guidone, decisione. 68. quod non servatur, ut scribit Avèdanius, in tractatu de exequendis mandatis, cap. 4. num. 6. ad id venales isti urbium Senatores, pro pastoribus, agunt predones, pro custodibus lupos, quos dominus abigat à grege suo, quid enim miser populus, non patitur ab his, qui non virtute parta, sed nummulis empta dignitate superbiunt?

31 ¶ Sic etiam, hodie notarius non capit salarium pro instrumento quod facit pauperi autore Ias. l. nec quicquam. §. ubi decretum col. 2. ff. de offi. Proconsul. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 6. §. 6. verbo. *Et prendra, num. 4.*

32 ¶ Nunc videamus, qua in re hæc lex corrigat Ius Civile. Et quidem, Hispani videntes refrinxisse charitatem præmioque excitari homines, tutori pro labore administrationis decimam fructuum constituunt: quod licet legatur in libro cui Forus nomen est, tamen abhinc annis plus mille antequam lex de hac re prodita servabatur. ita enim lego inter Gotthorum leges lib. 4. titulo *De los herederos*, in lege incipiente, *Si el padre. El hermano deve aver a los otros hermanos e a sus cosas en guarda. E mandanos, que tome el diezmo de los frutos en que biva,* & in fine legimus, *Ley antigua,* & Sisnandi Regis nomen. Ergo si venerandæ antiquitatis nomen, auctoritatè conciliare solet: hæc lex vetustissima est. Si movemur exëplis, Galli tutoribus nobilium dant omnes fructus, uti legimus apud Bocrium, in consuetudinibus Bituricensibus, titulo de consuetudine iuris status, personarum. §. 11. Cassan. in consuetudinibus Burgundiæ rubrica. 6. §. 4. verbo *Et fait la dicte femme,* & verbo, *baliste.* Idem servatur apud Aurelianos (qui & ipsi Galli sunt) autore Pyrrho in consuetudinibus Aurelianensibus; titulo quibus modis ius patriæ potestatis solvitur cap. 1.

¶ Idem servatur Cauodistriæ autore Paulo, consil. 374. incip. super istis dubijs, lib. 2. Cassan. dicta Rubrica. 6. §. 4. verbo, *Et fait la dicte femme,* & similis consuetudinis meminit, Petrus Bellapertica, in Authen, minoris

minoris debitor. C. qui dari tutores poss. l. 1. Ign. qui de Gallie cōsuetudine loquitur, in repetitione. l. necessarios. §. nō aliās, nu. 424. ff. ad Sillanian. & dicit, quōd incole eam observant, veluti numem. Sic apud Gallos etiam patri, cui peculiaris quedam rerum fœudalium filij custodia committitur, dantur omnes fructus pro custodia, vtj scribit *Moff.* in *consuetud. Paris.* tit. 1. §. 22. num. 1. Sic in Regno Siciliae, curia Regis dat tutorem Ducibus, & Comitibus pupillis, & assignat tutoribus salarium ad victum & vestitum, vt apparet ex *Afflic.* in constitutionibus Siciliae, titulo de Iure Balij, col. 1. *Ifernia* in capit. si quis decesserit, si de fœudo fuerit controuersia, inter domin. & agnat. *Ign.* d. §. non aliās, nu. 424.

33 ¶ Et talis consuetudo deferens omnes fructus tutori valida est, & seruaanda, vt scribit *Paul.* dicto consil. 374. lib. 2. numer. 1. *Cassaneus* in consuetudinibus Burgūdiæ, Rub. 6. §. 4. verbo, *Et fait la dicte femme.* *Petrus Bellapertiga*, in dicta Authentica minoris debitor. C. qui dari tutores poss.

¶ Sic *Paulus Iouius* historiarum scriptor nobilissimus, in descriptione Britanniae indicat apud Anglos fructus rei pupillaris ad Regem pertinere, quoniam scilicet pupilli in tutela Regis viuunt. *Iouis* verba hæc sunt. *Argent mirum in modum Regias facultates patrimonialia pupillorum, nō enim ante pubertatem paterna hereditate perfruiuntur, certa si quidē lege, pueri in tutela Regis viuunt.*

34 ¶ Hispanico tamē iure tutori, sola decima fructuum datur, vt ex hac lege constat, & scribit *Didacus Segura* in repet. l. cohered. §. cum filie. ff. de vulgar. & pupill. part. 2. col. 3. *Fallentia nona.* *Auendanius* in tractatu de exequendis mandatis. capitulo. 4. numer. 6.

35 ¶ Decima autem magnum est administrationis salarium: res enim propria, magna industria, & labore curata, vix decimā domino reddit. Quare legem hanc, veluti rigidam alienā prorsus a decretis Iuris Civilis restringendam esse censeo, quod idē accusariū faciendum, quoniam decima salarium est nimis benignū, largum, & splendidum. Ideo, etiam, atque etiam expēdendum iudici est, cui decimam præstari iubet, neque enim omnibus tutoribus, neque ex omni fructuum genere decima deducenda est.

36 ¶ Sic *Butricarius* in, d. Authent. minoris

debitor, dicit, consuetudinem deferens tutori omnes fructus, esse restringendam, tanquam odiosam, quod sequitur *Cassan.* dicta Rubrica. 6. §. 4. verbo, *Et fait la dicte femme,* & dictam consuetudinem esse iniquam pronuntiat *Antonius Padilla* in. l. 1. nu. 18. C. de transactio.

37 ¶ Illud tamen non omittendum, quōd licet de Iure Civili turpiter faciat tutor, qui pecuniam accipit, vt suscipiat administrationem tutelæ, iuxta gloss. in. l. in eos. ff. de tutelis, cum alijs supracitatis, tamen si gratis ei pater pupilli, vel alius pecuniā dederit, tanquam tutori, licite potest eam capere, etiam de Iure Civili. Valet enim legatum tutori relictum, & lex interpretatur relictum pro administratione, neque tamen illud improbat. l. sed hæc nimium, cū lege præcedenti. ff. de excusat. tutorum, & dicam latè infra. cap. 5. vbi tractabo, an tutor cui relictum est legatum, debeat id habere pro decima. Hoc addere visum est, quoniam *Boerius*, in consuetudinibus Bituricensibus, titulo de consuetudine iuris status personarum. §. 1. 1. col. 1. scribit generaliter, quōd tutor punitur extra ordinem; si data sibi pecunia officium tutelæ suscipiat, intelligendum enim, quando datur ei pecunia, vt velit suscipere tutelam, non verò, quando pecunia datur gratis, nō vt tutelam suscipiat, sed vt aliquid habeat laboris præmium ex liberalitate dantis.

S V M M A.

- 1 Ratio huius legis, est labor tutoris.
- 2 Ratio Negotiorum gestori, & mandatario; an datur salarium remissiuē.
- 3 Filio, paternas facultates administranti, an sit solvendum pretium in diuisione hereditatis paterna, & nu. 4.
- 5 Filio lucranti cum pecunia patris, an sit danda pars lucri.
- 6 Filio lucranti cum pecunia patris, aliquādo datur plusquam dimidium lucri, & quid si suo nomine, & periculo negotiatur, nu. 7.
- 8 Filio negotianti nomine patris, non est danda pars lucri, licet plurimum lucretur.
- 9 Filio laboranti infundo paterno, an sit danda pars fructuum, vel salarium, & nu. 10. & 11. vsque ad num. 15.
- 12 Filius an debeat præstare patri operas artificiales, & quid in uxore, an debeat marito operas artificiales, & an ex eis lucrata, lucretur sibi, nu. 13.
- 13 Iudex an debeat habere rationē opere filij, & quid debeat considerare ad eam æstimandam.

O o Opera

De decima Tutori

- 14 Opera filij non meretur salarium, nisi in gnis utilitas rei paterne, in qua laboravit: excitet iudicantis equitatem.
- 16 Socio administranti pro se, & socijs, salarium constitutendum est, vel maior pars lucri danda.
- 17 Si duo fratres viuunt in communi; & vnus habet filios qui laborant in re communi, habenda est ratio operarum horum filiorum, & an acquiratur id patri, quoad proprietatem; an vero quoad usufructum.
- 18 Executori testamenti decima datur iure Regio.
- 19 Alguazelo decima datur pro executione in aliquibus regionibus.
- 20 Iudici decima datur, si ipse exequatur instrumentum, & moris sit eam dari alguazelo exequenti.
- 21 Custodi arce, & carceris datur salarium.
- 22 Hospitali tenetur alere cum qui hospites curat. Hospitalarij equiparantur tutoribus.
- 23 Aduocatis salarium debetur, etiam si conuentum non sit.
- 24 Medico debetur salarium tamen durante egritudine non licet paupis.
- 25 Mercenarius mercede dignus est.
- 26 Visitanti Ecclesiam datur salarium.
- 27 Proxenetis, preceptoribus, tabellionibus, & notarijs debetur salarium, & non minus solvendum salarium medico, quam doctori.
- 28 Expensas qui potest deducere de fructibus, potest deducere pretium operarum.
- 29 Laboris solutio est causa summaria, & priuilegiū seruitij causa concessum, non reuocatur ab ingratitudine.
- 30 Beneficium nemo tenetur facere de suo.
- 31 Tutori non debet officium suum esse damnosum.
- 32 Tutor, est loco patris, & domini.
- 33 Tutor, aliquando equiparatur prelo.
- 34 Tutor, de iure Ciuili presertur fisco in successione pupilli, & an id hodie procedat stante hac lege, remissiuè.
- 35 Coadiutori datur salarium.
- 36 Tutoris labor omnem laborem superat, quo ceteri administratores premuntur.
- 37 Tutor cogitur inuitus tutelam suscipere.
- 38 Clericus, an cogi possit suscipere tutelam.
- 39 Tutor nobilis, an excusare se possit à tutela pupilli ignobilis.
- 40 Tutelæ munus nemo recusare potest, etiam si in id habeat peculiare priuilegium.
- 41 Tutor tenetur facere inuentarium quam primum potest, & in eo debet scribere omnia ad pupillum pertinentia, & quæ postea augentur, & si aliqui non scribatur in inuentario, potest remoueri à tutela, idèo tutor debet in inuentario facere protestationem, & numero. 41. 42. 43. 44. & 45.
- 46 Inuentarium, an expensis tutoris, an vero pupilli faciendum.
- 47 Tutorem, qui tenetur petere, non satisfacit, nisi curet, ut tutor faciat inuentarium.
- 48 Inuentarium non faciendum, quando pupillus est valde inops, vel quando eius pater prohibuit, vel remisit.
- 49 Inuentarium faciendum, etiam si testator id vetet, si modo id iudici videatur pupillo magis expedire.
- 50 Inuentarium etiam si à testatore prohibitum sit, tamen est facienda descriptio honorum, ne supprimantur.
- 51 Inuentarium faciendum coram iudice, sed de consuetudine sufficit coram notario.
- 52 Inuentarium non debet continere debita, quæ debet pupillus, sed quæ ipsi debentur.
- 53 Tutor non faciens inuentarium, videtur esse in dolo, & aduersus eum iuratur in licent, & remoueri potest à tutela, & accusari furti, & torqueri, & poni in vinculis, & numero. 53. 54. 55. 56.
- 57 Tutor, ante inuentarium administrare non potest, nisi tempore peritura: & an valeat gesta ante inuentarium, & quod agens remoueri potest, & quid si postea conficiat inuentarium, & nu. 58. vsque ad nu. 60.
- 61 Tutor probare debet se fecisse inuentarium, & copiam inuentarij ostendere debet, si velit admitti ad agendum, si pars hoc petat, & nu. 62. Et quid si inuentarium est ceptum, sed nondum cõfectum. nu. 62.
- 63 Inuentarium probat efficaciter aduersus tutorem, & tradendum est minori finita tutela.
- 64 Tutor non potest administrare (nisi tempore peritura) quousque sibi dæcernatur administratio, nisi testator aliter iusserit, vel utile sit pupillo: alias gesta non valent, nu. 65.
- 66 Tutor iurare debet vtilia facere, & inutilia prætermittere, & debet addere formalem promissionem, quod pupilli defensionem absque vlla mora suscipiet, alias tutela non valet, secundum aliquos, & nu. 67. 68. 69. & 71.
- Et an valeant gesta ante iuramentum, si sint pupillo vtilia, vel tempore peritura.
- 72 Tutor, non potest administrare, nisi satis det, nisi patrimonium pupilli sit modicum.
- 73 Fideiussor tutoris, an debeat esse locuples secundum quantitatem contentam in inuentario: Tutela non vitiatur, etiam si fideiussor non sit idoneus.
- 74 Tutor ante satisfactionem potest vtilia facere.
- 75 Tutor qui non satis dedit, an possit prosequi causam, si post satis det.
- 76 Tutor testamentarius, an teneatur satisfacere.

Tutor

- 77 Tutor, sine à maiori, siue à minori iudice detur, teneatur satisfacere iuxta receptam praxim.
- 78 Patri, & patro:io tutribus, an remittatur satisfactio.
- 79 Tutor, etiamsi sit valdè diues satisfacere debet, sed tunc sufficit qualiscunque fideiussor.
- 80 Tutor, an satisfacere debet, etiam si sit propinquus, & vir valde honestus, & fidus, & nu. 81.
- 81 Bonis viris plurima in iure conceduntur. Tutor dissipator, non admittitur ad tutelam cum satisfactione.
- 82 Fideiussori pecunia dari potest pro fideiussione.
- 83 Tutor tenetur alere pupillum.
- 84 Tutor quantum possit dare pupillo, ad alimenta.
- 84 In constituendo alimenta pupillo, inspicienda est consuetudo.
- 85 Alimentorum appellatione, que veniant.
- 86 Tutor, an teneatur alere pupillum, in domo sua.
- 87 Tutor tenetur pupillum bonis moribus instruere, & mercedem præceptoribus constituere.
- 88 Tutor tenetur administrare res pupilli.
- 89 Tutor curare tenetur, etiam si sit in exteris regionibus: diuina: cælestimum lapidem non excedant.
- 90 Tutor tenetur curare salutem pupilli, & fulcire domos, agrum curare, & reficere collapsa, etiam si pater pupilli reliquerit ea deformata.
- 91 Tutor, quando debet proponere res pupillares, suis.
- 92 Tutor tenetur lucrari cum pecunia pupilli. Tutor, si deposuit pecuniam apud campsores communitè reputatum idoneum, non tenetur, licet campsores decoquat. Tutor, et tutor sit, prudenter faciet, si contrahat cum consensu matris pupilli, & coniunctorum. Tutor, an debeat dare ad lucrum pecuniam si sit modica.
- 93 Tutor an hodie possit mutuo dare sub usuris pecuniam pupillarem, si redditus pupilli ad alimenta sufficiunt, & hodie tenetur emere redditus annuos.
- 94 Tutor qui non collocauit pecuniam pupilli, tenetur ad interesse, idem si tardius collocauit, & si non habet unde soluat: extra ordinem coercendus est, & nu. 1.
- 95 Tutoris heres tenetur ad usuras pecuniæ pupillaris, que in eius manus peruenit.
- 77 Tutor non collocans pecuniam pupilli, condemnandus est ad interesse minus; quod in prouincia in usu est, nisi pecuniam in usus suos conuerterit. Tutor intra quantum tempus debeat collocare pecuniam pupilli. Tutor collocare debet pecuniam pupilli intra certum tempus, quod intelligendum si possit, vel nisi in aliud pecuniam conuerterit, quod magis sit, è re pupilli, puta, si soluat debita.
- 97 Tutor conuertens pecuniam pupilli in suos usus censetur prelo, & tenetur ad interesse, & potest accusari furei, si fecit animo furandi.
- 99 Tutor, ut condemnatur, ad interesse, quod non collocauit pecuniam pupilli, debet probari potuisse: attamen cessasse, & quomodo probetur.
- 100 Tutor pupillarem pecuniam debet collocare idoneis nominibus. Tutor qui collocauit suam pecuniam, non est audiendus allegans se non potuisse collocare pecuniam pupillarem.
- 101 Tutor negligens in emendo, soluit interesse.
- 102 Tutor non collocans pecuniam, committit peccatum mortale.
- 103 Tutor non potest pecuniam pupilli conferre in societatem, vel in aliquod exercitium, nisi id in usu, fuisse patri pupilli. Si tutor non est ita industrius, ut pater pupilli, non debet conferre pecuniam pupilli in exercitium, quod pater eius exercebat.
- 104 Tutor obligans rem pupilli, & pecuniam, pro quam obligat, non conuertens in suam utilitatem, non obligat eum.
- 105 Tutor censetur habere mandatum generale cum libera. Tutor propria auctoritate potest eripere pupillum de manu cuiusvis.
- 106 Tutor tenetur de gestis, & de neglectis.
- 107 Tutor tenetur defendere causam pupilli, nullamq; vilem occasionem omittit, etsi non defendant remoueri potest.
- 108 Tutor potest aduocare pro pupillo in causa quam aduersus eius patrem defendebat.
- 109 Tutor non agnosceus bonam fidem, & temerè litigans: debet condemnari in expensis aliàs defensio fieri debet expensis pupilli.
- 110 Tutor exigere debet à debitoribus pupilli, aliàs tenetur ad sortem, & ad usuras.
- 111 Tutor, exigere debet, à debitoribus pupilli, etiam si sint eius fratres. Tutor, non tenetur exigere debitum, cuius exactio carior esset, quam ipsa sortis.
- 112 Tutor, exigere tenetur, à seipso, & sibi solvere.
- 113 Tutor, an teneatur iurare fidelitatem pro pupillo.
- 114 Tutor, tenetur locare matrimonio, & dotare pupillam suam, & si plus dedit in dotem, quam pupilla habet, tenetur solvere de suo.
- 115 Tutor (etiam finita tutela) administrare tenetur connexa, & litem ceptam prosequi tenetur, & nu. 17.
- 116 Tutor, si appellauit, heres eius tenetur prosequi appellationem.
- 117 Tutor, constituens actorem, tenetur de gestis ab eo.

De decima Tutori

- 118 Tutor tenetur seruare in sua persona pactū quod fecit cum creditoribus pupilli.
- 119 Tutor, durante tutela, non potest uetigalia conseruare.
- 120 Tutor, maiori affectu gerit, quam ceteri administratores.
- 121 Tutor, ut quis detur inquirendum est, quos habeat mores.
- 122 Tutores tenentur insolidum.
- 123 Tutor, res pupilli prescites, & postea obuenientes, tenetur administrare, & tenetur de gestis, & de neglectis.
- 124 Tutor, etiam si non sit legitime datus, non potest deserere administrationem, donec faciat alium legitime dari.
- 125 Tutor, nomine proprio accusat, si res pupilli id exposcit.
- 126 Tutor, non alienat pupillaria, absque iudicis decreto, & necessitatis, & utilitatis probatione.
- 127 Tutor, tenetur ad pretium, pro quo uendit rem pupilli, nisi fuerit conuersum in utilitatem pupilli.
- 128 Tutor, quando agitur de euisione pro re pupilli quam uendit.
- 129 Tutor, an possit persuadere morienti, ut sibi relinquat quod moriens, uult pupillo relinquere.
- 130 Empta a tutore presumuntur de bonis pupilli.
- 131 Tutor, tenetur de fructibus perceptis, & percipiendis.
- 132 Tutor, neque familiares eius, non possunt contrahere cum pupillo, nisi maior factus ratum habeat.
- 133 Tutor, tutela finita, defendere debet causam pupilli, si nondum rationem reddidit, & rem ad curatores transtulit.
- 134 Tutor, etiam finita tutela, tenetur de periculo rei pupillaris, nisi minorem moncat, ut petat curatorem, uel ipse petat.
- 135 Tutor, litem ceptam prosequi tenetur, etiam finita tutela, nisi de curatore, adulto, prouideri fecerit.
- 136 Rector Ecclesie, tenetur petere (officio finito) ut alius subrogetur, alias tenetur de periculo.
- 137 Syndicus, officio finito tenetur petere alium subrogari, alias tenetur de periculo.
- 138 Tutor negligens presumitur esse in dolo, & reus est peccati mortalis. & num. 139. & remoueri potest.
- 140 Executor testamenti negligens, remoueri potest.
- 141 Procurator reuocari potest, ob negligentiam.
- 142 Iudex ex officio potest remouere tutorem negligentem.
- 143 Tutor, remotus ob dolum, infamis efficitur.
- 143 Tutor remoueri potest ob leuissimam causam, & propter generalem suspicionem.
- 144 Tutor, suspecti postulari potest, a quolibet de populo.
- 145 Tutor, an suspecti accusari possit, ante gestionem.
- 146 Tutor, tenetur de culpa lata, & leui.
- 148 Tutor, in exigendo debita, non tenetur, nisi delicta culpa.
- 149 Tutoris bona sunt tacite hypothezata pupillo.
- 150 Tutoris inualidi; bona sunt tacite hypothezata.
- 151 Protutoris bona sunt tacite hypothezata.
- 152 Tutor tenetur rationem reddere.
- 153 Quilibet administrator, tenetur rationem reddere.
- 153 Erator tenetur rationem reddere de his, que administrauit, & qualis debeat esse ratio.
- 154 Administrans cum mandato, uel sine mandato tenetur rationem reddere.
- 155 Pater, & mater tutores, tenentur rationem reddere.
- 156 Executor datus in ultima voluntate, reddit rationem.
- 158 Tutela ratio, non solum pupillo, sed eius hereditibus reddenda.
- 159 Tutor rationem reddere debet, etiam si non sit in usu.
- 160 Tutor rationem reddere debet, etiam si ei remissa, & rationis redditio; & quid si testator ultra liberationem a reddendo rationem, legat ei omnem summam in qua fuit condemnatus.
- 161 Confessio secundi tutoris, quod primus bene reddidit rationem, non nocet pupillo.
- 162 Tutor tenetur denuo rationem reddere, si ratio est erronea, uel non plena, etiam si facta sit liberatio generalis cum iuramento.
- 163 Tutor iterum rationem reddere debet, si dicatur erronea: etiam si liberatio facta sit cum auctoritate curatoris, & decreto iudicis.
- 164 Liberatio a ratione reddenda quid operetur.
- 164 Liberatio nil operatur, quoad occultata, uel dolo ignorata.
- 165 Ratio non sufficienter reddita, est iterum reddenda.
- 166 Tutor unus non potest rationem reddere, sine altero, nisi uel commissa sit administratio.
- 167 Tutor tenetur reddere rationem, etiam non requisitus.
- 168 Tutor promittens in instrumento guarantigio reddere rationem, an possit executari.
- 169 Rationem reddere promittens, an possit executari.
- 169 Tutor cum reddit rationem primo inuestigatur, an fecerit inuentarium.
- 170 Confessio tutoris de redditibus pupilli, non praeiudicat ei, donec acceptetur expensa.
- 171 Tutor exhibere debet librum rationis.

Rationum

- 172 Rationum liber, si factum non sit, potest iurari in litem aduersus tutorem.
- 173 Liber rationum, continere debet debita, & credita, & redditus bonorum pupilli.
- 174 Liber rationum debet esse scriptus dilucidè, & distinctè, demonstrando rem, & annum, & quantitatem: aliàs non videtur reddere rationem, & videtur esse indolo, & nu. 175.
- 176 Redditio rationis, quid compicatur.
Tutor debet reddere rationem, etiam non requisitus.
- 177 Ratio cum effectu reddenda, & calculatio est necessaria.
Liberatio facta non præmissa calculatione nihil vilet.
Et quomodo probetur calculationem non factam.
- 178 Ratio computanda, neque sufficit solvere reliqua.
Tutor aliqua suppressis in libro rationis videtur esse in dolo.
Rationem non dicitur reddisse qui non solvit reliqua.
- 179 Liber rationum tradendus, aliàs tutor præsumitur dolo administrasse, & iuratur aduersus eum in litem.
- 180 Amissionem libri rationum alleganti, non creditur nisi probetur.
- 181 Tutor non exhibens librum rationis, censetur esse in dolo, & aduersus eum potest iurari in litem.
- 182 Tutor nouiter inuenta, & inuentario non scripta debet ponere in libro rationum.
- 183 Tutor, si adulto non restituit instrumenta, potest aduersus eum iurari in litem.
- 184 Tutor debet reddere rationem fructuum, secundum quod communiter percipi potuissent.
- 185 Tutor mobilia scripta in inuentario non tenetur restituere, si verisimile sit esse naturaliter corrupta vel consumpta.
- 186 Ratio reddenda ubi res est administrata.
- 187 Labor tutoris tantus est, ut nulla administratio partem laborem requirat.
Lex ista prudens: quia tutor diligentius administrabit intelligens partem fructum ad se peruenturam.
- 188 Tutor rationes rei pupillaris debet scribere separatas à suis.
- 189 Curator promittens reddere bonam administrationis rationem, tenetur de leuissima culpa, ne verba sint superuacua.

¶ Qua sit ratio huius legis, quotq; & quanti sint tutoris labores. Cap. II.

Ratio legis (vt è nostris doctissimus quidam dixit) est anima legis, neque vlla res æque legislatoris animû indicat, & legis vim demonstrat, vti ratio. Et in totum ad definitionem ambiguitatum, quæ circa dispositionem huius legis occurrunt, nihil efficacius excogitari potest, quam eius rationem intus, & incutere (quod aiunt) cognouisse. Quæro ergo, quæ sit ratio huius legis, & certè eius ratio in eius contextu exprimitur ibi. *Tome paru si el diezmo de los frutos, por razon de su trabajo.*

2 Ergo, decima laboris ratione tutori præstatur. Et licet nouum sit, tutori præmium, seu salarium dare; non est nouum cæteris administratoribus, qui non administrant lege cogente, sed voluntariè vti sunt mandatorij dare laboris præmium, ita probatur in l. idem que. §. idem Labeo. ff. mandat. & notatur in l. 1. ff. eod. titulo, quod declarat Guido de ci. one. 68. columna. 2. & dicam infra cap. 20. vbi declaro.

3 Sic filio paternas facultates administranti pecuniæ portio in præmium administrationis præstatur, autore Fulgoso, in l. illud. C. de collatio. vbi scribit, quod si pater habet multas possessiones, quas non potest gubernare: quoniam agit ætatem decrepitam, quod si filius maiores possessiones curat, & alius filius infantilem agit ætatem, quod mortuo patre, filius maior in diuisione representabit operas suas, & petet sibi dari tantû salariû, quantum dādû esse negotiorum gestorij: fatetur tamen Fulgo. quod vix hoc impetrari posset, & quod vidit iudicari contrarium, & ita aduersus eum pronuntiat, Iason. in dicta. l. illud, numero. 9. versiculo secundo principalitèr, column. penult. C. de collatio. cuius opinio mihi verior videtur, quoniam talis filius nomine patris administrat, & ex reuerentia sibi debita; & quando filius nomine patris negotiatur cum pecunia patris, nihil lucratur ratione operæ suæ, etiam si magnam summam acquirat: de qua re, vide quæ statim dicam.

4 Est tamen verum, quod si ratione industriæ filij, maiores fructus percepti sunt ex fundo paterno, tunc habenda est ratio operarum filij, vt per Alexand. d. l. illud. col. fina. qui citat Fulgo. sed certè, si tanquam minister patris administrabat, nihil videtur ei dandum, vt statim dicam, sed certè etiam, quando negotiatur, vt minister patris, est ei dandum salarium, licet non

De decima Tutori

detur dimidium lucri, ita Socin. consil. 92. numero. 15. verfic. aliquando pater, lib. 1. qui citat Bald. in Authent. ex testamento. C. de colla. sed vide quæ dico numer. 9. & num. 18.

5 **R**ursus, æquitas huius legis probatur, quoniam si filius lucratur cum pecunia patris, certè dimidium lucri sibi est dandum, ratione operæ, & industriæ personæ suæ, si res opera sua lucrata est; quoniam communis consuetudo dimidium lucri tribuit pecuniæ, & dimidium industriæ, ita docuit Bartol. in l. illud. C. de collatio. nume. 2. verfic. quæstio. vbi Paul. numero. 6. dicit hanc opinionem esse æquissimam, & Ias. numero. 7. dicit opinionem Bart. probandam esse, si res industria, & opera filij lucrata fuit, secus, si absq; opera filij magnum lucrum acquisitum fuisset, cum pecunia patris, puta, deponendo eam apud campso rem, tunc enim nihil filio dandum cū nulla sit eius opera digna cōsideratione, & ita sensit Bart. & opinionem Bartol. sequitur Abb. consil. 35. incip. circa primum dubium quo quæritur, num. 252. verfi. si vero capita. lib. 2. Roman. consil. 469. col. 2. verfic. tum etiam quia textus vbi latè disputat; & videtur sequi Angelus consil. 85. incip. pater habens plures filios, colum. 2. verficul. & quòd dicta lucra. Decius in dicta. l. illud. colum. fin. num. 10. verfi. ultimo nota. C. de collatio. Barto. in l. cum oportet. col. 1. C. de bonis quæ liber. & in l. 1. §. neque Castrenf. ff. de collatio. bono. Corne. conf. 152. lib. 3. Soci. conf. 162. col. 1. & seq. vsque ad finem. lib. 2. & consil. 192. incip. capio difficultatem, in. 1. dubio lib. 2. vbi limitat. Et est magis communis autore Segura. in l. si ex legati causa, verfi. hinc venit, col. 16. ff. de verb. oblig. Bart. in l. si tibi decem. §. si pactus. ff. de pact. & est communis autore, Soc. conf. 92. nu. 15. verfi. circa secundam dubitationē, lib. 1. Ang. & Paul. in l. cum oportet, col. 2. C. de bonis, quæ libe. Bar. in tractatu de duobus fratribus, in. 1. & 2. col. & in. 2. q. prin. Corn. cōf. 24. incip. visis nōnullis actis, col. 3. verfi. & volunt etiā. lib. 1. & conf. 213. Philip. Decius col. 2. verfi. & d. cit. lib. 3. & conf. 311. incip. ad euidentiā huius consultationis, lib. 3. & conf. 58. col. 3. verfi. & ideo lit. E. lib. 4. explicat Ferronus, in consuetudinib. Burdegal. tit. de iure personarum. §. 1. col. pen. Crocus in repet. l. frater, à fratre, num. 118. q. 3. ff. de cond. indebi. vbi hanc ap-

pellat communem sententiā Bal. & Corne. in d. l. cum oportet.

6 **M**ouentur omnes ex textu, in. §. 1. Institut. per quas personas nobis acquiri, ibi. Ne quod ei suis laboribus, vel prospera fortuna accesserit, hoc in alium proueniens lucrifosum ei procedat. Adducit etiam textum in l. cum oportet, ibi: Filij non lugebunt, quæ ex suis laboribus sibi possessa sunt ad alios transferenda aspicientes. C. de bonis quæ libe. Hæc opinio, quòd filio negotianti cum patris pecunia detur pars lucri, mihi æquissima videtur, & ab ea non discederem, licet contra sentiat Specul. tit. de iudicijs. §. sequitur, verfi. quòd si aliter, post glos. in d. l. cum oportet, citat textum in l. ex re. ff. de usufruct. vbi dicitur, Ex re usufructuarij, id intelligitur per seruum acquiri, quod ex administratione rerum eiusdem seruus lucri fecerit, facit. l. si ita legatus. §. fin. ff. de usu. & habita. Hæc, re vera non obstant, nam ad l. ex re plane respondeo, verum esse ex re usufructuarij acquiri, quod ex administratione rerum eius acquiri seruus, non tamen acquiri ex re sola, sed ex re, & opera serui, & licet operæ serui non sit pensanda, quoniam seruus omnem optram debet domino, tamen opera filij optimo iure pensanda est, licet enim filius debeat patri obsequiales operas, non debet artificiales, vt tradit Bald. in Authent. ex testamento, col. 3. nu. 8. C. de collatio. Ias. in l. illud, nu. 7. col. pen. ver. præterea, licet filius. C. eo. tit. Ferron. in consuetudinib. Burdegal. tit. 1. §. 1. col. penul. quare, si cum pecunia patris adiuncta sua opera lucrum fecit, pars lucri ei tribuenda, quoniam etiam si dici possit id lucrum ex re patris acquisitum (quoniam absque patris pecunia, non acquireretur) tamen non est acquisitum, ex sola re patris, sed etiam ex opera & industria filij: idem respondeo ad l. si ita legatus. §. fin. ff. de usur. & habita. Non obstat etiam. §. 1. Institut. per quas personas nobis acquiri, vbi dicitur, quòd si quid ex re patris filio adueniat, totum patri acquiritur, ille enim textus loquitur, quando ex sola re patris lucrum aduenit; hic autem loquimur, quando non ex sola re patris, sed ex re patris, & opera filij lucrū prouenit, & cum ex eius opera proueniat, opera præmium meretur. l. 1. C. pro socio. l. societas. l. cum duobus. §. si in coeunda si. pro socio.

6 **R**ursus ab hac sententiā (scilicet, quòd pars lucri, sit filio tribuenda in præmium industriæ

industriæ suæ) non discedit Bald. licet irridens Bartolum, dicat eum imitatione rusticorum ex æquo, diuidere lucrum inter patrem, & filium dimidium tribuendo pecuniæ, & dimidium operæ, cum præstet id relinquere arbitrio boni viri qui considerare debet quanta fuerit pecunia, tradita à patre, & quantum fuerit lucrum, quid enim, si cum aureis centum, filius mille lucratus est, certè plusquam dimidium filio præstandum, ita Bald. in l. cum oportet. colum. 3. C. de bonis quæ liber. & in Authent. ex testamento. col. 3. nume. 7. C. de collatio. & in l. omni modo. §. imputari. col. penult. C. de in officio. testamen. cuius sententiam videtur probare Alexan. in dicta. l. illud. in fine. C. de collatio. & re vera, si proprius consulantur, hæc quæquam dissentiunt Bartolus, & Baldus, Bartolus enim loquitur in dubio, secus si appareret, quod lucrum pro maiori parte, ex opera, & industria personæ, potius quam ex pecunia prouenisset, tunc enim oportet bonum virum (hoc est iudicem) arbitrari inspecta æquitate, an filio plusquam dimidium lucri dandum esset, & ita Bartolus, & Baldus in concordiam redduntur, ut notat Ias. dicta. l. illud. colum. penult. numero. 7. Decius ibi, numero. 1. 1. col. fin. versiculi. & prædicta conclusio. Corneus consilio. 24. lib. 1. & dicto consil. 2. 13. lib. 3. & consil. 5. 8. lib. 3. Cassan. in consuetudinibus Burgund. Rubric. 6. §. 2. numer. 9. Quod mihi verisimum videtur, & probatur in l. si non fuerint. §. 1. ff. pro socio. vbi scribitur, quod plerumque tanta est industria socij, ut plus conferat societati, quam pecunia, ut in l. quid enim. ff. pro socio. & in §. de illa. versiculi *Seruius Sulpitius* Institui. pro socio, & hæc est res quam ipsa naturalis æquitas dicitur, atque etiã sensus communis.

7 ¶ Quid tamen, si filius negotiaretur proprio nomine suo, & suo periculo, & tunc alia ratio est, ut per Iason. & Deci. in d. l. illud. Corne. consil. 152. lib. 3. Socin. 162. col. 1. lib. 2. & 192. lib. 2. Crocus in l. frater à fratre. q. 3. ff. de condi. indeb. Rom. consil. 469.

8 ¶ Addunt tamen Doctores, quod si filius negotiaretur nomine patris, quod tunc lucrum infolidum acquiritur patri, nam filius videtur fuisse eius institutor, seu procurator ad negotiandum constitutus, ergo totum patri acquiritur. l. quod pro-

curator. ff. de procurat. Scribit Romanus consilio. 469. incipien. quoad primum propositæ consultationis articulum. columna. 2. versiculo primo casu. Iason. in l. illud. numero. 7. colum. penult. versiculo limita. tamen, & ibi Decius. colum. penult. numero. 1. 2. versic. secunda conclusio. C. de collatio. Socin. 92. numero. 15. versiculo aliquando pater. libro. 1. Angel. consilio 85. colum. 2. Baldus in Authentica ex testamento. columna. 4. numero. 8. C. de collatio. Ferronus in consuetudinibus Burgund. titulo primo. §. primo, columna penultima.

9 ¶ Hæc adducere visum est, ad definitionem quæstionis quam proponit Fulgo. in d. l. illud, an scilicet filio operanti infundendo, pater non debeat dari pars fructuum, vel salarium, videtur enim dandum, cum ei detur pars lucri acquisiti, sua industria, cum pecunia patris, quod probat Alexan. in dicta. l. illud. columna. finali ad finem: certè, hæc quæstio dubia est, idè Doctores iudicium relinquens breuiter meum proferam sensum. Et quidem, utcumque filius laboret in fundo paterno, nunquam ei dabo dimidium fructuum, etiã eorum qui ex sua industria videntur prouenisse, quoniam fundum nomine paterno, & tanquam paternum videtur spectare, idè, quicquid inde prouenit, acquiritur patri, sicuti negotiorum gestor. acquirit domino. l. quod procurator. ff. de procurat. neque enim negotiorum gestor. a deo erit impudens, ut petat dimidium rei, quam acquisiuit gerendo negotium alienum. Et hoc casu non admittetur communis traditio Bartoli, quod filio lucranti cum pecunia patris, est dandum dimidium lucri. Si tamen filius non peteret dimidium lucri, sed tantum representata opera sua peteret haberi eius rationem, & hoc casu quidam censent, quod si fundus ex opera filij maiores fructus reddit, quod est habenda eius ratio: ita Alexander in dicta. l. illud ad finem, & licet Iason. videatur scribere contra, numero nono, versiculo breuiter tamen non loquitur, quando fundus maiores fructus reddidit ex opera filij, & Angelus quem citat, loquitur aduersus eum, & non loquitur de salario, sed de dimidio vel parte lucri.

¶ Rursus Socin. consil. 22. num. 15. versiculo, aliquando pater lib. 1. dicit quod li-

De decima Tutori

et quando filius administrat nomine patris, non debeat habere dimidium lucri, tamen quòd debet habere salarium, & citat Bald. in Authent. ex testamento. C. de colla.

I 0 ¶ Mihi distinguendum videtur, aut enim filius laborans in re patris non reddidit eam meliorem, vel uberiorem, sed tantum operam suam pensari vult, & (salvo doctiorum iudicio) non est habenda eius ratio: filius enim obedientiam, & obsequium debet patri. l. veluti. ff. de iusti. & iure deinde rem paternam administrat, veluti propriam, filius enim quasi dominus est in vita patris. l. in suis. ff. de libe. & posthum. Præterea nescio, an quisquam filius cogitet se opere præmium consecuturum, à patre. Postremò hic nullum est lucrum industriæ suæ, & sic non quadrant verba textus in. l. cum oportet. C. de bonis quæ libe. & in. §. 1. Instit. per quas person. nobis acquiri. & ita iudicarem, nisi qualitas opere, aliud suaderet, putà si esset personalis, & diuturna, vel filius res proprias amisisset, ut consuleret patris: nam ex re patris alitur, & cum à patre alatur, æquum est non haberi rationem huius opellæ.

I 1 ¶ Si tamen res paterna, in substantia, vel fructibus crevisset ex opera filij, & certè eius rationem habendam censeo, ne fructum opere, & industriæ suæ luceat ad alium transferri. l. cum oportet. C. de bonis, quæ libe. §. 1. Instit. per quas person. nobis acquiri.

I 2 ¶ Deinde hoc casu filius operam utilem præstitit patri; & licet debeat obedientiam, & operas obsequiales, non debet artificiales, ut per Bald. in Authent. ex testamento. nu. 8. C. de collat. Ias. in. l. illud. col. penult. C. eo. tit. Ferron. in consuetudinib. Burdegal. titu. 1. §. 1. col. penult. ideò de opera filij non iudicandum veluti de opera servi: servus enim omnem operam debet, ideò opera filij pecunia pensanda sicuti generalitèr in opera fit, ut in. l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio. l. 1. C. eo. titu. & hoc casu quadrat communis supra relata de filio, qui sua industria lucratur cum pecunia patris, quòd debet habere partem lucri. Et quòd filius non debeat operas artificiales patri, probatur, quoniã uxor non debet operas artificiales marito, & inde lucrata sibi acquirat, ut inquit Bal. in. l. si uxorem col. 2. vers. cæterum. ff. de

condi. infer. l. si mulier. §. si vir uxori. ff. de donat. inter virum, & uxor. Lupus in rubr. de donat. inter virum, & uxor. §. 45. incip. si autem, num. 4. Segura de bonis, lucra. fol. 238. num. 209. Pyrrhus in consuetud. Aurel. tit. de societate inter virum, & uxor. col. 4. ubi citat Petrum in. l. divortio. ff. solu. matrim. in fin. princ. quod intelligendum, quando dos uxoris sufficit ad alimenta viri, & uxoris, & familiæ, aliàs tenetur præstare operas serviles autore Abbas in cap. litteras col. fin. de restit. spolia. Lupus cap. per vestras. §. 20. incip. & tenendo num. 3.

I 3 ¶ In æstimatione tamen huius opere filij, oportebit elucere iudicis prudentiam, quid enim si filius proprijs manibus laborabat, vires conferebat, terram rastro, & ligone exercebat, unde maximum paterni fundi incrementum? certè habebitur eius ratio. Si tamen phalerato vestus æquo, rus urbi propinquum invisebat, operas excitabat, fructus rapaci manu aucti non sinebat, operis mercedem solvebat, maiora debet patri, & levicula hæc sunt, laudanda potius quam præmio afficienda, optimoq; iure audiet illud Evangelicum *Quod debistis facere fecistis*. Intererat enim eius paternam rem, non deformari, non conteri, res enim patris est, res filij, & æstimum patris, est æstimum filij, & patre divite filius dicitur dives, unde ei, & rei, & honoris maxima ornamenta proveniunt. Sed hæc doctoribus excutienda relinquo: tantum nollui rem quotidianam, silètio præterire.

¶ Si tamen iudex essem, parcissimè operam filij æstimarem, nisi operæ qualitas, & utilitas aliud suaderent. Sed dicit aliquis, cur operam filij consideras cum fundus redditur melior, & eam spernis cum non redditur melior, vel uberior? Respondeo, quòd licet opera sit res considerabilis, & quæ prætij loco habetur (ut statim dicam) tamen si præstatur à filio, non est considerabilis, nisi ex æquitate, putà, quando fuit opera personalis, vel magnopere auxit lucrum patris, tunc enim habenda ratio eius operæ, non tam quia operatus est, quantum, quoniam ex opera magna dimanavit utilitas patri, hoc enim casu æquissimum videtur, ut filius cuius industriæ augmentum debetur, sentiat laboris commodum: at cum opera, solum petitur tanquam opera, nulla representata evi-

denti

denti utilitate, non videtur opera filij considerata, quid enim? filius non debet patri, & laborans in re patris suã propriam rem curat in qua successurus est.

- 14 ¶ Sed obijcis; filius non debet operas artificiales præstare, tamen si eas ultro præstat, debitum officium facit, & paternam obedientiam curat, præceptumq; divinum implet, & etiam si multo amplius faciat, non satisfaciet meritis patris, & obligationi divinæ, & humanæ, qua ei est obstrictus. Sed obijcis, opera præmium meretur. l. 1. C. pro socio. l. societas. l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio. factor: sed non opera filij, nisi insignis, & magnam adferens utilitatem; filius obedientiam debet patri, neque hæc obedientia debet esse otiosa, & inanis. Confirmantur hæc ex l. 3. titulo. 20. part. 2. ubi videtur probari patrem posse cogere filium, ut sibi serviat, & ibi glossa notat, quod filius qui multum laboravit in re patris, non potest à patre, neque à fratribus mortuoq; patre petere salarium; & quod filius debet operas artificiales patri. Facit. l. in. titulo. 7. part. 3. & quod non detur filio salarium, vide Gerard. singul. 84. Postremo alienum videtur à gravitate Christianæ disciplinæ, filium pro levi opella collata in rem patris, salarium petere nisi insignis utilitas excitet iudicantis æquitatem; ut filium participem lucri faciat quod eius autor industria sua fuerit. Sed de his hæc tenent.

- 15 ¶ Illud non omitam, in confirmationem distinctionis supra factæ, quod Doctores cum tractant de pensanda opera filij, semper supponunt lucrum ex ea obvenisse: ita Angel. dicto consil. 85. Roman. consil. 469. cum alijs. Cassan. in consuetudinib. Burgund. Rubrica. 6. §. 2. num. 9. Quinimo non solum requirunt lucrum, verum insigne lucrum, ut eius portio filio detur, ita nominatim Arnoldus Ferron. in consuetudinib. Burdegal. titulo. 1. §. 1. column. penult. quamvis loquuntur de dando dimidium lucri non de dando salarium; & reperio quod opinionem Fulgosi. (scilicet quod filio, qui laboravit in re patris, detur salarium pro modo laboris) refert Pyrrhus in consuetudinib. Aurelianen. tit. de fœudis. §. 27. & probat Tiraquel. de primogenijs. quæst. 89. & refert Crotus in loco supracitato; sed ego rem ex

operis qualitate æstimabo, putã si laborabat proprijs manibus, uti mercenarius laborasset, levem autem operam non curabo, nisi lucrum, & utilitas aliud suadeant, de qua re vide, quæ dico infra, numero. 17. vers. & quod sit habenda, & num. 18.

- 16 ¶ Reddendo ad id unde digressi sumus, non est novum exemplum administratori salarium dare, opera enim loco pecuniæ habetur, & plerumque plus confert quam pecunia. l. si non fuerint. ff. pro socio. l. societatem. §. si in coeunda. ff. co. titu. l. 1. C. eodem.

¶ Sic, cum unus ex multis socijs negotiatur pro se, & socijs salarium ei constitutum est pro regionis more, aut, e Corne. consil. 116. incip. licet videatur, lib. 4. Et licet nonnulli scripserint, nihil de salario socij administrantis reperiri iure cautum, ut scribit Roman. consil. 168. incip. in quarto dubio, tamen scribit maiorem partem lucri tribuendam socio administranti, considerata à iudice qualitate personæ, & industria. l. si non fuerint. ff. pro socio. Bald. l. 1. C. co. titulo. Cornicus. consilio. 311. littera. B. in fine. lib. 3. decisio. Delfinalis nova. 890. num. 3. quod in idem recidit, nihil enim interest, an opera pensetur solvendo salarium, an dando maiorem partem lucri. Et quod opera inter socios habeatur loco pecuniæ, scribit Socin. consil. 265. num. 7. lib. 2.

- 17 ¶ Et quod sit habenda ratio opere, notat Bald. in cap. gravis. columna. 2. de restit. spolia. & probatur, in. l. si id. §. si quas. ff. de donat. inter virum, & uxor. cuius argumento definitur illa quæstio, quid si duo fratres simul habitant, & unus habet filios, qui valde laborant, & plurimum conferunt communi domui, an habenda sit harum operarum ratio: & certè habenda est. Ita Angel. in. l. ex duobus. ff. de negot. gest. Bald. in. l. 1. in. 9. quæst. C. pro socio. ubi scribit quod si duo fratres mortuo patre habent prædium commune, & conducunt in super alia prædia ad laborandum, & unus eorum habet filios duos, qui similiter laborabant, & ex fructibus rei communis, & ex labore proprio plurimum lucrati sunt, quærit Bald. qualiter sit facienda divisio? & respondet, quod medietas fructuum prædij communis, dividetur æqualiter inter fratres, ad quos pertinet prædij proprietas, argumento eius quod

De decima Tutori

quòd legitur & notatur in l. 1. C. pro socio; alia vero dimidia, quæ iure laboratorum percipitur, adiudicanda est omnibus quatuor in capita: quia societas est istius naturæ quòd dividit lucrum operarum in capita. Rursus quoad fructus perceptos ex rebus conductis, dicit etiam quòd debent dividi æqualiter in capita, inter omnes quatuor: ita etiam scripsit Bart. cõsi. 186. incip. Cucuavellus.

¶ His accedit quòd scribit Bald. in additione ad tractatum Bart. de duobus fratribus, quòd si sunt duo fratres rustici, & alter habet filios, qui quotidie laborant in agro communi, quod ille qui habet filios, quia plus opere ponit, plus fructuum debet accipere in divisione, arbitrio boni viri: quod refert & sequitur Alexand. cõsi. 99. num. 3. versic. hinc consonat; lib. 2. Sic Bald. in l. si patruus. quæ sit. penult. C. commu. utriusq; iudicij, scribit, quòd si duo fratres rustici colunt agrum communem, & aliter eorum habet filios laboratores, & omnes scindebant terram, emolumentum debet dividi in capita, quia societas respicit capita eorum, qui operam ponunt in societatem, & licet sint filij familiæ, tamè illud quòd ipsi acquirunt, acquiritur ipsis, quò ad proprietatem, & patri quoad usum fructum, quòd sequitur Alexand. d. cõsi. 99. nu. 3. lib. 2. sic Angel. cõs. 110. incip. Vanutius, & Antonius, & cõsi. 113. in fine scribit, quòd si fratres in communiõne steterunt, & durante communiõne alter procreavit filium, & simul cum filio perseveravit in communiõne per annos quadraginta, non poterit filius ex sua persona petere partem acquiritorum, quia nõ est socius, sed unus de societate tamè quia opera est loco pecuniæ, ut in l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio, dicit Angel. quòd pater huius filij, quatenus plus opere posuit ratione filij, tanto plus consequetur de bonis communibus: quòd sequitur Alexand. d. cõsi. 99. num. 5. lib. 2. & in estimatione huius opere dicit standum arbitrio boni viri. l. unica. & q̄ ibi notat Bart. in fine. C. de sentent. quæ pro eo quòd interest. Quæ opinio est æqua, rationabilis, & magis communis, secundum Alexand. d. cõsil. 99. num. 5. in fine lib. 2. Iaso. in l. ut nemini col. penult. & fin. nu. 6. C. de collatio. ubi supraddicta doctorum placita refert, & probat: sequitur etiã Alexand. cõsi. 77. num. 2. lib. 5. Antonius

Butrius cõsi. 7. Corne. cõsi. 152. in fine, & cõsil. 196. col. 1. lib. 3. & cõsil. 58. littera. S. & cõsi. 299. lib. 4. Ias. cõsil. 5. lib. 1. Alexand. cõsi. 123. num. 1. lib. 2.

18 ¶ Non est omittendum, quòd ad traditionem Fulgosij in l. illud. C. de collatio. supra relatam num. 9. plurimum confert doctrina Bald. in d. l. si patruus. quæ sit. penult. C. commu. utriusq; iudicij, licet non apperiat Baldus, an id quòd filio acquiritur in proprietate, sit pecunia quam consequitur, à patre; an vero, quam consequitur patruo, probabilissus est eum loqui de pecunia patrum, quæ sibi datur ratione operæ cum dicat acquiri patri quoad usum fructum, ergò non loquitur de pecunia propria patris, ipse enim eã possidet, absq; eo quòd sibi acquiratur per filium; ergò loquitur de pecunia soluta per patruum ratione operæ per filium impense in re patris, & patruo. Non tamen nego has doctorum traditiones, inspecta eorum auctoritate efficaces esse, ad persuadendum distinctionem à me supra factam de filio laborante proprijs manibus, cum emolumento rei paternæ.

19 ¶ Reddeundo ad dispositionem nostræ legis: non est sine exemplo tutori salarium dare, nam executori testamenti Iure Regio decima debetur, ut efficacitèr colligitur ex l. 4. tit. 2. lib. 5. Ordinatio. quæ habetur l. 5. tit. 11. lib. 1. Recopil. & ex l. 13. tit. 5. lib. 3. Fori, & ex l. 3. tit. De las penas. lib. 8. Ordinationum, de qua re dicam capitulo. 19.

20 ¶ Rursus moribus multarum Hispaniæ urbium iudicum executoribus, quos barbaro nomine *Alguazelos* vocamus, datur decima. Sic olim iudicibus decimam laboris ratione dari solitam scribit Aiciatus dispersionum lib. 3. cap. 17. ad finem. Et hodie si per propriam personam exequatur instrumenta auferet decimam, si ea alguazelo ex more dari soleat, ut docet Avēdan. de exeq. manda. cap. 17.

21 ¶ Sic custodi carceris datur salarium, ut notatur in l. fin. C. de erogatio. milita. annone, scribit Bartholomæus à Capua. singulari. 101. & custodi arcis dari salarium, notat Bald. in l. ex diui. C. loca. Iaso. in l. si mora, num. 17. ff. solu. matrim. tutor autem, & res, & personam pupilli custodit, ut infra latè dicam: ergo optimo iure capit salarium.

22 ¶ Sic hospitale tenetur alere, & vestire eum qui

qui hospites accipit, & curat, cum eius opera utatur: ita Roman. consil. 440. incipiente, non est dubium. quoniam alere, & vestire tenemur eum, cuius opera utimur. l. in rebus. §. potest. ff. commo. l. in his. §. 1. ff. solu. matrim. & quoniam, qui ecclesiæ servit, de ecclesiæ proventibus vivere debet cap. cum secundum, de præbendis cap. ex his. 2. quæst. 1. c. charitatē. 1. 2. quæst. 2. hospitalarij autem æquiparantur tutoribus, vt in l. orphano trophos. cum ibi notatis. C. de Episcop. & cleric. Socin. consil. 181. incip. vifis capitulis num. 1. lib. 2. ergo sicut a'itur hospitalarius, alendus est tutor. Sic iudex missus à Rege ad petitionē populi habere debet stipendium ab ipso met populo, vt tradit Covarr. practicarū quæstionum. c. 4. nu. 5. versic. hi vero.

23 ¶ Sic ope a advocati, iam olim mercenaria est, & pecunia pensatur, licet nihil cōventū sit. l. 1. & ibi Bar. ff. de var. & extra ordin. cog. Socin. consil. 196. col. 2. lib. 2. licet enim nobilius, & magis ingenuum esset à pecunia abstinere tamen aliter sanxit Nero Cæsar, auctore Suetonio, in eius vita cap. 17. licet id Claudij tempore fieri solitum probetur, ex Tacito, lib. 11. qui ante Neronem imperavit, modum enim imposuit advocatis in capiendis pecunijs, pro patrocinio, ex quo liquet eius ætate pecuniam pro patrocinio capi solitā: quod hodie receptissimum est, iuxta laboris modū, vt per Specul. tit. de salario. §. sequitur versiculo, sed, & id quod dicitur. & titulo de magistris. §. 1. versic. 1. Bellamera. decisione. 437. Cum ergo tutoris labor multo maior sit non est absurdum. eum pensari pecunia.

24 ¶ Sic medico, pro opera, & industria datur salarium, licet durante ægitudine, non liceat pacisci super salario: vt docet Platea in l. archiatri. C. de professo. & medic. lib. 1. l. 1. & ibi Bart. ff. de var. & extra. cog. Bald. l. 1. C. manda. Socin. consil. 196. col. 2. lib. 2.

25 ¶ Sic, vulgò dici solet. *Quid operarij mercede sua digni sūt, vt per Ananiam in cap. naviganti, nu. 33. de usuris, Bonifacius in Clement. dudum. §. verum de sepulch. & Clement. 1. de magistris, num. 49.*

26 ¶ Sic pro visitatione ecclesiarum datur salarium, vt in cap. cum instantia de iocosisibus & proxenetis datur salarium, Guido decisione 68. l. 1. ff. de proxenetis, & notarijs, & rebellionibus datur salarium, licet

nihil conventum sit, ut habetur in l. 1. §. ludi. ff. de var. & ex extra cog. Bald. l. 1. C. mandati. Soc. consil. 196. col. 2. lib. 2. & non minus solvendum salarium medico, & doctori, quam famulo, auctore Azone, in summa titulo de locato, Bald. in l. contractus. C. de fide instru. & in l. etiam. C. de iur. docti. Socin. consil. 196. col. 2. lib. 2.

27 ¶ Sic, præceptoribus salarium cōstituitur, officio iudicis. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de adm. tuto. & patronis pro eorum facultate, salarium præfinitur. l. 1. §. in honorarijs. ff. de varijs, & extraordina. cognitionibus.

¶ Et generalitèr præmium debet esse par labori, ut per Bal. in l. certū. nu. 11. col. fi. C. fami. hærescun. & ubi maior labor, maius premium. l. meretur. cōtra publicam. in fine. C. de re milita. ibi, *Quia honoris. auzmētum non ambitione, sed labore ad unumquemq; cōvenit de venire. l. vnicuiq; in princ. C. de proxim. sacro scrini. lib. 1. 2. l. 2. C. de offi. mag. offi. scribit Boerius in teatatu de auctoritate magni consilij, num. 128. qui videtur esse Ioannis Montani. l. b. d. 9. lib. 5. Ordinationum.*

¶ Et naturæ lex esse videtur, ut qui sentit onus, sentiat etiam honorem. l. eum qui. ff. de iure iuran. & ubi sunt onera, ibi oportet esse fructus, ut late per Alexand. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matrim. tutela autem onus est, ex parte tutoris. l. tria onera. ff. de excus. tuto. Barto. in l. certarum. ff. de testam. tutel. nu. 1. Corne. consil. 132. incip. licet videatur col. 2. lit. O. lib. 1. & consil. 20. lib. 2. Angel. in §. si quis autem, num. 2. Insti. de excus. tuto.

¶ Et generalitèr administrationes temporales, oneris sunt: non honoris, ut per Bonifacii in Clemente in plerisque. §. quod si num. 6. de electio. ergo oportet onus solatio leniri, salarium autem solatio laboris est, ut scribit Platea in l. super hanc. C. de erogatio. militaria. in no. lib. 1. 1.

28 ¶ Rursus illi, qui possunt deducere pretium operarum suarū, quas tollunt in quærendis fructibus: ita Bald. in l. si quis. C. de reuocandi. Paul. & Accia. in l. diuortio. §. in pñidia. ff. solu. matrim. Angel. in l. si dñs. ff. de pñi. hæred. gl. in l. per diversas in glo. magna. C. manda. Ias. in l. fructus. col. fi. ff. solu. matrim. Barba. in c. Raynald. chart. 17. col. 2. versic. circa hanc partem de testam. Boer. decis. 44. nu. 23. ad fin.

¶ Ad cō

De decima Tutori

29 ¶ Ad eò autem labor, præmio, & fauore dignus videtur, vt eius solutio sit causa summaria; vti scribit Maranta. in sua practica, parte. 4. nu. 81. & priuilegium seruitij causa concessum, non potest reuocari, etiã si simus in casu in quo priuilegium reuocari potest, autore Bald. in l. qui se patris. C. vnde libe. Rodericus allegatione. 9. nu. 5. & probatur in l. si pater. §. si quis aliquem. ff. de donatio. vbi donatio remuneratoria, non potest reuocari, propter ingratitudinem, licet aliàs ingratitudo sit causa sufficiens ad reuocandum donationem, vt in l. si. C. de reuoc. donatio.

¶ Deindè iuxta verba Apostoli, *Nemo debet suis stipendijs militare*, ergo æquitati cõuenit laborantem in re pupilli ali ex fructibus rei pupillaris, Afflict. in constitutionibus Siciliæ, in Rub. c. constitutionũ, fol. 160. pagina, 2.

¶ Rursus maiori præmio ornãdus, qui maiorem laborem sustinet. l. vnicuique. C. de proximis sacro. scriniorum, lib. 12. & ibi Platæa. nu. 3. versio. item nota. l. 1. C. de aggen. in reb. l. 1. C. de diuersis officij, lib. 12. l. si. C. de tironib. eo. libro. labor autem tutoris maximus est.

30 ¶ Rursus æquitas huius legis apparet, quoniam nemo tenetur de suo facere beneficium. c. precariz. 10. q. 2. c. cum ex officij, de prescrip. neque æquum est collocãtem industriã suam, in re pupilli amittere fructum, quem ex industria sua consequi poterit.

31 ¶ Deindè (iuxta iuris regulas) tutori non debet officium suum esse dãnõsum, vt per Alber. in l. tutor. ff. si quis cautione. Isernia sing. §. l. si quis ex signatoribus. ff. quẽadmod. testam. aperi. esset autem ei damnosum, si occupatus administratione rei pupillaris nullum exinde consequeretur fructum, ac vitę suę consulere non possët, præpeditus pupilli negotijs.

32 ¶ Rursus, de iure tutor habetur loco domini. l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro emptore. & ibi Paul. Bar. in Authent. vt ij, qui obligatas, num. 1. & in l. qui testamento. ff. de testam. & in l. neque tutoris, num. 2. C. de procura. & in l. 2. §. non potest. ff. de excusat. tuto. & in l. videamus, num. 4. ff. de qñ lit. iura. quini mò habetur loco domini, & patris. l. 1. §. tit. 1. 4. par. 7. Specul. titu. de satisfidatione. §. 4. versio. 1. num. 4. & titulo de sponsalibus. §. 2. versio. argumentum cõtra, num. 3. Marianus, consi. 6. versio. circa

finem, col. 5. Cum ergo dominus vtatur fructibus rei suæ, & pater lucretur fructus rerum filii, æquũ est, vt tutor, qui cum nõ sit pater, facit officium patris, lucretur partem fructuum rei pupillaris.

33 ¶ Postremò præ latus lucratur fructus sacerdotij sui, de tutore autem ad prælatum, non nunquam validum est argumentum, glos. in. c. quia Episcopi. §. q. 3. Afflict. de cõsuetudine. 169. num. 5. Beroy. q. 27. num. 4. Barba. de præstantia Cardinalium. q. 3. nu. 28. ergo, sicut præ latus propter curam lucratur fructus æquum est, & tutorem aliquid lucrari.

34 ¶ Rursus stante dispositione Iuris Ciuilis, tutor aliquale habebat laboris sui præmiũ, nimirum præfertur fisco in successione pupilli, vt per Paul. in l. nutritoribus. C. commu. de successio. Petrus Rauenna singulari. §. 90. Bart. singulari. §. 7. Boer. in consuetudin. Bitur. titulo de consuetudin. testament. §. 5. col. 2. quod tamen hodie dubium est apud nos, ex dispositione huius legis; quoniam, vt aliquorum opinio est, id eò tutor succedebat pupillo, excluso fisco, quoniam gratis administrabat, cum autem hodie habeat splendidũ laboris præmium, videtur id non admittendum, quod infra suo loco plenius exequar. cap. 33. In summa, tutor ab eruditis censetur præmio dignus, vt per Bonifacium, in Clement. ad nostram, de censib. num. 27. Rursus, si ex prælatione haberi solent, Galli tutoribus nobilium dant fructus ratione administrationis, vnde Boer. in consuetudinib. Bituricensibus, titulo de cõsuetudine iuris status personarum. §. 1. col. 3. dicit, quod sũt aliqui qui malunt habere tutelam amplii patrimonij, quam tequem hæreditatem. Cassan. in consuetud. Burgund. Rubr. 6. §. 4. verbo, *Et fait la dicte femme Igneus*, in l. necessarios. §. non aliàs, numer. 424. ff. ad Sillania. Petrus. Bellapertica in Authent. minoris debitor. C. qui dari tutores poss. Paul. qui id dicit seruare Cauodistria; in cons. 374. lib. 2. quod & apud Neapolitanos in vsu est, vt apparet ex Afflict. in cõstitutio. Siciliæ, titulo de iure Valij, col. 1. Isernia. in. cap. si quis decesserit, si de focudo fuerit cõtrouerfia inter dñum, & agnat.

35 ¶ Si coadiutori datur salariũ, c. 1. §. 2. de cõsuetudin. 6. Abb. & Cardinalis, in. c. de rectoribus, eo. titulo. Dominio. Francus, & Corke. col. 24. in. c. grandi. de supplen. negli. pla. in. 6. Coadiutor aut e est curator, ut

vt inquit Innocen. in d. c. grandi, & dicam infra capite. 19. & iustum est, vt consequatur stipendium, qui suum commodat obsequium. c. charitatem, 12. q. 2.

36 ¶ Postremò prudens maximè existimari potest, huius legis decretum, quoniam tutor videns partem fructuum ad se pertinere, diligentissimè curabit rem pupilli, & eius incrementum, nimirum concius laboris messem ad se redundaturam.

¶ Vltimò cum omnibus prudētibus, labor videatur dignus præmio, certè si quis laborat præmium mereatur, si qua industria beneficentiæ excitari, & pensari est equum, est industria, & labor tutoris, qui præter laborem improbum, quo tantum non obruitur, multis casibus implicatus, quæ omnia laborem augment, vt scribit Segura in repetitione. l. comæredi. §. cum filix, folio. 20. eius repetitionis, col. 1. versiculo, quoad alium tamen. ff. de vulg. & pupil.

¶ Labor quidem est administrare, sed multo maior est puniri, in re, fama, & persona, nisi rectè diligentè, & utilitèr administras. Itaque nõ est simplex tutoris labor, neque cum alijs hominum negotiosis occupationibus componendus, ideò nequis de tutore ad alios administratores, hanc legè tentet. extendere consultum vitium est, labores his tutoris enumerare quam fieri poterit breuissimè, vt liqueat quam sit vera ratio huius legis ibi, *Por su trabajo*, simulque vt ad lucem infra dicendorum cõstet, non omnibus tutoribus dādā decimam, neque est, quòd lectoris veniam deprecet, quòd extra legis speciem otiosus digrediar: nihil enim magis alienum ab ingenio meo, quam quicquam extra rem dicere, neque ad veram lucè legis huius quicquam magis est necessarium; quā tutoris laborem ad viuum (quòd aiunt) representasse, vt incidente dubia aliqua specie, iudex prudentiæ robore validus inclamet: non hîc est labor quem lex Regia decima pensari voluit.

37 ¶ Primò tutor cogitur inuitus tutelam suscipere. l. 1. §. si quis tutor. ff. quando appell. sit. Alexand. l. decem, numero. 5. ff. de verb. oblig. Officium enim tutoris est necessarium, procuratoris voluntarium, vt per Deci. in l. si pecuniam, num. 5. ff. si cert. petat. Alexand. l. quæsitum. ff. de in ius vocand.

38 ¶ Quinimò, vt aliquorum opinio est cleri-

cus cogitur tutelam suscipere, vt videtur probari in c. fi. 86. distinctione, de quo tamen vide gloss. & Doctores ibi, & in c. fin. 88. distinctione, & Authen. de sanctiss. Episc. 9. Deo amabiles, col. 9. l. 14. titu. 16. par. 6. vbi videtur probari contrarium, scilicet, vt cogi non possit.

39 ¶ Ad eò autem tutoris officium est necessarium, vt nobilis ab eo non excusetur, etiam si pupillus sit ignobilis, vt notat Iacobus Arena. Nicolaus Neapolitanus, & Baldus, in l. 1. ff. de excusatio. tuto. scilicet si sit hominum aliorum penuria, vt prebari videtur ibi versic. lo *Libertinus*, vbi scribitur ingenuum non cogendum suscipere tutelam liberti, nisi ob aliorum penuriã, & sequitur Benedictus in repe. c. Raynuntius, verbo. *Et uxorem nomine Adelajam*, num. 666. de testamen.

40 ¶ His congruit, quòd Iure nostro Regio nemo excusatur à tutelæ munere, etiam si in id habeat peculiare Regis priuilegium, vt in l. 7. tit. 4. lib. 4. Ord. natio. quæ habetur. l. 2. titulo. 14. lib. 6. Recept. Cogi autem molestum quidam est, quocirca affectum hominem adigit ad mortem plurimum enim lucrari dicitur, qui implet voluntatem suam, vt in §. præte. ca. Initide actio.

41 ¶ Deinde tutor laborat, quoniam facere tenetur inuentarium, vt in hac lege probatur, & in l. tutor qui repertorium. in principio. ff. de admin. tuto. & in l. tutores. C. eo. tit. & in l. 15. titu. 16. par. 6. & in eo debet scribere omnes res pupillares, vt per Bar. in d. l. tutor qui repertorium, nu. 10. ff. de admin. tuto. & omnia instrumenta pertinētia ad res pupilli, vt ibi notatur, & in l. 94. tit. 16. part. 3. & notat Iaf. consil. 219. col. 2. lib. 2. nihil omittendo, etiam si minimū sit, vt per Albe. in l. tutores. C. de adm. tuto.

42 ¶ Et si factò inuentario bona augmentur, augendum est inuentarium, gloss. in l. mulier. C. de iure dotium, glo. in d. l. tutor qui repertorium. in prin. Bal. l. fin. §. tali. C. de cura furio. Alex. conf. 74. col. 1. lib. 7. Bar. l. 1. §. item solent. col. 1. ff. de offi. præf. urbis, Bal. & Ang. l. tutores. C. de adm. tuto. Cassan. consuetud. Burgun. Rubr. 6. §. 6. verb. *Par inuentaire*, nu. 5. textus in l. 1. §. tali. C. de cura furiosi. Bar. in d. l. tutor qui repertoriū, nu. 11. Petrus Rauēna sing. 90.

43 ¶ Faciendum est autem inuentarium quā primum tutor potest. l. 1. §. titu. 16. part. 6.

De decima Tutori

- vbi dicit inuentarium ante omnia facien-
dū, Bar. & Sali. l. tutores. C. de admi. tuto.
- 44 ¶ Quod si faciat inuentarium, & non om-
nia bona pupilli in eo scribat, accusari po-
test, vt suspectus, Laf. consil. 219. nume. 1.
lib. 2. & remouetur à tutela, & insuper cri-
minaliter punitur. l. 1. §. item solent; & ibi
Bar. col. 1. ff. de offi. p̄fect. vrbis. l. in eos. ff.
de tutel. Abb. consil. 73. col. 3. & 4. libr. 2.
Debent enim omnia sigillatim scribi in
inuētario. l. fi. C. arbi. tutel. l. chirographis.
ff. de admi. tuto. & vt ab hoc periculo (si a-
liquid insciens omittat) liberetur optimū
est protestari, quòd si aliqua ponenda, non
ponuntur, habeantur pro appositis, quæ
ignorantia alias esse res proderit, non vero
scienti.
- 45 ¶ Cum enim sit in mala fide, lex eam pu-
nitam vult, vt per Bar. in. d. §. item solent.
col. 2. de quo vide Albe. in. l. tutores. C. de
admi. tuto.
- 46 ¶ Inuentarium autem, an debeat fieri ex-
pensis tutoris, an vero pupilli probabilis
est pupillo imputari posse, & ita fuisse
Neapoli iudicatum testatur Isernia, singu-
lari. §. incipiente: vtrum tutor possit? Ne-
mini enim debet officium suum esse dam-
nosum. l. fi. quid ex signatoribus. ff. quem-
admodum testa. aperian. & officium tutelæ
est civile & personale. l. athletas. §. 1. ff. de
excusa. tuto. qui autem subit officium ci-
le, & personale non debet erogare de suo. l.
fin. §. personale. ff. de mune. & honorib.
- 47 ¶ Ad eò autem tutoris proprium est face-
re inuētarium, ut qui tenetur tutorem pe-
tere (putà mater transiens ad secunda vo-
ta) non videatur tutorem petiisse, nisi sedu-
lo curet, vt tutor faciat inuentarium, argu-
mēto eorum quæ notat Bar. l. 1. ff. qui pe-
tant tutor. Marianus, Socinus, consil. 39.
col. an. repenultima, versiculo quare cum in
terminis.
- 48 ¶ Solum inuentarij confessio omitti po-
test, quando pupillus est inops, ita quòd
forsam maior esset expensa confessionis.
quam pretium rei pupillarīs, Bart. l. medi-
terraneæ. C. de annonis, & tribut. libr. 1. 1.
Albe. l. tutores. C. de admi. tuto. quem, vide
nu. 5. Corset. sing. verb. *expensa*. in. 2. Abb.
in. c. de appellat. vel quando pater pupilli
prohibet inuentarium fieri. l. fi. §. fi. C. ar-
bi. tutel. not. Bar. l. nemo potest. ff. de leg. 1.
& ibi omnes Barto. l. in confirmando. ff. de
confir. tuto. Bal. l. cum tale. §. 1. ff. de condi.
& demonst. Bald. l. 1. §. itē solēt. ff. de offic.

p̄fect. vrbis. Neque interest, an pater pu-
pilli prohibeat, an vero remittat cōfessionem
inuentarij, argumento. l. 2. C. vt in
posse. legat. vbi loquens de cautione non
præstanda dicit, *remissert*, iuncta. l. 2. C.
de vsufruct. vbi lex dixit prohibuerat ta-
men pariformitèr iudicatur de remissione,
quòd de prohibitione, vt in dictis locis
probat. Et quòd nō interfit, an veteret, an
vero remittat confessionem inuentarij, est
de mēte Bar. in. d. l. nemo potest, vbi Alex.
& Rip. num. 85. testantur hanc esse magis
communem sententiam, & ibi Ruinus, &
Crotus, & Annibal, nu. 388. idem testan-
tur, & Gozadi. consil. 18. nu. 14. Paris. con-
sil. 21. nu. 53. libr. 2. Deci. consil. 15. num. 12.
Paul. consil. 355. nu. 1. lib. 1. aduersus Ioan.
Andr. in additionibus ad Specul. titulo de
tutore. §. generalitèr, vers. hoc autem noto-
rium, Sali. in. d. l. fi. C. arbi. tutel. Aufrer. in
additione Capell. Tolos. 288. Ang. §. præ-
terea, Insti. de exceptio; qui requirunt, vt
testator expressè veteret confessionem inuē-
tarij, adherēdo verbis. l. fi. C. arbi. tutel. Ad-
ducunt, q̄ cum testator veteret inuētarium,
videtur facere fauore filij, ne patrimonij
secreta pendantur. argu. 2. C. quando remit-
tit confessionem inuentarij, videtur face-
re fauore tutoris: mihi communis placet
quid enim si testator, vt tutorem sibi, &
filio magis deuinciret significare voluit, se
velle fauere tutori, & magnam de eius fide
fiduciam concepisse, & id eò nō verbo *veteret
inuentarium*, sed verbo *remitto inuētarium* vsus
est, cum re vera vellet filio fauore, & tu-
toris fidem verborum lænocinio lenire, de
vna, (quòd aiunt) *Fidelia duos dealbās parietes*.
Deindè, quid si testator, non tantum valeat
sermonis proprietate, quantū Cicero? quid
si quod sentit propriè, & germanis verbis
efferre non potest? Tantum dicit ne curet
tutor facere inuentariū, cum re vera ani-
mus sit veteret inuentarium: tamen credit
illa verba idē significare. Adducit Anni-
bal in loco supra citato quædam parum
efficacia, ex aliquibus iuris locis, sed mihi
mens legis, & prudens, æquitas videntur
apprehendenda.

- 49 ¶ Ad eò tamen tutori incumbit facere in-
uentarium, & ad eò pupilli fauore est in-
troducendum, vt etiam si testator id veteret;
faciendum sit, si modo iudici videatur id
pupillo magis expedire, argum. l. in confir-
mando. ff. de confir. tuto. l. 3. §. quoties,
ibi

- ibi, Si pater minus perpenso consilio. ff. de adm. tuto. not. Bar. in. d. l. nemo pot. ff. & ibi Aret. & Ripa num. 84. Anibal num. 396. Ioan. Andr. in additionibus ad Specul. tit. de tutore. §. generalitèr, versic. hoc autem. Crotus in. d. l. nemo potest, col. 22. Ang. cõ fil. 245. Decius consil. 349. col. 2. post medium, Aymo. consil. 190. nu. 9. vbi disputat, an causa quæ mouet iudicem debeat esse ignota testatori, & superuenire de nouo.
- 50 ¶ Illud tamen nota, quòd etiam si prohibeatur inuentarium, debet fieri descriptio bonorum, ne supprimantur, ita Cassan. in consuet. Burgun. Rub. 6. §. 6. verb. *par inuenta* *taire*, nu. 27. qui citat alios.
- 51 ¶ Debet autè inuentariũ fieri, corã iudice autore Bar. l. tutor, qui repertorium, col. 2. ff. de adm. tuto. l. 2. titulo. 7. lib. 3. Fori. Faber tamen in. l. tutores. C. de adm. tuto. & ibi Sali. dicunt, quòd sufficit, quòd fiat coram notario, & ita moribus receptum est, autore Cassaneo, in consuetud. Burg. Rub. 6. §. 4. verb. *se par le pere*, folio. 215. nu. 8. Matthæus Afflic. in constitut. Sicil. incip. minoribus in. 1. q. 1. notab. vbi dicit, quòd saltem debet fieri manu publica.
- 52 ¶ In inuentario autem non ponenda debita quæ pupillus debet, sed quæ ipsi debentur, vt notat Bar. l. tutor qui repertorium, col. 3. ff. de adm. tuto. Aret. cõf. 148. quæstio. proposita, col. 1. Cepol. in repe. l. si fugitui. col. 14. C. de serui. fugiti. Cassan. in consuetud. Burg. Rub. 6. §. 6. verb. *par inuenta* *taire*, nu. 4. est enim inuentarium, caput omnium rationum, vt inquit Curti. seni. cõf. 66. col. 8. vers. secundum articulũ. Et quòd inuentarium debeat fieri coram iudice est. l. 2. tit. 7. lib. 3. Fori. l. 15. tit. 16. part. 6. sed glo. d. l. 2. dicit, quòd de consuetudine sufficit coram notario.
- 53 ¶ Tutor autem inuentarium nõ conficiens, in euidenti dolo esse præsumitur, & aduersum eum in litem iurari potest. l. tutor, qui repertorium, in princ. ff. de adm. tuto. nisi testator ei inuentarij confectioem remisit, ita Fulg. consil. 25. col. 2. vers. super eo. Alex. cõf. 74. col. 1. lib. 7. DD. in. d. l. tutor qui repertorium, Afflic. decis. 360. nu. 2. Paris. consil. 21. num. 55. lib. 2. & removeri potest à tutela, vt in. d. l. tutor qui repertorium, notat Capic. decis. 50. * & est infamis, glo. l. fi. C. arbi. tutel. Guilielmus de Ludo. sing. 99. Barb. cõf. 60. col. 3. lib. 3. Abb. c. ex parte. M. de appell. nu. 6. vbi scribit, quod tutor, non faciens inuentarium est suspectus, nisi aliud sit consuetudine receptum. Gozadi. consil. 17. nu. 3. & col. fi. Corn. cõf. 238. col. fi. lib. 4. Afflic. decis. 207. * Et incidit in suspitione furti, vt in Auth. de hære. & falc. §. sancimus, Rom. consil. 118. incip. quoad primũ, & cum ita præsumat lex præsumptio legis est liquidissima probatio, glo. in. l. si tutor. C. de peri. tuto. & quòd fit suspectus furti, scribit Cassa. in consuetud. Burg. Rub. 6. §. 6. verb. *par inuenta* *taire*, nu. 12.
- 56 ¶ Et mater tutrix, hoc casu potest poni ad torturam, secundum Rom. vbi supra. Sed in matre secus est. vt per Hippol. in practi. crimina. verb. *attingam*, nu. 64. & per Cassa. vbi supra nu. 12. Item tutor, qui non conficit inuentarium, potest poni in vinculis. l. 3. §. fi. ff. de suspe. tuto. Gozad. in consil. 184. nume. 14. An autem æstimatio rer. in ponenda sit in inuentario. vide Sali. l. §. sciimus. C. de iure delib. Cassa. vbi supra. nu. 5.
- 57 ¶ Rursus inuentarij confectio, ad eò est necessaria, vt ante inuentarium, administrare non possit: & si administret infamis est, & veluti suspectus remoueri potest. l. fi. §. illo. C. arbi. tutel. l. tutor qui repertorium, in princ. ff. de adm. tuto. tantum potest administrare, quæ dilationem non recipiunt, vt in. d. l. tutor. in princ. not. Alex. nu. 4. & Ang. in. l. procurator. C. de procurat. & etiam potest persecrurari res pupillares, vt ponantur in inuentario, vt per Rom. cõf. 106. col. fi. Afflic. deci. 285. nu. 22. Capell. Tolosan. 288. & ibi additio Aufrierij, vbi quid de processu facto ante confectioem inuentarij, an valeat Bar. l. legitimos ad finè. ff. de leg. tutor. Guid. decil. 330. vbi dicitur, quod ante inuentariũ possunt geri, quæ sunt vtilia pupillo. Bart. l. 1. nu. 2. ff. de tutel. Soci. l. qui duos, nu. 30. ff. de rebus dub. nam statim est tutor etiã ante inuentariũ, vt per Bart. l. 1. ff. de tutel. & l. absenti. ff. de donat. & quod ante inuentarium possit facere vtilia, & tẽpore peritura, notat Boer. decis. 124. nu. 19. Corn. consil. 164. lib. 4. Bart. l. legitimos. ff. de leg. tuto. Faber. l. tutores. C. de adm. tuto. Paul. l. 1. ff. rẽ pupil. sal. for.
- 58 ¶ Et an valeant gesta ante inuentariũ, vide Aufren. decis. Tolos. 288. Salice. l. tutores. col. 1. C. de administrat. tuto. Corn. consil. 164. col. 2. lib. 4. Capic. decisio. 50. Abb. cap. ex parte. M. nu. 6. de appellatio. Bart. l. tutor, qui repertoriũ. col. 2. ff. de adm. tuto. Bal. in additio. Specul. tit. de tutore ad finem. glo. l. 9. tit. 16. part. 6. vbi dicit quòd non valet.

De decima Tutori

¶ Et quòd remouetur agens ante inuentarium, scribit Alex. conf. 86. num. 8. lib. 2. Bar. l. tutor qui repertorium, col. 2. ver. sed quid si neglexit. Et quòd ante inuentarium non possit agere, neque conueniri in iudicio, neque extra scribit Boer. decif. 53. nu. 5. Corne. consil. 207. col. 2. lib. 3. Beroy. q. 60. numer. 35. Speculator titulo de actore, versiculo quid si minor, & titulo de exceptio. & replicationi. §. 3. versu. quid de illa, & versic. quid si post litem, num. 21. & titulo de instrumentorum additione. §. 13. versiculo ceterum.

60 ¶ Illud autem notandum, quòd cum tractatur de inuentario, tutori incumbit onus probandi inuentarium factum fuisse, ita Igneus in repet. l. necessarios. §. non aliàs. num. 196. ff. ad Sillania. Angel. & Alex. in l. in illa. ff. de verb. oblig.

61 ¶ Quid autem, si quis non fecit inuentarium, illud postea agat, an admittatur ad agendum, vide Capici. decif. 50. colum. 2. & col. 1. vbi declarat, ex quo die non possit agere qui non confecit inuentarium. Quid autem si inuentarium sit ceptum, tamē nō confectum, an possit tutor agere, Corneus, quòd non, consil. 207. col. 2. lit. G. versic. item peccat. lib. 3. Bartol. l. tutor qui repertorium, nu. 2. ff. de administrat. tuto. Antoni. in c. ex litterarum, num. 5. de tempor. ordi. Gozad. conf. 17.

62 ¶ Ideò tutor copiam inuentarij ostendere debet, licet non totius, ne patrimonij secreta pandantur, tantum ostendere debet factum fuisse inuentariū, non verò ibi sunt describendæ omnes res, vt notat Bart. Alberi. & Bal. in l. fi. C. de alim. pupil. præsta. glos. l. 1. tit. 3. part. 3. Ang. in l. fi. C. de præcib. impera. offeren. Iaco. in l. argentarius. §. xdi. col. 1. & ibi Ias. num. 13. ff. de xden. vbi scribit, quòd sufficit præsentare principium, & finē, Franciscus Marcus decisio. Delsinalli. 131. & vide Albe. in l. maritus, nu. 5. ff. ad leg. Falcid. & in l. quòd plerūq;, nu. 2. C. de alim. pupil. præstan. Platea. l. 1. C. quando, & quibus quarta pars debeatur. lib. 1. 1. Intellige autem, quòd tutor debet ostendere inuentarium, si pars hoc petat, aliàs nō, ita Bar. in l. 1. ff. de cura. bonis dan. Cōstati. in lege Regias. art. 131. col. fi.

63 ¶ Præter hos labores, & legales obseruationes, aliud secū adfert onus inuentarij, scilicet, q̄ pro eo est præsumptio, & probat efficaciter aduersus tutorem. l. fi. in princ. C. arbit. tutel. Sali. in l. tutores. C. de adm. tu-

to. nec potest dicere tutor, se res proprias in inuentario scripsisse, quia præsumitur verum, quòd scriptum est, vel tutore dona re voluisse. Ita not. Sali. in d. l. fi. C. arbit. tutel. Soc. conf. 159. incip. in præsentem, nu. 1. lib. 2. Ang. l. 1. §. hæc stipulatio. vers. ultimo scias. ff. si cui plusquam per leg. Falci. de quo vide etiam Albe. l. veteris. C. arbit. tutel. Neq; aduersus hoc admittitur probatio, vt. l. fi. C. arbit. tutel. Regia. l. 120. tit. 18. par. 3. Specul. tit. de instrumen. additione. §. fin. col. 1. & 2. Inuentarium autem minori tradendum esse finita tutela, scribit Alber. l. tutores. C. de adm. tuto. est enim caput rationum, vt inquit Cur. sen. conf. 66. col. 8. vers. secundum articulum.

64 ¶ Rursus, tutor observare debet, ne se adm. nistratiōi ingerat, antequam sibi per iudicem decernatur. l. natural. in fi. ff. de cōfir. tuto. l. 1. C. de tuto. & cura. illustri persona. l. fi. C. arbit. tutel. Bar. l. legitimos, nu. 2. ff. de legi. tutor. & in l. etsi pluribus. ff. de auctori. tuto. Bal. l. omnia. §. item solēt. ff. de offi. præf. vrbis. Guido Papæ decisione. 330. Iacobi. in l. cū ij, in. 2. lectio. nu. 15. ff. de transac. Capici. decif. 50. col. 1. quòd limitatur in tēpore perituris, vt notat Soc. l. qui duos, nu. 30. ff. de reb. dub. arg. l. fi. C. si tutor. vel cura. satis non deder.

65 ¶ Item limita, si testator permiserit, vt administret, absque decreto, arg. l. Titia, cum testamento. §. 1. & ibi glos. & Bar. ff. de legat. 2. per quā ita notat Bar. in l. legitimos, col. 1. ff. de legi. tutor. Ias. l. non dubiū, col. 3. C. de leg. Bar. l. etsi pluribus, & l. si tutor. ff. de auctori. tuto. Rip. l. nemo potest, nu. 81. ff. de leg. 1. Quod si extra hoc casus administret, absque decreto, gesta non valent, vt probatur in locis superioribus, & notat Corne. consil. 164. col. 2. lit. D. lib. 4. Paul. conf. 355. nu. 4. lib. 1. nisi sint utilia, vt ibi.

66 ¶ Rursus, laborat tutor, quoniā iurare debet utilia pupillo facere, & inutilia prætermittere, vt in Auth. vt qui obligatas se habere perhibent res minorū. §. si. not. Bal. in l. omnia. §. itē solent. ff. de offic. præf. vrbis Regia. l. 9. tit. 16. par. 6. ibi: E sobre todo, deñe jurar los guardadores, de fazer todas las cosas que sean a pro de los huérfanos; e de nō se entremeter en fazer cosa, que sea en daño dellos, &c. Ad hoc enim, vt tutor sit legitimus iurare debet, aut ore Bar. l. legitimos. ff. de legi. tuto. Paul. l. 1. ff. de pup. salu. fore. Guido. decif. 330. c. decif. 50. Bonifa. in Clem. 1. de hæreti. nu. 110. aliàs gesta non valent, ita glos.

glo. l. 9 tit. 1 6. par. 6. argu. eius quod supra dixi, quod gesta à tutore, qui nunquam fecit inventarium, non valent, pro quo nota supracitata verba legis Regiæ ibi, *E sobre todo de xze jurar*, licet contra sentiat Specul. tit. de tutore. §. generaliter. col. 3. Sed primū videtur verius, nisi in tempore perituris, vel vtilibus pupillo, vide Alexand. conf. 1 63. lib. 5. col. pen. & fin. Bart. & Bald. l. si. de tuto. qui satis non dedit. Guido decisio. 330. Capel. Tolof. 288. & ibi Aufrerius, Sahe. in. l. tutores, col. 1. C. de admin. tuto. quæ vide Iacobin. in. l. si tutor. nu. 13. C. in quib. causis in integ. restit. non est necessaria

67 **¶** Auget hunc laborem, quod non sufficit jurare vtilia facere, & inutilia prætermittere, nisi addat promissionem, quod pupilli defensionem, absque vlla dilatione suscipiet, & nisi his verbis ritè conceptis defensionem promittat, tutela non valet. l. fin. §. omnē. C. de adm. tuto. Bar. in. l. legitimos, in prin. ff. de legi. tutor. vers. quintū, quod requiritur, vbi dicit, quod sepe vidit multas tutelas cassari, quod huiusmodi promissio de defendendo sine mora apposita non fuisset, quoniā licet de iure Digestorū præcipuum tutoris officium sit defendere pupillum, vt in. l. tutoris præcipuum. ff. de administratio. tuto. tamen lex Codicis supracitata, vult hoc expressis verbis promitti, & quod idēd, si non promittatur tutela non valet, quod repetit Bartol. in. l. prætor. in princ. ff. de noui operis nuntiā. vbi Iason. num. 9. versic. iuxta prædicta dicitur hæc esse communem sententiam. eam sequuntur Raph. & Romān. ibi Bartol. & Angel. in. d. l. fin. §. omnem. C. de administrat. tuto. Bald. in additio. ad Specul. titulo de tutor. ad finem, Angel. in. §. l. actionum. Institut. de actio. Matthæ filan. singulari 1107. incip. nota textum Raph. in. l. legitimos. ff. de legi. tutorib. Petrus Ferrar. in forma libell. quo agitur ad reddēdū rationē tutelæ, versic. in suo vltimo testamento. col. 2. versiculo vltimius queritur, vtrum tutor testamentarius, & est cōmunis, teste Grat. consil. 156. num. 2. lib. 2. Alexand. consil. 129. ponderatis, col. 2. num. 3. lib. 1. & consil. 163. lib. 5. Paul. consil. 355. lib. 1. nu. 4. Curtius seni. consil. 66. col. 15. Corsetus singul. incip. tutor. Iason. in. l. 1. col. 4. ff. de liber. & posthum. Bar. singul. 170. Corne. consil. 164. col. 2. lib. 4. Iason. in. l. 1. col. 4. ff. si quis in ius vocant. non ierit. Guido decisio. 330. Barba. inter consil. Alexan.

consil. 123. num. 3. lib. 4. Bar. l. 1. ff. rem ratam habe. Vincentius. l. 1. nu. 10. ff. de noui oper. nunt. Aufrer. in additio capeli. Tolof. 63. Constan. in leg. Regias, fol. 266.

68 **¶** Ex aduerso tamen, quod tutela, & gesta à tutore valeant, etiam si defensio non sit per ea verba, sed per æquipollentia probata, sentit Cin. in. l. si. §. omnem. C. de adm. tuto. Bald. ibi, & in. l. legitimos. ff. de legi. tutel. & in. l. 1. & 2. C. de tutor. & curator. qui satis non dedit, Marcus Mantua sing. 570. Capella Tolofana. 69. Quoniam iura considerant effectum verborum, non formam. l. quoniam indignum, & l. omnium. C. de testamē. idem scribit Bald. in cap. ex parte. M. col. 9. & sequentib. de appellatio. Alexan. consil. 80. visis, num. 14. col. pen. lib. 5. ita obseruari dicit Alexan. in. l. prætor ait, & ibi Bal. ff. de operis noui nuntia.

69 **¶** Mihi hæc opinio, & verior, & grauior videtur. Primo, quoniam. l. fin. §. omnem. C. de administra. tutor. quam doctores adducunt, loquitur cū iudice, ne scilicet creet tutorem, qui non promittat defensionem, absque vlla mora suscipere, non tamen dicit textus, quod tutela non valeat, & quod tutor hoc formalitè promittere debeat, & ita licet id requiratur ex parte iudicis, non requiritur ex parte tutoris.

¶ Deinde. l. 9. titulo. 1 6. par. 6. hanc superstitiosam defensionis promissionem non exigit, tantum, inquit. *Sobre todo deuen jurar los guardadores de fazer todas las cosas que se an apro de los huerfanos, e de non fazer cosa que se torie en daño dellos, e que guardaran lealmente sus personas, e sus cosas.* Quis plus exigit quā lex exigit?

70 **¶** Deinde, hæc opinio est grauior, oportet enim eruditos à supersticiosis obseruationibus longè abesse, & rem curare, superstitionem spernere, quid enim interest, an ita, vel ita promittas, si animus idem sentit, & verba idem significant, & obligatio legis eadem est. Qui promittit curare vtilitatem pupilli: satis promittit defensionem, & tamen etiam, si alia magis expressa addantur, non sufficit aliquibus, cum quibus mihi conuenire nullo modo potest, ridiculum enim est digladiari de verbulis, cum & res, & sensus est idem: abundè de his rixantur clamosi sophistæ, & inuicti Albertistæ à iudicijs, in quibus ars boni, & æqui tractatur longè sunt arcenda.

71 **¶** Fatcor tamen obstare legem Regiā. 94.

De decima Tutori

titu. 1.8. part. 3. in princip. & ibi, *E de defen-
der sin mal engaño, en juyzio, y fuera del, sed ibi
factum narratur, neque lex requirit, ut il-
la verba ad litteram apponantur, neque ad-
dit sine dilatione.*

72 ¶ Deinde tutor laborat, quoniam non po-
test administrare, nisi satisfdet. l. 1. & l. 3. &
l. fi. C. de tuto. vel cura. qui satis non dedit
Regia. l. 9. titulo. 16. part. 6. Debent enim
tutores legitimi, satisfdare. l. legitimos. ff. de
legi. tuto. nisi fortè pupilli patrimonium
sit modicum, autore Albe. in l. scio. ff. de in
integ. resti. Firmia. in tract. de Episc. part.
4. lib. 4. q. 12. post princ. *Quæ res arbitrio
iudicis videtur relinquenda.*

73 ¶ Antefatisfdationem autem, licet iam de
iure sit tutor, administrare non potest, v-
trumque tradit Barto. in l. 1. & in l. muto.
§. sub conditione, numero. 3. col. finali. ff.
de tutel.

¶ Fideiussor autem, debet esse locuples, se-
cundum quantitatem contentam in inuen-
tario, ut in l. 9. titulo. 16. part. 6. & l. fi. &
ibi Bald. C. de magistrat. conueni. de quo
tamen, vide Bart. l. 2. §. idoneos. ff. ad Ter-
tul. Non tamen vitatur tutela, etiam si fi-
deiussor non sit idoneus. l. mulier, & ibi
Bald. C. de iure doti, Bald. l. fin. de magis
conue. Bartol. l. legitimos, num. 8. C. de legi.
tuto. col. fi. vers. quero, quid si dederit. glos.
l. 9. tit. 16. par. 6.

74 ¶ Antefatisfdationem tamen, potest vtilia
facere. l. fin. C. de tutor. & curator, qui satis
non dedit, notat Iacobinus in l. si tutor, nu-
mer. 13. C. in quibus causis, in integ. resti.
non est necessar. Guido decis. 330. cū alijs
congestis, supra nū. 66.

75 ¶ An autem qui nō satisfdedit possit pro-
sequi causam, si post satisfdet, vide Albe. in
l. indubitati. C. de tutor. & cura. & que di-
xi supra hoc ipso capite, num. 57. & Capi-
cium decisione. 50. Et an fideiussore facto
non soluendo, sit alius dandus, vide Albe-
ric. in Rubrica. C. de tutor. & curator/
datis, ab his, vbi etiam tradit, an tutores
possint ad inuicem fideiubere, & quibus
verbis satis dandum sit.

¶ Sed an augeri debeat satisfdatio, si auge-
tur patrimonium, vide Bal. in l. mulier. C.
de iur. doti.

76 ¶ Testamentarij tamen tutores, non sa-
tisfiant: ut in principio. Institution. de sa-
tisfdationibus, Bartolus in l. si nemo. in
secundo. §. hoc ædictum. ff. de testament.
tutel.

¶ Item datus ex inquisitione, à iudice ma-
iore, non tenetur satisfdare, vt Institutur.
de satisfdatio. in principio, & in. §. penul-
timo. Institution. de Atilia. tutor. glossa
in Authentica, vt ij qui obliga. se habe.
perhib. res. mino. §. finali. Bartolus in l.
1. ff. rem pupill. saluam fore, Bartolus in
l. si nemo. in secunda. §. hoc ædictum. ff.
de testament. tutel. Salicetus in lege pri-
ma. C. de tutor. & curator. qui satis non
dedit, quoniam maior auctoritas iudi-
cum, auget fidem industriæ, & probita-
tis tutoris.

77 ¶ In praxi tamen, siue à maiori, siue à
minori iudice tutor detur satisfdatio exi-
gitur, vt scribit Gregorius in lege nona,
titulo decimo sexto, partita sexta, Scho-
lio, verbo *fiadores.*

78 ¶ An autem patri, & patrono remittatur
satisfdatio pro tutela filij, & liberti, vide
l. legitimos, in principio. ff. de legi. tu-
tor. Salicetus in l. 3. C. de tutor. & cu-
rat. qui satis non dedit, glossa in dicta. l.
9. titulo. 16. part. 6. Alberic. in Rubri-
ca. C. de tutor. vel curator. qui satis non
dedit.

79 ¶ Ad eò autem satisfdatio exigitur, vt et-
iam si tutor sit valde diues, satisfdatio-
nem præstare debeat, quam vis tunc suffi-
ciat qualiscunque fideiussor, glos. & Bal-
dus in l. mulier. C. de iure doti. sicuti, &
è contra fideiussor valde idoneus, sup-
plet inopiam tutoris, glos. in l. si plures.
§. 1. ff. de fideiussor. Bald. in dicta. l. mu-
lier. Platea, l. 1. C. de pericul. nominat.
libro, 11. & in l. quicumque. la. 2. C. de
fund. patrimon. eodem libro, vbi tradit,
quòd tutor, quantumuis diues satisfdare
debet, glossa in dicta. l. 9. & l. 94. titu-
lo. 18. part. 3.

80 ¶ Rursus, ad eò satisfdatio exigitur, vt et-
iam, si tutor sit propinquus, & vir mul-
tum fidus, & honestus, satisfdare debeat:
ita probari videtur in l. 93. titulo. 18.
part. 3. ibi. *Porque los fallaron que eran omes
buenos, y de buen testimonio, y descargados,
& postea dicit, edieron fiador, qua ratione
ita sentit Gregorius in. d. l. 9. titulo. 16.
part. 6. ac tandem reliquit cogitandum.
Ego potius Baldi opinioni starem, qui in
l. legitimos. ff. de legi. tuto. scribit argu-
mento eius legis, quòd multum fido, &
honesto tutori remittitur satisfdatio. Vita
enim honestè, & cum laude acta, liberat
ab obligatione satisfdandi, vt per Iason. in
l. 6.*

l. si quis stipulatus. §. 1. ff. de verb. obliga. Platea in. l. agentes. C. de agen. in reb. lib. 12. Non obstat lex Regia, quoniam ibi factum narratur, non ius præfinitur, & licet vir bonus ibi dederit fideiussorem, nõ infertur, quòd non posset absque satisfatione admitti ad tutelam. Deinde verba eius legis, non probant virum optimum teneri dare fideiussorem, solum significat virum bonum dandum in tutorem, non turpem, vel sceleribus infamem, vt in. l. 1. tit. 3. lib. 3. Fori.

81 Quis tamen inde inferat virum excellenti virtute præditum, multis rebus honestè gestis insignem, non esse liberandum à satisfatione? Debetur hoc præmium virtuti, & è re. pupilli est hunc potius absque satisfatione habere tutorem, quam impium quempiam mille fideiussoribus stipatum. Denique aliud est, esse, *buen hombre*, aliud præstantis fidei, & egregiæ probitatis hominem esse, licet lex Regia, quæ dicit, *E dicron fiador à dar omes buénos, e de buen testimonio.*

82 Rursum probatur, quoniã satisfatio, præstat, vt res pupilli salua sit, & vt ei plenus sit cautum, at quis ignorat, quam firmior sit possessio virtutis, quam pecunia quæ fortunæ, & naturæ casibus innumeris est obnoxia: at virtus alijs prorsus radicibus innititur.

81 His accedit, quòd viris optimis plurimã à iure conceduntur, vt per glos. in. l. Titio fundus, in glossa magna. ff. de conditio. & demonstrationibus, latè Iason. in. l. de pupillo. §. si quis ipsi, num. 1. 1. ff. de noui ope. nuntia. Alexand. consilio, 28, num. 6, lib. 1. Et quòd tutori multum fido, sit remittenda satisfatio, è nostris Hispanijs scribit Lupus, in. cap. per. vestras. §. 7. illatio. 7. nu. 6. de donatio. gloss. 1. 1. tit. 7. lib. 3. Fori. Sicuti econtra, qui dissipator est, non admittitur etiam cum maxima cautione. §. suspectus autem. Insti. de susp. tuto, cum materia. Gratus consil. 115. num. 31.

82 Nunc reputa quantus sit tutoris labor in quærendo fideiussorem, eum enim qui fideiubet, stultum pronuntiat sapiens ille Salomon Prouerbiorum. cap. 17. & obligatio fideiubendi onus est. l. 2. §. sed si dubitetur. ff. de iudi. & iuxta Senecæ sententiam, *Nihil est carius, quam quòd precibus emittitur*, at fideiussor, non solum prece; verum etiam pretio, nonnunquam parãdus. Neque enim est prohibitum pecunia pa-

rare fideiussorem; vt in. l. si remunerandis §. vlt. ff. manda. & in. l. hoc iure. §. Labco. ff. de donat. neque fideiussor illicitum videtur accipere, vt tradit Anania in. c. si. de v furis. Bar. & Paul. in. l. hoc iure. §. Labco. ff. de donat. Lupus in. c. per. vestras. 6. notabili. §. 9. de donatio inter virum & vxor. Couarr. variarum resolutionum, libr. 3. c. 2. num. 6. de qua re diserui in tractatu de inope debitore iure Hispanico creditoribus addicendo cap. *De fideiussore inope, an sit addicendus creditori.* Denique difficile est inuenire fideiussorem, ille enim qui promittit fideiubet, videtur male gerere negotia sua, & vxor potest petere, vt dos ponatur in loco tuto: vt notat Ang. in. l. si cõstante. in princ. Alex. col. 1. 1. vers. est alius Lupus in. c. per. vestras. §. 18. incip. ex quibus, num. 9.

83 Rursum, tutor tenetur alere pupillum. Ius autem decernendi alimenta prætori competit, vt ipse moderetur quam summam ad alimenta præstare debeat. Sunt autem alimenta decernenda à iudice, iuxta modum patrimonij, & ea moderatione, vt nõ vniuersum redditum patrimonij in alimenta decernat, sed semper sit, vt aliquid ex redditu super sit: ita scribit Iuriconsultus in. l. ius alimentorum. ff. vbi pupil. educa. debeat, & probatur in hac ipsa lege ibi. *E mantengalos de los frutos.* Neque enim quicquam expendendum supra redditus, vt in l. mediterraneæ ciuitatis, & ibi Platea. C. de annon. & tribut. libr. 10. cap. sopite. & cap. cum nuper. de censibus. cap. cum Apostolus. eodem titulo. l. 3. ff. vbi pupil. educa. debeat. Neque enim debet proprietates vendi. vt per Alexand. consil. 70. libr. 4. & consil. 100. libr. 1. l. ob res alienum tantum, C. de prædi. mino. officio autem tutoris incambit alere pupillum, pro modo facultatum, etiam si id iudex arbitratus non fuerit: si tamen supra æquum in alimenta expendat sibi imputabit. l. officio. ff. vbi pupil. educ. debe. l. 1. & 2. & ibi glo. ff. vbi pupil. educa. debe. l. fin. C. de aliment. pupil. præstand. Boer. in consuetu. Bituricens. tit. de iure personarum. §. 12.

84 Est ergo hic anxietas, & animi sollicitudo, in expèdendo summam, ne parum moderata expensa, minimè frugi, & parum tenaci tutori noceat, vt in. d. l. officio.

84 Deniq; in constituendo alimenta inspicenda est consuetudo, vt per Bal. in Rub. de consuet. col. 4. Signorol. consil. 169. Corset.

in

De decima Tutori

In singula. verbo *expensa*, qui tamen hoc non dicit, licet eum ad hoc citet Boer. in consuetud. Bituricens. titulo de iure persona. §. 12. col. 2. & Cassan. in consuet. Burg. Rub. 6. §. 4. verb. *et alimenter*.

85 ¶ Appellatione autem alimentorum, multa veniunt, quæ alendi laborem augent. Primò, veniunt vestes. l. legatis. ff. de alim. & ciba. lega. l. verbo *viçtus*. ff. de verbor. significat. Item veniunt medicinæ, vt per Barto. & Alexand. in l. si cum dotem. §. si in autem in sequissimo. ff. solu. matrimo. & in l. legatis. ff. de alim. & ciba. lega. & in l. litteris. in. 2. §. 1. q. 1. ff. co. titulo. Itē venit habitatio d. l. legatis, nisi per viam transactionis alimenta debeantur. l. cum ij. §. qui transigit. ff. de transact. Item veniunt, *expensa in studio*. l. qui filium. ff. vbi pupil. & duca. debeat. Bartol. l. de bonis. §. non solum. ff. de Carbonia. & dict. Socin. consil. 161. in fine. lib. 2. Quod tamen intelligo, cum alimenta debentur iure sanguinis, vt per Bartol. Bald. & Florian. in l. sicut impendia. ff. de vsufruct. Afflict. in constitut. Sicil. incipient. comitibus, in fi. lib. 3. & ad longum, & ex professo quæ veniant appellatione alimentorum, vide Lara de Cordoua, in l. si quis à liberis: §. non tantum, numer. 3. 4. 21. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. & 32. ff. de liber. agnoscen.

86 ¶ Sed, an tutor teneatur alere pupillum in domo sua, vide Paul. consil. 374. incip. super istis dubijs, in vltimo dubio. lib. 2. vbi tractat, an stante consuetudine, vt tutor lucretur fructus, amittat eos, nisi alat pupillum in domo sua, & dicit, quòd si tutor talis est, vt deficiente pupillo ei de iure succedere debeat, quòd melius est, vt alatur apud propinquos, eius successionem nõ expectantes. l. 1. C. & ff. vbi pupil. & duca. debeat. De qua re, vide quæ dicam infra capite *De malo tutore*, & l. 19. titulo. 16. partita. 6.

87 ¶ Rursus tutor tenetur pupillū bonis moribus instruere, non enim solum preponitur rebus, sed etiam moribus, vt in l. cū plures. §. cum tutor. ff. de adm. tuto. Ideò mercedes præceptoribus pro modo facultatum constituere debet, vt ibidem præcipitur. Denique tutoris officium elegatè exprimitur, in l. 16. tit. 16. part. 6. inquit lex *Trabajarse deue el guardador, de fazer al moço que touiere en guarda, que aprènda buenas maneras, & de si deue le fazer aprender leer, e escribir, e de si deues desto, deue le poner que aprènda, e vese*

aquei menester que mas le conuiniere, segun su natura, e la riqueza, e el poder que ouiere, e deue guardarlo, e pensar del, dandole de comer, e de vestir, e de las otras cosas que menester le fueren, segun entendiere que lo deue fazer catando toda via que lo figa segun los bienes que recibio del. Idem præcipitur in l. qui filium. ff. vbi pupil. & duca. debeat. & in l. ius alimentorum, versiculo ad instructionē. ff. co. tit. & in l. 3. §. tutor. ff. de suspc. tuto. In summa tutori incumbere videtur vitam pupilli, à criminibus: & res ab impiorum manibus defendere, vt in c. 1. 12. q. 1.

¶ Cum ergo tutor, pupilli animum, ad virtutem formet, iuueniles calores coherceat (quod est verè parentem agere) dubium non est, quin ei fatis digna gratia referri non queat. Præclare enim dixit Aristoteles, *Plus debere nos ijs, à quibus instituti sumus, quam à quibus prognati. Quod à parentibus tantum accipimus, vt viuamus, ab institutoribus, vt bene viuamus.* Ergo, cum patri cui nonnunquam vitam tantum filij debent (post Deum) fructus rerum omnium tribuantur ratione patris potestatis, sic, & tutori, qui pupillum etiam in potestate habet, vt in. §. 1. Instit. de tutel. & qui recta institutione patrē pupillo præstat, æquum est, vel potestatis, vel laboris; vel administrationis ratione; partē fructuum præstari.

88 ¶ Præterea tutor tenetur administrare bona fidē res pupilli. Ad nomen autem administrationis mundum quendam curarum mihi dixisse videor, administratio enim quantum secum adferat anxietatis norūt ij, quibus contigit animus Philosophicus? Quam obsætro molestiam non superat? domum fulcīre, agrum curare, debita exigere, pupillum defendere; actiones mouere; luctum parare, supputare, inuigilare rationes; confortis digitis sæpius iterare? Quis ad vniūm explicet molestiam litigandi quæ maiorū Lernam quandam secum trahit; dum irūt, redditur, clamatur, concurritur? dum instruitur, & saginatur aduocatus, quæruntur testes, proferuntur instrumenta; & (ò Deum immortalem!) his delictijs plures aluntur, & consenscunt; neque sibi viuere videatur, dum lite vacant. Omnia tamen ista præstare debet tutor, idque exactè, vnum quodque prosequar singulatim.

89 ¶ Ante omnia curare tenetur, non solū in sua regione; veruetsi in exteris regionibus posita, scilicet in alio territorio. l. propter litem.

litem. §. licet. ff. de excusa. tuto. l. magis pu-
to. §. illud. ff. de reb. eorum. l. 1. in fine. ff. de
tuto. & curat. datis ab his. Din. & Iacobus
Aren. in. l. non solum. §. qui testamento,
adversus glosam ibi. ff. de excusa. tuto. idē
Din. & Bart. in. l. pupillo. ff. de tuto. & cu-
ra. dat ab his. Cinus, & Bart. l. 1. C. ubi pet.
tuto. Tutor enim simpliciter datus pupil-
lo, qui habet bona in diversis territorijs,
cenletur datus etiam ab bona territori, cui
non est subiectus, & totum patrimonium
debet administrare: licet possit se excusa-
re, ne ultra centesimum lapidem tutelam
gerat, ut in. d. l. propter litem. §. licet. Albe.
in. l. Iudæi. C. de his qui ad ecclesi. confug.
& in. l. magistratus. C. ubi pet. tuto. Afflic.
in rub. de iure Valij, num. 1. Alexan. cōsil.
128. col. 4. lib. 1. Salic. & Iaf. nu. 92. in. l. 1.
C. de summa Trinit. Bart. & Bald. in. l. te-
stamenta. C. de excusa. tuto.

90 Deinde tutor tenetur curare salutem pu-
pili. l. consilio. in princip. ff. de cura. furio.
Præterea tenetur domum fulcire, & agrū
curare. l. 1. §. tit. 16. part. 6. in principio, &
in fine. l. lex que tutores. C. de admin. tuto.
l. à tutoribus, in principi. ff. co. tit. docet Pla-
tea, in. l. 2. C. de condit. in public. horre. lib.
10. ubi scribit, q̄ tutor debet reparare facta
testa, ne pupilli frumentum pluvij corrū-
patur, & q̄ non excusatur si appoluit acto-
rem cōmuni opinione reputatum fidelem,
de qua re infra dicam: nam actor periculo
tutoris constituitur. Rursus tenetur refi-
cere collapsa, etiam si pater pupilli relique-
rit ea deformata. l. lex que tutores. §. sed
et si parens. C. de administ. tuto. et si non
reficit collapsa tenetur ad interesse, Ripa
de peste. num. 14.

91 Ad eō autem res pupilli curare debet, ut
cas præponere debeat suis. l. tutor secundū
dignitatem. §. 1. ff. de admin. tuto. & cas me-
lius debet curare, quam suas; nisi forte res
tutoris prætiosior sit, tunc enim locus est
gratificationi, iuxta glosam in. l. si ut certo. §.
proinde. ff. cōmoda. & ibi notat Bart. scri-
bit Curtius iunior, consil. 29. nu. 19. col. fi-
lib. 1. Roma. singul. 705. incip. q̄tēde. ubi
scribit, q̄ si tutor est in tali periculo, quōd
non potest simul, & semel custodire bona
sua, & bona pupilli, quōd debet præferre
bona pupilli, nisi res ipsius tutoris sit præ-
tiosior. Idem notat Barto. in. d. l. tutor. §. 1.
Cassan. in consuetudin. Burgund. rubrica
6. §. 4. verbo *Entre gens nobles*, versiculo *main-
tenir*, nu. 2. Quod præmium non meretur

tam rigida, & severa obligatio?

¶ Sed an prælatus, idem servare debeat;
scilicet præferre res ecclesiæ suis: vide Bar-
ba. de præstan. Cardinal. quaest. 3. nu. 30.
Et de tutore vide Alber. in. l. quicquid. C.
arbit. tutel. glos. in. c. quicunq; 12. q. 4. Sa-
lic. in. d. l. quicquid. ubi cum Aiberic. dicit
hoc verum, in casu quo non constat quōd
si curaret rem pupilli amitteret suam, aliàs
secus quod profecto videtur æquius, & ve-
rius, ut dico infra, num. 129.

92 Præterea tutor tenetur lucrari cum pec-
cunia pupilli, & lucri rationem reddere;
Debet enim licito fœnori dare, vel præ dia-
emere. l. tutor qui reperorum. §. si post. ff.
de admini. tuto. & l. 3. §. si pecuniam, & l.
ita autem in princ. & l. tutor qui reperor-
rium. §. si deponi. l. si tutor constitutus. ff.
de admini. tuto. l. qui negotiationem. §. pen-
ff. co. tit. scribit Bart. Alexan. & dū orēs
in. l. divus Severus. ff. ad leg. Falcid. Bart. in
dicta. l. tutor, qui reperorium. §. si post Ro-
man. singulari. 179. incip. iure hodie no.
Dec. us cōsi. 178. nu. 2. incip. in causa, que
proponitur. Rom. cōsi. 139. Soc. cōsi. 2. nu.
16. lib. 1. Roma. cōsi. 188. incip. in hac
causa col. 1. ad finem: ubi addit quōd debet
fructus vendere, & pecuniam dare ad lu-
crum ex. l. si. C. de admini. tuto. Gbvarru. qui
rem Christianæ tradat Variar. resolu. lib.
3. cap. 2. versiculo, illud sane. Paul. nu. 2. &
Alber. in. l. qui sub conditione. ff. de cond.
& demonstrat. vbi per eum textū dicitur,
quōd si tutor deposuit pecuniam, ad lucrū
apud camplorem communiter cōtempore
reputatum, virum bonum, quōd hoc de-
coquat, & aufugiat non est sibi imputan-
dum, l. si res pupillar. ff. de admini. tuto.
Cassan. in consuetudin. Burgund. rub. 6. verbo
Dem reperorium, nu. 1. ubi constituit; ut
tutor contrahatur in consensu matris pu-
pili, & coniunctorum, ut per glosam in ver-
bo *pupilla*, C. de his quibus uti dig. & ibi,
Paul. Iaf. l. 1. C. de p̄n. fact. ante fi. Boer. in
consuetudin. Burgund. de iure persona. §. 7. col.
3. Et quod dicitur de camplore communiter
reputato idoneo, sequitur Lupus in repe-
titione rubricæ de donatio inter viros, &
uxor. in princ. p̄nu. 17. & in reper. capi por-
vestras. in. 7. ita incip. septimo infer-
tur. num. 2. Alber. in. l. scio. ff. de integr. rei-
stitur. & in dictionario in verb. Tutor. Vbi
dicit quōd tenetur dare ad lucrum pecu-
nia, nisi sit mod. ca: Laurētius Rodulphus
in tractatu de usuris. 2. parte quaest. 66.
vbi

De decima Tutori

Vbi dicit quòd alias solvit pupillo quinq; pro centenariò. Marianus Socin. confi. 2. versi. circa tertiam quæstionem. Corneus confi. 243. circa primum col. 4. littera. K. lib. 3. Barba. confi. 91. col. 1. lib. 3. vbi dicit, an teneatur de fuga telonis apud quem ad lucrum deposuit pecuniam, Ancharr. confi. 330. col. 1. versic. similiter. Decius confi. 192. num. 2. Covarru. variarum resolution. lib. 3. cap. 2. num. 2.

93 ¶ Meminisse tamen oportet quòd in Authent. nouissimè. C. de admin. tuto. dicitur quòd ubi redditus prædiorum pupillo sufficiunt, tutor non tenetur pecuniam fœnerari, sed cautè recondere. Sed re vera ex sacri iuris traditione, tutor etiam ad alendum pupillum, non potest pupillarem pecuniam mutuo dare sub usuris, uti tradit Covarru. varia. lib. 3. cap. 2. col. 1. solum dabit licito fœnori scilicet emet redditus annuus, aliàs solvet interesse, ut per Covarru. ubi supra.

94 ¶ Deniq; tutor, qui exactas pupilli nomine pecunias, non dedit fœnori licitò, tenetur ad usuras, quod hodie est iustū interesse, ut per Socin. d. confi. 2. num. 16. lib. 1. Idem si tardius dedit, nam tenetur ad usuras medijs temporis, ut in l. tutor qui repertorium. §. si deponi. ff. de admin. tuto. & si non habeat unde solvat interesse extra ordinem coercendus est, ut in l. ob fœnus. ff. de admin. tuto. Quinimò debet usuras, etiam finito officio, usque ad diem quo tutelam restituit, ut in l. tutor qui repertoriū in fine; & in l. tutor pro pupillo. §. 1. cum lege sequenti, & in l. Lucius. §. quæ situm. ff. de administ. tuto.

95 ¶ Idem in tutoris hærede, qui tenetur ad usuras pecuniarum, quæ in eius manus pervenit, ut in l. tutor. §. pecunia, quæ in arca. ff. de administ. tuto. & in l. eum ostendimus. §. usuras. ff. de fideiuss. tuto.

96 ¶ Si autem in provincia, diversum, & variū sit pecuniarum interesse, semper in minus condemnandus est tutor. l. tutor. §. si deponi. versi. ex cæteris. ff. de adm. tuto. Roma. singul. 179. incip. iure hodierno. Lupus. in repet. rubricæ. illatione. 7. §. 7. nisi forte tutor in usus suos convertisset pecuniam, ut ibi Lupus docet, & nisi in casibus exceptis, in d. §. si deponi, sed certè eas usuras Iure Civili introductas, tutor non solvet, sed tantum interesse damni emergentis, & lucri cessantis, ut piè scribit Covarru. d. lib. 3. cap. 2. col. 1. & 2. Sciendum autem non

statim in culpa esse tutorem, si ubi primū suscipit tutelam non collocat pecuniam, datur enim ei à lege tempus sex mensium, ut in l. si tutor constitutus. ff. de administ. tuto. quòd si dudum tutor fuerit exigere, & collocare debet pecuniā intra duos menses, ut in l. tutor, qui. §. usuræ. ff. eo. titulo, quòd si in usus suos convertit non excusatur quòd duo menses lapsi non fuerint, ut in d. §. usure.

¶ Collocare autem debet (utique si possit) l. tutor, qui. §. si post depositionem. ff. eo. tit. & l. cum plures. §. si. ff. eo. tit. l. qui negotiationem. §. pen. ff. de admin. tuto. glof. in l. si tutor constitutus, & in l. tutor, qui §. usuræ. ff. de administ. tuto. Quid enim si solvit debita pupilli, certè melius est quam emere prædia, ut notat Parisi. confi. 96. nu. 36. lib. 1.

97 ¶ Quod si tutor pecuniam pupilli convertit in suos usus, præsumitur esse in dolo, & iudicatur prædo. l. tutor qui repertorium. §. pecuniarum. ff. de administ. tuto. notat Angel. & Imola in l. Pomponius. §. ex facto. ff. de acquir. possess. Alexand. in l. ex stipulatione. ff. eo. titulo. Ias. confi. 219. nu. 2. col. 2. lib. 2. & debet solvere interesse, ut per Bart. & Alexand. in l. Divus Severus ff. ad leg. falcid. d. l. tutor qui repertoriū. §. si post late Roman. cõf. 139. Iaso. cõf. 219. col. 2. lib. 2. Gratus confi. 23. nu. 17. lib. 1.

98 ¶ Quinimò si in suos usus convertit animo furandi, potest accusari furti; ut notat Petrus Iacobus, in sua practica titulo de actione, & rationibus distrāh. Et ꝑ tutor convertēs pecuniā pupilli, in suos usus, censeatur esse in dolo, scribit Soci. confi. 159. nu. 10. lib. 2. Et quas usuras pendat, vide Bal. l. qui sine. ff. de neg. gest. num. 1.

99 ¶ Ad hoc autem, ut condēnetur, si non collocavit pecuniam in emptionem prædiorum, oportet probare potuisse, attamē cessasse, & quomodo probetur, vide Barto. in d. l. tutor qui repertorium. §. si post.

100 ¶ Curare autem debet tutor, ut pecuniarum quæ fœnori dantur idoneis collocētur nominibus. l. si tutor constitutus: ubi Bart. & Alberi. ff. de administ. tuto. Quod si suam pecuniam benè collocavit, non est audiendus allegans non potuisse pupilli pecuniā collocare. l. tutor secundum dignitatem. §. non est audiendus, & ibi Bart. & Alberi. ff. de admin. tuto. Debet enim pupillaria præferresuis, de quo supra dixi.

¶ Tutor autē negligens in emendo prædia solvit

solvit interesse, ut supra dixi, & notat Barba. in cap. 2. de deposito Lupus in d. repet. rubricæ illatione. 7. Imo hac de causa si humilior sit, publicis vinculis cōtinetur, & tāquam suspectus removeretur, ut in. l. 3. §. tutores. ff. de suspect. tuto. ubi Din. Bart. & Alber. notant.

102 ¶ Hic accedit, quòd tutor non collocans pecuniam committit peccatum mortale, autore Sylvestro in summa. verbo Tutor, Socin. consil. 2. num. 10. lib. 1. ubi dicit quòd tutoris negligentia est peccatū mortale Aymon consil. 132. num. 4.

103 ¶ Notandum tamen quòd non potest pecuniam pupilli cōferre, in aliquod exercitium (puta in societatem) nisi illud in usu fuisset patri pupilli, glosa in Authent. ut hi qui obligatas. §. si vero. argum. l. si negotia ff. de negot. gest. Bart. in. l. Titium, & Mevium. §. altero. ff. admin. tuto. ubi vide, an tunc damnum, vel lucrum pertineat ad pupillum, & vide Marian. Socin. consil. 24. col. antepen. & penultima, & Soci. eius filium consil. 24. num. 4. lib. 1. eius enim videtur fuisse consilium, quod patri, & filio inter consilia Mariani promiscuè tribuitur. Et si tutor non est ita industrius, ut pater nō debet cōferre rē pupilli, in exercitium patris, ut Bart. & Socinus notant, & vide Sali. in Authēt. 1. C. de adm. tuto.

104 ¶ Ita autem tenetur pecuniam convertere in utilitatem pupilli, ut si rem pupilli obliget, & pecuniam in eius utilitatem nō cōvertat, obligatio non valeat autore Barto. per illum textum in. l. si in rem. C. si aliena res pignori data sit.

¶ Reputa igitur, quam sit improbus tutoris labor, qui præter animi prouisionem, & corporalis laboris intentionem, civili magistratui corpore pœnas dat, dum publicis vinculis cōtinetur: atq; insuper infamiseffectus, & à tutela remotus, sarcit ex proprijs facultatibus lucrum pupillo cessans, quòd eius pecuniam vacare permiserit. Quid restat amissa fama (possessione longe præciosissima) quam vitæ componit glosa, in. l. iuxta. C. de manumif. vindicta. Amisissis facultatibus quas hominis animā appellat Hesiodus, nimirum restat anima, sed & hæc capitali crimine perit, si Sylvestro credimus dicto verbo Tutor.

105 ¶ Scimus quidem, quòd quo maior est potestas eius cui negotium aliquod committitur, eo maius est onus quod eius humeros præmit, cum teneatur administrationem

exequare potestati, minus enim præmere-
tur si minus facere posset. Tutor autem cē-
setur habere mādatum generale, cū libera,
iuxta glos. communiter receptam, in. l. mā-
dato generali. ff. de procura. quam dicit cō-
muniter approbari. Curtius iunior, consil.
147. nu. 13. Bald. consil. 376. lib. 5. Angel.
in. §. actionum, num. 37. Instit. de actio. &
administrationem generalem habet etiam
ad lites, autore Bart. l. hoc iure. ff. solutio. l.
inter bono: ū. ff. de admin. tuto. Et propria
autoritate potest eripere pupillum de ma-
nu alterius, sicut maritus uxorem fugiti-
vam, Aymon consil. 18. nu. 6. Et quòd ha-
beat mandatum generale cum libera scri-
bit Ias. in. l. ius iurandum. §. si procurator,
num. 14. ff. de iure iuran. & in. l. 1. col. 2. ff.
de offi. procu. Cæsar. Alexand. consil. 22.
col. si. lib. 1. Bart. & DD. in. l. alio. ff. de ali-
men. & cib. legat.

106 ¶ Et generaliter in toto administrationis negotio, tenetur de gestis, & de neglectis, ut in. l. tres tutores. ff. de admin. tuto. Soci. consil. 2. num. 4. lib. 1.

107 ¶ Præterea tenetur defendere pupilli cau-
sam, nullamq; utilem occasionē omittere
.l. tutoris, præcipuum. ff. de admin. tuto. l. si
bonam. C. eo. tit. Tenetur enim pupilli cau-
sam defendere agendo, & defendendo in
iudicio, & extra Regia. l. 17. tit. 16. part. 6.
l. generalitèr. ff. de adminif. tuto. & l. fin. in
princip. C. eo. tit. l. eum qui. C. de procura.
Tutela enim est vis ac potestas in capite li-
bero ad tuendum eum, qui propter ætatem
se ipse defendere nequit. §. 1. Instit. de tutel.
Quod si non defendat removeri potest
à tutela Paul. in. l. inuitus, nu. 6. C. de pro-
cura. & ibi Bart. & in. l. si. C. de adm. tuto.
l. eum qui. C. eo. tit. de procura.

108 ¶ Ad eò autem proprium tutori est defendere pupillum, ut possit advocatum eius agere in causa quam adversus eius patrem defendebat. l. si. ff. de postul. docet Specul. titulo de advocato. §. 1. num. 19. versic. sed nunquid clericus.

109 ¶ Hic autē defensionis labor haud quaquā simplex est, debet enim tutor bonam fidē agnoscere. l. quoties. §. sicut. ff. de adm. tuto. l. qui solidum. §. etiam. ff. de leg. 2. Albe. in. l. Præses in fine. C. de transact. & in. l. properandum in prin. col. 12. versic. item si tutor. C. de iudi. Quod si temerè litiget, ipse cōdēnabitur in expēsis. l. nō est ignotū. C. de adm. tuto. Bart. l. quoties. §. sicuti. ff. de adm. tuto. late Ripa in. l. si se nō obtulit

nu.

De decima Tutori

- nu 19. ff. de rei iudi. Abb. in c. repræhensibilis, nu. 2. de appella. la so. in l. omnibus. §. si procurator, nu. 2. ff. si quis ius d. cen. nõ obt. mpc. A ymon confi. 132. num. 2.
- ¶ Aliàs generalitèr, defèssio debet fieri expensis pupilli, autore Geminiano conf. 37. nu. 2. Et q̄ si calumniosè litiget sit condèmandus in expensis, docet Bart. & Faber. in d. l. non est ignotũ, & in l. meminert. C. unde vi. & in l. qui solidum. §. etiam. ff. deleg. 2. Bart. Bald. Sati. & Iaf. in l. iubemus nullã. C. de sacros. Eccl. Capel. Tolos. q. 40.
- 110 ¶ Rursus tutor tenetur exigere à debitoribus pupilli, ita ut si eius negligentia in exigendo desierint esse solvendo, teneatur ad sortem, & ad usuras. l. si tutor constitutus. ff. de admin. tuto. Et apoche tutoris creditur de solutione sibi facta durate tutela. l. Lucius. §. tutelæ. ff. de administ. tuto. Raphael Comensis conf. 24. col. 2. Barba. cõf. 18. col. 5. versic. quarto facit lib. 5. Tiraq. de retract. lib. 1. §. 1. glos. 18. num. 93.
- 111 ¶ Et quòd tutori imputetur si debitores pupilli potuit convenire, & exigere, & non exegit, probatur in l. Chirographis. ff. de adm. tuto. etiã si debitor esset frater ipsius pupilli. l. qui negotiationem. §. penul. ff. de adm. tuto. ubi dicitur q̄ alias tenetur ad sortem, & ad usuras, & probatur etiam in l. si tutelæ ff. eo. tit. & in l. tutor qui reper torum. §. competit. ff. de adm. tuto. & in l. cum quæritur. C. eo. tit. l. tutores in prin. & in §. adolescens. C. eo. tit. & in l. debitoribus. C. eo. tit. l. 2. C. arbi. tutel. l. Lucius in 2. §. fin. ff. de adm. tuto. l. nomina. C. arbi. tutel. scribit Soc. conf. 2. incip. sequèdo ordinè, nu. 9. lib. 1. Marianus Soc. cõf. 2. vers. circa secundam. Si tamen debitores tales essent, ut ab eis exigere tutor nõ potuisset, etiam si nõ cessasset, & tunc nihil est quod sibi imputetur; ita probatur in simili in l. tutor, qui repertorium. §. 1. ff. de adm. tuto. & in l. itemq; ff. manda. latè Bart. cõf. 112. incip. charissime domine. Socin. cõf. 283. nu. 8. vers. secũdum præsupponitur, lib. 2. Notandum tamen quòd non tenetur exigere debitu cuius exactio carior esset, quam ipsa fors debita, ita Bart. l. mediterraneæ. C. de anno. & tribu.
- 112 ¶ Exigere autem nõ solum à debitoribus; verum, & à seipso tenetur, alias pupillum defendere non videtur. l. generaliter. ff. de adm. tuto. l. ita autem. §. debitor. l. quoties §. sicut, & §. si temporali. ff. eo. tit. sed an de bitum naturale, à se exigere debeat, vide Bart. & DD. in d. §. debitor, & §. si temporali. Alber. n. l. atqui natura, num. 1. ff. de negot. g. ff.
- ¶ Rursus si pupillus ei aliquid debeat, debet sibi solvere, & à tempore mortis, vel negligentia in sibi solvendo, usura desinunt currere. l. quoties. §. si temporali. ff. de administ. tuto. Paul. in l. tutor datus, num. 2. ff. de fideiussio.
- 113 ¶ Quamvis autem tutor obligatus sit auctoritatè interponere, in causis pupilli sui, tamen non tenetur pro eo præstare iuramentum fidelitatis, ut notat Alvarotus, in cap. si minor, si de secundo defuncti fuerit controver. in verbo. qui quidem investi. præst. iura fide, col. 6. versiculo, sed nunquid tuto. Licet possit iurare si velit, ut docet Bald. cap. 1. §. nulla titulo per quos fiat investitura. Quando autem cogatur auctoritatem præstare vide Bart. & Din. in l. si tutor. ff. de auto. tuto.
- 114 ¶ Præterea tutor tenetur locare matrimonio, & dotare pupillam suã Reg. a. l. 9. tit. 11. part. 4. Ioann. Andræ. ad Specul. tit. de iud. c. ijs. §. generalia. col. 9. in additione in cip. in dicta lege, quicquid. fo. 44. Alber. Bald. Angel. in l. qui sine usuris. ff. de negot. gest. Alber. in l. quicquid. C. arb. tutel. Lupus, in repet. cap. per vestras. §. 3. num. 22. de don. inter virum, & uxor. & dixi in tractatu de non meliorandis filiabus dotis ratione. Et si dat plus quam valent facultates pupillæ de suo solvet. l. 9. tit. 11. part. 4. l. cum post mortem. §. 1. ff. de adm. tuto.
- 115 ¶ Rursus obligatio administrandi, non solum viget durante tutela, verum etiam ca finita in his, quæ cõnexa sunt pristinae administrationi. glos. in l. tutores qui, post finem ff. de adm. tuto. l. tres tutores. ff. de administ. tuto. Bald. Paul. & Alexan. in l. tutori. C. de neg. gest. Alber. in rubrica. C. ut causæ post pubertatem adsit tutor Fulgos. conf. 182. col. 1. versic. nam videmus. Abb. in cap. ex parte el. 2. col. 2. de appell. textus in l. tutor post pubertatem. ff. de tutel. & ratio. distrah. ubi dicitur pristinam tutelæ actionem, in connexis durare post pubertatè, ut infra suo loco prolixius dicã.
- ¶ Sic legimus, q̄ si tutor appellavit; hæres eius cogitur prosequi appellationem, quousq; reddat rationem. l. si tutor. ff. de appellat. & ibi Alber.
- 116 ¶ Præterea si tutor constituat actorem, suo periculo eum constituit. l. decreto. ff. de administ. tuto. l. ita autem. §. gessit. ff. de administ.
- 117

- admi. tuto. Deinde, tutor, officio finito litē ceptam exercere cogitur. In mosal. fin. num. 14. ff. de appellat. Angel. in. §. tutores. Institut. de obligat. quæ ex quasi contractu, numer. 4. de qua re vide infra, num. 133. 134. & 135.
- 118 ¶ Augēt tutoris labores, quod tenetur ser- vare in sua persona pactum quod fecit, cū creditoribus pupilli, de qua re, vide Alber. in Rub. ff. de pact. nu. 15.
- 119 ¶ Rursus, tutor, durante tutela, non potest vestigalia conducere, vt per Alber. in Rub. C. ne tutor, vel curat.
- 120 ¶ Deinde, in toto administrationis nego- tio, vt liqueat quantū tutor differat à cæte- ris administratoribus, notandus est textus insignis, in l. quæro. ff. de eo qui pro tuore neg. gest. ibi, *Vt eo affectu negotia gerat, quo tutor gerere debet.*
- 121 ¶ Præterea labor est, quod ad hoc, vt detur tutor inquirēdum est quos habeat mores. l. 1. tit. 6. libr. 3. Fori, & quas habeat facultates, neque enim dicitur idoneus, nisi tantum habeat quantum pupillus. §. sed & propter paupertatem, & ibi glossa. Institut. de excusa. tuto. l. paupertas cum gloss. ff. eodem. l. fin. l. fidei iussor, uu. 2. col. 2. ff. qui sacrisda. cogant. & in l. si cōstante, nu. 154. ff. sol. matr. de qua re, vide Bal. in l. mulier. verbi respondet, col. 1. C. de iure doti. gloss. l. 9. tit. 16. par. 6.
- 122 ¶ Deinde labor est, quod etiam si tutores plures sint, omnes tenentur in solidum, vt in l. si plures, & ibi notant & distinguūt Doctores. ff. de admint. tuto. & in l. 1. C. de transact. vbi latē Alex. & Iaso. Corn. conf. 91. col. 2. libr. 3.
- 123 ¶ Rursus, alij administratores ynam rē ad- ministrant, & aliam admittunt: deinde illā quam administrant, cum volunt omitti. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. vbi notant Paul. & Alber. idem Paul. & Bar. in l. Poinponius, la. 2. & in l. sequenti. ff. de ne- got. gest. Alexan. in l. tutori. C. eo. at tutor omnia negotia, & res pupilli tam præsen- tes, quam etiam eas quæ postea augentur, tenetur administrare. l. quoties. §. fin. ff. de admi. tuto. Neque tutela onus omittēre po- test, sed tenetur de gestis, & de neglectis, vt in l. tutori. C. de nego. gest. l. tres tutores. ff. de admi. tuto. neque excusari potest, q̄ res pupilli sint in exteris regionibus, vt supra dixi, nu. 89.
- 124 ¶ A deo autem, tutor non potest deserere administrationem, vt etiam, si nō sit legi-

timēditus, non possit eam deserere, donec faciat alium legitime dari, ita docet Bar. in l. tutores. §. curator. nu. 2. vers. vltimo, nota. ff. de admi. tuto. per illum textum.

- 125 ¶ Præterea labor est, quod nomine proprio acculat, cum res pupilli id ex polcit, quod intellige, vt per Ananiam in. c. cum dile- ctus, col. 7. vers. & tamen. dub. um, an tutor debeat nomine proprio accusare, nu. 20. de calumniatori.
- 126 ¶ Labor etiam censendus est, quod non po- test alienare rem pupillarem, absque iudi- cis decreto, & utilitatis, & necessitatis pro- batione, vt in l. magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eorum.
- 127 ¶ Deinde tenetur ad solutionē precij, quod accepit, pro re pupilli, nisi fuerit conuer- sum in utilitatem pupilli. l. prædiorum. C. de prædi. minorum. l. 3. §. dolus. ff. quando ex facto tutoris, gloss. & DD. l. fin. si quis cautionib. Boer. decis. 80. nu. 6.
- 128 ¶ Rursus, licet tutor vendens, non teneatur de evictione, vt per Bart. & DD. in l. 1. C. credito. evict. pigno. non debere. Iacobini à Sancto Georgio, in l. si. nu. 14. C. de fur. Corn. conf. 72. col. 1. lib. 4. Bar. in l. alio. ff. de alimen. & ciba. lega. attamen, si nomine proprio, se, & bona sua obligavit, tenetur de evictione. l. & si is quem. C. de prædi. mino. Boer. decis. 80. nu. 6. Ad similitudi- nem eius, quod dicimus in marito rem do- talem vendere, & eius evictionem promit- tere, quod tenetur de evictione, vt per Bar. Bal. & Alber. in l. cum lex. ff. de fidei iuss. & in l. procurator qui de evictio. & ibi Bart. & DD. ff. de procura. & quando tutor te- neatur pro obligationibus nomine pupilli factis, vide Alber. in Rub. ff. de admi. tu- to. nu. 3.
- 129 ¶ Præterea, vide qualis sit labor tutoris, quod non potest persuadere alicui morien- ti, vt sibi relinquat, quod pupillo relin- quere volebat, ita sentit glossa in cap. qui- cūque. 12. quæ sit. Hæc fuit opinio Mar- tini Sillimiani, quem referunt Albertic. & Salicet. in l. quicquid. C. arbit. tutel. & hanc opinionem sequitur, & appellat x- quiozem Barbat. de præstantia Cardina- illum. q. 3. num. 30. versiculo. sed in verita- te, movetur, quoniam cum tutor iure vti- lia pupillo facere, & inutilia prætermitte- re, vt in l. fin. §. omnem. C. de administrat. tuto. non debet facere, vt sibi relinquatur, q̄ testator vult relinquere pupillo. Rur- sus moventur, quoniam tutor, non solum

De decima Tutori

tenetur de damno illato, verum etiam de lucro omisso, ut in l. quicquid. C. arbit. tutel. neque debet prætermittere occasionem pupillo ut lem. l. si bonam. C. de admin. tuto. Postremò adducunt Authent. ut nulli iudicium. §. & hoc pervenit collatione. 9.

¶ Reperio tamen quod contrariam sententiam, probat glosa, in d. l. quicquid, & in l. pupillorum. C. de administ. tuto. Igneus, in l. quatenus, num. 55. ff. de reg. iuris. Sic Cinus, & Salic. & Alber. in d. l. quicquid, dicunt quòd si tutor blando sermone induxit testatorem, ut sibi relinqueret, quòd pupillo relinquere volebat quòd nihil illicitum facit argum. l. fin. C. si quis aliquem, testari prohibuerit, secus si dolo, vel fraude cum illo egerit: mouentur, quoniã non debet utilitatem pupilli præferre suæ, ut in l. videamus. §. sed nec tutores. ff. de in lit. iuran. glos. in l. quicquid. C. arbit. tutel. nam id quòd supradixi, quòd tutor tenetur utilitatem pupilli præferre suæ, verum est in dubio, secus ubi constat quòd si facit commodum pupilli, non potest facere suum: ita notat Cinus Alber. & Salic. in d. l. quicquid, & ita sunt intelligenda, quæ supradixi, num. 91.

¶ Mihi videtur distinguendum, aut enim tutor persuasit sibi relinqui legatum, & persuasit testatori, qui illum in testamento nominat tutorem, & tunc cum nõdum iuravit, neque tutor sit viuo testatore, non video probabilem dubitandi causam quominus omni persuasione uti possit: si tamen postquam est tutor persuadet alicui morienti, ut sibi relinquat, quòd pupillo volebat relinquere, & profectò non aude- rem discedere ab opinione Cini. Salic. & Alber. cum quibus sentit Ioann. Andræ. in additionibus, ad Specul. titulo, de iudicijs. 6. generalia, versiculo sed opponitur, in additione incip. præallegata lege quicquid. Quamvis enim, tutor debeat curare utilitatem pupilli, intelligitur in re quæ iam est pupilli, vel in acquirendo lucrum, cum eius pecunia, hic autem non omittit lucrari cum pecunia pupilli, neque suum commodum debet spernere, ut pupillus id acquirat. Illud tamen addiderim, quòd fraudem tutoris iudicabo quòdcunq; leve mendatio um, quo exaggerans facultates pupilli, vel eius mores iniectans morientem procliviorum reddit, ad legandum sibi, & non pupillo: de hac re vide Alber. in l. Lucius. §. Sempronius. ff. de legat. 2.

& vide Felin. in cap. cum deputati, num. 10. de iudi. Barba. de præstan. Card. n. in 3. quæst. 1. part. 2. §. 8. versiculo, sed si contra prædicta.

130 ¶ Labor etiam est, quòd empta à tutore præsumuntur de bonis pupilli, ut late dicã infra suo loco.

131 ¶ Est etiam labor quòd tenetur de fructibus perceptis, & percipiendis, ut per Albe. in rubri. ff. de admin. tuto. nu. 17.

132 ¶ Præterea labor est quòd cum pupillo, nõ videtur habere posse commercium, neque enim ipse, vel aliquis de eius familia, aut interposita per eum persona, potest cum pupillo contrahere. l. 1. post princip. l. pupillus. §. item ipse. ff. de auto. præstan. nisi minor, maior factus contractum comprobaverit, ut in dicto. §. item ipse. sunt tamen aliqui casus, in quibus contrahere inter se possunt, puta quando tutor emit palam, & bona fide rem pupilli, quæ vendebatur. l. tutor rerum, & ibi glos. Barr. & Doctores. ff. de administ. tuto. & in l. si in empti. §. fin. ff. de contrahen. emptio. late Barto. l. pupillus. §. fin. ff. de auto. præstan. Alexand. & Doctores in l. singularia, num. 5. ff. si cert. petat. & in l. 1. §. fuit quæ situm. ff. ad Trebel.

133 ¶ Deinde, labor est quòd tutor etiam post pubertatem assistere debet defensionem causarum pupillarum, si necdum rationem reddidit, neque rem ad curatores transtulit. l. una, & ibi Alber. & DD. C. ut causæ post puber. adsit tutor.

134 ¶ Præterea, labor est quòd etiam post pubertatem finita tutela, tenetur de periculo rei pupillaris, nisi minorem instanter moneat, ut petat curatorem, vel ipse pro eo petat. l. admone. C. qui petant. tutor. l. ita. §. si tutor. ff. de administ. tuto. & l. à tutoribus. §. 1. ff. eodem titulo. quare meminere tutor, ubi primum tutela finitur petere minori curatorem, aliàs non liberatur, & si quid interim perit tenetur, auctore Fabro. in l. 1. C. ut causæ post puber. Angel. in §. fin. Instit. quib. mod. tutel. fini. Alber. in rubri. ff. de administ. tuto. num. 5. glos. in l. 1. 2. titulo. 16. part. 6. verbo *Deve dur.* Boerius, in consuetudin. Bituricen. titulo de iure persona. §. 8. col. 2. Cassan. in consuetudin. Burgun. rubri. §. 4. verbo *En cage*, num. 2.

135 ¶ Quare licet tutor desinat esse tutor pupilli pubertate, tamen si lis in prima instantia, vel in instantia appellationis pendeat, tenetur

- tenetur eam prosequi, si cepta fuit, tutela durante, nisi de curatore adulto provideri fecerit, ut in. d. l. ita. §. pen. & §. fin. & utrobique Bart. ff. de admin. tuto. & ibi Alexā. in additione, & in dicta. l. 1. C. ut causæ post puber. adff. tutor. & in. d. l. admone. & ibi DD. C. qui pet. tuto. Boer. dicto. §. 8. col. 2. * ubi rem extendit ad rectorem ecclesie, & ad syndicum, vel procuratorem fabricæ ecclesiarum, ut finito eorum officio teneantur petere alios subrogari, ut docet Bart. in. l. fin. §. fin. & in. l. negotiorum. §. fin. ff. de appellatio. Innocen. in cap. gratum. de officio de leg. Rota. decisione. 377. Cassan. in consuetudin. Burgund. rubrica 6. §. 4. fo. 216. supracitato Ioannes Constantinus, in leges Regias, art. 131. col. 2.
- 136 ¶ Auger laborem quod si negligens est, præsumitur esse in dolo, ij enim qui ex officio tenentur aliquid facere, si negligenter se habeant, in dolo esse præsumuntur, ut scribit Ancharr. consil. 158. incip. ex narratis in facto. col. 6. Socin. consil. 2. col. 2. num. 10. lib. 1. ubi dicit quod negligens reus est peccati mortalis, Aymon consil. 132. nu. 4.
- 137 ¶ Rursus negligens removeri potest à tutela, & ab omni alio munere, imò removeri non solum potest, verum etiam debet. l. 1. ff. ubi pupil. & duc. debeat. l. fin. C. de admin. tuto. l. fin. tit. 18. part. 6. Roma. consil. 80. confirmanda, & consil. 428. incip. in terminis, in secundo dubio. Corn. consil. 183. col. 1. lib. 4.
- 138 ¶ Idem in executore testamenti, Roman. ubi supra Paul. consil. 332. incip. viso testamento Michaelis in. 3. dubio, lib. 1. & consil. 437. incip. super dictis quæ sitis, in tertio dubio. lib. 2. Aymon, consil. 132. nu. 3.
- 139 ¶ Idem in simplici procuratore, est enim removendus à iudice, etiam nemine petente, si sit negligens. l. cum qui res agit hæredum. C. de procura. quam tanquam ad hoc insignem citat Roman. d. consil. 437. in secundo dubio.
- 140 ¶ Tutor autem remotus ob dolum, infamis efficitur. l. fin. C. de susp. tutor. & ibi omnes DD. Anania cap. licet Heli. de Simonia, textus in. §. suspectus Instit. de susp. tutor, & ibi doctores. Et an oblatam culpam remotus, sit infamis, vide glos. in dicta. l. fin. C. de suspe. tutor. l. fin. tit. 18. part. 6. l. si suspectus. ff. cod. melius in. §. suspectus. Instit. cod.
- 141 ¶ Removeri autem potest tutor, etiam ob levissimam causam, ut per Barto. in. l. fin. ff. de suspect. tutor. A ff. l. decisione. 207. num. 3. Bald. in. l. quæ fortuitis. col. 8. C. de pignor. actio.
- 142 ¶ His accedunt plures poenæ malis tutoribus, à iure impositæ, quas enumero infra cap. 13. si enim atrocitas aliqua in tutela admiserit graviter punitur. l. 1. §. fin. ff. de susp. tutor.
- 143 ¶ Et removeri potest, propter generalem suspicionem Abb. cap. accepimus, num. 8. de purga. canon. Neq; oportet inferere causam remotionis, ut per Abbas cap. examinata, num. 9. de iudic. Et iudex ex officio inquirere potest, an sit suspectus, ut per Specul. titulo de offic. omni iudic. §. 2. versic. item reperitur, num. 14. in fine. & dissipans remouetur, ut per A ff. l. decisione 207. Gozadin. consil. 68. num. 3.
- 144 ¶ Deinde, suspecti postulari potest à quolibet de populo. l. 1. §. consequens, & l. impuberibus. ff. de susp. tutor. & an suspecti accusari possit ante gestionem, vide Bald. l. omnia. §. item solent. ff. de offic. præfect. urbis.
- 145 ¶ Et an suspicionem in tutore arguat recusare, Aretinus quod sic, consil. 29. col. 6. versic. præterea si ibi ageret, & consil. 66. col. 8. versic. præterea si ibi ageret. Corne. consil. 183. col. 1. lib. 4. Aymon, consil. 132. nu. 7.
- 146 ¶ His accedit quod tenetur de dolo, & culpa lata, & levi, ut in. l. quicquid, & ibi notat glosa. Bald. Alber. & Sali. C. arbi. tutel. Faber. & Angel. in. §. suspectus, adversus glosam, ibi Instit. de suspect. tutor. Ang. in. §. actionum, num. 40. Instit. de actio.
- 147 ¶ Quamvis in negotio exigendi debitores pupilli solum teneatur de lata, Alexand. consil. 104. num. 3. lib. 4. textus, in. l. 2. & ibi Salic. & Bald. C. arbi. tutel. Bart. in. l. chirographis nu. 3. ff. de admin. tuto.
- 148 ¶ Dolus tamen, vel culpa seu negligentia, in administrando, non præsumuntur, & allegans tenetur eam probare, aut per Bart. l. tutor, qui repertorium. §. qui post, & in. l. cum plures. §. fin. ff. de admin. tuto. Marianus Socin. consil. 149. col. 1. versic. tertio & ultimo. Quod in omnibus allegantibus negligentiam generale est, ut per Bartol. & recentiores. l. si ab hostibus. §. si vir. ff. solut. matrim.
- 149 ¶ Auger laborem, & stringit obligationem, & peculiare privilegium inducit, quod bona tutoris tacite sunt hypothecata pro administratione. l. pro officio. C.

De decima Tutori

de administ. tuto. & in bonis praelati notat. Anania in cap. qualiter, & quando, el segundo, num. 35. de accusa.

150 ¶ Quod procedit, etiam si tutor inventarium non fecerit, vel solemnia non servaverit. Non enim melioris conditionis esse debet nulliter administrans, quam utiliter gerens, quo argumento ita colligit Aretin. consil. 29. col. 1. Capicius, decisione 129. num. 3. Bald. in l. cum pater, num. 2. ff. de negot. gest.

151 ¶ Et confirmatur, nam bona protutoris etiam sunt tacite obligata. glot. in l. dabimus. ff. de priyileg. credito. & dicam infra capite De protutore. Et a quo die bona sint tacite obligata, an a principio, an vero, a die malae administrationis, vide Marian. Socin. consil. 62. versic. circa secundam questionem.

152 ¶ Postremo tutor tenetur rationem reddere. l. 1. ff. officio. ff. de tutel. & ratio distrahent. Non enim solum tutor, verum, & quilibet administrator tenetur administrationis rationem reddere, ut docet Iacobus Arenas in dicto. §. officio, & ibi Baldus, Roman. consil. 414. incip. quo ad primum, in princ. & col. 168. incip. circa primum quo queritur. in tertio dubio, ubi loquitur in fratre maiore, qui administravit, qd debet rationem reddere. Idem scribit Abbas consil. 12. incip. ut clarè materia thematicis, in sexto dubio, lib. 1. ubi dicit, qualis debeat esse ratio fratris, & vide Socin. consil. 192. capio, num. 5. lib. 2.

153 ¶ Vbi dicit, quod frater debet etiam reddere rationem, de his quae gessit vivo patre, ut per Abbas d. consil. 12. in. 6. dub. lib. 1. Idem notat Rapha. Comensis qui loquitur in patruo consil. 87. incip. in casu praemisso in principio, & probatur in l. rationes, & in l. adversus. C. de fide instrument. notat Decius consil. 178. in causa quae proponitur, num. 1.

154 ¶ Et id generale est, ut administrans cum mandato, vel sine mandato teneatur rationem reddere, ut notatur in Clement. 2. §. illi etiam de religio. domib. & in l. si procuratorem. §. 1. ff. manda. & in l. 1. & in l. item eorum. §. decuriones. ff. quod cuiusq; universi nomi. scribit Socin. consil. 2. num. 5. col. 1. lib. 1. Villico enim dicitur in Evangelio Redde rationem villicationis tuae.

155 ¶ Ad eò autem tutori incumbit rationem reddere, ut neq; pater, neq; mater, excu-

sentur: si filiorum tutores sunt. l. 3. titulo De la guarda de los huérfanos, lib. 3. Fori. notat Bald. in l. si superstitite. C. de dolo. & in l. licet. C. ad leg. Falcid. & in l. cū oportet. §. si. C. de bon. quae lib. Iaso. in l. Praeses. C. de transact. Bald. in l. si is qui. ff. de tut. & cura. dat. ab his Angel. in Athen. de nupt. §. sancitum. Aretin. l. fin. §. 1. col. ff. de verbo. obliga. Socin. consil. 2. col. 2. nu. 7. lib. 1. & consil. 76. col. 6. lib. 3. versic. capio nunc. Cassan. in consuet. Burg. rubr. 6. §. 6. verbo *Deu rendre*, nu. 1. Gerardus sing. 84. Quāvis scūs sit quando pater possedit bona filij, ratiōne patrie potestatis, de quo vide Cassan. d. rubr. 6. §. 7. num. 5.

156 ¶ Et executor datus in ultima voluntate reddit rationem Gerardus. singul. 84.

157 ¶ Deniq; hoc est regulare, ut omnis administrator teneatur rationem reddere, ut scribit Gerardus d. singulari. 84. Cassa. in consuetudinib. Burgund. rubrica. 6. §. 7. num. 3. ad finem Fraciscus Marcus decisi. 441.

158 ¶ Neq; solum pupillis factis maioribus, verum etiam agnatis eius haeredibus reddenda est ratio. si pater, & ibi Bald. C. commun. de successio.

159 ¶ Tutor autem rationem reddere debet, etiam si non sit in usu rationis redditio: nō enim valet consuetudo quod tutor non teneatur reddere rationem, ut notat Afflict. in constitutio. Siciliae, quae incipit minoribus, in fine, lib. 3. Cassan. in consuetudin. Burgund. rubrica. 6. §. 6. verbo *Deu rendre*, num. 20.

160 ¶ Quinimò tenetur reddere rationem, etiam si ei remissa sit rationis redditio, etiā si remissio fiat, dicendo quod testator legat ei totum illud, in quo contigerit condemnari, nihilominus enim reddere debet quicquid apud eum fuerit ex rebus pupilli, teneturq; de dolo, non obstante legato, quantumvis amplissimis verbis facto, ut pluribus rationibus concludit Alexander consil. 62. incip. serenissimus, numero. 8. lib. 4. Salic. qui plura adfert, in l. cum necessitatem. C. de fideicommiss. Decius, consil. 178. col. 2. numero. 3. ubi dicit hanc esse communem opinionem Molin. in consuetudinibus Parisiensibus. §. 6. glot. 6. numero. 20. Aymon late consil. 193. num. 9. lib. 1. Decius consil. 418. & consil. 349. & consil. 707. colum. 3. Ancharan. consil. 117. incip. casus talis est; in secundo dubio Fulgosius consil. 103. incip. nobilis vir. Angel. cōs. 175. incip. viso dicto.

- dicto statuto. Signorol. cõfi. 109. & 110. Anania, cõfi. 80. vñs, & intellectis, in secundo dubio. Decius, qui hanc pronuntiat communem, cõfi. 192. nu. 4. ubi prudẽter distinguit concordado doctores hac in re inter se pugnantes, utrum scilicet tutor teneatur de dolo, vel de his, quæ apud cum sunt si testator non solum remisit obligationem reddendi rationem, verum etiam ultra processit, legãdo ei omnem summam in quam ratione doli condemnatus fuerit. Et vide Aymon, & Gozadin. ubi supra, super hac distinctione Deci: quæ mihi placet: & vide Curtium seniore cõfi. 66. in cip. sapienter, Socin. cõfi. 159. nu. 19. lib. 2. Gratium. cõfi. 23. nu. 6. cõ sequẽtib; lib. 1. Quod si non processit ultra legando tutori summam, in qua fuerit condemnatus, omnes consentiunt tutorem teneri reddere rationem, etiam si ei legata sit liberatio reddendi rationem: nam his verbis solum videtur sublata scrupulosa inquisitio, non autem quominus tutor conveniri possit ratione doli, vel reliquorum, quæ apud eum sunt. l. si servus vitetus. ff. de leg. 1. l. si quis rationes. ff. de libe. lega. l. Aurelius. §. Mevio. ff. eo. tit. l. quidam decedẽs in princ. ff. de adm. tuto. Bart. l. non solum. §. fin. ff. de libe. lega. & in l. Aurelius. §. Caio. ff. eo. tit. Bald. l. pactum q̄ dotali. q. 12. C. de collatio. Ias. in l. subprætextu. la. 2. col. 2. C. de transactio. Cassan. in consuetudinib. Burgund. rubr. 6. §. 6. verbo *Dem rendre*, nu. 21. Boeri. in consuetudinib. Bituricensib. tit. de iure personarum. §. 11. verbo *Rendre*, & DD. in locis supracitatis. Corne. cõfi. 313. lib. 3. ubi an debeat satisfacere cui remittitur rationis redditio.
- 161 ¶ **N**otandum autem quod si primus tutor reddidit rationem administrationis, quod licet secundus tutor consistatur illam esse bene redditam, istud non nocet pupillo, & ratio dispungenda est: ita docet Bald. in l. 1. C. si adversus solutio. Hippoli. singul. 646. incipiẽti iudices iniquẽ agẽtes, nu. 4.
- 162 ¶ **Q**uoniam etiam si facta sit liberatio generalis, cum iuramento, tutor tenetur denuo computare, & rationem reddere, si constet priorem computationem, aut fuisse erroneam, aut non plenam: ita Ias. cõfi. 219. num. 2. lib. 2. Ancharr. cõfi. 331. incip. vñs. facti narratione.
- 163 ¶ **U**bi rem extendit, etiam si minor cum autoritate curatoris, & decreto iudicis fecerit generalem liberationem tutori, & as-
- seruerit rationẽ administrationis sibi fuisse redditam, & insuper iuraverit, adhuc enim ex his non liberatur tutor a reddenda ratione administrationis, Socinus cõfi. 159. num. 1. lib. 2. consule cum, ego enim ab his evolare cupio, & ad legis interpretationem lubens propero, hæc tantum lectori indicare sufficiat.
- 164 ¶ **N**on hic addã quod liberatio nihil operatur, quoad ea quæ dolo tutorum sunt occultata, vel adultis ignorata. l. tres fratres. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. utrobiq; Angel. & Paul. Ias. d. cõfi. 219. nu. 2. lib. 2.
- 165 ¶ **E**t quod si ratio non est sufficienter reddita, quod iterum reddi debeat, late docet Socin. cõfi. 159. nu. 11. cum sequentibus lib. 2. & notatur in l. 1. C. de erro. calcul. Ioann. Andr. Ioan. Monach. & Archid. in cap. 1. de clerico ægrotante, lib. 6. & ibi Dominicus, & Lopus, in Clement. cum contingat de religio. domib. Parisi. consil. 96. incip. in præsentis causa, nu. 3. lib. 1. Socin. conti. 92. lib. 4. in quibus locis tractatur ex quibus appareat dolus. Aliud enim est confessio redditę rationis, aliud re verẽ redditam fuisse, si enim re vera, reddita non est, reddenda est omnino non obstante liberatione.
- 166 ¶ **M**eminisse tamen oportet, quod si tutores plures sint, unus non potest reddere rationem sine altero, ne ratio dividatur, cum simul tota reddi debeat ab omnibus, ut asseverat, Bald. in l. si plures. C. de condi. infer. Cassan. in consuetudi. Burgund. rubrica. 6. §. 6. verbo *Deu rendre*, num. 1. Quod in intelligendum, nisi uni commissa sit administratio, argumẽto eorum, quæ dicam infra capite *De pluribus tutoribus*.
- 167 ¶ **D**einde tutor tenetur reddere rationem, etiam non requisitus, prout sentit glosa in verbo *singulis annis* in Clement. quia contingit de religio. domibus, quam esse communiter receptam testatur. Socin. cõfi. 92. num. 17. verbi. præterea, lib. 4. nã ipso iure cõstituitur in mora, ut dico infra, nu. 176.
- 168 ¶ **I**nstrumentum tamen, in quo tutor promissit reddere rationem, cum consignatione reliquorum, non habet executionem paratam, ut probat Alexan. cõfi. 192. incip. vñs narratis per totum, lib. 7. sed via ordinaria id petendum est: oferendo enim rationem, excludet viam executivam, ut in simili scribit Rodericus in l. post rem. in declaratione legis Regiz. ff. de re iudica.

De decima Tutori

- 169 ¶ In ratione autem administrationis, primo investigatur, an fecerit inventarium, ut per Deci. consil. 178. num. 1. & consil. 192. Est enim inventarium caput omnium rationum, ut inquit Curtius senior, consil. 66. col. 8. versu. secundum articulum: & hoc videtur significare, quod doctores dicunt, quod tutor prius debet ostendere introitus, quam exitus, ita enim scripsit Nicolaus Neapolitanus, in l. spadonem. §. ratiocinatio. ff. de excusa. tuto. Bertachinus Firmanus in tractatu de Episcopo, lib. 4. 6. parte. q. 29. Platea in l. 1. in fine. C. de apochis. publi. lib. 10. quanquam verosimilius est, doctores significare quod in reddenda ratione, prius sunt excutiendi quanti sint redditus, & res pupilli, & deinde examinanda impensa quas tutor reputat.
- 170 ¶ Obiter autem illud nota, quod confessio redditus, non preiudicat tutori donec acceptetur impensa, & e converso. l. cum quaeritur. ff. de administ. tuto. scribit Platea in l. 1. in fine, num. 9. C. de apoch. public. lib. 10. citans glosam in l. Thais. §. libertatem. ff. de fideicom. liberta. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 6. §. 6. verbo *den rendre*, nu. 19. quod durius est, cum confessio etiam ab eodem homine dictata, dividi possit, si possibile est, ut late per Bart. l. Aurelius. §. idem quaeritur. ff. de libe. lega. Ias. in §. ite si quis postulante. Insti. de actio.
- 171 ¶ Secundo tutor exhibere debet librum rationum omnis administrationis rei pupillaris. l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratio distrah. l. qui sub conditione. ff. de condit. & demonstra. l. si statu libera. §. si. ff. de statu lib. scribit Decius consil. 178. num. 1. Bald. consil. 353. incip. ad evidentiam praemittendum lib. 1. Roma. consil. 118. incip. quoad primum in secundo dubio, & consil. 413. incip. quoad primum in quo quaeritur in principio. Ias. consil. 219. col. 2. lib. 2. Soci. consil. 159. nu. 18. lib. 2. textus in l. fin. §. inter caetera, & ibi Bart. ff. de libe. lega. Gozad. consil. 17. lib. 2. Decisio Delphinalis noua. 413. & 415.
- 172 ¶ In his locis late docetur tutorem teneri facere librum rationum, quod si non fecerit iuratur in litem adversus eum, censetur enim esse in dolo, argum. l. si quis ex argentarijs. §. penult. ff. de xden. & ita docet, Roman. d. consil. 413. incipienti quoad primum in quo quaeritur. Afflict. decil. 360. nu. 3. Corn. consil. 196. col. si. littera. H. lib. 3. Et videtur probari. l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratio. distrah. Imol. & Antonius in. c. cum in officijs de testam. Bald. in Authent. licentia. C. de Episcop. & cleri. Et significat Deci. consil. 178. nu. 2. versu. & casu. Socin. consil. 159. nu. 3. lib. 2. Gozadin. consil. 17. col. 2. Bald. in d. §. officio. l. 1. ff. de tutel. & ratio. distrah. & ibi Bart. addit quod ita praesumitur dolus adversus, non confidentem librum rationum, sicuti adversus non confidentem inventarium, & ex utraque causa defertur iuramentum in litem, Angel. consil. 277. idem sequitur Ancharr. consil. 317. Ias. consil. 219. col. 2. lib. 2.
- 173 ¶ In libro autem administrationis scribere debet debita, & credita, & omnia negotia pupilli, ut in d. l. 1. §. officio; & ibi doctores, Bart. consil. 150. cum praedicta examinare, in fine. Ias. consil. 219. col. 2. lib. 2. Et scribendi sunt fructus, & redditus qui percipiuntur ex bonis, ut notat Bart. in d. consil. 150. Deci. consil. 178. nu. 1. Nam, & in fructibus tenetur tutor diligentiam adhibere, ut tradit Bart. in l. 1. C. de condi. in publi. horre. lib. 10. & in l. iubemus. C. de erog. milita. annone, eod. lib. Roman. consil. 425. quoad primum, Socin. consil. 159. nu. 1. lib. 2. Et debet fructus vendere, & ex pecunia emere redditus annuos, ad utilitatem pupilli, ut dixi supra num. 92.
- 174 ¶ Rursus Ancharr. in consil. incip. *sordide*, & perniciosè nimis. Inquit, quod non faciens librum rationum censetur esse in dolo, & quod in libro rationum omnia sunt late, & sigillatim scribenda, & non in summa argum. l. cum servus. ff. de condi. & demonstra. quoniam singulis specificatis, veritas constare poterit, & ita dicit scripsisse Bart. consil. 150. incip. cum praedicta examinare. Vbi dicit quod liber rationum, debet ita esse conscriptus, ut omnia singulariter inferantur & annotentur, puta ex tali fundo, & ex tali colono, tantum tali anno redditum est: allegat. l. antepen. ff. de condi. & demonstra. & addit quod qui aliter reddit rationem, non videtur reddere, cum intelligi non possit. l. argentarius. §. xdi. ff. de xden. l. antepen. ff. de condi. & demonstra. ubi Paul. eam notat, ad rationem quam tutor exhibere debet, & tradit late, & accurate, Socin. consil. 159. in praesenti consultatione, nu. 4. lib. 2. Ancharr. consil. 317. ubi dicit quod praecipuum tutoris officium est, libros rationum seriatim conficere, ita ut accepta, & data, & introitus, & exitus exactè, & facile distingui possint, & non perfunctorie, & quod qui aliter facit, est in dolo praesumpto, quo-

quoniam dolus est omittere id quod face-
re debeas, citat. l. duos. ff. manda. & cap. cū
æterni, de re iudicata in. 6.

¶ Sic deputati ad scribendum redditus rei
publicæ, puniuntur si nō perfectè scripse-
rint, quæ ad eius manus pervenerunt. l. ex-
cellentia. C. de erogatio. militi. annone, lib.
12. tradit Bald. in. l. ubi exigitur. ff. de ædē.
Socin. d. consil. 159. num. 9. lib. 2.

175 ¶ Præterea Angel. consil. 277. incip. tutor
alimenta vit pupillum, inquit, in tertio du-
bio, quod impossibile est, reddi rationem,
nisi ostendatur liber, in quo contineantur
accepta, & data, & introitus, & exitus: o-
portet enim (ut ipse inquit) rationes offer-
re legendas primum, deinde computandas,
ut examinari possint imputationes, pro-
bè ne, an improbè referantur accepta, & da-
ta, argum. l. cum servus, supracitata. Nam
cum sit necesse rationem reddi à cap. ar-
gentarius. §. ædi. ff. de æden. quomodo ca-
put medium, & finis elucubunt rationibus
in libro non descriptis, idem scribit Ang.
consil. 195. incip. in Dei nomine quoniam
in facto asertum est, Ancharr. d. consil.
317. l. as. consil. 219. lib. 2.

176 ¶ Deinde Bald. in. l. cum testamento. C. de
testam. manumissio. dicit qd redditi ratio-
num, quatuor complectitur, codices ædi,
calculum poni, reliqua reddi, culpam pur-
gari solutione. Præterea debet reddere ra-
tionem, etiam non requisitus Paul. l. si pe-
steaquam. ff. rem pup. salu. fore. Socin. consil.
92. nu. 17. lib. 4. glosa & doctores in Cle-
men. quia contingit, de religi. domib.

177 ¶ Deniq; ratio realitèr, & cum effectu est
reddenda, & à cap. l. argentarius. §. ædi. l. si
quis ex argentarijs. §. rationes. ff. de æden.
Et calculatio necessaria est, aliàs non po-
test verè reddi ratio: & liberatio facta ab-
sque calculatione, nihil valeret: ut supradi-
xi, nu. 162. scribit Ancharr. consil. 331. Pa-
risi. consil. 96. nu. 5. lib. 1. Et ex brevitate
tēporis præsumitur rationem exactè red-
ditam non fuisse; quid enim si tēpus adeò
breve fuit, ut impossibile esset fieri calcula-
tionem, certè liberatio nil prodest: ut no-
tat Parisi. d. num. 5. & dixi supra, nu. 162.
Et debet reddere rationem eius quod tu-
tor administrare debuit, nec administra-
vit: atq; eius, in quo tutor ex causa fidei-
iussionis pupillo adstringitur. l. pater. l. he-
redes. l. adversus. C. de hære. tuto. Roman.
conf. 413. col. 2.

178 ¶ Non enim sufficit solvere reliqua, sed

præcisè est computanda ratio, ut in. l. nō
solum. §. is qui. ff. de libe. lega. notat Ias. cōs.
219. lib. 2. Et tutor qui aliqua supprimit
in libro rationis præsumitur habere animū
furandi. l. si pupillus. §. sed etsi quis, & ibi
Bart. ff. de neg. gest. Ias. consil. 219. col. 2.
lib. 2. Aret. l. Pōponius. §. accessionis, nu.
37. ff. de acquir. possesio. Et non dicitur
reddidisse rationē, qui non solvit reliqua
l. non solum. §. is qui reddere. ff. de libe. le-
ga. Angel. consil. 175. textus in. l. cum ser-
vus. ff. de condit. & demonstr. l. si statu li-
bera. §. fin. ff. de statu liberis. l. cum testa-
mento. ff. de testam. manum.

179 ¶ Deinde liber rationum, non solum fa-
ciendus, sed exhibendus, & ad alto traden-
dus. l. si. §. inter cætera, & ibi Bald. ff. de li-
be. lega. l. si cui libertas. l. cum servus. ff. de
condit. & demonstra. Bart. l. 1. §. officio. ff.
de tutel. & ratio. distrah. Quod si non tra-
dit minori librum, præsumitur dolose ad-
ministrasse, ut per Ias. consil. 219. lib. 2. An-
charr. consil. 307. incip. in causa quæ verti-
tur col. 2. alias est. 317. Socin. consil. 159.
col. 1. lib. 2. & iurari potest in litem, ut no-
tat Alexand. consil. 74. nu. 2. lib. 7.

180 ¶ Et dicenti se librum fecisse, attamen per-
didisse, nō creditur nisi probet casum, quia
eius officium erat librum facere, & custo-
dire diligentèr, quare præsumitur librum
supprimere, non autè amisisse, argumentis
eorum quæ notantur in. l. si quis ex argen-
tarijs. §. pen. ff. de æden. & in. l. cum ita le-
gatur. §. species. ff. de leg. 3. scribit Socin.
cōs. 159. incip. in presenti nu. 5. lib. 2. An-
charr. consil. 317. in causa col. 3. Gratus cō-
sil. 23. incip. in causa illustriam comitum,
num. 20. lib. 1. Quoniam cum aliquis tene-
tur custodire, non statim eius iuramento,
quod rem custodiendam amisit, sed casum
probare debet, ut per Felin. in cap. accepit
de fide instrum. notant Gratus, & Socin.
in locis supracitatis.

181 ¶ Et librum rationum tenetur tradere, nō
solum ipse tutor, verum etiam eius hæres,
iuxta tradita per Franciscum Marcum, de
cis. 145. textus in. l. 1. & 2. C. de hære. tu-
to. Et si tutor, cum illum habeat, non ex-
hibet censetur esse in dolo, & adversus eū
potest iurari in litem, ut docet Alexand.
consil. 74. num. 2. lib. 7. & consil. 65. lib. 1.
& consil. 164. lib. 5. & consil. 62. lib. 4. Mo-
lin. in consuetud. Parisi. §. 6. glos. 6. Et an
sufficiat exhibere librum, licet eum actua-
litèr non tradat, vide doctores ubi supra,
quibus

*Scorax de Ratio
tini clo 1212*

De decima Tutori

quibus adde Alb. l. dissolutè. C. de condit. ex lege. & in. l. 1. §. officio, nu. 1. ff. de tutel. & ratio distra. vbi dicit, q̄ tenetur tradere.

182 ¶ Præterea nouitèr inuenta, si non sunt posita in inuentario, debent poni in libro rationum. l. finali. §. tali. C. de cura. furios. Specul. titulo de instrument. xdi. §. dicto. aliàs iuratur in litem. dicta. l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratio distra. & ibi gloss. & DD. Cassan. in consuet. Burgund. Rubrica. 6. §. 6. num. 9. verbo *den rendre*, in libro autem rationum, omnia sunt suo loco distinctè, dilucidè, & particulatè describèda, tã recepta, quam expensa. Si enim explicitè computentur, non summam sub duorum verborum in volucro, cuiusq; rei veritas elucebit. Nèque bona esset hæc ratio tantum accipi, tantum expendi, nisi sit particularis omnè successum rei gestæ explicans. Debet enim continere, à quo receptum, cui datum, & quantum, & ex qua causa, & qua die Barto. & Platea in. l. comperimus per illum textum. C. de nauicul. lib. 1. 1. & per. l. apparitores. C. de exact. tribut. eodem libro. 1. 1. Si autè omisio dici, non pareret, incertitudinem, omisio nil noceret Molin. in conf. Paril. num. 1. §. 6. gloss. 6. versic. *den rendre*, num. 1. 6. Anchar. consil. 3. 16. Socin. consilio. 46. col. 2. lib. 1. Iaf. consil. 4. col. 2. & conf. 1. 4. col. 4. libr. 3. Limita hæc in ratione fratris, præsertim nobilis qui administrat bona communia, non enim ita particularem, & scrupulosam rationem reddere debet, Abb. consil. 1. 2. in. 6. dubio. Soc. conf. 75. col. 1. lib. 1. & consil. 40. nu. 2. libr. 4. dummodo dicat verisimilia, vt per Molin. vbi supra. nu. 1. 8.

183 ¶ Deindè, si non restituit adulto instrumèta, potest aduersus eum iurari in litem. l. aduersus. l. is qui. C. de in litem iuran.

184 ¶ Et debet reddere rationem fructuum, & reddituū secundum quòd cõmunitèr percipi potuissent, gloss. & Bald. l. cum testamento. C. de testa. manum. Dec. conf. 178. col. 2. Cassa. vbi supr. nu. 7. Rom. cõf. 413.

185 ¶ Postremò ratio reddenda est plenè, & bona fide, authore Bald. l. penult. col. 7. C. de cond. infer.

¶ Et licet in inuentario sint scripta aliqua mobilia, tutor non tenetur ea exhibere, si probet illa esse corrupta, vel consumpta secundum naturam suam, ita docuit Bart. in lib. 1. l. quod ad præsens. C. de muril. Alex. conf. 45. col. 3. lib. 1. Affliet. constit. Sicil. incipienti prædecessorum in fin. &

rationes probant aduersus tutorè. l. aduersus C. de fid. instru. & l. rationes eo. tit. Soc. conf. 156. col. 1. lib. 2.

186 ¶ Et ratio reddenda est vbi administrata res fuerit. l. 1. & per totum. C. vbi de ratio. cin. agi oportet. l. prætor. §. is etiam. ff. de eden. l. hæres absens. §. 1. ff. de iudic. scribit Mar. Soc. cõf. 146. col. 2. versic. & posito q̄ ad hoc.

187 ¶ Ergo iure optimo decima tutori datur, tantum enim laborem æquum est premio pensari, laborem appello tot res, tot casus, tot pericula. Non ergo pensatur decima quilibet labor, sed labor tutoris, qui tantus est, vt citius nauem adornaris, quam cum ad viuum expresseris.

188 ¶ Deindè illud pro ratione sufficit, q̄ tutor totis viribus curabit augmentū rei pupilli, intelligens decimā sibi dandā, & q̄, quo maior res fuerit, maior erit decima.

¶ Videturq; hæc lex pupillo consulere simul, & tutori; pupillo, quoniam tutor diligentius augmentum curabit tutori; quoniam tantum laborem æquitas, non patitur præmio carere, & vt nunc sunt res humanæ prudentèr Romana grauitas hac in re silet, refrigerenti enim hominum charitati, oportuit antidotum admoueri.

¶ Illud (vt ad rationem tutoris reddeamus) omittere nolui, quòd tutor debet scribere rationes pupilli separatas, à rationibus suis, vt scribit Soc. conf. 159. col. 2. lib. 2.

¶ Et nota, quòd si curator promittit reddere bonum computum, & bonam administrationis rationem, q̄ hoc casu tenetur de leuissima culpa, ne verba sint supervacua, vt opinatur Decius conf. 274. num. 5. Sed mihi durissima opinio videtur, cum ea verba dicantur ex more, & nõ vt nouā obligationem inducant præter legalem; De expensis tutoris qualiter probètur, vide cap. 21. col. fi. & ibi, an si nõ acceptetur expensa valeat confessio de recepto.

S V M M A.

- 1 ¶ An curatori adolescentis sit danda decima.
- 2 Curator principaliter datur persone, secundario rebus.
- 3 Etatem, an dicatur habere qui attingit annum decimumquartum.
- 4 Curare personam, & res plus est, quam curare solum personam.
- 5 Tutor plura potest facere quam curator.
- 6 Tutor datus, si non valet, vt tutor, non valet, vt curator.
- 7 Error nominis in rebus, non valde differentibus, non vitiat.

Tratuum

- 8 Fratrum minorum appellatione, an veniât fratres servite, in statuto, de solvendo quartam.
- 9 Lex correctoria, non extendenda, etiam si sit identitas rationis.
Rincianus Regius senatus pronuntiauit decimam non esse dandam curatori adolescentis.
- 10 Curatori adolescentis danda decima.
- 11 Tutoris appellatione, an veniat curator, & an dispositum in vno, extendatur ad alium, & numero. 12.
- 12 Curator, largo modo, dicitur tutor.
- 13 Lex extenditur ultra verba, ex identitate rationis.
- 14 Curator adolescentis eosdem subit, labores quos tutor.
- 15 Curator non datur invito, tamen semel datus, non potest repudiari, & curator etiam invitus cogitur administrare.
- 16 Curator tenetur de dolo, lata culpa, & leui.
- 17 Tutor, & curator æquiparantur.
- 18 Lex corrigens in vno, ex æquiparatis, videtur corrigere in alio. ibidem.
- 19 Correctoriam legem extendere, licet, si ratio exprimitur in lege.
- 20 Lex ista curatorem adolescentis comprehendit.
- 21 Tutoris appellatione, an veniat curator, & contra: distingue, & nu. 24. 25. & 26.
- 22 Actus debet valere modo qua potest intelligendum nisi fiat latior extensio.
- 23 Curator adolescentis, etiam curat personam.
- 24 Curatori, furiosi, prodigi, muti, & surdi, an danda decima.
- 25 Furioso, non datur curator ratione ætatis.
- 26 Quo maior est potestas, maior est labor.
- 27 Curatori furiosi, & prodigi, & similibus decima danda.
De tutore ad curatorem furiosi, valet argumentum.
- 28 Furiosus adversus curatorem suum, habet privilegia, quæ pupillus adversus tutorem habet.
- 29 Curator furiosi, æquiparatur tutori.
- 30 Curator furiosi, non minus laborat, quam tutor, & nu. 36. & nu. 54.
- 31 Curator furiosi, tenetur de lata culpa, & leui, & curare rem, & salutem furiosi.
- 32 Curator furiosi, tenetur inventarium conficere, & eius bona sunt tacite hypothecata.
- 33 Furiosus satis dicitur ætatem non habere, cum iudicio careat.
- 34 Furiosus, non transmittit hereditatem additam a suo curatore.
- 35 Curatori furiosi, an sit danda decima, pro tempore quo furiosus habet dilucida intervalla.
Curator furiosi, curator est, etiam pro tempore dilucidi intervalli, scilicet administrare eo tempore non potest.

- 36 Interdictum relaxatum ad tempus, finito tempore, non est novum interdictum, sed idem.
- 37 Curator furiosi pro tempore dilucidi intervalli, curator est, nomine, non re.
- 38 Furor non presumitur, tamen si quis incidit in furor, presumitur durare in eo, nisi mentis alienatio brevissimo tempore duraverit, & numero. 47.
- 39 Curator furiosi, ut finiatur, an requiratur, ut furiosus sit in sana mente per biennium.
- 40 Furor, quis probare debet.
- 41 Curator furioso, quando dandus.
- 42 Curator furioso, vel prodigo datus, non auditur allegans cum, non esse prodigum, ut munus recuset.
- 43 Furioso, vel prodigo succedere non possunt, ex testamento, illi ad quorum suggestionem, eis est datus curator, neque audiuntur allegantes illos prodigos, vel furiosos, non fuisse, & numero. 53.

*An curatori adolescentis, vel furiosi, sit danda decima.
Cap. III.*

- 1 **Q**Uæro deinde, an curatori adolescentis sit danda decima, sicut tutori imuberis, & quid in curatore furioso: Mouent questionem verba legis ibi. Recibam a ellos, y a todos sus bienes.
- 2 **H**æc verba solum quadrant tutori, qui pillum in potestate habet, & eius personæ, & rebus datur, ut in. l. in copulandis, vbi notant doctores. C. de nup. Bar. in. l. i. ff. de bonorum possess. furios. & infan. dela. & in. l. cū in vna. §. tutor. ff. de appellatio. textus in. §. certè. Insti. qui dari tuto. testam. poss. Iaf. & Decius. nu. 10. l. infantis. C. qui admitti. Iaf. quod dicitur, nu. 12. ff. de verbor. obliga. & in. l. si quis infundi. ff. deleg. 1. num. 46. lex Regia. 6. titulo. 16. part. 4. ibi. Tutor es llamado en latin, todo ome, que ha en guarda algun moço, e todos sus bienes, fasta que es de edad de catorze años. Tutor enim principaliter datur personæ, secundario rebus, ut inquit Barr. l. tutores. §. 1. ff. de administr. tuto. Iason. l. si quis infundi. num. 46. ff. de leg. 1. & probatur. §. 1. Instit. de tutel. ibi, Ad defendendum eum qui propter ætatem se ipse defendere nequit, Nota illa verba definitionis tutelæ, ad defendendum eum, ex quibus elicitur, tutorem principaliter dari personæ. Ang. §. ad certum tempus. Instit. qui dari tutor,

De decima Tutori

tutor. poss. At curator non datur personæ, sed rebus. l. in copulandis. C. de nupt. Iaso. l. si quis infundi. num. 46. ff. de leg. 1. Ias. & Deci. in l. infantis. C. qui admitti. ergo verba huius legis, *reciban á ellos, y á todos sus bienes*, nõ quadrãt curatori, neq; de illo videtur lex sentisse: q̄ probatur ex alijs verbis legis postea sequentibus ibi: *De los aguardar cõ todos sus bienes*, ergo lex non loquitur de curatore, neq; ad eũ extendẽda, deficientibus enim verbis legis, deficit eius dispositio, vt in l. 4. §. toties. ff. de damn. infect.

3 ¶ Deinde, nota alia verba legis, ibi: *Los hueros que no tienen edad*, nostri autem illum dicunt ætatẽ nõ habere, qui decimũ quartum ætatis annũ non attigit. l. cum filio. in fine. ff. de leg. 3. scribit Paul. in l. fin. ff. de condit. & demonstrat. & huic qui ætatem non habet, tutor dari solet.

¶ Preterea extendere hanc legem, de tutore, ad curatorem, esset arguere de maiori, ad minus; maiorem enim laborem sustinet tutor, qui personam, moresq; pupilli curat, quam curator, qui solum rebus datur, vt in d. l. in copulandis. C. de nupt. ijs.

4 ¶ Plus enim est curare personam, ad bonos mores formare, litteris instruere, atq; insuper rem curare; quam solius rei curã gerere. Cum ergo tutoris labor, tanquã magnus pensetur decima, non est idem præmium dandum curatori: cuius labor tantus non est, præsertim, cum maior cura requiratur circa personam, quam circa res, vt per Alber. in l. si hæreditatis. ff. de leg. 1.

5 ¶ Hic accedit, quòd tutor p̄tura potest facere, quæ curator non potest, vt probatur in l. cum in vna. §. tutor. ff. de appella. scribit Bart. in l. furioso. nu. 5. ff. de bon. poss. ff. furio. & infan. delata. Deci. l. infantis. nu. 10. C. qui admitti. gl. & Bart. l. v̄tri. §. curator. ff. de tuto. & curato. datis ab his.

6 ¶ His congruit. l. tutores qui. §. curat. ff. de administr. tuto. vbi probatur, quòd si alicui datur tutor, vt tutor; non valet, vt curator, & ibi eum ad hoc notat Bar. Ias. in l. si quis infundi, nu. 46. ff. de leg. 1. Paul. in l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. ff. de cõdi. & demonstra. Iaso. in l. q̄ dicitur, nu. 12. ff. de verbo. obligat. Butigel. in rep. l. 1. §. si quis ita, nu. 38. ff. cod. tit. & ibi Alciatus, nu. 36. vt sic. sexto ad illũ textum. Iaso. in l. qui quartam. in fine. deleg. primo.

7 ¶ Quod vtique non fieret, nisi magna esset inter tutorem, & curatorem differentia, cum sit opinio recepta, q̄ error nominis

in rebus non valde differentibus non vitiatur. iuxta traditionem Bart. in l. si quis infundi vocabulo. ff. de leg. 1. vbi Ias. testatur hanc esse communem sententiã, idem Ias. in l. qui quartam. ff. cod. tit. Cum ergo hoc nomen *tutor* nõ extendatur ad curatorem in his quæ vtilitatẽ pupilli respiciũt, scilicet, vt datus tutor valeat, vt curator ad vtilitatem, & administrationem rei pupillaris, licet hoc pupillo expediat, quantum in dispositum in vno extendetur ad alium, in his quæ pupillo detrimentosa sunt; scilicet in dando decimam.

8 ¶ His suffragatur, quod scripsit Antonius Butrius, consil. 26. vbi inquit, quòd licet de iure fratres minores debeant solvere quartam, vt in Clement. dudum. de sepulturis, hoc non habet locum in fratribus seruitis, quoniam, etiam si minores, & seruite simillimi sint, dispositio Clementinæ quæ iubet solvi quartam, cum sit odiosa, non est extendenda ad seruitas: ergo in nostra specie, cum hæc lex odiosa sit, & restringenda, vt ex Petro Bellapertica, & alijs probaui supra capite primo, col. si. certe licet tutor, & curator adolescentis similes sint, tamẽ cum dare decimam sit odiosum, & aduersus dispositionem iuris civilis, lex ista loquens de tutore, non est extendenda ad curatorem, & cum hæc lex grauet pupillum, non est ad extendenda ad adolescentem, & satis est in pupillari ætate soluisse.

9 ¶ Postremò facit, q̄ lex correctoria nõ est extendenda, etiam si sit identitas rationis, iuxta notata in Auth. quas actiones. C. de sacros. Eccles. Quinimò, neque ex maiori-tate rationis; iuxta tradita ibi per Bar. Bal. Ias. & Sali. Bar. l. si constãte. 9. q. 3. part. & ibi Ias. nu. 72. ff. solut. matrimo. A lex. in l. mutum. col. 1. ff. de acquir. hæred. & in l. 2. ff. de lega. 1. & in l. si. C. de indi. & viduita. tollend. Cum ergo hæc lex sit correctoria, damnosaq; rei pupilli, pro cuius conseruatione tot senatus consulta, tot leges sunt editæ, sequitur hanc legem ad curatores adolescentium extendendam non esse. Et ita fuisse iudicatum in senatu Pintiano narrabat nobis Tebar, optimæ fidei iureconsultus in supremo Hispaniarum Senatu clari nominis aduocatus.

10 ¶ Sed contraria sententia verior videtur, & æquior. Primò, ex verbis legis ibi: *Y quando vinierey á edad, dexeles todo lo suyo, ante el Alcalde, y deles cuenta derecha de todos los frutos*

frutos que ende recibio, Nota primò illa verba, *Y quando viniere[n] a ed. d.* Hęc nãq; verba, verincantur cum quis vigesimumquintũ ætatis annum complevit, ut in l. fin. & ibi notant Bald. & Salicet. C. de his qui veniam ætat. impetraue. docet Paul. in l. si. ff. de condit. & demonstra.

¶ Rursus, nota illa verba, *dexeles todo lo suyo ante el alcalde, y de les cuenta derecha.* Non enim minoribus viginti quinque annis rerum suarum administratio committitur, ut in l. 1. ff. de mino. ergo hæc lex quæ decimam dare præcipit, etiam sentit de curatore. Postremò nota illa verba, *Deles cuenta derecha.* si enim lex loqueretur de eo qui ad pubertatem solum per venit potius iuberet curatori rationem reddi, non autem ipsimet ergo manifestè lex loquitur, etiam de curatore adolescentis, qui vsque ad vigesimumquintum annum curatorem habet.

II ¶ Præterea dispositum in tutore, de iure extenditur ad curatorem, ut in l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. ff. de conditio. & demonstr. quem ibi notat Bar. idè in l. tutores qui. §. curatores. ff. de administra. tuto. Ias. in l. si quis infundi vocabulo, num. 4. ff. delegat. 1. & in l. quòd dicitur, nu. 1. 2. ff. de verbor. obligat. melius Bal. in l. qui neque. col. 2. ff. de rebus eorum per textũ ibi. Imò vero in materia pœnali, & odiosa dispositum in tutore extenditur ad curatorem, ut in l. 2. §. quid si curator. ff. ad Tertul. textus optimus in l. si. in fine. C. de auctori præstan. Similis & notatu dignus, in l. scire. ff. de excusa tuto. & in l. si in emptione. §. si. ff. de contrah. empt. glos. in Auth. vt ij, qui obligatas se habere perhibent res minorum, in verbo *Ad curatio nem*, glos. in Authen. minoris debitor. C. quando mulier tutel. officio fungi possit, vbi glossa legem correctoriam loquentem in tutore, extendit ad curatorem, & sequitur Angel. ibi Bart. & Bald. in d. Authen. minoris debitor, & in Authen. matri. & auiz. C. quando mulier. tutel. officio fungi possit. Iason. in l. pupillari, col. 2. ff. de vulga. & in l. si constante, num. 8. ff. de solut. matrimo. & in l. si quis infundi vocabulo. nu. 4. ff. deleg. 1. & in l. qui quartam, col. fin. ff. eod. titulo, & in l. quòd dicitur, num. 1. 2. ff. de verbor. obligatio. Alexand. in dicta. l. qui quartam. Butigel. num. 3. Alciat. nu. 3. 6. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. vbi dicit, quòd verbum *tutor*, scriptum in lege, extenditur ad curatorem, multò facilius,

quam cum ponitur in dispositione hominis.

12 ¶ Et licet multa scripserint nostri, super interpretatione. l. tutores qui. §. curatores, & l. pater Seuerinam. §. conditionum verba, veritas esse videtur, vt si à iudice detur curator ei, cui est dandus tutor, datio non valeat ex rationibus, de quibus infra disseram. Si tamen ponatur in lege, & eadem sit ratio, eademque mens, semper dispositũ in tutore extendendum ad curatorem: & clausus huius d. sputationis pendet à mète, & ratione legis, quã considerare oportet, potius quam urgere ex scriptis iuris locis, quæ suam peculiarem habent rationem, & idè variæ, & diversę in eis præcipitur, ac definitur.

13 ¶ His congruit, quòd curator, largo modo dicitur tutor, vt scribit Iaso. in l. si tibi pecuniam, col. 2. ff. si cert. petat. & ex identitate rationis debet fieri extensio, de vno ad alium, vt per Ias. l. 1. col. 1. ff. de vulg. & pupil. & in l. emancipata. col. si. C. qui admitti. & in l. fin. col. 7. C. de adit. D. Adrian. tollend.

14 ¶ Præterea, cum in hac lege exprimatür ratio, qua tutori decima datur, cerè etiã si eius verba non admodũ curatori suffragantur, essent ad eum extendenda. Nã cum ratio legi, est generalior lege, debet extendi ultra casum legis, vt in l. 1. §. sexum. ff. de postul. & ibi notat Bart. Bald. in l. generali. C. de Episcop. & cleric. Bart. in extravaganti ad reprimendum, in verb. *nec eorum*, Ias. in Auth. quas actiones, num. 17. C. de Sacrosanct. Eccles.

15 ¶ Scimus autem curatorem adolescentis, omnes ferè subire labores, quos tutor sustinet: terq; enim cogitur, vt in l. 1. ff. de muner. & honor. Alber. in l. hoc aditum ff. de nego. gest. Ias. in l. eum qui res. C. de procurato. Bart. in l. illud. ff. de tuto. & curato. dat. ab his. Specu. tit. de curato. §. fin. col. 3. Salic. l. 1. C. qui petant tuto.

16 ¶ Licet enim inuito, non detur curator, vt in §. item inuiti. Insti. de cura. l. 1. 3. tit. 1. 6. part. 6. tamen curator, si adolescens semel eum habere vellent, cogitur, & adolescens ipse, si semel curatorem accepit, non potest eum reijcere, vsque in vigesimumquintum annum, vt tradit Abb. conf. 91. lib. 1. glos. l. 1. 3. tit. 1. 6. par. 6.

17 ¶ Deinde curator tenetur de dolo, lata culpa, & læui, sicut tutor, vt in l. quicquid. C. aibi. tutel. Habetque liberã & generalem adm-

De decima Tutori

administrationem iuxta glossam in l. mandato generali. ff. de procurato. vti tradant Doctores in locis citatis supra cap. 2. num. 105. & notat Bart. in l. neque tutores, num. 17. C. de procura. & eius bona sunt tacite obligata, sicut bona tutoris, vt per Albe. in l. pro officio. C. de admittuto.

¶ Et generaliter, in omnibus ad administrationem pertinentibus, tutor, & curator æquiparantur, vt inquit Baldus in l. qui neque. ff. de rebus eorum. Bar. per textum ibi in l. inter honorum. ff. de admittuto. & probatur in l. scire oportet. ff. de excusa. tuto. ibi, *In paucis distant curatores à tutoribus.* Et nisi super vacuū esset, enumerare iterum labores tutoris; ostendereque eosdem subire curatorem adolescentis, vide Doctores in locis citatis supra cap. 2. à numero. 36. vsque ad numerum. 179. & comperies, promiscue Doctores loqui in tutore, & curatore adolescentis.

18 ¶ Rursus, cum tutor, & curator æquiparantur, vt supra dixi, sequitur, quod lex corrigens in vno, extenditur ad alium, iuxta glossam in l. si quis seruo. C. de fur. Bart. & DD. in l. 2. ff. de leg. 1. & in l. Marccllus. ff. ad Trebel. & quod tutor, & curator æquiparantur, notat Bart. in l. 1. §. parvi. ff. q. vi, aut clam. & probatur efficacissime in l. qui neque. ff. de rebus eorum, vbi dispositum à Principe in tutore, expedit iureconsultus, ad curatorem, quoniam simillimi sunt.

19 ¶ Postremò, cum ratio exprimitur in lege, licitum est eam extendere, si sit identitas rationis, iuxta glossam communiter approbatam, in Clement. 1. in verbo *eligatur*, de electione. Bart. in l. si constante. in. 9. q. 3. par. ff. solut. matrim. & ibi Alexand. numer. 5. Iason. num. 81. Alexand. in l. 2. ff. de lega. 1. & in l. mutū. ff. de acquir. heredi. Iason. in l. fin. C. de in dicta viduita. & in Auth. quas actiones. C. de Sacrosanct. Eccles. imò vero sæpè numero sola identitas rationis, sufficit ad extendendam constitutionem, etiam pœnalē, vt probat glossa in Clement. 1. in verbo *Præsidenti*. de rescript. Imola & alij in l. si vero. §. de viro. ff. solu. matrimo. Domi. & Francus, in c. 1. de tempo. ord. lib. 6. Ioan. Baptista Sanseuerinus, in repe. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure, & probatur in c. cupientes. §. hac generali. de electio. lib. 6. iuncto. c. si postquam. §. cū autem. & §. si verò. & ibi notatur eodem titu. & libr. 6. notat Bal. consil. 486. incip.

statutum prouidet, col. fin. libr. 2. & probatur in c. 1. §. porro, ad finem, titu. quæ fuit prima causa beneficii. Cum ergo tutores æquiparentur curatoribus, & e contra, & his verbis promiscue vtamur, sequitur, quod dispositio huius legis loquentis in tutore, debet extendi ad curatorem, cum in vtroq; eadē versetur ratio, scilicet par, & vniformis labor.

20 ¶ Non obstant allegata in cōtrarium. Primò, non obstat, quod lex ista videtur loqui de eo qui personæ, & rebus minoris datur: nam verba legis etiam curatorem, qui rebus datur comprehendunt; vt supra probaui, & verba in cōtrarium notata sunt narratiua: & mens, & verba legis, expressè significant velle consulere his, qui ætatem non habent, & eorum tutoribus, & curatoribus. Non enim quis dicitur habere ætatem vsque ad vigesimum quintum annū: & à verbis narratiuis arguere nō licet, vs notant omnes in l. non epistolis. C. de probat. vbi Bal. & Sali. Beronius. q. 20. per totam. Mascard. & ab eo relati. de probatio. tam. 3. conclus. 1257. numer. 4. remissiue. Rursus respondeo, quod licet ex verbis legis, hoc non satis probaretur, sufficit vigere eandem sententiam.

¶ Non obstat traditio Antonij, dicto consilio. 26. quoniam falsa est, vti opinatur Romanus, in Authen. similiter. C. ad leg. Falcid. Ias. in l. si constante. ff. sol. matrim. Nam præsertim, licet extenere legem; do stricta significatione ad latam, vt notat Alex. in d. l. si constante.

21 ¶ Postremò, non obstat textus fortis, in l. tutores. qui. §. curatores. ff. de administrat. tuto. nam, cum tractamus, an appellatione tutoris veniat curator, distinguendum, an simus in dispositione legis, an in dispositione hominis: nam in dispositione legis, appellatione tutoris venit curator, & appellatione curatoris venit largè tutor, iuxta gloss. in Authent. vt ij, qui obligatas, in princip. & tradūt Doctores in locis supra citatis. Hoc tamen (scilicet quod appellatione curatoris venit tutor) non habet locum in dispositione hominis, quoniam plus est esse tutor, quam curator, vt notat Bart. d. l. tutores. §. 1.

22 ¶ Et regula quæ dicit, quod actus debet valere, vt potest, intelligitur, nisi modus per quem valere posset sit latior, & amplior; & hæc est mens Bart. in d. l. tutores qui. §. 1. & notat Alciat. in rep. l. 1. §. si quis ita. num.

- ntm. 3 2. versi. secundo principalitèr. ff. de verb. oblig.
- 23 ¶ Facilius enim fit extensio in verbis legis, quam in hominum, vt in l. Titius, & l. cō modifsimè. ff. de libe. & postūm. iuncta. l. non possunt. ff. de legib. Vnde in verbis legis indefinita semper æquipollet uniuersali, secus in dispositione hominis, Bart. l. si pluribus. col. 2. ff. de leg. 2.
- 24 ¶ Deindè, in dispositione hominis distinguendum: Nam si iudex dat curatorem cū debeat dare tutorem, iure optimo actus nō valet, in ym. curæ; tum, quia animus dantis deficit, vult enim tutorem dare, non curatorem, & actus nō operatur vltra intentionem agentis. l. 1. ff. de iure codicillo. l. non codicillum. C. de testa. Deindè personæ, quibus tutor & curator dantur, differentes sunt. Tutor enim datur impuberi, curator. puberi. Impubes inuitus accipit tutorem. Pubes inuitus non accipit curatorem. Tutori, persona & res committuntur, & maius onus ei imponitur, curatori res solum. Item curator impuberis, nō potest addire hæreditatem. l. cum in una. §. tutor. ff. de appellatio. Doctores. h. pupillus si fari. ff. de acquir. hæredi. tutor potest. Pubes intelligit, impubes quæ vidit, ignorat. Cum ergo personæ differant, & potestas, & onus curatoris, & tutoris diuersa sint, probabile est deficere voluntatem eius, quæ pro tutore constituit curatorem. Et merito tale decretum ex falsa causa interpositū non valet, vt in specie probatur in l. Seiz egressæ. ff. de tuto. & curato. datis ab his, & in l. tutor si petitus. ff. eodem titulo, & l. cū verò. §. subuentum. ff. de fideicom. liberta. notat Bart. Alexand. & Iason. in l. si is ad quem. ff. de acquir. hæredi. & in l. diuus. ff. de re iudi.
- 25 ¶ Non tamen omissendum, quod cum re vera parua sit differentia inter curatorem adolescentis, & tutorem, & vulgus promiscuè his vtatur, appellans curatorem eum qui tutor est, & contra, quod etiam in dispositione hominis, si mēns id suadeat curatorem accipietur, pro tutore, argumētū eius quod dicitur solet, quod verba sunt intelligēda iuxta communem usum loquendi. l. cū delationis. §. a sinam molēdinariam. ff. de fundo instr. Instrumentoq; lega. & q̄ verba vulgaritèr scripta sunt intelligēda iuxta linguam vulgarem, non vero iuxta vim, & proprietatem latinis sermonis, ut notat Bart. in l. si quid filiabus. ff. de testa.
- tutel. pro quo facit textus in l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. vbi appellatione chartæ venit liber, quia plerique solent libros chartas appellare, & notat Iason. in l. si quis infundi vocabulo, nu. 45. ff. de leg. 1.
- 26 ¶ Præterea respondeo efficacitèr, & planè ad d. l. tutores qui. §. 1. quod licet Doctores disputent, an appellatione curatoris veniat tutor, tamen supponunt, quod appellatione tutoris venit curator, vt in l. patet Seuerinam. §. conditionum verba. ff. de condi. & demonstra. notat Bart. in l. tutores qui. §. 1. Ias. l. si quis infundi vocabulo. nu. 46. ff. de lega. 1. quia tutor est plus quam curator, quia datur personæ & rei, idè nō mirum, si quod plus est, comprehendit q̄ minus est. Sed tamen curator, cum sit minus quam tutor, non sumitur pro tutore, & ita etiam declarat Paul. in dicto. §. conditionum verba. Lex autem ista manifestè loquitur in tutore, ergo iuxta communes traditiones extendenda est ad curatorem.
- 27 ¶ Finem faciam, si illud addidero, q̄ Iason in l. si quis infundi, nume. 46. citat dictam l. tutores qui. §. 1. aduersus communè sententiam glōsæ. Bar. & doctorum in dicta. l. si quis infundi, quæ tradit, quod quando unum nomen appellativum habet magnā proximitatem cum alio, tunc error nō vitiat, ut in l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de lega. 3. Opponit Iason. de dicta. l. tutores qui. §. 1. dicens, tutor, ut curator simillimi sunt, attamen datus, & curator, non valet ut tutor, & dicit esse cogitandū, sed responde, quod communis opinio habet locum manente eadem materia, putà, si librū chartam appello: remanet enim eadē materia; licet unum accipiat pro alio: at si curatorem dat iudex pro tutore, errat, quia verissimile est, quod vult dare tutorem ei, qui impubes est, & sic decretum ex falsa causa interponitur, & ex consequēti nō valet. Deinde pubes rationis capax est; alter, quæ videt ignorat. Item puberi curator dari potest. Impuberi non potest, attamen nemini non potest charta legari; idè non mirum si charta accipitur pro libro, cum non sint tot inconvenientia, sicuti, si datus curator trāseat in tutorem. Est enim ei imponere maius onus aduersus verba iudicis, qui illum curatorem dedit, non tutorem, scilicet rem præcipuè curare iussit, non personam.
- 28 ¶ Vltimò, nō obstat, quod tutor curat per-

Rr sonam,

De decima Tutori

sonam; & res, curator verum solum res, quoniam negari non potest curatorē, saltem secundario curare personam adolescentis, cum illum alere, & defendere teneatur.

29 ¶ Nunc excutiamus secundam quæstionis partem: an curatori furiosi, prodigi, muti, & surdi decima danda sit, sicuti curatori adolescentis. Et quidem durum videtur, & adversus furiosi utilitatem, curatori eius decimam dare, sufficit enim afflictio, afflictio, ut in l. oratio. ff. de sponsalib.

30 ¶ Deinde, lex ista loquitur de tutoribus eorum, qui etatem non habent; at curator non datur furioso propter defectum ætatis, idē definitio tutelæ non cōpetit curatori furiosi, ut notat gloss. in l. 1. ff. de tutel. l. 1. ff. de cura. furiosi. Etas enim est causa naturalis; furor, accidentalis, ut in l. qui habet. ff. de tutel. Cū ergo hęc deficient verba legis, non est admittenda eius dispositio, neque enim est recedendum à verbis, ut in l. non aliter. ff. deleg. 3.

31 ¶ Præterea ratio, qua tutori decima datur, est labor quem sustinet par maxime potestati, quam habet in rebus pupilli, ut dixi cap. 2. Quo enim, maior est potestas administrationis maior est labor, debet enim administrationē exequare potestati. Neque enim potestas debet esse otiosa, ut dixi cap. 2. at potestas quam tutor habet in pupillo, maior est quam ea, quam curator habet in furioso, ut notat Bened. et. in repetitione. c. Raynuntius, verbo *Mortuo itaque testatore*, in 2. num. 277. Tutor enim datur personæ; at curator furiosi præcipue datur rebus; idē potestas minor est, ut notat Bart. l. 1. num. 5. ff. de bono. posses. furio. & infan. dela. Alexand. Iaso. Decius, Roman. & Ang. in l. infantis. C. qui admittit, & docet Hormanoctius Decius, in repet. l. 1. §. adipiscimur, num. 12. col. pen. ff. de acquir. posses. Vnde fit, ut furiosus non trāsmittat ad hæredes hæreditatem extranei sibi delatam, etiam si curator eā adierit. l. Antistius. §. fin. & ibi Doctores. ff. de acquir. hæredi. notat glossa. Bart. Alexand. Iason. & Decius in l. infatis. C. qui admitti. Bart. & Iason. num. 36. in l. ex facto. ff. de vulga. & pupil. & videtur probari in l. fin. §. tali. C. de cura. furio.

32 ¶ Sed tamen (salvo semper doctio: um iudicio) ego curatori furiosi, prodigi, & similibus, decimam dabo. Moveor ex textu insigni in l. qui neque. ff. de reb. corū, ibi: *sed si curator sit furiosi, vel cuiusvis alterius, non ad-*

lescentis; videndum est, an hanc orationem admittamus, & puto, quia de pupillis Princeps loquitur, & coniuñcti tutoribus curatores accipiuntur pertinere.

¶ Nota, quod idē lex rem extendit ad curatorem furiosi, quia Princeps locutus fuerat de pupillo, vel de eius tutore. Idē probatur in Authē. ut ij, qui obligatas se habere perhibent. §. & hæc: cuius verba hęc libet annexere. Et hæc dicimus, in omni curatione, in quibus omnino curas aliquorum introducunt leges prodigorum fortē, aut furiosorum, aut amentium, aut si quid aliud iam lex dixerit, aut si quid inopinabile natura adinvenit. Nota, quod æquiparatio tutoris, & curatoris furiosi, & prodigi, non solum procedit in casibus à iure expressis, sed etiam in casibus quos inopinabile natura adinvenit.

33 ¶ Præterea facit. l. si. ff. de tutel. & ratio distrah. ubi privilegium tutelæ, non solum datur adversus bona tutoris, sed etiam adversus bona curatoris furiosi: cum ergo furiosus par privilegium habeat adversus suum curatorem, sicuti pupillus adversus tutorem, æquissimum est, ut curator furiosus habeat privilegia, & præmia quæ tutor habet ex bonis pupilli. Et quod furiosus habeat privilegia adversus bona sui curatoris probatur in l. & mulieri. ff. de cura. furios.

34 ¶ His consonat communis opinio glossæ, & doctorum, dicens quod disposita in tutoribus pupillorum extenduntur ad curatores furiosorum, ut docuit gloss. in l. 2. C. de cura. furio. & ibi Bal. Salic. & Albe. Bar. in l. Marcellus. ff. de fidei ius. Bal. in l. fin. C. in quibus causis non habeat locum longi temporis prescriptio, & in l. iubemus in 2. col. 2. C. de Sacros. Eccles. & in l. infatis. col. 2. C. qui admit. Bal. & Cuma. in l. qui neque. ff. de rebus eorum, DD. per textum ibi in lapud Celsum. §. quæ in tutore. ff. de doli exceptio. Bar. Alex. col. 2. & Ias. nu. 9. in l. Imperator. ff. de re iudi. Alex. in l. si finita. §. si de vestigali. nu. 5. 2. ff. de damp. insect. Paul. in l. tutor. §. 1. ff. de iure iur. Alex. & Ias. in l. is cui bonis. ff. de verb. obli. Feli. in epist. pastoralis. col. 2. de iudici. Albe. in l. idem privilegium. ff. de privil. credit.

35 ¶ His accedit, quod tutori decima datur, propter laborem. Curator autem furiosi, non minus laborat quam tutor. Quod mihi videbor probasse, ubi primum docuero curatori furiosi, liberam generalemque administrationem à lege concedi, non minus

minus quam tutori: textus est expressus in. l. inter bonorum. ff. de admi. tuto. (inquit lex.) Inter bonorum, ventrisq; curatorem, & inter curatorem furiosi, itemq; prodigi, pupilli, pupillæve, magna est differentia, quippè cum istis quidem plura rerum administratio, &c. Nota, tutorem, pupilli, & curatorem furiosi æquiparari. Deinde utriq; concedi plenam rerum administrationem; cum ergo non minorem potestatem concedat lex curatori furiosi, quam tutori, & hæc potestas non debeat esse otiosa, planè sequitur, quòd nò minorem laborem sustinet curator furiosi, quam tutor. Quod si labor par est, cur præmiùm non erit par?

36 ¶ Et quòd onera imposita tutoris adolescentis, incumbant curatori furiosi, notat Alber. in. l. idem privilegium. ff. de privileg. creditorum. Ante omnia cogitur curam suscipere, ut notat Decius consil. 274. incip. visò decreto, num. 6. col. 3. nam obligatus ad factum, ex dispositione legis, tenetur illud suscipere, ut notat Bart. in. l. stipulationes non dividuntur, char. penult. ff. de verbor. obliga. per. l. si cum exceptione. §. sed & si quis. ff. quòd metus causa, ubi notat Bart. Idem Bart. in. l. 1. §. hoc autem ædictum. col. 2. ff. de novi oper. nuntia. & in. l. illud per textum ibi. C. de excusa. munerum. lib. 10. Bald. in. l. nec patronus, circa finem. C. de operis liberto. Abb. c. 1. in ultimo notab. de sponsalibus.

37 ¶ Deinde curator furiosi, tenetur de lata culpa, & levi, & de dolo ad similitudinem tutoris, & curatoris adolescentis; ita nominatim Decius consil. 274. num. 4. Deinde tenetur patrimonium, corpus, & salutem furiosi curare. l. consilio, in princ. ff. de cura. furio.

38 ¶ Deinde tenetur inventarium conficere, & satisficere, & iurare, sicut tutor, ut in. l. si. §. sed cum antiquitas. & §. fina. C. de cura. furio. & eius bona sunt tacitè hypothecata, sicut bona tutoris, ut in. d. l. fin. §. & inventario: & Doctores nostri, non aliter in eo loquuntur, quam in curatore adolescentis, ut patet ex scriptis per eos, in. l. infantis. C. qui admitti. Et tenetur respondere legatarijs, ut per Alber. in. l. Licinius. ff. de legat. 2.

39 ¶ Non obstant ex adverso prolata: nam præterquam, quòd ratio legis generalis est, tam competens curatori furiosi, quam tutori, & curatori adolescentis, & ex hoc extendi possit, ut dixi nu. 14. satis tamen

dicitur ætatem non habere, qui propriæ mentis compos non est, & intellectu caret, idè furiosus, ne infans quidem est. Infans enim ad aliqua applicat animum, & aliqua intelligit, iuxta tradita in. l. donatarium. C. de acquir. possess. & in. l. pupillus. ff. de acquir. hæredi. ætatemque habere dicimus illum, qui prudentia valet, iuxta illud: *Ætatem habes, responde pro te.* Prudentia enim, facit hominem senem, licet ætate puer sit, iuxta illud Sapientis, *Canis hominis sapientia eius.* Ergo furiosus omni intellectu destitutus, & à prudentia alienissimus, ætate caret, brutisque potius est annumerandus, quam adolescentibus: ergo, cum adolescentis curatori decima detur; æquum est etiam dari curatori furiosi?

40 ¶ Deinde licet de hac re non sit lex nominatim scripta, sufficit legis mens, eiusque ratio: quæ cum adsunt legem de ea re scriptam dicimus, ut in. l. his solis ibi, *Satis tacitè cautum putamus.* C. de revoc. donatio. Satisque mihi est, quòd hæc lex loquitur de his quæ traduntur defensoribus, ut eorum personas, & bona curent, quòd in furioso, qui curatori traditur contingit, ut in. l. consilio. ff. de cura. furiosi: eandemque habet potestatem eius curator, quam curator adolescentis: & curator furiosi, principaliter datur personæ, & in hoc magis accedit tutori, quam curator adolescentis, ut scribit Salicet. in. l. in copulandis. C. de nupt. Decius in. l. infantis, num. 12. C. qui admitti.

41 ¶ Deinde licet furiosus, non transmittat hæreditatem additam à suo curatore, non hoc idè est, quia minorem potestatem habeat eius curator, quam tutor. Sed quia maior defectus est, esse in furore, qui metam non habet, quam esse infans, qui tempore fit vir, ut notat Decius, Iason, & alij in. d. l. infantis. Et ut verum sit, quòd tutor habeat maiorem auctoritatem, non tamè maiorem potestatem; & casus notatus à doctores specialis est, ratione naturæ rei, non verò ratione potestatis.

42 ¶ Sed quid si furiosus dilucida habeat intervalla, & sex mensibus sanus sit, alijs sex alienationem mentis patiat; quæro, an pro toto tempore sit danda curatori decima? Et quidem ita videtur, quoniã etiam tempore dilucidi intervalli curator est, ita enim est iure constitutum, ut curator furiosi curator sit, etiam pro tempore, quo furiosus non est in furore, sed dilucidæ

Rr 2 mentis

De decima Tutori

mentis intervallis fruitur: ita probatur in l. cum alijs. C. de cura. furio. & ibi notant Bald. & Salicet. & in simili docet Bart. in l. ex facto. col. penult. & ibi Doctores. ff. de vulgar. & pupil. & in l. humanitatis. C. de impuberum, & alijs substitut. ubi notant, quod etiam si substitutio facta filio furioso, finiatur eo reverso ad sanam mentem, ut in d. l. humanitatis, & in l. ex facto, tamen si furor eius naturæ sit, ut desinat, ac rursus recurrat, dilucidæ mentis intervallum non irritat substitutionem, sed durat, ac si alienatione mentis semper pateretur.

44 ¶ Sic Doctores in d. l. cum alijs. C. de cura. furios. scribunt, quod si interdictum relaxetur ad tempus; quod finito tempore, non est novum interdictum, sed idem cum primo: arguendo de furioso, qui diversis intervallis, furoris, & sanæ mentis perfruitur, sicut enim pro toto tempore una cura est, non facta consideratione dilucidi intervalli, ita etiam pro toto tempore unum est interdictum.

45 ¶ Sed mihi contraria sententia placet, imò licet furor recurrat, curator solum habebit decimam, pro tempore furoris, non verò pro tempore dilucidi intervalli: moveor ex textu insigni, in l. cum alijs. C. de cura. furio. ubi inquit lex, quod licet curator eius: cuius furor per vices recedit, & reddit, semper pro toto tempore sit curator, tamen pro tempore quo furor recedit non potest res furiosi administrare, sed ipse met furiosus pro eo intervallio administrabit, inquit lex. *Cum incertum est huiusmodi furoris homines, quando resipuerint, sive ex longo, sive propinquo spatio, cum possibile est, & in confusio furoris, & sanitatis eum sæpius constitui, & per longum tempus sub eadem esse varietate, ut in quibusdam videatur etiam penè furor esse remissus, curatoris creationem non esse finiendam, sed manere quidem eam, donec talis furiosus vivit, quia non est penè tempus, in quo huiusmodi morbus desperetur: sed per intervalla, quæ perfectissima sunt, nihil curatorem agere, sed ipsum furiosum posse, dum sapit, & hereditatem addire, & omnia alia facere, quæ sanis hominibus competunt, &c.*

¶ Nota, quod pro tempore dilucidi intervalli curator nihil debet agere, ergo cessat fundamentum, & ratio huius legis, scilicet labor administrationis, qui nullo modo adesse potest, cum lex vetet administrationem, & illam legem ad hoc notat Bald. in l. furiosum, nu. 2. C. qui testam. facer. poss.

Rursus nota verba ultima. d. legis ex quibus probatur, quod pro tempore dilucidi intervalli, competunt furioso, quæ sanis hominibus competunt; sanis autem homines decimam non percipiunt.

¶ Non obstant adducta in contrarium, nam licet pro toto tempore una cura sit, tamen durante dilucido intervallio cura est nominis, non re; cum nihil agere debeat, & ille qui nomine tantum est tutor, decimam habere non debet, ut dicam infra capite. 6.

46 ¶ Quid tamen, si curator petenti, vel reputanti decimam, obijciatur furiosum per sex menses fuisse in sanam mentem, an curator debeat probare furorem, an verò alij teneantur probare furiosum reddidisse ad sanam mentem? *Quidem licet furor non presumatur, nisi probetur, ut in l. y. C. de codicill. notant Doctores in l. furiosum: C. qui testam. facer. poss. tamen si quis in furore incidit, & furor per aliquot dies duraverit, dicens illum reddidisse ad sanam mentem, debet illud probare. Presumitur enim furor semper durare, nisi contra probetur, ita notat glossa in cap. fina. de successio. ab intesta. & in cap. indicas Hermanum. 3. q. 9. Ansharr. & Cardin. in Clement. 1. de homicid. Anto. & Imol. in cap. cum inter Canonicos, de electio. per glossam ibi dicentem semper presumi morbum durare, Imol. in c. fin. de presumptio. & in l. qui testamento. §. nec furiosus. ff. de testam. & licet est communis opinio, teste Ias. in l. patre furioso. col. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iuris; Alex. conf. 86. nu. 1. 2. lib. 2. Salicet. in l. furiosum. C. qui testa. facer. poss.*

47 ¶ Si tamen mentis alienatio, brevissimo tempore duravit, presumitur ex accideri processisse, non verò mentis radicem perturbatam, auctore Alex. d. conf. 86. nu. 1. 2. lib. 2. Bar. in l. i. ff. de bon. possel. furio. & infan. dela.

48 ¶ Quod autem finiatur cura furiosi, vide DD. in l. humanitatis. C. de impub. & alijs ibi Deci. num. 10. l. 1. & ibi Bal. C. de cura. furio. Guido decis. 260. ubi dicit, quod licet vulgò dicatur, curam furiosi cessare, cessante furore, hoc intelligitur, quando post furorem fuit per biennium, aut triennium, in sana mente, citat Authent. de monachis. §. illud. collatione. 1. sed certè eius opinio dura, & insipida videtur, & aliter videtur sentire. Bald. dicta. l. 1. Barto. in l. is cui bonis. ff. de verborum obligat. Deci. consil. 274. col. 2. versic. nec ad pueri debet.

debet. Boerius decis. 23. num. 39. & in consuetudinib. Bituricens. titulo de iure personarum. §. 8. col. 2. versi. sed curatores.

49 ¶ Rursus quis teneatur probare furorem, cum nescitur illū, de quo agitur unquam fuisse in furore, vide Specul. de probatio. §. 1. versi. pone quidam erat furiosus Lapum allegatione. 26. Socin. conf. 42. lib. 1. Boer. d. decis. 23. nu. 67.

¶ Curator autem furioso, quomodo dādus, vide Fulgo. confi. 80. col. 2. Alex. d. confi. 86. nu. 7. lib. 2.

51 ¶ Finem faciam, si addidero, quod si quis furioso, vel prodigo detur curator, non est audiendus, allegans illum non esse prodigum, ut per Deci. confi. 274. num. 1. Felin. in c. lator. col. 2. de re iudicat. Rota in decis. 4. tit. de testamentis. in antiquis.

52 ¶ Rursus notādum, quōd si ad suggestionē aliquorum alicui fuerit interdictum bonis, tanquam prodigo; certē si talis prodigius faciat testamentum, & instituat, vel substituatur eos, quorum suavis est sibi bonis interdictum, testamentum nō valet, & res defertur advenientes ab intestato, ita Rota decis. 4. tit. de testa. in antiquis, Boer. in consuet. Bitur. tit. de consuet. iur. personarum. §. 8. col. pen. Neq; enim sunt audiēdi allegantes non fuisse prodigum illū, cui bonis est interdictū, propter eorum suggestionem: quod sequitur Cōstantinus in leges Regias, artic. 131. col. 3. quod ad furiosum videtur extendendum eadem ratione.

53 ¶ Itaque, si mea delatione curator, Petro (tanquā furioso) datus sit, & post me hæredem instituat, non possum petere eius hæreditatem, allegando illum furiosum, non fuisse: quod, & iuri, & æquitati convenit, & videtur rationi rectē maximè congruere.

54 ¶ Postremò, quōd ad superiora attinet illud addendum, quōd eo nomine labor curatoris furiosi, censei potest maior, quam labor tutoris, quoniam tutor portum spectat, scilicet pubertatem: at curator furiosi, terminum non habet, furor enim censei morbus insanabilis, vt notat Iaso. in l. infantis. col. 1. C. qui admitti.

S V M M A

- 1 **P**atri tutori, an sit danda decima.
 2 Pater, nullus propinquior filio.
 3 Pater non debet esse deterioris conditionis, quam extraneus.

- 4 Mater, si ex statuto lucretur dimidium mobilium, statutum practicandum adversus filios.
 5 Parentes semper videntur velle repetere, à filiis, si expendunt, cum sunt eorum tutores, vel negotiorum gestores.
 6 Pater tutor subit omnes labores tutelares. Et facit inventarium. Et reddit rationem, nu. 7. Et cogitur suscipere tutelam, nulla obstante excusatione, nu. 8. Et tenetur augere rem filij.
 8 Pater, ratione doli, amittit legitimam administrationem rerum filij.
 9 Filio laboranti in re patris, an detur salarium, & nu. 31.
 10 Patri tutori, non danda decima. Pater non repetit à filio expensas, quas facit ex necessitate.
 11 Pater cogitur suscipere tutelam filij.
 12 Administrare, non est expendere.
 13 Parentes etiam, si sint administratores, non repetunt expensa in personam filij.
 14 Parentes non repetunt expensa in pium usum filio utilem.
 15 Parentes non repetunt expensas parvas.
 16 Privilegium excusationis, quia quis habet tres tutelam, non prodest patri, ut se excuset, à tutela filij, quia est adversus naturales stimulos.
 17 Pater, est legitimus tutor filij impuberis, Et an sit legitimus curator, nu. 79. Pater retinet dimidium ususfructus, in præmium emancipationis.
 18 Mens legis, habetur pro lege.
 19 Filius recuperat adventitia ex matrimonio Iura Regia: non tamen recuperat ea ita plene, ex emancipatione.
 20 Filius debet esse pubes, ut recuperet adventitia, per matrimonium, & fiat sui iuris.
 21 Pietatis intuitu administrans, non aufert salarium.
 22 Filius administrans rem patris, an auferat salarium.
 23 Pater possidens adventitia, debet ex fructibus facere expensas.
 24 Amor paternus maximus.
 25 Medicus curans consanguineum ægrotum, an repetat.
 26 Pater expendens in curado filio, an videatur habere animum repetendi.
 27 Appellatione consanguineorum, ex vulgato usu loquendi, an veniat parens.
 28 Pater non potest esse tutor filij, nisi sit emancipatus, & emancipatio non præsumitur.
 29 Pater tutor debet indulgentius agere cum filio, quam tutor extraneus.
 31 Filio curatoris patris furiosi, an danda decima, & nu. 34. 35. & 36.

Rc 3 Filius

De decima Tutori

- 32 Filius curator patris tenetur reddere rationem. Ratio quæ frater reddit de administratione, non debet esse nimis rigida. Filius semper videtur habere animum repetendi.
- 38 Mater tutrix, an possit auferre decimam, distingue plures casus.
- 39 Mater in vita, non cogitur esse tutrix.
- 40 Mater tutrix debet promittere defensionem filij.
- 41 Mater non faciens in ventariū, prius vatur hæreditate filij, & in multis peioris conditionis est in tutela, quam maritus, & nu. 42.
- 43 Mater debet reddere rationem, & bona eius sunt tacite hypothecata, & dos pro administratione retineri potest à filijs, & nu. 44.
- 45 Mater renuntiat omni legum auxilio, & se obligat, sublato Vellejano si vult admitti ad tutelam, & nu. 47.
- Et an hæc renuntiatio debeat precedere, numero 48. & 49.
- Et an hæc observet tutrix testamentaria, nu. 50.
- 46 Mater ratione male administratæ tutelæ, an capi possit, & nu. 78.
- 51 Pater, per secundas nuptias, non amittit tutelam filiorum, & quid in matre, & quid in legitima administratione quam habet pater, iure patriæ potestatis.
- 52 Mater asserens se velle nubere, an amittat tutelam, & an eam recuperet mortuo secundo marito.
- 53 Mater secundo nubens, amittit filij hæreditatem, si ei tutorem non petijt.
- 54 Filius, an alidus apud matrem, quæ secundo nubit.
- 55 Secundus maritus tenetur de periculo tutelæ, quæ uxor gererat in bonis filiorum.
- 56 Mater secundo nubens, ante redditam rationem, & petisum tutorem, quæ potest puniri.
- 57 Mater, an repetat alimenta data filio.
- 58 Mater tutrix, non videtur expendere de suo.
- 59 Mater, quando sit minus dubium, quod potest auferre decimam, & nu. 60. & 61. usque ad num. 64.
- Et quid si petant eam eius heredes, vel ipsa petat ab heredibus filij.
- 59 Tutor, an possit deducere expensas quas fecit in actore.
- 62 Mater filium ægenum alere tenetur.
- 63 Mater non deducit decimam, quando filius æget suis redditibus ad se alendum.
- 65 Mater, an repetat expensas factas circa personam filij, vel expensas modicas.
- 68 Mater nubens consentientibus filijs, an amittat tutelam.
- 66 Maritus dicens, relinquo uxorem dominam, & administratricem, an videatur eam facere tutricem. Et quid si dixit, relinquo filios sub potestate matris, nu. 69.
- Et quid si dixit in manibus matris.
- 70 Mulier prohibita contrahere absque quadam sollemnitate, an possit assumere tutelam filij.
- 71 Tutor datus à patre, an præferatur etiam in matris.
- 72 Mater, an excludatur à tutela per auum.
- 73 Mater est curatrix bonorum filij absentis.
- 74 Matre nubente, an ad paternam, an vero ad maternam auiam tutela pertineat.
- 75 Pater, an possit prius uxorem tutelam.
- 76 Mater, an præferatur tutoribus testamentarijs.
- 77 Tutor datus à matre, an administret invito patre. Mater debet petere curatorem ventri, alias amittit successione.
- 80 Filio datur curator propter malos mores patris.
- 82 Patre ad secunda vota transeunte apud quem demoratur pupillus alij.
- 83 Pater, an præferatur matri petenti administrationem. Et quid si pater sit naturalis.
- 84 Pater iubens filios educari penes matrem, an videatur matri relinquere alimenta.

¶ An patri tutori sit danda decima; & quid in matre tutrice, & in filio curatore patris. Capit. IIII.

- 1 **R**ursus quero, an patri tutori decima danda sit. Hæc est dubia quæ stilo, in qua eruditi variare solent. Primo, (quod patri sit danda decima) probari videtur, ex verbis huius legis, quæ attentè excutere oportet; inquit lex. Si algunos huérfanos, que sean sin padre, o sin madre, los parientes mas propinquos reciban à ellos, y à todos sus bienes. Et paulò post, y sino o viere parientes que sean para ello, el Alcalde de los azuárdar, à alguñ ome bueno, y quienquier que los tenga; mà tengalos de los frutos, y tome para si el diezmo de los frutos por su trabajo.
- ¶ Nota primo illa verba, *sin padre, o sin madre*, ex quibus probatur, legem hanc loqui, siue quis careat patre tantum, siue matre tantum, hoc enim significat illa disiunctiva, *sin padre, o sin madre*. Deinde inquit lex, *Los parientes mas propinquos reciban à ellos, y à sus bienes*.
- 2 ¶ Deficiente autem matre, nullus pupillo proximior patre; & ei ex lege defertur tutela, ut in. §. 1. Insti. de legiti. paren. tutela, & §. præterea si impubes. Insti. quibus modis ius patri potestatis solvi. Postea subiungit lex, *Y quiè quier que los tuuere, tome para si el diezmo de los frutos*, quæ verba superioribus

bus iuncta, expressè videntur probare patri decimam dandam: pater enim est proximior, & lex postquam dixit propinquiori tutelam deferendam; subiicit, *Y quien quier que los tuuicre, tome para si el diezmo.*

3 ¶ Rufus hæc opinio probatur, quoniam alienum videtur ab omni prudètia, patrè deterioris esse conditionis, quam extraneum, præsertim, cum pater sit tutor legitimus, hoc est, ex lege datus, non item extraneus. Deinde huius opinionis videtur esse Boerius, in consuet. Bituricen. titulo de consuetudine iuris status personarum. §. 1. col. 2. vers. sed contra hunc, ubi legem Gallicam definientem, tutori dandos fructus, extendit ad patrem, tutorem, ne deterioris conditionis sit, quam extraneus; idè Pyrrhus, in consuet. Aurelianè, tit. quib. modis ius patriæ potestatis solvi. col. 2. sic Molin. in cõsuet. Paris. dicit, quod iure Gallico patri custodi filij, dantur omnes fructus rerum filij, ita docet tit. 1. §. 3. 2. nu. 1.

4 ¶ Præterea cõprobatur, quoniam si ex statuto mater luceret dimidium mobilium, statutum seruandũ aduersus filios, & ex bonis defuncti deducendũ, ut tradit Cassa. in cõsuet. Burg. sub. 6. §. 1. col. 2. nu. 4. nisi forte pater habet filios, ex alio primo matrimonio, ut sentit Alex. cõs. 1. §. 8. incip. circa primum dubium, lib. 5.

¶ Deinde, cum hoc sit generale tutori decimam dari, quis legè generalitèr loquentè restringat? cum lex generalitèr loquès, generalitèr debeat intelligi, ut in l. de præcio. ff. de publicia. Præterea minus damnosum est pupillo dare decimam patri, quam extraneo tutori, cum patri successurus sit, nõ item extraneo.

5 ¶ His cõsonat, quod licet expensæ factæ à patre, vel matre, aliquando censentur factæ animo donandi, hoc non procedit, quando pater, vel mater tutores sunt, vel negotiorũ gestores, tunc enim non paterno affectu, sed ratione negotij videntur expendisse, & cessat præsumptio donationis, & sua repetere possunt: ita probat. l. Nessenius. ff. de negot. gest. & ibi notant Guilliel. Bar. & Albe. & Paul. tradunt Albe. & Aret. in l. alimèta. C. de neg. gest. Novel. de dote. 6. par. priv. 6. Lup. in rub. de donat. inter. §. 66. nu. 14. Bosqueus in tractatu de nuptijs, lib. 5. nu. 34. Beronius. quæst. 1. 1. Antonius Gomezius in l. 5. 1. Tauri, num. 23. Socin. consil. 5. col. penult. & fin. lib. 4. Pater autè gerens tutelam filij, quamvis nihil expen-

dat ex proprijs facultatibus, satis dicitur expendere, cum animi provisione, & corporali intentione laborans circa res filij, non iam pecuniam, sed vitam ipsam prodigere videatur. De iure enim, paria censetur petere expensas factas in melioratione alicuius rei, vel petere salarium laboris suscepti, ut significat Iaso. in l. si non sortem. §. si certum, nu. 10. vers. limita. iuncto vers. sic. adde. ff. de condit. indeb. & vel in sumptis tempus (cuius iactura maxima est) sufficit, ut dicatur expensa. Quod si ipsa tutela gestio, est expensa, & pater repetit expensas, cum est tutor, vel negotiorum gestor, neque videtur filio velle donare, sequitur, quod pater tutor habebit decimam, & videtur habere animum petendi eam: facit. l. 1. de negot. gest. & ibi Doctores notant, quod mater repetit expensam in acceptando tutelam.

6 ¶ His accedit, quod ratio huius legis, est labor tutoris. Pater autè tutor, tenetur obire, omnes labores tutoribus iniunctos, ut novissimè scripsit, vir grauissimus, omnis virtutis amator, propter eruditionem, & virtutem eximiam, quam in ira humanitas aptissimè condiebat, longiori vita dignus: Arius Pinelus Lullianus, suæ ornamentum, in l. 1. C. de bonis maternis, in 2. parte. num. 30. vers. si unde sequitur.

¶ Primum, tenetur facere inventarium, cum tutor est, ut in l. 1. infra isto titulo De la guarda de los hueros. Bald. in l. si superstitite. C. de dolo. & in l. licet. C. ad leg. Falcid. & in l. cum oportet. §. fin. C. de bon. que liber. Iason in l. Præses. C. de transactio. Ang. in Athen. de nupt. §. sed quod sancitum. Aret. in l. finali. §. 1. col. fin. ff. de verbor. obligat. Socin. consil. 2. col. 1. in fin. lib. 1. Quamvis secus sit, quando est legitimus administrator, tamen etiam, tunc verius, & honestius est, ut descriptionem facere teneatur, ut per Benedict. de Peru. consil. 149. in 6. dubio. & faciunt ad hoc quæ dixi. c. 2. nu. 50.

7 ¶ Deinde cogitur rationem reddere, cum est tutor, & eius bona tacitè sunt hypothecata: ita docent Bald. Paul. & Corne. in l. cum oportet. §. sed cum tacitas. C. de bon. que liber. Bald. in l. orphanotrophos. nu. 7. C. de Episc. & cleri. Bal. Paul. & Aret. in l. si superstitite. C. de dolo, vbi videtur probari. Iason in l. Præses. num. 3. C. de transact. Crotus in repe. l. frator à fratre. num. 56. ff. de cõdi. indebi. Rodericus in q. maioratus, col.

De decima Tutori

col. fin. qui citat. l. litis contestate. §. pater ff. de negot. gest. Cassan. in consuetudin. Burgūd. fo. 224. col. 3. in fin. Corrasius in repet. l. frater, à fratre, num. 8. ff. de condic. indebi. & hoc generale est, ubicunq; pater non habet usumfructum, in rebus filij, uti tradunt Doctores, in locis supracitatis: Boerius, decisione. 61. num. 9. Tiraquel. in .l. si unquam in princip. legis, num. 29. C. de reuoc. dona.

8 ¶ Præterea cogitur suscipere tutelam filij, adeò severè, ut etiam si tres habeat alias tu telas, quæ immunitatem præstare solent, non possit ea uti adversus filium, ut in .l. amicitissimos. §. Lucius. ff. de excu. tuto.

¶ Neque custodire solum, & administrare, sed augere tenentur res filiorum, ad similitudinem cæterorum tutorum, ut in .l. ultima. §. minores. C. de sententiam passis. Et si culposus reperiatur removeri potest ab administratione tutelæ, quinimò legitimam administrationem quam habet iure patriæ potestatis amittit, ex dolo, ut notat Bald. in .l. cum oportet. §. non autem col. 1. C. de bouis quæ libe. gl. in .l. §. non autem ea lege. ubi Socin. num. 3. Socinus consi. 34. nu. 15. & sequent. lib. 1. Alexan. in .l. Imperator. ff. ad Trebel. Negufan. de pignori. 4. membro. 2. parte. num. 13. & num. 16. Aretin. consi. 72. num. 7. versi. ad sextum. Lupus in cap. per vestras. §. 17. numer. 13. de donatio. inter virum & uxor. Ioann. Nicolaus Arelatensis in .l. generalitèr. num. 155. C. de secund. nupt. Boer. decisio. 61. nu. 19. Pinelus in .l. 1. C. de bonis mater. in. 2. par. num. 53.

9 ¶ Postremò hæc opinio probatur efficacitèr, quoniam filio laboranti in re patris, datur salarium, ut scribit Fulgos. in .l. illud. C. de collatio. Socin. consi. 92. num. 15. versic. aliquando pater. lib. 1. Pyrrhus in consuetudinibus Aurelianensibus titulo de feudis. §. 27. Tiraquel. de primogenijs, quæst. 89. & refert Crotus in repet. l. frater à fratre, num. 118. quæst. 31. ff. de condic. indebi. Quod præsertim admittitur, quando ex opera filij provenit lucrum patri, vel eius res melior redditur: ut scribit Alexan. in .l. illud. num. fin. C. de collatio. & ibi Bar. num. 2. Paul. num. 6. Iaf. num. 7. Abb. conf. 35. num. 2. versi. si vero capitale. lib. 2. Roman. consi. 469. col. 2. Decius in .d. l. illud col. fin. cum alijs à me prolixè congestis supra cap. 2. num. 9. usque ad num. 15. ubi late rem tractavi.

¶ Quod si datur salarium filio laboranti in re patris, cur non detur patri laboranti in re filij? multò enim plus debet filius patri, quam pater filio. Filius quicquid est, habet à patre, ab eo alitur, & illi obedientiam debet, nihilominus tamen aufert salarium si eius rem curat: quanto magis auferet pater qui filio nihil debet, & à filio nihil accipit, cur deterior sit conditio patris administrantis rem filij, quam filij administrantis rem patris? Huc pertinet vulgatum illud, *Quoties de re agitur pater filius non agnoscat, neque filius patrem.*

10 ¶ Equidem in hac quotidiana quæstione, mihi diversa sententia gravior, & probabilior videtur. Moveor, quoniam cum pater ex necessitate expendit in rem filij, non repetit, si sit administrator, si non cessatq; hoc casu distinctio. l. Nessenius. ff. de negot. gest. Ita Alber. ibi col. 2. Bartol. Alber. Bald. Paul. Angel. Cintis, Salic. Alexand. & Aretin. in .l. alimenta. C. de negot. gest. gl. in .l. si quis à liberis. §. non tantum. ff. de libe. agnosced. Ripa post Alexan. Imol. & Aretin. & Socin. in .l. 1. nu. 90. ff. solu. matrimo. ubi proponunt quæstionem de patre curatore filie, & dicunt quòd si eam dotat, videtur dotare de suo non de re filie; non obstante quòd est eius curator: nam expensa dotis, est expensa necessaria, facta ut se liberet ab obligatione legis, non vero animo repetendi: & idè cum expendat necessario, & lege cogente, non oportet distinguere, iuxta dispositionem. l. Nessenius. neque respicere an sit curator, vel non, ut late docui in tractatu de non meliorandis filiabus cap. 11. nu. 136. versic. quod procedit.

11 ¶ Hoc supposito, pater cogitur gerere tutelam filij sui, ut in .l. amicitissimos. §. Lucius. ff. de excu. tuto. ergo etiam si ipsa gestio tutelæ esset expensa, non posset pater eam repetere, iuxta communem doctorum opinionem supra relatam.

¶ Sed obijciat aliquis. Hac sane ratione, nullus tutor decimam auferet, quoniam omnes tutores coguntur suscipere tutelam: nihilominus tamen hæc lex concedit eis decimam. Audio argumentum, sed in patre peculiaris quædam coactio est longè superans coactionem cæterorum tutorum, cæteri enim tutores pluribus rationibus excusantur scilicet, si tres aliàs habeant tu telas, ut in .l. amicitissimos. §. Lucius ff. de excusatio. tuto. At pater licet tres habeat tu telas

tutelas, non excusatur à tutela filij, ut supra probavi, num. 8. nam videtur facere adversus naturalem stimulum, quem implere cogitur, omni post habita ratione. Itaque coactio patris, alia proflus est ab ea qua ceteri tutoris præmuntur. Cogitur enim precisè peculiari obligatione, diversè ab obligatione generali tutoribus imposta, ita probatur in dict. l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excusa. tutor.

¶ Ergo cum adeò severè cogatur gerere tutelam filij, certè etiam scripta gestio appellari possit expensa; non possit eam petere, quoniam præstat eam lege precisè, & rigide cogente; ita quòd eam recusare nullo modo potest.

12 ¶ Quod si expensas lege cogente factas, nõ repetit, multo minus repetet præmium administrationis; lege cogente susceptæ, eum re vera administratio; expensa, neque sit, neque dici debeat. Si enim gestio tutelæ, esset expensa, certè tutor gestionis salarium auferret de Iure Civili; nam de Iure Civili tutor reputat expensas, & repetit eas à minore; ut in l. 1. C. de reprobatione. & in l. 1. ff. de contrar. & utili actio. tute. at non reputat laborem administrationis, ut late dixi cap. 1. ergo administratio, non reputatur expensa: quod autem tutor non reputet (hoc est mercedem accipiat pro administratione) probatur in l. in eos. ff. de testat. & in l. qui negotiatione. in fine principij. ff. de administ. tuto. & docui late supra capite. 1. col. 1. & 2.

13 ¶ Præterea hæc opinio probatur, quoniam pater, vel mater, etiam si administratores sint, non reputant expensa in personam filij; ita docent Butricar. Cuius, Paulus, Bartol. Angel. Salicet. & Alexand. in l. alimentaria. C. de negotijs gestis Alber. in l. Nelsenius col. 2. ff. eo. titulo; & ibi Barto. ergo etiam si administratio, expensa dici posset, pater eius ratione nihil petet, cum bona pars, tutelariorum laboris, versetur circa personam pupilli, quem tutor optimis moribus instruere omnique consilio, & ope iuvare tenetur; uti dixi cap. 2. Et hoc de expensis factis circa personam, intelligendum quando fiunt necessario; ut per Barto. Nelsenius columna. 2. Doctores. l. 1. C. eodem. Administratio autem tutelæ necessaria patri est, & eam nullo legitimo privilegio recusare potest; ut in dicto. §. Lucius.

14 ¶ His congruit quòd parentes non reputant expensa in pium usum filio utilem, censentur enim illa donasse, ita Salicet. in l. alimentaria. C. de negotijs gestis. qui citat l. cum is. §. si mulier. ff. de condict. indebi. Rursus Paul. in l. is qui amicitia. ff. de negotijs gestis notans expensas pietatis intuitu factas; non repeti: scribit piam esse expensam; quæ in pupillum confertur; & in divinis libris innumera sunt loca ubi cœlestis vitæ præmia promittuntur, his quibus pupillu tuentur. Cui ergo pater, tutor filij; pium opus faciat, ad quod omni divina, & humana ratione tenetur, non petet eius præmium; nisi omnem Rempublicam pessimo exemplo contaminare vellit.

15 ¶ His accedit quòd parentes, non repetunt expensas parvas, ut notant omnes Doctores in l. 1. & in l. alimentaria. C. de negotijs gestis. gerere autem tutelam, neq; magna, neque minima expensa est.

16 ¶ Præterea hæc opinio probatur efficacissime in dicta l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excusa. tutor. ubi privilegium concessum, ut quis excusetur ab onere tutelæ, non datur patri, adversus filium, quoniam repugnat stimulo naturali, parentis animo insito, quem spernere ferum quidam est, non minus quam spernere naturæ legem: ut in l. 1. ff. de iustitia & iure, sicut ergo pater caret privilegio adversus filium, in evitando onere utili filio, multo magis carebit privilegio in capiendo lucrum damnosum filio (scilicet) in arrodendo eius rem, capiendo decimam: multo enim magis repugnat stimulo naturali; capere decimam, quam recusare tutelam, tutela enim pluribus honestis causis recusari à patre potest, at post susceptam tutelam, velle carpere rem filij, summè impudentiæ est; summæ quæ barbaricum, horridum, sævum & inhumanum. Quis adeò fœrus est, moribusq; adeò incultis, cui non monstri simile videatur parentem devorare, & carpere rem filij hoc est sui ipsius? A sine per medios insilit ignes fœtibus suis tutricem præstatura, & homo ratione præditus perfricta fronte, audebit salarium petere, quòd filio tutorem præstiterit eiusque rem gesserit cui omni iure obstrictissimus est, & natura coniunctissimus, ad cuius amorem violentissima naturæ vi impellitur? Cur auferat rem filij, qui cum alere tenetur?

De decima Tutori

ear, eiusque tutor est, non tantum iure, verum etiam natura? Cur naturæ legem violator transgreditur? Audio: vera hæc sunt, sed quid si pater, non vult naturalis stimuli rationem habere, sed ad vivum ius suum persequi? In id prodita sunt iura creati iudices, delecti prudentes magistratus, ut hos naturæ violatores non sine severitate coercent, eius exemplo quod ab Ethnico Iuriconsulto factum videamus, qui loquens de patre recusante tutelam filij; responsum reddit non solum de iure, verum sed etiam severam reprehensionem continens. Inquit enim in dicto .§. Lucius. *Contra naturales stimulos facit, qui adversus filium tentat uti excusatione.* Iudices oportet non solum punire homicidia, furta, adulteria, reliquaque, maleficia, sed efficere, ut boni mores augetur, vitia decrescant, utque pietate eorum opera ubique gliscente, homines non solum abstineant à maleficijs, verum etiam amplectantur honesta. Quod exemplum, esset, iudicem lata sententia pronuntiare, patri salarium præstandum quod filij rem gesserit? Non hoc summæ absurdum, planeque barbaricum esset, non extirparet charitatem ex hominum mentibus? Exemplum Scithicum: imò profus demoniacum, pater deglubat filium, prædonem præstat, non pastorem, novum monstrum in ultimas orbis oras exportandum. Quæ erit reliqua charitas inter cives, quæ amicitia, quæ societas, quæ fides? Reijciunt nostri plurima, non quod adversentur iuri scripto, sed quod absurda sint. l. nam absurdum. ff. de bonis liber. à hoc, nihil potest esse absurdus: pater nollens benignum tutorem se filio præstare, sed conductitium, execrandus est, non audiendus: cum non præstet quod bruta præstant, nulla mercede, nulla premij spe.

17. ¶ Rursus patri decimam, non præstandam, probatur. Nam ex legis dispositione, pater tutor est filij impuberis emancipati. §. præterea si impubes. Institut. quibus modis ius patriæ potestatis solvi. Pater autem emancipans filium retinet dimidium usufructus rerum filij, in præmium emancipationis. l. iubemus. C. de emancip. libero. l. cum oportet. §. cum autem. C. de bonis quæ libe. Ergo cum ratione emancipationis sit tutor, sequitur contentum esse debere dimidio usufructus, neque aliud di-

midium decimandum: nam tutela, provenit ex emancipatione, & ex emancipatione habet dimidium usufructus, quod multò magis est, quam decima fructuum.

18. ¶ His congruit id servandum pro lege, quod legislator si fuisset interrogatus respondisset, ut late tradit Ias. in l. Titius. ff. de liber. & posthum. glo. l. tale. §. fin. ff. de pact. Ego autem non dubito, quin si conditor huius legis interrogatus fuisset, an pater cui dimidium usufructus lex relinquit, cum emancipat filium percipere debeat decimam pro tutela, supra dimidium usufructus: quod habet ex emancipatione, responsurus fuisset, se non sensit de hac specie, cum ex emancipatione quæ dimidium usufructus patri dat, oriatur tutela.

¶ Hæc ratio me magnopere movet, non tam vi iuris scripti, quam æquitate quadam, quæ mirificè hoc casu adesse videtur.

19. ¶ Sed hic movebit alicui scrupulum Taurina constitutio. 48. definiens patrem adventitia omnino restituere debere filio emancipato, nulla parte usufructus sibi retenta: sed responde illud verum quando filius ægreditur patriam potestatem, per matrimonium; non autem quando per emancipationem, ut ex verbis eius legis aperte colligitur.

20. ¶ Deinde cum filius sit sui iuris, per matrimonium oportet excessisse pubertatis annos, ut per totum titulum de desponsatione impuberum: nam si ante pubertatem duxit uxorem, pater etiam stante lege Regia, non tenetur restituere ei adventitia, cum matrimonium non valeat, ut per Bart. Alexand. & Ias. in l. si ante nuptias. ff. solu. matrimon. Quinimo neque solvitur patria potestas. Et sic pater eius tutor est, cum illum habeat in potestate: quod si post pubertatis annos ducit uxorem, pater desinit curator eius esse, quoniam Iure Regio curatoris officium finitur matrimonio: ut in l. 207. Stili. quanto ergo minus incipiet argumento. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui; vel alieni iuris. Ergo præcedens argumentum urget non obstante lege Regia.

21. ¶ Postremò patri, non esse dandam decimam probatur in l. 3 §. tit. 12. part. 5. cuius verba sunt: *Piedad mueve a las vedadas al ome, a recebir algun huerfano en su casa, y dale por ende las cosas que le son menester, en recaudarle sus bienes.*

ner & accede despuer, que este quiere cobrar lo que assi despendio, e dexinos que lo no puede fazer. Nota illa verba: *En recaudarle sus cosas.* Quæ de administratione loqui videntur, & tamen negatur repetitio: quod si hoc in extraneo definitur, quid sentiendum de patre, quo nemo magis diligit filium, ut in l. fin. in princip. C. de cura. furio. præsertim tum hic non tractemus de expensis, à parentibus factis, sed de præbendo salario ratione administrationis: facit. l. si paterno affectu, cum ibi notatis. C. de nego. gest.

22 ¶ Ultimo facit quod late docui supra capite. 2. num. 3. & num. 9. usq; ad num. 18. ubi pluribus rationibus demonstravi, filio administranti rem patris, non esse dandum salarium, nisi insignis utilitas, & augmentum aliud suadeant, lege ibi scripta. Quod si filius, qui nunquam censetur donare patri, ut in l. si filius. C. de nego. gest. non aufert salariū, generaliter administratoribus concessum, quoniam filius est, quanto magis carebit pater salario tutoribus concesso, etiam si sit tutor filij; Nam pater magis diligit filium, quam filius patrem, & natura pater tutor est filij, alienumq; videtur ab omni ratione peioris esse conditionis. filium gerentem negotia patris, quam patrem gerentem negotia filij, & quod filio negemus salarium, patri autem demus. Quamvis enim filius obedientiam debet patri, & non pater filio, tamen natura, pater genitus videtur, ad fovendū, & tuendum filium, non vero e contra. Et magis naturale est patrē dare filio, quam filium patri, cum autem negotur salarium filio, negetur patri. Scio quæstionem hanc apud eruditos dubiam iudicari, illum tamen meo iudicio sufficeret, quod est prorsus Christiana charitate, & gravitate indignum, omnia ostere quæstum, & sordidam inuicandi artem sapere, præsertim inter patrem, & filium. *Equissimum est, ut pater gratis tucatur eum, quem proprio sanguine genuit, quod si recuset dignus est, qui ex hominum commercio excludatur, tanquam naturæ, mbristum communis sensus expers, brutum animal, sub humana specie latens.*

23 ¶ Præterea, quod patri non sit danda decima, probatur: quoniam emancipato filio impubere, pater ex lege duo habet, tutelam scilicet, & dimidium ususfructus in præmium emancipationis, ut supradixi. At pater usufructuarius tenetur facere expensas necessarias in rebus adventitijs, ut in l. fin.

§. ubi autem. C. de bon. quæ libe. l. 1. C. de bonis mater. ibi, *Sumptus ex fructibus facere,* & ibi notant Bart. num. 3. Bald. Angel. & Corn. & Pinelus, nu. 68. Barto. l. 1. §. 1. nu. 1. ff. usufructuar. que modum caue. Gozadin. consi. 94. Paul. Montepicus, in l. Titia cum testamento. §. Titia cum nubere. que st. §. 8. ff. de leg. 2. Ravenna singul. 60. Bart. l. fin. ff. de usufruct. lega. Hoc argumētum protuli ad persuadendū non ad evincendum: respondebit enim quispiam, teneri ad expensas eius partis, in qua habet usufructum.

24 ¶ Postremo facit quod non est prudentis viri pati affectum naturæ esse ociosum, legimus nullum esse amorem, qui vincat paternum. l. fin. in princip. C. de cura. furio. l. quidam cum filium, & ibi Angel. ff. de i. & red. institu. Rursus Bald. in l. præcibus col. 1. 1. versi. tertio hoc probatur. C. de impub. & alijs substit. scribit quod si amicus amico vult bona, multo magis pater filio. Præterea idem Bald. consi. 35. incip. pater filio col. 1. lib. 3. scripsit quod pater præsumitur filio providere non gravare. Et amoris paterni, & materni ardor est inextimabilis, ut inquit Bald. in l. præcibus col. 5. versi. sic. quid ergo si petijt. C. de impub. & alijs substit. Marian. consi. 9. pro sequēdo, col. 4. versi. vigesimo probatur. Et pater cœnsetur ardenti desiderio diligere honorem, & incrementum prolis suæ, ut inquit Bal. in cap. super eo. post princip. de testib. de amore autem inter patrem, & filium videndus est Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 1. Cephal. consi. 164. num. 21. Riminal. Senens. consi. 261. nu. 39. vol. 2. Ioan. de Amicis, consi. 144. nu. 5. Curtius seni. consi. 46. num. 6. & de effectu amoris. Petrus de Mōrad. in addit. ad Crotū tract. de testibus, ap. part. num. 128. & latius per Tiraquet. de legib. connubiali. l. 2. num. 7. & in l. 7. num. 22. & in l. 9. nu. 84. cū pluribus sequentibus, & in l. 12. nu. 44. & in l. 14. & in l. 15. quasi per totū, & in l. 16. num. 47. & Ioan. de Lignan. in tractat. de amicitia. §. dubitari. Et naturalis stimulus hortatur parentes ad filiorum æducationē. l. 1. §. accat. C. de rei uxor. actio. §. fin. Instit. de noxalib. Sic Bal. in Authent. ex causa col. 7. versicul. secundo accipio. C. de libe. præte. vel ex hære. scribit quod qui naturalem erga liberos charitatem nō curat, videtur habere morbum cerebri. Artaxerxes Persarum Rex, Regnum Dario filio celsit,

De decima Tutori

cessit, maiori scilicet afficiebatur gaudio videns filium Regno conspicuum, quam si ipse illud possideret, ut scribit Iustinus in initio libri decimi. Est quidē hic affectus naturæ, etiam brutis animantibus insitus, ut scribit D. Ambrosius in Hexamerō lib. 6. c. 4. his verbis: *Natura hoc bestiis infudit, ut catulos proprios ament, foetus suos diligāt, & paulo post, Quæ fera pro catulis, non ipsa potissimū se offerat morti. Quæ fera suos in numeris, licet obfessa cuneis armatorū, non suis visceribus tegat? Ingruat licet telorum seges, illa tamen parvulos suos muro sui corporis septos immunes præstat, periculi.* Sic Bald. in l. 1. col. 5. versic. expedita est. C. unde vi. scribit bruta animalia, salutem filiorum quadam naturali iustitia tueri, & defendere. Filius & pater una eademq; persona censentur argum. l. in sing. ff. de liber. & posth. l. nam, & si parentibus. C. de inoffi. testam. idē iniquum est, cum filio agere, ut cum extraneo.

25 ¶ Ultimo facit quod licet medicus curans ægrotum invitum, possit petere salarium, hoc non habet locum quando est propinquus, ut notat Corsetus in singularibus. verbo *Expensa*. 1. quod nescio an sit satis tutū nisi esset pater. * Quamvis pater expendēs in curando filio, repetere velle in dubio cēscatur, nisi possideat filij bona materna, nā tunc videtur facere tanquā administrator, ut in l. 2. & ibi Bart. ff. de petit. hæredi. De eius confi. 6. 1. 6. nu. 4. & donatio non præsumitur nisi cum sanguine, alia occurrāt, ut per Bart. Alexan. & Ias. in l. quæ dotis. ff. solu. matrim.

27 ¶ Non obstant ex adverso prolata. Primo nō obstant verba huius legis: nam illa verba, *Quædare sin padre, o sin madre*: non probant quod carens patre habeat matrem, neq; rursus quod carens matre habeat patrem, tutor enim datur pupillis, si ve careāt matre, si ve patre, si ve utroq;: quod autem lex non loquatur quando mortua matre patre superstes est, probatur ex verbis statim sequentibus: *Los parientes mas propinquos reciban a ellos, &c.* Quod si mortua matre cognati proximiores tutores sunt, ergo nō erat superstes pater, alioqui ipse tutor esset, non vero propinquiores cōsanguinei, neq; obstat si quis obiiciat illa verba: *Los parientes mas propinquos*: comprehendere patrem, quia nullus eo proximior filio; sed interpretatio non quadrat verbis legis. Inquit enim: *Los parientes mas propinquos*, in plurali, nullus autē præsumitur habere plures patres, neq;

cōiugis adulterium præsumitur: ut in l. miles. §. defuncto. ff. ad leg. Iul. de adult.

¶ Nisi in casu ab Anton. Gomez posito in l. 80. Tauri, nu. 60. & infinita genera probationum adulterij vide per Ioseph. Mascard. in tract. de probatio. 1. tomo. cōcl. 57. cum septem seqq. Rursus communis usus loquendi, non admittit, ut illa verba significant patrem. His enim verbis *Los parientes*, non significamus patrem, vel matrem, sed remotiores consanguineos; sic dicimus, *Pedro tiene muchos parientes*, & ex tali familia, *son muchos parientes*, & cum dicimus, *Pedro tiene muchos parientes*, non significamus patrem illius, quod probatur in l. 5. tit. 1. 6. part. 6. ibi: *Si la madre casare, de al moço al pariente mas cercano.*

28 ¶ Præterea quod verba huius legis tale quidpiam, non probent, probatur: quoniam pater non potest esse tutor filij, nisi sit emancipatus: ut in §. 1. Insti. de legit. parē. tutel. & §. 1. Insti. de fiduci. tutela. Filius autem semper præsumitur esse in potestate patris, ut per Doctores in l. si emancipati. C. de collatio. Aut ergo filius ante mortem matris erat emancipatus, & iam pater ante matris mortem erat tutor eius, neq; oportebat legem hanc providere, ut pupillus habeat in tutorem unum. ex proximioribus consanguineis, cum iam patrem haberet tutorem. Aut emancipatus est post mortem matris, & hoc casu non loquitur hæc lex. Primo quoniam non præsumitur emancipatio: neq; in hac lege est eius mentio; deinde quoniam repugnant verba legis, quæ statim mortua matre dicit, propinquiores esse tutores pupillo, ergo non loquitur de patre, qui non potest esse filij tutor, nisi sit emancipatus; filius autem pupillus non potest emancipari, nisi servatis certis solēmnitatibus, ut in l. i. ubi dicitur. C. de emanci. liber. Hæc autem solēmnitates non præsumuntur per Doctores in l. sciendum. ff. de verb. oblig. Cum ergo in hac lege nulla fiat mentio emancipationis, neq; verisimile sit illam statim mortua matre adfuisse, & emancipatio non præsumatur; palam est verba legis nō quadrare personę patris. Quid ergo significant illa verba, *Sin padre, o sin madre*. Nimirum non loquuntur de uno; & eodem pupillo, sed de diversis; alij enim deficit mater, alij pater. Quod autē loquatur in diversis pupillis, probatur, ex verbis huius nostræ legis cuius initiū est: *Si algunos huérfanos quedaren sin edad. Quāquā fateor posse intel-*

intelligi de plurius pupillis, ex eodem patre prognatis, vel de uno, & eodem pupillo, si ve moriatur pater, qui solum superstes est, si ve mater quæ tantum supererat. Rursus hanc legem non loqui in patre, probatur ex l. 3. statim sequenti. titulo. 2. lib. 3. Fori, quæ incipit, *si el padre*.

¶ Non obstat secundum argumentum; nã maximè convenit prudentiæ, & gravitati, patrem tueri filium gratis, neque petere salarium, quod in extraneo æquum, & rationale est. Præsertim, cum pater emancipans filium ex emancipatione tutor sit, & ex emancipatione retineat sibi dimidium vsusfructus, ut supra dixi.

29 ¶ Non obstat auctoritas Boetii, Pyrrhi, & Molinæ; ipsi enim dicunt apud Gallos etiam patrem tutorem ex lege; lucrari fructus, quia ita lege cavetur: tamen etiam, si apud eos hoc lege cautum sit, non sequitur legem suam esse iuri conformem, neque exemplis est iudicandum, ut in l. nemo. C. de sentent. & interlocut. omn. iudi. de quo, vide Bartol. in Rubr. C. quæ sit longa consuet. & in repet. l. de quibus. num. 2. opposit. 4. de legibus, Menchac. de successio-num progr. lib. 1. num. 5. 2. Roland. consil. 70. num. 1. 8. lib. 1. Guido Papæ, quæst. 29. Craveta consil. 144. in fin. & 168. Burfat. consil. 32. num. 26. & consilio. 36. num. 4. Burg. de Paz, in prohem. legum Taur. à num. 225.

¶ Non obstat quartum, quod protuli ex Cassaneo, quoniam ipse citat legem apud suos Burgundiones, de ea relata, non autem definiit rem ex decretis Iuris Civilis, neque ex ratione, sed sequitur legem apud suos de ea re vigentem.

¶ Non obstat, quod lex generalitèr loquens, generalitèr practicanda, id enim falsum, quando ratio, & mens legis adversantur; ut in l. his solis, ibi: *satis tacitè cautum putamus*. C. de revoc. donatio. Non obstat, quod pater tutor non debet esse peioris conditionis, quam tutor extraneus, quoniam hinc non est pater peioris conditionis, sed filius est melioris conditionis, quam si haberet tutorem extraneum. Neque pater dici debet peioris conditionis, quod legem nature impleat, & filium non expilet.

¶ Non obstat, quod pater tutor videtur expendere, animo repetendi, id enim falsum, quando expendit in rem, ad quam de iure est obligatus, ut supra probavi. Deinde administrare, non est expendere, ut supra

docui, neque repetit expensas pietatis causa factas. Non obstat, quod mater repetit expensa, in acceptando tutelam, quoniam illud debet intelligi in expensis extrinsecis, ut notant in l. 1. & 2. C. de negot. gest. At administrare non est expedere, & nullas expensas factas, lege cogente repetit.

¶ Non obstat, quod pater tutor præstare, & facere debet, quæ cæteri tutores præstant, quoniam ad id peculiaritèr, & præcisè cogitur, peculiari quadam coactione, & etiã: si administratio dici posset expensa, nõ potest pro ea precium petere, cum faciat lege cogente. Deinde labor tutoris extranei, liberalis dici potest, cum natura ad eum nõ teneatur, at pater tutor, etiam si maiora onera subeat, non satisfacit obligationi, qua filio obstringitur, iure diurno, & humano.

30 ¶ Non obstat, quod filio laboranti in re patris, datur salarium. Filius enim licet debeat obedientiam patri, non debet operas artificiales, ut dixi cap. 2. nu. 1. 2. At pater, præcisè, & peculiaritèr supra omnes tutores, cogitur gerere tutelam filii, ut supra dixi, ideo cū gerat lege peculiaritèr cogente, nõ potest repetere, quod in filio liberatèr, & spontaneè præstante, secus est. Deinde salarium est, filio dandum salarium, nisi insignis utilitas, & augmentum rei paternæ eius industria proveniens aliud suadeant, vel nisi propriis manibus laborarit, ut late dixi supra capit. 2. num. 9. usque ad numerum. 18.

31 ¶ Sed est quæstionis, an filio curatoris patris sit danda decima. Supponendum autè filium, furioso patri, vel matri dare curatorem, ut in l. furiosæ matri. ff. de cura. furio, & generalitèr patri, qui rebus suis adesse, non potest, datur curator, filius, potius quam extraneus, ut in l. is qui, in prin. ff. de tutor. & curator. datis ad his. Quid ergo danda est filio decima? æquidem supra capit. 3. docui curatoris furiosi, & prodigii dandam esse decimam non minus, quam curatoris adolescentis: tamen quod filio curatoris patris, non sit danda decima, probatur ex his, quæ late dixi supra capite secundo, numero. 9. usque ad numerum. 18. ubi tandem (pluribus prolatis) ea potior sententia visa es, ut filio administranti rem patris, non detur salarium: nisi augmentum rei paternæ eius opera proveniat, vel magna utilitas aliud suadeat: vide ibi dicta. Non enim videtur consultum

§ l. eandem

De decima Tutoris

eandem rem repetere, præsertim in eodē opere, tantum adde, quod scribit, Bal. conf. 3 1 6. lib. 4. num. 3. quod pater, non debet filio mercedem pro obsequio, nisi fuerit debita, vel conventa, citat. l. obsequio. C. de nego. gest. Ex quo videtur, quod cum filio negotiorum gestori denegetur salarium, vel præmium generalitèr dandum his, qui in re nostra laborant, ut dixi supra. c. 2. numer. 22. quod etiam denegetur ei salariū generalitèr, ex hac lege concessum curatori furiosi, vel prodigi. Rursus suadetur, quoniam filius obedientiam debet patri. l. veluti. ff. de iusti. & iure. Et plus debet patri, quam pater filio, ut supra dixi: ergo, cū pater tutor; nō auferat decimam de bonis filij, videtur, quod etiam filius non auferet decimam de bonis patris, cui omni iure est obstrictissimus. Deindè, magis absurdum videtur; filium pecuniam capere, pro administratione rei patris, quam patrem, pro administratione rei filij. Ergo, cum hac ratiōe patri denegaverimus decimā, videtur etiam deneganda filio.

32 **C**ontraria tamen sententia videtur probari, quoniam filius curator patris, tenetur reddere rationem, ut notat glossa in d. l. is qui. ff. de tuto. & curato. datis ab his: quam ibi sequuntur Doctores. Firmianus de Episcopo, num. 64. & eam esse receptam testatur Pinelus in l. 1. C. de bonis matern. in 2. part. num. 39. Idque generale est in filio, cui pater negotia commisit, nam ab eo poterunt fratres rationem exigere, licet exactio non debeat esse scrupulosa, sed ei debet credi in his, quæ verisimilia sunt, etiam si ratio non sit valdè particularis, & præsertim hoc servandum inter personas nobiles, nisi dicat quæ non sunt verisimilia, ut tradit Abb. conf. 1 2. col. 4. vers. 3. lib. 1. Corrañus in l. frater à fratre, in 2. part. nu. 7. & ibi Crot. nu. 19. ff. de condict. indebi. Deci. conf. 255. col. 1. Soc. 192. nu. 5. & consil. 2 13. lib. 2. Soc. 65. col. 1. lib. 1. & consil. 40. nu. 2. lib. 4. Molin. in cōsue. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. verbo, *den rendre*, num. 18.

33 **R**ursus, difficile videtur obtinere adversus hanc opinionem, ex latè traditis, per Fulgo. Alexand. Iaso. & Decium, post Bartol. & alios in l. illud. C. de collatio. ubi dicunt, quod filio administranti rem patris, est dandum salarium, præsertim, si res eius industria fiat melior, vel uberior: licet responderi possit, illud non admittendum, quando administrat nomine patris, ut ibi dixi.

Sed replicari potest, nihilominus dandum salarium, ut ibi dixi: & ex eo, quod ibi notant omnes de filio lucrante, cum pecunia patris, quod ei sit danda dimidia pars lucri, ut lato. sermone explicavi supra capit. 2. numer. 3. licet responderi possit, ut supra.

34 **H**æc res ambigua videtur ex dictis, in loco supracitato, idcō, breviter casus minus dubios definiam, & quæ magis ambigua sunt eruditus excutienda relinquam, æquidem si res paterna, industria filij curatoris magnum accepit incrementum, non dabo ei dimidium lucri, licet in filio lucrante cū pecunia patris definiant Doctores dandam, in locis citatis. capit. 2. numero. 5. hinc enim filius administrat nomine patris, & hoc casu cessat communis opinio, & totum acquiritur domino, vel patri: cuius nomine geritur, ut dixi cap. 2. nume. 8. item, non dabo dimidium lucri, quoniam hinc, administrat tanquam curator, & curatori nullum est dandum salarium, ut dixi capite. 1. colum. 1. & licet hæc lex corrigat hac in parte ius commune, & dicat curatori decimam dandam, solum dat ei pro administratione decimam partem, neque est excedenda præfinitio legis, neque dandum dimidium, tamen licet non sit ei dandum dimidium lucri, dabo ei decimam fructuum. Tum ex generali dispositione huius legis, (quæ in curatoribus etiam est practicanda,) tum ex æquitate, ne filius curator videat fructum industriae suæ, nulla re. præcipua sibi retenta transferri ad fratres otiosos, alienum laborem spectantes, adversus dispositionem, & considerationem. l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis, & §. 1. Instituti. per quas personas nobis acquiri. ibi, *Ne quod ex suis laboribus accesserit, hoc in alium proveniens luctuosum ei procedat.* Quæ æquitas, tot peperit dispositiones, in casu magis dubio, quas recitavi supra capit. 2. numero. 5. omnes enim Doctores, qui dant filio partem lucri, vel præmium administrationis, moventur ex hac æquitate, hinc autem non solum viget eadem æquitas, verum etiam urget generalis dispositio huius legis.

35 **S**i tamen res paterna nullum accipiat augmentum, industria filij curatoris, certè licet non creverit, dabo ei decimam, si defendendo rem paternam à calumniatoribus, vel lites explicando facilia reddidit, quæ

quæ erant involuta, abundè enim hoc magnum est lucrum.

36 ¶ Quod si neque rem paternam anxit, neque litibus fuit involutus, sed tantum rem paternam curabat, & patrem fovebat, colligebat fructus, & debita exigebat, & certè etiam huic, verisimilius, & probabilius, videtur dandam decimam: tum, ex generali dispositione huius legis, tum, quoniam si Doctorum traditiones, in simili specie inspiciamus, æquum esse censent, pensari laborem filij, colentis fundum paternum. Quod si labor culturae unius fundi, aliquibus videtur dignus præmio, multò magis promeretur præmium, administratio tutelæ, quæ tot res, tot casus, tot pericula continet, ut dixi capit. 2. His accedit. l. si filius. C. de negot. gest. ubi filius gerens negotium patris, solvendo eius debita, censetur facere animum repetendi, & ita ibi notant Belapertica, Cinus, Butrica, Rayner, Baldus, Salicetus, & Alexani, quamquam in patre, expendente pro filio alia ratio sit, ut in. d. l. Nessenius: Quod si filius gerens negotium patris, censetur habere animum repetendi, etiam si curator non sit, quanto magis censetur habere, eundem animum, quando est curator? quo casu, etiam pater, qui alias non videtur habere animum repetendi, videtur illum habere, & velle repetere, si tempore quo expendit, erat administrator. Ex quo liquet differentiam esse inter patrem, & filium, pater enim non videtur habere animum repetendi, nisi administrator sit, ut in. d. l. Nessenius. ff. de nego. gest. At filius, semper videtur habere animum repetendi. l. si filius. C. de negot. gest. nisi contrarium probetur: & ita non est, quod quisquam reprehendat, quod aliter in patre, aliter in filio statuimus, ut probat. d. l. Nessenius.

37 ¶ Non obstat, quod filius plus debet patri, quam pater filio; & quod cum patri negemus decimam, etiam filio est deneganda: fateor plus debet filius, sed tamen magis diligit pater filium, quam filius patrem. Non obstat etiam, si quis obijciat, quod dicta. l. si filius. C. de negot. gestis, non procedit in expensis factis lege cogente, & quod etiam, si administratio tutelæ esset expensa, tamen quia suscipit illam, lege cogente, non potest repetere iuxta dicta, supra numero decimo, sed respondeo, quod Iure Regio, scilicet ex hac lege, præcium datur tutori, etiam si tenea-

tur tutelam suscipere lege cogente, ut. l. i. ff. de muneribus, & honoribus, & ita non est efficax argumentum, præcium non dandum, quia administrat lege cogente. Sed replicabit quispiam, cur definiti isti patri non dandam decimam? ea præcipue ratione, quod cogitur gerere tutelam. Respondet, quia coactio patris, est maior, & violentior, & efficacior, quam coactio cæterorum tutorum; hæc autem coactio, tam peculiaris, non reperitur imposita personæ filij. Non obstat, quod est absurdum, hæud. quaquam enim absurdum est filium accipere à patre, tamen patrem accipere à filio, præposterum est, & absurdum, & adversus naturæ ordinem, ut in. l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testam. Hæc opinio mihi probabilior videtur.

38 ¶ Sed quid in matre tutrice, an est ei danda decimia. Non remorabor vulgaribus lectorem, neque hæc quaestio eadem est cum præcedenti, præcipua enim fundamenta, quibus docuit patrem non esse dandam decimam hic deficient.

39 ¶ Primo in matre non cogitur in tutelam suscipere, ut in Authent. matris & auiæ, & in loco unde sumitur. C. quando mulier. tutelæ officio fungi potest, & l. 3. titulo De a. guarda de los huérfanos, quæ statim sequitur post hanc legem, libr. 3. Foris, ex quo liquet, quod in matre, non solum cessat illa rigida, & peculiaris coactio, quæ pater cogitur ad suscipiendam tutelam, nulla obstant legitima excusatione, verum etiam coactio generalis, omnibus tutoribus imposita; in matre deficit. Ex hoc tria sequuntur. Primo, illud argumentum quo patrem privamus decima, scilicet, quod expensæ factæ, lege cogente, non repetuntur, hic deficit, nam mater non cogitur: Deinde, minus laboris præfert, qui non cogitur, cogi enim molestum quidam est. Tertiò, quominus cogitur, & maior est eius liberalitas, eo magis digna est præmio. Præterea in matre tutrice deficit, quod adest in patre, scilicet, quod pater cum emancipat filium retinet dimidium usus fructus, quare iniquum videtur, ut carpat, quod reliquum est: at mater, nunquam habet usum fructum, quoniam non habet filium in potestate, ut in. l. mater. In. l. de adoptio.

40 ¶ His accedit, quod mater tutrix, tenetur iurare utilia facere, & inuicem præmittere

De decima Tutori

iuxta l. fin. §. defensionem. C. de admin. tu-
tor. & ita nominatim scribit Curtius se-
nior, conf. 66. incip. sapienter. col. 17. vers.
modo ex istis elicitur. Capitius decif. 50.
numero. 5.

41 ¶ Deinde mater non faciens inventarium,
& non faciens sibi decerni administratio-
nem, vel alios tutores, non petens, amittit
hæreditatem filij, ut scribit Bart. confil. 3.
incip. an testamentum sit nullum. Curtius
senior. d. confil. 66. col. 16. versiculo præ-
terea adduco, argumento. l. sciant cuncti.
C. de legitim. hæredi. & l. 2. §. si mater. ff.
ad Tertul.

¶ Ex quo vides (lector) quòd mater non
solum tenetur servare in sua persona di-
sposita in tutoribus, verum etiam amittit
hæreditatem filij, si ea non observet. Cum
ergo ita acriter puniatur cessans, videtur
premio afficienda cum diligentèr gerit.

42 ¶ Cõfirmatur hoc, ex eo, quòd scripsit Bal-
dus in l. precibus. col. 6. versiculo, sed quid
si mater. C. de impub. & alijs substitut. ubi
inquit, quid si mater delatam sibi tutelam
administravit utilitèr, non tamen servabit
iuris solemnitatem dicit, q̄ puniatur, quia
non legitimæ gessit, citat notata. in l. 2. §.
si mater. ff. ad Tertul.

¶ Sic idem Bald. in l. matres. C. eo. titulo,
versiculo nunquid mater, quærit quid si
mater gessit negotia pupili, diligentèr
solicite, & utilitèr, ac si tutelam impe-
rasset sua (scilicet simplicitate decepta)
an excusetur, adducit, quòd habito effe-
ctu, non curamus de modo, & quòd pupi-
li non interest, sed tandem definit esse pu-
niendam, quia debet solemnitèr accipere
tutelam, iuxta glossam in d. §. si mater. &
sequitur Curtius senior. d. confil. 66. col.
16. versiculo, & adduco, quòd voluit idem
Baldus, & colum. 18. dicit, quòd mater nõ
servans solemnia, debet removeri: sed in-
tra quantum debeat mater facere inven-
tarium, ut non privetur successione filij,
vide Bartol. l. 2. §. confestim. ff. ad Tertul.
Rodericus in repetitio. l. post rem. in. 9. li-
mita. ad legem Regiam, col. finali. ff. de
re iudi.

43 ¶ Deinde mater tenetur reddere rationem
administrationis, sive tutrix fuerit, sive
non, Paulus. l. omnem. numer. finali. C. ad
Tertul. Corne. consilio. 198. col. fin. lib. 1.
& consil. 255. eodem libro, Baldus in l.
cum oportet. col. fin. C. de bonis quæ liber.
Ancharr. consil. 317. incip. in causa quæ

vertitur. Decius cõsi. 349. incip. consuluit
excellentissimus Doctor, nu. 10. col. fin.

44 ¶ Et pro tali administratione bona ma-
tris sunt tacitè obligata, ut notatur in l.
pro officio. C. de administ. tutor. Decius
d. num. 10. Socin. consil. 180. col. 1. lib. 2.
Quinimò eius dos pro administratione
retineri potest, donec reddat rationem, ut
scribit Socin. consil. 180. incip. diligentèr
pũcti narratione, nu. 1. col. 2. lib. 2. & col.
1. Decius. d. consil. 349. num. 10. quoniam
licet nõ admittatur retentio in dote, ut in
l. una. §. taceat. C. de re uxor. actio. hoc non
habet locum, quãdo dos est legitimè hyp-
pothecata, ut notat Socin. d. consil. 180.
col. 2. libr. 2. Res enim hyppothecata reti-
neri potest ratione hyppothecæ, iuxta no-
tata in l. quam vis. C. de distractio. pignor.
& in l. si non sortem. §. si centum. ff. de con-
dict. indebi. & in l. fin. C. de commoda, &
satis probatur in specie magis dubia, in
Rubrica. C. etiam ob chirographariam pec-
cuniam. Ad eò autem mater tenetur red-
dere rationem, ut ei non profit liberatio
ab obligatione reddendi rationem, si do-
lum committat, vel reliqua possideat, ut
notat Decius. d. conf. 349. col. fi.

45 ¶ Rursus, quòd mater debeat percipere
decimam, probatur: quoniam pius facit,
quam pater, neque enim mortuo viro ad-
mitti potest ad tutelam filij, nisi renuntiet
omni iuri, & legum auxilio, & nisi obliget
res suas, ut in Authen. ut sine prohibitione
matres. §. quia vero. & in l. fina. C. quando
mulier tutel. officio fungi potest. l. 4. titul.
16. par. 6. Argumento autem rerum suarũ
venit dos, licet alioqui prohibeatur obliga-
re, vel alienare dotem, ut in Authent. si ve-
a me. C. ad Vellei. ut prudentèr in hac
specie probat Soc. d. conf. 180. col. 2. lib. 2.

46 ¶ Et vigore talis renuntiationis, qua renũ-
tiat omni legũ auxilio, potest mulier perso-
naliter capi, non obstante Authen. sed no-
vo iure. C. de custo. reor. quæ dicit foemi-
nam non posse in carcerem duci: ita docet
Bart. in l. si quis sub conditione, num. 18.
ff. de testam. tutel. Bartholonæus de Sali-
ceto in Authent. matri & avia. C. quando
mulier tutel. officio fungi potest. num. 14.
& ibi Bar. nu. 13. Socin. d. conf. 180. nu. 2.
lib. 2. Alex. Soc. & Ias. col. fin. in l. pleriq; ff.
de in ius vocad. Roma. in l. alia. §. elegatèr,
num. 11. ff. solu. matri. Ias. in l. penult. nu.
4. ff. si cert. petat. Platea, & Angel. in l. ne-
mo carcerẽ. C. de exact. tribut. Matthæ sila.
notab.

notab. 108. nota casum. Hippol. sing. 248.
Decius in l. foemina. tit. 74. ff. de regul.
iur. Alexan. in additione ad Bart. in l. ne-
mo carcerein, & ibi Platea. col. penult. post
Angelum. C. de exacto. tributo. Baldus in
tractatu de carceribus. cap. 1. num. 3. Soci.
reg. 259. Fallen. 7. & regula. 229. Falleni.
2. Guilielmus Mainerius in l. quo tutelam
nu. 138. ff. de reg. iur. Marian. Soci. in tra-
ctatu de citatio. artic. 5. num. 39. Rebuffus
ad constitutiones Regias. 1. part. tit. de licet
teris obligatorijs, artic. 1. gloss. 3. nu. 3. ed
Iaso. in l. ad egregias. nu. 9. ff. de iure iuran.
Ioan. And. Domi. & Francanic. 2. de iudi.
in. 6. & ibi Ludovicus Gomez. nu. 13. Cis-
fontanus in l. 62. Tauri, & ibi Castellus in
ptinc. Lup. nu. 3. Arius in l. 60. Taur. nu.
8. Novel. de dote. 7. parte. privi. 5. Boer. in
repl. consentaneum. nu. 124. C. quomodo,
& quando iudex, & decis. 49. col. pen. Et
videtur sentire Rodericus in l. 2. tit. De los
governos. q. 5. nu. 8. lib. 2. Fori. Ant. Gome.
l. 14. Taur. nu. 1. Moventur omnes, quo-
niam mater, cum assumit tutelam, renun-
tiat omni iuri & favori sibi competenti,
ergo cessat favor à iure inducibus, ne multo
pro debito civili capi possit, ut in Auth.
sed hodie. C. de officio divers. iudi. & in l.
62. Tauri. Ioan. Baptista Sanseverinus, in
tractatu de debitore suspecto, & fugit. q. 6.
Sed, ut ingenud. proferam, quod sentio,
hoc in matre tutum non est, ut infra di-
cam, num. 78.
47 Quod autem mater, ut sit tutrix, tenea-
tur inventarium conficere, & renuntiare
Velleiano, & secundis nuptijs, notant Bart.
Angel. & Salic. in d. Authent. matri, & a-
vix. Signorolus consil. 208. & consil. 218.
mulier quædam Boerius, decisione. 124.
num. 9. Bartol. in l. si quis sub conditione.
ff. de testam. tutel. Angel. consilio. 325. pro
decisione consultationis, versiculo super
secundo dicendo, Anania consilio. 100.
Bald. §. nos col. 9. versiculo sed pone, quod
mater sit data tutrix in testamento Insti-
tur. de Atilia. tutis. & in Authentica ijs-
dem. C. de secund. nupt. & in l. omnem. C.
ad Tertul. 3. tit. 7. lib. 3. Fori. Boerius in
consuetudinibus Bituricens. titulo de iure
personarum. §. 6. col. 6. Capici. decisio. 50.
Faber. in Authent. sacramentum. C. quan-
do mulier tutel. officio fungi poss. Specul.
titulo de tutore. §. nunc dicendum, versic.
ut autem in his plenius instruaris. Petrus
Iacobus, titulo de actione tutelæ directa

ante finem, versiculo ultra modo, text. &
ibi gloss. & Bar. in l. 2. §. quod si pater eius.
fiat Tertulibi: Nec legitime administrat. Ex
quibus verbis apparet matrem debere ad-
ministrare iuxta leges tutoribus imposi-
tas: Corneus consil. 164. incip. licet videat-
ur, libro. 2.

48 Hæc autem (scilicet, ut renuntiet Velleia-
no, & secundis nuptijs) conditionaliter re-
quiruntur, in d. aut si matri, & avix, ibi: Si
renuntiaverit secundis nuptijs, & Velleiano. Et
conditio videtur continere solemnitatem,
non levem. Prætor. ff. de colla. bono. Abb.
& Decius in c. ex parte. 3. de appellatio.
49 Nec sufficeret vna die accipere tutelam, &
alia renuntiare, vel primo renuntiare, & alia
die suscipere tutelam, gloss. in c. ut circa, in
verb. præstato, de elec. & io. in. 6. Bal. ubi supra.
Lucas Pen. in l. 1. col. 6. vers. 3. queritur.
C. de princ. agen. in rebus, lib. 1. in Paul. &
Iacobin. in l. alienam. C. de procurat. Caf-
saneus in consuetudinibus Burgun. Rub. 6.
§. 6. verb. & prendi, num. 6. & Rub. 6. §. 4.
verbila femine.

50 Et ista debet observare, licet sit testament-
aria, ut in l. 4. tit. 16. par. 6. & ibi gloss. li-
cet iure. Communi secus iudicet, Alber. col.
2. in Auth. matri, & avix. Ang. consil. 50.
Boer. decis. 124. nu. 11.

Deinde durior est conditio matris, quo-
niam si pater per secundas nuptias, non a-
mittit tutelam filiorum, ut in l. 4. titulo. 7.
lib. 3. Fori. l. generaliter. C. de secund. nupt.
& ibi Angel. & in Authent. de nupt. §. sed
quod sancitum est. collatio. 4. Bald. in Au-
thent. eisdem pœnis, nume. 8. C. de secund.
nupt. Boer. decis. 266. nu. 2. Imol. in l. ex fa-
cto, col. 6. ff. de vulg. Corn. in l. humanita-
tis, col. 2. C. de impub. & alijs substitu. licet
contra scribat. Cassan. in consuetu. Burg.
Rub. 6. §. 8. At mater per transitum ad se-
cundas nuptias amittit tutelam, ut in Au-
then. sacramentum. C. quando muli. tutel.
officio fung. pot. l. 5. tit. 16. part. 6. l. fi. tit. 7.
lib. 3. Fori. etiam si sit tutrix testamentaria,
ut notat Guid. decis. Delphin. §. 29. ubi di-
cit hoc servandū, etiam si testator dixerit,
ut sit tutrix, per totam vitā. Boer. in consue.
Bitur. cen. tit. de iure personarū. §. 6. col. 6.
gloss. in l. omnem. C. ad Tertul. & ibi Bart.
Cinus, Alber. Sali. & Corne. Ang. §. actio-
num, num. 41. Instit. de actio. Bal. in Au-
thent. eisdem pœnis. C. de secund. nupt.
Alexand. in addition. ad Bartol. in l. ma-
ter. C. ad Tertul. Petrus Ferrara in forma

De decima Tutori

- libelli, qua agitur ad reddendum rationem. tutel.col.3. versiculo, & dixi eius tutelam, Boer. decif. 124. nume. 12. Abb. in. c. vxoratus. de conversio. coniugat. Barbat. consilio. 11. in princip. lib. 3. & consi. 91. eodem libro. Et quòd amittat tutelam per secundas nuptias, etiam si sit tutrix testamentaria est magis communis, auctore Boerio, decif. 266. nu. 4.
- 52 ¶ Quinimò, si solum asseruit se velle nubere, & fecit dari liberis alium tutorem, non recuperat eam, etiam si mutato consilio, nò nubat: ita docet Bald. in. d. Authent. Sacramentum. q. fin. & in. l. cum ancillis. col. fin. C. de ince. nupt. & in. l. imperialis. in prin. versic. sed & si tales. C. de nupt. Bart. in. d. Auth. sacramentum: & consil. 145. factum sic se habet, in. 6. dubio, & in. l. si quis sub conditione. col. fi. vers. quæro, an statim. ff. de testam. tutel. Decius in. c. ex parte. col. 3. versic. in glossa ibi soluta est tutela, de appellat. Et an recuperare possit tutelam filij, mortuo secundo viro, vide Decium in c. ex parte. col. 3. de appellat. Hippoli. in. l. etiam si reddibitus. ff. de quæstio. num. 6. Bald. in. §. nos autem. versic. sed pone. Institutio. de Atilia. tuto. latè Boer. decisio. 266. col. 2.
- 53 ¶ Neque solum amittit tutelam, verum etiam filij hereditatem si nupserit, & tutorem non petierit, ut in. l. omnem. C. ad Tertul. & l. 2. §. quòd si mater. ff. eod. titul. Decius consil. 246. Et tutor ab ea nominatus, cū transijt ad secunda vota, non est necessario dandus, sed iudex debet inquirere, & eligere magis idoneum, ut notatur in. d. Authen. Sacramentum, scribit Bald. in. l. præcibus. col. 9. C. de impub. & alijs substi. Decius, in. c. ex parte. 2. de appellatio. Aymon. consilio. 190. num. 8. incip. quod in præsentia: de quo, vide Curtiũ senior. consil. 46. col. 2. Bartol. in. l. credendum. in fine. ff. qui petant tutor. Baldus in. l. si quis sub conditione. ff. de testamen. tutel. Ioannes Garron. in Rubric. C. de secund. nupt. numero. 100.
- 54 ¶ Et filius non est alendus apud matrem, quæ secundo nubit, quoniam debet ali apud personam de qua non sit suspicio. l. 1. & 2. C. ubi pupil. & duca. debe. lex autem d. ffidit de matre, quæ secundo nubit. l. lex quæretores. C. de admi. tuto. scribit nominatim Franciscus Marcus, in decisio. Delphinali nova. 131. Guido decif. 529.
- 55 ¶ Neque solum in his prædura est cõditio matris tutricis, verum etiã gravatur, quoniam secundus maritus tenetur de periculo tutelæ, si ipsa reliqua filio non reddiderit, vel aliquid maiè gesserit, Regia. l. 5. tit. 16. par. 6. l. si mater. C. in quibus causis pignus taci. contraha. l. 2. C. quando mulier tutel. officio. fung. potest. l. 26. titulo. 13. part. 5. Negufantius de pignor. 2. part. membro. 4. nume. 19. cum duobus sequentibus; folio. 25. Bal. in. d. l. si mater. declarat Bologninus, ibi in primis interpretationibus, Boerius in consuetudinibus Bituricensi, titulo de iure persona. §. finali. col. 2. & in decisione Burdegalensi. 200. numero. 2.
- 56 ¶ Deindè, si ante redditam rationem, & petitam tutorem, secundo nubit post annum luctus perdit lucra prioris viri, & nò potest dare in dotem ultra tertiam: de quò tamen vide Ioan. Garron. in. l. 1. in. 3. notabili, & in Authen. eisdem pœnis, in verbo parit. versiculo subiicit, & in. l. hac cõditi. col. 4. & ibi Bertrandum in repetitione. num. 18. C. de secund. nupt. Boer. decif. 201. num. 2.
- 57 ¶ Cum ergo mater tantum superet patrem labore, totque casibus sit obnoxia, tot casibus implicata, videtur decimã ei dandam, licet patri non detur. ¶ Confirmatur hæc opinio: nam licet pietatis maternæ videatur alere filium, videmus, quòd mater repetit alimenta data filio, si protestatur, vel est tutrix. l. Nessenius. ff. de neg. gest. Doctores in. l. 1. C. eo. titul. scribit Novell. de dote. 6. part. privil. 3. Doctores per textum ibi in. l. Nessenius. ff. de negot. gest. & in. l. alimenta. C. eo. titulo. Beroius. quæst. 11. col. 2. Socin. consilio. 5. col. fi. lib. 4. quod intellige, ut ibi per eos. Cum ergo alimenta, rem confer vandæ vitæ filij necessariam reperat, licet vitã filij habeat charissimam, videtur, quòd multo magis petere possit decimã, quòd multominus absurdum videtur, quam petere alimenta.
- 58 ¶ Postremò facit, quòd mater tutrix in dubio non videtur expendere de suis. l. Nessenius. ff. de negot. gest. & ibi omnes Doctores, gloss. l. fin. verbo *intelligi*. C. de dotia promiss. Novellus de dote. 6. part. privilegio. 6. Lupus in Rubrica de donationibus. §. 66. numero. 14. Bosqueus de nuptijs, lib. 5. num. 34. Antonius Gomezius in. l. 51. Tauri, num. 23. Beroius quæst. 11. cum alijs citatis supra nu. 5. qui promiscuè in patre;

in patre, & in matre negotiorum gestoribus, vel tutoribus loquuntur.

59 ¶ Hæc sunt quæ istam partem videntur asserere, & profectò res est dubia, idèò, quæ verisimiliora, & minùs dubia sunt distinguendo referam. Distingue ergo. Aut mater tutrix actorem habebat cui solvebat pecuniam, ut rem filij curaret, & debita exigeret quæ fœmineum genus infirmū, & imbecillum est, & profectò æquissimum videtur matri decimā dari, præsertim si ampla non sit, & præsertim si protestata est tacite, vel expressæ se velle auferre decimam. Licet enim quando est tutrix non requiratur protestatio, quia lex præsumit velle repetere: ut in l. Nessenius, tamen protestatio hoc casu utilis est, quia l. Nessenius, nō habet locum quando expensa est modica, vel in personam filij, ut dixi supra, nu. 13. ¶ Hæc autem opinio, scilicet, ut auferat decimam hoc casu probanda videtur, quoniā tutores masculi tutelam gerere per se possunt, nimirū virili robore instructi, fœmina vero nō si per actore difficillimè potest administrare. Et quando dat pecuniā actori, iam cum petit decimam, non tã petit præmium administrationis quam refusionem damni accepti ex pecunia expensa, in administratione. Quod ei negandū non videtur, ut per totum. ff. de contra. & utili actio tutel. l. si quis à liberis. §. 1. in fin. ff. de libe. agnosc. ubi repetit expensa in alimentis. Et licet alij tutores huiusmodi expensas factas in actore petere nō possent, quia ex necessitate illa agere tenentur, & est expensa intrinseca, ut dico cap. 2. l. col. si. quā suis expensis obire tenentur, ut in l. suo victu. ff. de oper. liber. notant Bart. Cinus, & Alexand. l. 1. C. de nego. gest. præsertim cū eis apud nos detur decima: tamen in matre saltem dicemus hac ratione ei dandā decimā quæ impossibile est, ut absq; sumptu pecuniaro administret tutelā quæ in viro secus est: & cū mater non repetat expensas factas in actore, certe æquum est, ut deducat decimā.

60 ¶ Comprobantur hæc, quoniam nihil magis pius, magisq; conforme menti matris videtur esse posse, quam alere filium, at tamen si expendat in eius alimenta potest repetere, & censetur habere animum repetendi, si est tutrix, ut in l. Nessenius. ff. de nego. gest. & dixi supra, nu. 57. ergo idem dicendum cum expendit in curando rem filij, quod non ita videtur gratum, & expectatum matri, atque cum alere nimirū absq;

alimentis filius peribit quod supra omnes humanas calamitates matri lugubre, & acerbum est.

61 ¶ Rursus comprobatur hæc opinio, quoniā nisi mater posset hoc casu petere decimam, oriretur inæqualitas inter filios, nimirum pupillus plus haberet, æqualitas autē inter filios habēda est, ut dixi in tractatu de non meliorādis filiabus cap. 2. nu. 36. & opinio quæ adducit filios ad æqualitatem amplectenda est, ut ibi dixi. At nisi matri decimam certè ex generali dispositione Iuris Civilis non consequetur expensas intrinsecas, eas scilicet quæ ex natura officij facere tenetur, ut per Alexand. l. 1. C. de negotijs gest. col. 2. nimirum tutor, & tutrix tenentur exigere debita, tenentur administrare, hoc autem non est expensa, ut supra dixi nu. 9. Licet enim opera dici possit expensa, & mereatur præmium, ut dixi cap. 2. num. 14. tamen cum opera lege cogente, & ex necessitate præstatur, suscepto officio, non potest eius ratione peti præmium, ut in l. suo victu. ff. de oper. liber. & docui latè supra cap. 1. nu. 16. & idèò licet mater constituat actorem ad administrandam tutelā filij, certè si res esset quam ipsa per se obire non posset, putat si mitteret actorem vel negotiationem gestorem, qui trabes ligna, calcemq; emat, ad relictendum domum filij, certè, etiam de Iure Civili reputabit hæc expensas, quia eas per se obire non potest, ut per totū. ff. de contraria, & utili actione tutelæ. At si actor constitutus est, ut otiosè quietus, domi sedens pecuniam ab offerente creditore accipiat, vinum, & triticum pupilli vendat, certè hæc per se obire fœmina nobilis potest, neque de Iure Civili ea consequetur ex re pupilli quoniā annexa sunt ipsi tutelæ officio, quod gerit, & suis expensis ea obire tenetur. Itaq; quotiens mater pecuniā expendit in administratione (non loquor de expensis factis in colendo rem, sed de expensis factis in constituendo actorem vel gestorem) certè etiam sitales expensæ non sint de Iure Civili repetibiles, præstant maximum æquitatis argumentū, matri petenti decimam, ne oriatur inæqualitas inter filios ex eo quod ipsa solvit actori. Ex hoc infero quod si actor præmium nō abstulit, vel paterno affectu administravit, quæ mater non tãtum iuris habebit adversus filium, ut ex infra dicendis apparebit.

¶ Si tamen mater nihil expendebat in administratione, sed tamē mortuo filio petit decimam

De decima Tutori

Decimam non à filio, sed à substituto filij defuncti, & profecto ei dabo decimam iam enim non carpit rem filij, & melius est, ut ipsa habeat saltem particulam hæreditatis filij, quam quòd habeat eã substitutus extraneus. Si tamen non mater sed hæredes eius peterent à filio decimam, & profecto eis concedenda videtur iam enim cessat absurdum quòd mater deuorat rem filij.

62 ¶ Si tamen mater ipsa nullis factis intrinsecis expensis (intrinsecas voco, quæ fiunt in ipso actu gerendi) petat à filio decimam, & hic casus est magis dubius. Equidem si filius erat pauper, ita quòd fructus essent necessarij ad eius alimenta matri nullam decimam, dabo: nam tenetur de suo alere filium egenum. l. si quis à liberis. §. pen. ff. de liber. agnosc. neque repetit hoc casu expensas gloss. Nesselius, & ibi Barto. & Alber. ff. de nego. gest. col. 2. Alexand. l. 1. num. 2. & ibi las. ff. solut. matrimon. Bald. & Salicet. in l. neq; mater. C. de iure doti. Bart. Aller. & Bald. in Authent. res quæ. C. commu. delega. Novel. de dote. 6. parte privilegio. 6. l. 1. §. fuerat, num. 1. & 5. Insti. de actio. Boer. decisione. 129. num. 3. & 4. cum alijs à me congestis in tractatu de non meliorandis filiabus. c. 1. 1.

63 ¶ Quòd confirmatur quòd iam, ut infra docebo. c. 10. quando omnes fructus sunt necessarij ad alimenta pater illi tutor etiã extraneus non auferat decimam: imò ea carere debet.

64 ¶ Si tamen mater petat decimam à filio diuite, nullis factis intrinsecis expensis, & videtur quòd nõ debeat auferre decimam: ex ratione reddita per Iurisconsultum in l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excusa. tuto. ubi pater caret privilegio in evitando onere utili filio: tenetur enim illud suscipere non obstante omni privilegio. oponere enim privilegium ad effugiendum onus filio utile, dicit Iurisconsultus quod est aduersus naturales stimulos, mater autem non minus diligit filium quam pater neq; minus acer est in ea naturalis stimulus, iuxta illud Esaiæ cap. 49. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui?

¶ Deinde urget quòd administrare tutelam non est expensa: præsertim quòd loquimur quòd mater nullas faciebat expensas intrinsecas, tantum administrabat, & cum mater nullas fecit expensas videtur tractare de lucro, non autem de sarciendo

damno sicut quando repetit alimenta quæ pecunia constant, tunc enim non est iniuquum, ut repetat alimenta quæ pecunia constiterunt, hic autem nullam pecuniam expendit, quare æquissimum videtur, ut mater hoc det stimulo naturali, ut gratis administraret, cum Iuris consultus eius ratione imponat patri onus quanto magis dicet, ut abstineat à lucro.

65 ¶ Deinde urget quòd etiam si administratio dici posset expensa: mater non repetit expensas factas in personam filij, sed fateor responderi posse, illud verum quòd facit lege cogente, sed tamen mater non cogitur tutelam suscipere.

¶ Rursus urget quòd mater non repetit modicas impensas, ut notant omnes in l. 1. & in l. alimenta. C. de nego. gest. Administrare autem tutelam, neque minima, neque magna expensa est. Præterea ita nominatim docet Cassianus in consuetudinib. Burgund. rub. 6. §. 7. num. 1. Sed ille ius Gallicam refert.

66 ¶ Vltimo hæc opinio propter genitricem habet æquitatem potentissimam, in iudicij patronam: nemo enim nõ iudicabit absurdum matrem carere rem filij quæ genuit, educavit, & in utero gessit.

67 ¶ Sed ex aduerso (quòd matri sit danda decima) urget omnia supra producta, & quod mater neque usum fructum, neq; quicquid aliud habet in rebus filij ullo tempore. Et quòd non cogitur eius tutelam suscipere; ideo tutior opinio videtur, quòd matri sit danda decima si filius sit diues. Hæc nova sunt, & à nullo hactenus tractata: ideo si quid minus placet ignoscat lector candidus; satis est foeliciora ingenia excitasse. At vide Socin. cõs. 180. nu. 5. lib. 2. ubi docet, an matri tutrici sint danda alimenta. Sed videtur loqui de alimentis, quæ dari solent propter retardatam solutionem dotis: quæ ibi filij retinebant propter reliqua administrationis.

68 ¶ Et an mater nubens consentientibus filijs amittat tutelam: vide Boerium, decisione. 185. num. 22. An autem maritus relinquens uxorem dominam, & administratricem, videatur ei relinquere tutelam filiorum vide Fabr. in Authent. matri, & a vijs Bald. consi. 429. lib. 4. Specul. tit. qui filij sint legitimi, vers. quid si aliquis Boerius decisione: 124. col. 5. Cin. l. 1. C. si secund. nupsse, mulier. A retin. consi. 66. col. 2.

¶ Quid autem si dixit relinquo filios sub potestate

potestate matris, an videatur eam tutricè constituere, vide Bald. in cap. ex parte, in fin. de appellatio. & ibi præposit. in. 3. notabili. Francum, & Decium ibi, Boerium d. decis. 124. nu. 6. Quid autem, si dixit relinquo filios, in manibus matris, an censeatur tutrix testamentaria, vide Boer. ubi supra. Ias. in l. manumissiones. col. 1. per illum textum. ff. de iusti. & iur. Socin. in. l. qui duos. in. 2. notabili. ff. de rebus dubijs.

70 ¶ Rursum adeò proprium est matrem tueri filium, ut etiam si mulier ex statuto prohibeatur facere contractum absque certa solemnitate, non prohibetur assumere tutelam filij, de qua re, quia contraria videtur opinio verior, & receptior, vide Rapha. Com. & Iacobum Puteum in. l. apud Iulianum. §. 1. ff. quibus ex causis. in possess. eatur. Tiraq. post leges connubiales. gloss. §. num. 176. Alciat. in tractatu præsumptio. regula prima, præsumptione. §. 2. nu. 6. Baldum Bartholinum cognomèto Novellum in Rubrica. ff. de verb. oblig. col. penult. & ibi Galiaulã, col. 29. versi. item per hoc videtur.

71 ¶ Et an tutor datus à patre præferatur etiam in bonis maternis dato à matre, vide Roma. conf. 189.

72 ¶ Et an mater excludatur à tutela, per avum. vide Corne. conf. 129. lib. 1. Bart. l. si quis sub conditione. col. 4. ff. de testament. tutela. ubi dicit, quòd mater præferatur tutoribus legitimis, & dativis, & etiam avo paterno, de qua re, vide Boerium in consuetudinibus Bituricen. titulo de iure personarum. §. 6. col. 4. Alexan. consilio. 215. libro. 1.

¶ Item mater potest esse tutrix filiorum, non solum mortuo marito, sed etiam vivo, si maritus per captivitatem desinat habere filios in potestate, ut in. l. fin. C. de sentent. passis; ita Bartol. in. d. l. si quis sub conditione. in fine. Bald. in. §. nos autem. Institutis. de Attilia. tutor. Boerius ubi supra.

73 ¶ Et mater, non solum est tutrix filij pupilli, sed etiam curatrix bonorum filij absentis, ut per Bal. conf. 9. lib. 2.

74 ¶ Item matre ad secunda vora transeunte, an ad paternam aviam, an verò ad maternam tutela pertineat, vide Baldus consil. 260. lib. 4.

75 ¶ Et an pater possit privare uxorem tutela filij, vide Bald. consil. 408. lib. 2. text. in d. Authent. matri & avix. Seguram in rep.

l. cohæredi. §. cum filia, fol. 37. suorù operum. Et an sit tutrix, etiam si non servet conditionem apposita à marito, ut nò administret absq; consensu fratrum pupilli, vide Bald. consilio. 229. lib. 4. Et an mater non petens tutorem amittat successionein si maritus id permittit, vide Bald. consil. 392. libro. 4. Et an mater teneatur petere, ut tutores dati filio administrèt, vide Bal. consilio. 403. libro. 4. & quæ dixi capit. 2. numer. 47.

76 ¶ Et an mater præferatur tutoribus testamentarijs, vide Bar. in. d. l. si quis sub conditione, Bald. d. consil. 403. lib. 4. Boeri. in consuetudin. Bituriceti. §. 6. col. 4. Albe. in l. matri. C. quando mulier tutel. offic. fung. post. Et si non idoneos tutores petijt filijs, non censetur dolo, sed bona fide fecisse, auctore Bald. in. l. precibus. C. de impub. & alijs, Tiraquel. in. l. si unquam. in princ. legis. nu. 9. C. de revo. donatio.

77 ¶ Et an datus à matre administret patre invito, vide Afflict. in constitutio. Sicilia, titulo de iure Balij, num. 10. Et debet petere curatorem, etiam ventri, alias amittit successionein, ut per Odofre. in tractatu de curatore bonis dando, nu. 9. Et an à matre petitus alijs omnibus præferatur, vide quæ dixi supra, & adde Beronum. q. 66. num. 6. Et quòd mater inops initio tutelæ, & postea dives non præsumatur dilata de bonis filij, vide Gozadinum consil. 94. num. 144. Cremen. inter consilia Alexand. conf. 64. nume. 14. lib. 4. Et quòd mater luxuriosæ vivens, amittat tutelam vid. l. fin. C. quantum. tutel. offic. fung. post. Bald. in Authent. sacramētū. C. eodem titulo, Specul. titulo de actore versicul. item excipitur, Lup. in Rub. de donat. §. 67. nu. 16.

78 ¶ Non est omittendum, quòd non est verū matrem capi posse ratione tutelæ. Licet enim id asserant viri tantæ eruditionis citati, num. 46. tamen ius & æquitas adversantur. Mater enim etiam ratione tutelæ, non potest conveniri, ultra quam facere possit, non obstante generali legum renuntiatione, ut in. l. sunt qui. ff. de reg. iur. notat Bart. l. si quis sub conditione, num. 20. ff. de testam. tutel. Antonius Gomezius in l. 14. Tauri, num. 11. quòd si non potest conveniri in plus quam facere possit, certè capi non potest, ut per Alexand. l. Centurio. nu. 25. ff. de viuga. & pupilla. gloss. in. l. liber captus, & ibi Bald. in. fin. C. de capt. Baldus. l. 1. col. fi. C. qui bonis ceder. poss. Arcin.

De decima Tutori

Aretin. in l. maritum. §. elegantè col. 2. ff. solu. matrim. Neq; obstat renuntiatio omnis iuris, & fauoris, facta in assumptione tutelæ: quoniam cum lex cõcedat matri beneficium, ne conveniatur ultra quã facere possit: & concedat illud propter reverentiã quam ei filius debet iuxta domini præceptũ, *Honora patrem tuum, & matrem tuã*, certè beneficium cõcessum propter debitam reverentiã non tollitur renuntiatione: ut in l. alia. §. elegantè. ff. solu. matrim. & ita quod mater capi nõn possit, docet Barba. in cap. lator. num. 4. de pignoribus, per textum in c. 2. de iuramen. calũniar. lib. 6. Per post. Alexan. in cap. ex parte enim, nu. 1. de appellatio. citat Alber. in l. ubi adhuc. C. de iure doti. Hippoli. practica criminali. §. attingam. nu. 65. Ioan. Baptista Sanfeverinus in tractatu de debitore suspecto & fugitivo. q. 5. nu. 26. Petrus Plaça, qui apud Salamanticenses Pontificij iuris professor fuit, in subepitome delictorũ, lib. 1. cap. 32. nu. 12. Andreas à Pomate in additione ad Bart. in Authent. matri, & aviar, Gomezius in cap. 2. tit. 2. de iudi. lib. 6. Ioan. de Monte Sperelõ in l. pleriq; ff. de in ius vocan. & ibi Socin. nu. 40. Covarr. variarũ resol. lib. 2. c. 1. num. 3. & probatur in cap. 2. §. fin. de iudi. lib. 6. ibi, *Etiã si ad hoc voluntas cederet eãrũdem*. Et facit l. patronus. ff. de re iudi. & hanc partem probat Covarru. in repet. l. quamvis pactum in 2. part. in princ. num. 7. & doctissimus Ferdinandus Vasquius, in tractatu de successio. creatio. lib. 3. §. 22. limitatione. 18. num. 82. Neque enim ius reverentiale potest pacto remitti. l. alia. §. elegantè. ff. solu. matrim. ubi Alexan. col. 1. Cin. in l. nec honorem. C. de Episcop. & cleri.

79 ¶ Et an pater sicut est legitimus tutor sit etiam legitimus curator filij, vide Barto. l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excusa. tuto. & in l. sed & milites. §. iam autem. ff. de excusa. tuto.

80 ¶ Et quod detur curator filio propter malos mores patris: vide Barto. l. fin. num. 2. C. de senten. passis. & quod pater etiam debitor filij, possit esse eius tutor, vide Barto. in Authent. ut sine prohibitione matris, num. 5. Alber. in Authent. minoris debitor. C. quãdo mulier tutel. officio fungi. possit.

81 ¶ Et an habenti patrẽ possit dari curator. vide Barto. l. fin. §. si autẽ. C. de bonis quæ libe. Iacobin. in l. 1. in 1. lectura. nu. 17. & 18. ff. de iurisdic. omn. iudic.

82 ¶ Et patre, ad secunda vota trãseunte apud quem debeat pupillus alij, vide Curtium iuniorem consi. 94. num. 2. lib. 2.

83 ¶ Et an pater præferatur matri, petenti ad ministracionem vide l. 2. & l. fin. C. quan. mulier. tutel. officio. fun. poss. glof. Fab. Cin. Bar. Bald. & Salic. in Authent. matri, & aviar. eo. tit. etiam si pater consentiret matri, ut haberet administracionem. l. qui aliena. §. quanquam, & ibi Bald. & Bolognin. in secundis. inter pret. ff. de negot. gest. Nam revera pater præferretur, nisi sit naturalis, quia tunc mater præferretur, autote Barto. in d. Authent. matri. Bald. in d. l. si quis sub conditione, col. 4. vers. quid si pater est. ff. testa. tutel. Bald. §. nos autem col. 4. Insti. de Adh. tuto. & consi. 192. col. 1. lib. 3. & in l. si. & in Authent. ad hæc. C. quando mulier tutel. officio. fun. pot. Boer. in consuetud. Bituricen. tit. de iure persona. §. 6. col. 4. vers. hæc consuetudo. Quid autem in patre spurij, vide Aretin. l. cum in eo. nu. 4. ff. de pact. Bart. & DD. in d. Authent. matri, & aviar. Et quod pater possit esse legitimus administrator, & simul curator, vide casum, per Parisium consi. 109. nu. 7. & 8. lib. 3. Hæc loca indicare breviter visum est, quoniam eorum tractatus est quotidianus.

84 ¶ Sed illud notandũ, quod si pater iussit filios suos educari, seu alij, penes matrem, certè matri censentur tacitè relicta alimenta, iuxta notata per Bald. in l. si mulier. ff. de usufruct. accrescen. & in l. fin. C. de re diti. D. Adria. tollen. ubi scribit, quod si pater reliquit uxori habitationem cum filiis, quod tacitè videtur ei legare alimenta, & utrumque sequitur Cremon. singulari. 66. incipiente testator iussit: quod potius ex vulgato usu loquendi, quam ex verborum vi, significari videtur. Et qua poena puniatur mater, quæ non servat solemnias, vel se ingerit absque decreto iudicis, vide Curti. senior, cons. 66. col. 17. & dico infra cap. 12. num. 16. versic. præterea longe.

S V M M A

- 1 Decima, an danda tutori cui relinquitur legatum, in testamento.
- 2 Fratri tutori, an danda decima.
- 3 Fratris opera, an censetur gratuita.
- 4 Lex dantis tutori fructus, est restringenda.
- 5 Fratri tutori danda decima, & nu. 6.
- 7 Fratris opera nunquam censetur gratuita. Idem in opera filij fratris num. 8.
- 9 Frater, nunquam videtur expendere animo donandi.

Donat.

- 10 Donatio non præsumitur ex sola sanguinis conjunctione, nisi illa concurrant.
- 11 Frater nunquam præsumitur velle donare, præsertim si est tutor, vel curator fratris.
- 12 Frater tutor tenetur reddere rationem, & facere inventarium.
- 13 Patruus tutor aufert decimam.
- 15 Frater, est legitimus tutor fratris, & ubi primus habet rationem ad gerendam tutelam fratris, desinit esse tutor, ille qui ad id datus est tutor fratri.
- 16 Soror, an prioretur consilio substitutionis, si fratri tutorem non petijt.
- 17 Legatum relictum tutori, an sit habendum, à tutore loco decimæ, & nu. 35.
Legatū relictū non minuit portionē debitā legatario, quando nō debet ipse testator, sed eius hæres.
- 18 Legatum non compensandum cum lucro debito, si debetur ratione oneris.
- 21 Legatum tutori relictum, censetur relictum, in præmissis administrationis.
- 22 Tutor non administrans, amittit legatum sibi relictum, & an amittat substitutionem fideicommissariam. nu. 23.
- 24 Tutor, cui relinquitur legatum, cauere debet, se illud redditurum, si non administraverit.
- 25 Legatum semper compensandum cum debito, si cæsit mens testatoris.
- 26 Expensæ an solvende administratori, si ei datur salarium, remissionē.
- 27 Legatum relictum executori, videtur relictum ratione laboris.
- 28 Legatum ab uxore marito qui lucrari debet quartam partem dotis, computatur in quartam.
- 29 Legatum, à patre filio, computatur in legitimam.
- 30 Legata relictæ heredi, imputantur in falcidianam.
- 31 Legatū relictū executori, computatur in decimam.
- 32 Legatum filio, vel seruo tutoris, an computandum in decimam.
- 33 Legatum computatur in decimam, pro inter usurio medij temporis, licet alij sit restituendum.
- 36 Legans filio, eidemq; tutori, non videtur legare, ratione administrationis: tamen si filius recuset tutelam amittet legatum, & nu. 37.
- 38 Legatum non videtur relictum pro administratione tutelæ, quando legatarius, non datur tutor à testatore, sed à iudice, & quid si non datus à iudice oportuit, ab eo confirmari, & nu. 40.
- 39 Legatū nunquā succedit in locū debiti quando deficit voluntas testatoris vera, vel præsumpta.
- 41 Quid si legatum est minus decima an tutor eo contentus esse debeat?
Distingue usque ad nu. 46.
- 47 Decimam, neq; testator, neque alius potest auferre à tutore.
- 49 Tutor non potest gravari in decima.

- 50 Spurius consequetur plus quā quintā, si pater illū nominet tutorem fratris, nā consequetur decimā.
- 51 Tutor repudiens legatum relictum sibi à testatore, qui illum nominavit tutorem, an possit consequi decimam, usq; ad nu. 53.
Seruus quem relinquo tutorem filio, potest deducere decimam.

An sit danda decima tutori cui relinquitur legatum in testamento, & an fratri tutori sit danda decima. Cap. V

Sape venit in questionem, an sit danda decima tutori cui legatum relinquitur in testamento. Et an frater, tutor fratris videatur fraterna pietate administrasse. Quoniam vero primū quaesitum longiorem tractatum expostulat: de fratre prius dicamus.

1 Et quod fratri non sit danda decima, contendere quis potest ex traditione Bald. in cap. 1. circa medium, versic. & hæc est nobilis. titulo de beneficio fratrum: ubi scribit, quod opera inter fratres præsumitur gratuita, & fraterna charitate impensa, citat. l. ex duobus. ff. de negot. gest.

2 Præterea hęc lex sit correctoria restringi debet, ut quam fieri possit minus ledatur commune. l. una. cum vulgaribus. C. de prævil. dot.

3 Et quod lex dans tutori fructus, sit restringenda, notat Butricar. in Authen. minoris. debitor. C. quando in mul. tutel. offic. fung. poss. Cassan. in consuetudin. Burgum. rub. 6. §. 4. verb. & fait la dite femme. Et dixi supra cap. 1. num. 36.

4 Sed verius est fratri decimam dandā. Ita enim probatur ex verbis huius legis, ibi: Los parientes mas propinquos reciban a ellos, y a todos sus bienes (& post inquit) Y quien quier q los tuviere tome para si el diezmo de los frutos. Nota tutelam dandam propinquieribus; mortuo autem utroq; parēte, nullus proximior fratre. Rursus nota illa verba: Quien quier q los tuviere, hoc est sive sit extraneus, sive proximior consanguineus.

5 Rursus hæc opinio expressius definitur, in volumine Gotthicarum legū, quod vulgo appellamus Fuero juzgo, in l. incipiente, si el padre. Cuius verba hæc sunt: El hermano deve aver los otros sus hermanos, e las sus cosas en guarda: e mandamos, que tome el diezmo de los frutos

De decima Tutori

fructus en que biu. Quavis autem hæc constitutio non habeat vim legis, potest citari ad declarationem legum, quæ in usu sunt, præsertim si cum eis consentiant, vel ex eis sint derivata. Et q̄ frater deducat decimã, si significat Segura in repet. l. cohæredi. §. x. ubi fallit. 9. ff. de vulg. licet nihil abbeget. Præterea hæc opinio probatur in. §. 1. Instit. per quas perso. nobis acquiri. ibi. *Et quod eis suis laboribus accesserit, in alium præcedens la tuosum ei prodest.* & in. l. c. ubi oportet. C. de bonis quæ liber. ibi. *Filij non habebunt que ex suis laboribus sibi possessa sunt, ad alios transferenda aspicientes.*

7 Deinde probatur quoniam opera inter fratres, nunquam censetur gratuita: ut taxè scribit Alex. consil. 133. col. 2. versic. & idè nu. 1. l. b. 2. & consil. 99. incip. habita super nar ratis, col. 2. num. 5. versic. taren. l. b. 2. ubi dicit opinionem adversus Bald. in. l. de beneficio fratrum esse magis communem Iaso. in. l. illud col. pen. propè finem, & in. l. ut nemini, col. pen. & fin. C. de colla.

8 Quinimo non solum opera fratris verù opera filij fratris viventis, tum alio fratre, in communem, est p̄slandã: ut tradit Angel. in. l. ex duobus. C. de negot. gest. Bald. l. i. q. 9. C. p. 9 socio. Bart. co. si. 186. Bald. in. additio ad tractatum Bart. de duobus fratribus Alexand. consil. 99. nu. 3. lib. 2. Bald. in. l. si patrus, quæst. penult. C. commun. utriusq; iudic. Angel. consil. 110. incip. Vanutius. Alexan. consil. 77. num. 2. lib. 5. Butrius consil. 7. Corne. consil. 52. in fin. & consil. 196. col. 1. lib. 3. & consil. 58. lit. F. & consil. 299. lib. 4. Ias. consil. 5. lib. 1. Alexan. consil. 123. num. 1. l. b. 2.

9 His accedit, quòd frater, nunquã videtur expende e animo donandi, sed animo repetendi, nisi contra probetur. glos. in. l. si paterno, & ibi Paul. C. de nego. gest. Alexand. per textum ibi; in. l. si negotium. C. de negot. gest. Raph. Comen. consil. 87. Decius consil. 21. nu. 7. textus in. l. si pro fratre. ff. de negot. gest. Bart. Bald. & Salic. in. d. l. si negotium. Alex. in. l. si filius. C. eo. tit.

10 His consonat q̄ sola sanguinis coniunctio, non sufficit, ut præsumatur donatio, ut late docent Bart. Alexand. & Ias. in. l. quæ doris. ff. solut. matrim.

11 Hoc est præsertim verum, quando frater est tutor, vel curator fratris, vel sororis, tunc enim non animo donandi, sed administratorio nomine, videtur expendisse, ut tradit Bald. in. l. si. num. 12. C. de dot. pro-

mis. Soci. consil. 121. num. 14. lib. 1. Raph. Comen. consil. 87. vol. 2. Bolqueus de nupt. lib. 5. num. 3. argumento. l. Nessenius. ff. de negot. gest. & dixi cap. præcedenti. nu. 13. & in tractatu de non meliorandis filiabus cap. 12. num. 15.

His aptari, & adiungi possunt, quæ capiuntur præcedenti num. 3. 8. dixi, in favore matris aut filij, cum enim mater auferat decimam, multò magis auferet frater.

12 Postremò facit, q̄ frater tutor, tenetur reddere rationem, & facere inventarium, ad similitudinem ceterorum tuorum, ut scribit Decius consil. 178. col. 2. quod est verisimium cum idem sit dispositum, in specie magis dubia (scilicet) in patre, & matre; ut dixi cap. 2. num. 155. Quinimò etiam si sit nudus administrator tenetur frater reddere rationem, fratribus ut dixi cap. 2. num. 153. sed ratio quæ exigitur à fratre, nõ debet esse rigida Abb. consil. 12. lib. 6.

13 Præterea in patre, quòd auferat decimam, scribit nominatim Segura in repetitione. l. cohæredi. §. cum filia. fallentia. 9. ff. de vulg. & pupil.

14 Non obstant adducta ex adverso, quoniã doctrin. Bald. cap. 1. de beneficio fratrum reprobatur communiter, ut ex superioribus, num. 7. patet.

15 Illud auctuarij vice addendum, quòd frater, ad eò est legitimus tutor fratrum, ut si duo fratres habeant tutorem, & alter fiat legitimæ tatis, tutela dativa finitur, si ipse vult assumere tutelam fratris: ita probatur in. l. si tutor. 2. §. si duobus. ff. de tutel. & ratio distrah. quem ibi dicunt singularem. Nicolaus Neapolitanus, Bald. & Bologni. in primis interpretationibus, & probatur ex textu iuncta glos. in. l. 4. C. de testamen. tutel. & ibi notant Faber. Bald. & Salicet. glos. l. fin. C. eo. tit. Petrus Iacob. titulo de actione tutelæ directa. Specul. titulo de tutore. §. si vero vers. sed pone, & §. nunc dicendum versiculo, & scias cum sequenti. Et an soror privetur commodo substitutionis, si fratri tutorem non petijt, intra annũ vide Bald. consil. 295. lib. 3.

16 Nunc tractemus de altera questionis parte: an scilicet decima danda sit tutori, cui relictum est legatum in testamento: est enim hic casus quotidianus, & videtur in iure definitus: videtur huic decimam dandam ex. l. una. §. sciendum. C. de rei ux. actio. ubi relinquens uxori legatum, non videtur relinquere pro dote quã ei debet, & idè

& ideo legatum, & dotē petere potest. Legatum enim relictum à testatore non minuit portionem debitam legatario: ut notant DD. in d. §. sciendum, & in cap. officij. de testamen. Paul. in l. creditorem. ff. de legat. 2.

I 7 His suffragatur, quòd etiam si aliquando legatum minuat portionē debitam legatario, ut notatur in l. si cum dotem. §. si pater. ff. solut. matrim. & in l. huiusmodi. §. cum pater. ff. de leg. 1. hoc non admittitur quando non testator, sed eius hæres erat debitor legatarij, tunc enim legatum nunquam videtur relictum, in compensationem debita docēt Abb. Imola, & Antoni. in cap. officij. de testam. In Authen. præterea nu. 20. C. unde vir, & uxor. ubi Salice. prope finem. Rodericus in repetitione. l. 1. Titulo de las arras. §. sed pone quaestionem valde quotidianam. col. pen. versic. non recedas à communis opinione. Tiraquei. in tractatu de primogenijs. q. 75. nu. 3. Assist. decisione Neapolitano, primogenitus teneatur dare fratri vitam, & militiam, nõ sufficiens, ut sit liber ab hac obligatione, quòd pater relinquat secundo genito caltrum, ex quo se possit alere, nihilominus enim primogenitus tenetur dare secundo genito vitam, & militiam: quoniam cum pater non deberet ei vitam, & militiam, sed eius primogenitus, eor. è non potest videri reliquisse legatum animo compensandi, cum non deberet ipse sed primogenitus eor. Eor. em opinio nem assenti idem Assist. in constitutio. Scilicet in epistola, comitibus. col. 62. q. 14. Alexand. in l. si cum dotem. §. si pater. nu. 4. ff. solut. matrim. Ergo cum testator decimam non dedit, sed eius filius pupillus; certè nõ potest videri relinquere tutori legatum animo compensandi, cum decima, cum ipse non debeat eam, quinimo neq; eius filius debet, tempore quo pater legat, cum nondum sit tutor. §. 1. Institut. de tutel. Imò neque, ea mortua quousq; tutor solemnia impleverit, & administraverit, cum non impletis solemnibus non possit administrare, ut dixi cap. 2. num. 57, cum sequenti & num. 64.

I 8 Postremo hæc opinio comprobatur ex Barba. in cap. officij de testam. ubi de sensu eius capitula. Ille in col. 27. usque ad col. 48. & scribit, quòd cum lucrum debetur ratione oneris, legatum non compensatur, cum luero debito; neque eius vice succedat;

puta statutum extat, ut maritus uxore mortua lucratur quartam partem dotis, siuge uxorem relinquere marito legatum, an illud compensandum cum quarta? certè non, quoniam quarta datur marito ratione oneris matrimonij, idem docet Bald. in Authent. præterea. C. unde vir, & uxor. Bald. & Rapha. in l. si donaturus. §. 1. ff. de condict. ob causam, Bald. in l. Titia. §. qui invita. ff. de legat. 2. & in l. si uxor. C. de bon. auctori. iudi. possid. Alexand. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. soluto matrim. & in l. huiusmodi. §. cum pater. ff. de leg. 1. & ibi usq. idem in Authent. præterea. C. unde vir, & uxor. Cum ergo tutori præstetur decima ratione laboris, ut dixi cap. 2. num. 1. videtur legatum ipsi relictum non succedere loco decimæ.

I 9 Deinde cum hic locus (scilicet) an legatum sit compensandum cum debito, pendeat ex voluntate testatoris, certè non est verisimile illum voluisse, ut legatum quod relinquit tutori, succedat in locum decimæ, quæ nondum debetur eo vivo, & eo mortuo debetur à filio, non à se.

2 0 Sed his non obstantibus contraria sententia videtur prima fronte verissima: imò legatum à patre pupilli, tutori relictum compensandum est cum decimæ.

2 1 Moveor ex textu, qui nominatim in hac specie loquitur in l. sed hæc nimium. iuncta lege præcedenti. ff. de excusa. tuto. ubi Iurisconsultus scribit quòd legatum relictum tutori, designato in testamento, semper (nisi aliud constet) videtur relictum in præmium administrationis tutelæ, inquit lex. Sed hæc nimium scrupulosa sunt, neque aliter admittenda, nisi evidenter pater expresserit, velle. sc. dare legatum etiam si tutelam non administraverit. Nota legatum semper videri relictum pro administratione tutelæ, nisi pater evidenter aliud dixerit, hoc enim significat illa lex iuncta præcedenti, quæ incipit Nestorius in fine: ubi ita notant Dinnus, Jacobus Arena, & Alber. idem in l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excusa. tuto. Alexand. cons. 74. num. 7. & probatur melius in l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excusa. tuto. ibi Remunerande fidei causa. Idem probatur in l. amicissimos. ff. de excusa. tutoribus. Ad suscipiendum onus tutelæ, hoc uxor legatarios prosequi. Idem probatur in l. qui tutelam. ff. de testament. tutel. & in l. post legatum. §. amittere. ff. de his quibus, ut indigni.

Tt Illog

De decima Tutori

- 22 **H**oc ad eò est verum, ut tutor non administrans, amittat legatum. d. l. post legatū. §. amittere. l. Nessenius. & l. l. amicissimos. ff. de excusat. tuto. Regia. l. 12. titulo. 5. lib. 3. Fori. in fin. l. qui tutelam. ff. de testamen. tutel. l. etiam si partis. ff. de leg. 1. Bartol. & Alexand. in. l. si legatarius. C. de leg. Deci. consil. 179. num. 3. & consil. 192. num. 4. Bartol. singul. 68. Bald. consil. 357. lib. 4. Segura, in repetitio. l. cum patronus. colum. antepenult. & penult. ff. de leg. 2.
- 23 **V**bi tractat, an tutor non administrans, amittat substitutionem fideicommissariā, Aufrerius in additione capellæ Tolosanę. 293. vbi si sint duo tutores legatū accreſcit administranti.
- 24 **H**inc Bald. in. l. fin. ff. de confir. tuto. scribit, quòd tutor, cui relinquitur legatum, ea vere debet, cum illud accipit se illud redditurum, si tutelam non administraverit.
- 25 **Q**uòd si legatum semper videtur relietū tutori ratione administrationis, sequitur, quòd decimam habere non debet? quoniam? Doctores plenissimè supponunt legatum compensandum cum debito, si ea fuit mēs testatoris. Servanda enim est eius voluntas, vulgaris textus in Auth. de nuptijs. §. 1. versic. disponat itaq; collat. 4. quinimò etiam si voluntas sit tacita, vt in. l. cum proponebatur mihi, & in. l. qui solidum. §. 1. ff. de lega. 2. circa quæ videnda sunt, quæ adducit Mencha. contra Covarru. libr. 1. de successio. creat. §. 2. numc. 8. & quæ declarat Decius cons. 59. & Iason. in. l. filiusfamilias. §. Divi. 3. notab. & in. l. nemo potest. 1. notab. de legat. 1. & in. l. filium quē habentem. C. famil. hærciscund. & obiter nota, q̄ respectu hærcidis voluntas testatoris est lex, tenet Bart. in. l. 1. C. de pactis, & videndus Ripa. d. l. nemo potest, num. 36. quod limita, nisi contrarietur iuris dispositioni, ut per Iaso. d. l. nemo potest. num. 2. & in. d. l. filiusfamilias. §. Divi. hum. 12. iſſi 2. lectura. Guid. Papæ. q. 5. 15. Iur. Clar. lib. 3. recep. sent. §. testamentum. q. 6. 1. & ubi de ea constat, non est amplius disputandum, an legatum sit compensandum cum debito, ut per Bart. Bald. Salice. Roman. & Alexan. in Authen. præterea. C. unde vir, & uxor. Bar. Imol. Paul. & Alexand. in. l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. matr. & in l. huiusmodi. §. cum pater. ff. de lega. 1. rextus. l. una. §. sciendum. C. de uxori. ratione.
- H**ic tutori debetur labor administratio

nis, lex autem præsumit legatum relinqui pro labore administrationis, ut supra probavi, neque oportet aliter constare, de mente testatoris, cum præsumptiones legum sint liquidissimæ probationes. gio. in l. si tutor petitus. C. de peri. tut. o. latę Iason qui alios citat, in. l. Imperator. ff. de lega. 1. & in. l. si fundus. ff. solut. matrimo. Ad eò autem, lex præsumit legatum relinqui pro administratione, ut ei itadum prorsus sit, nisi evidentè aliud constet, hæc enim sunt verba legis supracitata. Et ex hac sola præsumptione lex tollit legatum tutori, nollenti administrare, ita probatur in. d. l. Nessenius. §. si. cum lege sequenti. ff. de administra. tuto. & applicatur pupillo Rom. cons. 235. col. 1. Cum ergo testator legatū relinquendo, videatur velle compensare laborem administrationis, manifestum est, quòd non debet iterum solvi, nec enim est novum, alium pro alio solvere. l. solvendo. ff. de negot. geltis. præsertim, cum ex legato tutori factò, minuatur legitima pupilli, neque verosimile sit, patrem velle gravare filium duplici præstatione, ut in. l. Titia. §. qui invita. ff. de leg. 2. Deinde cum tutor legatum acceptat, iam videtur velle illud habere pro administratione, iuxta iuris præsumptionē quam ignorare non debet.

26 **C**onfirmatur hæc opinio, ex textu in. l. idemque. §. idem labeo. ff. mandat. ubi inquit lex, quòd expensæ factæ ab administratore, sunt ei solvendæ, & ponit glossa exemplum in tutore, qui repetit expensæ, in rem pupilli. Subdit tamē textus, hoc verum, nisi administratori præcium detur, tunc etiam simile est solvendum. Cum ergo tutori detur legatum pro administratione, certè etiā, si administratio esset expensæ, nõ posset eius mercedem petere. De intellectu tamen illius glossæ dicam infra cap. 1. vers. sed certè.

His congruit, quòd executori semper videtur relinqui legatum ratione laboris, ut scribit Ang. consil. 163. Alex. l. 1. col. 2. nu. 4. ff. de leg. 2.

27 **H**is magnoperè suffragatur, quòd si ex statuto, marito deferatur quarta pars dotis, si uxor ei reliquit legatum, non potest petere quartam, quoniam legatū in quarta locum succedit. Hec est communis sententia, quam tuentur Iacobus Ricardus, Albe. Barr. Salic. & Ias. nu. 21. & Alexan. in Authen. præterea. C. unde vir, & uxor. Alexand. & Imola in. l. si cum dotem. §. si pater.

pater. ff. solut. matrim. Alex. & Ias. & in l. huiusmodi. §. cum pater. ff. de leg. 1. Rodericus. qui post Alexan. & Ias. asserit hanc opinionem esse receptam. in l. 1. titulo De las arras. §. pone quæstionem. libr. 3. Fori: ubi plurima congerit similia à nostris definita: ergo iuxta hanc communem sententiam, cum tutori ex hac lege deferatur decima, non habebit illam, si legatum ei sit relictum.

29 ¶ Deinde probatur, quoniam legatum relictum à patre filio, computatur in legitimam debitam filio, ut in l. etiam. §. si debita. ff. de bon. libert. notant Bal. Sali. Angel. & Iason in l. si quando. §. & generalitèr. C. de inoff. testamen. Cum autem in legitimam (non civili tantum, verum etiã naturali iure debitam, ut per Doctores in l. 3. C. de iur. & fact. ignor.) computetur legatum, à patre relictum filio, quanto magis idem dicemus in tutore, ut legatum ei relictum computetur, in decimam, quæ neque Naturali, neque Civili Iure, sibi debetur, sed ex decreto huius legis, quæ veluti correctoria est restringenda, ut dixi cap. 1. col. si. Præsertim stantibus supra productis, scilicet, quòd legatum, nisi aliud testator expresserit, videtur relictum in præmium administrationis.

30 ¶ His accedit, quòd in quartam Falcidiã, quæ optimo iure debetur, iuxta glossam, & communem sententiam, in l. 1. ff. de cõdictio. indebi. computantur legata relicta à testatore: ut in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. quanto magis idem dicendum in decima, quæ adversus iuris dispositionem datur.

31 ¶ Postremò, hæc opinio probatur, quoniã licet Iure Regio executori detur decima, ut dixi. c. 19. id non procedit, si executori relinquatur legatum, ut significatur in l. 30. tit. si. De las penas. lib. 8. Ordinat.

32 ¶ His rationibus, verissimum videtur, tutori non dandam decimam, pro quantitate sibi legata à testatore: quòd amplia, etiã si legatum relinquatur filio, vel servo tutoris, nam id videtur relictum tutori, ita nominatim probatur in l. qui tutelam. ff. de testam. tutor. facit. l. maritum. ff. ad leg. Falcid. ubi Doctores notant, quòd id quòd relinquatur filio hæredis, contemplatione ipsius hæredis, computatur in quartam Falcidiam, quam ex iuris dispositione hæres habere debet.

33 ¶ Illud addendum, quòd non solum le-

gatum perpetuo remansurum apud tutorem, computatur in decimam, verum etiam interusurium mediij temporis, licet post illud teneatur illud restituere: hoc probatur, quoniam hæres imputatur in quartam Falcidiam, interusurium legati sibi relictum cum onere restituendi. l. cum quo. §. is qui in bonis. ff. ad leg. Falcid. in quãtitate. §. magna. l. mulier. §. alia. ff. eod. titulo: quare, si tutori legetur ususfructus fundi in decem annos, certè ususfructus eius temporis computabit in decimam, ut in simili notant Aretin. & Iaso. nume. 27. in Authent. præterea. C. unde vir, & uxor. Intellige hoc, nisi tutor, id quòd restitutus est, possideat post mortem pupilli, illud enim non computabitur, putà, si ei substituat. l. amicissimos, in prin. ff. de excusat. tuto. Rom. cons. 235. col. 1.

34 ¶ Hæc videtur probabilis opinio, quam si sequi vellis, non obstant allegata in contrarium: Primò, non obstat. l. una. §. sciendum. C. de rei uxor. actio. nam præter aliàs responsiones prolixè traditas per Doctores, in Authent. præterea. C. unde vir. & uxor. & in l. si cum dotem. §. si pater. ff. solut. matrimo. textus ille loquitur, quando non constat de voluntate testatoris, utrum voluerit legatum compensari, cum decima, nos autè loquimur in casu, in quo lex nominatim definit legatum videri relictum in præmium administrationis.

¶ Deinde, non obstat communis intellectus. c. officij. de testa. scilicet, quòd nunquam legatum censetur relictum, pro eo, quòd hæres debet, id enim generalitèr verum est, non autem in nostro casu, in quo lex definit legatum videri relictum in præmium administrationis tutelæ, cum autem administratio debeat esse in re pupilli, & lex dicat, quòd pro ea videtur relictum legatum, certè licet pupillus debeat præmiũ administrationis, iam à patre est solutum, & cum sit solutum, non est iterum solvendum. Pater enim nominans tutorem, cum sciat illum nõ posse onus recusare, iam pectore revolvit, quomodo gratus sit tutori, quem sibi iam videre, videtur administrare rem filij, & laborem nondum ceptum, vult remunerare.

35 ¶ Sed ut ingenuè, quòd sentio proferam, hæc opinio non caret scrupulo: potest enim responderi ad l. sed hæc nimium. ff. de administratio. tuto. quòd licet legatum videatur relictum pro administratione,

De decima Tutori

non videtur relictum pro decima, quam pupillus debet, non enim aduersantur iuri, vel rationi, ut tutor præmium accipiat, à testatore, & decimam ab eius filio, cum taxa decimæ solum imponatur, ut nõ deducatur plus de bonis pupilli, non tamen, ut aliunde tutor non possit habere aliud præmium, pro administratione, & licet detur generalitèr præmium pro administratione, non videtur dari loco decimæ, quam pupillus debet, nisi id exprimat, vel adultus legatum relinquat tutori, hoc videtur verius, sed quia varia sunt hominum iudicia quædam addam necessaria, his quibus contraria sententia placuerit.

36. ¶ Primò, hæc limitatio, huius legis (licet vera sit) non habet locum, quando pater relinquit legatum filio suo, quem designat tutorem fratris, eiusdemque filij, sui pupilli, quoniam non ratione administrationis, sed ratione filiationis legatum videtur reliquisse, ita nominatim probatur in l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excusa. tuto. inquit lex. *Quæ tutoribus renuncians fidei causa testamento parentis relinquuntur, ab hæredibus extraneis quoque retineri placuit, quod non habebit locum in persona filij, quem pater impuberi fratri coheredem, & tutorem dedit, cum iudicium patris, ut filius non, ut tutor, promouit.* & ita ibi notant Bartol. Bald. & Abbe. ad limitationem. l. sed hæc nimium. ff. de excusatio. tutor. Sic Alexand. in. l. ff. num. 4. col. 2. ff. de legat. 2. scribit, quòd etiam si legatum relictum executori, videatur relictum ratione laboris, id non admittendū quando uxor, vel filius sunt executores, tunc enim ex naturali amoris stimulo videtur legatum, non ratione laboris, citat Angel. consilio. 163. & facit regula generalis, quòd in dubio legatum, & alia quæcumque donatio videntur relinqui filio, ratione filiationis, non verò alio respectu, ut notant Bald. in Authent. ex testamento. C. de collatio. Alexand. qui alios citat in. l. si donatione. C. eo. titulo. Iaso. in. l. si tibi decem. §. si pactus. col. 2. ff. de pactis. & in. l. Titius. col. 2. ff. de liber. & posthum. Aleiat. præsumptionum, regula. 1. præsumptione. 6. Et quòd filio videatur relinqui legatum ratione filiationis, scribit Alexand. in. l. qui filiabus, num. 2. ff. de leg. 1. Deci. consilio. 192. num. 3. Roman. consil. 207. incipiente, si volumus, & consi. 235. incip. quoad primum. Decius consil. 179.

nu. 3. Segura in repet. l. cum patronus. col. pen. ff. de leg. 2.

37. ¶ Illud tamen maximè notandum, quòd licet voluntas testatoris legantis filio, tutori fratris censeatur procedere ratione filiationis, & non ratione administrationis, atque ideò non sit legatum computandum in decima, tamen, si filius recuset esse tutor, amittet procius legatum, quia non implet voluntatem testatoris, qui illum designavit tutorem; ita est intelligenda dicta. l. tutor. §. quæ tutoribus, & ita docuit Iacobus Belvisius, in Authent. de hæredib. & Falcidia. §. his omnibus, per illum textū, Bald. & Alexand. in. l. si legatarius. C. de legat. Deci. d. consi. 192. num. 4. & consi. 179. numer. 3. Segura in repet. d. l. cum patronus. col. pen. Bald. & Paul. in. d. l. si legatarius. Bart. in. l. Nessenius. ff. de excusat. tuto. & in. l. 1. ff. de legat. 2. & dislerit Alexand. in. d. l. si legatarius; nu. si. nam, non desunt qui contra sentiant: scilicet, Imol. in. l. 1. ff. de legat. 2. Ioan. Andr. ad specul. de instrumentorum iudicatione. §. nunc verò aliquas versiculo queritur autem qualiter. Ang. consil. 153. incip. in Christi nomine, sed præcedens opinio, videtur receptior, si recusat tutelam: si autem gerit, viget interpretatio legis, quòd non ratione administrationis, sed ratione filiationis videtur reliquisse, & sic ei, supra legatum decima debetur.

38. ¶ Sed illud pro declaratione præcedentium excutere oportet. Quid si quis à patre pupilli legatum accepit amplissimum, non tamen ab eo, sed à iudice datur tutor, quæro, an loco decimæ computare debeat legatum: supra enim disseruimus de eo, cui relinquitur legatum à testatore, & ab eo nominatur tutor, hinc non de eo, qui à testatore designatur tutor, sed à iudice: videtur etiam hunc legatum habiturum loco decimæ, tum ex superioribus, tum ex his quæ notat Bartol. Alexand. & Iaso. in. l. quæ dotis. ff. solut. matrimo. idem Bartol. & Doctores in. l. si fundum, per fideicommissum. ff. de legat. primo, ubi notant, quòd ille qui à me, vel autore meo beneficium accepit, si aliquid utilitatis in rem meam conferat, videtur conferre animo donandi, & beneficium reponendi: facit etiam. l. si verò. §. idem Papinianus. ff. mandat. Cum ergo tutor legatum acciperit, à patre pupilli, videtur, quòd contentus beneficio, nollit decimam deducere.

His

His suffragatur, quòd notant omnes in Authent. præterea. C. unde vir, & uxor, q̄ retuli, nu. 18. (scilicet) quòd dictante statuto, ut maritus lucretur quartam, mortua uxore, non habet locum, si uxor ei relinquat legatum, & est communis sententia, ut supra dixi: ergo idem videtur sentiendū in tutore, ut non auferat decimam; si ei relinquatur legatum.

¶ Sed contraria sententia verior est, & nominatim definitur in. l. ex his apparet. ff. de excusa. tuto. iuncta. l. Nessenius, eo. titulo. Inquit lex, quòd etiam, si de iure testator videatur relinquere legatum tutori, pro administratione, id non procedit, quādo legatarius, non est datus tutor à testatore, sed à iudice. Verba legis hæc sunt: *Ex his apparet, non esse his similem, quem prætor tutorem dedit, cum posset uti immunitate; hic enim nihil contra iudicium fecit testatoris, nam, quem ille non dedit tutorem, cum noluisse tutelam filij administrare dicere non possumus.* Cū ergo testator non videatur huic relinquere legatum pro administratione, quia de administratione eius, non censetur cogitasse, si illum tutorem non dedit, manifestum est, quòd labor administrationis, non est pensatus, neque habuit animum illum pensandi, & ideo est pensandus: ita notant Dinus, Iacob. A. Rena, Bal. & Albe. ibi, Roma. conf. 235. col. 1.

39 ¶ Rursus, probatur hæc opinio, quoniam nunquam legatum succedit in locum dediti, quando non adest voluntas testatoris, vera, vel præsumpta, à iure. l. una. §. sciendum. C. de rei uxor. actio. notant omnes in Auth. præterea. C. unde vir, & uxor, & in. l. si cum dorem. §. si pater. ff. solut. matri. In nostro autem casu, lex non præsumit legatum, relictum pro administratione, imò præsumit testatorem non cogitasse de tutela, ut probatur in. d. l. ex his apparet, cum ergo de tutela non cogitavit, ineptissimum esset dicere voluisse testatorem remunerare laborem administrationis tutelæ.

¶ Deinde, quod huiusmodi legatum, nō sit computandum in decimam, probatur: quoniam, si id volumus probare ex communi sententia supra relata, scilicet, quòd obligatus ex dispositione legis aliquid præstare, videtur relinquere legatum animo compensandi, per DD. dicta Auth. præterea, obstat alia communis opinio, dotens hoc nō procedere, quando nō testator, sed eius hæres debebat, ut notat Abbas. d. cap. officij,

num. 4. de testamen. & ibi Anton. & Imola, Iaso. in Authent. præterea, nu. 20. cum alijs citatis supra num. 17. Decimam autem nō debebat testator, sed eius filius debet post mortem patris, post assumptam, & administratam tutelam, ergo legatum à testatore relictum, non est compensandum, cum decima, quia non debet eam ipse, sed eius filius incipit debere post eius mortem.

¶ Nō obstat si quis obijciat, cur supra numer. 21. docuisti, legatum compensandum cum decima, non obstante communi opinione? Respondeo, rem illam non definiti ex iuris decretis, sed ex voluntate testatoris, qui cum nominat tutorem aliquem legatarium fecit, videtur relinquere legatum pro administratione. Hic autem, hæc præsumptio, & tacita voluntas deficit, quoniam si non nominavit tutorem, præsumit lex, quòd non cogitavit de tutela, ut in. d. l. ex his apparet, præsertim, quòd etiam, si nominetur à testatore, res est satis dubia, ut supra dixi, & hæc solum scribimus his, quibus placet legatum compensari debere, cum decima, si testator legat ei, quem tutorem nominat.

¶ Non obstat ex aduerso prolata, quoniam ex superioribus patet responsum.

40 ¶ Sed quid si datus fuit tutor à testatore, aliquis legatarius, tamen necesse fuit, ut dationem tutelæ confirmaret iudex, an talis tutor teneatur in decimam computare legatum, nam videtur talem tutorem dari à iudice. Sed verius est legatum computandum in decimam, quoniam licet tutela exeat iudicis confirmatione, viget iudicium, & voluntas defuncti, qui illum nominavit tutorem, qui videtur voluisse remunerare administrationem, & ea ratione reliquisse legatum: ita speciatim probatur in. d. l. Nessenius. ff. de excusa. tuto. quam ad hoc notat ibi Dinus. Bal. Iacobus, & Albe. sed ut supra disertè testatus sum, res est satis dubia, quòd tutor testamentarius teneatur computare legatum in decimam; & ferè omnia argumenta quæ magis urgent, loquuntur, quòd legavit ipsemet qui debebat, non quòd eius hæres. Sed replicari potest, quòd licet debeat, hæres debet administratione, & testator ex iuris præsumptione, videtur legare in præmium administrationis. Sed responderi potest, quòd videtur legatum, in præmium administrationis, sed non in locum decimæ; & hoc videtur probabilius.

¶ Sed

De decima Tutori

¶ Sed est quæstionis, quid si legatum est minus decima, quæ debetur pro omnibus annis, an tutor residuum petere possit. movet quæstionem. l. Imperator. §. si centum. ff. de lega. 2. ex quo Bart. & Paul. notant, quòd licet gravatus non teneatur supra legatum, quo fuit honoratus, id non procedit, quando non in quantitate, sed in aliqua specie gravatus fuit, tunc enim legatarius acceptans legatum, obligatus est implere illud, pro quo sibi relictum est, licet plus æstinari possit, quam legatum: quod etiam docuit Paul. in. l. Titia. §. qui invita. ff. de leg. 2. Alexand. in. l. si cum dotem. §. si pater. ff. solu. matrimo. Tutor autem gravatus à testatore, administrare; nò videtur gravatus in quantitate, nam administratio non est pecuniaria impensa, sed est factum, ut dixi. c. 4. nu. 1 2.

42 ¶ His accedit, quod de iure, si debitor relinquit creditoribus aliquam rem, animo compensandi, & creditoribus acceptat legatum, nò potest aliquid ultra petere, etiam si debitum plus valeat, quam ipsa res legata. ita significat glosa. in. l. creditorem. ff. de leg. 2. quam ibi sequitur Dinus, citans pro ea. l. sed si non servus in principio. ff. ad leg. Falcid. & ibi Raphael. licet, glosam esse singulariter notandam, & Imola dicit esse menti tenendam, & quòd cum ea transeunt. Dinus, & Bar. Ergo, cum testator nominans tutorem, semper videatur relinquere animo remunerandi administrationem, videtur quòd si tutor acceptat legatum, non potest amplius petere remunerationem administrationis, scilicet decimam, etiam si decima maior sit.

43 ¶ Mihi distinguendum videtur, aut enim testator nominans tutorem, dixit, ut tutor, legato contentus esset, neque amplius petere posset pro decima, & tunc si tutor, sciens acceptat legatum, nihil amplius petere potest, hoc enim casu, omnes probant glosam in. d. l. creditorem. præcipue Imola ibi. Paul. in. l. cum ab uno. ff. de lega. 2. & in. d. l. creditorem, in lectura Bononiensi, Alexan. consil. 132. num. 2. versiculo licet Ioannes, lib. 2. & l. si cum dotem. §. si pater. num. 2. ff. solu. matrim. Bertray. in repetitione. l. hac ædificati. §. si verò plus. nu. 61 & 7. C. de secund. nupt. Si tamen solum legasset nominando illum tutorem (nihil ultra addito) & profecto verius videtur legatum pro concurrenti quantitate compensandum cum decima, non ultra. Moveor

ex Paul. in. d. l. creditore. in lectura Bononiensi. & in. d. l. cum ab uno. qui doctrinam glosæ, in. d. l. creditorem. non probat, nisi cum testator addit, ne ultra quicquam petere possit. Quod etiam (dubius tamen) videtur sentire Imola, in. d. l. creditorem. & cum hac declaratione eam probat Alexã. d. consil. 132. num. 2. lib. 2. facit. l. civitatis. §. fina. cum ibi notatis. ff. de leg. 1. Comprobatur hæc opinio, ex. l. dotale. §. fin. ff. defun. dota. ubi pater relinquens filie legatum, minus valens, quam dos, quam ei dederat, non impedit, quominus filia (etiam si acceptet) residuum petere possit, facit. l. Lucius. la. 1. ff. de lega. 2. ubi probatur compensationem faciendam, pro concurrenti quantitate, facit etiam. d. l. Titia. §. qui invita. ff. de leg. 2. l. si focer. §. fin. ff. solu. matrimo. & tradita à Doctoribus, in. l. si cum dotem. §. si pater. ff. solu. matrimo. & l. Imperator. §. si centum. ff. de lega. 2. Scio tamen, quòd ad. l. dotale. §. fin. ff. de fund. dotal. respondet Alex. in. §. si pater. quod illud est specialis favore dotis, sed facit. l. pen. §. si. ff. de alim. & ciba. lega.

44 ¶ Non obstat, quod protuli ex Bar. & Paul. in. l. Imperator. §. si centum (scilicet) quòd legatarius in specie gravari potest, ultra summam legatam, nam re vera, si tutor constetur legatum habere, in remuneratione administrationis, ut dixi, certe, si legatum impediret petere residuum decimæ, videre tutor gravatus in quantitate, cum amittat pecuniam ex decima, provenientem, non obstat glosa in. d. l. creditorem, quoniã intelligenda est, ut supra dixi, & hæc opinio est æqua.

45 ¶ Meminisse tamen oportet, quod etiam, si testator dixerit, ne tutor quicquam petere possit, tutor agnosceus legatum, non præiudicat sibi, si id fecerit, ignorans dispositionem testatoris, ita enim dicitur æquitas, & notat Bal. in. l. si. ff. de confir. tuto. Alex. la. 1. nu. 4. col. 2. ff. de leg. 2. & sic residuum petere poterit.

46 ¶ Non ignoro, quòd adversus primum casum distinctionis, de quando testator dixit, ne tutor quicquam ultra petere possit, facit. §. ceterum. in Authent. ut cum de appellat. cognos. collat. 6. & quæ notat las. in. l. heres instituta. C. de impub. & alijs. §. in. l. si quando. §. & generaliter. in. 2. notabili. C. de inoffic. testam. Cassa. in consuet. Burg. Rub. 7. §. 1 2. in verb. ne retourne, nu. 1 2. scilicet, quod si pater reliquit aliquid filijs

PRO

pro sua legitima, & mortuo patre filius simpliciter accipit legatū, & facit quietationem generalem hæredibus: non ideo prohibetur petere supplementum legitime, etiam si pater addiderit clausulam, Ne filius ultra petere possit, & quod esset contentus legato. Sed responde illud esse speciali favore legitime, ut notatur in dictis locis.

47 ¶ Illud addendum, quod testator, si ve nometur tutorem, si ve non, non potest efficere, ne tutor ne auferat decimam, neque in ea illum gravare. Primum probatur, quoniam beneficium lege, vel consuetudine concessum, non potest à nobis tolli, ut in Auth. de nuptijs. §. si vero. Et ius mihi cōpetens absque facto meo, à me auferri non potest. ut in l. id quod nostrum. ff. de reg. iuris. Et quod supra dixi, num. 43. intelligitur, quando acquievit voluntati defuncti, qui nolluit illum quicquam capere, ultra legatum.

48 ¶ Deinde ius per legem acquisitum re, vel spe: à nobis tolli non potest, nisi consentiamus: ut latè per omnes in l. qui Romæ. §. Flavius. ff. de verb. obligat. Sic pater paciscens, ne filia habeat dimidiū lucratorum, constante matrimonio inter eam, & maritum, nihil agit, ut, per Lupum, in repetitione Rub. de donatio. §. 63. incip. limitabis ista. nu. 1. vers. idem dicendum.

49 ¶ Quoad secundum (scilicet) quod tutor non potest gravari in decima, notat expressè Didacus Segura in repetitione. l. cohæredi. §. cum filia, versiculo sed adverte. ff. de vulga. Quoniam tutor decimam accipit à pupillo, non à testatore, & cum à testatore nil accipiat, gravari non potest. l. ab eo. cum iuribus vulgaribus. C. de fideicommissi. Deinde, quoniam tutor, non capit decimam ex liberalitate, sed ex causa onerosa, propter suum laborem, & sic nihil liberalitè capiat, sed laboris præmium consequitur. Onus enim tutelæ decimam mæretur, ut in hac lege, & sic, cū accipiat, ut administraret, onus administrationis facit, ut tutor potius videatur debitum accepisse, quam honorem, & sic, gravari non potest. l. civitatibus. §. fin. ff. de leg. 1. & l. non amplius. cum ibi traditis, per Alex. & Ias. ff. de leg. 1. ubi tractans, quod, quādo onus superat legatum, legatarius non tenetur illud implere, neque gravamen valet. Denique, tutor possidens decimam, rem sua opera partiam, possidet: non rem à testatore, vel pupillo donatā, ergo quod suo labore

acquirat, à nemine potest minui.

50 ¶ Notandum tamen, quod si quis filio suo spurio consultum velit, & ut habeat ultra quintam bonorum, ei iure Regio concessam, consilium est, ut nometur cum tutore filij sui legitimi, ut inde consequatur decimam, ita in simili docet Segura in. d. §. cū filia. fallentia nona. ff. de vulga. & pupillari.

51 ¶ Sed est cognitum dignū, quid si tutor datus in testamento, repudiet legatum sibi relictum, an etiam si illud repudiet, teneatur illud cōputare in decimam? Hæc quaestio tam est difficilis, quam elegans, & utilis est his, quibus placet legatum compensandum cum decima. Videtur, quod legatum repudiatum non sit computandum, iuxta notata per glosam in l. Titia. §. qui invita. ff. de leg. 2. ubi legimus, quod etiam, si de iure mulier, cui relinquitur à patre legatum pro dote, non possit pro concurrēte quantitate petere dotem, ut ibi probatur, & in l. si cum dotem. §. si pater. ff. solu. matri. tamen id non habet locum, si mulier repudiat, & ita notat Alex. in. d. l. si cum dotem. §. si pater. nu. 3.

¶ Rursus facit efficax argumentum (scilicet) quod si tutor non agnoscit legatum, applicatur hæredibus testatoris, ut in l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de testam. tuto. & ibi notant Dinus, & Alber. textus in l. pen. C. de leg. cum ergo legatum repudiatum à tutore, detur pupillo hæredi testatoris, iniquū videtur, ut tutor non auferat de decimam ratione repudiati legati, cum applicetur ipsi pupillo, qui decimam dare deberet.

52 ¶ Contraria tamen sententia, fortissimis rationibus nititur, præcipuè auctoritate Iuriscōsulti in. l. si hæres cuius. ff. ad leg. Falcid. cuius verba sūt: Si hæres, cuius fideicommissum est, ut accepta certa præmia hæreditatē restituat, à voluntate eius qui testamentum fecit, descendat: & postea legis Falcidie beneficio nisi vellit, & si non detur ei, id quo accepto hæreditatem restituere rogatus est, tamen fideicommissum, quod restituere gravatus est, cogitur nihilominus præstare, quoniam quod ei pater familias dari voluit legis Falcidie commodum præstat.

¶ Nota ultima verba legis, & quod hæres computat in Falcidiam, non solum legatum quod accepit, verū etiam legatū quod repudiavit, habetur enim, ac si illud accepisset. Cum autem hoc in Falcidia disponatur, videtur idem dicendum in decima, ut non solum in ea computeur legatum

De decima Tutori

acceptum, verum etiam legatum repudiatum, facit. l. cum quidam. C. de conditio. in ser. ubi si seruo relinquatur libertas, si decem dederit hæredi, consequitur eam si hæres nollit agnoscere legatum. Ad eò autem decretum. l. si hæres cuius, nostris placuit, ut scripserint, quòd hæres si repudiat legatum, non solum, non auferet quartam Falcidiam, verum neque licebit poenitere, & repudiationem rescindere, ita Iacobus Arena. Paul. & Alexand. ibi Barto. Bald. & Cin. in. l. fin. C. de condi. in ser. de qua tamen re, vide Alexand. in. d. l. si hæres cuius Paul. in. l. cum fundus. ff. de condi. & demonstra. Præterea non obstat glosa in. l. Titia. §. qui invita. quoniam ibi relinquatur legatum, pro re propria, id eò si repudiatur, propriam rem petere potest: hic autem loquimur non quando, quis re propriam vendicat, sed cum petit decimam in remunerationem laboris, quò casu paria sunt accepisse, vel repudiasse, ut in dicta. l. si hæres. Deinde non obstat quòd legatum repudiatum applicatur pupillo, quoniam forsam habet fratres cohæredes, & sic non applicatur sibi totum. Præterea in casu. l. cum quidam. C. de conditio. in ser. legatarius consequitur legatum, non obstante, quòd retinet sibi legatum, scilicet quantitatem quam iussus est dare, ergo & hic non est iniquum, ut idem sit.

53 Postremo hæc opinio comprobatur forti ratione: nam legatum censetur relictu, pro administratione, & id tutor ignorare non debet, cum teneatur scire ius, repudians autem legatum, videtur renuntiare præmium administrationis; nullus autem negabit tutorem posse renuntiare, & repudiare decimam, nam licet favori suo renuntiare, l. si quis in conscribendo. C. de pact. & mulier potest renuntiare lucris sibi competentibus. cap. 1. de matrimon. ad morga. contract.

Hæc omnia mihi videntur æqua, & probabilia, & principalis conclusio (scilicet) quòd tutor teneatur computare legatum in decimam, probatur quoniam decima datur, ut tutor habeat unde se alat, ut dixi cap. 1. Si autem ex legato habet alimenta, non est quòd amplius decimam petere possit.

54 Sed certè res est satis dubia, & probabilis videtur, quòd dixi num. 35. cogitent eruditi. Sed illud addendum, quòd servus quem relinquo tutorem filio, potest deducere decimam, licet ex tutela fiat de-

iure liber, quoniam id fit ratione, & favore pupilli, ut in. l. quidam. C. de necess. ac. v. hæred. instit. & in. l. si hæreditas. §. in. ff. de testam. tutel. ut gesta ab eo valeant, & commodius administret, in utilitatem pupilli.

S V M M A.

- 1 **H**onorario tutori, an danda decima, & nu. 17. usq; ad nu. 19.
- 2 Honorarius tutor, quis dicatur.
- 3 Honorarius, tutor est, & tenetur facere inventarium, & nu. 4.
- 5 Honorarius tutor, non potest contrahere cum pupilla.
- 6 Honorarius tutor, non habet minorem potestatem quam ceteri tutores.
Quarta Trebellianica datur Cesari heredi instituto.
- 8 Honorarius tutor non administrat. num. 13.
- 9 Honorarius tutor, non exigit rationem.
- 10 Honorarius tutor, non iurat.
- 11 Honoraria tutela, non tenetur onus.
- 12 Tutor non gerens, non potest auctorari.
- 13 Nobilis, non petit salarium sollicitudinis.
- 14 Salarium, non tribuendum, pro solo titulo dignitatis.
- 15 Honoraria dignitas, letitiam præstat, sed que habet administrationem, plerumq; patit amaritudinem.
- 16 Capellani creati ad honores, non lucrantur fructus.
- 20 Tutor datus causa notitiæ, quis sit.
- 22 Tutori dato causa notitiæ, an sit dandum salarium.
- 23 Tutor datus causa notitiæ, an teneatur de periculo tutelæ, & nu. 24.
- 25 Tutor datus causa notitiæ, non datur, ut gerat, & nu. 26. & 27.
- 29 Tutor notitiæ causa datus, de quo tutelæ periculo teneatur.

¶ An tutori honorario sit danda decima, & quid in tutore dato causa notitiæ. Cap. VI.

- 1 **P**ræterea quæro, an tutori honorario, sit danda decima, & quid in tutore dato causa notitiæ? De honorario prius dicamus. Sciendum inter tutores, non solum eam esse differentiam, quòd quidam legitimi, quidam dativi, quidam testamentarij sunt, verum etiam quidam sunt honorarij.
- 2 Dicitur autè tutor honorarius, qui datur, ut pupillus sit magis honoratus eius auctoritate, & protectione, pui à si quis pte beius

beius designet filio suo tutorem, Beneventanum Regulum, aut Toletanum Antistitem, aut Hispalensem rempublicam, ut legimus quendam fecisse, qui filio Florentinam rempublicam reliquit tutricem, quo filius ab omnibus magis coleretur; ita docet glosa, in l. iure nostro, & ibi Din. Bald. Alber. & Rapha. Com. ff. de testa. tute. glos. in l. quod si forte. §. sunt quidam. ff. de solutio. & ibi notant Bart. Paul. & Angel. sic Pomponius iuris originem explicans, in l. 2. §. eodem tēpore. ff. de origi. iuris. Inquit, *Honorarium dicitur, quod ab honore prætoris venerat.* Deinde Cicero Tusculanarum quaestionum lib. 5. *Solent (inquit) honorarium arbitrum accipere Carneadem.* Arbitror etiā honorarium tutorem dici, quæ proprii honoris causa datur, putā fratrem habeo cuius mores mihi displicent, tamen ne eius existimatio lædatur apud bonos, & graves, nomino illum cum alijs tutoribus, quos designo filio meo: ita notat glosa in lege quod si forte. §. sunt quidam. ff. de solutio. & ibi notant Baldus, Paulus, & Angel. sed arbitrator priorem significationem propriam esse.

3 Videtur honorario tutori decimam dandam, quoniam hæc lex de tutoribus loquitur, honorarius autem, tutor appellatur, ut in l. quod si forte. §. sunt quidam. ff. de solu. & in l. iure nostro. §. honoris. ff. de testa. tute. Et ubi quadrant verba legis, admittenda est eius dispositio, ut in l. 4. §. totiens. ff. de dam. infecto. Et cum lex non distinguat, nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publicia.

4 Sic honorarius tenetur facere inventarium, autore Bart. col. 1. & Dino, in l. tutor qui reperforiū. ff. de administ. tuto. & ibi Bald. Salic. in l. tutores, col. 3. C. co. tit. Auferrius in additione Capellæ Tolosanæ. 288. col. fin. moxetur Bart. quia l. tutor, qui loquitur generalitèr. Cum ergo hæc lex loquatur generalitèr, videtur etiam ad honorarium extendendam.

5 Deinde leges loquentes in tutore, extenduntur ad honorarium, ut scilicet non contrahat matrimonium, cum pupilla, & ad eū pertinet periculum tutelæ, ut in l. si quis. §. quid ergo. ff. de ritu nuptial. 3. §. tantū dē. ff. de administ. tuto. Item honorarius, non minorem potestatem habet in administratione, quam cæteri tutores, ut in l. quod si forte. §. sunt quidam. ff. de solutio. & ibi notat Bart. Bal. Angel. & Paul. Quod si habet

eandē potestatem eundem laborem sustinet; ergo idem præmium habere debet.

6 His congruit, quod quarta Trebelianica, quæ datur hæredi, propter onus restituendi hæreditatem fideicommissario, danda est Principi, & reipublicæ, & ipsi Cæsari si instituat hæres, licet non satis videatur convenire Augusti dignitati: ita probatur in l. si legatus. §. fin. ff. ad Trebel. cuius hic est verus, & communis intellectus, ut ibi notant Dinus, Bart. Paul. Imola, & Alexan. qui testatur hæc esse communem sententiam. Cum ergo viri Principes quartam deducant, videtur honorarium posse deducere decimam, licet tantæ sit dignitatis, ut datus fuerit ad protegendum pupillum. Postremò facit, quod si ex statuto vir mortua uxore possit retinere quartam partem dotis, hoc admittendū etiam in viris nobilissimis, ut scribit Decius cōsil. 402. num. 13.

7 Contraria tamen sententia probatur efficacissimè, quoniam tutoris officium est gerere tutelam, & propter laborem administrationis datur ei decima, ut hic expressè, & differtè exprimitur, ibi: *Por su trabajo.*

8 Honorarius autem non administrat, ut in l. 3. §. tantū dē. ff. de administ. tuto. inquit lex: *Cæteri ergo tutores, non administrabūt, sed erunt iij quos vulgo honorarios appellamus.* Nota honorarium dici, qui non administrat: idem probatur in l. quod si forte. §. sunt quidam. ff. de solutio, ibi: *Sunt quidam tutores, qui honorarij appellantur, quidam qui in hoc dantur, ut gerant.* Nota honorarios nō dari, ut gerant.

9 His congruit dict. l. iure nostro. §. honoris. ff. de solutio, ubi probatur, quod si tutori dato in testamento iniungatur cura exigendi rationes, eo ipso nō potest appellari honorarius: unde Bart. & Alberi. ibi notant, quod honorarius adeo liber est ab onere administrationis, ut si ei solum imponatur cura exigendi rationes, eo ipso nō sit appellandus honorarius.

10 Hinc Bald. scripsit, in dicta l. quod si forte. §. sunt quidam. ff. de solu. quem legit, in l. ratum. ff. eodem titulo, quod licet tutor teneatur iurare se omnia rectè, & ad minoris utilitatem gesturum, neque prætermitturum utilia, neque admissurum inutilia, ut in l. fin. §. sed cum antiquitas. C. de cura. furio. hoc non requiritur in tutore honorario, quoniam non datur, ut gerat. Cum ergo decima detur

pro-

De decima Tutori

propter laborem, & hinc tutor non laboret, imò, neque detur, ut gerat, manifestissimū videtur huic decimam non dandum.

11 ¶ Confirmatur efficacissimè hæc opinio ex .l. si quis. §. quid ergo. ff. de ritu nupt. ubi probatur, quòd habens tres tutelas, nō excusatur ab onere quartæ, si una tutela sit honoraria. Quod si honoraria tutela, non sufficit ad effugiendum dānum, inultominus sufficere debet, ad capiendum lucrum, (scilicet) decimā: cum non iudicetur onus, neque labor.

12 ¶ Postremò, hæc opinio confirmatur, quoniam bona pars pupillaris utilitatis, versatur in utilitèr contrahendo, tutor autem non gerens, non potest præstare auctoritatem in contractu minoris, ut in .l. et si pluribus. ff. de auctori. tuto. & in .l. pupillum. ff. de acquir. hæredi. & in .l. iusiurandum, quod ex conventionē. ff. de iure iuran. Cū autem honorarius non gerat, neque in id detur, ut gerat, manifestum est, quod auctoritatem præstare non potest.

13 ¶ Vltimò, quòd honorarius non administrat, notant Dinus, Barto. Iacobus Arena, & Alber. in .d. l. iure nostro. §. honoris. ff. de testamen. tutel. Bart. Baldus, Paulus, & Angel. in .d. §. sunt quidam. l. quod si tortè. ff. de solutio. Et tutela honoraria, non est labor, neque onus, ut in .d. l. si quis. §. quid ergo. ff. de ritu nupt. cum ergo non sit onus, cessat ratio huius legis, quæ decimā dat propter labor. Et vel illud sufficeret, quòd tutori non gerenti, non est danda decima, ut infra capitulo undecimo.

¶ His congruit, quòd honorarius cum detur, ut honoret pupillum, erit necessario vir gentis nobilitate clarus, & oppulencia insignis, nobilis autem non potest petere salarium, seu precium sollicitudinis, autore Bald. in capit. gravis. col. 2. versiculo, sed nunquid nobilis, iuncto eo, quod prius dixerat, versiculo, sed an rusticus de restitutio. spoliat. Tiraquelus, de nobilitate. cap. 37. nu. 43. quoniam non est solitus operas suas locare, atque ideò operæ suæ non æstimantur pecunia, citat. l. naturalis. §. 1. ff. de præscrip. verb. quæ mihi non satis probat.

14 ¶ His accedit, quòd salaria, non sunt tribuenda pro solo titulo dignitatis, sed pro meritis (scilicet) quia benè, & utilitèr satisfaciunt officio suo, ita scripsit Platea, in .l. 1. num. 1. C. de anno. civil. lib. undecimo, ubi dicit, quòd salarium non

est dandum Doctòri, eo quod Doctòr est, sed quia benè, & utilitèr legendo satisfaciunt officio, cui est deputatus, citat textum ibi, & in .l. ut virtutū. C. de statu, & imaginib. & in .l. grammaticos. & in .l. magistr os. C. de professio. & medic. lib. 10. & in .l. una. C. de Athletis, eodem libro. Ergo quamvis honorarius habeat nomen tutoris, non debet habere salarium tutoris, quia salarium non datur pro solo titulo.

15 ¶ His suffragatur, quòd scribit Lucas Pæna, in .l. 1. C. de Præto. & hono. prætu. libr. 12. Boerius, seu Ioannes Montanus, de auctoritate magni consilij, numero. 145. ubi scribunt, quòd dignitas honoraria lætitiā præstat, quæ autem administratiōnem habet plerumque parit amaritudinē. Cum ergo honorarius laboris particeps, non sit, æquum est, ut sit contentus honore, & fiducia, à quam de eo testator concedit.

16 ¶ Postremò facit, quòd capellani creati ad honores, non sunt veri capellani, neque iucratur fructus, in casibus, in quibus alij, eos iucratur, gloss. in Authent. ut ordinatiæ præfecturæ, in verbo videat, colla. 5. Idem in consilijs ad honores creatis: docet Baldus consilio. 57. incip. præmissis verbis, lib. 1. Bald. in .l. sed & reprobari, in princip. ff. de excu. tuto. Boerius decil. 17. numer. 9.

17 ¶ Quid probandum? ex æquo enim videntur pro utraque parte pugnare rationes, & argumenta. Distingue, aut tutor honorarius, iuxta naturam suam nō gerit, & nullo modo consequetur decimam, ex omnibus prolatis, pro parte negativa. Si autem gerit (quod quidem ei licet, sicut cæteris tutoribus) & proculdubio cōsequetur decimam, ex prolatis, pro parte affirmativa.

18 ¶ Ex hac distinctione, patet argumenta supra prolata non pugnare, honorarius enim non datur, ut gerat, & si naturam suam sequitur, nō est, quòd petat decimam, si tamen præter naturam officij sui administrat, consequetur decimam.

19 ¶ Non aduersatur huic distinctioni. l. 3. §. tantundem. ff. de administratio. tutor. ex qua contendet aliquis honorarium etiam non gerentem debere consequi decimam, quoniam tenetur de periculo tutelæ. Respondeo enim, quòd honorarius non tenetur de periculo obveniente, ex eo quòd ipse non gessit, tantum tenetur, si contutores suspectos non fecit, & ille

qui

qui solum de periculo tutelæ tenetur, non percipiet decimam, nisi etiã administrat, ut patet in nominatore, & fideiussores tutoris, qui non eiunt ad id imprudentes, ut petant decimam, etiam, si de periculo teneantur, ut in l. 1. ff. de magistra. conveni. & in l. 1. ff. de fideiuss. tuto.

20 ¶ Nunc oportune excutiamus, quid sentiendum de tutore, quem Iureconsulti appellat tutorem datum causa notitiæ. Inter tutores enim quidam dantur, ut gerant; quidam dantur causa notitiæ. Ille autem dicitur notitiæ causa datus, qui in id præcipue datur, ut instruat contutores, qualitatem, & naturam rerum pupillarium ignorantes. Multum enim in administratione præcellit, qui rerum situs, regionis naturam, temporis opportunitatem norit. Ex mutatione enim regionis, mira succedit reũ varietas. Apud Germanos enim oleum magno in precio est: apud nos copia vile redditur.

21 ¶ Quod autem huic tutori decima danda sit, probatur: quoniam ex hac lege tutoribus decima datur, tutor autem datus causa notitiæ, tutor appellatur, ut in l. 1. §. si pupillus. ff. de tutel. & ratio. distrah. l. 1. C. de peri. tuto: neque solum tutor est, verum etiam dux, & oculus cæterorum tutorum, ut scribit Odofredus in l. 1. C. de peri. tuto.

22 ¶ Præterea, hæc sententia videtur efficacissime probari, in l. 1. §. si pupillus. ff. de tutel. & ratio. distrah. ubi probatur, quod quamquam tutori de Iure Civili non sit dandum salarium, ut in l. in eos. ff. de tutel. l. a tutoribus. §. principalibus. ff. de ministr. tuto. & docui prolixè capite primo. col. 1. tamen tutori causa notitiæ dato, est dandum salarium. Verba legis hæc sunt. *Ergo, etsi ex inquisitione propter rei notitiã fuerit datus tutor, & cetera; alimenta statuerint contutores; debet eorum ratio haberi, quia iusta causa est præstandi.*

¶ Cum ergo etiam ex tempore, quo tutori salarium non dabatur, daretur salarium tutori dato causa notitiæ, multò magis hoc tempore dandum, quo apud nos generalitèr tutori salarium datur.

23 ¶ His suffragatur. l. quæ ro. §. idem Paulus. ff. de testam. tutel. ubi probatur, quod tutor datus causa notitiæ, in omnibus pertinentibus ad administrationem, & accessionem, tenetur sicut alij tutores. Inquit lex. *Item Paulus respondit, eum quoque, qui propter rerum notitiã tutor datus est, perinde in omnibus, et*

administrationis, et accessionis iure conveniri posse, atque cæteros tutores.

¶ Nota, quod tutor datus causa notitiæ in attinentibus ad administrationem æquiparatur alijs tutoribus, decima autem datur, pro administratione, ergo cum in attinentibus ad administrationem æquiparetur alijs, certè ad similitudinem eorum habebit decimam, qui enim sentit onus, debet sentire honorem.

24 ¶ Præterea, hæc sententia probatur ex d. l. quæ ro. §. item Paulus. secundum unam lectionem: iuxta quam probat, quod tutor notitiæ causa datus, tenetur de cessatione, & quod si non gerat, obligatur, & cessationis pœnas dat, & ita ibi notat Dinus, Bar. Raphael Comensis. Bartoli autem verba hæc sunt, *Tutor notitiæ causa datus obligatus est de administratione.* Ex his videtur tutori dato causa notitiæ, decimam dandam.

25 ¶ Contraria tamen sententia verior videtur, & probatur ex his, quæ per textum ibi notant Odofredus, Bar. Bald. & Salicet. in l. 1. C. de peri. tuto. ubi notant, tutorem notitiæ causa datum non debere gerere, quoniam non in hoc datur, ut gerat, sed ut contutores instruat.

26 ¶ Præterea hæc opinio efficacius probatur in l. quod si forte. §. sunt quidem. ff. de solutio. cuius verba sũt: *Quidam notitiæ causa dantur, quidam in hoc dantur, ut gerant.* ergo datus causa notitiæ non datur, ut gerat, & in hoc dissimilis est ceteris tutoribus. Quod si decima datur propter administrationem, certè danda non videtur tutori dato causa notitiæ, ut dixi nu. 14. cum dictum restringatur, secundum rationem, ut in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. & hic non datur ad gerendum.

27 ¶ Rursus, hæc opinio probatur, quoniam hæc lex pensat laborem tutoris, aliud autem est administrare, aliud instruere administrantem, neque solum differunt re, verum etiam laboris qualitate, & disparitate, ut in l. quod si forte. §. sunt quidem. ff. de solutio. Tutor autem datus causa notitiæ, solum datur ad instructionem tutorum gerentium, non verò, ut ipse gerat, cum autem non gerat, cessat fundamentum, & ratio finalis huius legis, ergo cessat eius dispositio ut in c. cum testante. de appellatio.

28 ¶ Non obstat ex adverso prolata. Primò, nõ obstat. l. §. si pupillus. ff. de tutel. & ratio distrah. nõ enim dicit, quod tutori dato causa notitiæ, est dandum salarium, eo quod

De decima Tutori

quòd causa notitiæ datus sit, sed quia præmitur tanta ægestate, q̄ seipsum alere non potest, & ex consequenti non potest tutelâ gerere, qui casus (scilicet) non habere alimenta, ius præstat non solum tutori dato causa notitiæ, verum etiam ceteris quibuscumq; tutoribus, ut etiam iuxta Iuris Civilis regulas præmium administrationis postulent. Ego autem non loquor de tutore paupere dato causa notitiæ, & etiã si esset pauper, non dabo ei decimam, sed quantitate sufficientem, ad alimenta, quid enim si decima excedit necessitatem alimentorum? certè ei decimam non dabo, sed quod alimentis sufficit.

29 ¶ Præterea non obstat secundum argumentum. ex. l. quæro. §. item Paulus. ff. de testat. cum ibi notatis per Div. Bart. & ceteros. Sciendū enim tutorem notitiæ causa datum, solum teneri, si contutores malè gerentes, non fecit suspectos, vel si eos ex vero non instruxit, & sic intelligitur quòd legimus in. d. §. item Paulus. illum in administratione cessare non debere (hoc est in administratione naturæ suæ cõgruenti) in instruendo diligentèr, & bona fide contutores, & in facièdo suspectum eum, qui ex dolo, vel negligètia dignus est, ut removetur, ut probatur in. d. l. 1. C. de peri. tuto.

S V M M A.

- 1 **A**N Tutor ignorans se tutorem, debeat afferre decimam, si administrat, et num. 4.
- 2 Sententia lata, à iudice ignorante se iudicè, an valeat, et num. 1.
- 3 Tutor semper videtur gerere administratorio nomine.
- 4 Gestas à tutore ignorante se tutorem, non valent, et tutor non est.
- 5 Tutor ignorans se tutorem esse nominatum, non potest acquirere pupillo suo.
- 6 Gestas ab executore ignorante se nominatum exekutorem, non valent.
- 7 Procurator ignorans se habere mandatum, nil potest facere.
- 8 Tutor ignorans se tutorem, non tenetur de periculo tutelæ.
- 9 Tutor, qui non servavit solemnia, non lucratur decimam, neque gesta ab eo valent.
- 10 Sententia lata, à iudice, tanquam adversus contumacem, non valet licet reus revera fuerit contumax, si modo iudex id ignorabat.
- 11 Tutor, dubitans an sit tutor, an lucratur decimam.
- 12 Tutor invalidus, non lucratur decimam.
- 13 Tutor administrans tanquam amicus, et non tanquam tutor, an lucratur decimam.

- 16 Tutor administrans tanquam amicus, non acquirit pupillo suo.
- 17 Relictum Petro, tanquam tutori, non ei dandum si administrat, tanquam coniunctus: et non tanquam tutor.
- 18 Pupillus nullum habet privilegium adversus tutorem, qui non administrat tanquam tutor, sed tanquam amicus.
- 19 Si quis faciat actum modo invalido, non convalidatur ex modo, ex quo valere posset.

An sit danda decima tutori designato, si ignoret se tutorem, licet administret: vel si nõ administret tanquam tutor, sed tanquam amicus. Cap. VII.

1 **Q**Uæro deinde, quid si aliquis designatus tutor in testamento, à patre pupilli, diligentèr administrat pupilli bona, ignorat tamen se tutorem datū; quæro, an huic sit danda decima? videtur danda, quoniam tutor designatus est, & hæc lex de decima tutori danda loquitur, cum ergo quadrent verba legis, exercèda est in hac specie eius dispositio, ut in. l. 4. §. toties. ff. de dam. infecto, Præterea cum diligentèr administrando laboret, viget ratio huius legis, quæ vult præmium pro labore reponere.

- 2 **H**is congruit, q̄ licet iudex ignoret se electum iudicem, à partibus, nihilominus valet sententia ab eo lata, ut probari videtur in. l. 2 in principio. ff. de iudic. Inquit lex: Proinde si privati consentiant, prætor autem ignoret consentire, an legi, satisfactum sit videndū est, et puto defendi possèsius iurisdictionem esse. Cū ergo gesta à iudice ignorante se iudicem valida sint, videtur idem dicendū in gestis à tutore ignorante se tutorem, cum vera tutor nominatus fueris in testamento.
- 3 **H**is accedit glossa in. l. post mortem. ff. quædo ex factis tuto. ubi glossa docet, quòd tutor semper videtur administrare tutorio nomine, etiam si id non dicat, quod etiam docuit Aretia. Paul. Alexand. & Ias. in. l. post obitum. ff. solu. matrim. Bart. Alexan. & Ias. in. l. 1. §. nuntiatio. ff. de nouis operibus nuntiatio. et in. l. qui in alienis. §. si quis qui putabat. ff. de acquil. hæc redit. Bart. & Paul. in. l. 3. §. 2. ff. iudica. sol. i. & est communis opinio, secundum Alex. & Ias. in locis supra citatis.

citatis. Cum ergo in nostro casu hic tutor sit designatus, & diligentèr administret, & semper etiam, si id non exprimat, videatur administrare tutorio nomine, videtur æquissimo iure ei danda decimam, præsertim si administratio pupillari rei utilis fuerit. Quod comprobatur, quoniam natura certa est hunc esse tutorem, & hæc naturæ excellentia, sufficere solet in pluribus casibus, in quibus scientia requiritur, & vel sufficere debet dicta. l. 2. in principio. ff. de iudi. quæ dicit legi satisfactum, etiam si ignoret.

4 Sed his non obstantibus, contraria sententia vera est, imò vero tutor ignorans se tutorem non debet habere decimam, etiam si diligentèr, & utilitèr administret. Moveor primo ex. l. quæro. ff. de eo qui pro tutor negotia gessit, inquit lex. Quæro, an is qui cum testamento tutor datus esset, & in id ipsam ignoraret, pro tutore negotia pupilli gesserit, quæ si tutor, an quasi pro tutore gesserit, teneatur. Respondi non puto teneri quasi tutorem, quia scire quoque se tutorem esse debet, ut eo affectu negotia gerat, quo tutor gerere debuit.

Hinc duo sunt notanda: primum, quòd gesta ab eo, qui designatus est tutor in testamento, non valent quasi gesta à tutore, si ignorabat se tutorem, si autem nondum est tutor, neque tenetur quasi tutor, centè deficient verba huius legis, quæ de tutore loquitur. Secundo maximè nota, & ad hæc quæstionem, & ad omnem materiam huius legis, illa verba vltima. Quia scire quoque se tutorem esse debet, ut eo affectu negotia gerat, quo tutor gerere debuit. Ergo affectus (hoc est) vis, & spiritus, & diligentia quo tutor gerere debet, diversus est ab effectu, quo cæteri administratores gerunt. Hæc autem lex propter administrationem tutelarem, dat decimam, & propter laborem, ut dixi capite. 2. cum ergo affectus tutorius deficiat in eo, qui ignorat se tutorem, planè deficit ratio huius legis, quæ propter laborem tutelarem dat decimam (hoc est) propter laborem sedulum, improbum, nimium, & magnum. Tertiò nota, quòd tutor ignorans se tutorem, nondum est tutor, sed protutor; protutor autem non est danda decima, ut dicam. capit. de protutore.

5 His suffragatur textus insignis in. l. 3. §. sed quod de tutore, unctis præcedentibus ff. indi. solvi, inquit lex. sed si quidem tutor sit, non tamen quasi tutor negotia administravit,

quia ignorat se tutorem esse dicitur non committi stipulationem.

¶ Dixerat textus, quòd stipulatio iudicatus solvi, acquiritur pupillo per tutorem: postea subiungitur, id non habere locum, in eo qui ignorat se tutorem: hoc enim casu stipulatio ab eo interposita non acquiritur pupillo per quem textum. Pau. ibi, nu. 7. scribit, quòd tutor ignorans se tutorem, non acquirit pupillo suo, cum ei go ignorans neque tutor sit, neque pupillo suo acquirat saltè iure communi, neque ea diligentia, & affectu negotia gerat, quo tutor gerere debet: deficient verba huius legis, quæ loquitur de tutore: deficit eius ratio (scilicet) labor tutelaris, hoc est labor ingenti spiritu susceptus. Quod autem ignorans tutor non sit, probatur in. d. quæro. & in. l. 1. ff. de eo qui pro tutore negot. gessit. & d. eam latius infra.

6 His accedit, quòd scribit Bal. in. l. falsus. num. 19. C. de furt. ubi proponit quæstionem, an valeant gesta ab executore ignorante se nominatè executorem, ac tandem definit non valere ex textu in. d. l. quæro. & eius opinionem sequitur Alex. in. l. sed et si de sua si de acqui. hæ. redi.

7 Præterea hæc opinio confirmatur, quoniam tutor, & procurator, quamquam distictam habeant potestatem, uterque tamè dicitur administrare, gesta autem à procuratore ignorante se habere mandatum, nullius momenti sunt, si et id re vera habeat, quoniam antequam sciat mandatum sibi concessum, vel commissum, procurator non est, ita notat glosa per textum ibi, in Clementina unica, de procurat. notat Spec. titulo de procuratore. §. 1. vers. sed nunquid Bar. in consil. incipiente, quæro, utrum procuratori, num. 1. col. 1. Archidiacon. c. 1. de electione. Alex. in. l. sed, & si de sua, col. 1. ff. de acqui. hæ. red. Ioan. Andree. in. c. is cui, de procura. in. 6. Bal. in. l. 1. ff. de procurat. & in. d. l. falsus. nu. 18. C. de furt. & in. l. quæro. ff. de eo qui pro tutore negot. gessit.

8 Deinde hæc sententia confirmatur, quoniam qui non sentit onus, non debet sentire honorè, ut in. l. cum qui. ff. de iureiurand. Onus autem tutoris, non solum est administrare, sed teneri de periculo, si non administrat, ut late dixi. capit. 2. nume. 106. tutor autem, non tenetur de periculo tutelæ, usque ad diem scientiæ, ut in. l. ei si sciens. C. de administratio. tuto. & in. l. quidam decedens. ff. eo. titulo. Bart. l. abenti. ff. de donat. cum

V v ergo

De decima Tutori

ergo usque ad diem scientiæ, non sit obnoxius periculo, certè ante scientiam non debet habere præmium, quod datur pro periculo.

- 9 ¶ Præterea facit, quòd tutor, qui non fecit inventarium, & non iuravit, & satis dedit, & cui à iudice non est commissæ administratio, non potest agere, neque conveniri, neque administrare, licet sciat se tutor è. Quamvis enim ex scientia tutor sit, tamen gesta ab eo non valent, quousq; solemnia servaverit; ut notant Guido. decisio. 330. Bar. l. legitimos ad finem. ff. de leg. tuto. & in. l. 1. nu. 2. ff. de tutel. Aufrerius in additione decisio. Tholos. 288. Salic. in. l. tutores. col. 1. C. de admi. tuto. Corne. consil. 164. col. 2. libr. 4. Capici. Decis. 50. Parisi. consil. 125. nu. 25. lib. 1. glos. in. l. 9. titu. 16. par. 6. Alex. consil. 163. lib. 5. col. pen. Bar. & Bal. in. l. fin. C. de tutore. vel curat. qui satis non dedit. Iacobi. in. l. si tutor. nu. 13. C. in quibus causis. in integ. resti. non est necessaria. Anto. in. l. 14. Taur. nu. 11. ut latè dixi c. 2. nu. 58. & nu. 73. Cum ergo gesta non valeant, non est dandum administrationis præmium ei, cuius administratio inutilis est: & in specie Cassa. in consuetudinibus Burgundiæ, Rubrica. 6. §. 4. ff. verbor. cautio. versiculo adverte, num. 7. scribit, quòd licet ex lege Gallica, tutor lucretur fructus, id non procedit in tutore, qui non satis dedit, ut latè dicam infra cap. 12.
- 10 ¶ Simile est, quòd sententia lata à iudice adversus me, tanquam contra contumacem, non valet etiam, si verè fuerim contumax, si modo id ipsum iudex ignorabat, ita docent Bartol. in. l. hæc autem. ff. quibus ex caus. in possessio. eatur Bald. in. l. properandum. §. & si quidem. C. de iudicib. & in. l. 3. colum. finali. C. de procurat. Bartol. in. l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. infect. Bald. in. l. generalitèr. §. his de presentibus. C. de reb. creditis. Antoni. in. c. cum dilecti. de dolo, & contuma. Bald. in Auth. matri, & avia. C. quand. mul. tutel. offic. fung. post.
- 11 ¶ Sic gesta à iudice ignorante se iudicem, nullius momenti sunt, etiam si ei verè fuerit iurisdicctio cõmissa, ut notat Bar. Paul. & Socin. in. l. multum interest. ff. de conditio. & demonstrat. Abb. & Anton. in. c. cū ex officij de præscriptio. Bald. in. l. falsus. C. de furt. Bald. & Aretin. in. l. sed et si de sua. ff. de acquirend. hæredita. citant Doctores ad comprobationem huius sententiæ, d. l. quæro. & l. 3. §. et si quidem. ff. iudi. solvi, quæ loquuntur in tutoribus ignorantibus, & eorum argumèto censent nullius esse momenti, gesta à iudice ignorante se iudicem.
- 12 ¶ Postremò hæc sententia comprobatur, quoniam etiam, si tutor sciat se tutorem, non debet perc. pere decimam, si non administrat, tanquam tutor, sed tanquam amicus; vel aliàs, ut statim dicam, is autem qui ignorat se tutorem, qualitèr potest administrare tanquam tutor?
- 13 ¶ Quid autem, si quis non prorsus ignorat se tutorem, sed tamen dubitat, certè gesta ab eo non valent, & ex consequenti non debet habere decimam; dubius enim, & ignorans æquiparantur, ut in. l. si. §. si autem nescius, & dubitans. C. de furt. ubi hoc notat Bald. & nominatim, quòd .l. quæro. ff. de eo qui pro tuto. loquens in tutore ignorante, extendenda sit ad tutorem dubitantem docet Bald. in. l. falsus. nu. 19. C. de fur. qui licet loquatur in gestis ab executeore, definit rem ex dispositione. l. quæro, quæ loquitur in tutore.
- 14 ¶ Non obstant allegata in contrariū, quoniam non sufficit aliquem designatum esse tutorem, nisi solemnia observaverit, & nisi possit validè administrare, & eo affectu quo tutor gerere debet, hoc autem deficit in tutore ignorante, nam neque tutor est, ut in. l. 1. §. 2. ff. de eo, qui pro tuto. negot. gest. Ad reliqua patet responsum, solum oportet respondere ad. l. 2. in principio. ff. de iudi. ubi videtur probari, quòd valet sententia lata à iudice ignorante se iudicem; id enim prorsus est falsum, ut supra docui, & probatur in dicta. l. quæro. Neque obstat dicta. l. 2. quoniam loquitur in eo, qui verè iudex erat, & sciebat, tamen ignorabat iurisdictionem sibi prorogata à partibus, & sic verè iudex erat, & sciebat se iudicem, & solam prorogationem ignorabat. Non obstat, quòd tutor semper videtur gerere, tanquam tutor, quoniam hæc præsumptio est præpostera, in ignorante.
- 15 ¶ Sed est questio, quid si quis sciens se tutorem, administrat bona pupilli, nõ tamen administrat animo tutoris, nec tanquam tutor, sed tanquam amicus; an huic sit danda decima. Movet questio, quæ hæc lex de tutoribus loquitur, hinc autem tutor est. Item hæc lex dat decimam ratione administrationis, hinc autem administrat.
- Cum

Cum ergo quadrent verba, & ratio legis, videtur practicanda eius dispositio: nam, vel illud sufficeret, quòd tutor semper videtur gerere tutorio nomine, iuxta dicta supra num. 3. Sed verius videtur, huic decimam non dandam, si non administret tanquam tutor, sed tanquam amicus.

- 16 ¶ In hanc sententiam me satis proclinatorum, pertrahit textus singularis, in l. 3. §. sed quod de tutore. ff. iudi. solvi, inquit lex. Sed si quidem tutor sit, non tamen quasi tutor negotia administravit, ex aliqua causa iudicandum erit, non committi stipulationem. Hæc verba iuncta Paragrapho præcedenti, probant, quòd etiam, si tutor regularitèr acquirat pupillo, id non habet locum, quando administrat, non tanquam tutor, sed alitèr. Et illum textum tanquam memoria dignum, notat ibi Paulus, numero. 7. dicès, ex ea lege inferri, quòd tutor, qui non administrat tanquam tutor, non acquirit pupillo suo. Cum ergo non possit acquirere pupillo, saltem Iure Communi cessat administrationis præcipua, & magis expressa utilitas, ergo cessabit dispositio huius legis, ut in l. c. cù cessante de appellat.
- 17 ¶ Rursus hæc sententia efficacitèr, & nominatim probatur, ex Decio consil. 178. col. 3. num. 3. versiculo secundo responde, ibi: licet administraverit tanquam coniunctus, & ex Alexand. consil. 102. incip. visis & pòderatis, col. si. vers. præterea in testamento lib. 1. qui scribunt, quòd si alicui relinquatur aliquid tanquam tutori, non consequetur illud, si non administret tanquam tutor, sed tanquam coniunctus; vel negotiorum gestor. citat. Alexand. dictam. l. 3. §. 1. ibi: Quidam tutor sit, non tamen quasi tutor administrat. ff. iudi. solvi. l. debitor. §. 1. ff. ad Trebel. l. si paterfamilias. §. si duos; & quòd ibi notatur. ff. de adoptio. imò, si hic nominatus tutor, tutelam recusavit, & administrationem suscepit, dicitur esse in dolo, sicuti dicitur de eo, qui repudiat hæreditatem, & reperitur possidere bona. l. si is qui bonis. ff. de acquir. hæredit. Ergo cum hæc lex, det decimam tutori, sequitur, quòd non consequetur eam, qui non administrat tanquam tutor, sed tanquam amicus; vel coniunctus. Ita enim in hac ferè specie, notant Alexand. & Decius (duo clarissima iuris prudentiæ lumina). Sic licet mater secundo nubens, nõ reddita ratione, faciat remanere obligatum, secundum maritum ex legis dispositio-

tionem. l. penult. C. in quib. caus. pign. taci. cont. hoc non habet locum, quando administravit bona filiorum, sed non tanquam tutrix, ita Bologninus, in suis primis interpretationibus in d. l. penult. Boerius in consue. Bituricen. titulo de iure persona. §. 14. in fine. Sic licet coniuncta persona admittatur ad agendum, sine mandato, non admittitur, si velit agere, non, ut cõiunctus, sed ut procurator argument. glof. in l. filius. in glof. fin. ibi; Vel hic pater. ff. qui satisf. c. gan. Bald. in c. nonnulli. col. 2. vers. nota si quis impetrat, & ibi Felin. col. 14. vers. limita secundo. de rescrip. Alexand. in l. exigendi. col. 2. las. col. 3. fallè. 6. C. de procu. Bal. & Sali. col. 1. in l. 1. col. 1. C. de procu.

- 18 ¶ Præterea cõfirmatur hæc opinio, ratione maximè æqua (scilicet) quòd pupillus nullum habet privilegium adversus tutorem, qui non tanquam tutor, sed tanquam amicus gerit: ita probatur in l. si negotiũ. ff. de privil. credito. ubi notant Dinus, & Albericus. Cum ergo pupillus, hoc casu careat privilegio sibi concessio, adversus tutorem, equissimum est, ut ipse tutor careat privilegio, quòd habet adversus pupillum, & adversus eius bona, scilicet, ut ex eis auferat decimam arguèto. l. non eo minus. C. de procura.
- 19 ¶ His suffragatur regula, aberuditis memoria tradita (scilicet) quòd si quis possit aliquem actum validè agere, certo modo, certè, si diverso modo faciat, actus non convallidabitur ex eo capite, ex quo posset fieri, & validè administrari, nec præmium propositum adipiscetur, ita notat Socin. in l. multum. col. 3. ff. de condition. & demonstratio. Abbas, & Anton. in cap. cum ex officij. de præscriptio. Cum ergo hic, si administraret tanquam tutor, præmium decimæ habiturus esset, sequitur, quòd cum alio modo gesserit, ex qua decimam non datur, (scilicet) administravit tanquam amicus, quòd non debet consequi decimam, sed audiet vulgare illud, quòd potui nolui, quòd volui adimplere nequivit, ut in l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi. l. si genero. ff. de iure doti. l. miles. ff. de milit. testa. c. cum super. de offic. delega. Aymon. Crabetta consil. 171.
- 20 ¶ Præterea, aut hic inventarium confecit, & cautionem præstitit, & de periculo tutelæ tenetur, & certè, etiam si utilitèr administret, tanquam amicus, ita, ut bona non

De decima Tutori

diminuatur, nihilominus eius administratio indigna est favore, cum administrando tanquam amicus, pupillo acquirere non potuerit, ut supra dixi. Licet enim tutor, qui solemnia non servavit possit acquirere pupillo, ut dixi. c. 2. nu. 57. id verum, quādo administrat, & gerit nomine pupilli, & tanquam eius tutor; secus, si tanquam eius amicus, ut probatur in. d. l. 3. §. sed quod de tutore. ff. iudi. solvi.

21 ¶ Non obstant ex adverso prolata: non enim sufficit quem tutorem esse, ut ipsi decima detur, imò requiritur, ut eo modo administret, & eo nomine, quo sibi decima datur (scilicet) nomine tutorio. Item requiritur, ut bonus & diligens tutor sit, officium autem boni tutoris est acquirere pupillo, hoc autem tutor præstare non potest, si tanquā amicus administret, & non tanquam tutor.

22 ¶ Non obstat, quòd semper videtur administrare tutorio nomine, hinc enim loquor quando manifestum est, quod administravit tanquam amicus; lex autem, tutori dat decimam, non amico, nulla enim lex scripta est, ut amico decima detur.

S V M M A.

- 1 ¶ Tutor, vel curator adiunctus primo tutori, an decimam habere debeat, distingue. nu. 17. 18. 23. & 24.
- 2 Tutorem habenti, tutor dari non potest, nisi ex causis enumeratis, in num. 5.
- 3 Tutor adiunctus primo tutori, an sit verus tutor, an vero censeatur administrator, & numero 12. & 13.
- 4 An ex datione secundi curatoris, primus desinat esse tutor, vel curator distingue, ut in nu. 17. & numero. 21.
- 5 Tutor secundo loco datus, an habeat liberam, generalemq; administrationem.
- 6 Tutor adiunctus primo tutori, an teneatur observare solemnia.
- 7 Tutor secundo loco datus, an teneatur de periculo tutelæ.
- 8 Officium tutoris secundo loco dati, an duret usq; ad pubertatem pupilli, an vero quousque finiatur necessitas primi tutoris, & nu. 16.
- 9 Faciens actum alteri mandatum sub certo salario, an lucretur idem salarium.
- 10 Curator secundo loco datus, ut sublevet primi tutoris curam, an possit auctoritatem præstare in his que iuris sunt, & an hoc autore possit addere hereditatem.
- 11 An tutor, vel curator secundo loco datus, in casibus,

in quibus verus tutor est, debeat dividere decimam cum primo tutore, & nu. 20. & nu. 21.

- 25 Tutoribus pluribus testamento datis, si unus decessit, alius dabitur, etiam si ceteri tutores superviventes sint.
- 26 Tutelaria negotia consuetudine metienda.
- 27 Mater tutrix in aliquibus regionibus, non tenetur renuntiare secundis nuptiis, quia ita moris est.

¶ Antutor, vel curator adiunctus primo tutori, quia agrotat, vel quia infirmus est, vel impeditus, possit petere decimam, tanquam verus tutor.
Cap. VII.

1 ¶ Occurrit questio, doctissimi cuiusque examine digna, vtrum tutor, vel curator adiunctus primo tutori, decimam habere debeat. Non hinc loquor de pluribus tutoribus simul datis, sed de tutore qui ex iusta causa datur tutori habenti, quia primus tutor administrare non potest.

2 ¶ Supponendum ad lucem postea dicendorum, eam esse iuris regulam generalem, & tutorem habenti, tutor dari non potest. l. propter litem. §. 1. ff. de excusa. tuto. l. cum iure. C. qui dari tuto. poss. Regia. l. 3. titu. 16. part. 6. scribit Specul. titu. de tutore. §. generaliter. nu. 8. Marian. conf. 20. Iacobi. in. l. si curatorem, num. 15. C. de integ. resti. Bald. Ang. & Sali. in. l. 1. C. in quibus causis tuto. haben.

3 ¶ Et iuxta ramen causa (scilicet si tutor sit impeditus) datur alius tutor, puta propter valetudinem, senium, furorē, vel surditatē, primi tutoris. l. 1. ff. de tutel. itē si primus tutor relègetur ad tēpus, vel ab aliqua parte administrationis sese excuset, puta si pupillus habeat bona in diversis regionibus, ut in. l. pe. C. in quibus causis tuto. habē. & in. l. propter litē. §. 1. ff. de excu. tuto. idē si primus tutor absit causa rei publice, ut in. l. si quis abfuturus. ff. de suspect. tuto. l. quæsitum. ff. de tutel. item cum primus tutor sit pauper, ut in. l. pietatis. C. de suspect. tutor. item, cum primus sit debitor pupilli, ut in Authēt. ut iij qui obligatas, se habere perhibent res minorū. §. sed & si quis, quē textum dicit ibi singularem Angelus.

¶ His

- 4 ¶ His suppositis concuratori, vel concuratori adiuncto primo tutori videtur dandam decimam. Primo, quoniam lex hos appellat curatores, & tutores, ut in l. penul. ff. de tutel. & in Auth. de nuptijs. §. si autem: colla. 4. docent Dinus, Iacob. & Ange. qui hanc probat, & sequitur sententiam, in Rubrica. C. in quibus causis tutorem habenti tutor dari potest: & probatur nominatim in titulo. C. in quibus causis tutorem habenti tutor dari potest, nota verba illa: *Tutori rem habenti tutor dari potest*. Ex quo liquet, secundum appellari tutorem. Cum ergo tutor sit, quadrant verba legis, & ex consequenti exercenda est eius dispositio, argumento. l. 4. §. totiens. §. ff. de dam. infecto.
- 5 ¶ Præterea, licet nonnulli è nostris, censeant hunc secundum tutorem, non esse tutorem, sed curatorem, ut statim dicam; tamen sufficit esse curatorem minoris, ut quis consequatur decimam, ut dixi capite. 3.
- 6 ¶ Præterea hæc sententia, probatur argumento fortissimo, nam cum secundus datur, primus definit esse tutor, ut in l. propter litem. §. fin. ff. de excusat. tuto. ibi: *Habenti ergo tutorem, datur tutor, sed aliarum rerum, non earundem datur*. Et ita notat Alber. in l. pen. ff. de excusat. tuto. Raphael. Comensis, in l. tutor qui reipublicæ. ff. de tuto. & curato. datis ab his, & ibi Alber. idem Albe. C. in Angel. notant, & Salicet. expr esse in l. 1. C. in quibus causis tuto. habent. Ex quo infertur, quod secundo loco datus, non solum est tutor, verum etiam primus definit esse tutor; ergo absque dubio, ei dabitur decima.
- 7 ¶ His suffragatur; quod sicut tutor plenè, liberamque habet administrationem, iuxta glosam in l. mandato generali. ff. de procura. cum alijs à me cõgestis. c. 2. ita etiam liberam, generalemque; administrationem habet tutor, secundo loco datus, autore Albe. in l. fin. C. in quibus causis tuto. habent. cuius doctrina probatur in l. in omnè. ff. de tuto. & cura. datis ab his. Cũ ergo potestas concessa officio secundi tutoris, par sit potestati, quã generalitèr tutores habent, par erit administrationis labor, quo enim quis maiorè habet potestatem, maior est officij labor, neque enim potestas debet esse otiosa.
- 8 ¶ His consonat, quod ij, non solum habent potestatem, quam habent primi tutores, verum etiam eadem solemnia observare tenentur, autore Bar. in l. tutor qui repertoriũ. col. 1. ff. de administrat. & ibi notat Dinus, docet Albe. in l. de creationibus. C. de Episc. audia. col. pen.
- 9 ¶ Rursus, hic secundo loco datus, proprio periculo re administrat, neque similis est actori, qui tutoris periculo administrat, ita probatur in l. 1. & 2. C. in quibus causis tuto. habent. notat Bar. in l. tutor qui repertoriũ. col. 1. ff. de adm. tuto. Azo in summa. C. in quibus causis tutorè habent. Raphael Comensis, in l. solent. ff. de tutel.
- 10 ¶ Item, sicut officium tutoris finitur pubertate, ita officium tutoris, secundo loco dati, finitur pubertate, ut in l. 2. C. in quibus causis tuto. habent. ubi notant Bar. Bal. & Salicet. Cũ ergo secundo loco datus, tutor sit, & labores tutoris sustineat, adsunt in favore huius sententiæ mens, ratio, & verba expressa huius legis.
- 11 ¶ Postremò, vel illud sufficeret, quod qui exerceat actũ alteri sub certo salario mandatũ, idem salariũ petere potest, textus est singularis, & fortè unicus, in l. Titio. ff. ad municip. ubi hoc notat Bar. dicens esse textum notabilem: Ergo cum secundo loco datus, exerceat officium tutoris, & tutori datur decima; sequitur, quod secundo loco dato danda etiam est decimas.
- 12 ¶ Hæc sunt, quæ istam sententiam videntur extra omnè dubitationis alcã ponere. Sunt tamen plura, neque inepta, neque icuina, quæ diversam sententiam efficaciter asserunt. Primò, urget textus insignis, in l. solent. ff. de tutel. ubi probatur, quod curator datus tutorem habenti, magis censetur administrator rerũ, quã curator, audi verba legis: *Solet etiam, aliquando curator dari tutorem habenti, propter adversam tutoris valetudinẽ, vel senium ætatis, qui magis administrator rerum, quam curator esse intelligitur*. Quod si curator non est, quã fronte petet decimam, cum hæc lex tantum de tutoribus, & curatoribus minorum loquatur, & non solum administratoribus, verum, neque curatoribus danda est decima, si modo non adolescentium, sed bonorum curatores sint, ut infra dicam suo loco.
- 13 ¶ Sic Bald. expendens verba dictæ legis, dicit, hoc secundo loco datus irregularitèr, & improprie appellari curatores. Rursus Raph. Comen. ibi, dici hos appellandos curatores bonorũ, & ante hos gl. in c. 1. 7. q. 1. Azo. in summ. C. in quibus causis tutorem habenti tutor dari potest, ubi dicit hos improprie appellari curatores, proprie

verò administratores bonorū. Rursus Angelus Perusinus, in Rubrica. C. eod. tit. dicit hos non curatores, sed bonorum administratores appellandos.

14 ¶ His efficaciter suffragatur talis ratio: De iure, pupillus nullum contractum inire potest, nisi tutore auctore, ut in rubro, & nigro. C. de auto. præstan. & ff. de auto. tuto. per totum titulum: hinc autem curator secundo loco datus, ut subleuet primi tutoris curam, in his omnibus quæ iuris sunt, auctoritatem interponere non potest; & si huiusmodi (aliquid ipso auctore) gestū sit, non valet, sicuti factum absque auctoritate tutoris: ita probatur in l. tutore. ff. de auctori. tuto. ubi Bartol. & Raphael Comensis dicunt, quod ubicumque tutoris auctoritas est necessaria in re pupilli, non sufficit auctoritas istius curatoris: idē tradit Barto. in l. curator. ff. de tuto. & curato. datis ab his, ubi citando textum in l. curatorem. ff. de aucto. tuto. inquit, hunc curatorem, neque alienare, neque obligare pupillum posse, neq; alia gerere quæ iuris sunt, tantum debere bona administrare, & conservare, fructus colligere, & reconde-
re, quod est proprium officium curatoris bonorū, ut in l. is cui. post quā. ff. ut in posse. legatorum. & in l. inter bonorum. ff. de admin. tuto. glo. in l. i. ff. de cura. bonis dando: idē tradit Albe. in l. qui habet. col. 1. ff. de tute. curatori autem bonorum, non est danda decima, ut efficaciter probō, infra suo loco.

15 ¶ Sic licet curatore auctore, adolescens addere hæreditatem possit, ut in l. cum quidam. C. de adm. tuto. tamen, si habenti tutorem adiūgatur, ex aliqua causa curator; talis curator hæreditatem addere non potest. l. cum in una. §. tutor. ff. de appellatio. quem ibi notat Bart. notant Doctores in l. potuit. C. de iure delibe. & in l. pupillus. si fari. ff. de acquir. hæredi. ubi nostri de litigāt de ratione. d. §. tutor. & tandem, definiunt, eam veram esse rationem, quod curatori dato habenti tutorem, minus iuris, & potestatis conceditur, quam tutoribus, & curatoribus adolescentium. Ex his apparet hos curatores, non solum improprie appellari curatores, verum etiam non habere potestatem, quam tutores, & curatores habent, sed strictissimam habere potestatem.

¶ Præterea, quod ij curatores limitatam habeant potestatem, notat glossa in d. l. solēt. Azo. in summa. C. in quibus causis tu-

torem habenti, tutor dari possit.

16 ¶ Adhuc, ut liquet quantum ibi differat à tutoribus, & curatoribus adolescentium, vide Bar. Jacobum Arenam, Albe. Bald. & Raph. Comen. in l. solent. post glosam ibi. ff. de tutel. ubi omnes tradunt, officium istorum curatorum, finiri finito morbo, vel impedimento primi tutoris, non autem durare usque ad pubertatem pupilli, vel usque ad annum vigesimum quintum: quod expressè probatur in l. i. C. in quibus causis tuto. habent. & in l. si tutor reipublicæ. ff. de tutel. & ratio. distrah. ubi dicitur, quod periculum administrationis pertinet ad istos curatores, quousque primus possit administrare, verba legis subiiciā: *Isq; iam finito munere, quod ei iniunctum est abesse desijt, quin ad eius officium, curamq; iam pertineat, &c.* Et quod hinc tutor, fin. atur, finita necessitate, probat Regia. l. i. §. tit. 16. part. 6. notat Albe. l. si quos. col. 1. versiculo sed nūquid remoti, & sequenti. C. de officio Præfecti præto. Orientis, Tiraqueli in tractatu, cui titulum fecit; cessante causa, in prima parte. in verbo officij, nu. 194. facit. l. 3. §. fin. ff. de susp. tutoribus.

17 ¶ Quid verius? quid probabilius? utraque pars fortibus rationibus, crebraque Doctorum nomenclatura videtur communita: mihi distinguendum esse videtur; inter causas enim, propter quas, tutorem habenti, tutor dari potest: quædam tales sunt, ut primus tutor, cui cōcurator, seu contutor adiungitur, desinat esse tutor, vel ad tempus, vel in perpetuum, vel per excusationem: horum exempla subiiciam. Si tutor reipublicæ causa absit, datur in locum eius curator, & ipse desinit esse tutor, ita probatur in l. i. C. in quibus causis tuto. habent. & ibi notant Cinus, Dinus, Albe. Salice. & Ang. & probatur etiam in l. si tutor reipublicæ. ff. de tutel. & ratio. distrah. & ibi notant Albe. & Raph. Comen. idem Albe. in l. Titius. ff. de excusat. tuto. & in l. 3. §. si quis abfuturus. ff. de suspect. tuto. hoc ergo casu primus desinit esse tutor, & secundus curator est.

¶ Rursus, aliquando per dationem secundi curatoris, quis desinit esse tutor in perpetuum, putā, si primus tutor factus sit furiosus, vel mutus; hoc enim casu secundus in locum istius successus, tutor est. l. pen. ff. de tutel. Idem cum mater tutrix transit ad secundā vota, in locum enim eius datur alius, qui verè tutor est, ut in Authent. de nupt.

§. lin

§. si autem. Tertius casus est, quādo quis potest se excusare à parte tutelæ, putā, si pupillus habet bona in diversis regionibus, & tutor videns se obligatum esse omnia administrare, etiam sita in cæteris regionibus, imparemque se esse tanto negotio, utitur excusatione, quoad sita in alia regione, petitque pupillo quoad illa tutorem alium dari, & ipse quoad illa tutor definit esse, ita nominatim dicitur in l. propter litem. §. 1. ff. de excusa. tuto. Sunt etiā aliæ causæ, quibus habenti tutorem; tutor dari potest; putā, si tutor sit valetudinarius, vel senio cōfectus, & his, & similibus casibus, secundo loco datus, non est verè curator, sed administrator: & ita loquitur textus in l. solent. ff. de tutel. hanc distinctionem (ne fortè quis mei capitis somniū dixerit) tradit Ang. in Rubrica. C. in quibus caus. tuto. habent. tutor dari potest.

18 ¶ His suppositis, distingue, aut enim causa propter quam secundus tutor datur, talis est, ut primus desinat esse tutor, & secundus tutor sit, & tunc secundus cum sit verus tutor habebit decimam, & ita intelligenda sunt omnia prolata in favorem primæ partis: est enim verus curator, liberamque, & generalem administrationem habet, & eius officium durat; usque ad pubertatem, ut supra dixi, & probatur in l. curatorem. ff. de tuto. & curato. datis ab his. l. 1. & l. potuit. C. in quibus causis tuto. habent.

¶ Si vero causa propter quam secundus curator datur, talis est, ut non removeatur primus tutor, à tutela, ad tempus, neque in perpetuum, & hoc casu cum secundus curator non sit, sed potius administrator, ipsi decima danda non est, ita intelligitur. d. l. solent. ff. de tutel. & omnia adducta in favorem secundæ partis. Hic enim curator, finita necessitate definit curator esse, & strictam habet potestatem, neque auctoritatem interponit, vel validè quidquam facit in his quæ iuris sunt, cessantque verba, & ratio huius legis, cū neque tutor, neque curator sit, neque laborem tutelari parem sustineat.

19 ¶ Sed dubitabit aliquis, an in casibus, in quibus decima danda est curatoribus secundo loco datis, debeant eam dividere cum primo tutore, aut quisnam eorum solidam decimam percipiat, & an iudicandum sit, ac si duo tutores essent? Movet quæstionē, quòd primus tutor est, ut in Rubric. C. in quibus causis tutorem habenti tutor dari

potest idem probatur in d. l. solent. ff. de tutel. Præterea movet quæstionem. l. penult. ff. de excu. tuto. ubi textus inquit, quòd tutor qui abest causa reipublicæ, & in cuius locum alius est substitutus, postquā reddijt, definitque reipublicæ causa abesse, re-assumit tutelam, & una tutela est. Ex quo inferitur, primam tutelam minimè finitam esse, si enim esset finita, non esset una tutela, eademque cum prima, sed nova tutela, si igitur semper est tutor, pro toto tempore decima ei præstanda est.

¶ Quod autem prima tutela duret, docuit glosa, quā sequitur Hugolinus, quem Cinius refert, in l. 1. C. in quibus causis tuto. hab. glo. in d. l. solent. ff. de tutel. quæ scribit, quòd cum curator adiungitur tutori, talis curator non potest hæreditatem addere, ut in l. cum in una. §. tutor. ff. de appellatio. illud enim tutor facturus est, si igitur tutor addere debet hæreditatem, non definit esse tutor, & illam glosam sequuntur Barto. & Raph. Comen. in l. curatorem. ff. de tuto. & curato. datis ab his. Barto. in d. l. cum in una. §. tutor. ff. de appellat.

20 ¶ Sed contra verius, imò vero in casibus, in quibus supra docui, secundo tutori dandam esse decimam, ipse in solidum eam percipiet, neque eam communicabit primo tutori, nam in casibus in quibus docui, secundo decimam dandam esse in casibus, in quibus primus definit esse tutor, ad tēpus, vel in perpetuum, iuxta negotij naturam. Etenim, si furor, cecitas, vel quid consimile tutori primo eveniat, removeatur in perpetuum, ut in l. pen. ff. de tutel. Si verò absentia causa reipublicæ incidat, pro tempore absentia definit esse tutor, & pro tempore quòd tutor non est, decima ei non est præstanda. Quoniam hæc lex de tutoribus loquitur, hic autem tutor non est, ut in l. si tutor reipublicæ. ff. de tutel. & ratio distrahen. inquit lex: Si tutor reipublicæ causa abesse cæperit, ac per hoc fuerit excusatus, tutela iudicio locus est. Nota absentem causa reipublicæ, in cuius locum alius subrogatur, ut in l. quæsitum. ff. de tutel. definere esse tutorem: inquit enim lex, illum esse excusatum, & tutelæ iudicio locum esse, iudiciū autem tutelæ non habet locum, nisi tutela finita, ut in l. 3. & in l. rationes. C. de adm. tuto. Et quòd hoc casu desinat esse tutor, videtur esse communis opinio: ita enim sentit glosa in l. 3. §. si quis abfuturus. ff. de suspect. tutor. & ibi Rapha. Comen. nu. 2.

Albe.

De decima Tutori

- Alber. & Raph. in l. tutor qui reipublicæ. ff. de tutel. & ratio distrahē. Cinus, Alber. Angel. & Salic. expressē, in l. 1. C. in quib. cau. tuto. hab. Dinus, & Albe. in l. tutor. §. si quis. ff. de susp. tutor. Cum ergo tutor nō sit, deficiunt verba huius legis, quæ de tutoribus loquitur, & à verbis recedendum non est, ut in l. non aliter. ff. de leg. 3.
- 21 ¶ Cōfirmatur hæc opinio, quōniam in hoc casu, quoad primum tutorem, non solū deficiunt verba legis, verum etiam eius ratio (scilicet) labor administrationis, tutor enim, propter cuius absentiam, furorē, cecitatem, vel similem causam, secundus tutor datur, tantum abest, ut possit administrare, ut ne solutionem quidem recipere possit dato secundo curatore. Ita probatur in l. quōd si fortē. §. sunt quidam. ff. de solutio. ibi: *Quid ergo, si solvit ei, in cuius locum curator erat constituendus, ut putā relegato in perpetuum, vel ad tempus, dico, si ante solvit, quā substitueretur curator, oportere liberari.* Nota, quod substituto secundo curatore, propter relegationem primi, non potest primo solvi; ergo cessant verba, & ratio huius legis. Quod manifestius liquet; quoniam periculum tutelæ ad primum tutorem non pertinet, ut in l. 1. C. in quibus cau. tuto. habent. non ergo est dubitandum primum, nullam decimæ partem consequuturum.
- 22 ¶ Non obstant adducta in contrarium (scilicet) tutelam primi tutoris durare; quoniam in casibus supradictis falsum est, imō tutela cessat perpetuo, vel ad tempus. ¶ Non obstat Rubrica. C. in quibus cau. tuto. habent. licet enim videatur innuere, primum adhuc tutorem esse, id verum; antequam detur secundus tutor; imō Severius iudicavit Ang. in d. Rubrica, inquit enim quōd cum primus tutor statim sit removendus, iam antea habetur pro remoto. Non obstat. l. pen. ff. de excusa. tuto. fateor enim unam tutelam esse, quoad hoc, ut tutor non possit se excusare, cum desierit abesse causa reipublicæ, sicut enim obligatus erat gerere, antequam reipublicæ causa abesset, ita obligatus est gerere, cum desinit abesse, & quoad hoc una tutela est, tamen pro tempore absentix tutela cessavit, ut ibi notant Dinus, & Albe. & dixi supra.
- 23 ¶ Hoc tamen (scilicet, ut secundus auferat totam decimam) intelligendum est, cum primus desijt quoad omnia bona esse tutor, non verò si desinat esse quoad partem bonorum pupillarjū. Subijciam exemplum quo res sit dilucidior, pupillus bona habet in diversis regionibus, tutor ne tanto onere prægravetur, petit sibi adiungi curatorem, qui bona in alia regione sita administret, ut in l. propter litem. §. 1. ff. de excusat. tuto. certē, etiam si hic est unus ex casibus, in quo tutorem habenti tutor datur tamen primus tutor, non desinit esse tutor, quoad omnia bona, sed solum quoad bona alterius regionis, ideō, ex bonis in altera regione sitis decimā, non percipiet: pro qua opinione militāt verba. l. propter litem. §. 1. ff. de excusat. tutor. inquit enim, *Habenti ergo tutorem datur tutor, sed aliarum rerum, non earundem datur.*
- 24 ¶ Secundo limita in casibus, in quibus primus, non desinit tutor esse, putā, si adiungatur ei curator ratione senectutis, vel male valetudinis, hoc enim casu primus, solidam decimam sibi percipiet, non verò secundus, qui potius administrator honorū est, quam curator, ut in d. l. solent. ff. de tutel. & primus verus tutor est, & licet senio sit confectus, vera sapientia loquitur, *Plus valet umbra senis, quam gladius iuuenis, & multorum annorum est prudentia, & in multis annis intelligentia.* Et vitium est senibus peculiare, rem nunquam spernere, tremūt manus, vacillant pedes, caligant oculi, lingua balbutit, res tamen familiaris nunquam spernitur. Cogitant semper senes de crastino, si ve id efficit avaritia senibus peculiaris, si ve multorum annorum prudentia, quamquam anxia sollicitudo parandæ rei, à vera prudentia longè abest. Dixit enim suis cœlestis doctor. *Nollite solliciti esse de crastino.*
- 25 ¶ Dimittam lectorem, si prius illud addidero, quōd præter casus supradictos, tutor datur tutorem habenti hoc casu. Habet pupillus plures testamentarios tutores, & unus decedit, certē etiam, si alij superstites sint, alius dabitur. l. si quis sub conditione. §. planē. ff. de legi. tuto. notat Corneus confi. 175. licet in præfenti. col. 2. littera. F. vers. & tunc non obstat, lib. 3.
- 26 ¶ Rursum illud addendum, quōd si ex legitima consuetudine alicuius regionis, illud esset receptum, ut dato ex qualibet causa, secundum curatorem, officium primi tutoris prorsus expiraret, ei consuetudini standū esset, nam aliqua ex dispositis, & requisitis in tutoribus, apud aliquas gentes mutata sunt consuetudine.
- 27 ¶ Putā in aliquibus regionibus in usu est, ut mater tutrix testamentaria, non renunciet

tiet secundis nuptiis, ut inquit Faber. in Authet. matri. & avix. C. quando mul. tut. offi. fun. pot. Guido decisi. 330. Boerius de cessione. l. 24. nu. 13. Sed expendendū etiā, atq; etiā, an talis cōsuetudo legitimè introducta sit.

S V M M A.

- 1 **T**utori Regis, an danda decima, & num. 9.
- 2 Hispania Reges potentissimi.
- 3 Fiscus utitur iure Communi, nisi in casibus in iure expressis.
- 4 Falcidia deducitur, ex rebus Principi relictis.
- 5 Nobiles decet esse munificos.
- 6 In ambiguis an adversus Fiscum, iudicandum.
- 7 Premium debet esse par labori.
- 8 Advocatus accipit suprataxam, quando est advocatus Principis viri.
- 9 Regius tutor, habet magnam potestatem.
- 10 Tutori ad decimā, cōpetit cōtrariū iudiciū tutelæ.
- 11 Tutori salarium iure Civili dabatur ad alimenta, quando non habebat unde se aleret.
- 12 Tutor, & coadiutor Regis equiparantur.
- 13 Coadiutori Regis moderata alimenta danda.
- 14 Conductor supra pactum, præmium solvit si fructus magni sunt.
- 15 Principis res, non patitur super indictionem.
- 16 Mens legis inspicienda, & nu. 23.
- 17 Deo servire, abundè magnum est lucrum.
- 18 Mutus, & surdus à natura non succedit in Principatum habentem iurisdictionem, sed præferatur secundo genitus.
- 19 Thesauri inventor, non debet habere quintam si opulentissima sit.
- 20 Tricesima si datur ex statuto non danda si labor est parvus.
- 22 Iudex potest restringere legem.
- 24 Regis tutor, observare debet quæ ceteri tutores.
- 25 Curator Regis, non debet auferre decimam.
- 26 Regis curator, an administret quæ sunt simplicis iurisdictionis.
- 27 Tutor administrans partem, & partem non, an debeat saltem percipere decimam, de parte, quam administravit.
- 28 Regibus, an tutor necessario dandus.
- 29 Regius tutor, an debeat satisfacere.
- 30 Rex minor viginti annis, an possit administrare.
- 31 Tutoribus Ducum, an danda decima.

In tutori Regis sit danda decima fructuum, & reddituum regalium, & quid in tutore Ducis, & similium Regulorum. Cap. IX.

- 1 **Q**uæro deinde an Regis tutori, sit danda decima de fructibus, & redditibus regalibus. Videtur enim esse salarium magnum, & præmium administrationis immodicum; Reges enim Hispaniarum quorum Imperium ad Occidentem ultimos insuperabilis Oceani fluctus attingit fabulosos paulò ante Antipodas, capit; immensum terrarum orbem perdomito mira felicitate Oceano possidente concessit in eorū ditionem, præter Hispaniam, Siciliam, & Baleares ipsa quondam rerum domina Italia, concesserunt Belgæ, atque Batavi deniq; rerum Europæ arbitri sunt, & ad Antipodas usq; Christiani Imperij fines protulerunt habentq; annuas supra nongentas auri Miriades.
- 2 **E**rgo tam inmensam auri vim, tam in exhaustos thesauros tutor decimabit? Videtur ita dicendum: nam inter Fiscum, & privatum non est differentia, nisi in casibus à iure expressis, iuxta glosam in l. 1. C. de petitio. hæredita. & in l. item videndū. §. in privatorum. ff. eo. tit. notat Bart. in l. 1. C. de conducto. & procura. prædi. fiscalib. l. 1. Alexan. in l. 1. ff. de acquir. hæred. Ias. in l. re coniuncti, num. 121. ff. de leg. 3. Decius consil. 31. Ergo Regius Fiscus, nō minus solvet decimam, quam privatus; cū nulla lex excipiat tutorem Regis à tutori privati.
- 3 **C**omprobatur hæc opinio ex textu singulari in l. & in legatis. C. ad leg. Falcid. ubi ex rebus Principi relictis, deducit hæres quartam propter laborē quem sustinet; quanto magis deducetur decima de redditibus Principis, in quibus tutor tantoperè laborat, tantūq; oneris sustinet, nempe tantorum Regnorum administrationem.
- 4 **D**einde, etiam si labor tutoris tam opulentum præmium non promeretur (videtur enim excedere octingenta aureorum millia) tamen decet tantum Principē, tantum Christiani orbis monarcham, largū, munificumq; esse, ut in l. cum plures. §. 1. ff. de admi. tuto. notat Innocen. & Dominicus in cap. grandi de supplen. neglig. præla. in. 6. & præfertim decet esse munificum erga tutorem, qui eius indolē ad virtutem format, & effingit.
- 5 **Q**uarto comprobatur hæc opinio, quoniā in ambiguis adversus Fiscum est iudicandum, ut in l. nō puto. ff. de iure Fisci. Alex. & Iaso. nu. 37. in l. 1. ff. solu. matrim. Ripa ibi. nu. 4. Ias. in l. inter pares col. 2. ff. de re iudica.

De decima Tutori

iudica. & in l. de die col. si. ff. qui satisda. cogau. Decius in l. in ambiguis. ff. de reg. iur. de qua re, legendi sunt Socin. & Alciat. in d. l. i. ff. solu. matri. Segura de bonis lucrat. cōstan. matrimo. nu. 79. Cagnolus in l. diem functo. num. 163. ff. de offic. assesso. Cduar. variarum resol. lib. i. c. 16. Gomez. ius. §. superest nu. 19. Instit. de actio. Mattheus silan. singulari. 71. Ioan. Baptista Plotus in repetitione. l. si quando. §. unde expræmissis. C. unde vi. qui rem latè discutunt. Cum ergo hæc lex loquatur de tutoribus, & hic tutor sit, videtur manifestum ei dandam decimam, & quòd quamvis dubium esset, aduersus Fiscum est in ambiguis iudicandum.

6 ¶ Quinto licet decima reddituum regaliū magnam summam efficiat, considerandum est, quòd tutor Regis maximum laborem sustinet, & de iure præmium debet esse par labori, ut docet Bald. in prohemio digestorum. §. discipuli. col. 2. & in l. certum num. 11. C. famil. hærcisc. Et ubi maior labor, maius præmium constitui debet. l. contra publicam in sine. C. de re milit. l. unicuiq;. C. de proxim. sacro scrinio. lib. 12. l. 2. C. de offic. magistr. offic. Boerius in tractatu de auctoritate magni consilij, nu. 145. l. 1. tit. 9. lib. 5. Ordinationū. Platea in l. unicuiq;. num. 3. versiculo item nota. C. de proxim. sacro scrinio lib. 12. l. 1. C. de agen. in reb. l. 1. C. de diuer. offic. lib. 12. l. fin. C. de tiro. co. lib. Ad tutorē enim Regis spectat, universalis administratio, ut inquit Bart. in l. quidam consulebant, num. 13. ff. de re iudi. Corsec. de potestate Regia. q. 18. & q. 89. doctores. c. grandī de sup. negl. præla. & in cap. cū vicissimum de offic. de leg. Iacobin. de fecudis in princip. & col. 4.

7 ¶ Præterea confirmatur hæc opinio, quoniam licet à iure, sit taxatum salarium dāndum advocato, potest supra taxam accipere, si sit advocatus Episcopi, vel alterius Principis viri. arg. l. si pater. ff. de dona. ubi Bart. Salice. Angel. Rapha. Com. & Imola; & nominatim Tiraq. de nobilit. c. 29. nu. 35. Ex quo inferitur, quod tutor Principis potius accipere deberet supra taxam tutoribus constitutam, quam infra taxam.

8 ¶ His congruit, quòd tutor Principis (ut est verisimilè) erit vir gentis dignitate, & autoritate nominis clarissimus; unde licet decima sit magna, nō exceditur quod æquū, & decēs est. Postremò facit. l. 3. tit. 15. part. 2. ubi probatur Regiū tutorem habere satis

amplam potestatem, quæ eū nō debeat esse ociosa, necessario magnū perferet laborē.

9 ¶ Sed his non obstantibus, mihi probabilius æquiusq; videtur, ut dispositio huius legis non habeat locum in tutore Regis. Moveor multiplici ratione. Primo præmiū debet esse par labori: ut docet Bald. in prohemio digestorum. §. discipuli, col. 2. & in l. certum, num. 11. C. famil. hærcisc. Platea in l. unicuiq;. nu. 3. versic. item nota. C. de prox. sacro scrinio. lib. 12. cum alijs citatis. c. 2. Labor autem tutoris Regis, haud quaquam magnus videri potest, si ad decimam immensam summam conferatur: nam Reges Hispaniæ habent ministros plures, qui eorum rem, & redditus tuentur, curāt, & omni sollicitudine augere contendunt. Quin imò est ab eis institutus Senatus rationalis, hoc est: *Contaduria mayor, y contaduria de euentas*, qui nihil aliud curat quam rē Principis tueri augere, & stabilire, & unicuiq; horum rationalium, quos Hispani appellamus, *Contadores*, salarium non pœnitendum solvitur à Principe. Suntq; homines multarum rerū usu insignes ideoq; maximè prudentes. Cum igitur ij expensis Principis eius rem tueantur, non est quod in his, quæ ipsi administrant consideretur tutoris labor, sicut consideratur, in tutore hominis privati. Ecce tutor Principis, expensis Principis, habet hominem rem, & redditus Principis curantem. Restat iurisdictionis administratio; sed & hæc expediūt Regij Senatores: quos est verisimile esse eruditionis laude, & humana prudentia insignes. Restat bellicarum rerum cura, regniq; augendi novisq; trophæis decorandī sollicitudo. Sed & hunc laborem subeunt proceres nobilissimi, à Rege delecti, qui perpetuo consilio honorem Regni curāt, & ne quid ab hostibus externis; seu internis patiatur detrimētū. Omnes ij salarium auferunt à Principe, neq; tutoris expensis administrant, ideo nō potest dici tutorem per eos gerere, quoad hoc, ut labor eorum cēteatur labor ipsius tutoris; sicut dicimus quando tutor administrat per actorem, ut in l. decreto. ff. de admin. tuto. Vbi ergo est tutoris labor, par tantæ, tamq; in exaustivè summæ, quanta est decima pars reddituum regaliū?

¶ Præterea licet Regij tutoris labor, magnus esset, haud quaquam potest esse tātus, ut tā immensum salariū promeretur, igitur præstandum non est, iuxta supradicta, & iuxta

Et iuxta notata per Alexan. Iaf. & alios in l. si donatione. C. de collat. ubi dicunt, quod præmia, quæ dantur alicui in remunerationem maxima habent privilegia, dummodo remuneratio, & præmium sint proportionabilia cum beneficio, neque valde differant, recta æstimatione. Cum ergo decima detur tutori in remunerationem laboris, sequitur quod si decima longè excedit laborem, non est præstanda?

- 10** Rursus, hæc opinio probatur, quoniam tutori agenti ad decimam competit contrarium iudicium tutelæ, ut in l. 1. ff. de contra. & util. actio tutelæ & dicam infra. c. 3. Hoc autem contrarium tutelæ iudicium, est actio bonæ fidei, ut notat Iaf. in. §. actionum. Insti. de actio. Cū autem sit actio bonæ fidei, ex bono, & æquo agendum videtur, habita ratione dispositionis. l. 2. C. de re. cin. v. edi. ut eius exemplo proposito, opera tutoris (quæ videtur locata) præsetur præmio æquo, & tolerabili. Quis enim labor, promeretur septingenta aureorum millia quotannis? Deinde tantam summam dare privato, est præcidere Regni nervos, & publicam utilitatē spernere, atque ad eò proderc. * His consonat, quod notat Dinus, Iacobus Arena, & Alber. in. l. à tutoribus. §. principalibus. ff. de admin. tuto. cū alijs citatis cap. 1. col. 1. qui docent, quod in casibus in quibus licitum est de Iure Civili, tutori salarium dare, salarium debet esse congruum alimentis, ne tutor occupatus in administratione, subsidio vitæ necessario, careat, ut probatur in l. 1. §. si pupillus. ff. de tutel. & ratio distrah. quis autem est in toto orbe, qui ad alimenta illustrium Regū factum æquantia ægeat annuatim sexcentis aureorum millibus?
- 12** Non obstat quod hæc lex iubet tutori dari decimam, licet enim constituat certam summam, neque distinguat iustam, vel iniustam causam, & in utroque corrigat ius commune, ut dixi. c. 1. tamen verolimilimum est, decimam eo animo dari, ut tutor habeat unde se alat, ut patet ex legibus Gothicis unde hæc est desumpta. l. 2. tit. De los herederos, ibi, Tome el diezmo para si en que biva: hoc est ex quo alatur. Quis autem etiam si sit vir Princeps, exiget ad alimenta sexcenta aureorum millia, nisi palam insaniat?
- 13** Confirmatur hæc opinio, quoniam tutor, & coadiutor Regis æquiparantur; & uterque plenam liberamque habet administrationem: ut notant Bald. & Iaf. in. l. si. C. de

testam. mili. textus, & ibi glos. Imola, Dominicus, & Francus, col. 1. in. c. grandi de supplen. negli. præla. lib. 6. Tamen coadiutores (qui, ut plurimum solent esse clarissimi Regni proceres) nihil auferunt præter expensas moderatas, ad alimoniam sui; suorumque; ut notat Francus in dicto cap. grandi num. 6. citat. c. 1. §. 2. de cleri. ægrot. in. 6. & notata per Archidiano. & Ioan. Andræ. in capis qui. de electione. lib. 6. Cum ergo de Iure communi, etiam si tutoribus non daretur salarium, dabatur coadiutori, qui æquiparatur tutori; ei moderationi videtur standum, idque videtur tutori dandum quod tunc coadiutori dabatur. Hæc enim lex eis tantum cautum voluit, quibus de Iure Communi, nihil dabatur. Dispositio enim generalis, non extenditur ad specificata: ut in l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de vulg. & pupil. Ergo hæc lex non extendenda ad tutorem Regis, in quo erat, & est, specialis provisio legis civilis, & canonice, præsertim cessante labore digno tanto præmio. * His suffragatur glosa, quam ibi Doctores sequuntur in l. si merces. §. vis maior. in verbo Cui. ff. loca. quæ notat, quod si locavi tibi prædium precio ordinario, & prædium reddit magnos fructus, quod tales fructus domino rei reddendi sunt (augendo scilicet precium locationis) non autem omnes fructus cedunt lucro conductoris, & illam glosam sequitur Bart. in. l. divortio. §. si. ff. solu. matrim. Alexan. l. fructus. col. fin. ff. eodem tit. Iaf. in. l. 1. nu. 79. C. de iure emphyt. multo magis hoc dicendum in tutore Regis, cui magni, & immensi fructus (nulla data pecunia, ut facit conductor) obveniunt ratione decimæ, adversus utilitatem Regni, & adversus omnem æquitatem. Sicut enim dicimus in conductore, est iudicandum in tutore Regis, nam tutor quodammodo videtur lucrari operas suas, ut scilicet ipse operam conferat, pupillis solvat pecuniam.

15 His congruit, quod licet ex rebus privatorum certa summa solvenda sit, id non procedit in re Principis, ita probatur in l. licitatio. §. Fiscus. ff. de publ. ca. & vestig. & in l. universi provinciales. C. de vestigal. & comer. Facit textus in l. 2. C. de fundis rei priva. ubi prædia Principis etiam data in emphyteosim, non patiuntur superindictionem, neque solvunt tributum, ut tradit Laudæsis in tractatu de Fisco. quæst. 9.

16 Postremo facit glosa communiter approbata,

De decima Tutori

bata, in l. tale pactum. §. si. ff. de pact. quæ docet, legem generalitèr loquentè, restringendam in casibus in quibus eam limitaret legislator, si de eo casu fuisset interrogatus, ut latè tradant las. & doctores in l. Lucius ff. de libe. & posth. In nostro autem casu, mihi fit verisimilimum, neq; Principem, neq; legislatorem sensisse, ut cū maxima Regni perniciè, & subditorū. iniuria, tutor Regis (terè nihil laborans) auferat regionū vectigalium decimam.

17 ¶ Vltimò esse Regis tutorem, maximè honorificum est, cum summa utilitate coniunctum, solèt enim Principes, cū nunciis qui suam infantiam formarunt maximè liberales esse, contentus ergo sit Regius tutor, moderatis alimentis, præferatq; publicam Regni utilitatem, suis privatis commodis, expectatq; ab alumno, gratian mliberale testimonium, existimet se magnū fecisse lucrum, cum rebus publicis cōsulerit, suumq; privatum honorem auxerit, cœlitibusq; gratissimū obsequium ad non dubiam æternæ felicitatis gloriam præstiterit: optimum Principi educando.

18 ¶ Tot sunt in iure nostro loca, publicam utilitatē private præferentia. Videntur eruditos omnes, principatum habentem iurisdictionem auferre, muto & surdo à natura, vel aliàs inhabili, expellereq; hominem a vita ditto, quòd utilitas subditorum præferenda sit unius hominis utilitati, ut in Authent. res que. C. commun. de leg. ut in specie prudenter, & eruditè docuerunt Bald. in l. omnes populi, col. 9. ver sic. est ergo aliud exemplum. ff. de iusti. & iur. Corn. consi. 42. col. 5. lib. 4. Rodericus in repetitio. l. quoniam limita. 11. in quoducatus Valentiz. C. de inofficio. testam. Bap ista Sansverinus in repetitio. l. omnes populi. ff. de iustic. & iure. Bald. in. c. 1. in fine de success. feud. Aretin. l. ex duobus. ff. de acquir. hæred. Lupus in cap. per vestras. §. 26. col. 3. de donatio. inter virum, & uxor. Tiraquel. de primogenijs cap. 23. Molinæ. in consuetud. Parisiensibus titu. 1. §. 8. glos. 1. quæst. 3.

¶ Quod si propter publicam utilitatē, quis a vitis sedibus privatur, quanto magis privabitur, is qui a vita non petit, sed cum perniciè Regni, & miserorum iniuria, Regia vectigalia exhausta cupit. Pecuniæ enim bellorum nervi sunt, & pacis subsidia, quibus si Princeps careat, paratæ victoriæ interrumpuntur, iniquis tributis gravantur

populi, omniumq; res, & Regnum ipsunt perichitatur. Qui nanc sententiam nō probat; ignorat prorsus, quanta suis damna intulerint Principes, qui profusè temerèque donando per otia pacis, vanis sumptibus, paratos ad bellicas necessitates thesauros exhausterint.

19 ¶ Vltimò si exempla movere solent, videmus Philippum Regem, qui ab eximia pietate, prudentia, & felicitate rerum gestarum, regum maximus videri potest, abstulisse sibi auri, & argenti fodinas, apud oppidum *Guadalcanal* repertas, neque inventori dedisse pactem quam ei Iura civilia, & Regia tribuunt: nimirum prudenter, & ad Regni utilitatem fecit, nolens homini privato, dare centum auri mitiades, cum eius fortunam, & spes superent quindecim, vel viginti aureorum millia, & æquissimus Princeps supra eam summam iam olim offerat. Denotant stulti, si erit legem, imò ab omni iure, & æquitate discederet, suorumq; hostis esset; si necessaria ad Europæ defensionem, Regniq; præsidium, privato cuidam homini tribueret. Obijciunt, lex est: Fateor, sed mens legis est inspicienda, neque sensit lex, ut nongenta aureorum millia, privato tribuantur, quòd fortunæ felicitate thesaurum invenerit in terra aliena. Tanta enim est auri summa, quæ inde extrahitur, ut similem nulla maiorum ætas viderit, aut literæ meminert.

20 ¶ Rursus hæc opinio probatur quoniam licet ex statuto alieni sit danda tria: sum pro labore, id non procedit, quando labor est parvus, ut scribit Assis. in constituto Siciliæ incipienti, constitutionum, nu. 7.

21 ¶ Præterea hæc sententia probatur, quoniam omnes leges, omniaq; iura, restringuntur, si sequatur absurdum, ut in l. nam absurdum. ff. de bon. liber. Absurdum autem, & præposterum videtur dare decimam Regio tutori.

22 ¶ Vltimò facit, quòd iudex legum custos, potest ex iusta causa restringere legis decretum, ut notat Bart. Imol. Alexā. & las. in l. 2. ff. de re iudica. latè Tiraquel. de penis temper. in principio.

23 ¶ Non obstant ex adverso prolata. Primo non obstat quòd non est facienda differentia inter Fiscum, & privatum, nisi sit expressum in iure. Satis enim est expressum, cū ratio, & æquitas, quæ optima iura sunt, faciunt differentiam, ut in l. his solis, sibi satis tacitè cautū putamus. C. de reuo. donat.

Non

Non obstat, quòd quarta Falcidia deducitur de rebus Principi relictis, fateor, quòd deducitur quarta de rebus relictis Principi, à privato: ille enim res Regiam opulentiam æquare non possunt, ut æquat decima Regiorum vectigalium, quæ Regio tutori, absque Turcarum, & Barbarorum risu tribui non potest. Expedi quidè servare legem, sed non servanda, cum incidit casus quo publicæ utilitati adversatur. Nò obstat, quòd decet tantum Christiani orbis monarcham, & rerum Europæ arbitrum, largum, munificumque esse, fateor, sed est (ut ille inquit) modus in omnibus rebus optimus. Decet esse munificum, sed non profusum, stultum, aut turpiter prodigum, tuncque cum rebus humanis optimè agatur, cum Principes intellexerint, verum esse Proverbium illud. *Magnum verum estigal parsimonia.* Non obstat, quòd in ambiguis adversus Fiscum est iudicandum, id enim verum non est, cum Fiscus tractat, de damno evitando; & non de lucro capiendo, ut notant Doctores citati, num. 5. hic autem Fiscus damnum, & ruinam reipublicæ excusare vult. Præterea non obstat, quòd præmium debet esse par labori, quoniam hac ipsa ratione deneganda est Regio tutori decima; quoniam labor non promeretur, tam inexhaustam summam, oportetque leges civiliter intelligere, littera enim occidit, spiritus vivificat. Non obstat, quòd habet plenam, liberamque administrationem; non enim administratio Regij tutoris, tanti laboris est, ut tantum præmium promeretur, præsertim Regno perniciosum.

24 ¶ Non obstat quòd scripsit Montalvus in l. 3. tit. 15. par. 2. (scilicet) quòd tutor Regis, observare debet quæ cæteri tutores, quoniam licet observet, non meretur tantum præmium, & lex est stringenda, ne sequatur absurdum, neque extenditur ad casum inopinatum, ubi eius mens deficit.

25 ¶ Non est omittendum, quòd hæc opinio multo manifestior est in curatore Regis, nam præter rationes supracitatas in tutore, est peculiaris quædam ratio in curatore, scilicet quòd Rex ipse adolescens factus, administrat absque curatore omnia, ad iurisdictionem simplicem pertinentia, ut inquit Barto. in l. quidam consulebant, nu. 13. ff. de re iudica. & ibi Pau. Abb. in c. cum vigesimum. nu. 3. de offi. delegati. Ias. in l. fi. nu. 4. col. 2. C. de testa. mili. Anch. in

c. grandi. col. fi. & ibi Corsetus, col. pen. de supplè. negli. præla. lib. 6. Angelus Aretinus, quem citat Benedictus, in c. Raynuntius. verbo *Adiuste filis*, nu. 52. de testa. Corsetus, de potestate & excel. Regis. q. 16. Quod si Rex adultus, administrat iurisdictionalia, manifestum est, quòd curator nò subit totum onus, neque tantum laborè, hoc est tam universalem, quantum suscipiunt tutores privatorum, & sic cessat ratio huius legis, quia administratio simplicis iurisdictionis, spectat ad Principem.

26 ¶ Non ignoro responderi posse, quòd Princeps habet iurisdictionem, quoad proprietatem, sed non quoad exercitium, & quòd hæc proprietates ei competit, statim mortuo patre, licet infans sit, & quòd non debet administrare iurisdictionalia, quæ tantum momenti sunt, licet ad pubertatem pervenerit, ut latè disputat Molin. in consuetu. Paris. tit. 1. §. 29. num. 6. & 7. Sed licet hoc prudentius videatur; mihi non placet ea post pubertatem administrari à curatore; sed à bonis, & prudentibus viris, ut inquit Moli. ibi, n. 8. nullo dato curatore, ut infra.

27 ¶ Confirmatur hæc opinio, quoniam idèo tutoribus, & curatoribus decima datur, quoniam totum minoris patrimonium servant, administrant, colunt, fulciunt, & augent, si autem partem rerum administrarent partem negligerent, carerent decima; etiam partis administratæ, ut nominatim videtur probari in l. etiam si partis. ff. de lega. 1. ubi legimus, quòd si pro administratione rerum pupillarum, detur alicui præcium, & administret partem; & partem nò, nullam legati partem consequetur. Sed responderi, huic ultimæ rationi potest, id verum, quando negligit unam partem administrare, & aliam administrat, secus si unam tantum partem administrare potest, nam de illa deducet decimam. In curatore autem Regis de nulla parte deducet decimam, quoniam etiam si iurisdictionalia, & patrimonialia administraret, nò deduceret illam, ut supradixi in tutore, quanto magis non deducet curator, cum non possit omnia administrare.

28 ¶ An autem tutor Regibus necessarius dandus, vide Alexand. & Iaso. in l. fi. C. de testa. mili. Abb. & alios in c. cum vicessimū. de officio delega. Innoc. sing. 17. Qualitèr autem sit dandus, vide Regiam. l. 3. tit. 15. par. 2. ubi dicitur quid facere teneatur, Corset. de potestate, & excellentia Regia, par. 3.

XX num. 63

De decima Tutori

nu. 6. Ang. l. i. C. de cur. illustri. perso. Quæ sit autem iusta causa dandi Regibus curatorem, vide Laudensem de Principibus. quæst. 386.

29 ¶ Tutor autem Regis, sufficit fides fideiussorem qualem potest, etiam si non paria faciat, cum Regali opulentia; alias Reges carerent tutore; ita docet Alber. in. l. de creationibus. C. de Episc. audi. & ita respōdit Vbertus Bobius, dicens Blancam Francorum Reginam, admittendam ad tutelam filij Regis, datis fideiussoribus, quos dare potest, idem probat Cassa. in consuet. Burgun. Rubr. 6. §. 4. verb. *caution*, nu. 4. Laudensis, in tracta. de officialibus dominorū, in. 4. notab. Iacobi. in tract. feudorum, in verb. *Carolus*. in princip. & vide. l. 3. tit. 15. part. 2. & ibi glosam, quæ ex ea lege dubitat, an tutor Regis debeat necessario satisfacere, & prudentius est, ut satisfacere, meliori modo, quo potest, nam metu, vel reverentia fideiussorum abstinebit à flagitijs, solent enim Regum tutores, Regnum prædæ haberet. An autem Rex debeat, etiam invitus habere curatorem, vide Oldrald. consilio. § 2. Domini. quæstio. penult. & Fran. in. c. grandi. de supplen. negli. præla. lib. 6. Rom. Alex. & Ias. num. 4. in. l. fi. C. de testa. milit. Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in Rub. de tutelis. Bald. in princip. Insti. quibus mod. tut. finia. Corsetus de potestate Regia. q. 18. Abb. & Felin. in. c. cū vicefimū de offi. de leg. Iacobi. sancto Georgis. in tractatu investituræ. char. 2. col. 3. vers. quid si factus est pubes Innocē. sing. 17. Moli. in consue. Paris. tit. 1. §. 29. Puteū de sindicatu, tit. de excessi. Impera. col. fi. Boer. in consue. Bitur. tit. de iure personarum. §. 8. col. fi.

30 ¶ Apud nos lex Regia. 3. tit. 15. part. 2. decernit, ut Rex non sit absq; curatore, quousq; perveniat ad annum vigesimum. Sic aliqui eruditi censent, non spectandum, ut perveniat ad annū vigesimum quintum, ut sēt in Imol. in. d. c. grādi. Anania in Rub. de delictis puerorū. col. 1. Et ita apud nos fuit observatum in Ioāne secundo, qui decimoquarto ætatis anno Regnare cœpit, & lege lata definit Alfonso in constitutionibus æditis Pintæ, anno. 1363. Quod apud nos continentèr fuisse observatum. Credo, ut vidimus in Carolo. V. Cæfare, primo huius nominis Hispaniarum Rege, qui decimo septimo ætatis anno, Regnare cœpit, ut de Carolo. V I I I. Galliz Rege,

memoriæ prodit Guaguinus; Quod mihi prudentius videtur. Rex enim plures habet consiliarios, quorum prudentia supplebit eius minus eruditum iudicium. Deinde ad tranquillitatem Regni, ita videtur expedire; quid enim malorum non perpetitur Regnū, à tutoribus, vel curatoribus administratum, latè & impunè regnat avaritia, quivis in alienum caput violētèr grassatur, omnia prædonibus, & peculatoribus plena sunt, fluctuat populus, tanquā oves pastore destituit. Deniq; nusquā plus malorum. Itaq; non est curandū, de dicta. l. 3. tit. 15. par. 2. quoniā cōtraria consuetudine videtur abolita, ergo nō servāda, gl. c. 1. de tregua, & pace. Ias. l. de quibus. col. 7. ff. de legi. & in. l. si filius qui in potestate. ff. de libe. & posthu. Antoni. & Abb. in. c. ut circa de consanguin. & affini. Quæ opinio, præcipuè servāda, si in Principe cōcurrat Regia indoles, & animus dignus Imperio.

31 ¶ Tutoribus tamen ducū, & similliū, censet dandam decimam, quoniam cessat iniquitas, & cessat omnes rationes supra prolata, idèo legistandum videtur. Sed certè si dux opulentissimi redditus ditionē, possideat non videtur equum decem aureorum millia, dare tutori pro decima, absurdum enim quidam, & præposterum sapit ex rationibus supra relatis.

S V M M A.

- 1 ¶ Tutori, an danda decima, si redditus pupilli, adeo sint tenues, ut nulli fructus superent deductis alimentis, & nu. 6.
- 2 Pupilli res venditur ad solvendum æs alienum.
- 3 Alimenta præstare obligatus, an teneatur vendere res proprias, præsertim, si ipsemet sit alendus, ex illis, vel eius ministri, nu. 4.
- 5 Alimenta si sint præstanda, ex aliqua re, & illa nō sufficiat, an aliunde supplendi.
- 7 Decima tutoris, cum est præstatur, an prius deducendi fructus necessarij, ad alimenta pupilli.
- 8 Alimenta dare obligatus, si fructus non sufficiunt non tenetur res proprias vendere.
- 9 Decima Papalis non solvenda, à clericis, si eorum, redditus vix sufficiunt ipsis alendis.
- 10 Monasteria quæ egent omnibus fructibus, ad suam sustentationem, non tenentur solvere decimam.
- 11 Advocatus non capit salariū, à clientulo egeno.
- 12 Iudex non capit sportulas, à litigatore egeno.
- 13 Notarius nō accipit salariū, pro instrumēto egeni.
- 14 Episcopus non aufert pro visitatione salariū, à clericis egenis.
- 15 Medici tenentur gratis curare ægros pauperes.

Alimenta

- 16 Alimenta pupilli non sunt expendenda supra red-
ditus.
18 Decima danda tutori de fructibus, non de rebus
pupilli.
19 Decima qui non aufertur, quia non sunt fructus
ultra alimenta pupilli, an supplenda alio anno
ubere cum num. seq.
23 Fructus non soluti propter sterilitatem unius an-
ni, quando supplendi, ex abundantia alterius
anni. 23. cum seq.
Fructus suppleuntur ex ubertate alterius anni, quã-
do ubertas est in eisdem rebus, non in alijs.

J An decima tutori danda sit,
si redditus adeò sint tenues,
ut vix sufficiant alendo pu-
pillo. Cap. X.

- 1 **Q**Uæro præterea; an decima tutori
danda sit, si fructus adeò sint tenues,
ut præter alimenta pupilli nihil su-
perfit, videtur etiam hoc casu dandam de-
cimam, etiam si pupillus ad id possessionem
vendat, quoniam beneficium à lege
concessum, absque facto nostro, à nobis
auferrî non potest, ut in regula, indultum,
de regul. iuris, libr. 6. & l. id quod nostrum.
ff. de regul. iuris. & dixi supra cap. 5. num.
47. versiculo illud addendum. Ideò tutor
in decima gravari non potest, ut ibi dixi.
Deinde si fructus exigui sunt, damnũ de-
bet esse pupilli, nõ extranei, scilicet tuto-
ris res enim perit periculo domini. ut in l.
incendium. C. si cert. peta.
2 **C** Præterea, cum pupillis teneatur ex hac
lege solvere decimam, certè pro dissolven-
do ære alieno permissum est rem pupillari
vendere, ut in l. ob æs alienum. C. de præ-
d. mino. l. magis puto. ff. de reb. eorum.
3 **C** His accedit, quod notat Imola, in l. Im-
perator. ff. ad Trebel. scilicet, quòd quãvis
de iure, qui tenetur præstare alimenta nõ
teneatur vendere rem propriam, illud non
habet locum, quando ipsemet qui daturus
est alimenta, est alendus ex illis; tunc enim
permissum est rem vendere: ergo cum de-
ducta decima, vel parte decimæ, deficient
fructus, unde sese pupillus alatur, manifestum
videtur, quòd potest res proprias
vendere, ut in l. magis puto. ff. de reb.
eorum.
4 **C** Quinimò Angelus (posita regula, quòd
qui tenetur alere, non tenetur res proprias

vendere) dicit hoc limitandum, si ministri
domini rei sint alendi, tunc enim dominus
obligatus est res proprias vendere; ita Ang.
in l. Divus. ff. de petit. hæredi. Alexand. in
l. Imperator. nu. 5. ad ad Trebel. Decima au-
tem Iure Regio datur tutori, ut exinde se
se alatur, ut dixi cap. primo; hoc notat Doctores
in cap. grandæ. de supplen. neglig. præla. li-
bro. 6. Aiberic. l. 1. §. si pupillis. ff. de tutel.
& ratio distrah. & probatur. l. 2. titulo De
los herederos, in volumine legum Gothicarum,
quod vulgò appellamus *Fuero Iuzgo*,
inquit lex: *Tome para si el diezmo. por que aya
en que viva.* Cum ergò tutor minister sit
rei, & personæ pupilli, omnium curat,
& in omnibus ministrum sese præstat, se-
quitur iuxta doctrinam Angeli, quòd ad
alendum ministros domini licebit vende-
re possessiones, & dominus tenebitur id
facere.

- 5 **C** Sexto cõprobatur hæc opinio; quoniam si
ad alimenta sint præstanda alicui, portio de
aliqua re, certè si illa res non reddit tantos
fructus, quanta est portio debent suppleri,
& persolvi ex alia re, ita notat *Barbros. in l.
Lucius. nu. 3. ff. de alim. & triba. leg. 3. in l. 2.
inter stipulante. §. sacram. ff. de verb. obliga-
ga. & ibi DD. cum ergo tutori, debeat ad
alimenta, decima de redditibus rei pupilli-
ris, certè si decima reddituum vultur esse
detur ex possessionibus solvenda.*
- 6 **C** Sed mihi contraria sententia placet; imò,
si fructus omnes sunt necessarij, ad alimenta
pupilli; tutor eos non decimabit, nec pu-
pillus cogetur eam solvere, etiã factus ma-
ior. Moveor ex his quæ notant Abbas nu-
mero. 5. & ibi Cardin. & Vincentius in c.
de rectoribus, de clerico ægrotante; ubi scri-
bunt, quòd etiam si de iure, coadiutor
prælati infirmi debet dari salarium; ut in
cap. 2. §. 2. de clerico ægrotante in 6. notant
Doctores in cap. grandæ. de supplen. negli-
præla. libr. 6. ubi Corlitos. col. 24. & d. cam
infra capite. De coadiutoribus: tamen hæc non
habet locum, quando redditus prælati, so-
lum sufficiunt ad alendum prælatum, tunc
enim coadiutor, nullam partem fructuum
consequetur, quod Abbas dicit distare æ-
quitatem, & rectam, & piam rationem.
Sic in nostro casu, licet Iure Regio, tutori
decima fructuum detur, id non admitten-
dum, quando omnes fructus, sunt necessa-
rij ad alimenta pupilli.
- 7 **C** Hanc sententiam magnopere adiuvant,
verba huius legis, ibi. *Manteg. dos de los frutos,*
Xx 2 y tom

De decima Tutori

¶ *tomē p. r. a. si el diezmo de los frutos.* * Nota, quòd prius debet pupillum alere ex fructibus, & postea percipere decimam, si ergo nihil superest deductis alimentis, non est unde deducat decimam, nec potest illā deducere, neque in obituro est, seriem verborum magni esse momēti, ut in. l. ex duobus. ff. de usufructu. l. Publius. §. fina. ff. de conditio. & demonstratio. notant Bart. Alexand. Iaso. & Doctores in. l. Gallus. §. quidam rectē. ff. de libe. & posthum. Dein de nota, quòd illa verba. *Mantengalos de los frutos*, videntur significare, actam perfectam, & postea deducenda decimam, sed audio, hoc argumentum utile est ad persuadendum, non ad evincendum, quoniam si verba legis significarent, ut prius aleret pupillum, & postea deduceret decimam, sequeretur, quòd in facienda computatione decimæ, semper essent prius deducenda alimenta pupilli, quod præposterum videtur, & adversus legis mentem; sed respondēdo, quòd etiam si verum sit alimenta in facienda computatione, non deducenda, tamen negari non potest, legem voluisse, ut prius alatur pupillum (hoc est) ut potior esset ratio alimentorum pupilli quam decimæ. Deinde nota ex illis verbis, quòd decima est deducenda de fructibus, non de rebus, si ergo nulli supersunt fructus, non est unde deducatur decima, nisi de rebus; hoc autem est adversus hanc legem, quæ dicit deducendam de fructibus.

9 ¶ Tertiò facit, quod notat Bartol. in. l. Imperator. ff. ad Trebel. & in. l. penult. ff. de alim. & ciba. lega. argumento earum legū, quòd si gravò dare alimenta Sempronio, & fructus non sufficiunt, non tencor res proprias vendere; quod etiam docuit Angel. in. l. Divus. ff. de petit. hæredi. Alexand. in. l. maritum. numero. 2. ff. sol. matrimon. Alexand. Angel. & Inrola, in. l. Imperator. ff. ad Trebel. Angel. in. l. 1. C. de lega. & in. l. qui bonis. per textum ibi. ff. qui bonis cedere poss. Salic. in. l. 1. C. de fideicommiss. Ergo pupillus non cogetur res proprias vendere, ad solvendum decimā tutori, qui forsam, est dives, & non eget alimentis.

10 ¶ Quinò nominatim hoc probare videtur, ex his quæ tradunt Paul. Leazar, & Imol. col. 4. nu. 13. versi. quæ sit hic in. c. cū homines. de decimis; ubi notant, quòd decima Papalis, non est solvenda à clericis, si eorum res ad eò sunt tenues, ut vix suffi-

cient alendis ipsis clericis, & quod ita iudicavit Bonitacius octavus.

¶ Sic monasteria, quæ egent omnibus fructibus, ad sui sustentationem, non tenentur solvere decimā, nisi sint decimæ quæ solvuntur in honorem Dei. Ita docet Calde. consil. 9. de sententia excommu. quoniam agris nostris sitientibus, non debemus alios irrigare. c. non satis. 86. distinct. Ioan. And. Ant. & DD. in cap. cum homines. de decim. Hostien. in sum. de decim. §. utrūm præscribuntur. versi. octavo.

11 ¶ Sic advocati licet de iure debeant (& possint) exigere salarium, id exigere non debent, ab ægenis, sed gratis eis patrocinari, & operam præstare debent: ita docuit Alber. in præmio. C. col. 4. num. 18. Iaso. in. l. nec quicquam. §. ubi decretum. col. 2. ff. de offic. Procons. & leg. ubi dicit, quòd advocatus aliter faciens, peccat; Bald. in. l. si furiosi. C. de nupt. ubi dicit, quòd etiā si advocatus iuraverit, se nunquam gratis patrocinium præstaturum, nihilominus gratis debet patrocinari ægeno. Hostien. Abb. & Feli. in. c. 1. de offic. iudi. Divus Thom. 2. 2. q. 7. artic. 1. Capella Tolosana. 48. 1. Angelus Clavasius in sua summa, in verbo *advocatus*, versiculo. 11. Gabriel in. 4. distinct. 15. q. 6.

12 ¶ Sic iudices, licet exigere possint sportulas, non debent exigere à miserabilibus personis; ut inquit Bald. in. l. generalitèr. col. 1. C. de Episco. & cleric. Henric. in cap. cum ab omni. col. 1. de vita, & honestate clerico. Cardi. in Clement. statutum, in. 1. oppositione. de electio. & probatur nominatim, in Auth. de mandatis Principum. §. sit tibi quoque. ubi textus loquitur; etiā si iudices peregrè proficiscatur. Quinimò etiam, si ægenus gratis iudici offerat sportulas, non debet eas accipere, uti censent Archidia. Ioan. And. & Domini. in. c. statutū. §. in super. de rescrip. l. br. 6. ubi bonus textus: citant. l. 1. C. de sal. hosp. non præben. lib. 11. facit optimè. l. si. C. de re milit. ibi. *Vel spontanea voluntate offerentibus*, gloss. in. l. invitus. & ibi Decius, & Bart. ff. de reg. iur. Bald. in Authen. sed hodie. C. de Episco. & clericis. Felin. in capit. 1. in fin. de simo. Hyppo. in. l. cōstitutum. col. 1. ff. de Siccar.

13 ¶ Sic notarius pro instrumento non debet accipere salarium, ab ægeno, ut scribit Roman. in repetitione. l. si verò. §. de viro. fallentia. 25. versiculo. 6. ff. sol. matrimo. citat. l. tam de mentis. C. de Episco. audi. in fine iuncta

luncta glosa. Ias. in. §. tripli. col. pen. Instit. de actio. Alex. in. l. argentarius. in princip. col. fin. ff. de æden. Alciat. libr. 1. de verbor. significa. char. 7. Decius in. cap. 1. col. 2. 6. de probatio.

14 ¶ Sic Episcopus visitans clericos, non debet ab ægenis procuracionem exigere, glo. in cap. instantia. in verbo *pregravari*, de cõsib. quæ citat bonum textum. in. c. placuit. 1. q. 2. & sequitur. d. c. cum instantia, col. si. Hostien. & Ioã. Andr. in. c. procuraciones. eo titulo.

15 ¶ Sic medici tenentur gratis curare ægros pauperes, glos. in. cap. 183. distinctione Specul. titulo de salariis. §. postremo. Anton. in. c. ad aures. de æta. & qualita. Lucas Penna. in. l. Archiatri. C. de professi. & medi. lib. 10. Feli. in. c. 1. de offi. iudi. Adria. in. quæstionibus, super librum quartum sentent. ubi agit de correctione fraterna, in propositione solutionis. 1. q. principalis.

¶ Hoc protuli ad persuadendum, nam potest responderi, quod non est pauper pupillus qui habet possessiones.

16 ¶ Postremò facit, quod ad alendum ipsum pupillũ, non est expendendum supra redditus. l. 1. & 2. & ibi glos. ff. ubi pupil. & duca. de bea. l. mediterraneæ. & ibi Platea. C. de anno. & tribu. libr. 10. c. sopit. & c. cum iuper. de censib. & probatur in hac lege ibi, *Mantengalos de los frutos*, & dixi. c. 2. Si ergo ipse pupillus, ex fructibus alendus est, non ex possessionibus, quanto magis idem dicendum in tutore, cui decima datur, ut habeat unde se alat.

17 ¶ In summa, mihi hæc opinio probabilior, & æquior videtur, & ita lata sententia iudicarem, si casus iudicandus occurreret. Non obstat ex adverso prolata. Non obstat, quod beneficium à lege concessum à nobis auferri, non potest, quoniam hæc non aufert homo, sed lex, neque hoc casu ullum prætium debetur tutori, si in id pupillaria prædia vendenda sint. Non obstat, quod propter æs alienum venduntur res minoris, quoniã hæc nihil debetur tutori, & sic nullũ est æs alienum. Similiter nõ obstat, q̃ in alimoniã ministrorũ tenetur quis vendere possessiones, si redditus non sufficiũt, id enim verũ, quando quis tenetur de iure illas personas alere, hoc autẽ casu pupillus non tenetur alimẽta, neq; decimã præstare tutori. Præterea respondeo, q̃ decima est danda tutori de fructibus, ut hæc dicitur, non vero de ipsiis rebus.

18 ¶ Non obstat. l. Lucius. & quod ibi notat Bar. ff. de alim. & ciba. legat. loquitur enim quando gravor dare alicui alimenta ex aliquo prædio causa demonstrationis adiecto, tunc enim si fructus illius prædij ad alimenta non sufficiunt, supplẽtur de fructibus aliorum prædiorum, quoniam prædium illud ad demonstrandum, non ad restringendum adiectum fuit; hæc autem dicitur, ut decima deducatur de fructibus, & sic fructus ponuntur restrictivẽ, ita q̃ de illis est deducenda, si autem nulli supersunt fructus, certẽ non sunt vendendæ possessiones, quoniam esset deducere decimã, non de fructibus; sed de possessionibus. Et istam distinctionem facit Bar. in. l. inter stipulantem. §. særam. cuius opinio est cõmuniter recepta, testẽ Ias. ibi, nu. 27. ff. de verb. obliga.

19 ¶ Quid tamen si tenuitas fructuum processit ex sterilitate anni malignitate, & annus sequens uberrimus est, quæro, an fertilitas anni sequentis, supplere debeat primi anni sterilitatem, & refundenda sit decima, quæ primo anno soluta non fuit: est res dubia; videtur non amplius tractandum de petenda decima anni sterilitis, ex textu qui videtur expressus. in. l. cum certus. ff. de vino, tritico, & oleo lega. ubi probatur, quod si alicui fuit relicta certa quantitas fructuum, & tanta quantitas ex fundis præstari, non possit, quod non debet suppleri annis sequentibus: & illum textum notat Bartol. in. l. Lucius. ff. de alim. & ciba. lega. & in. l. si quis argentum. C. de dot.

20 ¶ Secundo facit doctrina Bart. in. l. divorzio. §. impendia. ff. solu. matrim. ubi notat, quod si marito sit præstanda certa quantitas fructuum, ex re mulieris, si uno anno possessiones, tot fructus non reddiderunt, suppleri non debent ex fructibus sequentium annorum, etiam si uberrimi sint: & illa doctrina Bar. est communiter recepta, secundum Alex. ibi. col. fin. & in. l. fructus. col. 2. ff. solu. matrim. Ergo si propter exiguitatẽ fructuũ unius anni, qui necessarij fuerũt ad alimenta pupilli, tutor eo anno decimã non deduxerit, non debet ea decima deduci de fructibus sequentiũ annorũ.

¶ Postremò, cum fructus dicantur, qui quotannis reddũtur; & fructus unius anni non sint fructus alterius anni; certẽ si decimam primi anni, deduceret ex fructibus anni sequentis, esset deducere duas

De decima Tutori

decimas adversus dispositionem huius legis, quæ unam tantum tribuit, & esset adversus utilitatem pupilli, quam leges & senatus consulta accuratissimè curarunt.

22 ¶ Ex adverso, contraria sententia fortibus rationibus nititur. Primò æquitate, si enim decima datur, ut exinde tutor vivat, & denegata fuit uno anno propter sterilitatem fructuum, æquissimum videtur, ut de fructibus alterius anni refundatur. l. si uno. ff. loca.

23 ¶ De hac re videtur esse textus expressus, in l. in legatū ita. §. vini Falerni. ff. de annu. lega. ubi probatur, quòd si mihi aliqua quantitas fructuum danda est, & uno anno nō præstatur, quia non fuerūt fructus, quòd sequenti anno uberi solvendi, & refundendi sunt. Idem probatur in l. Firmio. ff. quando dies lega. cedat. per quem textum, ita notat Bar. in l. inter stipulantem. §. sacram. nu. 6. ff. de verb. obligat. ubi scribit, quòd si alicui præstanda est quotānis certa fructuum quantitas, & fructus deficiant uno anno, quòd defectus eius anni suppletur, ex ubertate sequentium annorum, & Bar. opinio, est communiter recepta, secundum Iaso. ibi: eam probant. C. de donatio. Bart. in l. Lucius. col. 2. ff. de alim. & ciba. lega. & in l. cum certus. ff. de vino, tritico, & oleo leg. & in l. Firmia. ff. quando dies lega. cedat. & in l. legatum. §. 1. de annu. lega.

24 ¶ Confirmatur hæc opinio, quoniam communis sententia supra relata, loquitur quando fructus debentur ex causa lucrativa, puta ex legato, ergo multò magis idem dicendum, quando debentur ex causa onerosa scilicet ratione administrationis, & laboris in tutela suscepti, & ratione utilitatis collatæ in rem pupilli. Postremo facit. l. si uno. cum ibi traditis per Doctores. ff. loca.

25 ¶ Hæc opinio æquior est, dummodo ubertas sequentis anni, producat ex eisdem rebus, non vero ex rebus differentibus, de novo acquisitis pupillo: ita docent glos. & Bart. in l. fructus. ff. solu. matri. Sic Imola, in c. propter sterilitatem. de locato, notat, quòd ubertas unius anni, est compensanda cum sterilitate alterius, quando ubertas contingit in eisdem rebus non in alijs.

26 ¶ Non obstant ex adverso prolata, quoniã responsum colligitur ex Bar. in l. cum certus. ff. de vino, & tritico, & oleo lega. & in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo.

obliga. & in l. legatum ita. ff. de annu. lega. Ad secundum argumentum responde, ex his quæ docet Bar. in l. divortio. §. impendia. ff. solu. matri.

27 ¶ Equidem fateor, rem esse ambiguã, tamen hæc opinio æquitati magis accedit. Neq; obstat, quòd videtur deducere duas decimas, quoniam altera est pro anno iterili, & licet ratione sterilitatis pro eo anno non deberetur, ubertas unius anni supplet sterilitatem alterius. Ego in hanc partem proclivior sum, eruditi plenius em excutient; interim tamè vide in simili, quæ pro nobis scribit Molin. in consuetu. Paris. titulo. 1. §. 39. num. 2. Si tamè decima unius anni, non fuisset prorsus nulla, sed modica, seu parva; & certè non est supplenda ex fructibus alterius uberrimi anni, quia lex solum dat decimam fructuum, quicunque ij sint, & cum etiam, si uno anno decima esset ultra duplum solitæ ubertatis, nihil sibi ex ea adimeretur, ita conque i non debet, si modica fuit, uti Molin. supra proximè.

S V M M A.

- 1 Tutor non gerenti, non est danda decima, & nu. 9.
- 2 Tutor cessans, puniendus est.
- 3 Doctori non legenti, non datur salarium.
- 4 Executor, non faciens quod debet amittit legatū.
- 5 Clericus qui non dicit officium, non debet habere beneficium.
- 6 Clerici qui nō dicunt officium, tenentur restituere fructus.
- 7 Vxor quæ sua culpa, non est in servicio viri, non debet ab eo ali.
- 8 Custos castri, non lucratur fructus, si non custodit.
- 10 Tutori non administranti, an detur decima pro parte rerum quas administrat.
- 11 Iudici malo, an detur salarium: saltem pro tempore quo bene administravit.
- 12 Heres dolum committens, privatur quarta falcidia, non solum in re in qua dolum commisit, verum etiam in alijs.
- 13 Tutor non gerens, privandus est decima etiam si ex cessatione nullum damnum accipiat pupillus.
- 15 Tutor non gerens, quia absuit causa reipublicæ, an debeat habere decimam, & nu. 20. & 24.
- 16 Absens ex facultate superioris, an lucretur salarium, & nu. 25.
- 17 Miles captus in bello, an lucretur stipendium, numero. 26.
- 18 Servientes Principi, vel Pontifici, censentur esse presentes, & lucrentur fructus, nume. 19. & num. 27.

Tutor

- 21 Tutor absens causa reipublicæ non tenetur de pe-
riculo titule.
- 22 Locans alij operam suam, non lucratur primum
salarium.
- 23 Tutor absens causa reipublicæ, desinit esse tutor.
- 28 Tutor non gerens impeditus casu fortuito, an lu-
cretur decimam, & nu. 29. & 30.
- 31 Tutor impeditus administrare ab aliquo tertio, an
lucretur decimam.
Et quid si non gerat culpa minoris. nu. 32.
- 33 Quid si tutor non gerit, quia contutori suo com-
misit administrationem, distingue, ut in nam 34.
- 35 Si iudex mandaret administrationem uni ex tuto-
ribus, ille solus consequetur decimam, quia alij
non possunt administrare.
- 36 Tutor committens administrationem contutori, an
lucretur decimam.
- 37 Decima tutoris non gerentis, an accrescat tutori
gerenti, an verò ipsi pupillo, si administrans, ad-
ministrat omnem rem pupilli.

*¶ Antutori non gerenti sit dan-
da decima, saltem eius partis
quam administrat. Et quid
si nullum damnum obvenit
pupillo, ex eo quod non admi-
nistravit. Et quid si contuto-
ri, vel alij commisit admi-
strationem, an videatur ipse
gerere, & debeat habere deci-
mam. Cap. XI.*

Occurrit utilis & necessaria quæ-
stio, an tutori non gerenti, sit danda
decima, saltē eius partis quam ad-
ministrat, præcipuè si nullum damnum
ex cessatione obvenit pupillo, & quid si tu-
tor non gerat, quoniam contutori, vel ter-
tio, commisit administrationem.

¶ Quoad primum, illud est manifestum iu-
ris, tutori non gerenti, non esse dandam
decimam, deficit enim ratio huius legis,
quæ propter laborem iubet decimam da-
ri, ergo cessante ratione legis, cessat eius
dispositio, ut in cap. cum cessante. de ap-
pellatio.

¶ Et nominatim probatur in. l. Nessenius.
ad finem, & in. l. sed hæc nimium. ff. de ex-
cusat. tuto. melius in. l. quod autem. ff. de

excusat. tuto. & in. l. tutor. §. quæ tutori-
bus. ff. co. titulo. ubi probatur, quod lega-
tum, vel precium, relictum tutori, videtur
relictum pro administratione, idè si non
administrat, non consequitur præcium. In
post legatum. §. amittere. ff. de his quib. ut
indign. l. Nessenius. & l. amici simos. ff. de
excusat. tuto. letiam si partis. ff. de leg. pri-
mo. l. qui tutelam. ff. de testa. tut. l. i. 2. titu-
lo. §. lib. 3. Fori. Bar. & Alexand. in. l. si le-
gatarius. C. de leg. Decius consil. 179. nu. 3.
& consil. 192. num. 4. Barto. singulari. 684.
Bal. consil. 357. libr. 4. Aufrelius in addi-
tione capelle Tolosane. 293. Segura in re-
petitione. l. cum patronus. col. antepen. &
pen. ff. de leg. 2.

¶ Item cum tutor cesset in administratio-
ne, culpam committit, idè puniendus est,
potius quam præmio afficiendus, ut in Au-
then. licet. C. de Episc. & cleri. scribit Bart.
in. l. Mævius. ff. de annu. lega. Bal. in. l. una.
fi. C. de suffrag. Bart. in. l. Titio. nu. 1. ff. ad
municip.

¶ Sic Doctori non legenti, non datur sala-
rium, licet legat per substitutum, Bald. in
l. fin. ff. de excusa. tuto. simile scribit Rom.
in rep. l. si verò. §. de viro, in. 24. fallen. ff.
so. matrim.

¶ Sic executor, non faciens quod ei à iure
imponitur, nõ consequitur legatum, ut in
l. 3. 1. titu. ff. de las penas, libr. 8. Ordinat. d.
4. tit. 2. lib. 3. Ord. & dicam infra. c. De ex-
ecutore. Sic tricesima, quæ iure Neapoli-
tano dari solet, non datur, non administranti,
uti scribit Afflict. in cõstitutionibus Nea-
politans, titulo de iure Balij, num. 9. Sic
Platea in. l. 1. C. de annonis & tribu. nu. 1.
scribit, quod salarium est dandum, ei qui
benefacit officium, cui est deputatus, et at
l. ut virtutum. C. de statu. & imaginib. & l.
grammaticos. & l. magistròs. C. de prof. ff.
& medi. lib. 16. & l. una. C. de Athletis, lib.
11. Rursus illæ cui datur pecunia ratione
oneris, non potest eam petere, nisi subeat
onus, l. Titio. & ibi Bart. nu. 1. ff. ad muni-
cip. l. libertis. §. ab hæredibus. ff. de alimen-
& ciba. lega. Deinde cessante officio, pro-
pter quod datur beneficiũ, cessat beneficiũ,
ut scribit Anch. in. c. & si Christus. in. 13.
notab. de iureiur.

¶ Sic clericus qui non didit officium, non
debet habere beneficium, quod propter il-
lud datur. c. si. de rescrip. libr. 6. Et cessante
clerico ab Ecclesia, cessat præbenda, glos. in
§. illis. in verb. adiuvantur, Instit. de milita.
testa.

De decima Tutori

testa. Sic suspensus ab officio, nō consequitur beneficium, propter officium cōcessum eap. si quis sacerdotum: & ibi glos. 1. & c. eos. § 1. distinct. glos. in c. latores. verbo *Ab officio*, & ibi Hostien. Ioann. Andr. Cardinalis Flor. Ancharr. Anton. & Abb. de clerico excōmuni. glos. c. 1. verbo *Officij*, & ibi Ioan. Monach. & Archi. de re iudi. lib. 6.

6 ¶ Sic clerici, qui non dicunt officium, sunt indigni beneficio, uti iugurati Deo, & hominibus, & ad fructuum, restitutionem tenentur, ut scribit Dominicus in. §. 1. 42. distinct. c. si canonici. §. scituri de officio ordin. lib. 6. Felin. in cap. postulasti. col. 8. de rescript. Ripa in. l. si. num. 222. C. de revoc. donatio. * Sic uxor, quę sua culpa non est

7 in seruitio viri, non est ab eo alenda, autore Salic. in. l. quod in uxorem. in fine. C. de neg. gest. Lup. in cap. per vestras. §. tertio sequitur, col. 3. versi. repe. io tamen. de donatio. inter vir. & uxor. Alber. in. l. Divus, nu. 8. ff. de offic. Præsid. Ac deniq; qui nō sustinet onus, non lucratur, ut scribit Bald. consi. 290. lib. 1. Facit quod scribit in proposito Puteus de iudic. u. §. iudices. Gomezius de triēnali possessore. q. 28. & in epilogo de negligentia causa. 75. & quod scribitur in decisione Delphin. noua. 728.

8 ¶ Sic Roman. cōsi. 417. scribit, q̄ si custodi castri dentur fructus, certē si custodire cesseret, nō cōsequetur fructus. Cassa. in cōsuet. Burgū. Rubr. 6. §. 5. verb. e. *se p̄re*. nu. 10.

9 ¶ Et nominatim in tutore, cui ex consuetudine dantur fructus notat Paul. consil. 374 super istis dubijs, num. 2. lib. 2. notat (inquam) quod si non administrat; non lucratur fructus.

10 ¶ Ira autem verum est, tutore non gerenti, non esse dandam decimam, ut etiam si partem rerum pupillarum administret, privā dus etiam sit decima eius partis, quam administrat. Quoniam qui partem non administrat, delinquit, & puniendus est, non præmio afficiendus. Non enim benè conveniunt, ut quis pro eadem tutelę causa, partim puniatur, partim præmio afficiatur: de qua re. videtur esse textus expressus, & insignis in. l. etiam si partis. ff. de leg. 1. ubi probatur, quod si tutore relinquatur legatum, & solum administret partem rerum, & ab alia parte se excuset, q̄ amittit totum legatum, sibi testamento relictum, verba legis hæc sunt: *Etiam si partis bonorum se excusaverit tutor, puta l. alicarum, vel provincialium rerum, totum quod ei testamento datum est auferetur.*

¶ Ita Divi Verus, & Antonius rescripserunt. Nota verba legis, quę rem definit in casu magis dubio, scilicet quando partem administavit, & à parte se excusavit, minus enim culpabile est, se excusare, quā post desumptam tutelam administrationem pro parte spernere, nihilominus tamen, definit Iurisconsultus, quod non solum amittit legatum pro parte, sed in totum. Ergo, cum decima detur pro administratione, certē si tutor partem rerū non administrat amittere debet totam decimam; etiam si res essent longè distantes, & valde remotę, puta pars in Italia, pars in provincia, quę Gallię ulterioris regio est: nihilominus enim amittere debet decimam, etiam pro parte quam administavit. Pro quo facit, quod administratio tutelę, hoc respectu cęletur individua, ut inquit Decius consil. 479. num. 3. col. 2. incip. de qua tamen re. vide infra cap. De malo tutore.

11 ¶ Cōfirmatur hæc opinio, quoniam valet argumentum de re ad tempus, ut in. l. miles ita. ff. de testam. mili. Sunt autem qui dicāt, tutorem malè administrantem, privandū decima, non solum pro tempore, quo malè administavit; verum etiam pro tempore quo benè administavit, ut in iudicis salario videtur nominatim probari in. l. iudices. C. de anno. & tribu. lib. 11. De qua re (quoniam maximè dubia est) vide quę dicā infra capite De malo tutore, ubi rē tracto.

12 ¶ Melius cōfirmatur hæc opinio, ex textu, & glos. in Authent. de hæredibus & falcidia. §. sancimus. ubi probatur, quod hæres cōmittens fraudem in rebus hæreditarijs, privatur quarta Falcidia, non solum in ea re in qua dolum commisit, verum etiam in ceteris alijs, & illum textum notant doctores, ibi. Notat Bart. Paul. & Alexan. in l. Paulus. ff. ad leg. Falcid. & in. l. beneficio. ff. eo. tit. Falcidia autem de Iure communi debetur, decima vero, ex hac lege correctoria; atq; ideò restringenda, ut dixi cap. 1.

13 ¶ Secundo amplia, adeò verum esse, q̄ tutore non gerenti, non est danda decima, ut id procedat, etiam si ex cessatione tutoris, nullum damnum obveniat rei pupillari, textus est expressus, in. l. quid autem. ff. de excusa. tutorum, ubi lex, ad amissionem lucri relictī pro administratione tutelę, solum considerat, an tutor non gesserit, etiam si nullū inde damnum obveniat pupillo, & reddit rationē Iurisconsultus, scilicet quoniam contumacia eius puniendā est.

¶ Quod

- 14 ¶ Quod confirmatur prudētia ratione, et nū si pupillus damnum nō sentit, id neq; tutoris virtuti, neq; operæ debetur, sed divinæ providentiæ, potius quam tutoris diligentæ. Lex autem ista, dat decimam, q̄ tutoris opera res pupillaris floret; non q̄ absq; eius opera non perijt, id enim opus est Dei, vel alterius boni viri; non tutoris. Sed an tutor auferat decimam ex fructibus in quibus condemnatur ratione cessationis dico infra suo loco.
- 15 ¶ Nunc videamus, quid si tutor obijciat, verū est me non gessisse, sed non gessi, quia absui causa reipublicæ, an hoc casu decimā consequi debeat. Videtur ita iudicandum ex. l. si quis Titio. ff. quibus ex causis maio. ubi probatur, q̄ si ad consequendum legatū, quis debeat esse præsens, q̄ habetur pro præsentē si abest causa reipublicæ, & legatum relictum consequitur, inquit lex: *Quis enim dubitavit militi restituere hereditatem, quam ob id perdidit, quod reipublicæ causa absuit.* Et illum textum ad hoc notant Ias. Ange. & Gomezius in. §. rursus. Instit. de actio.
- 16 ¶ Secundo facit, q̄ scribit Bald. in Authē. habita. nu. 2. C. ne filius, pro patre, & in. l. idē. ff. de offi. assesso. Alexan. in additione ad Bart. in. l. 1. §. Divus, col. pen. ff. de vari. & extraordi. cognitio. qui docent, q̄ si ille cui ratione laboris datur salarium, abest ex facultate superioris, quod debet consequi salarium, citant. l. hac lege. C. de proxim. sacro serinio, notat glos. in. l. 3. in verb. Ad idē. ff. de re mili. Si ergo tutor iussu Præsidis civitatis, abest reipublicæ causa, videtur decimam ei danda.
- 17 ¶ Tertio facit, quod miles captus in bello, lucratur militare stipendium, ac si militiæ operam navaret, uti censet Laudensis in tractatu de milit. art. 4. cuius sententiā videtur probare. Cassan. in consuet. Burgūd. rubr. 1. §. 4. fo. 3. col. 4. num. 2.
- 18 ¶ Quarto facit, q̄ præsentēs censentur, qui in Principis servitio sunt, & idē lucrantur fructus, uti scribit Baldus in. l. Jurisperitos in principio versiculo: *Nota ex ista lege. ff. de excu. tuto.* * Sic lucratur fructus, absentes pro servitio Pontificis. c. bone. de postulat. præla. ubi capellani Pōtificis, percipiunt fructus beneficiorum. c. eū dilectus de cleri. non residen. & ibi Ioann. Andræ. Antonius, & Abb. Laudēsis in tractatu de Cardinalibus. charta quinta, versic. *An domini Cardinales.* Sic Episcopo servientes, percipiunt fructus beneficiorū, ac si præsentēs
- essent. c. de cætero, & c. ad audientiam de clericis nō residen. Bal. in. l. iuris peritos. ff. de excusa. tuto. Boer. decisi. 17. num. 1. 2.
- 20 ¶ His tamen non obstantibus, mihi cōtraria sententia placet, imō tutor non gerens, non debet percipere decimam etiā si absit causa reipublicæ, quoniā tutor absens causa reipublicæ, desinit esse tutor, saltem pro tempore, quo ab est. l. tutor qui reipublicæ. ff. de tutel. & ratio distrah. & ibi notant Alber. & Raphael, idem Albe. in. l. 3. §. si quis. ff. de suspect. tutor. Angel. in rubrica. C. in quibus causis tutorem habenti tutor dari potest, & ibi Salice. de qua re vide, quæ dixi cap. De tutore adiuncto primo tutori.
- 21 ¶ Facit. l. 1. C. in quibus caus. tut. habent. ubi probatur, q̄ tutor absens causa reipublicæ, non tenetur de periculo tutelæ, q̄ si nō sentit onus, equum est, ut non sentiat honorē, ut in. l. eum qui. ff. de iure iuran. l. ab eo. C. de fideicomis. * Tertio facit, quod absens causa reipublicæ, aliud iam negotiū gerit, & aliud salarium lucratur, de iure autem lucrans salarium non lucratur illud, si alij locat operam suam, ut latē tradit Iaso. in. l. diem functo. nu. 2. 3. ff. de offic. assessorum.
- 22 ¶ Rursus cum absens causa reipublicæ, desinat esse tutor, & alius in eius locum detur, hic secundus lucrabitur decimam, neq; primus restituetur, cum eius iniuria, nō enim conceditur restitutio, cum iniuria tertij, ut in. l. sciendū. ff. quib. ex caus. maio. quem ibi notat Bald. Bart. Paul. Areti. Alexan. col. 2. in. l. cum quidam. ff. de acquirend. heredit. Bald. in. l. pen. C. de repudi. heredita.
- 24 ¶ Non obstant adducta in cōtrarium. Primo non obstat. l. si quis Titio. ff. quib. ex caus. maio. illud enim procedit, quādo persona cui relinquitur legatum, & causa legandi, non deficiunt, tunc enim licet deficiat causa accidentalis, scilicet præsentia; nō amittitur legatum. Sit exemplum, Lego Titio, si tempore mortis meæ fuerit Granatē, certē si eo tempore reipublicæ causa absit, legatum non amittit, quoniā & Granatē, & extra Granatam, idem est Titius, & licet deficiat conditio, tamē remanet persona, cui ob amorem videtur relictū, ut, in. l. nec adiecit. ff. pro socio: idē absentia ei non nocet. In nostro autem casu, nō datur decima, ratione personæ, sed ratione officij, scilicet quia est tutor, & ratione laboris, scilicet quia administrat: ut in. l. sed hæc nimium ff. de excu. tuto. idē licet absit causa reipublicæ, deficit causa substantialis, & finalis,

De decima Tutori

- finalis, propter quam datur decima, scilicet definit esse tutor, & sic definit esse is, cui lex iubet dari decimam, & alius in eius locū suffulcitur; at in.l. si quis Titio, Titius, non definit esse Titius, q̄ absit à Granata. Item in nostro casu, deficit ratio, & fundamentum, scilicet administratio; at in.l. si quis Titio, Titius, nihil tenebatur agere, & sic absentia nil nocet, at hīc absentia efficit, ne sit tutor, & ne administret.
- 25 ¶ Non obstat, q̄ notat Bald. in Authen. habita. quia loquitur, quando quis abest causa reipublice, iussu eius qui ei præstat salarium. At in nostro casu, tutor non abest mandato eius qui illi dat salarium, neque abest mandato superioris.
- 26 ¶ Non obstat tertium argumentum, quoniam falsum est, militi capto, deberi stipendium, cum iam non laboret, & ita docuit Barto. in.l. 1. C. de re milita. neque Castaneus aperit, quid sibi potius videatur.
- 27 ¶ Non obstat quartum argumentum; scilicet, q̄ præsentem esse censetur, qui in Principis servitio sunt, id enim verum, quando solum requiritur præsentia, & residentia, non vero quando requiritur labor personalis, & præcium solvitur, non à Principe, sed à privato. Qui enim aufert salarium à Principe, vel à Pontifice, ob residentiam, vel administrationem, præsens esse censetur, si absit iussu ipsius Principis.
- ¶ Non obstat ultimum argumentum, quoniam Episcopus est caput, ut ita dicā suæ ecclesie, post summum Pontificē, & sic qui servit Episcopo, videtur servire ecclesie.
- 28 ¶ Quid autem si quis, casu fortuito impeditus, non administrat, an nihilominus consue qui debeat decimam. Movet quæstionem, textus expressus, in.l. ab administratione. C. de lega. ubi probatur, q̄ si mihi, pro administratione tutelæ, aliquid relinquatur, & administrare non possim impeditus casu fortuito, q̄ nihilominus, mihi dandum est legatum, pro administratione relicto, & ita notant, ibi omnes DD. Quare, ex dispositione eius legis, videtur q̄ tutori, impedito casu fortuito, sit dāda decima quam ei, hæc lex assignat pro administratione.
- 29 ¶ Sed mihi, semper contraria sententia potior visa est, si enim salarium debetur ex dispositione legis, & quis casu fortuito impeditus non potest obire laborem, pro quo salarium datur, certè non consequetur salarium, textus est, in.l. 1. C. de re mili. & ibi Bart. norat: dum loquitur de milite capto ab hostibus, quod non est ei solvendum stipendium. * Et in ipsamet specie, de qua agimus, scilicet in tutore cui aliquid est dā dum pro administratione, quod illud non consequatur, si casu fortuito impediatur administrare, scribit Bart. in.l. 1. §. Divus col. 2. num. 6. ff. de vari. & extraordi. cognitio. ubi loquendo de.l. ab administratione. C. de lega. dicit illum textum non procedere, quando salariū debetur, ex dispositione legis; & quod loquitur in precio debito ex ultima voluntate; facit. l. si uno. §. certè, & §. cum quidam. ff. loca. Corsetus, in verbo *Salarium*. 3. Abbas in cap. sicut. el. 3. de iure iuran. Barto. & Ias. in.l. diem functo. ff. de offi. assesso. * Quid autem si quis impeditur administrare ab aliquo tertio, vide Barto. in.l. si uno. §. item cum quidam. ff. loca. Alexand. & Iaso. in.l. si pecuniam. ff. de cōdict. ob causam Bald. & Salic. in.l. penult. C. de condit. ob caus.
- 32 ¶ Quid autem, si tutor vel curator, non gereret culpa ipsius adolescentis, fortè quia eum vulneravit, & certè solvet decimam, tū ex hac lege; tum ratione interesse damni emergentis, iuxta decretum legis Aquiliæ; facit. l. sed addes. §. fin. ff. loca. & quod per locum à speciali, scribit Alexā. in additione ad Bart. in.l. ex agentibus. C. de Præpositis agen. in reb. lib. 1. 2. Roman. singulari. 66. Abb. in cap. magne. de voto. col. 3. Bar. Fulgo. & Ias. num. 30. in.l. diem functo. ff. de offic. assesso.
- 33 ¶ Quid vero si tutor, non gerit, quia contutori suo, vel alicui tertio cōmissit administrationem gerendam, & certè hoc casu, præstabitur ei decima, tum quia tutor est, tum etiam quoniam per contutorem, vel actorem videtur administrare, & per omnia habendus est ac si gereret, ita probatur in.l. tres tutores. ff. de admin. tuto. quem ibi valdè notat Alber. Scribit Sali. in.l. 2. col. 2. C. de divid. tutel. & probatur in.l. ita autē §. gessisse. ff. de admin. tuto. & ibi notat Bar. & Alber. Qui enim per alium gerit, ipse gerere videtur, ut notat per illum textū Sali. in.l. nō ideò minus, col. 5. & 6. C. de procu. Ias. in.l. si is, qui pro emptore, num. 353. versi. contra Bart. ff. de usu capionibus.
- ¶ Et tutor per alium gerens, scilicet, per cōtutorem, videtur eam partem gerere. l. tres tutores. §. non solum. ff. de admin. tuto. l. si procuratorem. §. si tutores. ff. manda. potat Aretin. consi. 66. col. 1. latè doctores, in.l. 1. C. de transact. Bart. l. Lucio. §. si iter. ff. de aqua

aqua quotidiana. & æstiva. Curtius seni. con. si. 66. col. 14. in princi.

34 ¶ Præterea facit, quòd quicumque tertius administrans rem pupilli, administrat periculo tutoris, qui illum constituit. l. decreto, & ibi Bar. & omnes Doctores. ff. de adm. tuto. Bart. in. l. tutor qui repertorium, col. 1. ff. eo. titulo, & in. l. tutor. ff. rem ratâ haberi.

35 ¶ Si tamen à iudice mandaretur administratio uni ex pluribus tutoribus, & tunc cæteri nullam partem decimæ consequentur, quoniam censentur extranei, & ille solus à iudice assignatus gerere, & administrare potest, textus est expressus, & ibi Bart. notat in. l. tutores. ff. de auto. tuto. & in. l. si. C. de auto. præstan. & in. l. quoties. §. si. ff. de adm. tuto. scribit Bart. in. l. 3. §. sed quod de tutore. ff. iudi. solvi. ubi est textus ægregius, asserens hanc sententiã, per quæ Paul. ibi, nu. 6. notat, quòd tutor non administrans, non potest acquirere pupillo. Cû ergo neque administrare, neque acquirere pupillo possit, cessat fundamentum & ratio huius legis: facit. l. 2. C. si unus ex pluribus, & l. 2. C. de divi. tutel. Et quòd ceteri tutores, non possint administrare, si uni cum causæ cognitione sit commissã administratio, notant Bar. Bal. Ang. & Paul. in l. si forte. §. sunt quidam. ff. de solutio. Bart. in. l. pluribus. ff. de aut. tut. tuto.

36 ¶ Et quòd si quis abdicata à se potestate administrandi commisit socio administrationem, non possit ipse amplius administrare probatur in. l. 3. §. tantundem. cum lege sequenti. ff. de adm. tuto. Quod si nõ potest administrare, non consequetur decimam, cum non administranti nullo modo danda sit. Quando autem contutor, teneatur de negligentia contutoris, vide leges & Doctores supracitados in. l. 1. C. de trãfactio. Soc. conf. 283. nu. 7. libr. 2. Corn. conf. 323. per totum, lib. 1.

¶ Et ap. possit unus tutor cogere alium dividere administrationem, vide Bart. in. l. si plures. §. si non erit, nu. 1. de adm. tuto.

37 ¶ Illud addendû, quòd solet dubitari, quid si sint plures tutores, & unus gerit, & alius non, an decima quæ pertineret ad non gerentem, competat in solidum gerenti; & certè cõpetit, si ipse omnia administrat. Quòd procedit, etiam in casu magis dubio, putã, si ex testamẽto relinquãtur centû duobus tutoribus, in testamento designatis, nam si unus vellent gerere, alter non, certè gerens

consequetur solida centum, nõ verò quinquaginta accrescent heredi. ut probat Capella Tolosana. 293. incipienti item datis citat. l. unica. §. ubi autem. C. de cadu. tolli & ibi Aufre. in additione dicit; q̄ licet Capella, loquatur in executoribus, idem est in pluribus tutoribus. Quare, si eis legatum fuerit, si rationes reddiderint, dabitur totû reddentibus rationem; & non alijs; citat Bald. in. l. si plures. col. 3. C. de condi. inseri. l. si ita fuerit. ff. de manu. testa. Quod censet procedere, etiam si alter tutorum, remõtus fuerit, ut suspectus, citat Bal. in Auth. hoc amplius, col. 1. C. de fideicom. & vide quæ dicam infra capite De pluribus tutoribus.

¶ Postremò nota, quòd licet supra docuerim, absenti non dandam decimam intelligendum est, absenti, & non gerenti, quid enim si absentia utilis sit pupillo; certè dabitur tutori decima. Nã canonici pro utilitate Ecclesiæ absentes, habentur pro presentibus, & lucrantur fructus, ut per Doctores in. c. cum non deceat. de electio. lib. 6. & c. tuæ fraternitatis. de clericis non resident. & c. licet. de præb. Bar. & DD. in. l. quæ sitû. ff. de leg. 3. Bald. l. 1. C. de his quibus ut indign. Oldral. conf. 117. Boer. decisio. 17. num. 3.

S V M M A.

- 1 Tutor invalidus, communiter reputatus validus, an lucretur decimam, & nu. 7.
- 2 Prælati putativi, an lucretur fructus.
- 3 Tabellionis in validi gesta, an valent, si communiter reputetur tabellio.
- 4 Errans in facto, an lucretur fructus, & nu. 19.
- 5 Quarta debita iure nature, an amittatur per non consecrationem in venarij.
- 6 Salarium solvendum administratoribus Ecclesiæ, communiter reputatis validis.
- 8 Tutoris putativi gesta, nil valent.
- 9 Dispositio. l. Barbarius. non habet locum nisi in casibus, in qua est iurisdictio.
- 10 Putativus tutor, non est tutor, & gesta eo auctore, non valent, & nu. 11. Etiam si sint utilia pupillo, nisi ratificentur.
- 13 Filius putativus, non acquirit patri.
- 14 Tutori non implenti solemnia, non est danda decima.
- 15 Tutor invalidus, nõ convenitur actione tutelæ.
- 16 Mater tutrix, privatatur hereditate filij, si non servat solemnia.
- 17 Matrimonium si sit nullum, non habet locum statutum de lucranda parte dotis.
- 18 Tutor invalidus, an teneatur de periculo tutelæ.

De decima Tutori

An tutor putativus communiter reputatus tutor lucretur decimam. Cap. XII.

- 1** **R**ursus occurrit questio, pulchra, & difficilis. Quid si tutor, per plures annos administravit, maxima cum utilitate pupilli, & communiter reputatus est tutor, postea vero apparet tutelam, non valuisse: utrum ei decima danda sit, vel ipse eam retinere possit? Hic, nihil videtur interesse, an tutela corruat ex defectu ipsius, qui datur tutor; an vero ex persona eius, cui datur tutor.
- 2** **V**idetur, non solum ex æquitate, verum etiam ex iuris rigore, huic dandam decimam, tutor enim & prælatus æquiparantur, glossa in cap. quia episcopi. §. q. 3. Barba. de præstati. Cardin. q. 3. nu. 28. Affist. decisione 169. nu. 5. Berol. q. 27. nu. 4. Prælatus autem invalidus, lucratur fructus, ut notat Innocen. in c. nihil de electio. Bald. Albe. & Raphael. Com. in l. qui neq; ff. de rebus coru. Bald. Sali. & Paul. in l. si putas. C. de petit. heredi. Quod intelligendum, dummodo sit electus à superiore, aliàs non facit fructus suos, ut notat Innocen. in c. que rellam. de electio. Antoni. in cap. cõsultationibus, de iure patrona. Alexan. consi. 138. lib. 1. Cũ ergo tutor, administret ex facultate iudicis, qui ei decernit administrationem (aliàs enim nullo modo administrare posset, etiam si legitimus esset. l. si. §. si. C. arbit. tutel. l. tutores, & ibi Bart. ff. de auto. tuto. & dixi. c. 2. num. 64.) videtur quod lucrabitur fructus, ad similitudinem prælati.
- 3** **H**is suffragatur, quod gesta à tabellione communiter reputato pro vero tabellione, valent; si adsit confirmatio superioris, autore Bald. in l. 1. num. 12. C. de testa. Spec. de instr. æditione. §. restat, & est communis sententia, teste Alexand. in l. 1. col. fi. C. de testam. l. si. in l. Barbarius in 2. limitatione. ff. de offi. Præto. Nullus autem tutor administrat, absq; decreto iudicis, ut supra dixi, ergo gesta à tutore communiter reputato, valido, valida erunt, & ex consequenti deducet decimam.
- 4** **D**einde si tutor, credidit se tutorem, erras in facto, videtur lucrari decimam fructuum, quoniam error in facto, iustificat possessionem, & facit lucrari fructus, ut in l. sed et si lege. §. scire. ff. de peti. hered. Bald. in l. scire

nu. 63. C. de servi. & aqua ubi nu. 73. tractat, an prælatus illegitimus lucretur fructus: & quod error in facto, sit causa lucrandi fructus, dixi in tractatu de non meliorandis filiabus cap. 33. num. 11.

- 5** **P**ostremo urget, quod scribit Paul. consi. 19. num. 2. lib. 2. quod creditor succedens debitori, non amittit ius retinendi, etiam si non conficiat inventarium (& quod proprius facit ad nostram questionem) per non confectioem inventarij, non amittitur quarta debita iure nature, ut notatur in Authent. sed cum testator. C. ad leg. Falc. ut ibi Paul. tradit. Ergo licet tutor, per non confectioem inventarij, non sit tutor legitimus, & validus, non ideo amittet decimam.
- 6** **V**ltimo facit, quod scribit Alexã. in additione ad Bart. in l. Herenius. ff. de decuri. quod administratoribus ecclesie, communiter reputatis validis, est solvendum salarium.
- 7** **C**ontraria tamen sententia, probatur, non minuatim ex Alexan. in additione ad Bart. in d. l. Herenius: ubi scribit, quod etiam si administratores ecclesiarum invalidi, faciãt fructus suos, seu lucrentur precium administrationis: id tamen non habet locum, in tutoribus. Vt autem Alexand. apte loquatur, intelligendus est, in casibus in quibus de iure Civili datur tutori salarium, quos retuli cap. 1.
- 8** **S**ecundo facit, quod gesta à tutore putativo communiter reputato valido, non valent, quia regula. l. Barbarius Philippus, non procedit in tutore: ita primus (uti arbitrator) docuit Iacobus Belvisius, in disputatione, cuius initium est: fute cavetur. Paul. in l. si putas. C. de petit. heredit. Ioan. Calderin. & Anton. in cap. ad probandum, nu. 2. ff. de re iudica. Bal. in l. non omnis. §. fin. col. fi. ff. si cert. petã. Raphael. Com. in l. qui neq; per textum ibi. ff. de rebus eorum. Alexan. consilio. 138. col. 4. lib. 1. Ad hoc enim, ut habeat locum regula. l. Barbarius, requiritur, ut publicè inter sit gesta valere, ut per Alexand. d. consi. 138. lib. 1. Officium autem tutoris, neq; auctoritate, neq; utilitate est publicum. l. 1. ff. de mune. & honorib. Et hic vertitur causa privatæ utilitatis, nimirum solus pupilli.
- 9** **I**tem regula. l. Barbarius, non habet locum, nisi in causa in qua erat iurisdictio, ut notat Bald. in l. non omnis. §. pupillus. ff. si cert. petã. l. si. in d. l. Barbarius. Itẽ requiritur, ut inter venerit confirmatio superioris autore Bar. in l. actuarios. C. de numera. lib. 1. r. hie

hic autem deficit publica utilitas, & causa iurisdictionis, & confirmatio superioris, quãvis enim iudex permiserit administrationem, non idcò videtur confirmare, nisi adyiciat se, ratum habiturum ab eo gesta, tunc enim valent ex autoritate iudicis confirmantis, ut in l. 1. §. Pomponius. ff. q. falso tuto. Bal. in l. 2. ff. de eo qui pro tuto. Aliàs gesta à tutore invalido, etiam si communiter reputetur validus, nulla sunt, ut in l. qui neque, & ibi notat Raph. Comens. ff. de reb. eorum.

10 ¶ Præterea facit, quòd tutor invalidus, revera non est tutor, etiam si communiter reputetur tutor; quod si non est tutor, deficiunt verba legis, & per consequens cessare debet eius dispositio. l. 4. §. totiens. ff. de dãm. infect. Deinde gesta, à tutore minus solemnni, non valent, notat Bart. in l. legitimos ad finem. ff. de leg. tuto. Guido decis. 330. Bart. l. 1. nu. 2. ff. de tutel. Aufre. in additione capelle Tolosane. 288. Salicet. l. tutores. col. 1. C. de adm. tuto. Corn. conf. 164. col. 2. lib. 4. Alex. conf. 86. nu. 8. lib. 2. Bart. l. tutor qui rectorium. col. 2. versic. quid si neglexit. ff. de adm. tuto. Boer. decisione. 13. num. 5. Coene. consil. 207. col. 2. lib. 3. Beroi. q. 67. nu. 35. Specu. tit. de tutore. vers. quid si minor. Ias. si quis infu. di. nu. 46. ff. de lega. 1. Socin. in l. qui duos. nu. 30. ff. de reb. dubi. Paul. conf. 355. nu. 4. lib. 1. glo. in l. 9. tit. 16. par. 6.

11 ¶ Sic alienatio, facta cum auctoritate tutoris putativi, non valet. l. si is qui. & ibi Bart. & Bal. ff. de eo qui pro tuto. negot. gest.

12 ¶ Quinimo licet gesta, utilia sint pupillo, non valent, nisi minor ex post facto rata habeat, ut notat Bart. post ultramontanos, communiter, in l. si tutor. per glosam ibi. C. in quibus causis in integ. resti. non est necessaria. & ibi Bal. & Pau. notat Imo. in l. sepe. col. 18. ff. de re iudica. & est cõmunis & vera opinio, teste Barb. in c. cum in iure peritus. de offic. deleg. sentit Bal. in l. nõ idcò minus. C. de procu. & est vera, & magis cõmunis, ut testatur Beroi. q. 103. nu. 2. Defectus enim sollemni, facit quem dici nõ tutorẽ, ut notat Cap. cius, decis. 129. nu. 3. ut de falso tutore scribit Hippo. conf. 89. nu. 6. lib. 2. Et paria sunt non esse tutorem, vel non satisfecisse, ut notat Iacobin. in l. si tutor. C. in quibus causis in integ. resti. nõ est necessaria. Cum ergo, neq; tutor sit, neque gesta valeant, æquissimum est ei non dari decimam. Sed obijciat aliquis, valent

in utilitatẽ pupilli, fateor, sed ita demum si pupillus velit ea rata habere. Et licet rata habeat, non id sufficit, aliàs etiam negotiorum gestor, ut dicitur gerenti, dabitur decima, quod est prius factum.

13 ¶ Confirmatur hæc opinio, quoniam filius putativus, non acquirit patri, ut in l. qui in aliena. §. si is qui putabat. ff. de acquir. hæredita. ubi notant Bart. & Bal. & ceteri. Sic etiam pupillus, nihil acquirit, vel dabit tutori putativo.

14 ¶ Præterea quòd invalido non sit danda decima, probatur nominatione, ex Cassaneo in consuetudinibus Burgundiæ, Rub. 6. §. 4. verbo caution, num. 6. ubi scribit, quod licet iure Gallico, tutor nobilis pupilli, lucretur fructus, certè eos non lucrabitur, nisi sufficientem cautionem tradiderit, ut est obligatus, aliàs enim, non implet, quod in tutore requiritur, scilicet satisficere. Admonitum tamen velim lectorem, Gallos, tutorem appellare Balistam, ut patet ex Cassaneo. dicto. §. 4. verbo Baliste. citat Cassaneus, in comprobationem sententiæ, quòd usufructuarius non cavens, non lucratur fructus. l. si usufructus legatus sit. cum glossa. ff. de usufructu uxori. ff. de usufructu. lega. & ibi Barto. idem Bartol. in l. si homo. ff. de usucapio. & in l. usufructus. C. de usufructu. & in l. hac ædiali. §. si. C. de secun. nupt. de qua re, vide Bar. in d. uxori. Bal. consil. 21. & seq. libr. 2. Felin. in cap. si autem. col. 4. de referip.

15 ¶ Præterea facit, quòd tutor invalidus, nõ potest pro gestis conveniri actione tutelæ, quæ pupillo multa præstat privilegia, tantum conveniri potest, actione negotiorum gestorum. l. militiæ. C. qui dari tutor. poss. sentit. Bald. in l. cum pater. num. 2. ff. de negot. gest. Raph. Comens. consil. 87. post principium.

16 ¶ Præterea, longe durius est, amittere, quod debetur iure communi, quam quod debetur iure particulari, reperio tamen, quod mater delatam sibi tutelam administrans (licet utiliter) punitur, si non servavit sollemnia, requisita, ut tutela valeat, & privatur hæreditate filij. Ita docet glosa in l. 2. §. si mater. ff. ad Tertul. Bal. in l. matres. C. eo. titulo. Gozadin. consil. 17. num. 3. versiculo tertio adduco. Curtius senior. consilio. 66. col. 17. Bald. in l. precibus. col. 6. C. de vulgar. & pupil. Multo ergo magis, tutor invalidus, amittet decimam, sibi

Y y ad verò

De decima Tutori

adversus Iuris civilis dispositionē in hac lege datam. Deinde facit, quòd qui statuto vult uti, cum non servaverit solēnitatem illius, privatur beneficio ipsius, ita Socin. consil. § 1. incip. præstantissimè. col. 3. verficulo octavo, & ultimo. lib. 1. Alb. Lauxilium. §. 1. ff. de mino.

17 ¶ Postremò facit, quòd si ex statuto, marito deferatur lucrum dotis, id non habet locum, si matrimonium sit nullum: ut in impotenti ad coitum, scribit Ias. consil. § 8. lib. 1. & consil. 115. col. 1. & 2. & consil. 135. libr. 1. Et generalitèr, in lucro ex lege, vel pacto delato ratione matrimonij, scribit Bald. Angel. & Salic. in l. 1. per text. ibi. C. de conditio. ob caus. Angel. in Authen. de nuptijs. §. ascriptio. col. 4. Alexan. in l. si ante. col. 3. ff. sol. matrim. Barba. in c. ex litteris. col. si. de pignor. Bald. consil. 184. lib. 3. Pau. Roman. & Alexand. in l. si cum dotem. §. si. ff. solut. matrim. Bald. Barba. & Felin. col. si. in c. iuravit. de probat. Boerius decisione. 23. nu. 37. facit. l. in insulam. §. fructus. ff. solut. matrimo. & ibi notat Romanus, Lupus, in Rubrica. de donationib. inter virum, & uxor. folio. 19. col. 2. & folio. 39. col. 2. verficulo ampliabis. in parvis. Latè Rodericus in repetitione. l. 1. titulo De las ganancias. col. 1. & 2. ubi disputat, an lucra dividenda sint inter virum, & uxorem, si matrimonium fuit nullum. facit l. pen. ad finem. ff. quòd falso tutore.

18 ¶ Ultimo facit, quòd tutor credens se tutorem, non tenetur de periculo tutelæ, si re vera tutor non sit. l. tutores qui post. ff. de admittuto. Bar. in l. impuberi. nu. 1. ff. de tutel. ¶ Hæc opinio vera est, quòd tutor invalidus non aufert decimam: quòd intellige, quando à principio tutela non valuit, secus si ex post facto desinat valere, tunc enim pro tempore quo valuit, verus tutor fuit, & ipsi decima danda est. l. 1. ff. de leg. tut. Non obstant ex adverso prolata. Primo non obstat, quòd prælatus confirmatus à superiore, lucratur fructus, tutor enim non confirmatur à superiore, ut prælatus, sed decernitur sibi facultas administrandi, ut in l. fin. C. arbit. tutel. Idem respondeo, ad secundum argumentum, & quòd in tabellione versatur publica utilitas.

19 ¶ Non obstat, quòd errans in facto, lucratur fructus: id enim fallit, quando fructus dantur ratione alicuius actus validi, non veroratione dominij, si enim dantur ratione dominij, ex errore nascitur bona

fides, & ex bona fide acquiruntur fructus. At si dentur ratione administrationis validæ, certè non acquireret qui invalidè administrati. Nō obstat quòd tutor communiter reputatus validus, tenetur de periculo tutelæ, quoniam est falsum, ut in dista. l. tutores qui. in princip. ff. de administratio. tutor. Non obstat, quòd filius non conficiens inventarium, non amittit legitimam, quoniam filius non conficiens inventarium, non desinit esse filius, neque ex hoc amittit legitimam, at tutor non conficiens inventarium, tutor efficax non est, & in dolo esse præsumitur, & neque agere, neque conveniri potest, ut dixi capite secundo, nu. § 7.

¶ Non obstat quod scribit Alex. ad Bar. in l. Hærenius. quoniam ipsemet id limitat in tutore, alter enim confirmatur, scilicet prælatus, alter regularitèr nō confirmatur, sed decernitur sibi facultas administrandi, & non est confirmare.

S V M M A.

- 1 Tutori malè gerenti, non danda decima, & num. 6.
- 2 Salarium non dandum malè administranti.
- 3 Tutori gerenti an accrescat portio tutoris malè gerentis, an vero accrescat pupillo.
Legati non implentis officium, salarium, an accrescat alteri legato, qui rectè facit suum officium.
- 4 Tutor malus non recuperat expensas factas, in re pupilli.
- 5 Tutor cui legatur summa in qua fuerit condemnatus, an possit retinere que debet ratione doli.
- 7 Tutor non implens solemnia, non lucratur decimam.
- 8 Pater malè gerens amittit administrationem rerum filij.
- 9 Mandatario excedenti fines mandati, an dandum salarium.
- 10 Iudici delinquenti, non dandum salarium.
- 11 Male tractans debitorem, vel vassallum, vel filium amittit ius suum.
- 12 Salarium non dandum pro inani titulo, sed quis rectè officium implet.
- 13 Maritus malè tractans uxorem, amittit lucrum dotis.
- 14 Privilegium amittit qui eo abutitur.
- 15 Malus tutor punitur.
- 16 Frustrarius malè utens, non lucratur fructus.
Executori malo non datur decima.
- 17 Tutor malus, non est tutor, sed prædo.
- 19 Tutor malus, à quo die amittat decimam, usq; ad. 25.
- 20 Tutor, à die quo postulatur de suspecto, non potest administrare.

Prelatus,

- 24 Prælitus, à quo die non lucretur fructus.
 26 Tutor malus pro parte temporis, vel in parte rerum, an amittat decimam pro toto tempore, & in omnibus rebus. *distingue. nu. 32. 33. & 34.*
 35 Tutor an amittat decimam, si pupillum non aluit in domo sua.
 36 Tutor negans alimenta pupillo, an amittat decimam.
 37 Tutor an deducat decimam ex fructibus, in quos condemnatur ex dolo, vel negligentia, & num. 39. cum seq.
 40 Tutor solvens infolidum ex delicto, non rectè petit actiones, sibi cedi adversus contutorem.
 43 Decima quare detur tutori.
 46 Tutor an amittit decimam, ex eo quod possit removeri, licet non ex delicto.
 47 Tutor ex quibus causis removeri possit, & quid in consanguineis.
 48 Tutor quando præsumatur esse in dolo.

J An tutori malè gerenti, sit danda decima; saltem ex fructibus earum rerum quas benè administravit: & an deducat decimam, de fructibus, in quibus condemnatur, quia malè gessit, vel pupillarem pecuniam permisit esse otiosam. Cap. XIII.

Rursus quæro, an tutori malè gerenti sit danda decima, & ut danda non sit, an saltem dari debeat, ex fructibus rerum, quas benè administravit, vel ex fructibus, in quos iure condemnatur, quia malè gessit, vel quia pecuniam pupillarem permisit esse otiosam: & à quo die malus tutor, desinat lucrari decimam.

- 1 Ante omnia, illud æquisimè iuris est, tutori malè gerenti, non dari decimam, nequillum omnino salarium. Ita nominatim probatur in. l. quid autem iunctis legibus præcedentibus. ff. de excusa. tuto. ubi probatur, quod si alicui relinquitur legatum, pro administratione tutelæ, quod si malè administrat, nõ debet consequi præmium administrationis.
 2 Unde ex eius legis decreto, viget communis Doctorum sententia, quod salariũ, non debetur culpabiliter, vel dolosè admini-

stranti: ita docent ibi Iacobus Arena, Bart. & Alber. Bart. in. l. Meyio nepotem. ff. de annu. legat. & in. l. 1. §. Divus col. sin. ff. de vari. & extraordi. cognitio. & in. l. iudices. C. de anno. & tribut. lib. 1. Bal. in. l. 2. col. 2. C. de loca. & in. l. una. cõl. si. C. de suffrag. & in. l. Nestenius. ff. de executat. tuto. gloss. Bart. Paul. Rapha. & Ias. in. l. diem functo. ff. de offi. assessio. Corse. singulari, salariũ. 1. Idem probatur in. l. etiam si partis. ff. de legat. 1. quæ loquitur in tutore, cui relinquitur legatum, & malè administrati; idẽ probatur in Authen. licet. C. de Episco. & cleric. inquit lex. Sed si ij qui facere iussi sunt, neglexerint, amittant lucrum quod eis contingebat.

3 Rursus in tutore nominatim hæc opinio probatur, quoniam si duobus tutoribus, legatum relinquatur, & alter rectè gerat, alter removeatur, certè remotus, non consequitur partem legati, sed accrescit gerenti, non verò applicabitur heredi testatoris, ita Capella Tolosana. 293. & ibi Aufrerius in additione Bald. in Authen. hoc amplius. col. 1. C. de fideicommissi. textus in. l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excusa. tuto. Quanquam salarium legati officium nõ implentis, non accrescit ei, qui officium solus implet, ut not. Bart. per illum textũ. in. l. 1. C. de lega. Corset. verbo Salarium. Sed ibi salarium, non dabatur ad proportionẽ redditus alicuius rei, hinc verò decima datur, de omnibus fructibus, quare tutor qui omnia administravit, partem contutitoris cessantis consequetur.

4 Confirmatur hæc opinio, ex eleganti traditione Bal. & Paul. nu. 3. in. l. si pupilli. §. sed & si qu. s. ff. de negot. gest. ubi Bal. per eam legem, inquit, nota hunc. §. contra tutores, vel curatores, ut si accesserunt animo deprædandi (quod colligitur, si bona pupilli converterunt in suam utilitatem, vel denegant rationem reddere) quod non possunt repetere expensas, etiam si fuerint utiles pupillo, nisi appareat pupillum factum locupletiosem. Cum ergo malus tutor, propria nõ repetat, quanto minus petet aliena, scilicet decimam pupillarum reddituum, & cum damnum non effugiat, repetendo à se expensa, quanto minus lucrum capiet, auferendo à pupillo decimam.

5 Præterea nominatim in tutore, quod malo decima danda non sit, probatur efficacitè, quoniam etiam si tutori legetur omnis summa, in quam fuerit debitor ex admini-

De decima Tutori

- stratione, non consequetur ea, quæ debet ratione doli, ita docet Sali. in l. cum necessitate. C. de fideicom. per. l. quidam decedens. ff. de admi. tuto. & sequitur Alexan. consil. 74. nume. 4. libro. 7. Anchar. consil. 118. incip. casus talis est. Segura in repetitione. l. si ex legati causa. à num. 23. ff. de verbor. oblig. notat recetiores, in d. l. cum necessitate. A ymon. consil. 193. nu. 9. lib. primo. Deci. consil. 192. num. 4. Alexand. consil. 62. num. 8. libr. 4. Deci. consil. 178. num. 3. Soc. consil. 159. nu. 19. lib. 2. Gratus consil. 23. nu. 6. cū alijs à me citatis, supra. c. 2. nu. 160.
- 6 ¶ Deinde Paul. consil. 374. nu. 2. lib. 2. expressè notat, quod tutori malo, nō est dandum præmiū fructuū, à statuto propositū.
- 7 ¶ Deinde facit, quod non servasse solemniam (quæ ad inanem tantum legis observantiam, & formulam pertinent) sufficit, ut tutor non lucretur fructus, Gallico iure tutori debitos, ut scribit Cassaneus, in consuetudinibus Burgundiæ. Rubrica. 6. §. 4. verbo *caution*, num. 7. & docui supra capite præcedenti, num. 16. Quinimò, sufficit, ut mater amittat hæreditatem filij (omni iure sibi debitam) paria enim sunt, nō habere tutorem, vel habere minus solemnem, idcō, si mater gerat, tutelam filij, non tamē solemniam observaverit, amittit hæreditatem filij, ut per Bal. in l. matres. C. ad Terul. Gozadin. consil. 17. nu. 3. Bald. in l. præcibus. col. 6. C. de vulga. & pupil. Curt. sen. consil. 66. col. 17. Quanto magis amittet, si malum tutorem se præstando, rem pupilli contriverit, ac dissipavit, vel se pupillo hostem præbuerit.
- 8 ¶ Sic pater, legitimus bonorū filij administrator, & qui ea ratione lucratur fructus, amittit administrationem, si malè gerat, vel dolum, seu negligentiam committat, ut latè tradit Alex. per illum textum in l. Imperator. nu. 6. ff. ad Trebel. textus in l. si. §. minores. C. de sententiam. pafsis. A ret. cōsil. 72. num. 5. versiculo ad quartum. Barba. in c. venerabili. ad finem. de offic. delegat. Ioannes Nicolaus Arelatensis. in l. generaliter. nu. 155. cum sequentibus. C. de secundis nuptijs. Socin. consil. 34. nu. 15. libr. 1. Crotus in repetitione. l. si constante. nume. 120. ff. solut. matrim. Anania in c. cum ex iniuncto. nu. 22. de hereti. Lupus in reper. c. per veltras. §. 17. nu. 13. Doctores in d. l. Imperator. Boerius decis. 61. nu. 14. Segura, in repetitione. l. Imperator. nu. 18. ff. ad
- Trebel. Et hoc casu pater tenetur (adversus iuris regulam) rationem administrationis reddere, autore Bald. per textum ibi in l. cum oportet. §. si. C. de bonis quæ libe. glos. in. §. non autem ea lege. & ibi Corne. num. 3. Negusantius in tractatu de pignoriibus. 4. mēbro. secundæ partis, nu. 13. Pintel. d. nu. 33.
- 9 ¶ Sic mandatario, excedenti fines mandati, non datur conventum salarium, imò eo casu, neque expēlas petere potest. §. is qui exequitur. Insti. manda. Guido. decisio. 68. col. 2. vers. item in procuratore.
- 10 ¶ Sic iudici delinquenti, non est solvendū salarium, ut notat Iacobus A rena, in l. qui negotiationem. ff. de administr. tutor. & in §. 1. & §. pen. textus, & ibi Bar. in l. iudices. C. de annonis & trib. lib. 10. Corsetus, singul. salarium. 1. sic Bald. in l. mancipia. C. de servis fugitiu. scribit, quod potestas, seu officialis remotus propter suspicionem non debet habere salarium, Abbas, in c. cū sit, de Iudæis. Corsetus, in d. singulari. Puteus, in tractatu de sindicatu. §. si officialis. & §. iudices.
- 11 ¶ Sic immoderatè castigans vassallum, vel debitorem, amittit ius suum, & dominus amittit servum, & pater patriam potestatem, ut in l. elegantèr. §. si. ff. de pign. actio. & ibi Paul. l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. l. 3. C. de obsequi. l. si. C. in quib. causis coloni. §. finali. Instit. de patria potestate. Et vassallus amittit fœudū, propter iniuriam factam domino, ut latè traditur, in locis vulgaribus. Et dominus privatur proprietate ratione iniuriæ factæ vassallo, ut latè tradit Cardinalis Alexādri. in cap. 1. col. 1. quib. mod. fœud. amitta. Iaso. in Authen. qui rem, nu. 5. C. de sacrosanct. Eccles. Boerius, in consuet. Bitur. tit. de consuetudine fœudi. §. 15. Faber. §. præjudiciales. col. 9. Insti. de actio. Geminia. in c. ad apostolicæ. de re iudica. Alvarotus. d. c. 1. quæ fuit prima causa benefi. amittent.
- 12 ¶ Postremò facit, quod salarium, non est dandum pro inani titulo, sed quia quis benè, & utilitèr gerit, & benè satisfacit officio sibi iniuncto, ut scribit Platea, per textū ibi in l. 1. nu. 1. C. de annon. Civilibus, lib. 11. citat. l. ut virtutum. C. de statuis, & imaginib. l. grammaticos. l. magistrōs. C. de profes. & medi. libr. 10. l. una. C. de Athletis, lib. 11.
- 13 ¶ Præterea, maritus malè tractans uxore, amittit lucrum dotis, putà, si eam occidat, vel

vel flagellet, vel alimentâ denegat; ita ut po-
reat, ita Bart. Paul. Bal. Alex. & Ias. in. hab
hostibus. ff. solu. mati. Boerius, decis. 244.
nu. 1. 2. Bal. in Auth. dos data. C. de donat.
ante nup. Ripa, in. l. fin. nu. 1. 4. C. de revoc.
donat. Et si uxor sit expulsa sine causa, ita
ut vir non sustineat onera matrimonij, nõ
lucrat vir fructus dotis, Bal. in. l. fi. in fi-
ni. C. de sentent. que sine certa quantitate,
Alex. in. l. a. in princ. ff. sol. mati. & ibi So-
cin. col. 4. in. l. si no. Lupus, in. repet. c. per ve-
stras. §. 3. sequitur. nu. 3. de donation. inter
vir. & uxor. Bal. in Rub. C. de privil. dotis,
Bal. in. l. 1. C. de liti. liber. tollen.

¶ Deinde facit, quod dolo tutori tutela
uocere debet, ut notat Alber. in. l. tutor. ff. si
quis cautionibus.

14 ¶ Denique, qui non utitur privilegio, ut
debet; amittit illud, capit. ut privilegia. de
privileg. c. licet. 1. 1. q. 3. & tutor qui legem
sibi impositam spernit, æquum est, ut legis
beneficio non utatur, l. auxilium. in. fine. ff.
de minorib. l. fi. §. si in autem postquam. C.
de iure delib. q. quia frustra. de usuris, &
ibi notat glossa. Sic colectorarius, qui malè
tractat Ecclesiam, privat suo officio col-
lectandi. c. ea que. de censib. Et malè tra-
ctans rem emphiteoticam, vel conductam
privatur ea, ut in Auth. qui rem. C. de Sa-
crofanct. Eccles. Et in conductore proba-
tur in. l. x. de. C. de ioca, Barba. consil. 36.
incip. sapienter. scripte col. 7. lib. 2.

15 ¶ Ultimo, hæc opinio probatur, quoniam
tutori datur decima, propter laborem ad-
ministrationis, ut in hac lege expressè di-
citur, & in præmium laboris. At malus tu-
tor laborat, ut perdat pupillum, & ex dia-
metro agit adversus id, pro quo decima da-
tur. Et ratione malè obiti officij, publicis
vinculis nonnunquam continetur. l. 3. §.
fi. ff. de suspect. tuto. l. 1. §. solent. ff. de offi.
prefect. urbis. Alber. in. l. Divus. nu. 8. ff. de
offi. Presid. Et qualiter puniatur, spolians
pupillum, scribitur. A ffil. et. decis. 336. Quo-
modo autem, punitio convenit cum præ-
mio? Quomodo idem castigabitur, & præ-
mio afficitur ex eadem causa, & ex uno
eodemque facto? Si bonus est, optimo iure
præmio afficitur, si malus, æquum est, ut
culpe poenam, severè sentiat, non ut præ-
mium accipiat.

16 ¶ Præterea fructuarius, malè utès, non lu-
eatur fructus. l. item. si fundi. in. princip.
ff. loca. hoc amplius. §. fi. ff. de damn. infec.
facit. l. cognovimus. C. de manci. & colo. l.

eos. C. de aqua duct. lib. 1. 1. Ange. Paul. &
Ias. in. Auth. que rem. C. de Sacrosanct. Eccl.
Jacob. in. sua investitu. fecud. verbo di. et. q;
vassalli promiserunt, non committere fœdo-
niâ. col. 9. sic Bald. in. Auth. em. relictû. col.
2. C. de indict. vidui. per illû tem. scribit;
q. faciens adversus cautionem præstitâ, vel
conditionem requisitam, omne emolumen-
tum tenetur restituere, & sequitur Molin.
in. consue. Paris. tit. 1. §. 1. glo. 1. nu. 3. qui
dicit, quod si fructuarius colludit cû vasa-
llo, in fraudem domini non lucratur fru-
ctus, quod ad tutorem colludentem cû de-
bitoribus pupilli applicari potest.

¶ Denique confirmatur hæc opinio, quo-
niam malo curator, non datur decima, ne-
que legatam relictam, ut in. l. 4. titulo 2. li-
bro. 5. Ordinationum. Ultimo facit, quod
tutori non gerenti, non est danda decima,
ut latè dixi capit. 1. 2. num. 1. cum sequen-
tibus. Quod si non gerenti non datur deci-
ma, multo minus dabitur ei qui malè gerit,
præstat enim nõ administrare, quàm per-
niciosè administrare, Qui enim non admi-
nistrat, si nihil utilis, certe nihil nocivum fa-
cit, saltè in committendo; at, qui pernicio-
sè, administrat rem pupillarem, evastat.

17 ¶ Finem facerem, nisi illa manifestissima
ratio occurreret, quod malus tutor, non est
tutor, sed prædo. ut in. l. qui fundû. §. si tu-
tor. ff. de ulucapio. pro emptore. l. tutor qui
ad utilitatem. ff. de admi. tuto. & ubiq; Do-
ctores. Prædo autem laqueo dignus est,
non præmio.

18 ¶ Hæc est opinio verissima, q. malo tutori
non est danda decima. Neq; quemquã mo-
veat auctoritas Boerij, in consuetudinibus
Bituricensibus. titulo de iure personarû. §.
1. 4. quoniam ibi ius Gallicû refert, vel q. ma-
gis puto, loquitur de tutore relinquente tu-
telam, finita tutela, ut (scilicet) retineat fru-
ctus tēporis præteriti, vel loquitur de re-
moto, cuius culpa, et non fuerit damno-
sa pristinx administrationi, rectè retinet fru-
ctus temporis præteriti, ut statim ad supe-
riorum lucem explicabo.

19 ¶ Sed est quæstio, an tutor amittat deci-
mam à die commissæ culpæ, an verò à die
quo postulatur de suspecto, an à die quo
fertur sententia, ut amplius non admini-
stret; movet quæstionem, quod malus iu-
dex, amittit salariû, à die remotionis, non
verò à die quo postulatur removeri, ut scri-
bit Bellapeitica, & Paul. col. 1. & Ias. num.
2. in. l. diem functo. ff. de offi. assessorum,

De decima Tutori

- adducunt, quod cū post crimen fuerit tolleratus, & administraverit, non debet serviri esse gratuitum, sicut in prelato digno privatione, scribit Felinus, in .c. de quarta col. 11. in princ. versic. faciunt postremo prædicta ad quæstionem de præscrip. Corne. in .l. 1. col. 1. C. de his quib. ut indig.
- 20 ¶ Rursus occurreret alius, qui spreta horum auctoritate, sentiat, tutorem, à die quo postulatur de suspecto, non lucrari decimam, etiam si innocens sit, & nihil remotione dignum admisserit. Ita enim videtur probari, quoniam tutor à die quo postulatur de suspecto, non potest administrare, adeo ut neque solutionem recipere possit, ut definit Iuriscōsultus in .l. quod si forte. §. sunt quidam. ff. de solutio. ubi notant Dinus, Bart. Bald. Angel. & Paul. Etiam si tutor sit affinis, ut censet Faber. §. si quis autem Iustit. de suspect. tuto. Bart. l. si tutor. nu. 3. ff. de susp. tuto. l. decreto. ff. eo. titul. Afflict. decisione. 357. nu. 5. Rube. consi. 60. nu. 8. Cassaneus in consuetudinibus Burgundiz, Rubr. 6. §. 5. verb. *ex legitime*, nu. 2. Franciscus Marcus in decisione Delphinali nova. 65. 4. Paul. in .l. quæ omnia, numer. 6. ff. de procura. Sicuti dicitur de eo qui deliquit in officio, q̄ sibi lite pendente interdicitur administratio, quod intellige, ut per Bart. in .l. libertus. §. in quæstionibus. ff. ad municipal. c. venerabili. de officio de legat. ubi Barbat. & DD. & in .c. quia vero. c. licet Hel. de Simonia. Anani, in .c. prelatorum. nu. 9. de accusatio. ubi tractatur de prelato.
- 21 ¶ Quid probandum? Distingue: aut tutor malus fuit, aut bonus, sed tamen indignè postulatus de suspecto; primo casu, tutor amittit decimam, à die quo prædo est, non expectata postulatione, vel sententia, ex dispositione. l. quid autem. ff. de excusa. tuto. ubi ad hoc, ut tutor amittat legatum relictum pro administratione, sufficit ita administrare, ut possit removeri, non vero exigit lex, ut re vera removeatur.
- 22 ¶ Præterea probatur, quoniam tutorem privamus decima, ex delicto, sententia autem solum declarat delictum, & postulatio de suspecto nihil aliud est, quam petere, ut tutoris crimen delegatur, & à tutela removeatur: itaq; causa (scilicet crimen) iam præcessit, ergo ex die criminis carere debet decima.
- 23 ¶ Deinde, si solum amitteret fructus, à die sententiæ ex qua removeatur, re vera nihil amitteret, quia iam desinit esse tutor, & sic

crimen in administratione commissum, non puniretur, nisi tutor amitteret decimam, à die, quo prædonis animo, pupillarem devastavit.

24 ¶ Rursus facit. l. prædonis, & ibi Angel. & Paul. de petit. hæredi. ubi prædo non facit fructus suos, & ibi Bald. inquit, nota argumentum contra prelatos, qui faciunt committi homicidia, vel alia propter quæ sunt indigni; quod licet interim sint prelati, & habeant administrationem iuris, & facti, nihilominus censentur prædones, & si post multos annos deponantur à prelatura, tenentur ad restitutionem fructuum, medio tempore perceptorū, & ibi Angel. & Paul. sequuntur: de qua re vide; quæ scriptorū Ancharr. c. si beneficia de præben. in 6. Felin. in cap. de quarta, col. 11. de præscriptio. & latè refert Boerius decisione. 98. num. 3. & 4.

¶ Postremo confirmari potest hæc opinio, ex supra adductis ad probationem præcipuæ conclusionis (scilicet) quod malus tutor non debet habere decimam. Ultimo facit, quod pro omni tempore, pro quo quis malè administrat, non debet habere salarium, ut scribit Barto. in .l. Mevio nepotenti. ff. de annu. lega. & in .l. r. §. Divus, col. fina. ff. de vari. & extraordin. cognitio. ergo non à die remotionis, sed à die malæ administrationis, amittit decimam.

¶ Non obstat quod protuli ex Bellapertici, Paulo, & Ias. in .l. diem functo. ff. de offic. assesso. ubi dicunt quod à tempore remotionis non debet habere salarium. Respondeo enim, eos loqui, in assessore, qui cum male rem gereret, fuit tolleratus, tollerantia enim supponit scientiam, non enim dicor, tollerare, quæ ignoro. Hic autem loquimur, in tutore, qui etiam si malè gerens non removeatur, non potest dici tolleratus à pupillo, pupillus enim prudentia caret, & quæ videt ignorat, ac rursus non potest tutorem postulare de suspecto, quare non est ipse impurandum, si tutorem tolleravit. l. impuberi. & ibi Doctores. ff. de suspect. tutor. Ultimo respondeo, illam Petri, & Ias. sententiam, apud me, maxime suspectam esse, generaliter enim scribitur, quod iudici delinquens, non debetur salarium, ut per Barto. in .l. i. §. C. de anno, & tribu. lib. nov. & in .l. Maxvia. ff. de annu. lega. & in .l. diem functo. ff. de offic. assesso. Corse. verbo salarium. 1. quod alibi latius discutiam.

¶ Si

- 25 ¶ Si autem tutor bonus esset; & indignè postulareretur de suspecto, & tunc salvo doctiorum iudicio, decimam dabo. Primo, quia si iter dicamus, esset in manu cuiusvis tutoris privare decima, cum quibus extraneus possit tutorem postulare de suspecto. l. 1. §. si. ff. de suspecto. tuto. Secundo probat ex Anan. c. qualiter, & quando. el. 2. num. 1. r. de accusa. ubi indignè postulatùs recuperat expensas. Tertio ex Cassan. in consuetudj. Burgun. Rubric. 6. §. 3. verbo, & legitimum. ubi patet tutore postulatò de suspecto, vel prælatò, dicit non ita facile interdicens administrationem, quia lucratur fructus, ergo idem apud nos in tutoribus dicendum qui Iure Regio lucratur fructus ex administratione. Facit q̄ notat Paul. consil. 374. in fin. lib. 2.
- 26 ¶ Nunc tractemus, quid sentiendum, si tutor malus fuit, pro parte temporis, pro parte vero debitum suum implevit, an debeat habere salarium, saltem pro tempore quo rectè gessit. Movet quæstionem. l. etiã si partis. ff. de lega. 1. ubi probatur, quòd si tutor cui relinquitur legatum pro administratione, ut in. l. Nessenius, & in. l. sed hæc nimum. ff. de excusa. tutor. non administrat partem rerum pupillarum, quòd licet aliã partem administret, nihil consequitur ex legato, ergo ita hæc dicendum, quòd tutor, qui partem rerum administravit, vel pro parte temporis administravit, amittit salarium totius temporis, valet enim argumentum de re ad tempus, ut in. l. miles ita. ff. de testa. mili.
- 27 ¶ Rursus movet quæstionem. l. iudices. C. de annon. & tribu. libr. 1. r. ubi definitur, quòd administrator rei publicæ, negligenter, seu dolose administrans, privatur omnni salario, etiam temporis præteriti, quò rectè administravit.
- 28 ¶ Tertio movet quæstionem, quòd tradit Bald. in. l. etiam si partis. ff. de legat. primo, ubi scribit, quòd si potestas recedit ab officio, per unum mensem, ante finem anni, debet carere salario totius anni, movetur ex ipsa. l. etiam si partis.
- 29 ¶ Quarto facit glos. & quòd ibi notat Bart. eol. 3. & col. si. in. l. si uno. §. item cum quidam. ff. loca. quòd si famulus qui promisit servire per annum, recedat ante, quòd non debet habere ullum salarium.
- 30 ¶ Quinto facit, quòd conducès ab uno plures res, si unam malè tractet, privatur omnibus, ut notat Barba. consil. 36. incipien.

sapienter. col. 8. lib. 2. & col. 9. Cassan. in consuetudinibus Burgund. Rubric. 4. §. 6. nu. 2. 6. Sic si quis plures res uno cõtextu accipiat in emphiteosim pro una pensione, amittit omnes, si in una malè verferetur. Oldrad. & Bald. l. cum eiusdem. ff. de edil. edict. Bald. l. ad den. col. fin. C. de loca. & ibi Albe. l. a. l. si ita quis. §. ea lege. col. fin. ff. de verbor. oblig. Alex. consil. 118. col. 1. lib. 3. Tiraquel. de retractu, linag. 1. §. 23. glos. 1. nu. 2.

- 31 ¶ Contraria tamen sententia, æquitatè, & magnorum virorum auctoritate nititur. Primo decreto Bartoli, qui nominatim in salario loquitur, qu. l. Mævio nepotè. ff. de annu. lega. ubi dicit, quòd debet habere salarium pro tempore quo fuit bonus: idem Bar. in. l. 1. §. Divus. col. si. ff. de vari. & extraordin. cogni. & in. l. iudices. C. de anno. & tribu. lib. 10. Bald. l. una. in fi. C. de suffra. l. a. in. l. diem functo. nu. 4. §. ff. de offi. assel. Corset. sing. Salarium. 1.

¶ Sic vassallus, vel emphiteota, solum amittunt rem, vel partem rei, quam alienant nõ cetera. Socin. l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. Deci. consil. 667. circa med. Cur. fen. consil. 71. col. fin. l. a. l. fin. versic. 1. 3. quæro. C. de iur. emphyteo. Tiraquel. ubi supra num. ro. 23.

¶ Sic vassallus negans, privatur solum ea parte feudii, quam negat, non alia. Nam pœna non debet excedere delictum, gloss. ille. Bald. & Alva. h. sancimus cum vulgaribus. C. de pœnis. Præpo. in. c. 1. §. vassallus, si de feudo defuncti conten. sit inter dom. & agnat.

¶ Sic famulo pro parte temporis servienti, licet recedat, solvendum est salarium temporis quo servivit, ita enim dicit æquitas, ut per Bald. 2. & l. æden. C. de loca. l. a. in. l. diem functo. num. 46. Sic Paul. consil. 374. incip. super istis dubijs, in princip. lib. 2. dicit, quòd tutor debet habere fructus, pro tempore quo administravit, licet post removeatur, dummodo non removeatur ex delicto suo: sic Molin. in consuetudinibus. Paris. §. 1. glos. 1. nume. 31. scribit, quòd si fructuarius colludit cum vassallo fructus applicandi sunt domino, non omnes, sed illi, in quibus fraus commissa fuit. l. rescriptum. l. hæres. ff. de his quib. ut indig. l. 1. §. si dure. ff. quorum lega. l. ex facto. §. si. ff. de vulga.

- 32 ¶ Quid iudicand? Mihi distinctio placet. Aut enim tutor occidit pupillum, vel stru-

pravit

pravit pupillam, & nihil dabo, sed omni commodo privabitur, neque enim succedere possum ei quem occidi. l. ab hostibus. §. si vir. ff. solut. matri. & in illicum ratio. §. ff. de bon. damn. latē. Boer. decif. 25. Bal. l. 1. C. vnde vjr. & uxori verf. extra quæ rō. latē Deci. conf. 25. col. 1. Bal. in. l. hz reditas. col. fi. C. de his quib. ut in dii. & indignitas rei maximam poenā mæ recur. & strupranti pupillam iure nostro maximam imminet poena, ut in. l. 1. C. si quis eam, cuius tutor est strup. quoniā deportatur, & bona eius publicantur, ut ibi.

¶ Rursus si prædandi animo, rem pupillare surripuit, vel abscondit, profecto, indignus videtur omni lucro, una enim res adeo forda, & impia, deformat omnia bene gesta, & prædo fructus nō lucratur, ut in. l. prædonis. ff. de peti. hz red. Et ob præsumptionem furti, vel rei absconditæ, defertur pupillo iuramentum in litē, vel ex eo solo, quod tutor non fecerit inventarium, ut in. l. tutor qui reperi. ff. de adm. tuto. & do. cui. c. 2. nu. 5. Et hæres unam rem abscondens, privatur quarta Falcidia, etiam in alijs, ut in Auth. de hæredib. & Falcid. & ibi glosa. §. sancimus, Bart. Paul. & Alex. in. l. Paulus. ff. ad leg. Falcid. & in. l. beneficio. ff. eo. tit. facit. l. hæres qui. ff. de his quib. ut in dig. & cōsule Doctores variè hac in re sentientes, & Molt. in cōsue. Paris. §. 1. gl. 7. nu. 31.

33 ¶ Si tamen solum in aliqua re, vel aliquo tēpore, notari poss. negligentia, vel lata culpa tutoris, & profecto pro tempore quo benè gessit, cetero ei dandam decimā, ex supra adductis, & ex æquitate, argumēto, text. optimi in. l. 3. §. idē erit. ff. de susp. tuto. Quod tamen imita, nisi negligentia unius temporis, vel unius rei, noceret alij tēpore, vel alijs rebus, tūc enim pro toto tēpore amittet decimam, ut prudenter docet Bal. in. l. una. C. de suffra. Bar. in. l. 1. §. Divus. ff. de vari. & extraor. cognitio. & videtur sentire Corsetus sing. *salarium*. 1. q. probatur ratione; cū enim negligentia faciat amitti decimā, manifestū est, q. facio amitti pro toto tēpore, quo negligentia est damnosa rebus pupilli.

34 ¶ Neq; obstat. l. etiam si partis. ff. de lega. 1. quoniā ibi in legato relicto ratione tutele, quoniā legatum est in diu. l. neminem. ff. de leg. 2. & ita respōdet Raph. Comē. in d. l. etiam si partis. l. in. d. diem fūcto. nu. 45. Deinde respōde illud procedere, quoniā testator videtur reliquisse legatum pro

administratione tutelæ l. ex his. ff. de excu. sa. tuto. tutor autē omnibus rebus (etiā in exteris regionibus sitis) videtur datus. l. propter litē. §. 1. ff. de excu. tuto. Quare cū negligat iudiciū defunctis partē rerū non administrando, indignus est, vel particula legati sibi relicti. Testator enim, videtur tutelā omniū rerū tutori cōmendam, & setur enim se cōformare dispositioni iuris, quare negligens, eius iudiciū (q. ad omnia extēditur) indignus est partē legati. Itē ibi loquitur lex, quādo tutor expresse se excusavit, ab administratione partis rerū, & sic iam expresse reijcit iudiciū defuncti, & incidit in poenā. Auth. hoc amplius. C. de h. deico. ut dixi. c. 5. nu. 37. at hīc loquimur, quando omnia administrāda suscepit, tamē circa partē rerū negligēs fuit, q. minor poena dignum videtur, ut elicitur, ex notatis in dicto capite. Et q. remotus ob negligentia, debeat habere salariū temporis, quo negligentia non fuit, probatur in. l. tutela. ff. contra iudi. tutelæ.

35 ¶ Non omittendum, quod superiora maxime explicat, scilicet, quod, ut malo tutori, vel negligenti decima non est danda, ita si pupillus maior factus, recuset solutionem decimæ, vel impetret repetitionem, quod tutor illum non aluerit, in domo sua, certe non est audiendus hoc nomine, neque enim hæc culpa est digna poena, adeo rigida neque constitutum est, ut tutor pupillum a latia domo sua, neque hoc forsam è re pupilli est, præstare enim domus adolescentiū studiosorum, ubi egregius aliquis adsit iuventutis formator, quam domus tutoris. Et nominatim, quod non ob hoc debeat tutor, privati lucro fructuum de tutorum ex statuto, notat Paul. conf. 374. incip. super istis dubijs in fine, lib. 1. Nam si ad tutorē fortē spectat hæc reditas pupilli, melius est, ut poenes alios propinquos alatur, ut in. l. 1. ff. de. C. ubi pupill. & duca. debeat. Idē, si tutor ei alimenta præstitit, vel per eū non stetit, certē non est privandus fructibus, licet eum in domo sua nō aluerit: Hæc Paulus. & sequitur Cassa. in consuet. Burgun. Rub. 6. §. 4. verb. restit. nu. 8.

36 ¶ Illud addendum, q. si tutor neget se tutorem, & ex consequenti non det alimenta, non debet habere decimam, nā est summē impiū, & quodammodo pupillū exponit morti, ita Paul. d. conf. 374. ad fi. lib. 2. Nā absque alimonia non vivitur, ut in. l. necare. ff. de liber. agnos.

¶ Nunç

37 ¶ Nunc tractemus, quid si malus tutor, ratione doli, vel negligentia damnatur pupillo resarcire fructus, vel interesse, quod forte pecuniam pupilli in suos usus convertit, vel otiosam esse passus est adversus præceptum legis: de quo dixi. c. 2. num. 97. & 92. quæro an possit tutor, agendo, vel excipiendo, deducere decimam, de fructibus in quibus condēnatur: est quæstio quotidiana. Nulli enim infidelius rem gerunt, quam tutores, non immerito tollitores appellandi, putant enim prædam obiectam, non provinciam, excitatque humani ingenij prævam cupiditatem, tum ipsa pupilli imbecillitas, tum occasio, ut nihil dicam de pecuniæ contrectatione, quæ paucis contingit, quos non coinquinet. Videtur tutorem posse de his fructibus deducere decimam, quoniam in fructus, succedunt in locum fructuum, quos res pupillaris reddidisset, si bene culta fuisset, vel si pecunia idoneis collocata fuisset nominibus (ut iura exigunt) de illis autem tutor manifestè deducet decimam, ergo & de his: surrogatum enim sapit naturam surrogati, ut in l. Parabolani. C. de Episco. & cleric. Et omnino iniquum videtur, ut reddens fructus, quos negligentia dicitur amisisse, amittat etiam lucrum, sibi dandum ex illis fructibus si res pupillaris eos reddidisset. ¶ Deinde poena, non debet excedere delictum: ut in l. sancimus. C. de poenis. tutor autem deliquit in non collendo fundum, vel in non collocando pecuniam, & propterea damnatur solvere fructus, vel interesse. At si præter solutionem fructuum, privatur etiam eorum decima, acrius punitur quam deliquit, & bis punitur, ex eodem facto adversus. l. Senatus. ff. de accusat.

38 ¶ Præterea taxata est à iure usura, vel interesse, quod tutor solvere debet, si pupillarem pecuniam passus est esse otiosam, vel si in suos, usus eam convertit, ut dixi cap. 2. nu. 96. At si supra interesse, à iure præfinitum, tutor etiam privaretur decima, certè puniretur acrius, quam lex præfinit, & excederetur poena legis; cum præstet eam remittere, & humanis rationibus molire: propiores enim oportet nos esse ad absolvendum, quam ad condemnandum.

39 ¶ Sed contra videtur verius, imò tutor non decimabit fructus, vel redditus, in quibus ex negligentia, vel dolo condemnatur; ita probatur efficaciter, in l. quid autem. ff. de excusa. tuto. ubi Iurisconsultus inquit, quod tutor male administrans, amittit præmium

sibi relictum pro administratione, etiamsi pupillus interesse cessationis receperit, quoniam contumacia eius, qui non gessit puniendi est. Ecce nominatim, videtur definitum, quod præmium administrationis, non est præstandum tutori negligenti, etiamsi pupillus dānum cessationis recipiat, & recuperet. ¶ Præterea hæc opinio suadetur, ex textu in l. si plures. la. 2. in fine. ff. de administra. tutor, & in l. 1. §. planè. ff. de tutelis, & ratio distrahendis: ubi probatur, quod si unus ex pluribus tutoribus, ratione doli, vel culpæ, damnatur aliquam summam pupillo solvere infolidum, quod non potest petere, à pupillo iam facto maiore, ut sibi cedat actiones adversus contutorem: & subjicit Iuriscōsultus aptissimam nostram tractatui rationem, in d. l. si plures. la. 2. in fine, his verbis: *Cum enim propria cuiusque contumacia puniatur, qua fronte poterit hoc desiderari.* His verbis, respondendum tutori petenti decimam fructuum quos ex culpa, vel dolo cogitur solvere, cum solvas ex negligentis animi cessatione, vel dolosa pupillaris pecuniæ contrectatione, qua fronte petis decimam, quæ datur in præmium sedulitatis, & laboris.

¶ Rursus urget efficaciter ipsum decretum, Iuriconsulti in d. l. si plures, & in d. §. planè, cum enim tutor dānatus ex cessatione infolidum, non possit petere à pupillo, ut saltem sibi cedat actiones adversus contutorem, quantum poterit petere ab ipso pupillo, iam facto maiore, ut sibi pecuniam propriam ipsius pupilli præstet, dando decimam. Non cedit ius adversus contutorem, & cedit (ut ita dicam) adversus se ipsum. Item cum non cedat ei actionem, ut à contutore partem rei recuperet (divisa scilicet summa) quanto minus ipsemet pupillus, tenetur de suo aliquid solvere.

41 ¶ Deinde, quod ad dolosum tutorem, attinet, urget. l. quidam decedens. ff. de admi. tuto. ubi ex eius decreto notant Dinus, Iacobus Arena, Bart. & Bald. quod si tutori legetur quantitas, in quam ratione male administrationis, fuerit condemnatus, certè si talis tutor dolosè gerat, nihil consequitur ratione legati, quod intellige: ut dixi cap. 2. nu. 160. & supra nu. 5. Cum ergo tutor, habens expressam voluntatem testatoris, ut percipiat summam in quam ratione male administrationis fuerit condemnatus nihil percipiat si dolosè gerat, quanto minus hic, ex condemnatione ratione doli, habebit fructum adversus domini voluntatem.

¶ His

De decima Tutori

¶ His accedit, quod supra probavi, num. 1. cum seq. quod malo vel negligentī tutori, non est danda decima, qualiter autem hoc verum esset, si ei damus decimā ex fructibus, in quibus condemnatur. Neq; enim benè consultum esset pupillo, si ei daretur ista electio, amitte interesse quod tibi debet tutor, vel solve ei decimam, ex ipso interesse? item quomodo potest verum esse, hoc axioma: malus tutor non debet habere decimam, & illud decimam habere debet ex fructibus quos solvit, quia malus fuit. Nam solutio fructuum, est reddere pupillo res proprias, at non dare decimam est punire tutoris negligentiam, vel cōtumaciā, vel dolum. Itaq; qui dixerit decimam dandam ex fructibus, in quos condemnatur, loquitur adversus opinionem tot argumētis comprobata, quod malus tutor non debet habere decimam.

42 ¶ Præterea, ratio quare tutori datur decima, est labor in tutela susceptus, ut hīc expressè dicitur, & docui cap. 2. num. 1. cum sequentibus, condemnatio autē fit propter negligentiam, quomodo autem ex tam diversis fontibus, idem procedet effectus, cū diligentia, & negligentia, res sint omninò pugnantes, ergo ex fructibus quos solvit ex negligentia, non deducet præmiū, quod datur propter diligentiam.

¶ Postremò comprobatur, quoniam, si ex talibus fructibus tutor deduceret decimā, lucraretur ex re pupilli, plus quā decimā, adversus iuris dispositionem, neq; enim ex re pupilli, ei licet quicquam capere præter decimam. Subijciam exemplum, quo res sit d' lucidior. Tutor, pupilli aureos mille in suos usus convertit, & lucratur quotannis aureos centum, vel octoginta, pupillus maior factus, petit sibi reddi lucrum cessans, ex illis mille aureis, & dānatur tutor solve re septuaginta aureos quotānis, & obijcit, deducenda est decima, ex summa in quam condemnor, certè non est audiendus, quoniam si deduceret decimam, haberet etiam supra eam, usuras usurarum, hoc est interesse quod lucrabatur cum centū illis aureis, vel cū octoginta aureis, quos sibi redebant mille aurei, quos in usus suos convertit.

43 ¶ Ultimo ne scrupulosi de nihilo suscitent tragediam, & in media luce superstitionis fumo caligent, anxio animo reputātes, fructus, à tutore solutos succedere in locū eorum, qui non cessante tutore colligerentur, illud adijcere visum est, decimam non dari

tutori, quia lucrum cessans, & damnum emergens solvit pupillo, sed quia tutelā administravit, quod evidentissimè probatur, quoniam de iure Civili, tutor resarcire tenetur damnum obveniens, vel lucrum cessans pupillo, attamen neq; decimam, neq; omninò ullam rem capere potest, ex re pupilli, ut docui cap. 1. Non ergo est bonum argumentum, solvit fructus, ergo deducat decimam, ex eis, non enim decima datur, quia refundit fructus, sed quia sedulo, & bona fide administrat. Potiusq; dicitur bonus tutor, qui nihil abstulit, quā qui ablata restituit. Restituens ablata, vel sua culpa amissa, vel crimen fatetur, vel negligētiam.

44 ¶ Neq; hanc sententiam, magnopere labe factant ex adverso prolata. Primo quoniam licet ij fructus, succedant in locum eorum quos res pupillaris reddidisset, tamen deficit labor, & industria tutoris, circa eos, & sic deficit ratio legis, non enim decima datur tutori, quia reddit fructus, sed quia re pupillarem administravit, ut supra dixi, si ergo malè administravit, & ea ratione dānatur, non percipiet fructus, nam decima in præmium administrationis, & laboris datur, nō in præmium rapinæ, & non gerenti, non est danda decima, ut dixi. c. 1. 1.

45 ¶ Secundo non obstat, q̄ reddēdo fructus, videtur purgare delictum, & q̄ si amittit decimam, punitur supra meritum. Responde q̄ reddere fructus non est pœna, sed restitutio rei alienæ: & amissio decimæ, provenit ex dolo, vel cessatione, & ea sola pœna est, si forte pœna appellari potest, non auferre, quod neque tuum est, neque tuæ virtuti, vel diligentia debetur.

¶ Tertio non obstat, quod solvit usuras, & rem cum fructibus, & quod lex taxat usuras, neq; expedit augere pœnam legis. Responde quod restituere rem cum usuris, nō est pœna, sed rei restitutio, nam fortè ipse cū pecunia pupillari plus lucri fecit. Deinde ut dixi, decima non datur, quia restituit rem, sed quia administrat, quod si cessavit, æquissimum est, ut amittat decimam nimirum cessat ratio legis. Neq; quisquam, qui non sit omninò impudens, petet decimam, si vel dolosus, vel negligens fuit. Qua obsecro ratione, prædoni, vel hosti, vel negligenti dabitur decima? an quia restituit fructus? quæ inde gratia debetur, si aliena restituit, aut quod beneficium inde pupillo, si propria recipit? Sed de his iam satis.

46 ¶ Finem faciam, si prius illud addidero, nō suffi-

fufficere generalitèr tutorē posse removeri ad hoc, ut amittat decimā, nisi forte ex dolo, vel culpa removeri possit. De iure enim tutor inimicus removeri potest. l. 3. §. si tutor. ff. de susp. tuto. tamen si neq; pupillū, neque eius res lesit, non amittet decimam. Sic tutor pauper, removeri potest. l. postulante. C. de susp. tuto. tamē nemo coratatus ei negabit decimam, q̄ remoueri potuerit. Ad æstimandum enim, quātum salarium, & pro quanto tempore, amittat malus administrator inspicitur quantum læserit: ut dixi num. 33.

47 **¶** Ex quibus autem causis, tutor removeri possit, relinquitur arbitrio iudicis, ut latè Corne. consi. 198. litera. R. lib. 1. Gozadin. consi. 17. nu. 2. & 7. Bart. in l. tutor, qui repertorium. ff. de admin. tuto. & an mater, vel pater possit removeri, vel cognati, an vero eis adiungēdus curator, vide Dinum, Bart. & Alber. in l. si tutor. ff. de susp. tuto. ubi est textus. l. 1. §. ostendimus, quæ videtur contraria. ff. co. tit. glof. in l. fin. in fine. Carbi. tutelæ. Bart. in l. tutor, qui repertorium. ff. de admin. tuto. Et de matre vide Curti. senio. consi. 66. col. 15. versic. modo ex istis colligitur: latè Corn. consi. 175. incip. licet in præfenti consulatione lib. 3. Gozadin. consi. 17. col. 1. & finali ad finē. Bart. consi. 3. incip. ante testamentum.

48 **¶** Tutor autem præsumitur esse in dolo, si rem pupillarem in suos usus convertit, & dicitur prædo, ut notat Angel. in l. Pomponius. §. ex facto per illum textum. ff. de acquir. posses. Socin. consil. 159. incip. in præfenti consulatione, lib. 2. Item dicitur esse in dolo, si inventariū non confecit, l. tutor qui repertorium, in princip. ff. de admin. tuto. & dixi cap. 2. nu. 3. Item si codicem rationum non fecit. l. si procurator. §. dolo, & l. dolus. ff. manda. l. dolo. ff. ad leg. Falcid. Bar. in l. tutor qui repertorium. ff. de admin. tuto. Anchar. consil. 317. Bart. in l. ubi exigitur. §. dolo. ff. de æden. Gozadin. consi. 17. nu. 12. l. excellentia. C. de erogatione milita. annone. lib. 12. ubi nominati, & constituti, ad scribendum redditus publicos, puniuntur, si non rectè scripserint, quæ perueniunt ad manus suas, quam rem latè tradidi cap. 2. propè finem.

S V M M A.

- 1 **¶** Curatori fœminæ luxuriosæ, an danda decima:
- 2 **¶** Mulieri luxuriosæ, an danda decima, & 4. & 7. et 8. cum sequent.

3 **¶** Mulier cui ex luxuria curator datur, an testari possit, & nu. 11.

5 **¶** Mulier prisco iure Romano, nihil absque curatore facere poterat.

10 **¶** Prodigalitas fœminæ nō probatur ex eo solo, quòd probetur esse luxuriosa licet pr. sumatur.

12 **¶** Viro luxurioso nunquam ex sola luxuria dandus curator.

14 **¶** Fœminæ nuptæ non dandus curator, etiamsi luxuriosa, & prodiga sit.

An tutori fœmina luxuriosa viventis, sit danda decima.

Cap. XIII.

1 **¶** EST dubium cum primis elegās, an tutori fœminæ luxuriosæ sit danda decima. Videtur omninò danda, lex enim de tutore, & curatore loquitur, & ad curatorē furiosi, & prodigi extendi debet, ut docui cap. 3. * Mulieri autem luxuriosæ, curator dari potest, & interdicti bonorū administratio. l. & mulieri. ff. de cura. furio. Inquit lex: *Et mulieri que luxuriosa vivit, bonis interdicti potest.* Et quòd mulieri luxuriosæ, possit curator dari; notat ibi Raph. Comens. Bald. in l. ea lege num. 20. C. de condi. ob caus. & in cap. cum decorem. de ætat. & quali. Thomas Ferr. cautela. 6. Lupus in cap. per vestras. §. 2. 1. versic. adde etiam q̄ iste leges num. 23. de dona. inter vir. & uxor. Specu. tit. de actore. §. 1. nu. 12. Segura in l. Imperator ad finem. ff. ad Trebel. Alber. & Rapha. Comens. in l. is cui bonis. ff. de verbo. oblig. ibi Rip. num. 16. Beroi. q. 122. num. 1. ad finem. Bocrius consil. 12. incip. si quis. col. pen. Antonius Gomez. l. 14. Tauri, num. 14. Barba. Felin. & Decius in cap. pastoralis. de iudici. Gomez Arius in l. 13. Tauri. col. 1. Tiraq. l. connubiali. 9. num. 9. licet aliquantum dubius. Fernandus Loazes in repetitione tituli de iust. & iure, col. 7. Salic. in l. 1. col. 1. versic. querit glosa quid de luxurioso. C. de cura. furio. & est communis autore Pinel. in l. 4. C. de bonis mater. num. 24. ubi asserit, hunc esse cōmunem intellectum dictæ. l. & mulieri. ff. de cura. furio. Cum ergo hæc lex de tutoribus, & curatoribus loquatur, & ad curatorē prodigi extendatur, videtur etiam extendendā, ad mulierem cui propter luxuriam interdicitur bonis, & curator datur.

3 **¶** His congruit ratio. Quo enim is cui curator datur, minorem habet potestatem, eo maior

maior

De decima Tutori

maior est potestas ipsius curatoris. Mulier autem luxuriosa, cui ex luxuria tutor datur ad eò cohibetur, & astringitur, ut neq; testamentum facere possit, sicut in prodigo definitum extat. Id eò nonnulli, è nostris, qui decipulis & astutis cautionibus pravum per se hominum genus impiè armarunt, admonent; legitimos hæredes meretricis, ut si vellint omninò corradere eius rem petant à iudice, ut ei det curatorem tanquam luxuriosæ. Exinde enim, non poterit testari: iuxta. l. is cui. ff. de testam. ita Ferrar. cautela. 6. & ante eum Bald. in. l. 1. C. de cõditiõ. ob turpem caus. Deci. l. 1. num. 6. C. de fecund. nupt. la. in. l. miles. num. 17. ff. de re iudica. Alber. in. l. si quæramus. ff. de testa. Segur. in. l. Imperator. ff. ad Trebel. propè finem. quòd est maxime notandum, quoniã adolescens habens curatorem, testari potest, neq; ad eò constringitur, nihilominus tamen eius curator aufert decimam, ut dixi cap. 3. Cum ergo hic curator sit, & omnia curet (non enim mulier, vel testamentum facere potest) sequitur quòd cõveniunt verba huius legis, quæ ad curatores extenditur, & eius ratio, scilicet labor, neque is vulgaris, sed omninò conformis legi, scilicet labor curatoris.

4 **Ex** adverso (ne lectorem circunducam) urget, quòd plures purioris eruditionis viri, censent, fœminæ luxuriosæ, non posse dari curatorem, quoniam hoc iure non cavetur; ita ante omnes Atet. in. l. is cui bonis. ad finem. ff. de verb. oblig. ubi Ripa nu. 17. Antonii. Augustinus Hispanus, erudita diligentia clarissimus, lib. 4. emendationum. c. 15. Iodocus. de patrocinijs pupillorum, & sentit Tiraq. lege connubiali. 9. nu. 91. ad finem. ubi dicit propè finem, quòd l. & mulieri. fortè de hac nostra luxuria nõ intelligitur. Et novissimè Pinelus, vir optimus, virtutis amator insignis, ab exacta diligentia, multaq; & accurata lectione, & gravitate iudicij, omnia attentius excutienti, exagerata laude dignus. in. l. fi. C. de bonis maternis. nu. 22. Et ante omnes ita sentit gløf. in. d. l. & mulieri. in secunda expositione. Moventur, quoniam iuxta proprietatem Romani sermonis, qua nostri Iuriconsulti maxime valuerunt, luxuria non libidinem, sed profusionem sonat, quæ opponitur parsimonix, ut liquet ex Cicerone officiorum. 1. Et ex Suetonio, in Vespasiano dum ait: *Libido atque luxuria coarcente nullo invaluerat. Auctor Senatui fuit deccr-*

nendi, ut que se alieno servò iunxisset, ancilla haberetur. Neve filiorum familias fœneratoribus, exigendi crediti ius esset. Ex quibus verbis liquet luxuriam non libidinem, sed profusionem significare, rursus Livius Decadis 3. lib. 3. ait, *Prona semper civitas in luxuriam nullus sumptibus modus erat.* Quare videtur. l. & mulieri intelligendam, de fœmina prodiga, non de indulgente libidini.

5 **Quid** verius? Equidem communis opinio fulciri potest, quoniam apud gentes prudentix nomine celebres, præcipuè apud Romanos: sufficiebat esse fœminam, ut ei tutor daretur, etiam si libidinosa non esset; ut indicat Cicero in oratione pro Flacco, dum ait: *Quod mulier sine tutore autore promissit, deberi non est additus ad huiusmodi res.* Et pau. o post: *Ipse nunquam auderet iudicare, deberi viro dotem, quam mulier nullo autore dimissit.* Rursus in oratione pro Murena: *Mulieres omnes (inquit) propter infirmitatem consilij, maiores, in tutorum potestate esse voluerunt.* Et alium Ciceronis locum profert, & explicat Alciatus Parergon lib. 9. cap. 19. Sic Boerius lib. 2. in Topica Ciceronis, inquit: *Mulieres antiquo iure tutela perpetua continerebat.* Et Cato Censorius, apud Livium. lib. 4. Belli Macedonici. *Maiores (inquit) nostri, ne privatam quidem rem agere fœminas sine tutore voluerunt.* Adem indicat Livius. lib. 39. cum scribit: *Fescenina libertine, qui Bacchanalium indicium fecerat, Senatus consulto concessum, ut sibi tutoris optio esset.* Quòd apud Græcos etiam observatum, scribit Cicero: his verbis, in oratione pro Flacco, *Emptiones falsas prædiorum præscriptiones cum mulierculis, aperta circumscriptioe fecisti, tutor his rebus Græcorum legibus adscribendus fuit.* Sexus enim fœmineus, fragilis ac mobilis est, si suo relinquatur arbitrio, ut inquit Divus Hieronymus ad Eustochium, capite. 16. Id eò per omnem ferè Italiam, fœminis nihil licet agere absque consensu Mundualdi, vel propinquorù, autore. Angel. confi. 191. incip. *Superpuncto videtur post principium.* Quòd si apud Romanos, Ciceronis seculo, mulier etiam non libidini indulgens, tutorem accipiebat, quid mirandum, si reiecta ea generali dispositione, id solum est receptum, ut fœminæ libidini deditæ bonis interdicti, & curator dari possit.

6 **Præterea** communis opinio confirmatur, quoniam licet apud probatos latinæ linguæ autores, luxuria, non libidinem, sed

sed profusionem sonet, tamen luxuriosa præsertim fœmina, nescio, an profusam, & prodigam significet, potius enim videtur ad libidinem referendum, & l. & mulieri luxuriosa dicit: Deinde fœmina, magis obnoxia est libidini, quam prodigalitati, quare probabilius videtur, Iureconsultũ, malo, magis usitato occurrere voluisse. Est enim avarissimum genus mulierum, idẽque libidini maxime obnoxium, & ea quę frequentius accidunt, Iureconsulti magis curarunt. l. nam ad ea. ff. de legi.

7 **C** Equidem, ut hac in re, meum interponam iudicium, mihi probabilius, & legis verbis magis consonum videtur, ut distinctione tota hæc res componatur. Aut enim mulier, libidini indulget, non tamen sua profudit, & nullo modo ei dari potest curator, nisi fortẽ morum. Curator enim datur, ut curet res periculo expositas. propter inhabilitatem eius, cui curator datur, qui res suas curare non potest. At si meretrix, sua sedulo curat, sedulo servat, cui rei, in quem usum, dandus est curator? quod ad res quidem attinet? Meretrices, ut plurimum sagacitate mentis valent, & ut sæpius decipiunt, & decipiuntur usu, & dolore humanam prudentiam didicere: præsertim, quod assidue convivunt viris, qui prudentiæ robore magis valent. Deinde semper ingenij acie exacuunt quo fucis, & cuniculis, artibus (scilicet) insidiosis aliquid rapiant. Quid huic oportet dari curatorem? qui rem curet, præsertim decimatam. Dandus fortassẽ esset pius, aliquis senex sacerdos, qui mores prolapsos curaret, & sacris confessionibus, adhortationibus, & reliquis Christianæ disciplinæ, sanctis remedijs, ad sanitatẽ corruptos mores adduceret. Huic autẽ sacro viro, quid eũ decima? mores enim curat, ut Episcopi, & sacerdotes facere tenentur; res ad eius curam non spectat, in tuto enim est apud dominam, raro ineptam, ad rem servandam, nisi, quod ut plurimum tenuis est.

8 **C** Si tamen fœmina, non solum indulgeret libidini, & luxuriosa esset, sed etiam luxuriosẽ viveret (hoc est) sua profunderet, & tunc optimo iure danda eius curatori decima, & hic (nisi me fallit animus) est germanus sensus. d. l. & mulieri. Non enim inquit lex, fœminæ luxuriosæ interdicti bonis, sed fœminæ luxuriosæ viventi. Aliud enim est luxuriosam esse, aliud luxuriosẽ vivere. Sicuti aliud est, illustrem

esse, aliud illustris vitæ splendore florere: Hic enim, vita, & vivere, ad splendidi sumptus, humanæ vitæ totas actiones, refertur, non ad unum, vel alium actum. Sic dicimus. Sempronia luxuriosa est, indulgere libidini significamus. At illud, Sempronia vivit luxuriosẽ, vel vitam agit luxuriosam, tractum successivum, ut nostri dicunt significamus. Denique, hoc verbum vivit, ad sumptuosum, vel sordidum, vivẽdi modum refertur. Et ita omnes probati auctores usurpant, & hæc est propria vis verbi, sicuti liquet manifestẽ ex illo versiculo è Græce translato, à doctissimo viro. *Sin sumptuosẽ vivit, is qui nihil habet. Vbi vivit, ad victum, & ad domus disciplinam refertur.* Ergo illa verba legis, *Mulieri viventi luxuriosẽ*, non de luxuriosa, sed de luxuriosẽ vivente, intelligenda sunt. Ideo autem; fœminæ luxuriosæ meminit lex, quoniam libidini indulgẽs, ferẽ semper in cultu corporis sumptuosa est, indulget gulæ, ne frigeat Venus, con vivatur splendide, præsertim cum sodalibus, multisque culta mundicijs (quod ad cum corporis cultum attinet) præsertim prodiga videri potest. Vnde Felin. in capit. pastoralis. col. 3. de iudi. Scribit, quod luxuriosa, necessariò etiam est prodiga, & quod non admittitur probatio in contrarium, citat. d. l. & mulieri.

9 **C** In summa luxuriosæ, neque curator datur, neque tutor, tamen luxuriosẽ viventi, hoc est profusẽ, & fœdẽ sua prodigenti, dandus curator; isque decimam deducet. Non ergo datur curator ratione libidinis, sed ratione prodigalitatẽ, quamvis prodiga, non absurdẽ præsumi potest, quæ libidini servit. Quamvis enim fœminæ genus sit avarum, tamẽ in cultu corporis est profusissimum, dum pigmenta, vestes, mundusque parantur, ac tener quispiam adolescens coemittitur, iuxta illud Iuvenalis Satyra. 7. *Prodiga non sentit pereuntem fœminam censum.* Sic Apuleius, libro nono Metamorphos: avaritiam, & prodigalitatẽque esse in fœmina inhonesta, significat, quod, scilicet, aliena appetit sua profunderet. *In rapinis (inquit) Turpibus avara, in sumptibus fœdis, profusa.*

10 **C** Quamvis tamen fœmina luxuriosa, præsumatur prodiga, non admitto, quod Felin. docet in dicto capit. pastoralis. col. 3. quod (scilicet) non admittatur probatio in contrarium, est enim plusquam falsum, & longẽ iniquissimum, neque iure

Z z proba-

De decima Tutori

probatur: nam. l. & mulieri, quam citat, nō loquitur de luxuriosa, sed de luxuriosè vivente (ut dictum est) & idcō. l. & mulieri. non dicit bonis ei interdicendum, sed posse interdici, ex qualitate scilicet, libidinis, vel luxuriosæ vitæ.

11 ¶ Ex his apparet, falsam esse opinionem Bal. Ias. Deci. & aliorum, docentium, posse legitimum meretricis hæredem petere, ut sibi bonis interdicatur, & curator detur, & quòd iudex debet id facere, & q̄ deinceps testari non poterit, id enim verum, in luxuriosè vivente, hoc est turpitèr omnia prodigente, non autem simpliciter in luxuriosa, quæ sæpè tenacissimè retinet sua, & petacissima miris artibus rapit aliena. Equidem si testamenti factio, fœminæ inhonestæ denegaretur, quo reddeat ad sanam mentem, probanda esset, talis quæpiam lex, sed nulla est, quæ iubeat dari curatorem bonis fœminæ, tantum, quòd luxuriosa sit, & traditio Doctorum, & Ferratij, tyrannicum quidam sapit, procul à bene instituta republica ablegandum. Est quæ prorsus falsum, iudicem debere ei dare curatorem, bonisque interdicare. Idcō illā cautelam rejicit prudenter Pinel. in. l. 4. nu. 21. C. de bonis mater. adducens, quòd in testamento sæpè disponuntur; conducibilia salutis animæ, neque meretrix, privanda est facultate testandi, generalitèr à iure concessa. Equidem nunquam xidi, neque audi vi fœminæ interdici bonis, quòd libidinosa sit, hoc autem non tribuendum humani ingenij candori, sed iudicium integritati, quos hæc per iniqua, nunquā admisisse, verissimile est.

12 ¶ Quoniam tamen, pluribus, vetus saliva placet, neque usquam desunt, veteris incitæ patroni, illud addere visū est, quòd viro libidinoso nunquam ratione libidinis est interdicens bonorum administratio, quamvis in fœmina id plures admiserint. Ita notat Felin. in dicto. cap. pastoralis. col. 3. de iudi. Barba. l. is cui bonis. col. 2. & 3. ff. de verbor. obligatio. Lupus in capit. per vestras. §. 21. col. penult. versiculo adde etiam quòd iste leges, de donatio. inter virum & uxorem. Loazes, in repetitio. tituli, de iustitia & iure. col. 7. Salicet. l. 1. col. 1. versiculo quærit. glosa. C. de curato. furioso. Specul. titulo de actore. §. 1. num. 12. Alberic. Raphael Comens. & Aretin. in. d. l. is cui bonis. ad finem. Boerius, consilio. 1. post consuetudines Bituricensis. Anto-

nus. l. 14. Tauri. num. 14. Arius. l. 13. Tauri. col. 1. Pinel. l. 4. num. 23. C. de bonis matern. Tiraquel. lege connubiali. 9. nume. 91.

13 ¶ Neque obstat, quòd contra sentiunt Bal. in. l. ca lege. num. 20. C. de condit. ob caus. Ripa, in. l. is cui bonis. nume. 18. Segura, in l. Imperator. ad finem. ff. ad Trebel. moti. ex præpositione. Et, posita in dicta. l. & mulieri, quasi lex voluerit dicere, ut non solum masculo luxurioso, sed etiam fœminæ curator daretur. Nam, ut ex superioribus apparet, neque fœminæ dandus est curator, quòd luxuriosa sit, nisi etiam si prodiga. Et esto, quòd lex loqueretur de fœmina, non extendenda ad masculum, qui minus præmitur affectu libidinis, & idcō minus expèdet. Neque obstat præpositio, Et, nam propriè significat, non solum furioso, & amenti, & cæteris de quibus præcedentes leges egerant, verum etiam fœminæ luxuriosè viventi, curatorem dari posse. Oportebat enim præcipi de fœmina, quoniam. l. 1. ff. eod. titulo, solum præceperat de dando curatore prodigo, & cū fœmineum genus avarum præsumatur, oportebat præcipi de fœmina, idcō autem de luxuria sit mentio, quoniam fœminæ, ut eam explcant, omnia fœdè profundunt.

14 ¶ Illud addendum, quòd etsi fœminæ luxuriosè viventi sit dandus tutor, id non procedit innupta, ut notat Ioannes Andræ. quem sequitur Segura; in loco supracitato. Pinel. dicta. l. 4. nu. 24. licet contra sentiant Barba. Felin. Deci. in cap. pastoralis. de iudi. Ripa. l. is cui bonis. nu. 20. Sed eorum iudicium mihi prorsus præposterū videtur, præsertim, cum apud nos nupta, nil faciat, absque licentia mariti. l. 5. Tauri. Et esset infamare maritum, idcō de hac re quæstio non admittenda, non magis quam de adulterio, invito marito, esset enim volenti dissimulare, exprobare suam iniuriam. l. qua. vis. C. de adulter. l. si uxor. §. Divus. ff. de adulter. Item licet ratione solæ prodigalitatē dari vellit, non admittendum, cum nihil. Iure Regio agere possit, absque licentia mariti, & eius sit castigare mores uxoris. Sic fœmina nupta non potest duci in carcerem, licet inhonestè vivat, ut dixi in tractatu de ino-

pe debitore.

(?)

S V M.

S V M M A.

- 1 **T**utores si plures sint, an unusquisque possit deducere solidam decimam, & nu. 3.
- 2 Tutoris officium est insolidum apud quemlibet, ex tutoribus, & nu. 10. & 11.
- 3 Pronomen quicumque distribuit actum, unicuique insolidum.
- 4 Duo simul ingredientes arcem, consequi debent unusquisque insolidum præmium propositum ingredienti arcem.
- 6 Tutela, non potest administrari à duobus insolidum, quoad executionem.
- 7 Duo simul capientes vexillum debent dividere inter se, præmium propositum capienti vexillum.
- 8 Distributum non distribuens actum primi verbi insolidum, non distribuit actum secundi.
- 9 Pluribus electis ad officium quod habebat unus, & solum debent habere salarium, quod unus habebat.
- 11 Decima quando, & quomodo dividenda inter plures tutores, & quid si unus gerat per alium, & quid si iudex unus solum commiserit administrationem, & nu. 12, 13. & 14.
- 16 Tutor rerum Hispanensium, an possit exigere à decessente respectu honorum tutorum apud Segoviam.
- 17 Tutor rerum Hispanensium decimabit partem bonorum si ex bello fugiant Segoviam, ubi alius est tutor.
- 18 Cogitatio, ut unus tutor non admittat, sine alio, an valeat, & an unus possit cogere, alium dividere tutelam.

¶ An si pupillus habeat plures tutores, possit unusquisque, deducere solidam decimam.
Cap. XV.

- 1 **N**ollem hanc questionem cuiquam videri otiosam. Pupillus habet plures tutores administrantes, nulla facta tutelæ divisione, quæro, an decimam, unusquisque possit deducere solidam, an vero unam solam decimam, inter omnes dividendam.
- 2 **¶** Moveret questionem, quod officium tutoris, est insolidum apud quemlibet ex tutoribus, & unusquisque est insolidum tutor. l. si. C. de auto. præst. ubi ita docet Bal. Bart. & Iacobus Arena. in. l. & si pluribus. ff. de auto. tuto. Bart. Pau. & Angel. in. l. quod si forte. §. sunt quidam. ff. de solu. Al. in. l. & si pluribus. ff. de auto. tuto. Abb. in. cap. ad probandum. col. si. de re iudi. Paul. in. l. qui

proprio. §. si duobus. ff. de procur. Bar. in. l. decreto. §. 1. per textum ibi. ff. de adm. tuto. & in. l. inter tutores. col. 2. ff. co. tit. Bal. in. l. 2. C. si unus ex pluribus tuto. Pau. in. l. cum ipse. C. de contrahen. empt. Abb. in. c. cum licet. de eo qui mitti in posse. causa. ei feru. & in. c. prudentiam. nu. 2. de offi. deleg. Cui ergo unusquisque tutor sit insolidum, videtur, quod unusquisque, ne habere debet solidam decimam. Rursus probatur, quoniam omnes tenentur insolidum de periculo tutelæ. l. si plures. la. 2. ff. de adm. tuto. latissimi de DD. in. l. 1. C. de transactio. & in. locis superacitatis.

- 3 **¶** Præterea probatur ex verbis huius legis ibi: *Quienquier que los tuviere, tome para si el diezmo.* Nota illud pronomen *Quienquier*, quod æquipollet verba latina *Quicumque*. De natura autem huius pronominis, est distribuere actum, unicuique insolidum, ut in. l. si pluribus. ubi Bar. & Doctores. ff. de legat. 2. & in. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pupil. docent prolixè Bar. Paul. Ange. & Imol. in. l. hoc articulo. ff. de hæred. institut. & est communis opinio secundum Alex. Pau. & laf. num. 2. in. l. si quis in fundi. §. si quis hæredes. ff. de lega. 1. Zaf. in. l. qui filibus. ff. co. tit. in. l. modo.
- 4 **¶** Hinc scribit aptè Bali. in. præmio Digestorū. §. discipuli. col. 2. quod stante statuto, ut quicumque primo perierit in arcem, lucretur centum, quod si duo simul ingressi sunt, quod unicuique sunt præstata solidam centum, quoniam pronomen *Quicumque* distribuit actum insolidum. Cum ergo verbum *Quienquier*, æquipollet latino pronomini *Quicumque*, videtur, quod unusquisque tutor debet habere decimam, præsertim stante regula, *Quod distributum distribuens actum primi verbi insolidum, distribuit etiam insolidum, actum secundi, ex quo inferri videtur, quod cum unusquisque tutor sit insolidum, decima etiam debeat dari insolidum.*
- 5 **¶** Sed contraria sententia verior videtur primo ex verbis legis, ibi: *Los parientes mas propinquos, reciban a ellos, y a todos sus bienes.* Et paulò post, inquit. *Y quienquier que los tenga, tome para si el diezmo.* Nota, illa verba pluralis numeri, *los parientes*, & tamè dicit lex, eos capere decimam in numero singulari, ergo non decimabunt bis rem pupillarem, sed tantum semel.
- 6 **¶** Sed quoniam obijciat quispiam, verbum *Quienquier*, distribuere decimam insolidum, alia proferam.
- 6 **¶** Probatur igitur, hæc opinio, quoniam

De decima Tutori

decima præstatur ratione administrationis, manifestum autem est, quod si plures simul gerunt, non potest unusquisque, subire solidum, & integrum laborem. Non enim emptiones, locationes, exactiones, ceterosque contractus, ab uno initos, possunt iterum iniri, & celebrari ab alio. Iniri scilicet denuo, pacta, convenire iterum de precio, ire, & reddere, auctoritatem noviter interponere, novaque instrumenta conficere, debitaque iam exacta, vel soluta iterum exigere, vel solvere, est impossibile: esset enim insanix genus, pupillari rei perniciosum, ut in l. qui bis idem. ff. de verb. obligat. notat Bald. in l. si plures. nume. 10. C. de conditio. inser. Quinimo plurima sunt, quæ simul, & eodem tempore non possunt fieri, à duobus tutoribus, uti docent Bartol. & Alberic. in l. decreto. per textum ibi. de administratio. tuto. Cum ergo decima detur, propter laborem administrationis totius tutelæ, & si duo gerant, non potest unusquisque, obire per omnia laborem totius tutelæ, sequitur, quod dare duas decimas ex una tutela, esset ad versus mentem legis, & quod esset summæ iniquitatis, dare unicuique solidam decimam. Præterea probatur, quoniam habere duos tutores, esset maxime dampnosum pupillo, cum bis decimaretur.

7 ¶ Confirmatur hæc opinio, ex traditione Bartol. in dicta. l. hoc articulo. col. 3. ad finem, ubi scribit, quod si quis promittat decem, capienti vexillum Florentinorum, & duo simul illud capiant, quod illa decem sunt dividenda inter eos, non vero unicuique solida decem tribuenda. Subiungit rationem, quoniam scilicet, unus, capiendo vexillum, laboravit simul cum alio, neque unus solus potuisset illud capere. Et eandem opinionem sequitur Bald. in d. proemio Digestorū. §. discipuli. Paulus, in l. si quis in fundi. §. si quis hæredes. ff. de lega. 1. Alexand. & Iaso. qui plures citant. in l. qui filiabus. §. 1. ff. eod. titulo. Angel. & Imol. in d. l. hoc articulo. Ergo cum in nostro casu, impossibile sit, ut unus tutor, subeat solidum laborem administrationis, quoniam, scilicet unusquisque aliquid agit, neque debet agere, quæ iam ab alio acta sunt, sequitur, quod inter eos decima est dividenda, non vero unicuique insolidum tribuenda.

8 ¶ Rursus comprobatur, ex regula communi, quod si distributivum non distribuit

actum primi verbi insolidum, non distribuit etiam actum secundi. Ita Bar. Imol. & Angel. in l. hoc articulo. Paul. Alex. Ias. & Zasius. in l. qui filiabus. §. 1. ff. de lega. 1. & in l. si quis in fundi. §. si quis hæredes. ff. eod. tit. At hoc pronomen *Quienquier*, positum in hac lege, actum primum, propter quem decima datur (scilicet laborem) distribuit insolidum quoad obligationem, non vero quoad executionem. Si enim plures in pupillarem administramus, certè quod ego iam administravi, tu non potest administrare, si ergo ipsa executio administrationis, non potest esse apud unumquemque insolidum, certè non tribuet actum secundi, unicuique insolidum, scilicet perceptionem decimæ.

9 ¶ Postremò probatur, auctoritate Bart. & Bal. in l. binos. C. de advoc. divers. iudi. ubi scribunt, quod si ad officium, quod unus solebat obire, exiguntur plures, quod tantum debent habere salarium, quod habebat unus, & quod illud inter se debent æqualiter dividere. Cum ergo uni tutori detur decima, & generaliter pro administratione unius tutelæ solum detur decima, sequitur, quod etiam si dentur plures tutores, non debent habere duas decimas, sed unam inter se æqualiter dividendam, nisi in dispartes portiones dividerent inter se tutelam.

10 ¶ Non obstant ex adverso prolata. Non obstat quod officium est apud unumquemque insolidum, quoniam executio, & administratio, non potest esse apud unumquemque insolidum, ut dicitur sensus communis, & notat Bald. in dicta. l. si plures. num. 10. C. de conditio. inser. & decima datur ratione administrationis, non enim sufficit tutorem esse, ut quis consequatur decimam, sed requiritur, ut administreret. Cum ergo decima detur ratione administrationis totius tutelæ, certè qui non omnia administrat per se, vel per alium nomine suo administrantem, non debet percipere solidam decimam.

¶ Non obstat pronomen *Quienquier* positum in hac lege, nam licet de sua significatione, tribuat unicuique rem insolidum, intelligitur, si actum primi verbi distribuit, etiam insolidum, ut notant Bartol. Imol. & Angel. in dicta. l. hoc articulo. Alex. & Zasius. in d. l. qui filiabus. §. 1. Actum autem primi verbi, non distribuit insolidum, scilicet administrare, ergo neque secundum, scilicet percipere decimam.

¶ Deinde

¶ Deinde respondeo, quòd hoc pronomen, *Quienquier*, non hîc ponitur, ut actum, vel rem tribuat in solidum cuilibet tutori, sed cum supra dictum sit, pupillos debere esse sub tutela consanguineorum, & eis deficientibus sub tutela extraneorum, subiungit lex. *Y quienquier que los tuviere; tome para si el diezmo*. Hoc est, sive sit extraneus, sive consanguineus, & hîc est sensus germanus.

11 ¶ Ita tamè decima, dividèda est inter plures tutores, si modo omnes gerant, si tamè unus nollit gerere, & alter omnia gerat, certè ille consequetur solidam decimam, non vero pro parte non gerentis retineri poterit à pupillo; ita dicit æquitas, ut qui solidum laborem sustinet solidum consequatur præmium, & in specie, notat Cappella Tolosana. 293. incip. item dati. citat. l. una. §. ubi autem. C. de cadu. tollen. & ibi Aufreus in additione qui addit, quod si legatum relinquatur tutoribus rationem reddentibus, dabitur in solidum reddentibus, non vero non reddentibus, vel hereditis, citat Bal. l. si plures. col. 5. C. de condi. insertis, & l. si ita fuerit. ff. de manu. testa. quod dicit esse verum, etiam si alter ex tutoribus remotus fuerit, citat Bal. in Auth. hoc amplius. C. de fideicom. col. 1. Neque obstat, quòd notat Bart. per. illum textum in l. 1. C. de leg. Coisæus verb. *salarium*. 2. scilicet, quod salarium legati officium non implētis, non accrescit ei qui solus implēt, quoniam ibi salarium non assignatur, ad proportionem redditus alicuius rei, hæc autem decima datur omnium fructuum: quare tutor qui omnia administravit partem tutoris cessantis consequetur.

12 ¶ Notandum etiam, quòd tutor gerens per contutorem, debet auferre decimam, neque videtur cessare, sed gerere, ut in l. tres tutores, & ibi notat Alber. ff. de administratio. tuto. l. ita autem. §. gessisse; & ibi Bartol. & Alberic. ff. de administratio. tuto. facit l. tres tutores. §. nō solum. ff. de adm. tuto. ubi probatur, quod gerens per contutorem, cui commisit administrationem, videtur administrare. l. si procuratorem. §. si tutores. ff. manda. notat Arét. conf. 66. col. 1. Bartol. l. Lucio. §. si iter. ff. de aqua quotidi. & æstiva. Curt. sen. conf. 66. col. 14. in princ.

13 ¶ Si tamen non tutor, sed iudex, committeret causa cognita administrationem, unum ex tutoribus, certè ille solus percipiet decimam, quoniam ipse solus administrare

potest, & ceteri censentur extranei. l. tutores. ff. de auto. tut. & ibi Bar. & in l. si. C. de auto. præst. & in l. quoties. §. si. ff. de adm. tuto. Bal. l. 3. §. sed quod de tutore. ff. iudi. solvi. ubi Pau. nu. 6. scribit, quòd tutor nō administrans, non potest acquirere pupillo. Bar. Bal. Ang. & Paul. in l. quòd si fortè. §. sunt quidam. ff. de solu. Bar. in l. pluribus. ff. de auto. tuto. optimus textus in l. 3. §. tantundem. ff. de adm. tuto. cum lege sequenti. l. 2. & ibi Doctores. C. de divid. tutor. l. 1. C. si unus ex pluri. tuto.

14 ¶ Postremo illud addendum, quòd licet decima dividi debeat, inter gerentes, respiciendum, an inter se dividerint administrationem, nam si dividerunt, quisque eam solum partem decimabit, quæ sibi contigit in divisione, & quoad cætera, reputatur extraneus. l. tutores. ff. de auto. tuto. l. si. C. de autor. præst. l. quoties. §. si. ff. de adm. tuto. l. quæro. ff. de sol. l. si duo. ubi textus egregius. ff. de adm. tuto. ubi ita docet Bar. l. idè Bar. & Iacob. A ren. in l. inter tutores. ff. eo tit. Alex. in l. si. col. 1. ff. de iurisd. omn. iud.

15 ¶ Sic Bald. in l. 2. C. si unus ex pluri. tutor. scribit, quod etiam si de iure, officium sit apud quemlibet ex tutoribus in solidum, hoc nō habet locum, quando tutela est divisa. Deinde magis in specie facit, quòd si aliquis habet bona in diversis territorijs, quorum unumquodque habet Fiscum separatim, & committat delictum, propter quod bona ubique sint confiscanda, certè unumquisque, Fiscus, capiet bona quæ sūt in suo territorio, neque poterit quæ in alio territorio sunt: ita docuit Bal. in l. ex facto proponebatur. ff. de hæredi. Institu. Cassian. in consuetu. Burgund. Rub. 9. §. 15. verb. *les heritages*. nu. 2.

16 ¶ Præterea illud addendum, quòd si tutor cui commissæ est administratio rerum Hispanensium exigat redditus, à debente; respectu bonorum sitorum apud Segoviam, ubi alius est tutor, certè ipsemet tutor Hispanensis, redditus decimabit, non vero Segoviensis, quoniam res ad eius curam spectat, & ipse Hispani potest debitorem convenire. l. tutores. §. hæres. ff. de adm. tuto.

17 ¶ Neque illud omittendum, quod si boves, ex bello, fugiant in Segoviensem regionem, certè Hispanensis, si ei cura gregis de madafa sit, partus decimabit, ita Bal. Albe. & Paul. in l. huiusmodi. §. legatum. ff. deleg. 1. Boerius, decis. 13. nu. 34. col. finali.

18 ¶ An autem valeat conditio, ut unus non administret, sine alio; vide Bald. conf. 308.

De decima Tutori

lib. 2. Et an dans in testamenti sine, alium tutorem, videatur remove primo nominatum, vide Albe. in l. et si. C. de testa. tutel. & ibi est textus Ias. cōf. 47. libr. 3. Et an unus tutor, possit cogere alium dividere administratione, vide Bar. l. si plures. §. si non erit. ff. de adm. tuto.

S V M M A.

- 1 **C**urator bonis quando datur.
- 2 Curatori bonorum, an danda decima, nu. 13.
- 4 Curator bonorum debet facere inventariū, & quis alius administrator tenetur facere descriptionem bonorum, & nu. 5.
- 6 Restituere post aliquod tempus obligati, tenentur facere inventariū.
- 7 Curator bonorum, tenetur iurare.
- 8 Curator bonorum, debet satisfacere.
- 9 Curator bonorum, & ventris administrat ad similitudinem tutoris.
- 10 Curator bonorum, an presentare possit ad beneficia, & habetur loco domini.
- 12 Curator bonorum, plura facere tenetur.
- 14 Curator bonorum, & curator adolescentis, valde differunt.
- 15 Curatori bonorum, sola videtur commissa rerum custodia.
- 16 Cura bonorum, non censetur onus, neque excusat ab onere quarta tutela.
- 17 Curator bonorum, equiparatur procuratori.
- 18 Curator bonorum ea facere potest que fieri possunt in bonis pupilli, tutorem non habentis.
- 19 Curator bonorum, & eius labor cito finitur.
- 20 Curatori bonorum, an dandum aliquod salarium.
- 21 Tutela privilegium, non datur adversus curatorem bonorum.
- 22 Curator bonorum, solum tenetur de dolo, & culpa lata.
- 23 Curator bonorum, an datur invitus.
- 24 Premium par labori.
- 27 Tutor posthumi, an lucretur decimam, & nu. 28. cum sequentibus.
- 29 Pater non est administrator filij nondum nati.
- 30 Tutor datus ei qui est in ventre censetur curator ventris, & an posthumi pro tempore quo fuit in ventre, habeat privilegium adversus tutorem, nu. 37.
- 39 Curator bonorum, quando, & quomodo, & quibus casibus dandus.
- 40 Curator datus bonis minoris, an censetur curator ipsius minoris, nu. 44.
- 43 Curator datus minoris ad addeundā hereditatem, quousque duret.
- 44 Tutela finitur captivitate.
- 46 Curator minori his verbis datus, Deprecor te curam habere rerum non valet.

- 47 Curator datus bonis furiosi, non potest facere quā curator furiosi.
- 51 Curator datus bonis minoris, quam potestatem habeat.
- 52 L. qui habet. ff. de tutel. quomodo intelligatur.

An curatori bonorum sit danda decima, & an tutori dato posthumo debeat decima, antequam posthumi nascatur. Cap. XVI.

- 1 **N**unc tractemus, an curatori bonorum decima debeat, sicut tutori, & curatori adolescentis. Supponendum autem curatorem dari bonis captivi, de quo loquitur. l. 3. C. de captivis. l. 1. in fine. ff. de muner. & honor. Item bonis defuncti, vel eius qui bonis cessit. l. si quis instituatur. ff. de hæredi. institut. Item bonis latitantis. l. Fulcinius. ff. quib. ex caus. in posse. eat. Item datur curator ventri. l. si ventri. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. l. 1. ff. de ven. in posse. mitten. Rursus datur alijs personis & causis quas statim explicabo.
- 2 **Q**uid ergo deducet hinc decimam? Ita quidem videtur. Primo, quoniam curator est, ut per totum. ff. de cura. bon. dan. curatoribus autem adolescentium decimam dandam doctri capite. 3. Secundo facit. l. qui neque. ff. de reb. eorum. ubi disposita in curatore adolescentium, extenduntur ad curatorem bonorum.
- 3 **T**ertio, ratio propter quam tutori decima datur, est labor, ut in hac lege dicitur, curator autem bonorum, plurimum laborat, & plurima observat, quæ tutores, & curatores adolescentium facere tenentur.
- 4 **P**rimo tenetur cōficere inventariū, glosa in. l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. 11. & ibi Angel. Odofred. titulo de cura bonis dand. num. 64. & num. 90. Iacobin. in. l. si omnes. nu. 6. C. si minor. ab heredi. se abstinat. & ibi Aretin. num. 3. glosa in. l. de creationibus. C. de Episc. audi. textus. in. l. 1. in. fine. ff. de ventre in spi. l. 15. tit. 1. 6. par. 6. l. 24. tit. 29. par. 2. Platea in. l. si quando. col. 1. C. de bonis vacan. lib. 11.
- 5 **N**am etiam gerentes officium merè privatum, tenentur facere inventarium, nam licet ad hoc non teneantur, ex natura officij, tamen ad reddendam rationem, tenentur inventarium, vel saltē descriptionem bonorum.

bonorum facere, l. fi. in princ. ff. de bon. auctori. iudici. possid. Bald. in Authen. Sed cū testator. in line. C. ad leg. Falcid. Et ita intelligendum quod scribit Bald. cōsi. 137. ubi docet, q̄ omnis administrator, vel negotiorum gestor, tenetur facere inventarium. l. cum servus. l. cum tali in princ. ff. de condi. & demonst. nam absq; hoc, non potest verificari, quid receperit, quod est præcipuū caput libri rationum, ut per Gemin. c. generali. col. 2. de elect. in. 6. Molin. in cōsuetud. Parisi. tit. 1. §. 6. verb. rendre, num. 6. faciunt, quæ dixi cap. 2. num. 50.

6 ¶ Item qui tenetur restituere post aliquod tempus, debet inventarium cōficere, ut est autor Vitalis Camban. in tractatu clausularum pag. 190. Guid. cōsi. 42. Idcō usufructuarius tenetur inventarium conficere. l. 1. §. rectè. ff. de usufruct. quemad. cauc. Alexan. cōsil. 58. nu. 8. lib. 3. Jacobin. l. fi. §. 1. ff. de iure delibe. Afflict. decif. 342. Bellon. cōf. 54. nu. 1. Pinclus. l. 1. C. de bon. mater. in. 2. part. nu. 22. scribit latè Ferdinandus Vasquius, qui pridem Philippi Regis nomine in concilio Tridētino magna autoritate legatus interfuit, in tract. de success. creatio. lib. 1. §. 6. num. 18.

7 ¶ Deinde tenetur iurare ad similitudinem tutoris, se omnia rectè, & diligentèr administraturum, ut in Authent. quod nunc generale. C. de cura. furio. Odofre. in titulo de cura bonis dando. §. officium. col. 1. Specul. titulo de curatore. Bald. in. l. 2. reprobata glosa ibi. ff. de cura. bon. dando. Platea. l. si quando, col. 2. C. de bon. vaca. lib. 11.

8 ¶ Tertio tenetur satisficere, sicut tutores. l. 3. C. de capti. l. bonorum. ff. de cura. furio.

9 ¶ Quarto probatur, quoniam curator ventris, æquiparatur curatori bonorū. l. inter bonorum. ff. de admin. tuto. curator autem ventris, eandem curam præstat, quam curatores adolescentium, & ad eorum similitudinem administrat: ita probat, textus aptissimus, ad definitionem huius questionis in. l. 1. §. item si periculum. ff. de vent. in posse. miten. ibi: Ita igitur curam, hoc officio administrabit, quo solènt curatores atque tutores pupillorum. * Præterea curator bonorū, habetur loco domini, & præsentare potest ad beneficia, cum datur bonis domini absentis, vel nō apparentibus teste Molin. in cōsuetud. Parisi. tit. 1. §. 6. glos. 4. verb. comiffaires, col. 2. verb. hinc est.

10 ¶ Quinto hoc videtur efficacitèr probari in. l. 4. tit. 29. part. 2. ibi: E si estos propinquos

11 ¶ Sexto hæc opinio probatur, quoniam curator captivi, plurima præstare tenetur, cuiusq; labor circa plurima versatur, ut in. d. l. 4. tit. 29. part. 2. cuius verba hic lubès annexo. Otrofi, de ven. fazer endereçar los heredamientos, que fueren rezios, labrandolos, y aliñandolos, porque ayau en de pro sus dueños, e lo que al fuere, mueble otrofi, poniendolo en recaudo, en tal manera, que se aprovechen dello los cuytados, que yazè en captiverio: e si de otra guisa fazièdolo, dexaren perder, non los aliñando, que deven pechar otro tanto de lo suyo, quanto fuesse aquello, que por su culpa se perdio: e si dello que dède levasse, no dièsse cuenta derecha, deve pechar doblado el menoscabo, e de mas aver pena segun fuesse el fecho. Cum ergo curator bonorum, curator sit, & curatoribus decima detur, & valdè laboret, in administratione, ad similitudinem tutoris, præsertim quando est curator ventris, adsitque lex Regia, quæ in specie loquū videtur, non videtur æquum curatori bonorum, denegare decimam.

12 ¶ Sed contraria sententia verior est, & omninò probanda, scilicet, ut curatori bonorū non detur decima. Moveor primo, quoniam hæc lex loquitur de tutore, vel curatore minoris, ut docui cap. 3. Curator autem bonorum, ferè semper datur maiori, cum autem hæc lex sit correctoria, oportet eā restringere, præsertim deficientibus verbis legis, quæ cū non quadrent, nō est ut edū eius dispositione. l. 4. §. totiès. ff. de dāno infecto.

13 ¶ Secundo moveor, ex textu insigni in. l. inter bonorum. ff. de adm. tuto. ubi Iuriscorsultus dicit, magnam esse differentiam, inter curatorem bonorum, seu ventris, & inter curatorem pupilli, prodigi, & furiosi, quoniam primis sola custodia rerum committitur; secundis vero, plena rerum administratio datur, sed præstat ipsum audire Iuriscorsultum, dicens: Inter bonorum ventrisq; curatorem, & inter curatorem furiosi, itemque prodigii pupilli, pupille ve, magna est differentia: quippe cū istis,

De decima Tutori

istis, plena rerum administratio, duobus autem superioribus, sola custodia, et rerum quæ deteriores factæ sunt, venditio committatur. Nota magnam esse differentiam, inter curatorem bonorum, & curatorem pupilli. Cum autem hæc lex loquatur in curatore pupilli, quis nisi sit infans, extendet eam, ad curatorem bonorum. Quis res adeo dispares, dissimilesq; eadem definiet regula, præsertim cū hæc lex sit correctoria. Secundo nota, quod Iuriconsultus, non solum dicit magnam esse differentiam inter hos: sed assignat quæ in re differant; dicens, curatorem pupilli habere liberam administrationem: curatorem autem bonorum, solam custodiam. Cū ergo hæc lex det decimam tutori, propter administrationem, & administratio tutoris multo plenior sit, & obligatio longè maior: alienum est ab omni ratione, curatorem bonorum, qui nihil aliud facit quam custodire, eodem afficere præmio, quo curatorem pupilli, vel adolescentis, qui plenam liberamq; habet administrationem, & paræ tantæ potestati obligationem, ut docui. c. 2. Non enim tutor, solum administrare, sed & lucrari, cum re pupillarem tenetur, ut docui. c. 2. Eiusq; obligatio latissimè patet, ut in dicto loco latè recen. ui.

¶ Quod autem curatori bonorum, sola videatur commissa rerum custodia, probatur etiam in. l. postquam. §. Princeps. ff. ut in posse. lega. & in. l. 1. §. pen. ff. de colla. bono. lunus, & l. cum legati. ff. quib. ex caus. in posse. ceatur. Ideo curator bonorum, neq; actiones movere, neq; aduersus quæquam agere potest: nisi in rebus tempore perituris. l. creditor. ubi. notat. Bart. & Alber. ff. de bon. autorita. iudicis. possid. Bart. Angel. & Imola. col. 4. in. l. si quis instituatur. §. si conditioni. ff. de hæredib. instit. Ange. in. l. 2. ff. de curato. bonis dando: idè dispositum est incuratore ventris, ut in. l. 1. §. itè si periculum. ff. de ventre in posse. mitter. Quinimò eorum potestas adeo arcta est, ut neque creditoribus bonorum solvere possint, nisi in defectum non solutæ pecuniæ, magna aliqua immineat pœna. l. si quis instituitur. §. pen. ff. de hæredib. instit. l. 1. de cura. bonis dando. Et incuratore ventris, idem definitur in. l. curator ventris ff. de ventre in posse. mitter. glos. in. l. 1. ff. de cura. bonis dando, quæ notat, hos curatores, solū dari ad custodiam. Odofredus tit. de curatore bonis dando. §. cum autem, nu. 6. Cum ergo tam limitata sit, horum potestas li-

mitatus erit eorum labor: nā si ultra permissionem legis, administrent, punitione potius digni sunt, quam præmio. l. diligenter. ff. manda. & dixi cap. 1. §.

¶ Præterea hæc sententia, probatur efficacissimè, quoniam licet habens tres tutelæ, excusetur ab onere quartæ tutelæ: ut in. l. tria onera. ff. de excusa. tuto. §. tria. Instit. eo. tit. tamen si quis duas habeat tutelæ, vel curas pupilli, vel adolescentis, & unam curam bonorū, non excusatur ab onere quartæ tutelæ, & ita probatur in. l. 1. C. qui numero tutelarum. Odofredus in tractatu de curatore bonis dando. Cum ergo cura bonorum, non habeatur loco tutelæ, quoad effugiendum damnum, multo minus habetur quoad capiendum lucrum, dispar enim negotium est damnum admittere quod lucrum capere. Et hoc est solidum argumentum, quod hanc opinionem prorsus evincit. Ex quo elicitur, quod cura bonorum, non est adeo gravis, ut cura tutelæ, nam si æquè gravis esset, utique iudicaretur onus, ut excusaret ab onere quartæ tutelæ, iuxta. d. l. tria onera: cum autem hoc non præstet, non est æquiparanda tutelari labori.

¶ Deinde hæc opinio probatur, quoniam curator bonorum, æquiparatur procuratori. l. Imperator. ff. de curato. bonis dando. Hæc autem lex, solum de tutoribus, & curatoribus adolescentium loquitur, non autem de procuratoribus. Item vult præmio afficere tutelarem laborem, qui magnus & improbus est, non procuratorium laborem, qui ab eo longè distat: neque enim procurator integro pudore petet decimam.

¶ Octavo, comprobatur hæc opinio, quoniam curator bonorum, ea solum facere potest, quæ fiunt in bonis pupilli tutorem non habentis. Si enim pupillus tutore careat, & aliquid debeat, quod ex pœna crescat, solvitur cū decreto iudicis. l. 1. ff. de cura. bonis dando. Curator autem bonorum, ea solum solvere potest, quæ solvuntur, cum pupillus tutorem non habet. l. si quis instituatur. §. si conditioni. ff. de hæredib. instit. l. 1. ff. de curato. bonis dando. ibi. *Quod si nihil facere potest, curator bonis constituendus erit, sed si græve æs alienum sit, quod ex pœna crescat, per curatorem solvendum est æs alienum, sicuti cum ventrem in possessione sit, aut pupillus heres tutorem non habet.* Nota ex his verbis ultimis, curator bonorum, ea facere, quæ fiunt cum pupillus tutorem non habet, tunc autem paucissima fiunt, quæ tutelarem laborem non æquant: ¶

fic Decius consi. 40 l. nu. 2. dicit, quòd curator hæreditatis iacentis necessaria facere potest.

19 ¶ Præterea labor tutoris, vel curatoris adolescentis, per longum tempus durat, scilicet usque ad pubertatem in tutore, & usque ad vigesimum quintum annum, in curatore. Labor autem curatoris bonorum, quam citissime deficit, nam hæredi non addeunti hæreditatem, præfigitur terminus. l. 1. ff. de iure delibe. & brevi cura bonorum cessat. Idem cum uterus in lucem prodit, aut debitor latitans exhibet se, & de curatore dato ventri, quòd non sit amplius curator nato infante probat. l. 1. §. t. adiu. ff. de vêt. in poss. mittent. Arét. & Platea, in. §. cum autem. In si. de tute.

20 ¶ Hæc mihi æqua, & probabilis opinio videtur; est tamen curator bonorum dandum aliquod salarium, pro labore, iuxta naturam rei, arbitrio iudicis, sicuti datur laboranti in re aliena. l. idemque. §. idem. Labeo. ff. manda. & docui. c. 2. nu. 19.

21 ¶ Præterea hæc opinio probatur, quoniã cum minori, plura dentur privilegia adversus tutorem, vel curatorem suum; æquum est, ut ipse tutor, aliquo gaudeat (ut ita dicam) privilegio, adversus pupillum, nam privilegia quibus minor est armatus, obruunt tutorem, & laborem eius faciunt maiorem videri. At captivus, cuius bonis datur curator, nullum habet privilegium, adversus curatorem bonorum suorum, autore Alber. & Dino, in. l. idem privilegium. ff. de privileg. credito. Cum ergo non habeat, adversus curatorem suorum bonorum, privilegium, quod pupillus habet adversus suum tutorem, vel curatorem; iniquissimum est, ut curator bonorum habeat privilegia, & præmia, quæ tutores habent in bonis pupilli, vel adolescentis.

22 ¶ His suffragatur, quòd licet tutor teneatur de dolo, & culpa lata, & levi, ut in. l. quicquid, & ibi Doctores. C. arbit. tutel. & in. l. tutori. C. de negot. gesto: tamen curator bonorum, solum tenetur de dolo, & culpa lata. l. prætor ait. §. est præterea. ff. de bonis auctori iudicis possid. ubi notant Bart. Dinus, & Alber. Specula. titulo de curatore. §. fin. glos. in. l. 2. ff. de curat. bonis dan. Cũ ergo minor sit labor, minus erit præmiũ, ita enim dicitur prudentia, & æquitas.

23 ¶ Præterea curator bonorum, etiam ab hoc liber est, quòd nõ datur invitus, textus in l. 2. §. queritur, & ibi Bar. ff. de cura. bonis

dando. Bald. & Sali. in. l. tutori. C. de negot. gesto. Tutor autem, invitus & reluctans cogitur: quòd maximè molestũ est. Et quòd curator bonorum, non datur invitus, notat Odofred. in tractatu de curatore bonis dando, num. 43. Bar. l. qui habet. §. si pupillus, nu. 2. ff. de tutel. ubi limitat, nisi ad sit causa. Bal. in. l. si. sed. §. si quis. col. 3. per textũ ibi. C. commu. de lega. Causa autem iusta cogendi, est hæc, scilicet, ut quòd res sint periculo expõsitæ, ita quòd cogant curatorem, & quòd nullus invenitur qui id sponte facere velit, vel tam idoneus sit, glos. in. d. §. queritur. & ibi Ang. Moh. in consuetud. Paris. titulo. 1. §. 6. glos. 6. verbo, rendre, nu. 3. Bal. in. l. 1. in fin. ff. ubi pupil. & ducat. debe. Curtius in tractatu de sequestro. q. 2. Præterea tutela, vel cura: tunc est minus publicum, cum datur personis, defectu ætatis, vel intellectus patientibus, ut sunt pupilli adulti, furiosi, prodigi, & similes. l. fin. in prin. C. de admi. tuto. idco tunc etiã invitũ datur. At officium curatoris bonorum, est privatum, & idco generalitèr est voluntarium, quòd valdè extenuat eius laborem, & facit, ut minus sit onerosum.

24 ¶ Non obstant ex adverso prolata. Primo non obstat, quòd curator bonorum laborat, quoniam eius labor non est comparandus, cum labore tutoris, ut patet ex superioribus, & ex d. Arét. c. 2. nu. 39. cum sequentibus. Cum autem præmium debeat esse par labori, ut dixi. d. c. 2. nu. 27. minus præmium meretur curator bonorum, quã curator adolescentis, cum inter utriusque administratione magna sit differentia, ut in. d. l. inter bonorum. ff. de admi. tuto.

25 ¶ Non obstat. l. 1. §. item si periculum. ff. de ventre. in poss. mittent. Fateor enim curatorem ventris, similem esse tutori, in casibus expressis, in. d. §. item, scilicet in potestate conveniendi debitores ventris, quæ tempore liberatur, tamẽ in alijs rebus dissimillimi sunt, ut inquit. l. inter bonorum. ff. de admi. tuto. notat glosa in. d. §. item si periculum, & elicitur ex verbis ipsius textus. Iniquum autem esset præmium tutoris dare curator bonorum, vel ventris, ex eo quòd in leviculis quibusdam, similis sit tutori; clamante Iuriconsulto, magnam esse inter eos differentiam, alioqui procuratores, mandatari, & negotiorum gestores, deducunt decimam, quòd in aliquibus similes sũt tutoribus, quòd est prorsus incõptum, & simpliciter absurdum.

¶ Non

De decima Tutoris

- 6 ¶ Non obstat. l. 4. tit. 29. part. 2. nam verba eius legis, intelligenda sunt; de recuperatione expensarum, factarum a curatore; bonorum, quod scilicet non debet plus accipere quam sibi debetur. Vel secundo respondeo quod licet loquatur de salario, non ideo intelligendum, de decima, cum sit salarium profusissimum, soli tutori dandum, sed de salario, taxando a iudice, propter laborem quod generale est in alijs in rebus laborantibus, ut in l. idem quod §. idem. *De obsequio mandata* et alijs citatis cap. 2.
- 27 ¶ Sed occurrit iuxta superiora, quaestio elegantissima. Docuit supra curatori ventris, decimam non dandam, nunc quero, quid si filio meo posthumus, quem ventris uxoris adhuc possidet de tutorem (quod licet, ut in l. si quis ita. §. si posthumus. ff. de testam. tutel.) hic autem tutor, administrat, quero an ei sit danda decima, pro tempore quo administravit, antequam posthumus nasceretur. Et salvo semper doctiorum iudicio, mihi videtur ei decimam non dandam. Primo quoniam posthumus, dum est in ventre, non potest habere tutorem. l. 1. vers. si quis quaest. ff. de eo, qui pro tutore negot. gest.
- 28 ¶ Secundo movetur, ex l. si nemo. §. testamento. ff. de testam. inquit lex: Testamento autem, datus posthumus tutor, non est tutor, nisi posthumus editur. idem probatur in l. posthumus. ff. de tutel. & ratio distrah.
- 29 ¶ Quinto neque pater, est administrator filij, nondum natus, ut ex pluribus probat Tiraquel. de retract. lib. 1. §. 1. glol. 9. n. 76. & 77. qui ex hoc aliqua definit nostro tractatui parum apta.
- 30 ¶ Tertio cum nondum tutor sit, dum infans est in ventre, deficiunt verba legis, quae solum de tutoribus, & curatoribus adolefcentium loquuntur.
- 31 ¶ Quarto probatur, quoniam ante editum partum tutor datus, est curator ventris, curator autem ventris, non est danda decima. Quod autem sit curator ventris, probatur in d. l. 1. §. eligitur, iunctis praecedentibus. ff. de ven. in posse. mitter.
- 32 ¶ Quinto facit textus insignis, in l. quero. ff. de eo, qui pro tut. neg. gest. ibi. *Quia scire quoque se tutorem esse debet, ut eo affectu negotia gerat, quo tutor gerere debet.* Ergo tutor, qui scit se non esse tutorem dum posthumus est in ventre, non geret eo affectu, quo tutor gerere debet, ut lex requirit. Quod si deficit vis, spiritus, & affectus, quo tutor gerere debet. multo minus subit laboris, ergo minus debet esse praemium.
- 33 ¶ Sexto, cum hic, licet appelletur in testamento tutor, non sit tutor, ut in d. l. si nemo. ff. de testamento, sed sit curator ventris, certe magna est differentia, inter curatorem ventris, & curatorem pupilli. ut. *Linter bonorum. ff. de adm. tuto.* & dixi late supra hoc ipso capite, ergo non licet arguere de uno ad alterum.
- 34 ¶ Septimo dicit, quod infans in lucem editus, non habet privilegium, adversus eum, qui dum esset in ventre, rem eius administravit, non habet inquam privilegium, pro tempore quo administravit dum erat in ventre. l. si ventris. in principio. ff. de privil. credito. & ibi notat Iacobus Arena, Dinus, & Alber. *Cum ergo pupillus, non habeat pro eo tempore, privilegium adversus eum, certe neque ipse tutor habeat, pro eo tempore privilegium adversus pupillum, ut scilicet auferat decimam, tanquam si fuisset eo tempore tutor, cum pupillus adversus eum, non habeat privilegium, sibi concessum, adversus tutorem.*
- 35 ¶ Octavo posthumus, nondum est, ut ex iuris locis, & philobophorum auctoritate probat Tiraquel. in l. si unquam, verb. *susciperit, huius 125. C. de revoc. donat.* Haec autem lex inquit: *Minus ergo de los fructos, y tomopras si el diezmo.* Ergo loquitur de pupillo, qui a tutore alitur.
- 36 ¶ Haec est sententia verissima; limitanda tamen, si modo non solum gessit, pro tempore quo posthumus erat in ventre, sed etiam postquam in lucem editus est, tunc enim pro toto tempore habebit decimam. Ita probatur in d. l. si nemo. §. testamento. ff. de testam. tutel. ibi: *Si quid plane gessit, post editum partum, de eo quoque, quod ante gessit, tutela iudicio tenebitur, & omnis administratio in hanc actionem venit.* Nota verba ultima; cum ergo etiam gesta, ante editum partum, exigantur iuxta regulam tutoris, plane acquisitum est, ut pro gestis ante editum partum, habeat decimam, si modo etiam post editum partum gessit.
- 37 ¶ Secundo probatur, quoniam si perseveret gerere, etiam post partum editum, minor, pro toto tempore, habet privilegium adversus tutorem, auctore Bart. Bal. & Paul. in l. cum pater. per textum ibi. ff. de nego. gest. & satis probatur in l. posthumus. ff. de tutel. & ratio distrah. Ergo, & tutor, pro toto tempore, habebit privilegium tutelare, scilicet decimam: ut notat Iacobus Arena, Dinus, & Alberi. in d. l. si ventri. ubi satis probatur.
- 38 ¶ Tertio probatur, quoniam praegnans, tenetur

netur petere curatorem ventri, si tamen & ante æditum partum, & post æditum partum, rem diligentèr administravit, certè etiam si filius iam natus moriatur, non est privanda eius hæreditate, sub prætextu; q̄ ventri, tutorem vel curatorem non petierit, ut definitur, in l. 2. §. quòd si prægnās. ff. ad Tertul. Quoniam administrans etiam nato filio, videtur pro tempore quo nondum fuit natus, eius tutor fuisse: ita notat Bal. in l. matres, col. 2. C. ad Tertul. ex dispositio ne. d. l. si nemo. §. testamēto. ff. de testa. tut.

39 Quarto probatur, quoniam cōnexorum idè est iudicium. l. si tutor. ff. de admi. tuto. Et unum extremum, informat aliud, iuxta tradita per Bar. & DD. in l. si is qui pro emptore. ff. de usu capio. Intelligenda, hæc sunt, si administrat ædito partu vivo, non autem dimidiato, vel monstroso, hoc enim casu non censetur æditus. l. qui mortui. ff. de verbo. signific. & in l. 2. C. de posthum. hæredib. in lit. l. quod dicitur. ff. de liber. & posthu. Et ita in specie limitat. glos. in d. l. cum pater. ff. de negot. gest. Dinus, Iacob. & Alber. in d. l. si ventri. ff. de privile. credito. Non obstant primo prolata, quoniam distinctio rem cōponit. Non obstat. l. quæro. ff. de eo. qui pro tuto. Quoniam gerens, sciens se designatum tutorem, & futurum tutorem ædito partu, semper videtur animo tutorio gessisse, & ita in specie explicando. d. l. si nemo. §. testamēto, respōdet Bald. in d. l. quæro.

Quomodo autem mater, petat tutorem posthum. vide Corn. consil. 280. lib. 1. Et cessione facta, esse dandum curatorem bonis, vide quædā in decisione Delphinali nova. 203. Et qualiter bonis absentis dandus curator, vide Bal. cōsi. 172. lib. 2. Et qualiter dandus ei, qui abest in regione remota, vide Alexā. in l. qui bona. §. si alieno. nu. 12. ff. de damn. infect. Et curator bonis defuncti, datur officio iudicis, vide Deci. consil. 309. Et de curatore bonorum absentis, vide Fulgos. consil. 14. & consil. 15. Et datur nonnunquam iudicis officio Paul. l. mutus. §. is qui nu. 3. ff. de procura. Et quid possit alienare curator hæreditatis iacentis, vide Bart. l. debitor. nu. 3. ff. de negot. gest. Et curator aliquando datur bonis presentis, & viventis. Paul. l. à Divo Pio. nu. 3. ff. de re iudica. Quæ autem requirantur, ut detur curator hæreditati iacenti, vide Afflict. de officio. 87. nu. 1. Et acta cum curatore absentis, valent. l. 12. tit. 2. part. 3. Et qualiter pe-

tant creditores, curatorem dari ei, qui sine hærede decedit, vide Specul. tit. de officio omni. iudicum. §. 2. versiculo item imploratur. nu. 12. Et an talis curator teneatur satisficere. vide Alber. l. Sancimus. nu. 4. C. de admin. tuto. Specul. tit. de iuramento calūniæ. §. 3. nu. 34. & nu. 126. Bari. l. 2. nu. 5. ff. de cur. bon. dan.

Et an iuret de calumnia vide Specula. ibi. §. 3. versiculo quid ergo. nu. 11. Et an curator possit dari bonis, in testamento, vide Alber. l. Lucius. nu. 3. ff. ad Trebel. Et curator hæreditatis iacentis, an à creditoribus eligendus Angel. consil. 77. Et an dandus instantibus creditoribus, & de cōsensu maioris partis, vide Angel. consil. 103. & cōsi. 193. Et an iudex, ex officio dare possit, vide Angel. consil. 103. Et hæres qualiter citandus, ut hæreditati iacenti detur curator. vide Angel. consil. 192. & 193. Et quo ordine detur curator bonis, vide Angel. cōsi. 196. Et quam potestatem habeat curator hæreditatis iacentis, vide Angel. d. consil. 192. 193. & 275. Et curator datur bonis eius, qui ignoratur, an vivat; Iacobin. l. cū debitoris, nu. 18. C. de iudici. Et aliquando datur bonis præsentis, ut ibi notat Iacobin. Et an cū datur curator ventri, præferatur mater, an vero avus vide Bal. cōsi. 126. lib. 1.

40 Sed, ut cognata simul expeditam, quæro, quid si detur curator, bonis minoris viginquinque annis, an talis curator, possit deducere decimam. Movet quæstionem. l. qui habet. ff. de tutel. ubi quando ex causa naturali, & ex causa accidentali, puta ex ætate, & ex furore, potest dari alicui curator, potius videtur datus, ex causa naturali, quæ ex causa accidentali, & ita ibi notat Dinus, Bart. Bald. Alber. & Raphael Comē. Ripa in l. is cui bonis, nu. 35. ff. de verb. oblig. Sic Bart. in d. l. qui habet. scribit, q̄ dispositio. d. l. qui habet, habet locū, etiam si causa accidentalis non sit furor, sed alia quævis causa ex qua curatorem dari oporteat, quod etiā scribit Alber. & Bald. ibi. Bart. in l. patri pro filio. ff. de minoribus, & in l. 3. de in integ. restit. Cum ergo hinc concurrant, causa naturalis, scilicet minor ætas, & causa accidentalis, scilicet captivitas, certè si curator valet, tanquam datus ex causa naturali, proculdubio potest deducere decimam, cum sit curator minoris, ut docui cap. 3.

41 Secundo probatur, quoniam legum conditores, maxime curarunt, ut optimè esset consultum rebus eorum, quorum bonis curator

De decima Tutori

- rator datur. l. 3. C. de capti. l. 4. tit. 29. part. 2. Plenius autem erit consultum, si curator valeat ex causa naturali, & non ex accidentali. Nam si valet, ut curator adolescentis, plenam liberamq; habet administrationē, & ex consequenti plenius erit cautum rei minoris capti, ut in simili notat Aretin. consi. 66. col. 2. in principio. Præsertim cū
- 42 ¶ Tertio probatur, quoniam in d. l. qui habet, curator valere poterat ex causa furoris, & licet curator furiosi, & curator adolescentis parem habeant potestatem, ut docui, cap. 3. num. 34. nihilominus decernitur, curatorem valere, ex causa naturali. Quanto magis, idem hīc dicendum, cum si valeat tanquam quam curator bonorū longè differat, à curatore adolescentis, quod non videtur esse è re minoris capti.
- 43 ¶ Quarto hæc opinio probatur, in Authen. ut liceat matri, & avix. §. si vero ætate, ubi probatur, quòd si instituatur hæres minor viginti quinq; annis, & pater nollit hæreditatem addere, curator ei dandus est, si ipse vellit addere hæreditatem, & talis curator durat, usque ad vigesimum quintum ætatis annum, ergo valet ex causa naturali, & re vera est curator adolescentis, nō autem curator bonorum, quoniam si esset curator bonorum, duraret pro tēpore necessitatis, ut supradixi, & cap. 8. non vero, usque ad vigesimum quintum annum.
- ¶ Quinto facit, quoniam ubi adest remediū ordinariū, non quærimus extraordinariū. Ordinariū, & naturæ infirmitati maximè conveniens est curatorem valere, tanquam curatorem minoris, non vero tanquam curatorem bonorum, q̄ si est curator minoris, haud dubiè deducet decimam.
- 44 ¶ Sed contra verius imò curator bonorum, etiam si detur bonis pupilli, vel adolescentis, non deducet decimam, quoniam est curator bonorum, non vero curator adolescentis. Quod in adolescente capto probatur, primo in l. 2. ff. de legi. tut. ubi probatur, tutelam finiri captivitate, & ibi glosa, & Doctores notant, Specul. titulo de statu, monachorum versiculo. 35. Quinimò media captiis diminutio extinguit tutelam, ut in ea lege probatur, quòd si tutela iam cepta, expirat captivitate, multò magis, non incipiet, argumento. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alieni. iuris.
- 45 ¶ Secūdo probatur, non solum in minore capto, sed generalitèr in minore cuius bonis datur curator, in l. fin. §. si autem in secunda ætate. C. de bon. quæ libe. ibi: *Necessitatem habeat filius, addere competentem iudicem, & ab eo curatorem hereditati dari.* Nota curatorem hæreditati dari, non minori, ut ibi etiam notat Bald. & Salic.
- 46 ¶ Tertio hoc probatur efficacissimè, in l. 1. ff. de coi. firma. tuto. ubi curatoris datio, minori facta, his verbis: *Deprecor te curam habere rerum: non valet ullo modo, & ille textus videtur expressus, & singularis, ad probationem huius opinionis.*
- 47 ¶ Quarto in simili probatur in l. Fulcinius §. adeo. ff. quibus ex causis in possess. eatur: ubi curator datus bonis furiosi, non potest facere, quæ curator furiosi, sed quæ curator ventris. Inquit lex: *Oportere prætorum, dare curatorem aliquem ex creditoribus, ut non amplius quam necesse est, ex bonis furiosi veniat, eaque servanda Labeo ait, quæ solent servari, cum venter in possessionem mittitur.* Ergo curator datus bonis furiosi, non habet potestatem quam curator furiosi, & ex consequenti curator datus bonis minoris, nō habet potestatem quam curator minoris.
- 48 ¶ Quinto si minor captivus est, non potest ipse habere tutorem: nā tutela est potestas in capite libero, ut in §. 1. Instit. de tutel. facit. l. cum hæredes. ff. de acquir. posse.
- 49 ¶ Sexto si curator bonorum minoris, esset curator ipsius minoris, non appellaretur curator bonorum, si ergo est re vera curator bonorum, non debet habere decimam etiam si bona sint minoris.
- 50 ¶ Præterea dispositio. l. qui habet. ff. de tutel. in suo casu prudens est: nam si ve cura valeat ratione furoris, si ve ratione ætatis, semper curator iuvat ope, & consilio: ut in l. consilio. ff. de cura. furio. minorisq; mores, saltem secundo curat, ut dixi. c. 2. num. 28. at si minor est in potestate hostiū, nullo modo curator bonorum, eius personæ utilis est, ergo optimo iure dicitur curator bonorum, & non curator minoris.
- 51 ¶ Octavo probatur, in l. si quis instituatur, §. si conditioni. ff. de hæred. institu. & in l. 1. ff. de curat. bon. dand. ubi probatur, quòd curator datus bonis minoris, solus habet potestatem quam lex concedit tutori bonorum, non vero quam concedit tutori, vel curatori minoris. Verba legis hæc sunt: *Per curatorem solvendum est, ac alienum, sicut cum venter in possessione sit, aut pupillus hæres tutorem non habet.* Nota hæc verba ultima,

ultima, ex quibus efficacissimè colligitur, q̄ curator bonorum, datus pupillo ex causa accidentali, scilicet quia creditores urgent, nō habet vices tutoris.

- 25 ¶ Nono probatur in. l. Fulcinius. §. adeo. iunctis præcedentibus. ff. quib. ex caus. in posse. eatur. ubi curator datus bonis cuiuscūq; qui curatoris ope iuvari solet, non habet vices, neque potestatem quam curator illarū personarū. Idēq; in prodigo dicēdum est, & in cæteris, qui curatorū ope iuvantur. Ultimo facit. l. si pupillus. & l. si. ff. de privil. credi.
- ¶ Postremo facit ipsamet. l. qui habet. ff. de tutel. quæ ex adverso prolata est, non enim inquit lex, quod si minori detur curator, tāquam furioso, quod non valet in vim curatoris furiosi, sed in vim curatoris minoris, sed quod potius est dādus tutor, ratione minoris ætatis, quā ratione furoris, inquit lex. Non esse necesse, quæst̄ dementi, curatorem queri cū magis ætati, quam dementiæ, tantisper sit consulendū. nota illa verba: Non esse necesse. Præterea in illa lege, nō est mirandū, si potius ætatis, quā furoris ratione videatur curator datus, cum curator furiosi, & curator adolescētis æquiparentur, ut in. l. inter bonorum. ff. de adm. tuto. glof. & DD. in. l. 2. C. de curato. furio. & docui latē. cap. 3. nu. 3. 4. At curator bonorū, & curator adolescentis, valdè differūt, ut in d. l. inter bonorum, idēo prorsus præposterum esset, ut curator datus bonis pupilli censeretur tutor, vel curator ipsius pupilli. Denique, cum hic verè curator bonorum sit, nō deducet decimam. Non obstant ex adverso prolata, quoniā ex superioribus apparet omnia huic veriori opinioni nihil obstare.

S V M M A.

- 1 **A**N tutor, vel curat certæ rei, decimet fructus illius rei, & nu. 5. usque ad. 8.
- 2 Tutor, vel curator certæ rei, quādo dari possit, & nu. 3.
- 9 Tutor, vel curator certæ rei, an debeat conficere inventarium.
- 10 Tutor datus certæ rei, an teneatur iurare.
- 11 Tutor datus rebus sitis in una regione, potest eas decimare.
- 12 Curatori ad litem, an danda decima.
- 16 Curator ad litem, an debeat facere inventarium.
- 17 Curator ad litem, an detur in vitis.
- 18 Curator ad litem, censetur bona tacitè hypotheccasse.
- 19 Curator ad litem, quando cunque revocari potest.
- 20 Curator ad litem, an detur non petenti, & quam diu duret.

An curator datus certæ rei, possit decimare fructus eius rei, sicut curator universaliter datus, decimat omnes res, & quid in curatore ad litē. Cap. XVII.

- 1 **R**Vrsus quæro, an tutor, vel curator datus certæ rei, possit decimare fructus eius rei. Et distinguendum est. Aut enim tutor, vel curator datur uni rei, vel uni actui, aut dantur rebus quæ sunt in una civitate, vel in una regione.
- 2 ¶ Primo casu, illud est regulare, q̄ tutor certæ rei, dari non potest. l. certarum. ff. de testa. tut. & ibi Bar. assignat rationem. Paul. l. et si ad species. ff. rem pupil. salu. fore. Bar. l. hereditas. ff. de testa. tutel. & in. l. impuberi. ff. de tuto. & cura. datis ab his. Deci. conl. 479. col. 2. tamē ad addeūdā hæreditatē, speciale est, ut tutor dari possit. l. cum in una. y. tutor. ff. de appellat. & ibi notant Doctores. Paul. in l. & si ad species. ff. rem pupil. sal. for.
- 3 ¶ Curator tamen, benè potest dari ad unum actum. l. non tantum. ff. de tuto. & cura. datis ab his. Bar. l. certarum. col. 1. ad finē. ff. de testa. tut. Bal. & Paul. in. l. si. §. si n. autē. per textū, ibi Bal. nu. 2. C. de bon. quæ libe. Iacobi. & Bar. l. si ve generalis. per textū ibi. ff. de iure dori. textus in Auth. ut liceat matri, & avia. §. 1. col. 6. glo. in. l. si. §. si n. autem. cl. 1. in ver. hæreditati, & ubi Fab. Sali. & Paul. C. de bon. quæ libe. * His ita definitis, videtur tutorē, in casu quo datur certæ rei, atque itē curatorē posse deducere fructus eius rei, quoniā in locis supracitatis, tutor, & curator appellatur, & hæc lex dat decimam fructuum, tutori, vel curatori adolescentis. Cum autem ij adolescentium curatores sint, videtur, quod de illa re possint deducere decimam.
- 5 ¶ Sed certè his tutoribus, & curatoribus, ego nunquā decimā dabo. Primo illud constat, hanc legem, tutelariē laborem respexisse, qui natura, & duratione, & varietate, & molestia, magnus, & multiplex est, & omnē rem pupillarem respicit etiā si tā in exteris regionibus, ut in. l. propter litem. §. 1. de excusa. tuto. & docui cap. 2.
- 6 ¶ Item respicit personam pupilli, & innumera facere tenetur. At si tutor datur ad addeūdā hæreditatē, ille actus est, nō administratio. Item momento absolvitur.
- 7 ¶ Et etiam si darentur ad administrandam unam rem, certè plus laboris sustinet, etiā
- Aaa respectu

De decima Tutori

respectu unius rei, qui plura administrat, quam qui unam rem tantu. Præterea ij præ-
 prænon vocantur curatores, sed nudi admi-
 nistratores, si niles his qui dantur cū res mo-
 biles, vel immobiles pignorantur per execu-
 tionē rei iudicatę, ut scribit *Molin. consuet.*
Paris. tit. 1. §. 6. glo. 6. verb. vendit. comp. col.
2. ver. at in præsentu. Itē disposita in tutore,
 vel curatore universali ter dato, non sunt ex-
 tendenda ad hos certę rei curatores, ut in-
 quit Aret. consil. 29. col. 3. ver. præterea.

8 ¶ Quarto hoc videtur probari ex verbis hu-
 ius legis, ibi, *Reciban á ellos y á todos sus bienes.*
 ergo hæc lex de tutore omnium rerum lo-
 quitur, non de curatore certę rei.

9 ¶ Quinto curator certę rei, etiam à leviori-
 bus observationibus curatoribus iniunctis im-
 munis est, nā nō tenetur cōficere inventariū,
 ut notat Specul. tit. de instrumento editio-
 nē. §. nunc vero num. 44. Bar. in l. tutor qui re-
 portorium. col. 1. nu. 4. ff. de admi. tuto. & in
 l. si hæreditas. col. 1. ff. cod. tit. Salic. in l. si. C.
 de tuto. vel cura. qui satis non ded. Bal. con-
 sil. 146. lib. 1. *Molin. consuet. Paris. tit. 1. §.*
6. glo. 6. verb. vendit. nu. 1. 2.

10 ¶ Præterea non tenetur iurare utilia facere,
 & inutilia prætermittere, autore Grato con-
 sil. 156. nu. 3. lib. 2. licet Alex. cōs. 103. nu. 2.
 lib. 5. scribit, q̄ debet cavere, & defensionem
 promittere, citat l. mulier. & ibi Bal. & Do-
 ctōres. C. de iure doti. Denique cū hæc lex tu-
 telarem laborem (qui universalis est) respec-
 xerit, non debet extendi ad laborem, & curā
 unius rei, nam uti à nobis est dictū, maior la-
 bor (etiam respectu unus cuiusq; rei) est plu-
 ra administrare, quam solam unam rē; præ-
 fertim, quod curator datus uni rei, intelligen-
 tur, id est, uni actui; ille autem citissimē ab-
 solvitur. Neque de his tutoribus, & curato-
 ribus aliter sentiendū, quam de his, qui no-
 men tantum curatorū habent, labore autem
 vacāt, quibus decimā dandam nō esse: docui
 capite de honorario tutore.

11 ¶ Si tamen tutor nō esset datus unius rei, sed
 rebus sitis in una civitate, vel regione, &
 præcūtdubio fructus earū rerum decimabit,
 nā verus tutor est, & quoad eas res cōtutor:
 tutor est, ut in l. propter litē. §. 1. ff. de excu-
 sat. tuto. Et hæc res iudicanda, veluti cū tuto-
 res, dividunt inter se rerū administrationē,
 nā quisque suę partis decimam deducit, uti
 latē docui supra capite De pluribus tutoribus.

12 ¶ Ex his apparet curatori ad litem, non esse
 dandam decimam, nā licet curator simplici-
 ter datus ad litem teneatur agere, & defen-

dere tam in presentibus, quam in futuris li-
 tibus, ut in l. qui habet. §. si pupillus. ubi no-
 tant Dinus, Iacobus, Bar. Bald. & Albe. ff. de
 tutel. Oldral. consil. 59. Ioan. Andr. c. fi. de iu-
 di. in. 6. Specul. titulo de actore ab universi-
 tate, nu. 7. tamen re vera non habet admini-
 strationem rerum pupilli. Quinimò, neq; so-
 lutionem recipere potest, ut latē per Alexā.
 in l. non solum. ff. solu. mati. textus in l. hoc
 iure. & ibi Bar. ff. de solu. Neq; petere senten-
 tiam executioni mandari. l. si procurator. §.
 1. in fi. ff. de procura. latē Bar. l. hoc iure. ff. de
 solutio. latē Rodericus in repetitione. l. post
 rem. in tertia quæstione, incipiente, quia su-
 pra visum est, col. 1. & 2. ff. de re iudica.

13 ¶ Secundo probatur, quoniā litigare, est mi-
 nima particula laborum tutoris, decima ergo
 quæ datur tutori ob innumeros labores, non
 est dāda ei qui tantominus laboris sustinet,
 præmium enim debet esse par labori, ut latē
 docui. cap. 2. nu. 27.

14 ¶ Tertio curator ad litem æquiparatur pro-
 curatori, autore Bar. l. cū semel. ff. de tutel.

15 ¶ Quarto facit, quod admin. stans partē tu-
 telæ, nom mæretur præmium eius partis, q̄
 tamen intelligendum iuxta dicta supra ca-
 pite De malo tutore.

16 ¶ Quinto curator ad litem, non tenetur con-
 ficere inventarium, saltem de consuetudine,
 quoniam nihil recipit, ita Specul. tit. de acto-
 re. nu. 8. & ibi Bal. in additione: Iacobus, Gui-
 do, Albe. Faber. Bald. & Salicet. post glosam
 in l. de creationibus. C. de Episc. audi. Din.
 & Bar. in l. si hæreditas. in fine principij. ff.
 de testam. tutel. Bart. in l. tutor qui reperto-
 riū. col. 1. ff. de admi. tuto. Bar. l. 1. nu. 5. & ibi
 Alb. ff. de cura. bon. dādo. & in l. si ad species.
 ff. rē pupil. salu. fore. Bal. l. nulli. nu. 1. C. de
 Episcopis, & clericis. A ffliet. decis. 247. Iaco-
 binus. l. sed si tamen, num. 2. ff. de pact. Bal. in
 l. qui habet. §. si pupillus. ff. de tutel. Præticus
 Papien. in libello ad reddend. rat. tut. col. 1.

17 ¶ Sexto nō datur in vitus, neq; cogitur acce-
 ptare, autore Iacobo Arena, & Barr. in l. qui
 habet. §. si pupillus. per textum ibi. ff. de tu-
 tel. Bal. in l. quæ fortuitis. nu. 16. C. de pign.
 actione. Alexand. Bald. & Salicet. in l. tutori.
 C. de negot. gestis. Alexand. consil. 122. libr.
 1. & consil. 85. lib. 2. De qua re, quoniā Do-
 ctōres variant, vide Albe. in Rubrica. C. de
 in litem iurand. Guido. q. 72. Faber. §. item
 in vitu. Institus. de curato. Marcus Mantua
 singulari. §. 82. Specul. in tractatu de curato.
 §. cum autem. ver. sed nūquid in vitus, & ibi
 Ioan. Andr. in additione. ver. specialē Angel.
 in l.

in. l. 2. §. queritur. ff. de cura. bon. Jan. Bart. l. eandem. q. 6. ver. secundo casu. ff. de duobus reis. Molin. confuet. Paris. tit. 10. r. §. 6. glof. 6. verbo reddere. num. 11

18 **E**x his liquet, quod curator ad litem, non solum est liber ab immodicis tutoris laboribus, verum etiam ab observationibus tutelaribus, quæ solemnitatem respiciunt. Neque obstat, quod eius bona sunt ex dispositione legis obligata, sicut bona tutoris, ut notant Alex. & Iaf. in l. properandum. §. si. coi. ff. C. de iudi. quoniã decima non datur pro hypotheca, sed pro labore, eoq; nõ vulgari, sed tutelari: ab hoc autem labore, immunis est curator, ad litē, ergo decimam petere nõ debet.

19 **I**llud addendum, qd curator ad litē, quandoque revocari potest, licet secus in tutore, ita Bar. & Albe. in l. si quis eū. §. Iulianus. ff. de procura. l. curatorem. C. qui dari tuto. post. Albe. in Rub. ff. de procura. nu. 5. Et an debeat satisficere, Afflit. deci. 247. & vide Albe. & Bar. in l. et si ad species. ff. rē pup. fal. fo re. Et an creditor, vel debitor, possit esse curator ad litem, vide Albe. in l. minoris. C. qui dari tuto. post.

20 **E**t an detur non petenti, vide Ripa. l. 4. §. hoc autem, nu. 4. ff. de dam. infecto. Afflit. deci. 262. nu. 5. & quandiu duret, vide Specul. tit. de actore. ver. quid si filius, & versio, sed si dubitat, num. 26. & versio, qui si nullo modo. Et an iuret ad litem, si non habet speciale mandatum, Bal. conf. 277. lib. 5.

S V M M A

1 **T**utor administrans post pubertatem pupilli, an lucretur decimam.

2 **T**utor administrans post pubertatem, non est tutor, sed protutor.

3 Tutor ipso iure constituitur in mori.

4 Tutor administrans post pubertatem, an sit obligatus de periculo tutelæ.

5 Liberatio à reddenda ratione, non prodest in administratis post pubertatem.

6 Tutor post pubertatem administrans connexa, an lucretur decimam.

7 Tutelæ actio, in connexis durat post pubertatem.

9 Tutor, quando teneatur connexa administrare.

10 Magistratui administranti finito officio, an dandum salarium.

11 Tutor restituens omnem rem, nullis deductis fructibus, an anitit decimam.

13 Tutor promittens rem integram, cum omnibus fructibus restituere, an possit deducere decimam cum sequent.

22 Tutor lucrans cum pecunia pupilli, an debeat id capere pro decima.

23 Tutor habitans in domo pupilli, an aliquid debeat solvere.

26 Tutor, an hodie cõsecatur ditatus cū pecunia pupilli.

¶ An tutor administrans post pubertatem possit deducere decimam, & quid si promisit omnia bona integrè restituere, an nihilominus possit deducere decimam, & an pupillus possit dare tutori pro decima, id quod cum eius pecunia in casu permissio lucratus est, vel quod in eius domo habitavit. Capit. XVIII.

1 **P**raterea occurrit quæstio, quid si tutor, vel curator, minore, pubertatē, & vigesimum quintū ætatis annū egresso, perseveret in administratione, an possit deducere decimam, non obstante, qd tutela finita est pubertate, & cura anno vigesimo quinto? Et distinguendum est, aut enim administratio in qua tutor perseverat, est administratio rei, non connexa pristinæ administrationi, sed prorsus separate, & certè à die quo tutela, vel cura finita fuit, decimam non consequetur.

2 **E**t Primò, quoniam iam non est tutor, sed pro tutor. l. 1. §. cum eo. ff. de eo qui pro tuto. hæc autem lex de tutore loquitur, protutori non est danda decima, ut statim dicam capite. 20. Secundo, quoniam tutor, qui post pupilli pubertatem administrat, tanquam tutor, committit crimen falsi, ut in l. 1. §. tutor. ff. ad leg. Cornel. de fals. docet Anania in c. si. de crimin. fals. Cum ergo crimen committat, puniendus est non præmio afficiendus, & iniquum est, ut ex delicto præmium consequatur. c. cū nõ deceat. de elect. in 6. & iã supra cap. de malo tutore docui ei decimam dandam, non esse. notant Bart. Bal. & Albe. in l. quid autē. ff. de excusa. tut. Bar. l. Ma. vi. o. ff. de annu. lega. Bal. l. una in fine. C. de suffra.

3 **H**is accedit, qd tutor non restituens bona statim adveniēte pubertate, constituitur in mora ipso iure, abique interpellatione, ut scribit Paul. in l. si posteaquam. ff. rem pupil. salvā fore. textus in l. in minorū. C. in quib. cau. in

De decima Tutori

integ. restit. non est necessa. Imol. consil. 75. Soc. consil. 92. nu. 17. lib. 4. glos. & Doctores communiter in Clement. quia contingit de religio domib. A die autem more non debet lucrari fructus. l. cum res. & ibi Bar. Alex. & Iaf. ff. de leg. 1.

4 ¶ Postremo hæc opinio probatur, quoniam tutor pupillaria bona administrans, post pubertatem, si ve id faciat per errorem, credens tutelam non finitã, si ve scienter, non est obligatus de periculo administrationis. l. tutores qui post finẽ tutelæ. ff. de admi. tuto. & ibi notant Doctores.

5 ¶ Quod confirmatur, quoniam liberatio à reddenda ratione relicta tutori, non operatur quoad administrat finita tutela, autore Anchar. consilio. 118. col. 2. versic. circa primum dubium. Segura, in repet. l. si ex legati causa. de verb. obligat. col. 18. versic. 3. circa prædicta est notandum. Sic ergo decima quæ datur tutori, non dabitur pro administratis finita tutela.

6 ¶ Si tamen post pubertatem administrat res pristinae administrationi connexas, æquissimum est, ei dare decimam.

7 ¶ Primo, quoniam hoc casu, non minus, obnoxius est, quam durante tutela, neq; minus ad eam pertinet periculum administrationis, glosa in l. tutores qui. ff. de admi. tuto. l. tres tutores. ff. co. titulo. Bal. Paul. & Alex. in l. tutori. C. de negot. gest. Alber. in Rub. C. ut causæ post puber. adsit tutor. & in l. 1. ff. de fidei iussor. Abb. in c. ex parte. M. cl. 2. col. 2. de appellat. Fulg. consil. 182. col. 1. vers. nam videmus. decisio Delphinalis nova. 455.

8 ¶ Denique sufficit. l. tutor post pubertatem. ff. de tutel. & ratio. distrahẽ. ubi Iurisconsultus inquit, pristinam tutelæ actionem in cõnexus durare. Sic officio finito litem ceptam, tutor exercere cogitur, autore Imola. l. si. nu. 14. ff. de appell. Ang. in §. tutores. nu. 4. Instit. de obli. quæ ex quasi contractu. Quinimò, si tutor appellavit eius hæres, cogitur prosequi appellationem, donec reddat rationem. l. si tutor. & ibi Alber. ff. de appell.

9 ¶ Meminisse tamen oportet, tutorem obligatum esse connexa administrare, si modo nõ sit facta translatio administrationis, in curatorem. l. si sine. §. fin. ff. de admi. tuto. & ibi Bart. idem Bart. l. creditor. §. substituti. ff. de appellat. glosa, & Salic. in l. tutor post pubertatem. C. arbi. tutel. Bal. in l. patris. C. de per. tuto. Cui autem incumbat onus probandi tutorem, ultra tempus pubertatis administrasse, vide Corne. consil. 255. lib. 1.

10 ¶ Et quòd administranti connexa finita tutela, sit danda decima, nisi unam solam rem administrat (nam tunc, neque vero tutori datur, ut dixi. c. 17.) probatur, nõ potestas debet exercere iurisdictionem, etiam post finitum officium, usque in adventum successoris. l. meminisse. ff. de offi. Procõf. l. cum qui. ff. de iurisd. omn. iudi. tamen pro tẽpore quo administrat finito officio, debet consuetũ salarium accipere, ut in Auth. de admi. §. illud. Roma. sing. 395. & in l. diẽ functo. ff. de offi. assesso. Nam hoc necessario facere tenetur, si cut tutor administrare connexa, quòd si nõ sint connexa, tutor non tenetur, dummodo admoncat minorem, ut petat curatorem, ut dixi cap. 2.

¶ Quid autem si tutor finita tutela, vel cura, omnia bona restituit pupillo, cum fructibus nulla parte deducta, ratione decimæ, quæro, an possit postea decimã petere? Et quidem, si scienter omnes fructus restituit, non potest decimam postea petere, ut efficaciter videtur probari. in l. hæres cum debuerat. ff. ad Trebel. ubi si hæres fideicommissum restituat, non retenta quarta Trebelianica, non potest postea eam petere, si modo id scienter fecit, Verba legis hæc sunt: *Hæres cum debuerat quartam retinere, totam hereditatem restituit, similem eum esse, Aristo ait, illis, qui retentiones, quas habent omittunt, sed posse eum rerum hereditariarum portionem repetere, vel nancisci, nisi sciens restituit.* idem probatur in l. error. C. ad legem Falci. ¶ Quod si non probaretur, tutor è scienter restituisse, repetitioni locus esset, ut apte probatur in d. l. cõ hæres. & cõprobatur, quoniam si vir restituit totam dotem, nulla facta deductione necessariorum impensarum, potest eas repetere, quasi solvẽs indebitum. l. quod dicitur. §. penul. ff. de impen. in rebus dotalib. fact. scribit Novel. de dote. 3. par. nu. 21. Camp. eodem tract. q. 13.

11 ¶ Sic glosa in l. cõ de indebito. in verb. *ignorantia*. ff. de probat. scribit, q̄ eo ipso, q̄ probatur aliquid indebitè solutum, præsumitur solutum per errorẽ, & repetitioni locus est, etiã si fuerit error in factõ proprio, & opinio glosæ, est cõmuniter recepta, autore Alexand. consil. 164. lib. 5. nu. 3. col. 2.

12 ¶ Ultimo facit, quod in specie scribit Alex. in d. consil. (scilicet) quòd si tutori competat jus retinendi reliqua, & finita tutela ea tradat pupillo, q̄ nihilominus potest ea repetere, & retinere; Cũ ergo possit retinere decimã, certè si eã non retinuit, repetere poterit: Deinde facit, q̄ ibi scribit Alexã. quod licet tutor

tutor promittat reddere integram rationem, non idem minus potest deducere lucrum sibi competens.

- 13 ¶ Quid tamen si tutor tempore quo suscipit tutelam, promittit integrè restituere pupillo omnem rem, cum omnibus fructibus, quæro, an hoc casu possit deducere decimam. Videtur quod non possit, qui enim totum dicit nihil excludi. l. Iulianus, ff. de leg. 3. c. solite. de maio. & obedi. l. pediculis. §. Labco. ff. de aur. & argen. lega.
- 14 ¶ Secundo probatur, quoniam si ex statuto deferatur marito lucrum tertie partis dotis, amittit eam, si promiserit totam dotem soluto matrimonio restituere; ita docet Rayne. Alexand. & Ias. in. l. post dotem. ff. solu. matrimo. Imola in. l. si patronus. ff. de donat. Bal. in. l. si. C. ad leg. Falcid. & est communis autore Alexand. consil. 5. col. fin. num. 15. lib. 3. & consil. 133. col. 1. in fine. libro. 5. Deci. consil. 193. col. 2. Pu. pu. in. l. 1. numero. 130. C. de summa Trinit. & si de Catho. Boeri. decisione. 244. num. 8. & Hippol. singulari. 687. verbo *integre*. Gozadin. consil. 59. nu. 14. qui citat Bald. in. l. q. nomine. ff. de condit. indebi.
- 15 ¶ Sic, si testator iusserit totam suam hæreditatem, ad quempiam per venire, impeditur detractio Trebelianicæ, autore Bartol. in. l. Centurio. col. 7. vers. quid dicemus. ff. de vulg. & pupil. & ibi Alex. Ias. & Aret. & est communis autore Alex. consil. 5. col. fin. lib. 3. Marian. consil. 14. col. fin. Alex. consil. 201. num. 6. libr. 6. Corsetus in tractatu de potestate, & excellentia Regis. q. 73. in secundo dubio.
- 16 ¶ Equidè nisi tutor destinato animi consilio, sciens prudensque ea mente promiserit, rem restituere cum omnibus fructibus, ut ipse suam partem amitteret, non censeo eum ex generali verborum cautione privandum decima.
- 17 ¶ Moveor primo, quoniam verba sunt civiliter intelligenda. l. si. ff. ad exhib. Hæc autem verba apposita videntur ex more, & ut obligatio tutoris magis difertè, & efficaciori modo sit expressa, non vero, ut privetur decima, laboris præmio.
- 18 ¶ Secundo moveor, quoniam illa verba promitto rem cum omnibus fructibus restituere, intelligenda sunt, cum omnibus fructibus pertinentibus ad pupillum, & cum intellecta congruum, & prudentem habeant sensum, non oportet rem ad iniquitatem superstitiosa interpretatione adducere; non enim præ-

sumitur donatio, neque quemquam velle iactare suum. l. cum de indebito. ff. de probation.

- 19 ¶ Tertio moveor ex. l. qui totam ff. ad Trebel. ubi licet quis iubeatur totam hæreditatem restituere, nihilominus potest deducere Trebelianicam; quæ equior, & sanior opinio esse videtur, & eam probat Roman. consil. 32. in fine. Socin. consil. 14. col. fin. libro. 1. Alber. in. l. raptores, nu. 3. C. de Episcop. & cleri. Bal. & Sali. in. l. 1. C. de fruct. & liti expen. Ias. consil. 84. col. 9. lib. 1. Neque obstat, quod Alex. respondet consil. 5. col. fin. lib. 3. quod ideo ita disponitur in. l. qui totam, quoniam iure digestorum non licebat Trebelianicam prohibere. Quoniam, illa lex hoc videtur probare, ex mente, non ex iuris necessitate. Et alia iuris loca adducit Roman. dicto consilio. 32. Quis enim præsumat verbum *Restitue totum*, comprehendere id quod hæredis est, atque ideo alienum.
- 20 ¶ Tertio moveor, quoniam decima datur ratione laboris, & quoniam in tutela administratione tutor expendit tempus, remque suam fortassis deserit, & alibi collocat industriam, de iure autem, etiam si quis iubeatur restituere fructus integros, nihilominus potest deducere expensas factas in eis colligendis autore Bald. & Sali. l. 1. col. 2. C. de fructib. & liti expen. Aretin. l. divortio. §. si. col. 2. vers. sic. pro intellectu. ff. soluto matrimonio. Aretinus, & Alexandrin. in. l. fructus. ff. soluto matrimonio. citant. l. divortio. ff. eodem titulo. ubi lex loquitur de fructibus integris, & tamen intelligitur deductis expensis, & probat Tiraque. de retractu. libro. 1. §. is. glosa. num. 8. Corne. consil. 289. col. fin. vers. sic. non obstat. lib. 1.
- 21 ¶ Quarto moveor, quoniam maritus, cui ex statuto deferatur lucrum tertie partis dotis, deducit illud etiam si promiserit dotem integram restituere, nisi id sciens fecerit, ita Deci. consil. 402. nu. 6. vers. 1. non obstat. Cremetis singulari. 25. incip. statuto cavetur. Bal. in. l. fin. vers. & est argumentum. C. ad leg. Falcid. Angel. in. l. dampni. §. cum parlem, & ibi Roma. & Imola. ff. de damn. infecto. Deci. consilio. 193. col. 2. Paul. consil. 233. incip. pro pleniori responsione. vers. sculo secundo, videndum est. Barba. consilio. 24. col. 3. libro. 1. Et licet ista opinio non careat aliquo scrupulo, tamen in nostro casu, res videtur manifestior,

De decima Tutori

cum decima detur, ut tutor habeat unde vivere possit, neque dānūm patiatur ex administratione tutelæ, quare non videtur voluisse carere subsidio vitæ. Sed illa verba promitto restituere rem cum omnibus fructibus, vel cum integris fructibus, intelliguntur pupilli, & ex more credam apposita, vt efficacius, & plenioribus verbis cautum sit pupillo, quod tabelliones libentè faciunt, plenis, & significantibus verbis rem ad stipulantes. Itaque scientèr destinatoque animi cōsilio illa verba apposita necesse est probare.

- 22 ¶ Nunc vltimam quæstionis partem excutiamus. Quid si tutor in casu licito, & à iure permisso, usus est pupillari pecunia, & cum ea uberimum lucrum fecit, an minor cum de decima agitur, possit id lucrum dare pro decima. Supponendum autem, quòd tutor qui palàm, & bona fide utitur pecunia pupilli otiosa, nihil aduersus legem facit, teneturque legitimas usuras (hoc est besles) pendere, ut in l. quotiens. §. tantūdem. ff. de admi. tuto.
- 23 ¶ Quid ergo si tutor cum pecunia pupilli emit possessiones magni redditus, puta, cū mille aureis pupillaribus emit possessionē nunc pendentem, quotannis aureos dūcentes, vel venditoris stultitia, vel temporis lapsu, qui rerum precio magnum dat incrementum, ut est testis, hæc civitas Granatensis clementis cœli læta serenitate, amænissimi agri pulchritudine, & perennium fontium scaturigine prorsus mirabilis, in qua quæ lit's septuaginta annis, quæ à Mauris virtutē Ferdinandi Regis est recepta, eos opulentiæ processus fecit, ut qui emendis possessionibus primis statim annis aureos mille collocarunt, dūb's habeant annuos aureos mille. Ergo si tutor pupillari pecunia magnoperè rem suam auxit, & quum est, ut pupillo etiam id lucrum proficit, videtur enim ex bonis pupilli ea accēpisse. l. si quis obligatione. ff. de reg. iur. l. si mulier. ff. de condi. ob. caus.
- 24 ¶ Ideò pupillus, rem cum sua pecunia emptam à tutore, poterit si hoc mallit, sibi capere, & lucrum si ita placeat tutori pro decima pro concurrenti quantitate dare. Est enim in eius arbitrio, vel rem emptam capere, vel capere pecuniam cum usuris legitimis, ita probatur in l. fcurator. C. arbit. tutel. & ibi notant omnes Dōctores, & in l. si ut proponis. C. de rei vñd. & in l. tutor qui reperiū. §. si post. ff. de admi.

tutor. Dummodo omnes possessiones capiat, non enim est audiendus, si pro parte velit suam pecuniam, & pro parte possessiones emptas, ut in l. cum queritur. & in l. tutor. §. si post. ff. de admi. tuto.

- 25 ¶ Quid autem si tutor habitavit in domo, in qua ipse pupillus habitat, an id considerato valore sit ei in decimam imputandum. Ita videtur, nam habitans domum dicitur fructus percipere. l. si is qui bona. §. si antiphona. ff. de pignorib. l. apud Iulianum. §. i. ff. de legat. 1. l. prædiorum. ff. de usur. Cassan. in consuetudinib. Burgun. Rubrica. 4. §. 17. verbo *et faire*, num. 14. Sed contra sentit Bald. in l. i. §. si pupillis. ff. de tutel. & ratio. distrahent. Boeri. in consuetudinib. Burgund. Bituricensi. titulo de iure perso. §. 11. versic. quamobrem, col. 2. qui scribunt, q̄ cū tutor debeat bonis moribus formare pupillum, debet habitare in domo sua, & nihil solvere pro conductio- ne; hoc probare, si minor dives esset, & nobilis.
- 26 ¶ Notandū tamen, q̄ tutor etiam si tēpore susceptę tutelæ, fuerit pauper, & post reperiatur dives, non præsumitur ditatus ex re pupilli, sed ex sua industria. l. si defunctus. C. arbit. tutel. & ibi Faber. Bal. Ang. & Salic. Bal. Ang. Paul. & Salic. in l. si patruus. C. commu. utri. iudicij. Cremon. inter consilia. Alexā. conf. 62. col. fin. lib. 4. Abb. & Barba. in c. 1. de pecu. cleric. Segura, in rep. l. si ex legati causa, versiculo pro expeditio- ne. ff. de verb. obli. qui, & Cremon. d. consil. 62. lib. 4. loquuntur in matre tutrice, quod est magis notandum, quoniam parva, & ferè inutilis est fœminę industria, Abb. cōsilio. 36. lib. 2. Bolognin. in l. etiam. C. de donat. inter vir. & uxor. in primis interpretationibus. Aretin. consil. 31. incip. in Christi nomine amen, considerata diligenter, ubi latè dicit, an tutor videatur ditatus ex tutela.
- 27 ¶ Reperio tamen, q̄ Boer. in consuet. Bituricensibus, titulo de cōsuetudine iuris status personarū. §. 11. verb. *les fait*, col. 2. scribit, quòd cum iure Gallico, tutor lucretur fructus, tutor pauper qui reperitur dives, præsumitur ditatus ex fructibus rei pupilli. Ego Boerio, libentè assentior; nam tutor præsumitur ditatus ex industria sua, & lex Gallica dat tutori nobiliū fructus propter industriam, & administrationem, non tamen præsumam eum ditatum ex sola tutela, nā ex dispositione
Juris

Juris Civilis, tutor nil lucratur ratione administrationis, tutela etsi reperitur repente dives, præsumitur ex sua industria, non ex tutela ditatus, ergo non quod iure nostro tutela utilis sit, ideo præsumetur inde ditatus supra quantitatem decimæ, sed pro ea tantum, reliqua tutoris industriæ, & fortuna felicitati tribuendum.

S V M M A .

- 1 **C**oadiutori, an danda decima.
- 2 **I**nhabilis, non debet succedere in Ducata, vel Comitatu, & 3. cum seq. & 6.
- 7 **C**oadiutori Regis, an danda decima, & quid in coadiutore Ducis, nu. 14. cum sequentibus.
- 8 **C**oadiutor, & tutor æquiparantur. Coadiutor debet facere inventarium.
- 9 **C**oadiutor habet plenam, & liberam administrationem.
- 10 **C**oadiutori de iure Communi datur salarium.
- 11 **C**oadiutor censetur curator.
- 12 **C**oadiutor Episcopi, quid possit, & nu. 13.
- 16 **C**oadiutor quis esse possit.
- 17 **E**xecutori testamenti, an danda decima.
- 18 **E**xecutor testamenti, non datur invitus.
- 19 **E**xecutor testamenti, an habeat potestatem quam tutor.
- 23 **E**xecutor testamenti tenetur reddere rationem, & facere inventarium. Et an debeat satisfacere. nu. 24.

An coadiutor, qui datur Principi, vel Duci majori viginti-quinque annis, vel coadiutor qui datur Episcopo, possit deducere decimam. Et quid sentiendum de executore testamenti. Cap. XIX.

- 1 **Q**uæro deinde, an coadiutori dato Principi Duci, vel Comiti, vel Episcopo, ob mentis, vel corporis infirmitatem, sit danda decima, sicuti tutori.
- 2 **S**upponendum, quod licet Princeps Dux, vel Comes inhabilis, non debeat succedere in Regno Ducatu vel Comitatu; neque in cæteris Regijs dignitatibus, id verum si à nativitate est inhabilis, put à furiosus, mutus, & surdus, si tamē habilis nasceretur, & post fieret inhabilis non est privandus Regno; sed administrat per curatorem, & ita debet intelligi dispositio. c. grandi. de supplen. ne-

glig. præla. lib. 6. Ita Bald. in c. 1. in fine de success. f. v. di. versic. quæro consuetudo dicitur ubi liuius rei assignat rationem, scilicet, quod si nascitur habilis, ius in eius persona rad: catur, secus si nascitur inhabilis. Idem probat ibi Laudensis, Alvarotus, cap. mutus versiculo quæro, quid si statutum titulo de Episcopo vel Abbate, & ibi Cardinalis Alexandrinus, Laudensis in tractatu de primogenitura, col. pen. versic. rursus quærendum est, & in tractatu de Principibus. q. 37 1. Aret. in l. ex duobus, col. 2. ff. de vulg. & pupil. Socin. consi. 47. in princ. lib. 3. Lupus in cap. per vestras. §. 26. col. 3. de donatio. inter virū, & uxor. in parvis. Iacobinus in tractatu fœudorum. col. 3. versic. sed quid si primogenitus. Rodericus in repetitione. l. quoniam in prioribus, undecima limitatione in quæst. ducatus Valentini. Montalvus in l. 1. tit. De la guarda de los hijos del Rey, lib. 1. Fori Ti. aquel. de primogenijs. q. 23. Molineus in consuetudinibus Parisi. tit. 1. §. 8. glof. 1. in. 2. quæst. versiculo quare hæc glof. in l. 2. tit. 15. part. 2.

- 3 **E**t quod primogenitus à nativitate inhabilis, non debeat succedere, probatur in l. 2. tit. 15. part. 2. ibi. Seyendo ome par. c. ello: lex enim generalitèr loquens restringitur de habilitate, & habilibus censetur scripta. l. Lucius Titius. §. Lucius Titius Damam. ff. de leg. 2. Bald. in specie in l. omnes populi. col. 9. versic. est ergo aliud exemplum. ff. de iusti. & iure. Corne. consi. 42. col. 2. versic. & propterea. littera G. lib. 4. Ioan. Baptist. in repet. l. omnes populi, nu. 204. ff. de iusti. & iure. Zafi. in tractatu fœudorum. part. 8. num. 67. Iacobin. de fœudis, num. 7. versic. quid si primogenitus. Boerius decisi. 204. nu. 34.
- 4 **Q**uod confirmatur ex l. 1. 2. tit. 2. part. 2. ubi probatur, Reges creasse Duces, & Comites, ut vassallis facerent iustitiam, sicuti Rex tenetur facere suis, hoc autem inhabilis à natura, facere non potest. Præsertim quod Duces, Reges, & Comites, debent iudicio præcellere sicuti dictione, ut in principio tit. 2. part. 2. l. 6. tit. 9. part. 2.
- 5 **I**llud nunc sufficit, quod Regi, Duci, vel Marchioni, à nativitate inhabili, auferatur Regnum, & Ducatus, si tamen non à nativitate, sed ex accidenti inhabilis factus sit, datur ei curator. Et si Episcopus corporis, vel ingenij morbo gravetur datur ei coadiutor.
- 6 **S**ed an eis danda decima, & quidem curatoris Regis nūquā dabo decimam, ex rationibus late productis supra capite de tutore Regis, unde

De decima Tutori

unde lector (si quis fortè hæc nostra leget) hauriat si quid desiderat.

7 Quid autem in coadiutore Ducis, vel Comitum, nam de curatore vero, non est dubiū quin possit habere decimam.

8 ¶ Videtur coadiutori Ducis, vel Episcopi, dandam decimam. Primò, quoniam tutores, & coadiutores æquiparantur, & disposita in uno extenduntur ad alium, ut notat Abb. in. c. si. de clerico. xgrotan. unde coadiutor tenetur facere inventarium, ad similitudinem tutoris, & satisficere, sicut tutor satisficit, autore Innocen. in. cap. grãdi. col. si. de supplen. negli. prãla. lib. 6.

9 ¶ Secundo probatur, quoniam coadiutor habet liberam, generalemque administrationem, sicuti tutor, & curator, ut in. d. c. grandi. & ibi notant Innocen. Imol. Domi. Ancl. & Fran. Unde omnes redditus, obventiones, fructus, & reliqua pertinentia ad eum cui datur coadiutor distribuit, teneturque id commodè, & prudentè facere, sicuti tutor minoris. ut in. d. cap. grãdi. notant Anchar. & Corset. Abb. in. c. de rectoribus. col. 2. de cleri. xgrot. Cum ergo coadiutor, tantam habeat potestatem quantum tutor, sequitur, quòd tantumdem laboris sustinebit, quo enim maior est potestas, maior est labor, cum debeat reddere rationem potestatis sibi datæ. Et in coadiutore scribunt Ioan. Andræ. Archidia. & Fran. in. c. is cui. de electio. libro sexto. Cum ergo tantum laboris sustineat quantum tutor, par debet esse administrationis præmium.

10 ¶ Tertiò hæc opinio efficaci ratione probatur, nam de Iure Communi, quòd tutor nihil aufert pro administratione, ut dixi. c. 1. col. 1. constitutum est, ut coadiutori datur salarium, ut notat Innocen. Imol. Domi. Franc. & Corset. col. 24. in. d. c. grandi. ubi dicit Corsetus in hoc differre tutorè, & coadiutorem: quòd tutori de Iure Communi non datur salarium, coadiutori vero datur, ut probatur in cap. 1. §. 2. de cleri. xgrot. lib. 6. Abb. in. c. de rectoribus. de cleri. xgrotan. Cum ergo eo tempore quo nihil dabatur tutori, daretur salarium coadiutori, multo magis hodie quo decima datur tutori, dabitur etiam coadiutori.

11 ¶ Postremò comprobatur, ex Innocen. in. c. grãdi. ubi notat, quòd coadiutor, verè est curator, imò habet quiddam magis laboriosum, (scilicet) quòd cura finitur anno vigesimo quinto, coadiutoris autem officium, non

finitur, nisi cum morte, ut notant Barto. & Bal. in. l. quæ situm. ff. de tutel.

12 ¶ Ultimo coadiutor datus Episcopo, omnia potest quæ Episcopus, præter alienandi potestatem; ita Ioan. Andr. & Antonius in. c. si. de cleric. xgrotan. Cassa. in consuet. Burgundic. Rub. 1. §. 4. verb. & sur. nu. 26. Bartolom. Bellencin. de charitativo subsidio. q. 17.

13 ¶ Contraria tamen sententia, fortissima ratione nititur (scilicet) quòd coadiutor nihil potest facere, absque consensu eius cui coadiutor datur, ita docuit Abb. in. c. de rectoribus. col. 2. de cleri. xgrot. Oldral. cõf. 44. col. 2. Lap. Ancl. & Frã. in. c. 1. §. si. col. 2. de cleri. xgro. libr. 6. Quinimò non defunt qui dicant, ipsum cui coadiutor datur, administrare omnia per se non posse, sed cum consensu coadiutoris. Ergo cum coadiutor, non sustineat totum laborem, sicut tutor, non debet habere præmium tutoris.

14 ¶ Quid verius? mihi distinctio placet. Aut enim decima æquivalet expensis coadiutoris, aut excedit expensas coadiutoris, & ministrorum. Primo casu coadiutor decimam habebit. Nam etiam de Iure Communi expensæ præstandæ sunt coadiutori, & suis, ut in. d. c. grandi. notant Ioannes Andr. Archidia. Imola, Domin. & Fran. Abb. in. d. c. de rectoribus. de cleri. xgrotan. Domin. & Fran. in. c. 1. de cleric. xgrotan. lib. 6. Ex quo sequitur, quòd si decima est minor expensis, dabitur ei supra decimam. Si tamen decima excedit expensas, & tunc distingue. Aut enim coadiutor datur propter animi morbum, talem, ut impediatur omnem rationis usum, & negotiorum administrationem, & tunc coadiutori dabitur decima, quoniam verè curator est, cum plena, & libera administrandi potestate, ut notat Innoc. d. c. grandi. & præcipue Corsetus ibi, in repetit. col. si. Abb. in. d. c. de rectoribus. col. 2.

15 ¶ Si tamen daretur coadiutori Episcopo, vel Duci, propter morbum corporis, non elidentem iudicij vim, nec rationis usum, & hoc casu coadiutori decimam non præstabo, quoniam strictam limitatamque habet potestatem, autore Oldral. d. cõf. 44. col. 2. Et ita sunt intelligenda producta, in favorem partis negativæ. Plerumque enim datur coadiutor propter occupationes, vel ut inspiciat quam rectè occupationes, vel iniunctam sustineat. Neque oportet legem correctoriam loquentem in tutoribus, &

curateq

curato ribus minorum, extendere ad coadiutorem eius, qui mentis vi. vallet, tantum morbo, vel negotijs impeditur.

16 **¶** Illud addendum, q̄ qui potest tutor esse, potest esse coadiutor, ut scribit Abbas in cap. si. de cleri. ægro. & q̄ Duci dat coadiutorem Rex, petentibus vassallis. Regi autē, Romanus Pontifex: ita Innocen. Domin. & Franc. in dict. cap. grandi.

17 **¶** Sed quid sentiendum de executore testamenti, an danda ei decima. Videtur non dandam, ex textu in. l. si quis pro redēptione. C. de donat. & ibi notat Bald. Melior textus in. l. si quis ad declinandam. C. de Episcopo. & cleri. ubi postquam lex dicit Episcopum esse executorem subiungit: *Nulla pœnitus ex hoc lucro, vel Episcopo, vel ecclesie relinquendo.* Idem probatur in. l. 5. tit. 1. o. part. 6. cuius verba sunt: *Y tambien el Obispo que esto oviesse de fazer, y los escrivanos que escribieren alguna cosa, non deven tomar por razón del trabajo que lievan en esto cosa alguna.*

18 **¶** Deinde executor testamenti, differt à tutore, neq; tantum laboris subit: non enim datur invitus, ut scribit Abb. & cōmuniter Doctores, in cap. Ioannes. de testamē. (quos lector videat) & est communis autore Alexand. in. l. 1. num. 4. ff. de leg. 2.

19 **¶** Præterea non est verum, tutorem, & executorem similem habere administrandi potestatem, uti notat Bald. in. l. id quod pauperibus. C. de Episc. & cleri. Bar. l. alio. col. 2. ff. de alim. & ciba. lega. Alexan. & Ias. in. l. si sic. ff. de leg. 1. Cum ergo dissimiles sint in administratione, dissimile erit laboris præmium, debet enim præmium esse par labori: ut docui, cap. 2. num. 27.

20 **¶** Contraria tamen sentētia Iure Regio venior est. Primo ex. l. 4. tit. 2. lib. 5. Ordina. cuius verba sunt: *Todo hombre que fuere cabeçalero de algun testamento muestrelo ante el Alcalde hasta un mes, y el Alcalde faga lo leer ante si publicamente, y si el cabeçalero esto no cumpliere, pierda lo que deve aver de la manda: y si ninzuna cosa le ouiere mandado, pague el diezmo de lo que montare el testamento.*

21 **¶** Hæc lex desumpta fuit ex. l. 1. 3. tit. 5. lib. 3. Fori. Quæ leges meo iudicio significant, executorem negligentem, si nihil ei legatū sit, amittere decimā, quæ sibi datur in præmium laboris. Quod satis significat additio marginalis, scripta in. l. 4. tit. 2. lib. 5. Ordina. inquit enim. *Concuerta Enrique de penas: & reperio, q̄ in volumine Regiarum constitutionum: Titulo de las penas, lib. 8. Or-*

dinam. est. l. 3. 1. lata ab Enrico Rege, quæ nostram sententiā asserit. Inquit lex: *Otro si, todo hōbre, o muger que fuere cabeçalero, o testamento de otro, y recibir el testamento, y no lo publicar hasta treinta dias, pierda lo que le fuere mandado por el testamento, y sino le fuere mandado cosa alguna, pierda el salario que deve aver por su trabajo segun uso de cabeçalero.* Cum ergo, ut testatur additio marginalis à Mōtalvo concinatorē eius voluminis; ut ego quidem sentio posita. l. 4. tit. 2. lib. 5. Ordinationum, concordet cum. l. 3. 1. tit. De las penas: lata ab Enrico Rege, sequitur q̄ decima cuius meminit. l. 4. est salarium quod executori datur, cuius meminit. h. 3. 1. titulo De las penas: Cuius ultima verba, nostram sententiā confirmant, ibi: *Segun uso de cabeçalero: quæ significant, decimam dari ex consuetudine, & ita est, nam vetustior lex, quæ huius rei inditium præbet, continetur in libro cui Forus nomē est, in. l. 1. 3. tit. 5. lib. 3. Fori, aqua ne una quidē mutata silaba desumpta fuit illa lex Ordinatio. 4. tit. 2. lib. 5.*

22 **¶** Confirmatur hæc opinio, quoniam hæc lex dat tutore decimam, executor autem, & curator æquiparatur, ut inquit Bald. l. nulli, num. 10. C. de Episc. & cleric. Curator enim, & tutor, prospiciunt personæ minoris, executor autem curat animā defuncti, dum restituit aliena, & Christi misericordiam elemosynis, & pijs Christianæ disciplinæ institutionibus, conciliat defuncti manibus: **¶** Et q̄ tutores, & executores æquiparentur, notat glosa in. l. antepen. ff. de tutel. & ibi Bart. Bald. Alber. & Raphael Comens. glos. in. l. uxor. §. 1. ff. de sal. l. aso. in. l. si quis à filio. §. si quis. col. fin. ff. de leg. 1. Alexan. in additio. ad Bart. in. l. tutores. ff. de tutel. ubi dicit tutores, & executores æquiparari in omnibus, Alvis, singulari. 262. Lupus in rubrica de donati. inter vir. & uxor. §. 67. incip. unum. num. 16. verfic. idem dicendum.

23 **¶** Sic executor ultimæ voluntatis, tenetur reddere rationē, autore Gerardo singulari 84. l. si hæres. ubi Doctores. ff. de condi. ob caus. Id enim generale est in omni administratore, uti docui cap. 2.

¶ Sic ad instar tutoris, vel curatoris, executor non potest constituere procuratorem ante litem contestatam, ut notat Specul. tit. de instru. editione. §. nūc vero aliqua. ver. sed nunquid ante. Boverius singulari. in verbo *et singulari procurator.* nu. 34. Et inventarium facere debet glos. in. l. nullus. C. de Episcop.

De decima Tutori

Episcop. & cleric. A manellus. sing. 6.

- 24 Non tamen tenetur fatisdare, de quo dicitur, in l. Divus. ff. si cui plusquam per leg. Falcid. Petrus Rauena. singulari. 10. nisi pauper fiat testatore ignorate. l. liberto suo. §. Largius. ff. de usufr. lega. Bar. singul. 88.
- 25 Quod autem executori sit dandum premium laboris, comprobatur, quoniam hæredi datur quarta Trebelianica, ut probatur. ff. ad Trebelianum. Executor autem habetur loco hæredis, ut in c. cum tibi. cū ibi notatis de testa. Rosfredus. titul. de actione ex testamento, versiculo quid si erit. Hoc intelligendum si nulli sint hæredes, ut per Specul. de instrumen. a ditio. §. nūc aliqua. versi. item pone, qd aliquis, & ibi Ioā. And. Bart. in l. alio. ff. de alim. & ciba. lega. Bart. in l. si quis ad declinandam per illum textum col. 3. ver. ulterius nota. C. de Episcop. & cleri. Deniq; hæc opinio de Iure Regip, videtur probanda quoniam sunt leges de hac re laicæ. Neque magnopere urgent prolata ex adverso: nam loquuntur in executore causæ piæ, qui non est mirandū si nullum auferat salarium, cum etiam de legatis ad pias causas non deducatur falcidja, ut in Authent. similiter. C. ad legem Falcid.

S V M M A

- 1 Protutori, vel sequestro, & similibus, an danda decima, & nū. 5.
- 2 Protutor, & tutor similes, an sint, & nū. 5.
- 3 Protutor, conuenitur a minore cum eisdem privilegijs cum quibus tutor.
- 4 Protutor, debet conficere inventarium.
- 6 Protutor nihil facere potest in re pupilli magis quā extraneus.
- 8 Tutor magno affectu gerit, non protutor.
- 9 Administrans, non tanquam tutor, non debet habere decimam.
- 10 Tutor nō seruans solemnia, non lucratur decimam.
- 12 Sequestro, an danda decima.
Sequestri officium quod sit.
- 15 Sequester, an detur inuitus.
- 16 Sequester, minus est, quam curator bonorum.
Sequestro, an dandum salarium.
- 17 Depositario non danda decima.
- 19 Negotiorum gestori, an danda decima.
- 21 Administratores plures dati, an teneantur in solidū.

An protutori, vel sequestro, & similibus, sit dāda decima pro administratione. Cap. XX.

1 **Q**Uæro deinde, an protutori, sequestro, & similibus administratoribus, sit dāda decima? Videtur protutori dādam, quoniam neq; novum, neq; iniquum est extendere legem de similibus ad similia. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Tutor autē, & protutor simillimi sunt. l. 1. & ibi notant Alber. & Raphael Comen. ff. de eo qui pro tut. negot. gest.

2 Secundo, ratio huius legis est, labor administrationis, protutor autem eandem fidē, & diligentiam in administratione præstare debet quam tutor. l. qui protutore. ff. de eo, qui protuto. nego. ger. Cuius verba sunt: *Qui pro tutore negotia gerit, eandem fidem, & diligentiam præstat, quam tutor præstaret.* Nihil videtur posse citari efficacius.

3 Accedit tertia ratio scilicet, quod minori agenti aduersus protutorem, eadem privilegia conceduntur, quæ aduersus tutorem. l. dabimus cum glosa. §. 1. ff. de privil. credito. Aretin. consil. 29. col. 1. Et obligatur ac si verus tutor esset. l. 1. & ibi notatur. C. de eo, qui pro tuto. Aretin. d. consil. 29. col. 1. Cum ergo gerat, & onera subeat tanquam tutor, videatur qd idem debeat habere premium, nam qui sentit onus, sentire debet honorem. l. cum qui. ff. de iure iurando.

4 Præterea protutor, adeo similis est tutori, ut teneatur conficere inventarium, autore Albe. l. 1. §. in protutore. ff. de eo qui protuto. nego. ger. Quod in administratoribus scribit Bolo. cōs. 19. ver. si autē, & col. pced.

5 Sed contraria sententia verissima est, imò protutori non est danda decima. Mover quoniam decima datur tutori pro administratione, de iure autem administratio tutoris, plurimum differt ab administratione protutoris. l. is qui. ff. de eo qui pro tuto. nego. ger. cuius verba sunt: *Non enim est eadē protutoris, quæ tutoris est, rerū pupilli administratio.* Cum ergo differat, in causa finali, propter quam decima datur, certè non dabitur decima protutori, ex eo qd detur tutori. Et illum textum ibi notant Bald. Alber. & Raphaela. Comē. Et probatur eorum sententia, in l. qui neq; ff. de reb. eorum, & ibi notāt Dinus, Bald. & Raph. Comen. Idē Dinus, Albe. & Raphaela. in l. si is qui. ff. de protuto. nego. gest. ubi est optimus textus, probans qd gesta à protutore, nullius momenti sunt, quoniam nō habet veram administrationem, & eorum sententiam probat Bal. in l. nō omnis. §. si. ff. si cert. peta. & est expressum in l. apud Celsum. §. si quis tutor. ff. de doli

doli exceptio. Quiniamò, neq; acquirere pu-
pillo potest saltem de iure Communi, au-
tore Paul. in l. 3. §. sed quod de tutore. ff.
iudi. solvi. Vnde pupillus non potest au-
toritate protutoris addere hæreditatem,
ut scribit Rapha. Coimen. in l. pupillus si fa-
ri. ff. de acquir. hæredita.

6 ¶ Quare contrahenti cum protutore, ne for-
tè damnatum incurrat, datur restitutio ex
ædicto prætoris posito in l. 1. ff. p. falso tu-
tore. Neq; solum protutor non habet admi-
nistrationem circa res, verum neque circa
personam, nō enim habet pupillum in po-
testate, ut scribit Bal. & Sali. in l. si. C. de in-
terdi. matrī. Et neq; extraiudicium, neque
in iudicio potest administrare. l. si. C. de eo,
qui protuto. Quare solvens protutori, non
liberatur. l. 1. §. fin. ff. de eo, qui protuto.

7 ¶ Deinde protutor, non est tutor. l. 1. post
principium. ff. de eo, qui protuto. cum ergo
deficiant verba legis, quæ loquitur in tuto-
re, & cum deficiat eius ratio, cum neq; in
iudicio, neq; extraiudicium possit admi-
nistrare, neq; pupilli personam curet, neq;
ei acquirere possit, saltem de iure Commu-
ni, quis ausit ad versantibus verbis, & ratio-
ne, legis, dare decimam (hoc est rem pupil-
li) ei cuius gesta omnia nil valent.

8 ¶ Præterea facit textus insignis, in l. que-
ro, in fine. ff. de eo qui protuto. neg. ger. ibi,
*Quia scire se tutorem esse debet, ut eo affectu ne-
gotia gerat, quo tutor gerere debuit.* Ergo affe-
ctus quo tutor gerere debet, differt à dilige-
ntia qua ceteri administratores gerunt. Cū
ergo hæc lex det decimam, propter laborem
tutoris, & affectus quo gerit, differat ab al-
iis, certè, quæ differet præmiū, nā præmium
debet esse par labori: ut dixi, cap. 2. nu. 27.

9 ¶ Præterea facit, quod si alicui legatum relin-
quitur, tanquam tutor, qui non consequitur, il-
lud si administrat, non tanquam tutor, sed
tanquam negotiorum gestor. Ita docuit Alex.
consil. 102. incip. vltis. & ponderatis col-
fin. versicul. præterea in testamento lib. 1.
Decius, consil. 178. col. 3. num. 3. versiculo
secundo responde. ibi, & licet administrat
verit tanquam conjunctus. De qua re vide
quæ scripsi, capite De tutore, qui non admini-
strat, tanquam tutor sed tanquam amicus. Cum
ergo hæc lex, decimam tutori dari præci-
piat, certè non dabitur administratori, qui
tutor non est, si ve sit protutor, si ve seque-
ster, ut statim dicam.

10 ¶ Rursus confirmatur, quoniam etiā si quis
re vera tutor sit, nō consequitur decimam

nisi observet ea, quæ tutores observare te-
nentur, tam in solemnibus quam in ipsa
forma administrandi. Ita dixi supra capite
De tutore invalido, & capite De tutore qui ad-
ministrat tanquam amicus. Protutor autem tu-
tor non est, neq; eius administratio est uti-
lis minori, sicut administratio tutoris, ne-
que onera imposita tutori, quæ latè enu-
meravi cap. 2. numero. 37. cum sequenti-
bus, comparanda sunt cum administratio-
ne pro tutoris, ut illa legenti erit manife-
stissimum.

11 ¶ Non obstant ex adverso prolata. Quam-
vis enim tutor, & protutor similes sint, nō
tamen sunt similes in administratione, ut
supra probavi. Ratio autem huius legis,
est labor tutoris, cum autem nullus labor
comparari possit cum labore tutoris, nulli
est danda decima, nisi tutori præferri
cum hæc lex sit correctoria, atque idè re-
stringenda, ut dixi cap. 1. col. penult. Et
dispositio quæ mæretur restringi, non est
extendenda, de tutore ad protutorem, ut
in l. fin. C. de interd. matrī.

12 ¶ Sed an ei cui res sequestri nomine tradi-
tur sit danda decima, lā vidi de hac re du-
bitari: æquidem sequestro non est danda
decima, quoniam eius officium est, collere,
colligere, & conservare, ut in l. postquam.
§. Princeps. ff. ut in posse. lega. quod est pro-
prium officium curatoris bonorum, ut di-
xi cap. 16. Curator autem bonorum mag-
nopere differt à tutore, in potestate admi-
nistrandi, & ei non est danda decima, ut e-
videntissimis rationibus probavi dicto. c.
16. ergo neque dabitur sequestro.

13 ¶ Præterea confer tutore labores, tantum
solicitudinis, tantum anxietatis, tantum
periculi continentes, cum labore sequestri.
Quod si fatearis necesse est, longissimè ut-
riusque laborē differre, quis salarium tu-
toris, det sequestro, nisi palam insanias?

14 ¶ Hæc lex de tutore loquitur, sequester, tu-
tor non est, neque tutori similis, neq; tuto-
ri comparandus, quis recedat à verbis legis?

15 ¶ Præterea labor tutoris, differt magnopere,
à labore sequestri. Hæc autem lex
pensare vult tutoris laborem, hoc est labo-
rem magnum. improbum, sedulum, cur-
idem præmium præstetur labori vulgari,
ac vix mediocri. Possem hic singulos tuto-
ris laboris enumerare: ostendereque ab eis
liberum esse sequestrum, mandatarium, &
ceteros administratores, atque idè diver-
se in eis statuendum. Nam ij neq; inviti,

De decima Tutori

ad eam qualēcūq; administrationem dari possunt. l. 2. §. queritur ff. de cura. bon. dan. Bald. & Salice. in l. tutori. C. de nego. gest. Bal. l. fin. §. sed et si quis. per text. ibi, in verbo *voluerit*. C. com. de leg. melius. Bart. in l. litibus. ad fin. C. de agricol. & cens. lib. 1. r. Angel. & Paul. in l. si fideiussor. §. si satisf. datum. col. 1. ff. qui sat. cog. Curtius in tracta. de sequestro, quæst. 2. nisi ex causa, ut dixi cap. 16. Sed res videtur manifestior, quam ut hanc exigat operam, facileq; erit lectori caput secundum evolvere, totq; casus quibus tutor est implicatus conferre cū labore sequestri, & cæterorum administratorū, & nisi me fallit animus manibus pedibusq; in nostram sententiā discedet. Nā curator bonorum (ut supra efficacissimè probavi) non dandam decimam. Sequester autem minus est quam curator bonorum. Nam curator bonorum, gerit vicem rei vacantis, loco personæ absentis, vel mortuæ, & habet administrationem iuris, cum sit loco domini. At sequester, & omnes cōmissarii, non habentur loco domini, nec eius personam repræsentant, sed habentur loco simplicium gestorū, & custodū. l. ei apud. l. licet. ff. de positi. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 6. glof. 4. verbo *Commissaires*, col. 1.

16 **¶** Obijcitur ab aliquibus Alexand. in l. interesse. in finalibus verbis. ff. de acquir. posses. quasi vir ille sentiat sequestro salarium dandum, sed e. r. tē contrarium significat. Nam licet glosa in l. si oleum, & ibi Ang. & Imol. dicant q̄ ibi agitur adversus sequestrum præscriptis verbis, quia sibi dabatur salarium. Alexander post Baldum dicit, q̄ hoc est divinare, ex quo inferitur, illū sensitse, q̄ non est necesse sequestro salarium dare, & licet dandum esset salarium non sequitur q̄ est danda decima fructuum.

17 **¶** Præterea q̄ sequester propriè sit curator bonorum, notat Constantius in leges Regias art. 92. col. si. versic. nam ubicunq;, & artic. 93. Idem sentio in depositario. Nam ij omnes non possunt cōferre beneficia, vel ad ea præsentare licet id curator possit, ut per Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 6. glof. 4. verbo *Commissaires*. col. 2. Et improprie dicuntur curatores, ut ibi Molin. notat imò sunt meri, & nudi cōmissarii, qui nomē curatoris non merentur, ut per Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 6. glof. 6. versicul. *rendre compte*. num. 1. verb. & ij.

18 **¶** Ultimo ita sentio, ut qui contenderit alij quam tutori, & curatori pupilli, vel ado-

lescentis furiosi, aut prodigi dandam decimam, risu potius dignus sit, quam confutatione, nā loquitur absq; lege, adversus omnem rationem, & æquitatem, nulla æquitas, aut iuris colore. Datur decima tutori propter laborem tutelarem, ubi labor, tutelari similis: ubi tantum obligationum, tantum periculorum, ubi obligatio tam generalis totq; cuniculis nata? Si componas omnia administratorum genera cum tutore, omnes multis parafangis longissimè præcurrit tutor, ut pro mea tenuitate exprimere tentavi cap. 2. nu. 37. usque ad nu. fin.

19 **¶** Quod autem attinet ad negotiorum gestorem, manifesti iuris est, q̄ non est ei dāda decima, ex rationibus supradictis, & ex l. tutori. C. de negot. gest. ibi, *Tutori vel curatori similis, non habetur, qui citra mandatum, negotium alienum sponte gerit*. Item nullam habet potestatem, neq; adversus quenquā potest movere actionem. l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego. gest. l. tutori. C. eo. titu. Vnde etiam si sit coniuncta persona solvi non potest. l. si aliena. §. quanquam. ff. de nego. gest. l. si filius. C. de pact. Barto. & glos. in l. vero *Procuratori*. ff. de solutio. Alexā. & Ias. in l. exigendi. C. de procura. & in l. tutori col. fin. C. de negot. gest. Alexan. consil. 37. col. 1. lib. 1. & in l. non solū. ff. solu. matri.

20 **¶** An autem negotiorum gestori salarium dandum, certè solas expēsas potest petere, autore Guidone quæst. 68. col. 2. nisi fines mandati exceßerit, consule eum qui citat, l. salarium. C. manda. & l. idemq;. §. idem Labeo. ff. eo. titulo. Nisi sit res quæ prætio, vel salario fieri solet, vel gestor absq; prætio facere non solet, uti tradit Bald. in l. 17. C. manda. Et de suscipientibus itinera, & servitia, & operas præstantibus, vide Bart. in l. ambitiosa, nu. 4. ff. de decre. ab ordi. faci. q̄ eis dandum salarium, & de famulo, scribit Alexan. consil. 96. & Ias. in l. diem functo. nu. 46. ff. de offi. asse. Bald. l. 2. & 3. C. de loca. Bart. l. 1. §. iudi. ff. de var. & extraordinari. cogni. Socin. consil. 196. col. 2. in princ. lib. 2. ubi dicit citādo Bart. quòd pro servitijs exhibitis, non est dandū salarium, consule eos, nam ego rem aptius alio loco excuriam, nunc apta tantum ad declarationem huius legis proferre decrevi. His autē taxabit iudex salarium, ex bono, & æquo iuxta rei qualitatem, quid enim si sequestratur vestes, vel similia, certè nil dabit, nisi fortè tabernam, vel domum; vel conelave sequestri occupent: ita quòd, vel aliam condu-

cōducere oporteat, vel solita mercede frau dari. Hic exercet iudex prudentiam suā, rarò enim dabitur salarium, sed expensa refundetur, nisi proprijs manibus laborarit, vide Ioan. Constantin. in leges Regias, articulo. 92. col. 2. Nam si proprijs manibus laborarit, salarium petet, vide caput sequens, & quæ dixi cap. 2.

- 21 ¶ An autem plures administratores dati teneantur in solidum, vide Bart. in l. cum alicuius. ff. de negot. gest. & in l. eandem. q. 6. ff. de duob. reis. & ibi Imol. A retin. consil. 29. & consilio. 66. Et quid in pluribus commissarijs, vide Molin. in consuet. Parisiens. titulo. 1. §. 6. gloss. 6. verbo rendre, num. 32.

S V M M A.

- 1 **D**ecima fructuum quæ sit.
- 2 **D**ecime computatio, qualiter faciēda, & nu. 3. cum seq.
- 6 Tutor, an possit accipere supra decimam, ex rescripto Principis, vel consensu pupilli, etiam si labor sit magnus, nu. 10. & nu. 11.
- Sacerdotes ex consuetudine, an possint capere supra decimam.
- 8 Prelatus, non potest accipere supra taxam. pro visitatione.
- 9 Tutor supra decimam capere potest, si non ex re pupilli, sed aliunde ei offeratur.
- 12 Tutor, an supra decimam possit deducere expensas, & nu. 15.
- 13 Expensas, an possit deducere ille ad quem pars fructuum pertinet.
- 14 Tutor salarium petere non potest, eo quòd fuit aduocatus pupilli.
- 15 Aduocato litigati, cum sit ratio expensarum, non soluenda opera aduocationis, etiam si rem comunem deffenderit.
- 16 Expensæ solvèdæ præter salarium, nisi aliud consentum sit.
- 25 Tutor, an supra decimam petere possit salarium, si proprijs manibus laborabat in re pupilli.
- 26 Tutor, an expensæ nomine possit deducere, quòd solvebat actori, vel negotiorum gestori.
- 27 Tutor, an possit imputare expensas factas, in eundo ad acceptandum tutelam.
- 28 Tutor, qualiter probet expensas, & quando stetur eius libro, vel iuramento.
- 29 Præter tutor, qualiter debeat reddere rationem.
- 30 Rationum pars, an possit acceptari, & pars repudiari.
- 31 Tutor malus, non repetit expensas.
- 32 Confessio de recepto, an præiudicet tutori, si non acceptetur impenfa.

Qualiter sit faciēda computatio, ut intelligatur quæ sit decima pars fructuum. Et an tutor possit pro administratione deducere plusquam decimam, & an præter decimam possit deducere expensas factas in tutela. Cap. XXI.

1 **Q**uæro deinde, qualiter sint intelligenda hæc verba legis, *Decimo de los frutos.* Non est questio inanis. Ante omnia sciendum hoc verbum *Decimo*, Hispanica lingua sonare decimam. l. 1. titulo. 21. par. 1. Quæro ergo, an in præstatione decimæ, sit faciēda computatio, iuxta divisionem legalem, scilicet, ut distributis fructibus in duodecim partes, detur decima tutori. Lex enim unamquamque re in duodecim partes distribuit. l. qui non militabat. & l. interdum. §. si pater. ff. de hæredi. institu.

2 ¶ Quæ divisio, nō solum observatur in divisione hæreditatis, verum etiam in divisione cuiuslibet rei, ut notant Bar. Paul. & Imola, in d. l. interdum. §. si pater. Bar. in l. codicillis. §. qui Semproniam. ff. de usufr. lega. Paul. & Alex. nu. 2. in l. cū quæstio. C. de lega. A retin. in l. planè. §. fin. ff. de lega. 1. Abb. in c. cum homines. de decim. Et videtur esse cōmunis opinio. Ergo in faciēda computatione portionis, quæ tutori competit, fructus in duodecim, non in decem partes dividendi sunt, atq; inde est ei danda decima.

3 ¶ Sed verius est fructus in decem partes dividendos, atque inde tutorem accepturū unam partem. Ita nominatim explicando quæ sit decima, deffinitur in c. cum homines de decim. ubi Abb. notat, quòd si alicui decima sit præstanda, non est faciēda divisio rei, in duodecim partes, sed faciēda est in decem.

4 ¶ Secundo probatur ex traditis per Bar. in l. interdum. §. si pater. ff. de hæredi. institu. ubi scribit, quòd quando debetur pars rei, per verba numeralia, puta duæ partes, tres partes, quatuor partes, intelligitur de re divisa in duodecim partes, si tamē debeatur, non per nomina numeralia, sed per

Bbb nomina

De decima Tutori

nomina quatuordecim, puta sexta, quarta, decima, & tunc res in decem, non in duodecim partes est diuidenda, atque inde computatio faciendā. Et relictis nouem partibus domino, decima danda ei, cui ex lege, vel contra ius debetur, ita Bartol. in d. l. interdum. §. 1. & ibi Paul. Bart. in l. codicillis. §. qui Semproniam. ff. de usufr. lega. Abb. in c. c. cum homines. de decim.

5 ¶ Tertio probatur, quoniam hac in re, communis hominum sensus, & interpretatio sunt maximè spectanda, uti notat Bart. in d. l. codicillis. §. qui Semproniam. ff. de usufr. lega. & in l. qui non militabat. ff. de hæredib. instit. Abb. in d. c. cum homines. col. 1. ubi addit, in toto orbe, decimam appellari, quòd superest de tota re, deductis nouem partibus. Et quòd communis interpretatio sit spectanda, probatur, quoniam licet ex sacri iuris traditione, decima debeatur sacerdotibus, tamen in aliquibus regionibus, in ueterata consuetudine: cuius memoria non extat, soluitur uicesima, & ex recepta loquendi formula appellatur decima, ut scribit Socin. consilio. 297. col. 2. uersiculo nō obstat secunda ratio. lib. 2. Belon. conf. 55. nu. 6.

6 ¶ Sed est quæstionis, an tutor possit accipere supra decimā. Iam uidi quendam tutorem, qui cum rem patris pupilli, administrasset annuus aureis centum, asseuerantèr pollicitus est pupillo, se non aliter tutorē futurum, quam si eadem cētum sibi darentur, quoniam res, plus quinquaginta miliaribus, à tutoris domo aberat. Equidem, ut est manifesti iuris, nullus contractus, à pupillo factus ullum habet robur, itaque, si tutor ex promissione, vel consensu pupilli supra decimam accipit, non potest pupilli consensu, sese tueri, neque pupilli promissio ei suffragatur. Ideò, si uel impelente genio, uel suadente pupillo, plus accipiat, quam decimā; pessimè agit: teneturque ad restitutionem cum usuris, ad instar eorum tutorum, qui rem pupillarem in suos usus conuertunt. de quibus dixi capite secundo, num. 96. Neque enim licet excedere metam, & præfinitionem legis, uti docui in tractatu de non meliorandis filiabus, capite primo. col. fi. Nec licet recedere à uerbis legis. l. non aliter. ff. de lega. 3. De Iure Communi tutor, pro administratione aliquid accipiens conditione: ob turpem causam illud restituit, ut latè dixi capite primo, num. 1. Hæc lex Ciuilem con-

stitutionem tollit, permititque tutori salarium accipere, sed præfinit illud addita taxatione, scilicet decima. Itaque, qui supra decimam acceperit, Hispanica lege sese tueri, non potest, sed de eo iudicandum, uti de eo, qui salarium pro administratione (viginti Iuris Ciuilis de hac re dispositione) accipit, nam censetur turpiter facere.

7 ¶ Et quòd non possit tutor accipere supra decimam, probatur, quoniam de Iure Communi sacerdotibus decima pars debetur, ut in titulo de decimis, in volumine Decretalium, neque ualet consuetudo, ut minus decima, uel supra decimam, debeatur, uel soluatur, ut notant glosa. & Abbas in cap. in aliquibus. de decimis. ubi Ioannes Andræas, & Antoni. in cap. parrochi. eo. titulo. Felin. in c. cum causam. in principio. de præscriptio. Curtius in cap. fina. de consuetudine, qui restatur hanc esse cōmunem opinionem. Nisi fortè consuetudo esset tanti temporis, cuius memoria non extaret, tunc enim ualet consuetudo, quòd soluatur minus quam decima, uel si hoc priuilegio Romani Pontificis concederetur, iuxta glosam in c. à nobis. 1. de de decim. Barba. consilio. 35. sapientèr, libro. 2. Alexand. consilio. 70. incipien. uisopuncto, col. 1. & 2. libro. 4. Socin. consilio 297. col. 2. uersic. item præscriptio. libro 2. Decius consil. 147. in princip. & consil. 113. col. 2.

8 ¶ Sic Prælati nō potest accipere supra taxam, ei à iure assignatam, pro uisitatione, & eius labore, neque ualet consuetudo in contrarium, ut in Extrauaganti Benedicti duodecimi, incipien. uas electionis. §. præmissis quoque. Notant Bartolom. Bellè. de charitatiuo subsi. quæst. 40. 41. & 42.

9 ¶ Itaque tutor, à pupillo, uel ex re pupilli, non potest ratione utilitatis, accipere supra decimam, benè tamen potest supra decimam capere ratione administrationis, si id ei liberalitèr, offeratur ab his qui pupillum sanguine cōtingunt, uel ab alijs. Nam licet Iure Communi tutor nihil posset capere ratione administrationis, ex re pupillari, capiebat tamen aliundè, ut in l. tutor. §. quæ tutoribus. & in l. Nessenius. cum legibus sequentibus. ff. de administra. tuto.

10 ¶ Sic etiam potest tutor supra decimam accipere, si ex scripto Principis ex magna, & iusta causa pupillo utili, id concedatur, nam

nam Principis voluntas est lex. Subijciam exemplum. Quidam ciuis Granaten sis serica vectigalia conduxit, & octoginta aureorum millia annuatim Regio Fisco se per soluturum datis fideiussoribus pollicitus, vitam cum morte commutauit, relicta vnica filia, cui tutorem reliquit Hieronymum. Res in eum vsque diem male cesserat, metuebatque tutor, ne Principis manu exactores conducti vectigalis apponerentur, ideò, cum Princeps novos exigeret fideiussores tutor representato administrationis labore, quia præter rem pupillæ continebat vectigalis obligationem, petijt, à Principe, vt sibi salarium assignaretur, assignati que sunt, à Principe aurei mille quotannis.

¶ Sed certè, nisi Princeps huic legi derogauerit, non admittendum, neque quicquam benè sentiet de tutore, qui tale quippiam petierit. Quòd si petat, dabitur curator pupillo, qui causam eius deffendat, neque eo non citato, quicquam congruè agi poterit, iuxta. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. Bar. Alex. Ias. & recentiores. in. l. Galus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthum. Et id rescriptum Principis admissum fuit, quia pater pupillæ (quæ spuria erat) legauit tutori annuos aureos mille, pro tēpore administrationis. Audiāt tutores illud beati Ioannis, *Contenti estote stipendijs vestris.*

¶ Sic, in simili Pinelus, in. l. 1. in. 3. par. nu. 62. versiculo infertur decimotertio. C. de bon. mater. Scribit, qd si famulo, vel administrati negotia, soluat salarium conuentum, quicquid vltra datur, etiam si dignè; ob fidelitatem, diligentiamve, censetur iure simplicis, liberalisque donationis. l. cum plures. §. si. ff. de adm. tuto. Quod dicit esse vtile, aduersus insidias eorum, qui eo nomine plura extorquent, à minoribus, in quibus est peculiaris ratio, quòd neque donare, neque contrahere possunt. Et sic loquitur Pinelus in specie.

¶ Quòd tamen, si tutor ingenuè fateretur se supra decimam accepisse, obijcit tamen se id fecisse ratione expensarum factarum in administratione, quæ ro, an rectè excipiat, & an supra decimam possit expensas petere: videtur non posse.

¶ Quoniam regula iuris est, quòd si is ad quem factus pertinent, aliquid expēdat in eis colligendis, non potest expensas deducere, nisi cum distinctione tradita per

Bart. & Alexand. in. l. diuortio. §. impendia. ff. solu. matrimo. Albe. & Bar. in. l. 2. ff. de impensis, in reb. dotal. fact. Ergo cū decima fructuum pertineat, ad tutorem, videtur quòd non possit repetere expensas factas in eis exigendis, vel colligendis, saltem pro portione ad se pertinente. Secundo facit, quòd licet aduocato sit solvendum salarium, vt latè dixi capit. 2. tamen tutori nihil est præstandum, ex eo quòd aduocatum præstiterit in causa pupilli, vt in. l. generalitèr. ff. de adm. tuto. notat Albe. in Rub. & in. l. 1. ff. de postul.

¶ Quòd confirmatur, quoniam licet opera aduocati, censetur precium, atque ideò sit soluendum, tamen, si quis aduocatus in propria causa, aduocationis munere fungatur non potest, cum agitur de expensis, petere sibi solui salarium, quòd ipse, si aduocatus non esset, daret alij conductitio aduocato, vt latè asserunt. Bald. Angel. Paul. & Salicet. in. l. li. C. de fructib. & liti. expens. & ibi Bologninus, in primis interpretationibus. Albe. Bald. & Imol. in. l. si stipulatus es. ff. de fideiussori. Ias. in. l. properandum. §. si autem alterutra, col. 5. in fine versiculo. adde etiā. C. de iudi. Antonius, & Abb. in. c. finem litibus. de dolo, & contuma. Rota decis. 534. Francus in repetitione. c. quoniam cōtra. folio. 126. nu. 15. de probatio. Hippol. in. l. patre, vel marito, num. 70. ff. de quæstio. Quinimò id iuris est, etiam si deffendat rem, vel causam sibi, & alteri communem, nam commune est meum. l. si rui electione. §. Labeo ait, cum sequenti. ff. de lega. 1. & ita iudicatum testatur Boerius, decisio. 210. num. 4. Cum ergo fructus rei pupillaris communes sint tutoris, & pupilli, nimirum portionibus inter eos diuidēdi, sequitur, quòd tutor repetere non potest expensas, vel operas manuum suarum, cum in re propria laborarit, nam commune meum est, vt supra dixi.

¶ Sed certè, licet in aliquibus casibus tutor, non possit petere expensas, sed sola decima contentus debeat esse, vt infra dicam, tamen regularitèr expensas repetere potest, casque recipere debet supra decimam.

¶ Moueor, quoniam regula iuris est, quòd si administrator, cui pro administratione salarium do, aliquid expēdat, repetere potest expensas, neque eas facere debet, ex salario. Ita nominatim probatur, in. l. Bbb 2 idemque

De decima Tutori

idemque. §. idemque ait. ff. mandati. Inquit lex. Et si ad vecturas suas dum excurrit in prædia, sumptum fecit, nisi salariū fuerit datum, & hoc conuenit, ut sumptus de suo faceret. Nota non debere sumptus de salario facere, nisi hoc conuenit. Nulla autem lege cauetur, ut tutor debeat expensas facere de decima, nam si id cautum esset, certè nihil sibi daretur pro labore, neque quicquam retineret.

17 ¶ Præterea probatur, quoniam verba legis nostræ, hæc sunt: *Tome para si el diezmo por su trabajo.* Ergo pro labore datur decima, non pro expensis.

18 ¶ Tertio probatur, quoniam de Iure Communi, tutor pro administratione nihil accipit, & tamen repetit expensas, ut per totum titulum. ff. de contraria, & utili actione tutelæ & C. de reputationibus. Ergo, quod capitur pro administratione, non succedit in locum expensarum, res enim sunt valde diuerse.

19 ¶ Quarto, decima datur tutori, ut habeat unde uiuat, ut probaui capite secundo, quod si tenetur soluere expensas, certè non posset viuere ex decima, quæ fortè non sufficit ad expensas necessarias.

20 ¶ Quinto, maximè grauaretur tutor, si expensas ex decima facere deberet, neque hæc lex ei quicquam daret, sed potius adimeret, quod Iure Communi ei cõceditur, scilicet recuperare expensas. Quod cum non sit sublatum, non est recedendum à legis dispositione, præsertim, cum expensæ nonnunquam excedant rem pupilli, & possint repeti à tutore, si in utilitatem pupilli factæ sunt. l. quid ergo. ff. de contra, & utili act. tutel.

21 ¶ Sexto probatur, ex Specul. tit. de salario. §. r. col. 2. ubi scribit, quod si ille, cui salariū datur aliquid expenderit, repetere id potest præter salariū.

22 ¶ Septimo, facit glosa in l. idemque. §. La beo. ff. manda. quæ dicit dispositione textus, in §. idemque, deficiente expensas refundendas ei, cui datur salariū, habere locum in tutore, & illam glosam sequuntur Bal. & cæteri ibi.

23 ¶ Octauo, hoc olim definitum erat in fratre tutore, ut non solū acciperet decimam, sed etiã deduceret expensas factas in tutela fratris. Ita enim lego in volumine legū Gothica. ū, quod vulgò appellamus *Fuero Juzgo*, lib. 4. tit. *De los herederos*, in l. incip. *Si el padre*, inquit lex, *El hermano deve quer a los*

hermanos, e a sus cosas en guarda. E madamos, que tome el diezmo de los frutos en que biva, e si algunas expensas fiziere por los negocios de los hermanos, cobre lo.

24 ¶ Ergo tutor repetere decimam potest præter expensas, vel agendo, vel compensando, cum eo, quod pupillo debet. l. 1. §. præterea si tutelæ. ff. de cõtra. & utili actione. tut. l. 1. §. sed & si seruus. ff. de tutel. & ratio distrah. ¶ Non obstant ex aduerso prolata. Primo non obstat, quod notant Doctores, in §. impedia, quoniam fructus omnes ad pupillum pertinent, & is debent decimam tutori, tanquam creditori. Item non obstat, quod aduocatum præstans pupillo, non potest precium aduocationis petere, quoniam, quando est opera personæ ipsius tutoris, putà aduocare, non est pecunia pensanda, ut in dicta. l. generalitèr, & ibi notant Albericus. Et hinc est vnus ex casibus, in quibus expensas petere non potest, non tamen illud disponitur ratione decimæ, neque, quia tutor eam auferat, sed quia ita distat prudens æquitas. Et ita videmus, quod erat dispositum de Iure Communi, antequam quidquam daretur tutori pro administratione, & stante eiusdem iuris dispositione, qua permittitur tutori expensas reperere, non permittebatur petere tutori salariū aduocationis à se factæ.

25 ¶ Si tamè tutor (forsam agricola) proprijs manibus pupillare prædium arabat, vindemiam faciebat, triticū, & poma colligebat, & hinc, haud dubiè præter decimam repetit precium operæ, si solitus est locare operas suas. Nā opera est loco pecuniæ, ut dixi latè. cap. 2. Ideo precium eius repetet, haud alitèr, quàm si expensam in re pupilli fecisset. Cur enim ipsi non detur, quod opere conductitæ ipso cessante dandum esset, nam tutor tenetur solū administrare (hoc est) rem prudentèr disponere, non tamen proprijs manibus laborare. Et aliud est administrare, aliud laborare. Faciunt quæ in filio laborante in re patris, dixi cap. 2. Item facit, quod qui habet deducere expensas de fructibus, potest deducere precium operarum suarum, quas collocauit in querendis fructibus, auctore Bald. in l. si quis. C. de rei vendica. Paul. & Aret. in l. diuortio. §. impedia. ff. solu. matr. Ang. in l. si à Domino. §. si. ff. de peti. hered. glosa magna circa medium, in l. per diuersas. C. manda. c. ad nostiã. de reb. Eccles. non alienan. Iaf. in l. fructus. §. si. ff. solu. matrim. Barb. in c.

Raynal.

- Raynaldus, char. 17. col. 2. de rest. Boer. decif. 44. num. 23. Sic Hosti. in summa, tit. de vsur. vers. 12. notat, quod licet creditor teneatur computare in sortem fructus perceptos, ex re pignolata. l. quãuis. C. quib. mod. pigno. taci. contra. id non admittendum, quando creditor magnos suscepisset labores in re colenda, q̄ probat Ioan. Andræ. inc. conquestus. de vsur. A nan. in. c. 1. col. 5. in fi. vers. in glo. si. de vsur. Boer. decif. 44. nu. 24. vers. & ideo.
- 26 ¶ Rursus si tutor dicat, dat decimam, & insuper solue, quod actori, vel negotiorum gestoribus ego soluebã, vt nomina debitorum exigeret, pecuniam collocaret, & operis mercedem solueret, & meo iudicio, nullo modo est tutor audiendus, sed sola decima contentus esse debet. Nam officium tutoris est debita exigere, pecuniam collocare, fundum collere, domum sarcire, vt dixi. c. 2. Ideo si actorem ad hoc constituit, ipse de suo soluet salarium, & sola decima nulla re propter actorem deducta, contentus esse debet, cum per actorem censeatur ipsemet gerere. l. ita autem. §. gessisse. l. decreto. ff. de admi. tuto. & dixi latè cap. 2. Itaq; improbat hoc imputabitur pupillo, & similiter non imputabitur quidquid administrandi, imperandi, & gubernandi muneri coheret, id enim proprium tutoris officium est, & alijs ea mandans suo periculo, & sua impensa mandat. Alioqui otiosus, & sedentarius decimam deduceret, & pupillus supra decimã, implenti tutoris munus, aliam forsã decimam solueret, vel amplius, quod est plusquam absurdum.
- 27 ¶ An autem tutor, possit imputare pupillo expensas, quas fecit in cundo Hispalim, ad acceptandum tutelæ munus, certè non, quoniam iure cogente id facit, & ex officij natura, vt tradunt Bart. Albe. & Bald. in. l. Nessenius. ff. de negot. gest. Idem Bar. Bal. Ang. Paul. Salic. Aret. l. 1. C. de nego. gest. ad quos remitto lectorem. Tantũ hæc profero ad probationem superiorum, scilicet, quod non potest imputare tutor pecuniam, quam actori dabat, vt rem pupilli gubernaret.
- 28 ¶ Quas autem impensas repetat, vel compenset tutor, vide. l. officium. ff. vbi pupilli educa. deb. l. 1. & per totũ. ff. de contra. & vtili actio. tutelæ. Barba. 62. nu. 4. lib. 2. Et an in taxatione expensarũ stetur libro tutoris, & rebus ibi scriptis, vel ipsius voci, & certè si in dubium reuocentur, probare eas debet. l. qui sub cõditione. ff. de condi. & demonst. Probatio autem, non semper exigitur per testes, vel instrumenta, sed quandoque sufficit singrapha, vel rei, seu operis euidencia, aut alia coniecturæ, quæ iudici satisfaciant, ita Bal. in Rubr. de fide instru. col. pen. Cor. l. fin. §. in cõputatione, col. 1. C. de iure deliber. Probatio autem, si quantitas sit magna exigitur, etiam si in alijs capitulis recta inueniatur fides, & ratio tutoris, vt inquit Moli. in consuet. Paris. tit. 1. §. 6. glof. 6. verb. *den rendre*, nu. 24. Si tamen expensa sit modica, stabitur iuramento, si dicat, vel scribat verosimilia, vt notat Ioan. Andræ. ad Specul. tit. de instrument. edictione. §. nunc vero aliqua Bar. in l. Diuus. in fi. ff. si cui plusquã, per leg. falc. Ang. §. fi. Insti. de verb. obli. Quæ sit autem minima expensa est in arbitrio iudicis, ex re actu, & personæ qualitate, ita Angel. & Corn. d. §. in computatione, & vide Bald. conf. 117. incip. tutor. & hæres tutoris, libro. 2. & conf. 418. lib. 3. Et idem in ceteris administratoribus ratione redditibus, scribit Sor. in. conf. 46. lib. 2. & conf. 162. considerata contingencia. col. fi. eodem lib. & consil. 40. nu. 2. libr. 4. Maxime autem creditur tutori, si officium rectè impleuit, & res disertè. hoc est minute, quantum, cui quare, sit scriptũ in libro rationum, & sit verissimilis, & super ea addat iuramentũ, vt docet Ioan. Andræ. ad Specul. titulo de instrument. edictione. §. nunc vero aliqua, vbi Ioan. Andr. in additio. vers. 21. Bart. in. l. qui sub conditione. in fi. ff. de condi. & demonst. Moli. in cõsuet. Paris. tit. 1. §. 6. glof. 6. verb. *den rendre*. nu. 26. Dum tamen res sit rationalis, alioqui non acceptabitur, etiam si probetur, nec probantur iuramento, ita Pau. & Ias. in. d. §. in cõputatione. Bal. conf. 117. lib. 2. Bar. in. l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. Molin. vbi supra. nu. 27. Et an expensæ probentur iuramento, vide Franci. Marcum in decif. Delphi. noua. 485. nu. 9. Aret. c. qualiter, & quando. nu. 49. de accusatio. Imol. cõf. 75. nu. 4.
- 29 ¶ Et ratio, quæ exigitur à fratre, tutore, vel administratore, non debet esse scrupulosa, vel particularis, vel rigida, præsertim inter nobiles, vel honestas personas, vt inquit Abb. conf. 12. lib. 1. Moli. in consuet. Paris. tit. 1. §. 6. nu. 18. Soci. conf. 40. nu. 2. libr. 4. Dummodo dicat verosimilia. Item non debet esse particularis, quando opus factum à tutore, est visibile, vel edificium,

De decima Tutori

In quo dicit se tantum expendisse, & remittit se ad opus, ut per inspectionem, & verisimilitudinem probetur, quantum sit expensum. Ita Bald. in l. quæ sub condicione. ff. de condi. & demonst. Molin. ubi supra, nu. 19. Et expense modice solo iuramento probantur. Bar. & DD. in l. si. §. in computatione. C. de iure delib. Ang. in §. fin. insti. de verb. obliga.

30 ¶ Et an pupillus possit factus maior, paratè rationū acceptare, repudiare, utiq; potest, si nō sint res cōnexæ. Bal. cons. 156. tū duc societates. libr. 3. Cinus. l. 1. q. 13. & ibi Bal. col. 3. C. de confes. Bar. l. Aurelius. §. idem quæ sijn. ff. de liber. lega. vide eos. & quæ dixi. c. 2. nu. 189. Sed illud nō præmittendum q̄ malus tutor qui pecuniā pupillarem in suos vsus conuertit, non solum non aufert decimam, verum neq; expensas factas reperere potest, ut in l. si pupilli. §. sed & si quis. ff. de neg. gest. & ibi notat Paul. nu. 3. post Bald. & docui supra cap. 13. verlic. confirmatur. Sed an confessio de recepto præiudicet tutori, si non acceptetur impenſa, tractauit. c. 2. nu. 170. ubi dixi quod præiudicet. Reperio autem q̄ eiusdē opinionis est Molin. in cōsuet. Parisi. tit. 1. §. 6. gloss. 6. ver. *den vendre* nu. 24. quoniā de recepto tenetur tutor curare ut appareat à quo recepit accipiēdo sibi antapocham vel instrumenta cancellata. vel apparebit ex inuentario quod recepit tantū in bonis & hanc confessionem de accepto non potest retractare licet non acceptetur impenſa.

S V M M A.

- 1 ¶ **T**utor an decimet fructus iurisdictionis putatā multas confiscationes, & num. 11. & 13. & 18.
- 2 Tutor decimat fructus naturales & ciuiles putā pensiones, & num. 3.
- 3 Fructuum appellatione an veniant ciuiles & nu. 5.
- 4 Maritus lucratur fructus ciuiles & confiscata etiam si sint immobilia sita in opidis uxoris.
- 10 Fructus naturales ciuiles & industriales qui sunt.
- 11 Fructus non sunt qui non renascuntur.
- 12 Confiscata bona an pertineant ad firmarium, & num. 17.
- 14 Confiscata acquisita const. mte matrimonio diuiduntur inter vir. & uxor.
- 15 Fructuarius lucratur multas & confiscationes.
- 21 Tutor an decimet fructus vectigalium & pedagiorum. 32.
- 22 Portorij ius quōl percipitur in aliqua domo an censatur venditum vendita domo, & 27.

- 24 Verbum fructus quomodo intelligendum in hac lege.
- 28 Salaria pupilli decimat tutor. Tutor lucratur quōd percipitur ex exercitio lucroso in quod consulit in rem pupilli.
- 29 Fructuum appellatione quæ veniant, obventionum appellatione quæ veniant.

¶ *An tutor deducas decimam de fructibus iurisdictionis, puta de mulctis & confiscationibus, qua ratione iurisdictionis pertinent ad pupillum, & an deducas decimam de pedagijs & vectigalibus. Capit. XXII.*

1 **D**einde quæro, an tutor deducat decimam ex fructibus iurisdictionis, putatā ex multis & confiscationibus, quæ ratione iurisdictionis adiudicantur pupillo. Ante omnia videndum, an tutor deducat decimā non solum ex fructibus naturalibus, verum etiam ex ciuilibus, puta expensionibus.

2 ¶ Mouet quæstionē glosa in l. 1. C. de anno. & tribu. libro vndecimo, quæ notat, quōd appellatione fructuum non veniūt pensiones, uti etiam scribit Bal. in l. si traditio col. fi. C. de actio. emp. i. Alex. cons. 181. nu. 6. lib. 1. & in l. diuortio. nu. 32. ff. solu. matr. & ibi las. nu. 9. ubi vterque scribit, quōd in constitutionibus quæ sunt restringende, appellatione fructus non veniūt pensio. Hæc autem lex cū sit correctoria restringēda est, uti nominatim scribit Petrus Bellapertica in Auth. minores debitor. C. quando mul. tut. offi. fung. pot. & ceteri quos citauit capite primo, col. 1. en.

3 ¶ Sed verius est, tutorem decimā deducturum nō solum de fructibus naturalibus & industrialibus, verum etiā de ciuilibus. Primo ex l. videamus ff. de vsur. per quā Bal. ibi notat, q̄ omnis quæcunq; utilitas veniūt appellatione fructus, citat glosam in l. loci corpus. §. 1. ff. si serui. vendi.

4 ¶ Secundo ex Baldo. in l. pro oneribus; & in l. vbi adhuc. C. de iure doti. ubi scribit, quōd cū fructus dotis pertinentiant ad maritum ratione oneris, quōd etiam pensiones sunt ei præstande, uti etiā notant glo. Bar. Paul. Alex. & las. in l. diuortio. ff. solu. matr.

- matri. Alex. in. d. l. diuortio. §. si vir in fundo. col. 3. Ang. & Alex. in. l. in ratione. in 2. ff. ad leg. Falcid. Campe. de dote. q. 30. & est expressum, in. l. diuortio. §. non solum. versiculo. de pensionibus. ff. sol. matri.
- 5 ¶ Tertiò, quando eadem versatur ratio, etiam in statutis restringendis, appellatione fructuum veniunt pensiones, vti docet Alexan. conf. 181. col. 2. nu. 6. libr. 1. glossa, & Bar. in. l. fructus. ff. solu. matri. Cassa. in consuet. Burgun. Rub. 4. §. 17. in verb. *et faire*, Bart. in. l. fundi Trebatiani. ff. de vsufr. lega.
- 6 ¶ Quarto, probatur ex verbis huius legis, ibi: *Mantengalos de los frutos, y tome para si el diezmo*. Ergo decima deducenda ex fructibus, ex quibus pupillus alitur. Nò minus autem alitur, ex pensionibus, quam ex fructibus naturalibus, ergo non minus deducet decimam de illis, quam de his.
- 7 ¶ Deindè, hoc nominatim definit Pau. cõ sil. 374. super istis dubijs, nu. 1. lib. 2. vbi dicit, quòd cum ex consuetudine Cauodistric, tutor lucratur fructus bonorum pupilli, certè lucrabitur redditus impræstitorum pupilli, quoniam appellatione reddituum comprehenduntur diætæ annuæ prestationes, vt in Auth. de non alienand. §. hìc igitur. iuncta. l. 7. ff. de vsuf. & q̄ habetur in. l. frugis. ff. de verb. signif. Innocen. c. pastoralis. de donatio. super verbo *redditus*. Hactenus Pau. facit, quòd appellatione fructuū veniunt ciuiles, licet propriè sint obventiones. l. si nauis. ff. de rei vendic. l. prædiorum. l. vsuræ vicè. ff. de vsuf. l. si is qui bona. §. si Antiphana. ff. de pig. latè Moli. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. glo. 1. nu. 33.
- 8 ¶ Quintò probatur, quoniã decima datur tutori propter laborem, magis autem laborat tutor circa pensiones, quam circa fructus naturales. Primò collocat pecuniam idoneo creditori, deindè pensionem exigit, quòd maximum laborè secum trahit. Terra enim bona fide spòte sua reddit fructus, meliorisque fidèi est, quam homo captiosis interpretationibus, litibus, & mendacijs differens debiti solutionem. Cum ergo par, vel maior sit labor tutoris in curanda collocanda, & exigenda pensione, quam in colligendis fructibus, certè non minus de illis deducet decimam, quam de his.
- 9 ¶ Non obstât ex aduerso prolata, quoniã si eadem vigeat ratio, permissum est legem loquentem de fructibus, extendere ad pensiones, vt supra docui. Et illud est regula-
- re, vt leges correctoriæ extendantur, ex idéitate rationis, si ratio sit expressa in lege, iuxta glossam in Clem. 1. de electio. Doctores in Auth. quas actiones. C. de sacrosana Eccles. Alex. in. l. mutũ. col. 2. ff. de acquir. hæred. & in. l. 2. ff. de lega. 1. & in. l. si constan. nu. 3. in tertiã limitatione. ff. sol. mat.
- 10 ¶ Qui autem sint fructus naturales, qui ciuiles, & qui industriales, videl. si nauis. ff. de rei vendi. Bar. in. l. si in. ff. de iure fisc. Bal. in. l. si traditio. in fin. C. de actio. empr. Bar. & alios in. l. & ex diuerso. ff. de rei vendi. DD. in. c. grauis. de resti. spoli. Aret. cõ sil. 159. col. 1.
- 11 ¶ Sed quid sentiendum de fructibus iurisdictionis, scilicet de mulctis & confiscationibus. an poterit ea tutor decimare. Et an decimabit, non solum confiscationem bonorum mobilium, verum etiam immobiliū, sitorum in oppidis pupilli. Facit teru pulum, quòd non censentur fructus, qui nò renascuntur, vt in. l. diuortio. §. si vir in fundo. ff. solu. matrim. ibi Bar. col. si. Alex. col. 2. & 3. Alber. in. d. l. diuortio. §. si fundum vir. Bal. in. l. si quis ex argentarius. §. si ff. de æden. & in. l. quædam. §. nihil. ff. de iur. Redditus enim dicuntur, q̄ singulis annis redditus ipse reddit, vt ex Latinis auctoribus probat Tiraq. de retract. lib. 1. glo. 6. in princ. & dicã infra cap. suo loco. Mulctæ autem, & confiscationes ex natura sua non redeunt, sed pro occasionum varietate, vel ad sunt, vel absunt.
- 12 ¶ Item facit dubium, quòd bona confiscata non spectant ad firmarium, vt notat Oldral. conf. 148. factum est. Alber. in rub. de vsufruct. col. 2. vers. item queritur. Ang. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. omni. iudi.
- 13 ¶ Sed verius videtur tutorem decimam posse deducere ex mulctis, & confiscationibus. Primò, ex eo quod Bart. Bald. Alex. Dinus, Angel. & cæteri latè docent, in fin. ff. solut. matrimo. scilicet, quòd cum ad maritum pertineant fructus dotis, pertinent etiam mulctæ, & confiscationes factæ in oppidis dotalibus, in quibus vxor habet iurisdictionem, quoniam ij sunt fructus ciuiles. cap. 1. quæ sint regalia, & cum lex dicat dotis fructus pertinere ad maritum, pertinere debent hæc omnia, quæ pro fructibus habentur, vti etiam censent Alberic. & Bellaperti. in. l. si verò negotium. col. fin. ante finem, versiculo vltimo secundum Dinum collige. ff. solut. matrimo. Fel. in. c. ad audientiam. col. 3. circa medium.

De decima Tutori

de testa. Bart. & Paul. in. l. 2. C. de Episco. audi. Bal. & Ang. in. l. diuortio. §. si vir in fundo. Paul. à Montepico, in repet. l. Titia cum testa. §. Titia cum nuberet. num. 1 14. q. 3 5. ff. de leg. sec. an. Alex. & Ias. col. fin. in l. diuortio. §. si vir in fundo. ff. solut. matri. Bal. in. l. 1. col. 3. de fructib. & liti. expens. Alber. & Iacob. Rauena in. l. vsu fructu legato, per textum ibi. ff. de vsu fructu. Iacobi nus in tractatu fœudorum, in inuestitura fœudi, versiculo de castro, Rubeimontis, col. 2. versicul. quæro etiam. Boerius, decisio. 1 80. num. 4. Lupus in repetitione Rubricæ de donationibus, inter virum, & vxor. §. 6 2. vnde lucra, num. 1 1. versiculo ampliabis. Molin. in consuetudinib. Parisien. tit. 1. §. 1. glos. 1. num. 3 1. Benedictus, in. c. Raynūtius, in verbo *Cetera bona*, num. 3 6. de testa. & est communis opinio. Cum ergo tutori detur decima fructuum eadem ratione propter quam datur marito (scilicet) propter laborem, sequitur quod sicut maritus lucratur fructus multarum, & confiscationum, ita etiam lucrabitur tutor.

14 ¶ Quod autem attinet ad maritū, illud notandum, quod licet hæc omnia olim pertinerent ad maritum ratione fructuum, hodie si extent soluto matrimonio, diuidentur inter maritum, & vxorem, ex lege Regia, quæ lucra vult inter eos esse cōmunia, ita Lupus, in d. §. 6 2. num. 1 1.

15 ¶ Redeundo ad rem, nō solum maritus, verum etiam fructuarius, lucratur multas, & bona confiscata, vt nōtāt omnes, in. l. vsu fructu legato. ff. de vsu fructu. & in locis supra citatis, & est magis cōmunis opinio, autore Molin. in consuetudinib. Parisi. tit. 1. §. 1. glos. 1. nu. 3. Benedi. vbi supra.

16 ¶ Non obstat, quod ij fructus non renascuntur, quoniam imō renascuntur, & quotidiani sunt, vt experientia docet, & omnes Doctores in. d. §. si vir in fundo, quamuis negent marito fructus rei, quæ non renascuntur, non negant fructus iurisdictionis, scilicet multas, & confiscationes.

17 ¶ Neque obstat, quod confiscata non pertinent ad firmarium, quoniam id falsum, vt per Alexan. in. l. si quis id quod, col. fi. versiculo in quantū autem dicit, A reti. §. pœnales, col. 4. ante fin. Instit. de actio. Iacobin. ibi. num. 1 7. latè Socin. consi. 3 6. num. 1 2. lib. 4. Boer. decis. 1 80. num. 6. Barba. c. relatum, in. 2. num. 6. de testam.

18 ¶ Sed est quæstionis, an tutor decimet cō-

fiscationes, etiam bonorum immobilium sitorum in opidis pupilli. Nam in marito, cui æquissimo omnium gentium iure fructus tribuuntur, dubium reputatur, an soluto matrimonio retineat confiscationem bonorum immobilium, ad se pertinentem ratione opidi dotalis. Ita Bald. in. l. fin. ff. sol. matrim. Mouetur, quia si pertineret ad maritum, non redderet soluto matrimonio territorium integrum ad vxorem, sequitur ibi Angel. & Anania. in. cap. 2. in vltimo notabili, ne prælati vices suas. Iacob. Rauenna, & Albc. in. l. vsu fructu legato. ff. de vsu fructu. Et videtur sequi Boerius, decisio. 1 80. num. 5. Ergo si marito denegantur immobilia confiscata, videtur etiam deneganda tutori quoniam tutor non minus tenetur restituere pupillaria, quam maritus dotalia, neque integrè videbitur pupillaria restituere, si retineat bona immobilia in oppido pupilli.

19 ¶ Sed his non obstantibus, tutor decimabit multas, & confiscationes bonorum immobilium, quoniam fructus ciuiles sunt, & tutor decimabilibus deducit decimam, vt supra dixi. Et hæc ratio generalis, sufficit ad euincendam hanc opinionem. Et confirmatur, quoniam maritus, ex legis dispositione, quæ sibi dat fructus, lucratur multas, & confiscationes immobilium, auctore Bartol. post Petrum. in. l. fi. ff. solu. matrimo. vbi Alexand. testatur, quod cum Bartol. tenent communiter Doctores, ibi, & sequitur Imola, ibi. Tiraquellus de retractu, libro. 1. §. 10. glosa. 1. num. 1 9. qui videtur huic opinioni acquiescere. & Molin. qui in re fructuario rem tractat, in d. consuetud. Parisien. titulo. 1. §. 1. glosa 1. num. 3 1. Et sufficit generalis dispositio. l. vsu fructu. legato. ff. de vsu fructu. Bald. in. l. 1. C. de fructibus, & liti expens. & in. l. filio. §. si vir. ff. solut. matrimo. Angel. in. l. si constante. §. quoties. ff. soluto matrimonio, & videtur esse magis communis opinio.

20 ¶ Neque obstat ratio Bald. in. d. l. fin. quoniam licet vir lucretur bona confiscata in castro dotali, non ex hoc dicitur non restituere castrum integrum, cum restituat integram iurisdictionem, quam vxor dedit, in dotem, non enim dedit vniuersa bona ciuium castri, quæ iure dominij ad incolas pertinent. Quare, sicut incolæ inuita domina, possent bona donando, vel vendendo in alium transferre, quoniam

non

non ex hoc læditur dominæ iurisdictioni, ita non læditur, ex eo quod maritus, vel eius hæres retineant bona confiscata, cū aduersus eum, & aduersus mariti hæres, soluto matrimonio, possit exercere iurisdictionem ratione rei, quam ex confiscatione possident in suo castro: ita respōdet Alex. post Paul. in d. l. si Alex. nu. 2. ff. sol. matrim. Idem iudicandum in similibus fructibus, & idem sentiendum in tutore.

21 ¶ Ultimo tractare oportet, an tutor possit decimare pedagia, aut vectigalia. Mouet quæstionem, quod eruditissimi viri tradunt, quod in concessione, & datione fructuum, non censentur data, vel remissa pedagia, & vectigalia, ita Bald. consil. 11. ad euentiam est præmittendum primo, versiculo interdum conceditur alicui, libro. 4. Adducunt, quod licet vectigal, vel pedagium, cohæreat solo, non tamen cohæret ad utilitatē soli, sed Fisci, aut alterius domini, & sequitur Boerius, decis. 212. num. 23. vers. vbi tenet.

22 ¶ Sic Bal. in l. à procuratore. C. mand. scribit, q̄ si vendo possessiones, quas habeo in tali territorio, cum omnibus iuribus suis, & habeo ibi aliquas domos, in quibus percipio portoriū, vel pedagium, à transeuntibus, quod non censetur pedagium venditum, quia non est de natura rei venditæ, sed aliud ius, & sequitur Alexand. in l. 3. in principio, num. 24. versiculo, & idè in proposito. col. pen. ff. de acquir. posse. Ergo licet tutor ex hac lege possit deducere decimam fructuum, non decimabit fructus portorij, vel pedagij, quoniam ij, fructus non censentur, & saltè non sunt fructus soli.

33 ¶ Quidquid alij sentiant: magis conformè videtur menti legis, vt tutor hinc etiā possit deducere decimā. Moueor primo, quoniam ratio legis est labor tutoris. In curando autem redditu portorij, magnoperè laborat tutor, cum diligentiam adhibet, custodes apponit, pecuniam colligit, & collocat, quare non alibi, videtur maior ratio dandi decimam.

24 ¶ Secundo meoer, quoniam verba Hispanice scripta, sunt intelligenda, nō ad proprietatem, & delicias Romani sermonis, sed iuxta communem vsus loquendi, vt per Bart. in l. si quis filiabus. ff. de testa. tutel. Hęc autem lex inquit. Mantengalos de los frutos, y tome el diezmo. Illud verbum frutos, non est seuerè (ne dicam malignè) inter-

pretandum ad normam linguæ latinæ, sed ad receptam loquendi formulam. Vulgo autem dicimus, *Los frutos de mi hacienda, valen diez mil*, hoc est redditus, & obuentiones qualescunque, dummodo quotannis reddant, & non semel tantum. Imò, sufficit esse apta ad reddendum, quare tutor, qui collocat pecuniam pupilli, in aliquod exercitium lucrosū, purā in mercaturam, decimabit lucrum, quoniam saltè sunt obuentiones.

25 ¶ Itaque, redditus portorij, optimè veniēt appellatione fructus, in hac lege. Nam hęc fructus, capiuntur pro redditibus. Reddituum autè appellatio, latissima est, & multa comprehendit, quæ appellatione redditus non veniunt, vt dicam cap. sequenti.

26 ¶ Deinde facit, quod pupillus non minus alitur ex redditu portorij, quam ex redditu fundi, lex autem ista dicit, *Mantengalos de los frutos, y tome para si el diezmo*. Ergo decima deducenda ex fructibus, ex quibus pupillus alitur, si autè alitur ex redditu portorij, cur non deducetur decima ex eo?

27 ¶ Hoc verius videtur. Neque obstat, quod Bald. & cæteri scribunt, quoniam illud peculiarem habet rationē, scilicet, quod datus fructus, vel non est dominus pedagij, & pertinet ad Fiscum, vel ad alterum dominum, vt per Bart. in l. locare. ff. loca. Bal. in l. si plures. col. 2. versiculo sed nunquid vendita. C. de condit. inser. vel quod magis puto, Baldus considerauit mentem contrahentium, qui censentur se retulisse ad fructus, qui colliguntur ex solo, pedagium autem non colligitur ex solo, sed est ius de per se, non minus principale quam ipsum solum, & magis principale quam fructus. Idè veditis, vel datis fructibus fundi, vel domus, non videtur venditum ius portorij, nisi aliud fuerit de mēte contrahentiū. Item licet Baldus in d. consil. 11. dicat, quod datis fructibus, non censentur data pedagia, non negat quin sint fructus, saltem largo sup̄to vocabulo, neque negaret esse redditus, sed interpretatur mentem dantis, quod pedagia non voluerit dare.

28 ¶ Deinde notandum, quod tutor decimabit salaria pupilli, nā sunt fructus ciuiles seu industriales, vt per Bart. in l. si in fine. ff. de iur. fisc. Bal. in l. si traditio. in fi. C. de act. empt. Moli. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. glof. 1. nu. 33.

29 ¶ Illud non omittendum, q̄ appellatione fructus, veniūt naturales, & industriales, & ciuiles,

De decima Tutori

& ciuiles, vt supra latè dictum est, Vulgaria de fructibus naturalibus, & industrialibus, non est animus tractare. Certè vnas inter naturales fructus connumerat, glossi. in. c. contra ius. de restitut. spoliato. Cinus, in. l. certum. C. de rei vendica. Et habitans domum, dicitur fructus percipere. l. si is qui bona. §. si antichresis. ff. de pigno. l. apud Iulianum. §. 1. ff. de legatio. l. prædiorum. ff. de vsur. Cassaneus, in consuetudinibus Burgundix, Rubrica. 4. §. 17. verbo, & fayre, num. 14. Et appellatione fructuum, veniunt omnia que ex terra nascuntur, vel ex ipsa aluntur. l. in pecudum. l. fructus. ff. de vsur. Dū tamen eius generis sunt, vt renascantur, vt dicam capite sequenti. Quid autem veniat appellatione obventionum, vide glos. l. 1. §. exercitorum. ff. de exerci. action. & in. c. præsentii. §. porro. de offic. ordina. vbi bonus textus. l. obuenire. ff. de verbor. signific. Clement. statutum, de electio. Appellatione autem frugum, quid veniat, vide. l. frugem. ff. de verbor. signific. Fulg. consilio. 116. Bald. c. cū. M. de consli. Et quid veniat appellatione fructuum, vide Petr. Ferr. in practi. in forma libelli, in glosa, in verbo: *Simul cum fructibus in fine.*

S V M M A.

- 1 **P**artus annulle, an tutor possit decimare.
- 2 **P**artus ancille venit appellatione redditus, licet non fructus.
- 3 **P**artus ancille diuiditur inter virum, & uxorem, & num. 15.
- 4 **P**artus ancille non sunt in fructu.
- 5 **H**eres non lucratur partus ancillarum, licet lucratur fructus.
- 6 **M**aritus non lucratur partus ancille dotalis.
- 7 **T**utor decimat fructus aptos, ad alendum hominem, non alios, & nu. 11.
- 8 **G**abellam fructum emens, non lucratur gabellam, que imponitur pro capitibus hominum.
- 9 **M**aritus nō lucratur fructus, qui non renascantur.
- 10 **P**artus ancille, potius est fructus, quā augmentum.
- 14 **T**utor decimabit fructum opere serui, sed non ipsum seruum durante tutela natum.
- 16 **T**utor, an debeat decimam in iure presentandi, vel in iure patronatus. nu. 23. & 33.
- 17 **I**us patronatus acquisitum, constante matrimonio, diuiditur inter virum & uxorem, & nu. 21.
- 18 **I**us patronatus, an transeat in maritum.
- 19 **T**utor, an habeat ius presentandi nomine pupilli.
- 23 **F**ruetuum, cum sit metio ad alendum hominem, intelligitur de fructibus aptis ad alendum.

- 27 **I**us presentandi, an transeat in eum, ad quem pertinet pars fructum.
- 29 **F**ruetus, vel redditus appellatione, nō veniunt iura.
- 30 **I**us presentandi, non transit in patrem. Ius presentandi, an transeat in maritum.
- 31 **I**us presentandi, an transeat in fideicommissarium vniuersalem.
- 32 **F**ruetum conductor, non habet presentationes ad beneficia.
- 33 **I**us presentandi, quando sit fructus.

J An tutor deducat decimam ex partibus ancillarum, & an habeat decimam in presentationibus iure patronatus pupillo competētib. Cap. XXIII.

- I** **E**ST Quæstio difficilis, an tutor decimare possit partus ancillarū pupilli. Exemplum sit: serua pupilli, vna, vel plures, durante tutela pepererunt filios decem, qui ad pupillum pertinent: nam partus sequitur v̄trem, quæro, an vnus ex his decem seruis, iure decimæ pertineat ad tutorē, vel decima pars vnus serui, si vnus tātum nascatur. Est quæstio longè difficilis. Videtur hunc quoque tutorem posse decimare.
- ¶ Primò, ex generalitate huius legis. Secundò, ex eius ratione, plus enim laboris est educare seruum pupilli, quā exigere eius redditus, ex redditibus autem deducit decimā, ergo, & ex partibus ancillarum.
- 2 ¶ Tertiò, probatur argumento efficaci, nam, licet appellatione fructus, non veniant partus ancillarum, tamen appellatione redditus rectè veniunt, iuxta glosam, in. l. deducta. §. hæreditatem. ff. ad Trebel. & in. c. grādi. in verb. De redditibus, de supplen. neglig. prælato. lib. 6. glosa in. c. generali. in glō. fin. de electionib. lib. 6. glosa in l. frugem. ff. de verbor. signific. notat Specul. titulo de locato, in fine principij versiculo. item generalior est, num. 6. Archidia. in cap. his. 13. q. 2. Paul. & Alexand. in. l. deducta. §. hæreditatem. ff. ad Trebel. vbi etiam scribunt Imol. & Rapha. l. Paulus respondit. §. hæres. ff. de vsur. Cassan. in consuetudinibus Burgundiæ, Rubrica. 4. §. 17. in verbo, & fayre, num. 15. Nam plus comprehendit verbum redditus, quam verbum

verbum *fructus*. Verbum enim *redditus*, comprehendit omnes proventus promiscuè, autore Cardin. in Clemen. 1. in principio de excess. b. prælato. Vnde hæres gra uatus restituere fructus deductis redditibus, deducit partu: ancillarum, quos non deduceret, si rogaretur restituere deductis fructibus. l. in ratione in secunda. ff. ad legem Falcid. docet. Imola, & Alexand. in l. mulier. §. hæres. & in l. deducta. §. hæreditatem. ff. ad Trebel. Supra autem in quæstione præcedenti, col. 2. docui tutorem posse decimare, non solum fructus, verum etiam quoscunque redditus. Verba enim huius legis. *Mantengalos de los frutos, y tome para si el diezmo*, referuntur ad iuris dispositionem, qua cauetur pupillum, ex redditibus alendum, non vero possessiones vendendas. ut in l. ius alimentorum. ff. ubi pupilli æducat. debe. l. 3. ff. eo. titu. o. & docui cap. 2. versiculo. Rursus tutor tenetur alere pupillum. Nemo autem cordatus, dicit tutorem solū posse alere pupillum ex rebus quæ propriè fructus sunt, & non ex his quæ sunt redditus, licet non sint fructus, ex eo quòd hæc lex dicit, *Mantengalos de los frutos*. Ergo ita videtur dicendū in nostro casu, tutorem posse decimare, non solū ea quæ fructus propriè sunt, verum etiam ea quæ sunt redditus, nam verbum diffiniens plura contenta in eadem oratione, debet ea pariformitèr determinate. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil. Ergo hæc oratio. *Mantengalos de los frutos, y tome para si el diezmo*, ut pariformitèr omnia determinet, significat tutorem posse capere decimam ex his, ex quibus pupillus alitur, pupillus autem alendus est ex redditibus, ergo, & ex redditibus tutor potest deducere decimam. Appellatione autem redditus veniunt partus ancillarum, ergo tutor eos decimare potest. Quid quòd, ut supra dixi, verbum *frutos*, hic positum, intelligendum est iuxta vulgatum modum, & ulum loquēdi. Hispanicè autem fructus appellamus quoscunque redditus, ut in præcedenti quæstione dixi, numero. 4. & licet partus ancillæ in fructu non sit, est in redditu.

3 ¶ Quarto facit, quòd cum Iure Regio lucra, constante matrimonio acquisita inter virum & vxorem diu dantur, diuiduntur etiam partus ancillarum, uti in hoc Regio Prætorio iudicari post longam con trouerſiam vidi, ut statim dicam.

4 ¶ Hæc sunt quæ istam partem asserunt. Sunt tamen alia, quæ veritatis amatorem possunt, non absurdè in diuersam sententiam adducere. Primò, illud est manifesti iuris, quòd partus ancillæ in fructu non sunt. l. in pecudum. ff. de usur. §. in pecudū. Insti. de rer. diuisi. l. itaque. §. si. ff. de usur. l. ancillarum. ff. de petitio. hæ redi. Idè ille ad quem fructus pertinent, non capit partus ancillæ. Quia nimò, licet plus sit habere usum fructum rei, quam habere fructum rei, ut in l. item si fundi. ff. de usufr. iuncta. l. diuortio. §. si vir in fundo. ff. sol. matrim. tamè, neque ille qui habet usum fructum in ancilla, lucratur eius partum. l. vetus. 7 §. ff. de usufr.

5 ¶ Sic licet hæres faciat fructus suos, & nō teneatur eos imputare in Trebellianicam, seu Falcidiam, tamen non lucratur partus ancillarū, iuxta tradita per glosam, Alexand. & Imolam in l. mulier. §. hæres. ff. ad Trebel.

6 ¶ Tertio, maritus lucratur fructus, & omnes quocunque redditus. l. dotis fructus. ff. de iuri doti. l. pro oneribus. C. eo. titulo. tamen non lucratur partus ancillæ dotalis. l. 1. C. solut. matrimonio. l. penult. §. mancipia. ff. eodem titulo. l. si mancipia. ff. de iure doti. à cōtrario sensu. Cum ergo maritus æquissimo iure lucrans fructus, non lucratur dotalis ancillæ partum, licet sustineat, vix satis exagerata onera matrimonij, & licet fructus ei dentur, ad ea sustinenda, profectò, maximum est augmentum, quo tutor decimans fructus, non potest deducere decimam de partu ancillæ, præsertim cum hæc lex sit correctoria Iuris Ciuilis, à sapientissimis hominibus conscripti.

7 ¶ Quarto probatur, quoniam decima datur tutori, ut inde sese aliat, habeat quæ, vnde viuat, ut docui capite. 2. ergo, certè verissimile est, legem sensisse, ut tutor deducat decimam ex fructibus & redditibus, quæ natura, vel functione, alimoniam præstant, puta ex pecunia proveniente ex reddito annuo, ex tritico, vino, oleo, & cæteris naturalibus, & industrialibus fructibus, non autem ex ancillæ partu, qui non videtur in luce proditus, vt ex eius præcio pareatur victus, sed, vt ministrer, & seruiendo operas præster. Nam, vendere seruum, absque causa iustissima, non satis sapit Christianam charitatem, cum pauperem Christi, seruitutis iniurijs expoli-

De decima Tutori

expositum, è domo ableges, alibi fortassis, non ita clementèr, neque iuxta Christianam disciplinam tractandum. Itaque, qui servos ea facilitate vendunt, qua pecora, omnem humanitatis sensum exuerunt, & à Christiana charitate alieni, avaritiæ, vel ferociæ serviunt, neque satis meminerunt se homines esse. Qua ratione constitutum arbitror, ne maritus lucrans fructus dotis, lucretur partus ancillæ. Neque est aliud argumentum, quod me violentius in hanc sententiam trahat. Nam licet scripti iuris auctoritate, non facilè trahamur in hanc sententiam, tamen archano quodam naturæ sensu, libentèr improbamus ancillæ partus decimandos. Repugnat enim æquitas, & naturalis ratio, neq; verissimile est legislatorem de his fructibus, vel redditibus sensisse. Sapit enim, nescio quid Scythicum. Cui servum, domi, cum pupillo domino æducatum à tutore, nihil accipientem, matris labore ablatum; subito è matris ubere transferamus ad tutorem, admittaturque dura separatio adversus legem?

8 ¶ Sic ementi gabellâ fructuum, non pertinet gabella quæ imponitur pro capitibus hominum, ita Bald. in d. l. vetus. ff. de usufruct. Quia gabella fructuum nō comprehendit partus servarum, & idem ibi notat Angel. & Paul. à Montepico. in repetitione. l. Titia cum testamento. §. Titia cū nuberet, nu. 1 1 3. q. 3 1. ff. deleg. 2. Boer. decif. 1 2 6. col. 2. nu. 2.

9 ¶ Postremo facit prudens ratio, quòd vir non lucratur, nisi fructus qui renascuntur, ut in l. diuortio. §. si vir infundo. ff. solut. matrimo. & dicam cap. 2 §. Res enim, quæ non renascuntur, nō censentur esse in fructu, neque pertinent ad eum ad quem pertinent fructus, ut ibi notant Bartol. col. fi. A lex. col. 2. las. col. 2. & 3. Et redditus dicitur, qui quotannis reddit, ut dixi capite præcedenti. Parere autem ancillam, nō est res quæ natura sua renascitur, nisi ancilla viro copuletur. Copulari autem non iubebit herus, quoniam extra matrimonium copula capitale peccatum est. Si autem copulatur ex matrimonio, voluntate domini serva libertatem adipiscitur. Ager naturalitèr germinat, parturiunt arbores, fructificant vites, de his decimam deducet tutor, ex partu vero ancillæ nō deducet quoniam homini, cuius causa cœlestis, ille pater omnia creavit, non est in fructu, neque

ancillam, absque copulla parit, quòd dominus iubere non debet, ergo non adeo naturale est, sæpius parere ancillam, ut vitem sæpius germinare. Rursus in fructu est lapis, si renascitur. ut in d. l. diuortio. §. si vir infundo. At lapis renascitur natura ipsa, absque hominis ope, at in utero absque nova viri irrigatione, non gignitur alius servus. Denique, cum ancilla copulans se viro, qui non est maritus, peccet mortalitèr: non potest iuxta rectam naturæ legem dici naturale esse, alium servum renasci. Item nō est naturale alium servum renasci, sed posse renasci accedente copula.

10 ¶ Ultimo servus ex pupilli ancilla natus, potius est appellandus augmentum rei pupilli, quam fructus, vel redditus, cum non sit naturale semper reddere. Ideo tutor, licet possit, & debeat alere pupillū ex redditibus, non poterit eum alere ex precio servi venditi, licet denuo nascatur ex ancilla pupilli, quoniam potius auget rem pupilli, quam est in fructu.

11 ¶ Denique illud, vel refractarium in nostras partes adducet, quòd fructus & redditus dicuntur, qui apti natura sunt ad parandum victum, & alendum hominem, at quis unquam dixit ego habeo quadraginta aureos ex redditibus annuis, quòd serva nonnunquam parit? Verba sunt intelligenda iuxta communem usum loquendi, neq; quisquam dicitur vivere ex fructu rei redditibus, licet vèdat servos, quos ancilla peperit, sed dicitur alienare proprias res.

¶ Hoc mihi videtur æquius, prudentius, & verbis, & menti legis accommodatius, adde etiam verius, & vel illud est Achilleū argumentum, quòd maritus, tot laboribus matrimonialibus obligatus, non lucratur partus dotalis ancillæ.

12 ¶ Non obstant ex adverso prolata, licet enim hæc lex generalitèr iubeat fructus decimari, est ratione limitanda, & æquitate restringenda, neque ratio admitti, vel æquitas patitur, ut tutor decimet partus ancillæ.

13 ¶ Non obstat, quòd appellatione redditus veniunt partus ancillæ, & quòd tutor deducit decimam de redditibus. Quamvis enim tutor deducat decimam de redditibus, intelligitur de redditibus; ex quibus alendus est pupillus, ut supra probavi, non autem dicitur alitus ex fructibus, si alatur ex precio servi nati durante tutela, & à tutore venditi. Itaque, non ex quibuslibet redditibus

redditis, sed ex his, qui natura, vel functione apti sunt ad alendum pupillum, est deducenda decima.

14 ¶ Non obstat, quòd tutor laborat in æducando seruum recens natum, quoniam etiam laborat in fundo, tamen non decimat ipsum fundum, sed eius fructus, idcò decimabit redditus operarũ serui, sed non ipsum seruum.

15 ¶ Non obstat, quòd seruus natus constante matrimonio, diuiditur inter virũ & vxorem, iuxta Regiam constitutionem, quæ omnia lucra vult inter eos communicari. Id enim verum, quoniam lex Regia, non solũ fructus, vel redditus, sed ipsamet res omnes matrimonio cõstante lucratas, vult inter maritum, & vxorem communicari, & partus ancillæ venit appellatione redditus, & non solum redditus, sed omne augmentum communicatur inter virum, & vxorem, etiam si neque fructus sit, neque redditus. Non ignoro hanc quæstionem de diuidendo partum ancillæ inter virum, & vxorem, difficillem reputari, sed mihi indigna videtur, quæ prudentibus facerent negotium, nam illa quæ parum attentos exterrant, inania terricula sunt, neque enim partus ancillæ diuiditur, quia est in fructu, sed quia est augmentum rei maritalis, & omne augmentum diuiditur inter virum, & vxorem.

16 ¶ Nunc tractemus, quid si pupillus, habeat ius præsentandi ad decem sacerdotia, an hîc quoque tutor habeat decimam, & ad decimum sacerdotium eruditum aliquem sacerdotẽ præsentare possit. Mouet quæstionem, quòd tutor decimat fructus, præsentatio autem est in fructu, glossa finalis in.c. cum Bertoldas. de re iudic. & in cap. cum olim. de maiori. & obedi. Abb. in cap. cum olim. col. 2. de iure patron. Abb. in c. consultationibus. col. 3. cod. titulo; & in.c. si. col. si. de concessio. præben. Baldus. 1. C. de distract. pignor.

17 ¶ Sic cum Iure Regio lucra diuidatur, inter virum, & vxorem, diuiditur ius patronatus matrimonio constante acquisitum, vt scribit Lupus in Rubrica, de donatio. inter virum, & vxor. §. 6. l. nu. 23. Couar. variarum resolutionum, lib. 3. c. 19.

18 ¶ Tertio probatur, quoniam in maritum transit ius patronatus vxori competens, non alia ratione, nisi quia iure cõstitutum est, vt maritus faciat suos fructus dotis. Quod intelligitur, si ius patronatus non

competat ratione personæ, sed sit ius patronatus conferendi vnito, & adhærenti certo loco, castro, vel fundo, nam cum eo transit. c. cum sæculum. de iure patron. Ita nominatim in marito scribit Rochus Curtius, de iure patronatus, verbo, *ipse vel is, & quo*, q. 28. Molin. in consuetudinib. Paris. titulo. 1. §. 3. glossa. 10. num. 3. Cum ergo tutor iucretur fructus, videtur quòd pro sua parte possit repræsentare, præsertim cum patronatus sit instar rerum patrimonialium, vt in capitulo cum sæculum, & in capite ex litteris, de iure patronatus, cum alijs vulgaribus.

19 ¶ Et quòd ius patronatus transeat ad maritum, scribit Rota decisione. 422. fuit dubitatum, vtrum valeret in nouis. Cardina. Florent. in cap. ex litteris. de iure patron. & in Clement. plures. in princip. eodem titulo. q. 6. Rochus Curtius in loco supra citato. Cardina. Alex. in.c. per vestras. col. 3. versiculo item quæro. de donatio. inter virum, & vxor. & ibi Lupus. §. 48. vbi post Alexand. disputat, an præferendus sit præsentatus à marito, presentato ab vxore. De qua re, vide Doctores. in locis supracitatis, & Ancha. consilio. 355. visis punctis. in vltimo dubio. Labertinũ de iure patronatus, articulo. 3. q. 6. principi. 3. par. lib. 2. Arnoldum Ferron. in consuet. Burdegali. titulo de iure person. col. 4. ver. & ideo.

20 ¶ Quarto, vel illud nos in hanc sententiam adducere potest, quòd tutor etiam, itante Iure Communi, quo nihil ei acquiritur, præsentat simul cum pupillo, & præsentatus ab eo præfertur presentato à pupillo, si pupillus infans sit, vti latè scribunt Ioan. And. in.c. ex eo. de electio. lib. 6. DD. ibi, in.c. cũ olim. de iure patro. Lupus, allegatio ne. 75. Lupus in.d.c. per vestras. §. 43. succedit alia notabilis quæstio. num. 3. fol. 76. Anchar. cons. 355. Abb. in.c. si. de concess. præben. Selua. de beneficio, quæst. 4. Cum autè hoc dispositũ sit de Iure Communi, quo nihil datur tutori, certè magis, & maiori facultate, poterit hodie facere, cum decima fructuũ pupillarium ad eum pertineat.

21 ¶ Præterea cũ in aliquibus regionibus cõstitutũ sit, vt mulier mortuo marito habeat dimidium fructuum rerum mariti, certè talis mulier potest præsentare, vt scribit Afflic. in constitutione Siciliæ, incip. licentiam, in. 2. q. primi notabilis.

Ccc ¶ Postea

De decima Tutori

22 ¶ Postremo, sunt aliqua iura patronatus; pecuniam adferentia, quod si pupillus ex iure patronatus habet annuos aureos quingentos, certè esset iniquum, ut eos tutor non decimaret.

23 ¶ Euidem in iure præsentandi ad Ecclesiam, vel sacerdotium, arbitror tutorem decimam, non percepturum, licet enim præsentatio sit in fructu, & hæc lex det decimam fructuum, intelligitur de fructibus aptis ad alimenta tutoris, & pupilli, ut patet ex verbis legis iam sæpius prolatis. *Mantengalos de los frutos, y tome para si el diezmo.* Datur enim decima tutori, ut habeat unde se alat. Occupatus enim negotijs pupillaribus, non poterit sibi parare victum, nimirum cessante fructu industriz suæ. Quod autem hæc sit mens legis, docui supra hoc cap. & probat antiquissima lex Gothorum scripta in volumine legum Gothicarum, quod appellamus *fuero juzgo*. Inquit enim. *Tome para si el diezmo, para que aya en que biva.* Et hæc nostra lex, decimam deduci vult ex fructibus, ex quibus pupillus alitur, ex iure autem patronatus, præstante ius præsentandi, minimè quisquam ali potest.

24 ¶ Preterea, ut supra dixi, verba legis vernacula lingue conscriptæ, intelligenda sunt iuxta proprietatem lingue vulgaris, & communem usum loquendi. Vulgo autem non appellamus fructus, ius præsentandi, imò reputatur ius sterile, exile, prorsus icium, & inutile. Sic dicere solemus. *Pedro puede presentar quatro capellanes, pero que fruto le viene de esso que le renta esso.*

25 ¶ Itaque re vera, mens, & verba legis, atque etiam ratio, hic deficiunt. Nam cum sit mentio fructuum, ad alicuius sustentationem, non venit ius patronatus, nec præsentatio. autore Felin. in. c. cum olim. col. 2. de maior. & obedi. sentit Benedic. in. c. Raynuntius, verbo cætera bona. nu. 3.

26 ¶ Preterea ne desit auctoritas, hanc questionem breuiter tractauit Cassi. in consue. Burgun. Rubr. 6. §. 4. in verb. *Et fait la dite femme*, num. 4. versic. Sed quero iuxta prædicta. Vbi tractans ius Gallicum, quo tutori omnes fructus rei pupillaris datur, inquit. Quid si in dictis bonis sit ius patronatus, an præsentatio spectet ad matrem tutricem, & balistam, an verò ad filios videatur, quod ad matrem, quia præsentatio est fructus iuris patronatus, & dicit Paul. de Ciudadinis, in suo tractatu de iure patrona-

tus. 6. par. art. 3. q. 28. quod est fructus industrialis, ergo cum faciat fructus suos tutrix, videtur quod possit præsentare, dicit tamè Felin. in. c. cum olim. in. 2. col. de maioritate & obedientia, quod quando fit mentio de fructibus, ad alicuius sustentationem, non venit præsentatio, ex quibus cogita, & aduerte, an pupillus possit præsentare, & quis præferatur, an tutor, vel pupillus, & quando minor præsentat, an requiratur auctoritas tutricis, vel curatoris, vide Rochum Curt. de iure patronatus, in verbo competens. q. 4.

¶ Hactenus Cassianus, qui lectori iudiciū relinquens, nihil definit, sed nescio, an videatur procliuior in hanc partem.

27 ¶ Quarto probatur, quoniam attento nostro iure Regio, hoc videtur manifestius, quoniam iure nostro, non dantur tutori omnes fructus, sed tantum decima, fructuum cum autem non omnes fructus, sed pars ad aliquem pertinent ius præsentandi, ad illum non transit, quoniam ius patronatus est, quid indiuiduum. cap. 1. de iure patrona. idè, non venit in diuisione, auctore Bald. in. l. familie C. commu. vtri. iudi. ita docuit Cassian. in consuetudinibus Burgund. Rubrica. 4. §. 6. verbo, *sur la moytie*. nu. 2. versiculo sed quero. Si tamen aliquis esset fructuarius omnium fructuum, tunc ad eum transit ius patronatus competens ratione loci, ut scribit Socin. in repl. Titia. §. Titia cum nuberet. que st. 39. ff. delega. 2. Rochus Curtius, de iure patrona. in verbo, *ipse, vel is, a quo causam habuit*. q. 28. Molin. in consuetudinibus Parisiens. titulo. 1. §. 3. gloss. 10. nu. 3. & tit. 1. §. 1. gloss. 1. §. 24. quoniam etiam ad colonum transit vna cum re corporali. c. ex litteris. de iure patrona.

28 ¶ Hæc autem opinio, ut ille ad quem pertinet pars fructuum, non possit præsentare, est manifestior in nostro casu, quoniam tutori non traduntur bona, ut vtatur, fruatur, sicut fructuarius partis rei, sed omnes fructus pertinent ad pupillum; & pupillus debet decimam partem tutori, ut c. editor; non autem tutor est fructuarius decimæ partis, sed est creditor eius summæ, & ius patronatus non transit, nisi cum vniuersitate, ut in. c. ex litteris. de iure patrona.

29 ¶ Sexto probatur efficaciter, quoniam hoc casu, quo ad aliquem pertinent fructus, vel redditus appellatione fructuum, vel reddituum, non veniunt iura, ut in cap. grandi. de supplen. negli. prælat. lib. 6.

libro. 6. vbi notat Dominicus: cuius traditionem probat Alexand. in. l. diuortio. §. si vir in fundo. ff. solu. matrim. Ius autem præsentandi, & ius patronatus, potius sunt iura, quam fructus, vt ipsum nomen significat.

30 ¶ Septimò probatur, quoniam ius præsentandi, non transit in patrem, vt scribit Ferronius, in consuetudinibus Burdegal. titulo de iure personar. §. 1. folio. 11. quoniam in spiritualibus, non curatur patria potestas.

¶ Octauo, marito debentur æquissimo iure omnes fructus dotis, tamen in eum non transit ius patronatus, vt notat in. c. fin. de conce. præben. Anton. & Abb. col. pen. & fin. Inola ibi. Paul. Eleazar, in. c. nobis. de iure patrona. & in disputatione quæstionis incipientis Patronatus Ecclesiæ sancti Martini. Felin. in. c. cum Bertoldus. col. fin. de re iudi. Benedic. c. Raynuntius. verbo, cætera bona, num. 37. de testam. qui scribit, quòd si villæ in dotem date pertinet ius patronatus, ius præsentandi, potius pertinet ad vxorem veram dominam, quam ad maritum, ad quem pertinent fructus rei dotatis, quoniam præsentatio non est fructus cõmodum reale adferens, seu aliquid conferens, ad sust. nẽdum onera matrimonij, sed est solũ quidã honor. Quod si in maritum, qui pro tempore matrimonij dominus est rei dotalis, & ad quem omnes fructus pertinent, non transit in patronatu, quantum nũs trãsbibit in tutore, qui nõ est dominus rei pupillaris, neque ad eum pertinet omnes fructus, neq; circa eum tanta versatur, æquitatis ratio, sicut circa tutorem, & decimam fructuũ. petit ex lege correctoria. Fateor tamen, hoc argumentum de marito, non satis solidum esse, quoniam contraria sententia videtur æquior, vt dixi in tractatu de non meliorandis filiabus, cap. 26. colum. 2. præsertim cum ius patronatus debetur, & est affixum rei. Adde tamen, quòd Boerius, in consuetudinibus Bituricensis. titulo de iure personarum. §. 5. verbo parapherna, col. 1. docet ius patronatus, non transire in maritum.

31 ¶ Nono facit, quòd ius patronatus non transit in fideicommissarium vniuersalem, vti notant Bar. & Nicolaus Neapolitanus in. l. quia perindẽ. ff. ad Trebel. Alexand. & Imol. in. l. si patroni. in fine. ff. eo. titulo. per distam legem, quia perindẽ, iuncta. l. familiaria. cum sequenti. ff. de religio. &

sumptib. fune. Alexand. in. l. Centurio. col. 1. ff. de vulga. & pupil. Paul. in. l. præcibus. C. de impub. & ali. substi. ibi Alexand. col. 8. Iaso. col. 18. Rochus. de iure patronatus, verbo ipse, vel is à quo, q. 9. Benedic. in. c. Raynuntius, verbo, si absque liberis moreretur. 2. num. 24. de testament. explicat rem; Molin. in consuetud. Paris. titulo. 1. §. 37. glossa. 10. num. 1. Nam videtur intelligendum de certo patronatus genere.

32 ¶ Denique nescio, quid absurdum continet, vt tutor habeat decimam in iure præsentandi. Octauo facit, quòd conductor, fructuum, quem Galli *firmarium* vocant, non consequitur collationes, seu præsentationes beneficiorum, vt in. c. ex litteris. & ibi Abb. de iur. patro. Idem Abb. in disput. incip. Augerio. col. 19. Bald. consilio. 32. lib. 3. Ioan. Francisc. Patauin. de potestate capituli sede vacan. in. 2. parte. q. 5. Boerius, in additione ad Dinum in regula beneficium, folio. 9. incipiente, adde glossam de regul. iur. in. 6. & in consuetudin. Bituricensis. tit. de iure persona. §. 5. in glossa dotis. col. 1. in finali. versiculo, & decisione 224. num. 9. & consil. 67. videtur primo, quòd firmarius.

33 ¶ Hæc mihi verior sententia videtur, vt tutor non habeat ius proprio nomine præsentandi ratione decimæ. Si tamẽ ius patronatus pupillo competens, tale esset, vt adferret pupillo annuatim cõmodum pecuniarium, tunc certè redditum pecuniarium decimabit tutor, quoniam sunt veri, & proprii fructus apti ad suppeditandum victum.

¶ Non obstat ex aduerso prolata. Non obstat primum, quòd præsentatio est in fructu, quoniam non est fructus utilis ad alẽdum hominem, & hæc lex solum intelligẽda de fructibus aptis ad alendum tutorem, & pupillũ. Item intelligẽda in fructibus, non in iuribus, vt docui supra. Nõ obstat, quòd in maritum transit ius præsentandi, id enim est, quoniam est dominus rei dotalis l. in rebus. C. de iure doti. Deinde ad eum pertinent omnes fructus, & plus iuris in eis habet, quam usufructuarius. Deinde in maritum transeunt iura competentia vxori, at tutor non est dominus rei pupillaris, neque usufructuarius, sed tantum ei debetur decima, tanquam creditori. Ad hæc alia est æquitas in marito, diuine, & humane domus indiuiduo, & perpetuo locio,

De decima Tutori

cui & corpus suum tradit vxor. Non obstat, quod tutor etiam de iure communi presentat simul cum pupillo, quoniam id, non ad utilitatem suam, neque nomine suo pupilli, tanquam minister auctoritatem presentando presentationi.

S V M M A.

- 1 **F**ruktus sacerdotij pupilli, an decimet tutor, & nu. 3.
- 2 Tutor datus à iudice seculari, non habet potestatem in rebus spiritualibus. Patris auctoritas, an sufficiat in rebus ecclesiasticis pertinentibus ad filium.
- 3 Thesaurum repertum in solo pupilli, an decimet tutor.
- 4 Thesaurus non pertinet ad usufructuarium.
- 5 Fructus non censentur qui non renascuntur.
- 6 Thesaurus repertus in fundo dotali, an pertineat ad maritum.
- 7 Augmentum rei pupillaris, non est decimandum à tutore, sed eius fructus, & nu. 12.
- 8 Augmentum, an pertineat ad usufructuarium.
- 9 Emphiteotica res, incidens in commissum, an ad pertineat ad proprietarium, an vero ad eum qui habet in ea usufructum.
- 10 Successiones pupillo obueniētes, nō decimat tutor.
- 11 Donata vni ex coniugibus, non communicantur inter eos, bene tamē comunicantur eius fructus.
- 12 Glanem decimat tutor.
- 13 Fructus etiam ex re alienari prohibita decimat tutor, & diuiduntur inter virum & uxorem.
- 14 Tutor decimat lucrum, quod prouenit ex aliquo exercitio, in quo confert pecuniam pupilli.
- 15 Tutor decimat aues, & feras, & pisces, & paleas pertinentes ad pupillum.
- 16 Donata pupillo, non decimat tutor, bene tamen decimat fructus rei donatae.
- 17 Donata, non diuiduntur inter virum & uxorem, neque inter socios.
- 18 Tutor an decimet acquisita ex operis ipsius adulescentis.

I An tutor deducat decimam ex fructibus beneficij pertinentis ad pupillum, vel aduultum ultra redditus prophanos, & an decimet pisces stagni, vel aues, & feras inclusas in viuarijs pupilli, & quid in thesauro reperto in solo pu-

pilli, & an decimet augmentis obueniētes rei pupillari, & vel fructus maioratus. & quid in rebus donatis. Cap. XXVIII.

- 1 **Q**Uæro deinde minor vigintiquinque annis sacerdotium, vel beneficium magni redditus habet vitia redditus prophanos, quæro, an tutor decimet fructus beneficij.
- 2 **V**idetur posse exinde deducere decimam, nam fructus sunt, & ad minorem pertinent, tutor autem deducit decimam fructuum ad pupillum pertinentium. Præterea pensio beneficij est in fructu, vt patet ad iensum, & docet Cassan. in consuet. Burgund. Rub. 4. §. 17. verbo, & faire, num. 3. ver. incipiente additio.
- 3 **S**ed meo iudicio, verius est tutorem, vel curatorem non posse decimare fructus beneficij ad pupillum, vel aduultum pertinentis. Moueo, vñ: co, sed tamen efficaci argumento, scilicet, quod tutor datus à iudice seculari, non habent potestatem in bonis spiritualibus, vel ecclesiasticis pupillo competentibus, nec potest integrare personam minoris sui clerici. Ita docet Anchar. in c. si annum. de iudi. in. 6. & ibi Dominicus, & Francus qui addunt, quod tutor testamentarius, vel datiuus, non potest litigare pro beneficijs sui pupilli. Et ante eos glossa in d. c. si annum. in verbo eiusdem notat, quod licet in pluribus casibus sufficiat auctoritas patris, vt in l. cum oportet. & in l. cum non solum. C. de bon. quæ libe. illud verum in bonis patrimonialibus, non in ecclesiasticis, in quibus, neque auctoritas Imperatoris sufficeret, neque cuiusuis alterius iudicis prophani, vt in c. benè. 96. distinctione. cap. at si clerici de iudi. l. ille à quo. §. si. & lege sequenti. ff. ad Trebell. Et quod tutor datus à iudice seculari, non habeat potestatem in bonis spiritualibus, vel ecclesiasticis pupillo competentibus, docet Cassan. in consuetudinibus Burgund. Rubrica. 8. §. 1. versiculo & primo, num. §. 1. col. 2. Cum autem tutor, vel curator in bonis ecclesiasticis ad pupillum pertinentibus nullam habeant potestatem administrandi, deficit ratio huius legis, quæ propter administrationem dat tutori decimam. Deficiente autem ratione legis deficit lex, vt in cap. cum cessante. de appellatio. Præterea

Præterea supra docuimus cap. 12. quòd tutori qui nõ potest administrare, quia deficit facultas legis non est danda decima, vide ibi tradita.

4 ¶ Sed est quæstionis, quid si in domo, vel fundo pupilli, reperitur thesaurus, an tutor possit illum decimare. Videtur posse, quoniam fructus dicitur, quod immediatè colligitur ex re. l. qui se. l. cum quis. ff. de conditio. ob causam. Theſaurus autè immediatè procedit ex fundo, ergo tutor poterit illum decimare, iuxta generale decretum huius legis.

5 ¶ Sed verius est non posse, quoniam thesaurus non est fructuarius. l. diuortio. §. si fundum. & ibi Doctores. ff. solut. matrim. & ita ibi notat gloss. Bart. & Bald. Molin. in consuet. Paris. titulo. 1. §. 1. q. 4. gloss. 1. nu. 43. Boerius, decis. §. 1. nu. 2. Alberi. in Rubr. C. de usufructu. ante finem. versiculo multo enim magis, Boerius decisione. 224. nu. 9. versiculo paritè istud probatur. Cum ergo non pertineant ad usufructuariũ, multominus pertinebit ad tutorem, cui non omnes fructus debentur, & decima quæ ei datur debetur ei tanquam creditori, non tanquam usufructuario, & fortius ius habet usufructuarius, quam is cui debetur fructus, vt docui supra capite.

6 ¶ Præterea thesaurus semel erutus non renascitur, quæ autem non renascuntur, non censentur fructus, neque ad usufructuarium pertinent, neque ad maritum. l. diuortio. §. si fundum. & §. si vir in fundo. ff. solut. matrim. Neque ex his quæ non renascuntur decima est danda tutori, vt latè dico infra cap. 25.

7 ¶ Præterea hæc opinio probatur, quoniam dimidium thesauri, inuẽtori dandum, dimidium vero domino soli & prædij. l. si is qui. §. si communis seruus. ff. de acquir. rerum domin. Neque thesaurus censetur fructus fûdi, naturalis, nec ciuilis, vt notat Doctores in d. l. diuortio. §. si fundum. Molin. in consuetudin. Paris. titu. 1. §. 1. q. 4. gloss. 1. nu. 43. & §. 37. ad fin. num. 48. Tutor autem non est dominus fundi pupillaris, sed cultor & administrator. Neq; est thesauri inuentor.

8 ¶ Neque obstat si quis obijciat, quòd maritus accipit dimidiũ thesauri reperti ab aliquo in fundo dotali, quoniam id ea ratione fit, quoniam pro tempore matrimonij est dominus fundi dotalis, & sic solum

pro tempore matrimonij retinet dimidiũ thesauri, sicut ceteras res dotales. Ex quo liquet, quod non retinet eum, tanquam fructum dotis, sed tanquam augmentum dotis, & post illud restituit vxori. Cum ergo marito denegetur, multo magis denegetur tutori, qui neque dominus, neque usufructuarius est rei pupillaris, tantum decima fructuum ei debetur, tanquam creditori.

9 ¶ Postremò, facit, quòd thesaurus magis est augmentum rei pupillaris, quam fructus. De augmento autem qui fructus non sunt, non debet tutor deducere decimam, quoniam potius decimaret res ipsas, quam fructus, hæc autem lex de decimandis fructibus loquitur, ergo extra fructus cessant verba legis, effectusque maximè detrimunt osum pupillo, si à verbis legis recederetur, nonnunquam enim res obueniens pupillo, excedit decem annorum fructus, nonnunquam triginta. Itaque de fructibus deducenda decima, nõ de augmento, quoniam de fructibus lex loquitur.

10 ¶ Comprobatur, quoniam licet ad usufructuarium omnes fructus pertineant, tamen non pertinet ad eum augmentum, nisi quod usufructum. l. item si fundi. §. sed si insula. ff. de usu. Oldrad. q. 229. col. fin. Ioan. Andr. in additio. ad Specul. titulo de loca. §. nunc aliqua, versiculo. 93. Paul. in l. 2. C. de usufruct. Benedic. in c. Raynuntius. verbo cætera bona. num. 33. Molin. in consuetudin. Parisien. titulo. 1. §. 1. gloss. 1. in verbo, *le seignor feodal.* q. 5. num. 46. Quinimò, neque in augmento habet usufructum, si sit separatum à re in qua habet usufructum, vt in d. §. sed si insula. Sic in tutore dicendum, quòd licet non possit decimare augmentum, poterit decimare fructus augmenti, quoniam etiã rei pupillo accrescentis est tutor, vt docui cap. 2. numero. 42. & omnium rerum, quarum est tutor, decimat fructus, & comprobatur ex his quæ dico infra numero 18. & quòd dico infra cap. 25. versic. ex his infertur.

12 ¶ Præterea, quòd ad fructuarium non pertineat augmentum, probatur, quoniam si res emphiteotica durante alicuius in ea usufructu incidat in commissum, commissum pertinet ad proprietarium, nõ ad usufructuarium, quoniã per commissum consolidatur dominium vtile cum directo, dilectum autem non habet usufructuarius,

Ccc 3 ergo

De decima Tutori

ergo ad eum non pertinet commissum. Item commissum est res, quæ venit per modum separatum, ergo ad fructuarium non pertinet, ita Guido Papæ decis. 277. incipiente, vtrum proprietarius, num. 3. Ias. in l. si. col. 1. C. de iure emphiteo. Oldrad. consil. 240. Albe. in l. 1. col. 2. C. de vsufr. Molin. in consuetu. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 1. q. 4. nu. 44.

12 ¶ Præterea, ita in specie definitum extat in tutore, nam licet iure Gallico tutor lucretur fructus, non lucretur successiones pupillo obuientes, quoniam solum lucratur fructus qui renascuntur, successio autem non renascitur, ita docet Cassan. in consuetudinib. Burgund. Rubr. 6. §. 4. verbo, & fait ladite femme, numer. 2. versiculo quid veniat. Ex quo vides id verissimum esse, vt tutor fructus rei pupillaris, nõ vero augmentum rei pupillaris decimet.

¶ Hoc tamen intelligendum, vt dixi num. 9. quod licet non possit decimare augmentum: tamen decimabit fructus ipsius augmenti, sicut dicimus in marito, qui licet non lucretur thesaurum, tanquam fructus fundi dotalis, tamen vtitur fructibus, & vtilitate ipsius thesauri, pro tempore matrimonij, vt dixi nu. 8.

13 ¶ His accedit, quod licet res obuientes marito per donationem, non debeat communicari, vxori licet obuenant, constante matrimonio, quoniam hoc casu limitatur lex Regia, iubens diuidi inter maritum, & vxorem omnia lucra constate matrimonio acquisita, tamen fructus rei donatæ diuidi debent inter maritum, & vxorem. Ita probatur in l. 4. titulo. 4. lib. 6. ordinationum, scribit Rodericus in l. 1. titulo De las ganancias, tertia limitatione. col. penul. Nam non solum res, verum etiam fructus extantes soluto matrimonio, diuiduntur inter virum & vxorem. l. 3. titulo. 2. lib. 3. Fori, & l. si. tit. 3. lib. 3. & l. 1. tit. 4. eo. lib. Lupus, in Rub. de donat. §. 62. vnde stu. 10.

14 ¶ Rursus tutor deducet decimam ex glande, quoniam dicitur esse in fructu, & appellatione illius omnis fructus continetur. l. qui venenum. §. glandis appellatio. l. silua cadaua. §. glans cadaua. ff. de verbo. signific. l. vna in fine. ff. de glan. legen. Boer. decis. 51. nu. 6.

15 ¶ Rursus deducet decimam fructuum, etiam si sint ex re alienari prohibita. Nam fructus primogenij, nõ sunt pars primogenij, nec videtur prohibiti alienari. Ideo comunicatur

inter virum & vxorem, vt scribit Lupus, in Rubrica de donationib. inter virum & vxorem. §. 62. vnde lucra. nu. 10. col. 5. Rodericus in repetitione. l. 1. titulo De las ganancias.

16 ¶ Illud tamen quotidie venit in quaestione, quid si tutor, cum pecunia pupilli exercet aliquam artem, vel negotium, vt lucretur, forsitan maiores fructus, quam si pecunia fœnori daret, an ex lucro deducat tutor decimam, & certè æquus est, vt eã deducat, hoc enim magis cõuenit rationi, & menti legis, vt dicam infra cap. seq. sunt enim redditus, & obuentiones, vt dicam cap. seq.

17 ¶ Præterea deducet decimam ex auibus, & færis solitis capi in viuarijs pupilli, & ex piscibus, & omni pecu squamigero ad pupillum iure redditus pertinente, vt pertinent ad Medinæ Sidonæ regulum. Nam appellatione fructus veniunt aues, & færa solitæ capi, vt inquit Bar. in l. cum plures. ff. loca. l. item si fundi. §. aucupiorum. ff. de vsufr. l. vsufructuarium venari. ff. de vsufruct. Cassan. in consuet. Burgund. Rub. 4. §. 17. verbo, & faire, num. 9. Et appellatione fructuum venit pallea, vt scribit Specul. de decimis. §. 1. versicu. fin. Bald. in l. si. col. 3. C. de condi. infer.

18 ¶ Sed tamen tutor non deducet decimam, ex rebus donatis pupillo. Primò, quoniam ibi nullus est, neque fuit eius labor. Secundo, quoniam res donatæ non sunt fructus, sed augmentum, & tutor decimat fructus, non augmentum, vt dixi num. 9. Tertiò, quoniam donatio non diuiditur inter virum & vxorem. l. 1. & 2. titulo De las ganancias, quod ibi latè Rodericus, Lupus in Rubrica de donatio. inter virum & vxorem, fol. 44. col. 3. versiculo limitabis, & §. 62. num. 18. Cassan. in consuetudin. Burgund. Rubrica. 4. §. 2. verbo, & acquiesc, col. 1. Nam neque inter socios diuiditur, quod prouenit ex donatione, vt per Alex. consilio. 49. col. 1. lib. 1. Bal. in l. cum oportet. in princ. col. 1. C. de bon. quæ libe. Ergo multo minus communicabitur inter tutorem, & pupillum, præsertim cum inter eos solum diuidantur fructus. Nota tamè, quod ex fructibus augmenti, tutor deducet decimam, vt dixi supra ver. postremo facit.

19 ¶ Sed est quaestio, quid si adultus magnos fructus sibi acquirit ex proprijs operis, exercendo officium, vel artificium, quæro, an ex his quæ quotannis pupillus lucratur

- lucetur ex operis suis, possit tutor deducere decimam. Et verius est, vt non possit.
- 20 ¶ Primò, quoniam quod prouenit ex operis, non censetur fructus, neque fructuum appellatione venit. glossa in l. 3. ff. de usufr. lega. & probatur expressè in l. cum duobus. §. si in cocūda. ff. pro socio. scribit Bal. in l. 2. nu. 1. col. 1. C. de loca.
- 21 ¶ Sic Alexan. consilio. 77. col. 2. lib. 5. scribit, quòd si inter aliquos sint diuidendi fructus, quòd non veniunt in diuisionem acquisita ex proprijs operibus, quoniam fructus non sunt. Egidius Thomas de collectis, fol. 529. nu. 10.
- 22 ¶ Tertio comprobatur, quoniã licet vxor acquirat viro quæ sita ex operis domesticis, tamen si sit texitrix, vel aliquam aliam artem exerceat, illa omnia ex eo artificio quæ sita sibi acquirit, non marito. l. si mulier. §. si vir vxori, & ibi Raphael. ff. de donatio. inter vir. & vxor. Bal. in l. si vxor. col. 2. versiculo cæterum. C. de condi. infer. Lupus in Rubrica, de donatio. inter vir. & vxor. §. 4. §. si autem. col. 1. nu. 4. folio vigesimo quinto. Pyrrhus, in consuet. Aurelianensibus, tit. de societate inter virum & vxorem, col. 5. qui citat Petrum in l. diuortio, in fine principij. ff. solu. matrim. q̄ intellige, vt dixi. c. 2.
- ¶ Sic ergo licet fructus sit diuidendi inter tutorem & pupillum, non diuidentur quæ pupillus ex suis operis acquirit.
- 23 ¶ Quarto probatur, quoniam licet filius acquirat patri, tamen illa quæ acquirit ex suis operis & labore, non pertinent ad patrem, saltèm quoad proprietatem, vt per Bart. nu. 2. in l. cum oportet, & ibi Doctores. C. de bon. quæ libe. & docui latissimè supra cap. 2. num. 5. cum sequentibus.
- 24 ¶ Quintò probatur, quoniã tutor decimat fructus rei pupillaris, at acquisita ex labore adolescentis, licet dici possent fructus, sunt fructus personæ, non vero fructus rei pupillaris, & ita deficiūt verba legis, quæ de fructibus rei pupillaris decimandis loquitur.
- 25 ¶ Sextò probatur, quoniã tutori datur decima propter administrationem rei pupillaris & propter laborem, quem in administratione, acquisitione, collectione, & obseruatione fructuum perfert. At in his quæ minor ex operis suis acquirit, nullus considerari potest labor tutoris, ergo exinde nullum consequetur fructum.
- 26 ¶ Neque obstat si quis obijciat, quòd la-

borat, dum curat personam minoris, quoniam ea cura tutelæ muneri adhæret, & propter cum laborem datur sibi decima fructuum rei pupilli, vt in hac lege definitur, non vero datur decima fructuum personæ pupilli, etiam si appellari possent fructus, ergo taxa legis contentus esse debet.

¶ Septimò facit, quòd hæc ex minoris opera acquisita, potius dicenda sunt lucra, vel augmentum rei pupillaris, quam fructus, quòd si sunt augmenta, non est exinde deducenda decima, vt docui supra nu. 9.

S V M M A.

- 1 **T**utor, an decimat quæ vassalli offerunt pupillo domino suo in signum letitiæ, & nu. 6. & nu. 9. cum seq.
- 4 Tutor decimat, etiam ea quæ sunt redditus.
- 8 Fructus appellatione, an veniat quod datur in signum letitiæ, quòd quis prosperè aduenerit.
- 12 Eleemosine incerte, non veniunt appellatione reddituum.
- 13 Lapides, vel arbores fundi pupillaris, an possit tutor decimare, & nu. 15. cum seq.
- 16 Maritus, an faciat suos lapides fundi dotalis, vel arbores siluæ dotalis.
- 17 Fructus non sunt, qui non renascuntur, idè non sunt decimandi.
- 21 Ususfructum habere, magis est quam lucrari fructus.
- 22 Tutor, an decimet, quod colligitur ex exemplationibus protocollorum pupilli. 27.
- 23 Ususfructu legato, an veniat, quod colligitur ex exemplationibus protocollorum.
Tutor, licet non decimet quæ non renascuntur, tamen decimat fructus prouenientes, ex eorum valore.
- 24 Donata, licet non diuidantur inter virum & vxorem: tamen fructus rei donatæ diuiduntur.
- 29 Tutor decimat lucrum pupillo obueniens ex negotio, in quo tutor collocauit eius pecuniam, licet propriè redditus non sit.
- 30 Tutor non retrahit ex sua persona, ea quæ pupillus potest retrahere iure sanguinis.

¶ An tutor deducat decimam ex rebus quæ vassalli extra ordinem offerunt pupillo suo in significatione letitiæ, quòd prosperè aduenerit. Et an deducas

ducat decimam ex lapidicinis, aurifodinis, syluis caduis, velex pecunia qua ad pupilum pertinat ex exemplationibus protocollorum, & aliarum rerum, quæ ex sua natura non renascuntur. Capit. XXV.

- 1** **Q** Væro deindè quid si pupillus dominus est alicuius oppidi, & vassalli solent quotannis munera incerta mittere. Iam caballos, iam aulea, iam pecuniam, iam alia, atque alia, prout animi motus suggerit, an ex eis tutor possit deducere decimam. Et quid sentiendum in his quæ sibi à vassallis offeruntur insigni lætitiæ, quòd incolumis, & alacer ditionis fines intrauerit.
- 2** **¶** Videtur tutorem posse ex his deducere decimam, quoniam vassalli offerunt hæc in recognitionem dominij, & iurisdictionis, quam pupillus habet, & sic sunt fructus iurisdictionis, tutor autè decimat, non solum fructus naturales, & industriales, verum etiam fructus iurisdictionis, vt pluribus argumentis probaui supra. c. 22.
- 3** **¶** Secundo comprobatur, ex. l. diuortio. §. quod in anno. ff. solut. matrim. cuius verba sunt. *Item si locatio agri talis sit, vt super annuam mercedem aliquid amplius præstaret, &c.* Ex quo nota, quòd ille ad quem fructus pertinent, nò solum accipit annuam mercedem, sed & quod supra eam erogatur, & non solum lucratur fructus ordinarios, sed etiam extraordinarios.
- 4** **¶** Tertio facit, quod scripsi Bertran. conf. 202. non videtur lib. 3. quòd si aliquis cõduxit fructus. & omnia emolumèta, & iura prioratus, quòd ad talem conductorem pertinent spolia, siue successiones curatorũ, siue parrochorum omnium ecclesiarum subditarum dicto prioratui tempore locationis morientium, sicuti pertinerent ad ipsum priorem, propter mortem dictorũ parrochorum, quoniam veniunt appellatione fructuũ largo sumpto vocabulo, & saltem veniunt appellatione reddituum, & obventionum, & sequitur Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 37. nu. 47. Ex quo sequitur, q̄ tutor ad quem decima fructuum

generalitèr pertinet, non solũ deducet decimã ex his quæ propriè fructus sunt, verum etiã ex his quæ sunt redditus, vt probaui cap. 25.

- 5** **¶** Quarto facit, quòd decima datur tutori propter laborè, & decimare potest redditus, & fructus, ex quibus pupillus alitur, pupillus autè non minus ali potest ex his fructibus de quibus loquimur, quã ex fructibus fundi, ergo non minus deducet decimam de illis, quam de his.
- 6** **¶** Contraria tamen sententia probari videtur. Primò, ex. l. feio amico. §. medico. ff. de annu. lega. cuius verba sunt. *Medico Sempronio ea quæ viuus præstabam dari vollo, ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt.*
- 7** **¶** Sed ne lectorem pluribus circuducam, distingue. Aut enim minori aliquid à vassallis annuatim, vel per interualla datur ordinariæ, vel extraordinariæ, & certè si vassalli ea præstare iure, vel cõsuetudine obligati sunt, tutor deducet decimam, quoniã non est liberalitas vassallorũ, sed statuta, & perpetua obligatio, & redditus ad pupillũ pertinens, & siue sit annuus, seu per temporis interualla debitus, eadem versatur æquitas, quæ in annuis redditibus, eademq; viget legis mens, & hanc opinionem probant omnia supra allegata. Et declarando. d. §. medico. l. feio. ita declarat Ias. in. d. diuor. §. quod in anno. ff. sol. matrim.
- 8** **¶** Rursus præter omnia supra adducta facit, q̄ scribit Moli. in cõsuet. Paris. tit. 1. §. 37. glo. 4. nu. 3. vbi declarando textũ in. d. l. feio. §. medico. refert celebrẽ traditionem Oldral. conf. 129. in quæstione, vbi scribit q̄ si quis cõduxit fructus Archidiaconatus, & moris sit aliquid præstari Archidiacono, cũ urbẽ primũ ingreditur, q̄ hoc nò pertinet ad conductore, quoniã ij fructus datur ratione personæ, ergo nò debetur conductori argumẽto. d. §. medico. l. feio. Subijcit Moli. definitionẽ Oldraldi verã esse in suo casu, si tamen fructus deberentur ex necessitate deficere verba. d. §. medico qui loquitur de his quæ liberalitèr medico præstabantur supra annuã mercedẽ. Fateatur tamẽ opinionẽ Oldraldi verã esse, quoniã appellatione fructus non venit, nisi illud q̄ renascitur, vt statim dicã, & q̄ fructus nò dabatur archidiacono, nisi semel in vita, & q̄ in generali cõcessione nò venit illud, q̄ est reseruatũ personæ, argumẽto. l. obli-

- obligatione generali. ff. de pignorib. c. in generali. ff. de regul. iur. libr. 6. & quòd id quod datur pro iucundo aduentu, videtur esse personale, quoniam datur in honorem Archidiaconi, ergo non transit ad conductorem.
- 9** ¶ Igitur si vassalli annuatim, vel per intervalla, illa præstare obligati sunt, certe tutor ea decimabit, etiam si offerantur in honorem personæ pupilli, quoniã tutor non succedit in locum pupilli, sicut conductor in locum Archidiaconi. Conductor enim omnes fructus ad Archidiaconatum pertinentes percipit absente Archidiacono, qui non implet id pro conductore. At tutor, præsentè pupillo, cui honor exhibetur, & cui munus in honorem datur, & cui munus acquiritur, postquam ipsi pupillo est acquisitum, deducit decimam, neque dici potest eũ deducere ex sua persona fructus, qui dantur pupillo ratione personæ, & obedientiæ, sed q̄ postquam ipse pupillus illa præsens acquirit, acquirit ipse tutor. Et verè hinc fructus est, cum annuatim, vel per intervalla debeatur, & sic renascitur, ergo est fructus, & per cõsequens decimandus.
- 10** ¶ Si tamen ea quæ vassalli offerunt, non sint necessario offerenda, sed tantũ dantur insignum lætitiæ, augmenta sunt, potius quam fructus, quoniam non renascuntur, cum liberalitèr offerantur, neque non debeant iterum offerri. Ideò de his non alitèr iudicandum, quam de donatione pupillo facta, quam tutor decimare non potest, quoniam est augmentum, nõ fructus, quia non renascitur ex natura sua, neque qui semel donat, tenetur iterum donare.
- 11** ¶ Præterea facit, quòd scribit Oldrald. d. consil. 129. quòd ad eum qui cõduxit fructus Archidiaconatus, non spectat, quod solitum est præstari Archidiacono in ingressu suo, & iucundo aduentu, quoniam hoc non venit in locatione fructuum, & sequitur Albe. in Rubri. C. de actio. empr. Bald. Paul. Imola, Alexand. Aretin. & Iason. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. solut. matrim. Anchar. in c. si propter tua debita. in. 3. q. principali. de rescrip. libro. 6. Boer. decif. 19. nu. 6. & decif. 133. num. 4. Felin. in c. accedentes. col. 2. versiculo simile est, quòd scribit Oldraldus. Et ratio est, vt scribit Molin. in loco supracitato, quòd hoc dabatur tantum semel in vita, & sic fructus appellari non potest, cum non renascatur.
- 12** ¶ Sic eleemosine in certè non veniunt appellatione reddituum, vt notat Ioan. Andræ. ad Specul. titulo de concessio. præben. vers. demum quærebatur. Oldrald. consil. 206. incip. an obitus Bartholomæus Belens. in tractatu de charitatiuo subsidio: quæst. 76.
- 13** ¶ Nunc tractemus, quid si pupillus habet prædium, vel fundum, in quo sunt lapidiciniæ, vel habet syluam arboribus densam, an tutor possit decimare lapides quæ extrahuntur, vel arbores qui succeduntur videtur posse: quoniam tutor decimat fructus industriales, & naturales. Lapis autem naturalis fructus esse videtur, nimirum natura in abditiis terræ latebris lapidicinam gignit, atque item fundus producit arbores.
- 14** ¶ Secundo nominatim probari videtur in litem si fudi. ff. de viufr. cuius verba sunt. Sed etsi lapidicinas habebat, & lapides e. dere velit, vel creta folinas habebat, vel arenas omnibus ijs usurum Sabinus ait, quam sententiam puto veram.
- 15** ¶ Sed his non obstantibus tutor, neque de lapidicinis, neque de arboribus decimam deducet, si modo sylua, vel lapidicina eius generis sint, vt semel excisa non renascantur. Ante omnia loquendo in tutore, cui iure Gallico dantur fructus, ita docet Cassan. in consuetudinibus Burgundiæ, Rubr. 6. §. 4. verbo, & fait la diste femme, nu. 2. versiculo credo, quòd veniant, vbi expli cans eius Gallicum, quo tutore dantur fructus, subiicit hæc verba. Credo, quòd veniant solum fructus qui renascuntur. Ergo nominatim vir ille sentit, tutorem nomine fructuum solum posse auferre, quæ renascuntur, non vero quæ non renascuntur, quoniam ij fructus non sunt, vt statim dicam.
- 16** ¶ Confirmatur hæc opinio, quoniam etiã si ad maritum pertineant fructus dotis, pro oneribus matrimonij, vt in l. dotis fructus. ff. de iure doti. & in l. pro oneribus. C. eo. titulo. tamen si vendit lapides ex lapidicinis fundi dotalis nummi ex venditione recepti dotis sunt, & ex consequenti mulieri restituendi. Ita probatur in l. si ex lapidicinis. ff. de iure doti. cuius verba sunt. Si ex lapidicinis fundi dotalis, mulieris voluntate lapides vendiderit, nummi recepti ex eo venditione dotis sunt. Huiusmodi enim res, quoniam fructus non sunt, ad maritum non pertinent, vt in l. diuortio. §. si fundum. ff. solut. matrim.

De decima Tutori

- matrim. vbi ita docent Alber. Paul. Bald. Alex. & Ias. Idem sentiendum in marioribus, si semel eruti non renascantur, vt in d.l. diuortio. §. si vir in fundo. ff. solut. matrim. & in l. si. ff. de fundo. dota. Campe. de dote. q. 30. & 31.
- ¶ Et quòd de huiusmodi fructibus nihil sit dandum ei, ad quem fructus pertinent, notat Bart. in d. §. si vir in fundo. col. fin. Alex. col. 2. Ias. col. 2. & 3. Albe. in d. l. diuortio. §. si fundū vir. & in §. si vir in fundo. Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. fin. & in l. quædā. §. nihil. ff. de æden. Cum ergo ad maritum non pertineat huiusmodi res, multominus pertinebūt ad tutorē, in quo multominus est ratio.
- 17 ¶ Tertiò, hæc lex iubet tutori dari decimā fructuum, quæ autem non renascantur, in fructu non sunt, vt in d. l. diuortio. §. si vir in fundo. ff. solut. matrim. vbi notant Bart. Paul. Alex. & omnes Doctores, Boerius, decisione. §. 1. num. 2. & decis. 224. nu. 4. & decisione. 19. nu. 3. Ias. in l. quædam. §. 1. ff. de æden. post Bart. ibi Soc. consil. 100. in causa Baptistæ, num. 4. lib. 1. Non enim dicitur esse in fructu, quod non percipitur, nisi semel, neque amplius reddit, vel renascitur, vt ibi per Doctores. Scribit Cassan. in consuetu. Burgund. Rubrica. 4. §. 16. in verbo, *faire les fruycts*, nu. 3. versiculo, & etiam dic. Bartholomæus Bellen. de charitatiuo subsidio. q. 64. Iacobin. Santogeor. in l. si ex lapidicinis. ff. de iure doti. Et Bartholom. Bellen. d. q. 64. dicit, quod conductor fructuum colliget charitatiuum subsidium, & quòd datur pro renouationibus, vel inuestituris, quia potest renasci.
- 18 ¶ Vltimò, hæc opinio comprobatur, quoniam, vt dixi capite. 24. tutor decimat fructus, non verò augmentum rei pupillaris, scilicet res quæ pupillo obueniunt. Lapis autem erutus ex fundo pupilli, si non renascitur, pars ipsius fundi esse videtur, ipsum autem fundum non decimat tutor.
- 19 ¶ Idem sentiendum in sylua pupilli, nam si arbores excisæ eius naturæ sunt, vt non renascantur, tutor eos decimare non potest, quoniam in fructu non sunt, neque ad eū pertinent, ad quem fructus pertinent, vt in d. l. diuortio. §. si fundum. ff. solut. matrim. & ibi notant omnes Doctores. Qui autem arbores, excisæ renascantur, scribit Plinius, lib. 13. c. 4. Sylua autem quæ renascitur, dicitur sylua cædua, vt in l. sylua cædua. in princip. ff. de verb. signific. & in l. ex sylua cædua. in princip. ff. de vsufr.
- 20 ¶ Non obstat, quòd ij sunt, fructus naturales. Nam si non renascantur in fructu non sunt, sed percunt saltē, quoad potestatem fructificandi, vbi primum exciduntur, vel eruuntur, vt supra probaui, & distat sensus communis.
- 21 ¶ Non obstat. litem si fundus. ff. de vsufruct. quoniam aliud est deberi mihi fructus, aliud esse vsufructuarium. Vsufructuarius enim plenius ius habet, quam is, ad quem fructus pertinent, hîc enim ea tantum petit quæ fructus sunt, ille verò etiam his quæ fructus non sunt, vtitur, fruitur, dummodo id faciat boni viri arbitrio, quatenus exigit necessitas. l. ex sylua. litem. si fundi. ff. de vsufructu. Et quando fructuarius possit arbores fructiferas incidere, vide Ang. in d. l. ex sylua. Paulus Mōtepico, in repetitione. l. Titiacum testamento. §. Titia cū nuberet. ff. deleg. 2. Casfan. in consuetud. Burgund. Rubr. 4. §. 6. ad finem.
- 22 ¶ Ex his inferitur, quòd pupillus esset filius alicuius Tabellionis, & ex eius protocolis multa exemplaria describerentur in magnam vtilitatem pupilli, quòd ex tali vtilitate, non potest tutor deducere decimam, quoniam instrumentum semel æditum iterum ædendū non est, vt in l. si quis ex argentarijs. §. fin. ff. de æden. Ergo cum fructus exemptionis non possit absque magna causa iterū percipi, sequitur, quòd fructus non est, cum non renascatur. Ita nominatim docent Bar. Fulgo. & Ang. in l. quædam. §. si. & ibi Ias. ff. de æden. Bald. in l. terminato. C. de fructi. & de fructi. liti expēs. Boer. decis. 224. nu. 4. Ang. in Rub. ff. de vsur. Soci. consil. 100. in causa Baptistæ, nu. 4. lib. 1.
- 23 ¶ Quinimò, si maritus legauit vxori vsufructum omnium bonorum, certè, q̄ colligitur ex exemptionis protocollozū mariti ad vxorem non pertinet, quoniā non dicitur esse in fructu, quod semel perceptum non renascitur. Ita docuit Bar. in l. diuortio. §. si vir in fundo. & ibi Alexand. num. 5. & ibi Bal. ff. sol. matrim. & ibi Ias. col. 2. num. 4. versic. extra glossam. Et licet Paul. & Roman. ibi dissentiant à Bartolo tandem magis communis opinio esse videtur, vt mulier vsufructuaria non acquirat, nec faciat suam quoad proprietatem pecuniam, quæ ex exemptionibus pro-

protocollorum percipitur, benè tamè poterit frui pecunia, tâquam usufructuaria, nò verò tanquã proprietaria. Sic ergo tutor, licèt decimet fructus rei pupillaris nò decimabit fructus, qui non renascuntur, quoniam fructus non sunt, benè tamè decimabit redditus, qui colliguntur ex fundo empto ex illa pecunia, vel re, quæ in fructu non est, vt in simili docui cap. 24.

24 ¶ Sic licèt inter virum, & vxorem nò sint communicanda bona, quæ maritus lucratur in bello, vel ex donatione Regis, vel alterius, tamen fructus inde collecti constante matrimonio, diuidendi sunt iuxta legem Regiam, quæ lucrata inter virum, & vxorem, iubet diuidi. Ita docet Roder. l. 1. titulo *De las ganancias*. §. 3. in princip. Lupus in rep. Rubr. de donatio. §. 65. limitabis, num. 65. ver. & ex his.

25 ¶ Non obstat quòd ad usufructuariũ pertinent quæcunq; obuentiones, vt in l. usufructu legato. ff. de usufr. quoniam plus iuris habet usufructuarius, quam is ad què fructus pertinet, vt supra dixi. Et tutor neque usufructuarius, neque fructuarius est, tantũ ad eum pertinet decima fructuum.

26 ¶ Deniq; iniquissimum est, vt res vel iura ipsa principalia decimantur, sufficit decimari fructus qui renascuntur: quoniam lex ista ex eis fructibus vult decimam deduci, ex quibus pupillus alendus est, nò est autem alendus ex ipsis rebus, sed ex fructibus qui renascuntur.

27 ¶ Sed ne quid d. similem fateor, quod supra dixi de pecunia, quæ colligitur ex exemplatione protocollorũ, videri durius. Nam licèt quæ colliguntur ex exemplatione protocollorum non sint fructus: tamen videntur venire, appellatione reddituum & obuentionum, vt notat Angel. in Rubri. ff. de usufr. glo. in. c. grandi. in verbo *De redditibus*, de suplen. negligenti. præla. lib. 6. Boerius decisione. 224. num. 5. Et faciunt quæ dixi de partibus ancillarũ. c. 23. Tutor autem decimat redditus, vt ibi docui, licèt stricta ratione fructus non sint, vt ibi dixi.

28 ¶ Præterea vt fateor rectè dici tutorem nò posse decimare lapides vel arborès fundi pupillaris nisi renascantur, quoniam pars ipsius rei esse videtur, & tutor ipsam rem decimaret, ita nego speciem de exemplatione protocollorum ei rei similè videri. Fundi enim plurimi sunt fructus, præter lapides, at protocollorũ nullus videtur esse

se vsus, nisi quod datur ratione exemplationis, neq; alens pupillũ. ex pecunia quæ colligitur ex exemplationibus videretur alienare substantiam pupilli, sed illum ex redditu alere, ergo & ex illo reddatur, deducet tutor decimam. Ita videtur distare æquitas, sed fortissimum argumentum diuersæ sententiæ est, id quòd Bar. & Doctores scribunt in loco supracitato. Quare distinguendum videtur: aut enim officium tabellionatus ad patrem pertinet, & omnia protocolla pertinet ad pupillũ, & per substitutũ tutorẽ in solidum gerit officium tabellionatus, inque eius domo omnia fiunt & administrantur, quæ in domo tabellionis, nimirum conficiuntur omniũ contractuum instrumenta, offeruntur libelli administrantur & expediuntur lites, & certè quòd ad pupillum ex exemplationibus protocollorũ pertinet, decimari potest ab ipso tutore nomine pupilli agētis tabellionẽ, quoniam in redditu officij esse videtur, quòd exinde percipitur. Si tamen pupillo aliquid daretur pro exemplatione protocollũ, quòd in archa habet, vt scilicet suppeditet instrumentum, vt à successore officij exempletur, & certè tutor nihil aufert, neq; enim in domo pupilli est officium tabellionatus, neque hæ obuentiones in ea exercentur, & quòd præstatur dõnum, & munus appellari potest ad autem non decimatur vt docui capite. 24. neque hæ dici possunt obuentiones ordinariæ, quæ redeunt in orbem & renascuntur.

29 ¶ Ex quo infer, quòd si tutor pecuniam pupilli collocat in aliquod negotium, puta in merces, vt exinde lucrũ pupillo obueniat, quòd decimabit lucrum: nam pecunia apta est iterum parare lucrum, & alès pupillũ ex tali lucro nò diceretur alienare substantiam pupilli. Præterea iuxta communem vsum loquendi ij sunt fructus.

30 ¶ In summa tutor non decimabit fructus qui non renascuntur, quoniam fructus nò sunt, & multominus decimabit iura ad pupillum pertinentia, nimirum ius præsentandi, cum ex eo ali non possit cum honorem supeditet potius quàm pecuniam. Neque etiam poterit retrahere rē venditam ex eo quòd ad pupillum pertineat iure sanguinis ius retrahendi, neq; enim decimat iura, quæ nò suppeditant pecuniã nomine redditus, neq; decimat ea iuxta ad parandum alimenta apta non sunt, vt docui supra capite. 23.

SVM,

De decima Tutori

S V M M A.

- 1 **F** RUCTUS illicitos, an decimet tutor?
- 2 Tutor, an teneatur vsuras exercere, & numero. 4. & 5.
- 3 Illicita non acquirit seruus domino, neque filius patri, neq; socius, socio, neque maritus, uxori.
- 6 Tutor vsurarie aliquid acquirens pupillo, tenetur illud restituere.
- 7 Tutor an possit recusare tradere pupillo illicite acquisita, & nu. 11.
- 8 Illicite acquisita maritus restituere potest, nō obstante quod dimidium videbatur acquisitum uxori.
- 10 Fructus indebite exactos, an decimet tutor.
- 11 Fructus solutos ex misericordia, vel stultitia debitoris, an possit tutor decimare.

An de illicitis fructibus, vel redditibus, tutor possit deducere decimā, & quid si non sint illiciti, sed indebite exacti, vel soluti ex misericordia debitoris, qui aduersus pupillum noluit vti exceptione.
Caput. XXVI.

- 1 **Q**VAERO deinde quid si minor, vel eius curator aliquos fructus, vel redditus illicitos acquirat; puta vsurarios, an tutor tales fructus possit decimare? Videtur posse ex generali decreto huius legis. Deinde, quoniam tutor non solum potest, verum etiam debet vsuras exercere, vt in rubro & nigro C. de vsur. pupillarib. notant Bart. Dinus; & Alberic. in l. ob scenus. ff. de admi. tuto. Ergo etiam si redditus sint vsurarij, tutor potest eos decimare.
- 2 Sed verius est tutorem non posse deducere decimam ex redditibus vel fructibus illicitis, quomocunq; illiciti sint. Quoniam etiam si seruus acquirat domino, tamen acquisita illicite non acquirit ei, vt in l. quod seruus. ff. de acquir. possess.
- 3 Sic licet acquisita à filio negotiāte cum pecunia patris sint diuidēda inter eum & patrem, id non habet locum in illicite acquisitis. Ita Bar. in l. quod seruus. per illum textum. ff. de acquir. posse. & in l. cum oportet. num. 3. & ibi Bald. col. 2. C. de bon. que

libe. Alex. in d. l. quod seruus. Ias. in l. illud. nu. 8. ad fin. versiculo tertio limita. & ibi Decius col. fin. ad finē. C. de collatio. Ioan. Andre. ad Specul. utulo de iudicijs. §. sequitur in additione incipiente vidisti. Lupus in repet. Rubric. §. 65. num. 5. Bal. in Auth. ex testamento. C. de collatio. Ergo etiam si fructus sint diuidendi inter tutorem & pupillum, id non procedit in fructibus, & redditibus illicitis.

4 Sic licet parta matrimonio constante diuidantur iure Regio inter virum, & uxorem; tamen illicite parta non sunt diuidenda, neque communicanda, sicuti in socijs definit Iuriconsultus in l. quod autem. ff. pro socio. Ita docuit in marito, & uxore. Lupus in Rubric. de donatio. inter vir. & vxor. §. 65. incip. limitabis. Rodericus in l. 1. tit. De las ganancias. 4. limitatione. Cassan. in consuetudi. Burgun. Rubric. 4. §. 2. in verbo, Et a quest. num. 16. versiculo octauo limita. Mouentur, quoniam huiusmodi lucra non communicantur inter socios, vt in d. l. quod autem. ff. pro soc. Barba. c. conquestus. col. 4. de foro compe. l. nec pratermittendum. l. quod autem ex furto. ff. pro socio Reg. a. l. 2. & 8. titu. 10. par. 5. vbi vide glossam. Bar. in l. si vnus. §. si vnus ex socijs. ff. pro soc. vbi dicit quod acquisita per vnum ex socijs ex vsuraria prauitate non sunt communicanda.

Sic Paul. in l. 3. ff. ad leg. Falcid. notat quod si lucra sint diuidenda inter aliquos ex dispositione legis, vel hominis, quod res illicite acquisite non sunt diuidendæ, & eius doctrina est cōmuniter approbata, teste Alex. in d. l. 3. & consi. 77. lib. 5.

5 Præterea tutor decimat fructus rei pupillaris; pupilli autem non censetur quod ab eo auferri potest. l. qui concubiniam. §. si hæres. ff. de leg. 3. glo. in l. non quocunq;. §. 1. ff. de leg. 1. l. Iulianus. §. 1. ff. de verbo. obligat. Ias. in d. l. non quocunq;. in principio. & quod notat gl. in l. si vi in verbo In rem. C. de his que vi. metus ve cau. fiunt.

6 Rursus facit quod tutor qui aliquid vsurarie acquisiuit, tenetur illud restituere, etiam si pupillus id possideat. glo. in. c. si. 46. distinctio. Pau. in l. 3. §. si procurator. ff. quod quisq; iuris. Alex. ibi nu. 9. & nu. 13. & Ias. col. fi. Laurentius Rodolph. in repetitione. c. consuluit. q. 57. de vsur. Nam & proxeneta quo mediatore res acquiritur, tenetur ad restitutionem vsurarum. vt

notat

notat Bar. post glo. in. l. sciendū. ff. ad leg. Pōp. de parrici. & in. l. 1. §. incidit. ff. ad Turpil. & late excutiūt Abb. & doctores, in. c. Michael de vsur. Hostien. in summa de vsur. §. an aliquid Bar. in Auth. vt hi qui obligatas. §. quoniā. Et quod tutor teneatur restituere fœnus illicitū videt Jacobi. in l. si quis iniquū. §. si procurator in. 2. lectione. nu. 12. ff. quod quisq; iur. Cū ergo tutor teneatur restituere redditus illicitos, nō est admitendus si eorum petat decimam, vt in l. dolo facit. ff. de reg. iur. In pari. enim causa turpitudinis potior est conditio possidentis. l. 2. C. de condi. ob. turp. caus.

7 ¶ Hanc quæstionem intellige quando tutor illicite acquisita tradidit pupillo, emēdo redditus ex illicite acquisitis, vel quando facto maiori tradidit, & imputat vel petit decimā fructuum quos reddidit illa res illicite acquisita. aliās tutor si vellit potest recusare solutionem rei illicite acquire, cum obligatus sit ad eius restitutionē. Ita docent Cin. Albe. & Sali. in. l. nouissimē. C. de admi. tuto.

8 ¶ Sic maritus illicite acquisita potest restituere antequam ea ad comunem adducat. c. sicut non suo. 46. distinct. Alexan. in. l. quod seruus in fine. ff. de acqui. posses. Lupus in Rubrica de donatio. §. 65. limitab. s. col. 2. nu. 10.

9 ¶ Non obstant ex aduerso prolata, quoniam hodie tutor non potest neque tenetur vsuras exercere, tantum potest fœnori licito rem pupillarem otiosam tradere, ita Bart. Imola. & Alexan. in. l. diuus seuerus. ff. ad leg. Falci. Molin. in tractatu de vsur. q. 76. cum aliis citatis. cap. 2.

10 ¶ Quid tamen si cum colonus deberet centum tritici modios, tutor exegit ducentos an possit omnes ducētos decimare. Et certe non potest, quoniam indebitum exigēdo furtum cōmittit. l. quoniam. ff. de conditio. furti. Acquisita autem illicite non potest decimare. vt efficaciter probauit.

11 ¶ Sed an teneatur tradere minori facto maiori omnes ducentos modios, etiam si centum tantum deberēt. Equidē is qui gerit negotia mea, omnia indebite exacta tenetur mihi integre restituere. Ita Bart. Din. & Albe. in. l. tutor secundum. ff. in soluendis. §. de ad. min. tuto. Bar. Albe. & Paul. in. l. si quis negotia. ff. de nego. gest. Neque obstat, quod dixi tutorē posse recusare solutionem rei illicite acquire, quoniā illud quando res est acquisita vsu-

rarix, ita quod titulus est prauns & execrabilis, secūs quando titulus est validus, sed tamen soluitur supra quantitatem debitam. Neque enim tutor sese tueri potest, quod tanta quantitas non deberetur minori.

12 ¶ Sed occurrit elegans quæstio. Pupillus habet annuos aureos centum, tamen debitorum possunt sese tueri exceptione quominus soluant, commoti tamē misericordia vel astu pupilli non vtuntur exceptione vno anno & aureos centū integre pendunt, quæro an tutor possit eos decimare. Videtur posse, quoniam vt cūque sit pupillus consequitur integra centum req; curamus de modo, vt in. l. non vnde. C. si cert. peta. neque curamus de medio, vt in. l. 3. ff. de lega. præstan.

13 ¶ Sed contra verius, in o tutor non decimabit fructus qui soluuntur pupillo ex misericordia vel stultitia debitoris. Primò ex textu in. l. si hæres. ff. ad leg. Falci. vbi probatur quod si habens plures debitores me hæredem instituit, & plura legata reliquit quibus soluendis (solutis veris debitis) hæreditas non sufficit, quod si ego hæres institutus paciscor cum creditoribus ita vt remittant magnam partem creditæ summæ, quod etiam si ex remissione magnam summam consequar ex hæreditate, quod nihil teneor soluere legatarijs, quoniam illa habeo ex fructu industriæ meæ, & ex beneficio creditorum, non vero ex hæreditate. Sed præstat ipsa verba legis subiicere. Inquit lex. *Sed & si is qui soluendo non erat legauerit, & heres cum creditoribus deciderit, ne solidum solueret, & ob eam decisionem factam sit vt aliquid retineret, nihil legatarijs debiturum, quia eam quantitatem non ex hæreditate, sed ex decisione habet.*

¶ Sic & in nostro casu non ex re sua habet minor illos redditus, sed ex donatione & remissione debitoris, & potius est augmentum quam redditus. De augmento autem nihil soluit, vt supra probauit cap. 24. neque de donatione. & sicut hæres nihil soluit legatarijs, & minor nihil soluet tutori, quoniam potius ex donatione debitoris, quam ex redditu rei suæ illa percipit. Hæc autem lex iubet redditus decimari, hi autem redditus non sunt, sed donatio, neque sunt redditus pupilli, sed augmentum rei pupilli. Et re vera solventis erant non pupilli,

Ddd & vno

De decima Tutori

& vno anno vult remittere, si tamen in perpetuum remitteret iam re vera fructus rei pupilli essent, & decimari possent tanquam redditus.

14 ¶ Hæc autem opinio vera est, siue minor ea consequatur ex misericordia, vel liberalitate debitoris, siue ex stupore solutis, siue ex propria industria. Ita notant omnes Doctores in l. 3. ff. ad leg. Falcid. & faciunt omnia argumenta supra adducta, scilicet, quod illa non sunt re vera ex redditibus pupilli. Idem dicendum, quando debitor soluit deceptus dolo minoris, tum quia fructus non sunt, tum quoniam tutor non decimat fructus malè acquisitos, sicuti, neque socij. l. quod autem. ff. pro socio. & probant supra hoc ipso capite.

¶ Illud addendum, quod semper bona presumuntur licitè acquisita, argumēto. l. merito. ff. pro socio Bal. in l. cum oportet. col. 2. C. de bon. que libe. Lupus, in repe. Rub. de dona. §. 65. limitabis, num. 9. versic. in dabo tamen.

S V M M A.

- 1 **T**utor, an decimet fructus debitos pupillo, & alij correo, & 21.
- 4 Tutor si sit correus credendi simul cum pupillo, an debeat imputare in decimam, quod ex ea causa recipit.
- 6 Tutor solum habet ius personale ad decimam.
- 7 Fructus qui supersunt deductis debitis, & oneribus, sunt decimandi, non alij.
- 16 Tutor, an decimare possit pecuniam, que minori datur pro fructibus, quos grauatus est prestare.
- 19 Decima debita Ecclesie soluenda antea quam decima tutoris.
- 20 Fructus quos minor grauatus est prestare decimari possunt à tutore, si non possint peti, secus, si peti possint, licet actu non petentur, vsque ad numero. 22.
- 23 Fructus quos pupillus grauatus est prestare, an decimare eos possit tutor pro interusurio mensuræ temporis, quod non prestatur.
- 24 Fructus quos pupillus grauatus est, prestare, an decimet tutor, saltè pro quantitate, que pro eis pupillo prestatur, cum sequen.
- 27 Fructus quos minor corrumpit, an decimet tutor.
- 28 Vxor, an petere possit ab heredibus mariti partem constante matrimonio, que maritus alca, vel maleficijs absumpsit.
- 32 Precium quod datur minori pro fructibus, quos in casu valido remittit debitori, an sit decimandus.
- 36 Fructus qui re vera ad minorem pertinent sunt decimandi à tutore, non vero ij, de quibus per con-

fessionem constat, etiam si minor fecerit confessionem factus maior.

¶ An tutor possit decimare fructus debitos pupillo, & alij correo, & an possit decimare fructus, quos pupillus grauatus est dare, vel minori precio vendere, & quid si minori aliquid detur pro fructibus, quos grauatur prestare. Caput. XXVII.

1 **O**ccurrit quæstio Debentur annuatim centum pupillo, & alij correo credendi in solidum, quero, an si correus prius litem contestetur, & pecuniam recipiat, tutor possit petere eius decimam. Videtur posse, quoniam cum illi redditus ad pupillum spectarent, & tutor pupillares redditus decimet videtur tutore esse ius quæsitum, & quod correus illud non possit auferre. Nam ius nostrum absque facto nostro à nobis auferri non potest. l. ius nostrum. ff. de reg. iur.

2 ¶ Sed verius est tutorem non posse hos redditus decimare, quoniam si correus prius agat, fructus sibi acquirit, vt in. l. ex duobus. ff. de duob. reis. Quod intelligendum cum distinctione tradita per Alexan. in. l. si ex toto. §. si. ff. deleg. 1. Cum ergo ad correum petineat, non vero ad pupillum æquum est, vt tutor non deducat ex inde decimam, cum non sint pupilli, verba enim sunt intelligenda cum effectu, vt in. l. 1. ff. quod quilibet iur.

3 ¶ Præterea si fructus pupillo, & correo credendi in solidum debeantur, & correus illos recipiat, non possunt dici fructus pupilli.

4 ¶ Quinimò, si tutore, & pupillo deberentur aliqui fructus, tanquam correus credendi, & tutor nomine suo contestaretur litè priusquam curator, qui ad illam rem peculiarè pupillo dandus est, vt in. l. 1. 2. & 3. C. qui dar. tut. possit certè tutor fructus integros sibi habebit, neque illi fructus poterunt ei imputari, vt habeat eos pro decima cæterarum rerum, quas administrat. Quoniam fructus

- Etus quos colligit, debetur ipsi in solidum sicut pupillo, & melior est conditio eius, qui prius litem contestatur. l. ex duobus. ff. de duob. reis. Quod est memoria dignum.
- 5 ¶ Non obstant ex aduerso prolata. Quoniã tutor decimat fructus qui ad pupillũ pertinent cum effectu. l. i. §. fin. ff. quod quisque iuris.
- 6 ¶ Non obstat, quod videtur tutori ius quesitum, & quod correus non potest ei præiudicare, quoniam tutor nõ habet ius reale ad fructus, vt cõsequatur decimam, tantum habet ius personale, vt notatur in. l. fundi Trebatiani. ff. de usufructu. lega.
- 7 ¶ Sed quid si pupillus, habens annuatim aureos mille ex re sua, grauat a patre dare quotannis ducentos, quæro, an tutor decimet omnes mille aureos, an verò qui reliqui sunt deductis ducentis. Videtur, quod omnes possit decimare, quoniam decima datur, propter laborem, & tutor circa colligendos omnes mille aureos laborat.
- 8 ¶ His accedit, quod ille, ad quem pars fructuum pertinet, non tenetur ad solutionem rei alieni, auctore Bart. in. l. fin. ff. de usufructu. lega. Paul. l. fin. §. fin. autem. C. de bon. que libe. Alex. in. l. usufructu. ff. ad leg. Falcid.
- 9 ¶ Sed verius est eos tantum fructus decimandos, qui remanent salui pupillo soluti debitis. Primò, quoniam legitima debetur iure diuino, & humano, ea tamen minuitur re alieno, & prius id deducendum, & quod superest est legitima. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. testament. Quanto magis hoc iure regulabitur decima tutoris, quæ aduersus Iuris Cõmunis regulam datur.
- 10 ¶ Secundo probatur ex. l. Mutius. ff. pro socio, vbi inter socios id solum communicatur, quod superest deducto re alieno, & omnibus oneribus. Idem probatur in. l. non amplius. ff. de lega. i. Vbi Bald. norat, quod si ex quaque re vendita decima sit soluenda ex statuto, certè si emo rem pluribus oneribus obnoxiam, decima soluenda est ex quantitate, quæ superest deductis oneribus. Idem probant Paul. Raphael. Florian. & Iaso. in dicta. l. non amplius. Angelus, in. l. ciuitatibus. §. fin. col. final. per illum textum. ff. eodem titulo, Alexand. in. l. veterani. §. i. ff. ad legem Falcid.
- 11 ¶ Deindè probatur ex. l. quantitas patrimonij. ff. ad leg. Falcid. cuius verba sunt. *Quantitas patrimonij deducto, eo quod explicandarum venditionum causa impenditur, æstimatur.*
- 12 ¶ Deindè facit, quod licet decima ex more regionis sit soluenda Alguazelo executanti, intelligenda est decima, de pecunia, quæ re vera soluitur, vt videtur sentire Auedan. de exequen. manda. capit. 13. num. 4. versiculo primum est, cum sequentibus. Faciunt tradita per Doctores in. fructus. ff. solut. matrimon. per Bart. in. l. si vir vxori. §. quidam. ff. de conditio. & demonstra.
- 13 ¶ Præterea hoc nominatim probatur in. l. fundi Trebatiani, & ibi notat Bart. numero. 4. ff. de usufructu. lega. quod si alicui legatur fructus fudi, debet intelligi de fructibus, qui supersunt soluta parte fructuum quæ colono præstanda est.
- 14 ¶ Rursus facit. l. quod de bonis. §. ex donationibus. ff. ad legem Falcid. vbi probatur, quod non solum, quod hæc es iam præstitit, sed etiam quod præstaturus est, facit hæc re ditatem pauperiorem, & auget Falcidiam. Ita etiam legata, vel onera, quæ pupillus grauatus est de fructibus præstare, facit fructus, videri minores, & ex consequenti, decima debet esse minor.
- 15 ¶ Non obstant adducta in contrarium. Quamquam enim tutor laborei circa omnes fructus qui colliguntur, non sequitur, quod de omnibus debet habere decimam, cum non sint omnes pupilli. Facit hæc lex ibi. *Mantengalos de los frutos, y tome para si el diezmo.* Ergo eos fructus tutor decimat, ex quibus pupillus alendus est, non autem est alendus ex his, quæ grauatus est alij præstare, quoniam illa aliena sunt non propria.
- 16 ¶ Ex his elicitur, quod si pupillus habens annuatim centum modios frumenti, grauetur illos centum modios quotannis præstare pro viginti aureis, certè tutor solum decimabit illos viginti aureos, quoniam illos solum habet re vera pupillus: ita efficacitèr probatur in. l. si dignum. ff. ad leg. Falcid. cuius verba sunt. *Si dignum decem fundum, damnatur heres quinque vendere, sine dubio quinque erunt impetanda Falcidia.* Ecce, quod si quis habet centum, & grauatur ea dare pro viginti, ea solum videtur habere.
- 17 ¶ Rursus, hæc opinio probatur, quoniam grauens hæc redem, vt rem valentem

De decima Tutori

quingenta det pro viginti, videtur legare, quod superest vsque ad quingenta, vt docet Alexand. alios citans in d. l. si dignum. Ergo vtemur regula supra tradita, quod tutor non debet decimare redditus, vel fructus legatos.

18 ¶ Postremo, quod hæc vera sint, patet, quoniam si tutor decimaret, tam fructus qui pupillo supersunt, quam fructus quos grauatus est præstare, certè pupillus solueret ei plusquam decimam, cum sarcire teneatur, quod tutor abstulit ex fructibus legatis, vt in ea integrè soluat legatario. Et satis dici potest soluere plusquam decimam, cū soluat decimam, non solum ex suis, verum etiam ex his quæ grauatus est præstare, & postea sarcire at ex proprijs, quod alijs præstaturus est.

19 ¶ Illud non prætereundum, quod tutor cogi potest ab Ecclesia, ad soluendum integram decimam, antequam ipse, vel pupillus cõsecuti fuerint partim suam. Et idem in colonis prædiorum pupilli, nam antequam soluant pupillo, possunt cogi soluere Ecclesiæ suam decimam, quoniam decima Ecclesiæ debita, est onus reale, & sequitur fructuum detentatorem iuxta glo. in c. tua nobis de decimis. textus in c. cum non sint. cod. titulo. Qua ratione ita docet Soc. conf. 93. eleganter. nu. 3. col. 1. vers. & pro fundamento, lib. 3. Imo. in Clement. 1. de decimis.

20 ¶ Sed est quæstionis, quid si pupillus grauatus est annuatim magnam partem fructuum, vel reddituum suorum præstare, at tamen fructus exigi ab eo non possunt, an nihilominus possit prohibere tutorem, ne decimet fructus, quos grauatus est præstare. Et distinguendum est, aut enim exigi nõ possunt, quoniam creditoris & legatarij misericordia, vel industria minoris, illos ei remisissent pro vno anno, & certè tutor eos non decimabit, quoniam potius est donatio quædam, vt dixi cap. 24. Si tamen remitterentur in perpetuum, iã proprie essent fructus pupilli, & decimarètur, vt ibi dixi. Si autem fructus peti non possent à pupillo, quoniam legatum non valuit, & perindè habetur, ac si factum, non esset, tutorque potest illū decimare. Textus est elegans in l. non est dubium cū legem sequenti. ff. ad leg. Falcid. Cuius verba sunt. *Non est dubium, quin ea legata, à quibus heres potest submouere petiorem exceptione, in quartam ei imputentur, ne caterorum legata mi-*

nuantur. Neque interest, vtrum ab initio, quasi inutile fuerit, an verò ex accidenti postea in eum casum peruenisset legatum, vt actio eius denegaretur.

¶ Ecce quod hæc res nõ potest recusare integra legata præstare, ex eo quod pluribus legatis sit obrutus, si modo legata non valeant. Idem in minore dicendum, licet enim grauatus, fuerit magnam partem fructuum præstare, certè si legatum non valet à principio, vel ex post facto, tutor etiam eos fructus potest decimare.

21 ¶ Sufficeret ad horum comprobationem, textus insignis, in l. cum hæres deductis. ff. ad Trebel. cuius verba sunt. *Cum heres deductis legatis hæreditatem restituere rogatur, non placet ea legata deduci, quæ peti non poterant.*

22 ¶ Itè probatur in l. in ratione. in. 1. in principio, & in l. in ratione. in. 2. §. pen. & ibi Bar. ff. ad leg. Falcid. & in l. quod autem in fine. ff. cod. tit. Et probatur ratione, verba enim debent intelligi cum effectu, ergo tunc legata de fructibus, minuent decimam tutoris, cū legata valida fuerint, & peti possint, si enim sint valida, non sunt decimanda, si peti possint, licet legatarij, nondum ea petant, vt in l. quod de bonis. §. ex donationibus. ff. ad l. Falcid.

23 ¶ Sed quid si fructus quos pupillus grauatus est præstare, non sint statim præstandi, sed post aliquot annos, an interim, dum præstantur, tutor possit eos decimare, & certè potest, quoniam interim omnes fructus sunt pupilli, ergo iuxta generalè dispositionem huius legis decimari possunt. Ita efficacitè probatur, in l. in quantitate. §. in diem. ff. ad leg. Falcid. vbi legimus, quod licet hæres non teneatur computare in Falcidiam legata, quæ præstaturus est, tamen si non teneatur præstare statim, sed in diem tenebitur interusurium medijs temporis computare in Falcidiam, quoniam tantominus videtur præstare, quanto tardius præstat, & medijs temporis interusurium remanet in hæritate, audi ipsa verba legis. *Sed tantominus erogari ex bonis intelligendum est, quantum interea, donec dies obtigerit heres lucraturus est ex fructibus, vel usuris.* Idè probatur in l. circa. ff. ad leg. Falcid. vbi notant Bal. & Alexand. Ergo pupillus eos omnes fructus censetur habere, quousque adueniat dies, quo grauatus est eos præstare, & ex consequenti omnes decimabit tutor.

24 ¶ Sed ad lucem præcedentium tractare, oportet,

oportet, quid si pupillus grauatus est magnam fructuum partem quotannis Titio præstare, attamen ipse Titius grauatur pro fructibus dare pupillo centum, quæro, an tutor saltem possit decimare illa centum, quæ pupillo dantur pro fructibus. Videtur non posse, quoniam tutori solum conceditur decimare fructus rei pupillaris. Quantitas autem, quam ei legatarius præstat, nõ est fructus ipsius rei, nam fructus dicuntur, qui percipiuntur ex re. l. qui se. & l. cum quis. ff. de condi. ob. caus. Item fructus dicuntur, qui natura sua renascuntur, & reddeunt.

25 ¶ Sed his non obstantibus contraria sententia verior, imò decimare potest quantitatem, quæ pupillo datur pro fructibus. ita efficaciter probatur in. l. non utitur iuncta. l. quia qui precio. ff. ad leg. Falcid. cuius verba sunt. *Quia qui precio fruitur, non minus habere intelligitur, quam qui principali re utitur, fruitur.* Ecce quòd paria sunt possidere fructus, vel quantitatem datam pro fructibus, ergo cum fructus decimaret, decimabit precium, quod datur pro fructibus. Idem probatur in. l. si fundus legatus. ff. ad leg. Falcid. vbi definitum extat, quòd si hæres dicat hæreditatem exhaustam legatis, atque non teneri soluere legata integra, certè non est audiendus, si legatarij aliquid ei iusi sint soluere pro legati. Ita, & in nostra specie, licet minor non debeat decimam ex fructibus, quos grauatus est præstare, certè debet eam ex summa, quæ sibi pro fructibus datur.

26 ¶ Non obstat, quòd hæc quantitas non est fructus, quoniam sufficit haberi loco fructuum, & idem, quòd de ipsis iudicari, vt in d. l. qui a qui precio, & in. l. si fundus legatus. ff. ad leg. Falcid. facit quòd subrogatum sapit naturam subrogati. l. parabolani. C. de Episc. & cler.

27 ¶ Sed quæro, quid si adolescens de industria rei suæ fructus cõterit, & corrumpit, an nihilominus tutor eos qui corrupti sũt possit (tantundem accipiendo) decimare. Videtur non posse, quoniam eos solum fructus decimat, qui cum effectu remanent pupillo, vt supra dixi.

28 ¶ Secundò vrget, quòd etiam si Iure Regio ad vxorem pertineat dimidium rei matrimonio constante parte, tamẽ si maritus rem propriã alea profundat, vel maleficijs absumat, non potest vxor in diuisione petere partem, rei quæ ex profusione mariti

perijt. Ita sentit Rodericus, in repet. l. i. tit. de l. i. arr. is. §. quæritur circa hoc.

29 ¶ Sed contra verius videtur, imò pupillus doli sui dånnum sentire debet, perindeque decimanda est quantitas, quæ perijt, itque eaque non perijt. Nam quod culpa vnus ex socijs perijt, non periculo societatis, sed periculo eius perit, ipseque de suo refundere tenetur, & dånnum sentire debet. l. fratres. §. per contrarium. ff. pro socio. l. ad eò. §. penu. ff. eod. tit. l. si is cum quo. ff. commu. diuidun. l. inter cohæredes. §. ex facto. ff. famil. hercisc. l. ex duob. ff. de noxal. Deinde æquissimum videtur, ne tutor ex malitia minoris priuetur portione sibi à iure delata, & propter laborem debita.

30 ¶ Non obstat, quòd tutor non decimat, nisi quòd ad pupillum peruenit, quoniam hic peruenit, & facto minoris delijt extare, pariaque sunt possidere, vel dolo facere, quomòdus possideas.

31 ¶ Nõ obstat, quòd scribit Rodericus, quoniam ipse fatetur, quòd ex vigore iuris scripti, potius contraria sententia est amplectenda, & ille alius est casus dissimiliratione iibrandus.

32 ¶ Sed quæro iuxta supradicta, quod si minor, cum auctoritate curatoris, & iuramento, denique in casu valido, remittit debitori fructus, & inuicem debitor remittit pupillo aureos mille, quos sibi debet, an poterit tutor eos mille aureos decimare. Et distinguendum est. Aut enim debitor fructuum, idemque creditor, remittit pupillo creditum, vbi primum pupillus ei remittit fructus, & certè pro quantitate, qua fructus, & creditum æquivalent, tutor decimabit mille aureos, non verò in plus, quoniam potius est augmentum rei pupillaris, quàm fructus, & augmentum nõ decimatur, vt dixi. c. 24.

33 ¶ Comprobatur hæc opinio, quoniam ex vicinitate actus, præsumitur alter alterius contemplatione factus, vt tradit Bald. in. l. petens in lect. Perusina, col. pen. & ibi Decius, nu. 4. Iaso. in. l. lecta. col. 6. ff. si cert. petita. Corne. consil. 36. lib. 2. Et sic aurei mille, videntur idem esse cum fructibus pro concurrenti quantitate.

34 ¶ Sic in specie simili definit Molin. in consuetudinibus Parisiens. titulo. 1. §. 23. questione. 21. num. 59. vbi proponit, an domino directo fœudi, debeat quinta præcij, si fœudatarius donat creditori, qui ei remittit aureos mille quos sibi debet, quærit Molin. an dominus possit deducere

Ddd 3 quinq

De decima Tutori

quintam precij, & definit quòd potest, quoniam creditum quod remittitur, videtur esse pecunia, quæ datur pro fœudo. Sic etiam creditum, quòd hic remittitur, videtur dari, & solui pro fructibus, quos pupillus remittit, idcò non aliter iudicandum, quam si minor fructus pecunia vendidisset. Quod tamen non habet locum, si creditor ex interuallo, pupillo creditum remisisset, vt notat Moli. in loco supracitato.

35 ¶ Illud aduertendum, quòd nullus actus factus à tutore nomine pupilli, sibi præiudicat, quoad minuendam suam decimam, argumento. l. cum quæritur. C. de adm. tuto. vbi tutor iuri suo non præiudicat interponendo auctoritatem nomine pupilli, & ibi notat Bal. & omnes Doctores.

36 ¶ Postremò notandum, eos tantum fructus decimari posse, qui ad minorem re vera pertinent, non vero eos quos ipse fatetur ad se pertinere, cum re vera nõ pertineant. Hoc ipsa ratio dicitur. Et nominatim facit, quod scribit Bald. consil. 333. lib. 4. quòd si ex statuto quarta pars dotis pertineat ad maritum soluto matrimonio, intelligitur de dote vera, nõ de dote, de qua solum per confessionem constat, argumento. l. alsiduis, cum ibi notatis. ff. qui potio in pigno. hab. an. Facit etiam, quòd propter nostrum assermare, vel negare oratio, non redditur vera, vel falsa, vt in. l. assumptio. ff. ad municipal. Et si pupillus hoc falsus est, manifestum est, quòd confessio ei non nocet. Solu ergo dubia, & utilis est hæc decisio, quando minor factus maior, litigat cum tutore agente, vel excipiente, solum enim decimabit tutor fructus, qui re vera ad eum pertinebant, non vero eos, de quibus per confessionem constat, cum re vera ad eum non pertinerent.

S V M M A.

- 1 **F**ructus maturos tempore, quo tutela incipit, an tutor decimat.
- 2 **F**ructus pendentes pars rei iudicantur.
- 4 **H**eres restituere rogatus, an lucretur fructus.
- 8 **F**ructus maturos tempore, quo matrimonium incipit, an lucretur maritus.
- 10 **P**ensio res, quarum dies venit tempore, quo tutela incipit, an decimet eas tutor.
- 11 **R**edditus, quorum dies venit tutela finita, an pro tempore quod cessit durante tutela, possint decimari.
- 17 **M**ulctis delictorum commissorum durante tutela, an decimet tutor, si sententia feratur super delicto si ita tutela cum sequentibus.

20 **P**œna, an pertineat ad iudicem, qui primo tulit sententiam, an verò ad iudicem appellationis qui confirmavit.

¶ *An tutor deducat decimam de fructibus maturis tempore, quo tutela incipit, & quid in fructibus collectis finita tutela, sed maturis ante, & quid indebitis durante tutela, sed solutis finita tutela.*
Cap. XXVIII.

1 **Q**Uæro deindè, quid si tempore quæ tutori decernitur administratio tutelæ, fructus rei pupillaris sunt maturi, an hos etiam tutor possit decimare. Videtur posse, tum ex generali decreto huius legis, tum ex. l. diuortio, in principio. ff. solut. matrimon. vbi probatur, quòd si mulier nubens det in dotem fundum fructibus plenum, quòd maritus eos lucratur, sicut cæteros fructus dotis, etiam si paulò post, matrimonium dissoluatur. Quod Paulus ibi iudicat memoria dignum, & Raph. & Ias. qui explanatius rem tradit, col. fin. post Alex. nu. 44. Sicut ergo maritus lucratur fructus maturos tempore matrimonij, ita tutor lucrabitur fructus maturos tempore, quo tutela incipit, vtrique enim fructus ex eadè causa dantur, scilicet propter laborem, vt hic expressè dicitur, & in l. pro oneribus. C. de iure doti, & dixi latè cap. 2. col. 1.

2 ¶ **Æ**quidè res hæc dubia videtur, sed mihi contraria sententia magis placet. Primò, quoniam hæc lex dat tutori decimam fructuum, fructus autem pendentes, fructus nõ sunt, sed pars rei, vt in. l. si. §. fructus, & §. non solù. ff. de his quæ in fraud. credito. scribit Paul. in. l. Iulianus. §. fructus. ff. de actio. empt. Alexand. in. l. Falcidia placuit. ff. ad leg. Falcid. Alexand. Aretin. & Ias. in. l. cum filio familiàs. ff. deleg. 1. & probatur expressè in. l. fructus. ff. de rei vendica. l. 1. §. ex hoc rescripto. ff. de ven. inspi. Quinimò censentur eadem substantia cum re, & eis quibus solui nõ potest in fructibus, sed in ipsa re, potest solui de fructibus maturis, & pendentibus, sicuti videmus in filio, cui

cui legitima soluenda est ex substantia patris, non vero ex fructibus. l. scimus. §. fi. & ubi glossi. & communis omnium traditio. C. de inoffi. testam. tamen de fructibus pendentibus bene potest fieri supplementum legitime. Ita docet Ang. in. l. fructus. ff. de rei vendic. & in. l. centurio. col. 2. ff. de vulga. & ibi Alexand. num. 40. Ias. in. l. cum filiofamiliars. col. fin. ff. delega. 1. Molin. in consuetudinibus Parisiens. titulo. 1. §. 1. glossa. 1. num. 34. Quinimò statutum loquens de fructibus, non habet locum in pendentibus, auctore Albe. in. 2. par. statutorum. q. 226. Molin. in loco supracitato. Sic fructus maturi tempore, quo finitur ususfructus, non pertinet ad hæredem fructuarij, sed ad proprietarium, quoniam pars rei esse videtur. l. si usufructuarius. ff. quibus mod. usufruct. amitta. l. in singulos. ff. de annuis lega. Et simile quidam prudenter docet Couarru. varia. lib. 1. c. 13. nu. 7. vers. 2. diligentè. * Secundò adducit me

3 in hæc sententiam. l. in lege Falci. placuit. ff. ad leg. Falci. ubi probatur, quòd etiam si de iure hæres lucretur fructus, neque teneatur eos imputare in Falcidiam, ut in. l. in ratione in tertia. in princip. ff. ad leg. Falci. hoc non habet locum in fructibus maturis, quoniam eos hæres non lucratur, sed esse ceterum esse pars rei, & augent hereditatem. Verba legis hæc sunt. *In lege Falcidia placuit, ut fructus maturi augeant hereditatis estimationem, fundi nomine, qui videtur illo tempore fuisse præciosior.* Sicut ergo hæres, qui de iure lucratur fructus, non lucratur fructus iam maturos tempore mortis, ita tutor, etiam si lucretur decimam fructuum, non lucrabitur decimam eorum, qui iam maturi sunt tempore, quo tutela incipit, quoniam ipsas res videretur decimare non fructus. Augmentum enim rei iudicandi sunt, potius quam fructus.

4 ¶ Tertiò facit, quòd licet grauatus restituere hereditatem, interim lucretur fructus, ut in. l. in fideicommissariam. ff. ad Trebel. id non habet locum in fructibus maturis tempore, quo heres hereditatem, eos enim restituere tenetur, quoniam fructus non sunt, sed pars rei. Ita probatur, ex notatis per Iacobum Arenam, Bald. Alex. & Ias. in. l. si quis bonorum. ff. delega. 1. Florian. in. l. in fideicommissis. ff. de vsur. Alex. in. l. Centurio. nu. 40. ff. de vulga. & pupil. Vides (lector) ita dispositum in omnibus qui lucentur fructus. Deindè facit, quòd

ad fructuariu non pertinent fructus pendentes. l. defuncta. ff. de vsufr.

5 ¶ Accedit efficax ratio, scilicet, quòd tutori datur decima propter laborem administrationis, ut particeps sit utilitatis, ideò non administrans, non lucratur decimam, ut docui cap. 11. Tutor autem, qui reperit fructus maturos tempore, quo tutela incipit, non laborat circa eos, iam enim res alieno labore, & cura fructus produxit, & licet laboret in colligendo eos, satis est, quòd decimabit fructus, & redditus, qui ex eis fructibus ementur, vel quòd in solidum decimabit alios fructus pupillares, dum res alienum pupilli soluitur ex his fructibus maturis, & non ex fructibus postea provenientibus.

6 ¶ Deindè facit, quòd cum breui, & quasi statim sint à fundo separandi, habentur pro collectis. argumento. l. cetera. §. sed si separauit cum ibi notatis. ff. deleg. 1. & in. l. penult. ff. de testam. mili. Ergo hæc deficiunt ratio, & verba legis: nam neque sunt fructus, neque circa eos laborauit.

7 ¶ Non obstat, quòd tenetur eos conuertere in utilitatem pupilli. l. si. §. fin. C. de administratio. tuto. quoniam etiam pecuniam pupillarem tenetur in utilitatem pupilli collocare, & docui. c. 2. tamen non decimat eam, nisi sit ex reddito, quoniam hæc lex solos redditus vult decimari, non verò res, principales, ut dico capite. 24. Non obstat. l. diuortio, quoniam cum varios habeat intellectus, non est citanda ad definitionem causarum, iuxta notata per Ias. & Doctores, in. l. post dotem. ff. solu. matrimo. Rursus Ias. post longam super eius legis intellectu enarrationem, iubet lectorem attentius rem considerare. Præterea, ut ea lex significet id, ad quòd eam citauit loquitur in marito, qui dominus est rei dotalis. l. in rebus. C. de iur. dot. ideò non mirandum, si facit suos fructus maturos tempore contracti matrimonij.

8 ¶ Rursus labor mariti, non solum est administrare, sed expendere ad sustentationem vxoris, & familiaris, & ubi primò nuptias contrahit profusè, & luculentè pecuniam prodigit, ornando vestibus zona, & reliquo muliebris mundi apparatu nouam nuptam, ideò æquissimum est cum maturos, & pendentes fructus lucrari. At tutoris labor solum est administrare, non alere, neque expendere circum rem, vel personam pupilli. Cum autem labor administratio-

De decima Tutori

strationis non sit considerabilis in fructibus maturis tempore in itz tutelæ, deficit ratio, propter quam decima datur. At in marito, non deficit ratio, etiam circa fructus maturos. Nam fructus dotis ei datur propter onera matrimoni. l. pro oneribus. C. de iur. doti. & tantum onus sustinet in principio matrimoni quantum post, ideo non est alienum à ratione, ut etiam maturos fructus lucretur, præsertim cū sit dominus dotis. At tutor rei pupillaris dominus non est.

- 9 **H**æc opinio probabilis, & æqua videtur, atque item iuri conformis, quam adiuuat, quod pupillo fauet, cui leges maximè prospectum cupiunt.
- 10 **I**dem cenſeo de fructibus ciuilibus, scilicet pensionibus, & similibus rebus, quorū dies venerat tempore, quo tutela incipit, nam fructus pendentes dicuntur, quousq; obligatio cedatur, nam quod est separatio à solo in fructibus naturalibus est cessio obligationis in ciuilibus uti tradit Molin. in co. sue. Paristit. l. 6. i. glo. l. q. 3. num. 35. & vide quæ infra dico.
- 11 **S**ed est quæstionis, quid si pupillo debetur fructus, vel redditus, pacto, vel natura, in diem quo adueniente tutela, vel cura est finita, an tutor tales fructus, vel redditus possit decimare. Et distinguendum est, aut enim loquimur in fructu naturali, qui producitur ex fundo, vel sylua. Aut in fructu ciuili, ut sunt pensiones, & redditus pecuniarij. Primi casus sit exemplum, habet pupillus syluam cæduam, quæ semel excisa renascitur, post quinquennium. Finge vnde decimo pupilli anno syluam cædi, & eius fructū non reddere, si que ad decimum quantum, vel decimum sextum pupilli annum, quo iterum cædi potest, quia germinauit, tutor petit sibi decimam fructus dari, quoniam diligenti sedulitate eam curauit. Obijcit pupillus tutelam finitam, & hanc legem de tutore loqui, sed replicat tutor fructus natos durante tutela, & quod licet percepti non fuerint ea durate, danda sibi est decima. Sed verius videtur tutorem hos fructus decimare non posse, quoniam cum colligendi sint ex successione syluæ, videntur habere tacitam conditionem si nascantur. l. 1. ff. de condi. & demonstratio. & cum debitum sit conditionale actio nata, non est etiam pupillo, ideo, cum tempore, quo conditio impletur tutela desierit, non est quod tutor quidquā petat

magis quam extraneus, ita Bar. l. diuortio. num. 9. ff. solut. matrimon. & ibi Alexan. & Ias. numer. 44. post alios comprobatur hæc opinio, quoniam non solum, quando redditus consistit in fructu naturali, verū etiam, quando consistit in pecunia, quæ præstatur ratione fructuum redditus pertinet ad eum, qui dominus est tempore, quo fructus colliguntur. Bart. per text. ibi in l. si. §. fin. ff. de iur. fisci. l. defuncta. ff. de usufr. & ibi notat Albe. Salic. in l. fructus. num. 3. Bald. nu. 4. C. de actio. empt. Paul. consilio. 214. lib. 2. Couarr. var. lib. 1. c. 15. num. 3.

- 12 **I**n secundo autem casu, de quando fructus ciuiles colliguntur finita tutela, & quidem si redditus debebatur sub conditione tacita, vel expressa, certè decimam petere non potest, quoniam, neque tutor est, neque tempore quo tutela durabat redditus debebatur pupillo, & cum redditus non esset pupilli, deficiunt verba legis, quæ de decimandis pupilli fructibus loquitur. Et ita notat Bart. loquendo in marito, in d. l. diuortio. num. 9. Bald. Paul. Angel. & Ias. numer. 44. Si tamen pensio, vel redditus debebatur in diem, & dies nondum venit, an tutor finita tutela, possit talem redditum decimare, saltem pro tempore decurso durante tutela? Mouet quæstionē, quod soluto matrimonio, maritus lucratur pro rata temporis pensionem vxori debitam, etiam si dies nondum venerit tempore matrimoni. l. diuortio. in princip. & ibi Bar. Paul. Alex. & Ias. quare idem videtur in tutore dicendum.
- 13 **S**ed mihi potius videtur tutorem tales redditus decimare non posse, quoniam licet dies cesserit, nondum venit, neque redditus sunt collecti. Et si sufficeret diem pensionis celsisse, etiam per decem annos, post finitam tutelam redditus decimaret, cum omnis futuri temporis cesserit dies, ut statis cuiusque anni temporibus redditus soluat. Exemplū sit, colonus domus mee, obligatus est quotannis perpetuo mihi soluere quinquaginta aureos, viginti quinque solemnī Christi natali, & viginti quinque in festo diui Ioannis, finitur tutela sub Calendas Maias, petit tutor dari sibi decimam pensionis, soluendæ festo diui Ioannis. Obijcit minor tutelam ante diem desisse, respondet tutor diem, ante finem tutelæ celsisse, & pro parte temporis laborasse, replicat minor, si diem celsisse, ante

ante finitam tutelam sufficit, vt decimes red ditum, non solum decimabis eos, quorum terminus aduenit festo diui Ioannis, sed & omnes futuros, quoniam cum in diem debeatur, iam dies celsit, & actio orta est. l. cedere diem. ff. de verbor. significatio. Certè tutor damnatam causam fouere videtur, sed potest respondere, se solū petere partem pensionis pro rata temporis quo tutor fuit, quæ petitio, nō ita videtur absurda, atque si peteret redditus temporis, quo tutor non fuit, quo casu, cum nihil, vel sollicitudine laborauerit, non est audiendus: at in primo casu pro rata temporis laborauit cura, obligatione, & sollicitudine. Sed replicari potest, quòd. l. d. cit, *Mantengalos de los frutos, y tome para si el diezmo*: ex quo colligitur, quòd solum potest decimare redditus, quorū dies venit, quia ex redditu, cuius dies nō venit, non potest alere pupillum. Item, quòd pensiones domorum, quorum dies nondum venit, sunt fructus pendentes, auctore Bal. c. 1. in fine principij, de pace tenen. quem citat Socin. consil. 100. in causā Bapt. stz. col. 1. l. br. 1. fructus autem pendentes pars rei sunt, & decimari non possunt, etiam prorata, vt dixi supra. Sed certè Bald. in. d. c. 1. in fine principij, potius probat, vt inspiciatur rata temporis in pensionibus domorum, & in cæteris similibus, quæ tractum successiuum habent, & quotidie debentur incipiunt; inquit enim, quòd fructus naturales pendentes iudicantur pars fundi, pensiones autem, & fructus ciuiles æquiparantur fructibus separatis à solo, si celsit dies pensionis soluendæ, si autem nondum celsit, æquiparatur fructibus pendētibus. Si autem pro parte temporis celsit, & pro parte non iudicandum de eis pro rata temporis, & sequitur Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. glos. 1. nu. 35.

14 ¶ Sed hoc non facit contra, quia Baldus loquitur, quando celsit dies solutionis, non vero, quando solum celsit dies obligationis. Deindè nō obstat, quòd inter emptorem, & venditorem fit diuisio pro rata temporis, vt per Bart. & omnes in. l. Iulianus. §. si fructus. ff. de actio. empt. Salic. in. l. fructus. C. cod. tit. Bald. in cap. cum M. versic. nota. de consti. Bart. in. l. fi. in fine. ff. de iur. fisci. explicat sedulo Couarru. var. libro. 1. cap. 15. num. 2. & 3. cum sequentibus, quia videntur loqui in casu, quo dies solutionis venit, vel ibi alia est ratio æquitatis, quia

emptor suam pecuniam dat. Non ignoro ex aduerso adduci posse, quòd cum fructus diuidantur soluto matrimonio, inter virū, & vxorem, etiam si sint ex re maioratus, hoc habet locum, etiam si tempore soluti matrimonij fructus non essent collecti, vel à solo separati, nam, & tunc diuiduntur inter coniugem superstitem, & hæredes defuncti, si fructus iam apparebant, vt latè distinguendo Iure Regio probat Lupus, in Rubrica, de donatio. inter vir. & vxor. §. 62. vnde lucra, col. 5. nu. 10. versiculo isti, ergo fructus, folio trigesimo octauo. Sed responderi potest, quòd inter maritum, & vxorem, hoc ideò verum, quoniam nō solum partiuntur inter se fructus, verum etiā quodcūque aliud lucrum, vel commodum constante matrimonio acquisitum: nō vero quia sint fructus. At tutor solū decimat fructus, qui cum sint pendentes pars rei esse videntur.

15 ¶ Non obstat. l. diuortio, in princ. quia, vt supra dictum est, maritus non lucratur fructus dotis, quia administrat dotalia, sed quia alit proprijs expensis vxorē. Et cum eam, & familiam aluerit, æquissimum est, vt pensionem matrimonio constante temporis lapsu decursam colligat, licet matrimonium finiatur, antequam dies veniat, & esse hac ratione peculiare, notat Couarru. variar. libr. 1. cap. 15. num. 6. At tutor, ex proprijs nihil expendit, & si expendat repetit, & supra expensas decimam deducit, vt dixi cap. 21.

16 ¶ Comprobatur hæc opinio, quoniam licet fructuarius moriatur fructibus iā maturis, fructus non ad hæredem eius, sed ad proprietarium pertinent. l. si usufructuarius. ff. quib. mod. vsusu. amitta. l. in singulos. ff. de annu. lega. Item cum nondum dies soluendi redditus venerint, tutor non laborauit in exigendo eos, ideò solos redditus exactos potest decimare. Præterea factè hæc lex ibi, *Mantengalos de los frutos, y tome el diezmo dellos*. Ergo eos fructus decimat, ex quibus potest alere pupillum, non potest autem illum alere ex redditibus, qui cum dies nondum venerit, exigere non possunt. Et circa hanc opinionem, quòd tutor non decimet redditus, quorum dies venit finita tutela, facit quod licet tutor succedat pupillo deficientibus consanguineis, iuxta glos. in. l. quo tutela. ff. de regul. iur. vt infra dicam, id non procedit quando pupillus moritur post finitā tute-

lan

De decima Tutori

lam, & casus successionis venit finita tutela, vt post Bald. & Ang. scribit Paul. nutritoribus. num. 2. C. commu. de succes.

¶ Ex superioribus oritur questio. Dicitur est. cap. 2. quod tutor decimat fructus naturales, & industriales, atque insuper fructus ciuiles, vt sunt fructus iurisdictionis, multas scilicet, & honorum publicationes, & huiusmodi alia. Finge tutela, durante pupilli fisco, ex multis applicanda decem aureorum millia ex delictis tutela, durante commissis, sententia tamen qua ea summa applicatur pupillo, fertur finita tutela, quaero, an tutela finita, possit tutor petere decimam eius summe sibi dari.

¶ Hæc questio plura habet capita. Aut enim tutela durante commissum est delictum, tamen non est lata sententia, aut lata est sententia, sed tamen est appellatum, & sententia confirmatur finita tutela.

¶ Primo casu videtur sufficere, quod delictum sit commissum tutela durante, vt tutor decimet multam, quam ex lege soluere tenetur delinquens, quoniam commissio statim maleficio ius videtur questum tutori. l. quecunque actiones. ff. de action. & obligatio. l. si is qui in puteum. §. si postea. ff. quod vi, aut clam. Tempus enim perpetrati criminis videtur spectandum, & finis ad principium videtur referendus, vt ad eum multa pertineat, ad quem ius statim commissio delicto pertinebat. Nam finis habet necessariam consequentiam a principio. l. 3. §. scio. ff. de minor. l. quod ait. l. §. 1. ff. de minor. vbi Bartolus scribit, quod in delictis initium spectandum est, vt intelligamus ad quem pertineat punnitio. cap. si. de senten. excommunic. l. 1. ff. de poen. & Abb. in d. c. si. notat ad poenam imponendam inspiciendum esse tempus delicti. Deinde a tempore delicti orta est obligatio ad poenam. l. si. C. de senten. pass. vbi quis ex delicto efficitur seruus poenæ. l. Imperatores. ff. de iur. fisci. vbi ex delicto quis se poenæ subdidit, glossa in l. 1. §. bestias, in verbo onerari. ff. de postul. Nam vbi primum quis deliquit, incipit obligari fisco, vt post Richardum tradit Alber. in l. leges. col. fin. versiculo secunda similis. C. de legib. Alberic. in l. post contractu. col. 1. ff. de donat. & sententia que postea fertur potius declarat, quam aliquid noui inducit, ideo sententia retrahitur ad tempus delicti. l. hæres palam. §. si post iuncta glossa loquente de iudice. ff. de testam.

17 ¶ Rursus, quod multa pertineat ad eum, ad quem fructus pertinebant tempore delicti, docuerunt Petrus Cin. & Bald. in l. si. ff. de iurisd. omn. iud. Angel. in l. si possessor. §. 1. ff. de peti. hæ. redi. Anania, in c. 1. & 2. ne prelati vices suas. Bald. & Roma. in l. diuortio. §. si fundum. ff. solut. matrim. vbi Alex. §. si fundum vir. nu. 1. testatur hanc esse comunem opinionem, Anchar. in cap. si propter. ad finem de rescript. libr. 6. Alexand. consilio. 7. viso themate, col. 1. numero. 5. versiculo quarto, pro hoc facit, libro. 3. Socinus, consilio. 100. in causa Baptistæ, colum. 2. versiculo confirmari videtur libro. primo. Barbat. in l. stichum, aut pamphilum. §. stipulatio. column. 17. versiculo querit hic, Rodericus Romanus. ff. de verbor. obligatio. Iason. in l. Moræ. col. 5. ff. de iurisdiction. omn. iudi. Casan. in consuetudinibus Burgundiæ, titulo. 1. §. 7. glossa. 2. col. fin. Alexand. & Ias. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. Laudensis in tractatu de fisco. §. 92. Nicolaus Milis, in suo repertorio, in verbo *iurisdictionis*, Boerius, decisione. 5. numero. 22. In quibus locis tractant Doctores, quod si aliquis emit a Rege, redditus primi mensis proxime futuri, & alius redditus secundi mensis, quod si primo mense commissum est maleficio ab aliquo, pro quo sibi imponenda est multa centum aureorum, & in secundo mense facta est condemnatio, quod multa pertinet, ad eum, ad quem pertinebat tempore commissi delicti. Quare ratione idem videtur dicendum in tutore, vt cum decima multarum ad eum pertineat tutela durante, non solum decimet multas debitas ex sententia, sed etiam debitas tantum ratione commissi maleficio.

18 ¶ Contraria tamen sententia probabilior, & æquior videtur, vt solum decimet multas debitas ex sententia lata durante tutela, non vero debitas ex delicto. Primum, ex verbis huius legis. *Mätengalos de los frutos, y tome para si el diezmo.* Ex quibus liquet, quod eos fructus decimat, ex quibus pupillus alendus est, non autem aletur ex fructibus nondum sententia debitis, imò, neque de iure debentur, nisi lata sententia, vt statim dicam. Secundò moueor, ex dictis supra, quod non decimat redditus, quorum dies celsit, si non venit tutela durante, que opinio comprobatur ex verbis huius legis supra notatis.

19 ¶ Tertio moueor, quoniam plures erant ditissimi

ditissimi viri, in ea sunt sententia, vt multa pertineat ad eum, ad quem de iure pertinet tempore sententię, non verò ad eum, ad quem pertinent tempore delicti. Ita docuit Baldus plerumque sibi malè constans. in. l. 1. col. 2. versiculo modo quæro, de quadam. C. de fructibus & liti. expens. Imol. in. d. l. diuortio. §. si vir in fundo, & ibi Aret. in principio legis. col. fin. Iacobus Rebuffus, in. l. 3. C. de suscep. & Arch. lib. 1. 1. Guid. decisi. 535. Baro quidam per. l. qui explicandi ibi, cuius finis in iudicis potestate, ac motu situs est. & l. furti. §. si autem. ff. de his qui notan. infam. l. cū posteriori. C. ad Trebell. & sequitur Bertrand. consil. 214. viso casu, libr. 2. Molin. ad Alexan. consil. 7. littera. B. libr. 2. Paris. Puteus, de Sindicatu verbo prouentus, fol. 217. in paruis. Et hanc opinionem esse in puncto iuris sustētabiliorem scribit Alexand. in. d. l. diuortio. §. si vir in fundo, numero. 11. ff. solu. matrimo. Quia ante condemnationem pœna, non dicitur debita fisco. l. si qua. ff. de verbor. significa. l. aliqd. §. 1. ff. eod. titulo. l. ex iudiciorum. ff. de accusa. Bar. in. l. auferitur. §. fiscus. ff. de iure fisci. Itaque interim multa est, quasi fructus nondum perceptus, fructus autem nondum perceptus, non est decimandus, vt supra docui, nam eos decimat tutor, ex quibus pupillus ali potest, scilicet debitos, & præsentis, & hanc arbitror esse mentem huius legis. Et certè licet Doctores tantoperè inter se dissentiant, tamè quòd ad decimã tutoris attinet, ego potius hanc sententiam amplecterer, neque enim ad eū pertinent omnes fructus, sed tantum decima, neque pertinet decima omnium fructuum, sed tantum eorum, ex quibus pupillus ali potest. Sed certius hac in re iudicium expecto ab eruditis. Illud non omiserim, quòd doctorum pugnam quidam tentarunt dirimere distinctione, vt prima opinio procedat in pœnis ordinarijs, secunda in arbitrarijs, vt per Barr. & Paul. l. si feruum. ff. de noxal. actio. Salic. l. si quis decurio. C. de fals. Et aliam distinctionem communiscitur. Benedictus in capit. Raynuntiu., verbo, cetera bona, numero. 38. de testamen.

¶ Sed certè stricto iure, secunda opinio verior videtur, vt inspiciatur tempus sententię, sed inspecta æquitate, & q̄ emens multas primis mensis pecuniam erogat, & quòd lites sunt immortales, & sententia

cauillis prorogatur, æquior videtur communis opinio, cum emptor petat ex causa onerosa, iam è in tutore, & verus, & æquius est, vt inspiciatur tempus sententię, & ita iudicarem. Neque enim adeò onerosa est causa tutoris, atque eius qui pecunia (hoc est sanguine) multas emit, & oportet legē hanc corrigentem Ius Ciuile restringere, & minori potius est fauendum, quam tutori.

20 ¶ Si tamen durante tutela, lata sententia esset, & finita tutela, confirmatur in causa appellationis, certè æquum videtur, vt tutor decimet multam, quam intentata lite pronunciari fecit deberi pupillo. Et nominatim in quæstione de emptore multarū primi mensis, quòd ad eum pertineat multa, si sententia est lata durante suo mense, licet fuerit à iudice appellationis confirmata finito mense, docet Molin. ad Alex. consilio. 7. littera. B. ad finem, libr. 3. quoniam ius semel quæsitum, non debet tolli, propter appellationem iniustam. Et confirmatur, quoniam si ex lege, pœna pertineat ad iudicem, & ipse in negotio ferat sententiam à qua appellatum sit, certè si sententia confirmatur pœna, non pertinet ad iudicem appellationis confirmantem, sed ad primum iudicem, qui veritatem primus in lucem produxit, vt auctor est Alexand. in l. ex facto. ff. de vulg. & pupilla. Et ita inuētissimi Regis Philippi Secundi rescripto definitum extat. Pridem enim misso rescripto ad senatum Granatensem, ita sanxit, & pro lege obseruari voluit, insuperque præcepit iudices appellationis, restituere omnem pecuniam, quam ex sententiã confirmatoria sibi applicauerat.

S V M M A.

- 1 **F**ructuum decima, an danda tutori deductis impensis, & nu. 7.
- 2 **D**ecima Ecclesię soluitur nullis deductis impensis, & an idem in decima principi debita.
- 3 **R**edditus dicitur, qui supersunt deductis impensis.
- 4 **L**ucrum est, quòd superest deductis impensis.
- 5 **F**ructus censetur qui supersunt deductis impensis, etiam si quis iubeatur dare fructus integros.
- 8 **F**ructus, an dicantur deductis impensis, quando debentur per quotam.
- 12 **D**ecima tutoris, an soluere debeat pro sua parte onera pupillaribus fructibus imposita.
- 13 **P**rimogenio imposita onera, an sint soluenda à primogenito insolidum, an verò etiam à fratribus secundo genitis, quibus pars fructuum datur.

Fructuum

De decima Tutori

Fructuum partem accipiens, an debeat subire partem onerum. in. 12. C. 13.

- 14 Tutor, an pro parte sue de. iure teneatur reficere collapsam, vel labefactam tam rem pupilli.
- 16 Pensionarij, an contribuere teneantur in decimis Papalibus, an verò solum titularij.
- 17 Vfructuarius, quando teneatur ad expensas.

¶ An cum tutor petit decimam, sint deducendæ expensæ à pupillo factæ circa fructus, & an tutor teneatur pro sua parte soluere onera imposita fructibus pupillaribus. Caput. XXXIX.

- 1 **Q**Uæro deinde, an cum tractatur de faciendâ cõputatione decimæ fructuum, sint prius deducendæ expensæ factæ circa fructus. Mouet quæstionem. c. tua nos. de decim. vbi probatur speciale esse in decima debita Ecclesiæ, vt in faciendâ eius computatione, non deducantur expensæ, ergo in contrarium est regula communis. Idem probatur in. c. pastoralis. & in. c. non est in potestate, & in. c. cum homines. de decim. notat gloss. in. l. si à domino. §. si. ff. de peti. hæredita. in verbo *impensis*, & ibi Alberic. & BALDD. in. l. fructus. ff. solut. matrim. & est cõmunis opinio in decimis prædialibus.
- 2 **A**d eò autem speciale est in Ecclesia, vt non sit id admittendum, si fructus debeantur filco. Nam textus in. c. tua nos loquitur in decima, quæ est tributum animarum egenium, atque id eò maxime favorabilis. l. lancimus. C. de sacrosanct. Eccles. At cõpars fructuum debetur Principi, censetur esse veltigal. & tributum, quod est odiosum, vt notat Bart. l. si pupillus. §. si. ff. ad leg. Falcid. Quæ ratione ita docuerunt Bald. l. 1. col. 1. versiculo modo accidit. C. de fructibus, & liti expens. Bald. Angel. Imol. Raph. Commens. Roman. Alexand. Aretin. Socin. & Ias. in. l. fructus. ff. sol. matrim. Felin. in. c. ad nostram. in. 1. col. 1. de iureiuran. Nam licet Ecclesia, & fiscus, æquiparentur. l. si. C. de sacrosanct. Eccles. non potest argui. de vno, ad alterum in rebus, in quibus est diuersa ratio. Ideò hæc opinio, vt. c. tua nos. non procedat in filco, amplectenda videtur potius, quam opi-

nio eorum, qui contra sentiunt, æquorum numero sunt Salic. & Paul. in. l. fructus. ff. solut. matrim. Bal. in. l. si à domino. §. si. ff. de peti. hæredita. Afflic. de decisione. 252. Sed eorum opinioni, præter æquitatē obstat. c. grauis. de restit. spoliato. vbi etiam in fructibus debitis Ecclesiæ, sunt deducendæ impensæ, ex quo liquet non simpliciter Ecclesiæ dari fructus, non deductis impensis, sed tantum id procedere in decimis, ratione supradicta. Principi autem nõ dantur fructus, tanquam tributum animarum, ergo si ei debeat pars fructuum, certè in faciendâ computatione deducendæ sunt expensæ.

¶ Cum ergo ex mente omnium Doctorum, textus in. c. tua nos, sit specialis in decima debita Ecclesiæ pro tributo animarum, certè argumentum sumpto à contrario sensu, secus iudicandum cum decima alijs debetur quàm ecclesiæ.

- 3 **P**ræterea lex dicit decimam deducendam de fructibus, in æstimandis autem redditibus deducuntur prius expensæ, vt docet Bald. & Salic. in. l. cohæredibus. C. fami. hære. Bald. in. l. neque. in. fine. C. de comper. Et in æstimandis fructibus, prius deducuntur expensæ. l. fructus. ff. solut. matrim. glossa. Bart. & Angel. in. l. fundo. ff. de rei vendica. glossa, in. c. cum antea in verbo *fructus*, & ibi Barbat. col. 2. de pigno. Latè Felin. in. c. ad nostram, col. 1. & de iureiuran. l. si à patre. §. pen. ff. de per. hæredita. Inquit lex. *Fructus dicuntur deductis in pensis quæ quæredorum conseruandorumq; con. gratia sunt.*
- 4 **S**ic lucrum dicitur quod superest deductis impensis. l. Mutius. ff. pro soc. vt latè dixi. l. 27. & probat. l. quantitas patrimonij. ff. ad leg. Falcid. l. vbi pure. §. si. & ibi Alexan. & Ripa. ff. ad Tribell. Angel. & Imola. l. ciuitatibus. §. si. de leg. 1.
- 5 **Q**uoniam etiam si quis iubeatur inferre fructus integros, potest deducere expensæ, secundum Bal. & Salic. l. 1. col. 2. C. de fru. & liti. expens. Citant. l. 1. in verb. *fructus integros*. C. de his quib. vt indig. vbi probatur, quod hæres qui non est, vltus nactem defuncti, cogitur recedere fructus hæreditatis integros sicuti malefidei possessor. Malefidei autem possessor expensæ deducit. l. si à domino. §. si. ff. de pet. hæredita. l. fundus qui dotis. ff. famil. hære. Rom. sing. 334. Ang. in l. ait prætor. §. per hanc. ff. de his quæ in fraud. credito.

¶ Et

¶ Et nominatim quòd iussus inferre fructus integros, expensas deducat, notat Aretin. l. diuortio. 9. ff. solu. matrim. Alexan. l. fructus. ff. eo. titul. Corn. cons. 289. videtur in hac col. fin. versic. non ob. id quòd dixi lib. 1. l. aso. in. d. l. fructus. Qui citant. d. l. diuortio quæ loquitur de fructibus integris, & tamen intelligitur deductis expensis, vt in. d. l. fructus, quæ loquitur in eodem casu. Sed fateor quæ de fructibus integris, non ita expeditum esse, nam contra sentit Roman. in. d. l. fructus. & Alexan. consil. 133. lib. 5. Barba. in. c. Raynaldus col. 65. versic. sed adhuc. de testa. Corse. in singulari in verb. integre. Lupus. c. per vestras, fol. 98. colum. 3. versiculo facit præterea. de donatio. inter vir. & vxor. Et certè res videtur, iuxta subiectam materiã ex mente legis vel hominis iudicanda.

6 ¶ Præterea quòd decima sit danda tutori deductis in computatione expensis, probatur ex traditis per Bar. in. l. sed si hoc quam legit cum. l. si vir vxori. §. cuidam. per illũ textum. ff. de condi. & demonst. vbi notat, quòd stante statuto, vt de precio rei venditæ soluatur gabella trium denariorũ pro libra, debente precio deduci quæ impensa sunt in proxenetas, vt ibi distinguit. Idem docet in. l. quantitas patrimonij. ff. ad lege Falcid. & in. l. in lege Falcid. a eod. titul. & in. l. vbi pure. §. fin. ff. ad Trebel. cum alijs similibus congestis. cap. 27.

7 ¶ Hæc opinio videtur de iuris rigore, verã tamen contraria sententia suas etiam habet rationes. Primo facit quod scribit Bar. in. l. fructus ad finem. ff. solu. matrim. quòd si rustico locauit fundum ea lege vt fructus inter nos diuidantur, diuisio facienda est, absque deductione expensarum. Et eius opinionem, probant omnes doctores. ibi autore Ias. nu. 22. Bal. l. 1. C. de fructibus, & liti. expen. Bald. & Cin. l. 1. 7. q. C. pro soc. Albe. & Bald. post Iacobum Aren. in. d. l. fructus Ioan. Andre. ad Specul. titulo de loca. §. postquam, versiculo, quid si tibi locauit fundum. Corne. consil. 289. videtur in hac, post princip. & iterũ col. 3. versic. & hinc est quòd colonus, lib. 1. Afflict. decis. Neapolit. 252. Bertrand. consil. 255. nu. 4. lib. 1. Hoc videtur probari in. d. c. tua nobis, de decim. vbi notant Innocen. Hosti. & Ioan. And. Cardin. Floren. & Abb. nu. 3. Capici. decis. 20. nu. 14. Inter tutorem autem, & pupillum, simile quidã esse videtur, quòd inter colonum partiarium,

& dominum. Dominus enim fundũ præstat, colonus colit & præstat operas. Sic pupillus rem suam tutori quasi præstat, & tutor colit, & auget. Sicut ergo inter dominum, & colonum, fructus diuiduntur absque deductione impensarum, sic diuidendi videntur inter tutorem, & pupillum.

8 ¶ Secundò moueor, quoniam licet verum sit fructus dici deductis impensis, id non videtur admitendum quando fructus debentur per quotam, sed solum quando simpliciter debentur. Ita videtur probari in c. pastoralis, & in. c. tua nos de decim. & sic ibi nihil speciale statuitur fauore animarum, ita docet Hostien. ibi, & Cardin. Floren. in prima opinione; & videtur sequi. Abb. & latè excutit Socin. in. d. l. fructus, in. 1. & 4. conclusionem, & videtur sensisse Bart. ibi, dum fecit distinctionem aut verbum fructus proferatur à lege, an ab homine, & postea subdit hoc verum quando verbum fructus ponitur indeterminate, & infert quòd si statutum diceret, vt de qualibet corbe frumenti soluatur tantum pro gabella, non deducuntur expensæ; secus si diceret de fructibus. Et hanc differentiam tuetur Capicius, decis. 20. nu. 12. Bart. & alij in. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obligat. Bald. Imo. Alexan. Areti. & Socin. in. d. l. fructus. ff. solu. matrim. Bald. in. l. 1. col. 3. C. de fruct. & liti expen. Floria. in. l. videamus. ff. de vsur. Firmian. in tractatu gabellarum in. 2. par. 8. partis princip. in. 5. q. per textum in. l. si debitor. §. verisimile. ff. de contrah. empt. Sed fateor, hos omnes præter Hosti. Cardin. & Abb. loqui quando statutum dicit vt de qualibet corbe frumenti soluatur tantum pro gabella, quo casu cum statuatur certa quantitas, expensæ non possunt minuire quod expressè promissum est.

9 ¶ Sed hæc exempla de corbe frumenti, & similia, & decisiones doctorum possunt cauillis eludi, ne scilicet confirmet hanc opinionem in decima tutoris. Dicit enim quispiam, Doctores ibi loqui quando debentur decem cothæ frumenti per nomina numeralia, nõ verò quando debetur decima fructuum quo casu Doctores videtur sentire expensas deducendas, cum dicant id esse spectale in decima quæ soluitur ad suffragium anime tanquam peccatorũ tributum, vt non deducantur expensæ, ergo in contrarium est regula cõmunis. Agnosco tamen maxime conuenire sensui cõmuni

Ecc muni

De decima Tutori

munī, vt non deducantur impensæ, in tutore cū non omnes fructus, sed pars eorum sit ei præstanda.

10 ¶ Postremo, quod me in hanc sententiam præcipuè trahere posset, est cōmunis vsus loquendi, iuxta quem intelligenda sunt verba legis vulgari lingua scripta, vt per Bart. in l. si quis filiabus. ff. de test. am. tut. Vulgo autem dicimus: Petrus tot fructus colligit ex vinea sua, neq; vllas deducim; expensas, sed quod à solo sublatū naturaliter est, appellamus fructū, nulla facta mētionē expensarum. Qua ratione verba huius legis. *Mantengalos de los frutos, y tome parte si el diezmo.* Videntur ex communi vsu loquendi significare, vt decimet fructus ex solo ablatos, nulla facta deductione impensarum. Argumēto eius quod notat Albe. in l. diuortio. ff. solut. matrim. vbi scribit Bart. doctrinam, in l. fructus. de domino & colono partiaro. & de fructibus inter eos diuidendis absque deductione impensarum, probandam esse ex communi vsu loquendi, licet non probetur lege, & sequitur Ias. in d. l. fructus. nu. 22. vbi dicit, quod licet opinio Bart. non probetur lege, amplectenda est ex quadam æquitatis congruentia.

11 ¶ In summa prima opinio exacti iuris rigore vera videtur. Sed secunda videtur, æquior, præsertim si expensæ circa culturam (nam de his loquor, vt. l. diuortio. §. impendia. & ibi doctores. ff. solu. mat.) tot sint, vt si earum computatio fiat ferè nihil maneat tutori, argumento glofæ. in l. qui concubinam. §. qui hortos. & ibi Bart. ff. de legat. 3. Licet hoc argumentum possit retorqueri in cōtrarium, scilicet, quod minor soluet plusquam decimam, si expensæ magnæ sint, ita quod eis deductis fructus sint pauci, & nihilominus cogatur soluere decimam integram, & hoc de iure verius videtur & seruandum.

12 ¶ Sed quid si ratione rei pupillaris aliquid si præstandum principi, vel subeundum onus quopiam, an minor solū suis expensis id faciet, an verò etiam tutor debet contribuere pro sua decima. Et distinguendū est. Aut enim tutor nondū accepit decimam tempore quo onus imponitur fructibus rei pupillaris, & haud dubiè hoc nocebit tutori, nam quo fructus minores fuerint, minor erit decima. Et licet magni fructus colligantur, respiciendū quanti maneant pupillo deductis oneribus,

vt probauī supra. c. vigesimo septimo: Si verò onus imponatur postquā tutor suā decimam accepit, & tunc fructus decimæ pupilli non sunt, sed tutoris, & onus impositum fructibus pupillaribus non minuet fructus quos pro decima tutor accepit, quoniam iam pupilli non sunt.

13 ¶ Sic in simile disputant doctores, quid si primogenitus teneatur fratribus secundo genitis dare vitam & militiam, vti in oris est apud Britonnes, vel aliquam partem fructuum pro alimentis, an si quid præstandum sit principi ratione rerum feudaliū, vel subeundū onus quopiam puta vt regi seruiat in bello, vel vt pecuniā suppeditet, an solus primogenitus id faciat suis expensis, an verò secundogeniti teneantur contribuere. Istam quæstionem proponit Afflictis. decisione Neapolitana. 252. magnificus dominus, & late disputat Tiraqueus de primogen. quæstione. 74. per totam. Iternia in constitutione Siciliæ, incipiente cemitibus, & omnes definiunt, quod si princeps exigat pecuniam, secundo geniti nihil tenetur dare de parte fructuum quæ sibi dantur ad alimenta, sed quod solum primogenitus debet onus sustinere. Et simile disputat Boer. decif. 244. num. 9. an scilicet maritus lucrās ex statuto tertiam partem dotis, teneatur pro sua parte ad impensam funeris, vide Baldus, & Albe. in l. Neratius. ff. de relig. & sump. fune. ¶ Sed est quæstionis, quid si arbores fundi pupillaris, vel tabernæ corruant. Ita vt oporteat tabernas reficere, & arbores sufficere, an prius ex fructibus pupillaribus deducenda sint necessaria ad refectioem, & post deducenda sit decima ex fructibus qui supersunt. Motet quæstionem. l. fundi. Trebatiani. ff. de vsu. lega. vbi Iuriscōsultus assignans differentiam inter eum, cui debetur vsufructus, & inter eum cui debentur fructus, scribit, quod etiam si vsufructuarius non teneatur reficere, tamen ille cui fructus dantur reficere, tenetur rem in qua habet ius percipiendi fructus, & videtur idem probari in l. vetus quæstio. & in l. cū fructuarius. ff. de vsufruct.

15 ¶ Sed verius videtur tutoris decimam non minuendam, ex eo quod illa sint reficienda. Ita videtur probari in l. vsufructu legato. ff. de vsu. in vltimis verbis, ex quibus prouatur quod ille ad quē omnes fructus perti-

pertinent tenetur reficere rem non vero ille ad quem pertinet pars fructum. Verba ipsa legis audire præstat. Inquit lex. Quoniam igitur omnis fructus rei ad eum pertinet, reficere cum ædes per arbitrum cogi. Nota illa verba: Quoniam omnis fructus rei ad eum pertinet. Ergo si non omnis fructus ad eum pertinet reficere non tenetur. Ad tutorem autem solum pertinet decima. Et nominatim hoc probatur in. c. pastoralis de decim. Non obstat. l. fundi Trebatiani. ff. de usufr. lega. nam intelligendus est quando omnes fructus ad aliquem pertinent, non quando pars eorum, vt in. d. l. usu fructu legato.

17 ¶ Huic tractatui similis est illa quæstio, an pensionarij teneantur cõtribuere in decimis papalibus an vero solum titularij. De quare vide extrauag. Bonifacij Octau. incipiente declarationem. §. quia nonnulli posita inter extrauagantes communes sub titulo de decimis. Imol. in. Clem. Beneficiorum in. 3. q. de decim. Bartol. Belen. de charitatiuo subsidio. q. 37. & 75. Cacialup. in tractatu de pensionibus. q. 17. Gigas de pensionibus. q. 38. Deti. consilio. 156. Tiraquell. de primoge. q. 74. in fine. ¶ Et quando usufructuarius teneatur ad expensas, distinguendum inter temporales & perpetuas, vide. l. hastenus & l. si pendent. §. si quid cloacarij. ff. de usufr. l. pen. §. si. & ibi glo. ff. de leg. 3. l. quæro & ibi Bar. ff. de usufr. lega. Et distinguendum inter necessarias, vtiles, & voluptarias. l. usufructu legato. §. quoniam. l. hastenus. l. æquissimum. §. fructuarius. ff. de usufr. Specul. de locato. §. postquã versiculo sed quæritur, & ibi Ioan. Andre. in additione. in verbo habitat Callan. in cõsuetudi. Burgun. Rubrica. 4. §. 6. verbo de maintenur nu. 1. & 2.

S V M M A.

- 1 ¶ Tutor an possit duas decimas deducere si res pupillaris bis in anno fructificet, & nu. 7.
- 2 Fructibus venditis an censeantur venditi secundum fructus si res bis in anno fructificet, & 6.
- 3 Fructus lucrans an lucretur etiam secundos.
- 4 Duæ collectæ non soluendæ, eodem tempore.
- 9 Verba legis an intelligantur de prima iure.
- 10 Gabella emptæ an censeatur emptæ quæ augetur.
- 15 Fructus rei castrensis an decimet tutor.
- 17 Lucrata in bello non diuiduntur inter virum & uxorem bene tamen diuiduntur eorum fructus.
- 18 Reditus quos pupillus habet pro tempore vitæ an decimet tutor.

19 Tutor an si cesset petere decimam post biennium possit eam postea petere.

¶ Si res pupillaris bis in anno fructificet, an tutor bis deducat decimam. Et an decimet fructus ad minorem pertinentes ex bonis castrensibus, vel ex redditu ad vitam, & an lex regia præsumens famulo tempus vt petat salarium, comprehendat tutorem. Caput. XXX.

1 ¶ VIT quæstionis, quid si res pupillaris bis in anno fructificet, an tutor bis possit deducere decimam. Mouet quæstionem hæc lex, quæ decimam in numero singulari tutori tribuit, ibi (et diezmo) quod si bis decimam fructus, videretur duas decimas deducere aduersus præfinitionem legis, & aduersus utilitatem pupilli.

2 ¶ His suffragatur, quod si quis vendat rosas viridarij sui, & fructificet bis in anno, venditio intelligitur de primis fructibus non de secundis, argumento. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signif. l. dotis promissio. ff. de iure doti. Ita docet Bal. in. l. diuortio. §. quod in anno. ff. sol. matr. & ibi Alexan. col. pe. las. nu. 12. Idem las. in. l. duob. §. 1. ff. de iur. iur. Alex. cõf. 16. nu. 6. l. b. 4. & alios citat Tiraquell. in repetitione. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signif. Cum ergo ille cui ex causa onerosa fructus debentur (scilicet exemptione) non consequatur nisi fructus primo natos, quanto magis idem dicendum in tutore cuius causa non adeo videtur onerosa atque eius qui pecunia rem parauit.

3 ¶ His congruit quod scribit Ioan. Andr. in regula sine culpa in Mercurialibus, quod si ex legis dispositione maritus soluto matrimonio lucretur fructus rerum vxoris, intelligi debet de primis fructibus non de secundis si res bis in anno fructificent. Et eius sententiam probant Bald. & Imola in. l. cum patet. §. qui ad certum ff. de leg. 2. ¶ Simile videretur quod duæ collectæ non sunt soluendæ eodem tempore. glosa &

Ecc 2 docto

De decima Tutori

- doctores in. l. 1. C. de mulier. & in quo loco glosa, in. l. honorem sustinent. ff. de mune. & hono. Bart. & doctores in. l. fin. §. quoties. ff. de mune. & honor. Alexand. consil. 148. numero. 10. lib. 6.
- 5 ¶ Postremo suaderetur, quoniam labor tutoris non potest tantus esse, vt promeretur decimam, tam de primis, quam de secundis fructibus. Quid enim si decima primorum fructuum valet aureos trecentos, certè si etiam secundus fructus decimet fortè salariū esset immodicū, & iniquum, & premium de iure debet esse par labori, autore Bald. in proœmio digestorum. §. discipul. col. 2. Et quandò decima est immodica, si ad laborem conferatur, non est danda tutori, vt docui capi. 9.
- 6 ¶ Vltimo facit, quod verè & prudenter scribit Rom. in. l. diuortio. §. quod in anno. & ibi Alexand. num. 7. ff. solut. mat. quòd cum tractatur an censeatur venditi solùm primi fructus, an verò etiam secundi, res est iudicanda ex quantitate pretij. Hic autè decima datur propter laborem, neq; labor tantus esse potest, vt promeretur bis decimari fructus pupilli.
- 7 ¶ Sed mihi contraria sententia potior videtur. Primò ex generali dispositione huius quæ decimam fructuum tutori concedit, fructus autem secundi, non minus fructus sunt quàm primi, ergò vtriq; decimandi. Non enim maior ratio proferri potest, cur potius decimare debeat primos quàm secundos.
- 8 ¶ Secundò facit, quòd decima datur propter laborem, tutor autem nò minus laborat circa secundos, quàm circa primos fructus, & quo vberior est fructus rei pupillaris, eo verior & maior, & diuturnior est labor.
- 9 ¶ Tertio facit, quòd regula distans sermo nem simpliciter prolatum, intelligi debere de prima vice, nò habet locum in verbis legis. Vti post alios notat Alexand. in. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. mat. Ias. in. l. duobus. §. ei qui. ff. de iur. iuran. Latissimè rem profert Tiraquel. in rep. d. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. significa. Decima autem tutori datur ex huius legis dispositione, ergo non magis decimabit fructus primos quàm secundos. Et ita probatur in. l. diuortio. §. quod in anno. ff. solut. mat. vbi lex distans maritū lucrari fructus dotis intelligitur de primis & secundis fructibus, si res bis in anno fructificet. Et ita si res pupillaris eodè anno bis vel decies fructificet, decies tutor fructus decimabit.
- 10 ¶ Sic legimus quòd si gabella est vedita, & postea ex causa duplicatur, certè tota in solidū pertinet ad emptorē vel cōductorē, vt probat Ang. in. l. at vbi. ff. de peti. hæred. qui citat Bal. què vide in. l. vtrū. ff. co. titulo. Barb. in. c. relatū. col. 3. n. 7. de testa. qui citat Bald. in Rub. ff. de rer. diui. col. 3. Boer. decisione. 180. nu. 6. in fi.
- 11 ¶ Nò obstat quòd tutor videtur deducere duas decimas, id enim falsum, nā de primis deducit vnā decimā, & de secundis aliā, & sic nò deducit duas decimas de eisdem fructibus, sed de diuersis fructibus.
- 12 ¶ Non obstat etiā quod doctores in simili videtur aliter definiti, quoniam ipsi non loquuntur quando alicui dādi sunt fructus in plures annos (qui est casus noster) sed quādo venduntur fructus fundi nò in longū tempus, neque per plures annos.
- 13 ¶ Neq; etiā obstat quod scribit Imola in l. cū pater. §. qui ad certā. ff. de lega. 2. quoniam nò loquitur quādo maritus in plures annos debet lucrari fructus, sed tantū per vnus anni spatium. Rursus respondeo opinionē Imolę dubiā esse: quoniam cū lex fructuū mentionē facit, & primos & secundos cōprehēdit vti late excutit. Tiraq. in rep. l. boues. §. hoc sermone quem lector consulat.
- 14 ¶ Nò obstat quod scribit Alex. post alios cōsi. 148. n. 10. lib. 6. quoniam species est prorsus, diuersa quæ hāc opinionem nostram ne læuissimè quidem labefactat.
- 15 ¶ Nūc videamus an tutor possit decimare fructus rei castrēsis acquisite ab adolescente minore suo. Et mouet quæstionē, quæ licet Iure Regio parta cōstāte matrimonio diuidatur inter virū, & vxorē, tamen quæ sita ex militari negotio nò diuiduntur nisi vxoris expēsis militiā sequutus fuerit maritus vt lege regia definitum extat.
- 16 ¶ Sed his non obstantibus verissimū est tutorē posse decimare nò ipsas res in bello acquisite, sed fructus & redditus ex eis proueniētes. Primò ex generali dispositione huius legis. Deinde quoniam nihil plus iuris habet tutor in his quæ minor habet hæreditaria, quā in his quæ in bello adquisiuit, vtraq; enim aliena sunt, scilicet, pupilli, nihilominus tamen tutor decimat fructus ratione administrationis.
- 17 ¶ Deinde licet parta ex militari opere non

nōn diuidatur inter virū, & vxorē, tamen fructus ex eis procedentes iure optimo diuiduntur, vt scribit Roder. l. i. tit. De las ganancias. §. 3. fol. 37. in principio. & fol. 25. Lupus in rep. Rubricæ de donationibus. §. 65. limitabit. n. 65. versi. & ex his. Faciunt dicta supra. c. 25. ver. ex his infertur. Et ita licet tutor nō decimet res quia nō sunt fructus, tamen ipsos fructus decimabit.

18 ¶ Idem sentio redditibus quos pupillus habet pro tempore vitæ, quoniam non magis laborat tutor circa redditus perpetuos quàm circa temporales, & cūm perpetuos decimet, decimabit etiam tēporales. Quid quōd omnes (quātūuis perpetui) tēporales sunt quoad tutorē. Et lex loquēs de redditibus exercēda etiā est in redditu ad vitā, vt scripsi in tractat. de non meliorandis filiabus ratione dotis. c. 4. n. 25. Neq; magis sunt pupilli perpetui, quàm temporales.

19 ¶ Sed occurrit quæstio. Regia lege à Carolo. V. edita cauetur, ne famulus post biennium quo dominum reliquit possit petere salarium an id seruandum in tutore, vt post biennium finita tutela non possit petere decimam.

20 ¶ Sed certè in tutore alia ratio est. Neq; enim tutor famulus est, sed potius loco domini habetur. l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empto. Regia. l. i. titulo. 14. part. 7. Bartolus in Authen. vt in hi qui obligati. numero. 1. & in l. neque tutores. numero. 2. C. de procurat. & in l. 1. §. non potest. ff. de excusa. tuto. & in l. videamus. nu. 4. ff. de in lit. iurand. Specul. tit. de satisfatione. §. 4. ver. actor. nu. 4. Quinimò habetur loco patris. l. 1. §. tit. 14. part. 6. Specul. vbi supra. & titulo de spōsalibus. §. versi. 2. argumētum contra. n. 3. Marian. consi. 61. ver. circa finem. col. 5. Cūm ergo habeatur loco patris & dñi, non est exercēda aduersus eum lex loquens de famulo non enim quadrāt verba legis, ergo neq; leg. dispositio. l. 4. §. totiens. ff. de dam. infect.

S V M M A.

- 1 **T**utor an possit denuntiare minori ne se inficio fructus colligat.
- 3 Vxor habet dominium in dimidio lucratuorum constante matrimonio.
- 4 Decima pertinet ad Ecclesiam vendicatur aduersus tertium possessorem.
- 7 Tutor an possit retinere res pupilli ratione decime.

9 Retinere rem debitoris quando liceat ratione debiti.

10 Tutor potest propria autoritate capere decimā, & sibi satisfacere si minor ei aliquid debeat.

¶ An tutor collectis fructibus finita tutela possit denuntiare minori, ne se inficio fructus colligat, Et exportet, & an retinere possit res pupilli ratione decime. Cap. XXXI.

1 **O**ccurrit quæstio, tutor vel curator definit tutor esse ex causa naturali, vel accidentali, collectis fructibus, non tamen ex portatis, metuitq; ne minor forsam iam maior factus fructus exportet, & abscondat, an possit prohibere minorē, vel eius curatorem ne se inficio fructus colligat, nisi missio inspectore argumento. l. 2. ibi sub aspectu. C. quando & quibus.

2 ¶ Certè videtur posse, nam qui habet partē in fructibus ratione decimæ, videtur habere partem in fundo. Nam fructus sunt pars fundi præsertim pendentes; ideò videtur posse prohibere dominum ne se inficio fructus colligat. Hac ratione loquendo in decima, ita docet Specul. & post eum Ioan. Andr. & Bal. in additione, titulo de decimis. §. 1. col. fin. versi. vlti. quæritur Ioan. Andr. qui citat alios in. ca. ex parte. 2. & ibi notat Collectar. & Abb. de decim. Lucas Penna in. l. 2. col. 5. in verb. aspectu. C. quando & quibus quar. pars. debe. libr. 10. Card. Floren. consi. 146. post prin. Alexā. in. l. diuortio. §. fi. col. fin. versi. iuxta hoc vnū. ff. solut. matr. & ita fuisse iudicatum in curia Delphiniali. testatur Guido Pap. decis. 283. exactor decimarum Aufic. in decis. Tholos. q. 109. itē fuit quæsitum. Iacobi. Sancto Georgius in tractatu de operis. col. fi. versi. rursus quæro homines mei. Et videtur expressè probari in. l. 2. quando & quibus, quar. pars. debeat. ver. sub aspectu.

5 ¶ Secundò facit quod lucra quæ Iure Regio debent diuidi inter virū, & vxorē, pertinent iure dominij ad vxorē pro sua parte etiā matrimonio constante; vt probari videtur in. l. 46. tit. 28. part. 3. Scribit Lupus in Rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 65. nu. 24. Couarru. varia. resolut. lib. 3. c. 19.

De decima Tutori

col. 2. & 3. Roder. l. 1. titulo de las ganancias. versiculo quæritur ulterius. Segura de bonis lucratis, constante matrimonio. n. 44. Molin. in consuetu. Paris. §. 23. col. 1. Casfan. in consuetu. Burgun. Rub. 4. §. 2. nu. 6. Antonius Gomezus, in. l. §. 1. Taur. n. 76. Si autem idem est in tutore, ut dominium decimæ ad eum pertineat, etiam, durante tutea, ante quàm dividat fructus, non est alienum à ratione ut possit denuntiare ne se inscio fructus colligantur.

4 ¶ Tertio facit quod legimus, quod decima pertineus ad Ecclesiam est dominio. Ecclesiam, ut in. c. commissum. & ibi notat Abb. de decim. idem Abb. in. c. parochianos in sine. & in. c. tua. col. 2. eo. titulo. Et pro ea competit Ecclesiam actio, aduersus quemlibet possessorem prædij, etiam pro decima temporis præteriti quo ille non possedit, ut notat Hosti. Ican. Andr. Card. & Abb. in. c. pastoralis de deci. Soci. consi. 268. col. 1. lib. 2. vbi dicit, quod decima est onus reale, & sequitur fructuū detentorē, & pro eis potest agi actione reali. Quod si decima pertinet ad tutorē huius naturæ est, & dominium eius pertinet ad tutorē, certè xquū videtur ut possit denuntiare ne se inscio fructus colligantur.

5 ¶ Sed efficacius probatur hæc opinioni. l. 2. ibi sub aspectu curialium. C. quando & qui, quar. pars debeat. Cuius argumento nostri definitiunt quod si inter me, & colonū fundi mei fructus sint dividendi, quod tempore mensis possum mittere famulū inspectorē ne fraus fiat in fructibus. Ita docet Alex. in. l. duortio. §. si. col. si. ver. iuxta hocvñ. ff. solut. mat. Et Balibi dicit, quod vxor poterit inhibere viro ne se inscia fructus colligat, nisi præsentem hominem, quem mittere vult ne sibi fraus fiat, & sequitur Alexan. ibi. Vide casum in quo loquuntur, & citant Specu. d. tit. de decimis. §. 1. col. si. n. 12.

6 ¶ Ultimo hæc opinio vel ex eo probanda est, quod absq; dāno pupilli, vel minoris occurrunt fraudibus, efficiturque ut suū cuique reddatur. Hæc mihi vera opinio videtur. Fateor tamen ingenue cā non probati ex secundo, neq; ex tertio argumento. Nam dominium decimæ, non pertinet ad tutorē quousq; eam capiat, fructus enim omnes pupilli sunt, & tutori decima debetur non tanquàm domino, sed tanquàm creditor. Nam etiam usufructuarius qui plus iuris habet quàm ille ad quem fructus pertinent, ut in. l. fundi. Trabatiani. ff. de

usufr. leg. glosa. in. l. si quis ita. ff. de usufr. non est dominus fructuum, neque potest eos vendicare antequàm eos colligat. l. si fur. ff. de usufructu quæ loquitur in usufructuario. Vendicatio enim non nisi domino datur. l. in rem. ff. de rei vendica. Non obstat. c. pastoralis. de deci. quoniam ibi loquitur text. de decima quæ Ecclesiam soluitur, cui peculiana plura sunt concessa privilegia. Si tamen tutor pupillo maiori factio, res suas integre restituerit, possit utique ab ipso condicere decimam. licet non à tertio possessore fructuū. vti docet Bart. in. l. quod si nulla. ff. de leg. 1.

7 ¶ Quod tamen si pupillus iā maior factus nollit tutori relinquere decimam, imò ferè omnia sua occupavit, quæro an tutor possit ratione decimæ retinere res pupillares. Videtur nō posse ex. l. si. C. de cōmod. vbi nemo potest retinere rē meā q̄ sibi dēbē centum, & ibi notant Bart. & Albe.

8 ¶ Sed cōtra verius, imò tutor ratione decimæ potest retinere res pupilli quæ apud se sunt, si minor abscondit alias, & nō vult in eis sibi dare decimā. Ita probatur in. l. 1. §. præterea. ff. de cōtra. & vti. act. tut. vbi probatur quod tutor potest vti retentione ad consequendū quod sibi pupillus debet, & ita notat ibi, Dinus, & Albe. Facit. l. si non sortem. §. si centū. ff. de cōdi. indebi. scribit Petrus Iacobus in sua praxi. in Rubric. de actione, & rationibus distrahendis propè finē, versu tutor enim. Scribit melius Albe. post Vbertum quæ citat. in. l. pro officio. col. si nu. 6. C. de adm. tuto. & in. l. alimenta. C. de neg. gest.

9 ¶ Postremò facit quæ prudēter scribit Bar. in. l. si nō sortē. §. si centū. quæ etiā si ratione debiti nullus possit retinere rē debitoris sui, hoc non habet locū quādo debitū oritur ex melioratione facta in ipsa re. Citat. l. si in area. ff. de cond. indeb. & eandē opinionē probāt doctores in. d. §. si centū. Dinus, Bar. & Albe. in. l. si. C. de como. Vnde Bal. in. d. l. si. C. de como. scribit, quod actor potest retinere vestes ratione pretij sibi debiti pro sartura. Et scriptor potest p̄ salario retinere membranas, vel codicē scriptū, vti notant Bartolus, Baldus, Argelus, Iaso, Alexander, in additione ad Bartolū in. d. di. o. §. si centum. Cui. & Saicet. in. d. d. a. l. fin. C. de commo. & in. l. si non induca. C. in quibus causis pignus, vel hypot. tacit. contra.

10 ¶ Tutor autem non alia ratione petit decimam.

mam, quã quòd coluit rem pupilli & laboravit in ea. Ergò poterit eã retinere ratione decimæ. Si tamen malitiosè differret rei restitutionem vsuras retardate solutionis soluet, vt dixi. c. 2. nu. 94.

10 ¶ Illud non omittendũ, quòd tutor potest propria autoritate capere decimã, vt patet ex verbis huius legis ibi: *Tome para si el diezmo.* Nam verbũ, *Tome*, respondet Latino verbo, *Capiat*, quod est verbũ directũ, autore Bart. in l. Centurio. col. 4. Socin. ibi. n. 5. notabili. ff. de vulg. & pupill. per illũ textum. Bar. cõsi. 56. Bal. & Dominicus. vers. testatore. col. pen. in. c. si pater. de testa. libr. 6. Cũ autem verba diriguntur in legatariũ potest legatum autoritate propria apprehendere, licet aliàs non possit. Ita Bart. in l. fundi. Trebatiani. ff. de vsufr. lega. glo. in. l. si quis ita. ff. de vsufr.

11 ¶ Et tutores possunt propria autoritate sibi satisfacere de bonis minoris, si quid sibi minor debeat arg. l. 3. §. plene si fortè. ff. de contra. & vt. act. tutel. l. quoties. §. sicut. ff. de adm. tuto. Scribit Paul. consi. 379. primo videndum est vtrum remissio facta. ver. præterea est lib. 1. Boer. in consuetud. Bituricen. titulo de consuetudine iuris personæ. §. 12. col. pen. ver. & an tutores.

12 ¶ Non obstat doctrina Bar. in. l. 2. C. quando. & quib. quar. pars. debeat. vbi notat, quòd quarta danda filiis nomine legitimæ ex substantia patris, cùm sit incerta, non poterit filius eam capere propria autoritate, & si capiat non acquirit eius possessionem, & se quitur Alex. consi. 134. nu. 3. libr. 4. Bald. in. l. si quis in suo. col. 2. C. de inoffic. testam. Et melius probatur in. d. l. 2. C. quãdo & quib. Sed certè non est expeditum, quòd filius non possit propria autoritate accipere legitimam, contra enim significat. Ias. in. l. non est dubium. col. fin. tertio notabili. C. de lega. Cassan. in consuet. Burgun. Rubr. 7. §. 2. verbo. *Latierce*. versiculo & hanc. nu. 7.

¶ Fateor tamen quòd si tutor rem omnẽ nulla deductione facta restituisset minori facto maiori, quòd non posset propria autoritate accipere decimam.

¶ Quando autem tutor possit sibi soluere vide Detium in. l. singularia. num. 15. ff. si cert. peta. & consi. 48. nu. 3.

S V M M A.

15 **D**ecima an soluenda tutori ex ipsismet fructibus. Filio ex ipsa substantia patris danda re legitima.

6 Decima an deducenda de qualibet re.

8 Hæredes tutoris an possint petere decimam si tutor moritur ante fructus collectos. distingue.

13 Salaria debita militatibus transmittuntur ad hæredes

14 Præbendam cum administratione habens, transmittit ad hæredes salarium pro rata temporis quo præbendam seruiuit.

15 Hæredes tutoris an possint petere saltem pro rata temporis decimam reddituum quorum dies viuo tutore cessit, sed non venit.

An decima sit necessario soluenda tutori ex ipsismet fructibus, an verò sufficiat soluere estimationem, & an omnes fructus particulatim inamquamque rem possit tutor decimare. Et quid si tutor moritur ante fructus collectos, an hæredes eius decimam petere possint. Cap. XXXII.

Quæro deinde an decima sit necessario soluenda tutori ex ipsismet fructibus, an verò sufficiat soluere estimationem. Nemo iudicet hæc à nobis ociose proponi.

1 ¶ Mouet enim quæstionem textus insignis, in. l. fundi. Trebatiani. ff. de vsufr. lega. vbi probatur, quòd si alicui debeat fructus, sufficit si ei soluatur estimatione. Inquit lex. *Quæro an possit tutor hæredes, fundum vendere, & legatario quantitatem offerre, respondi posse.* Sic glosa ibi, notat hunc esse vnum de casibus, in quibus aliud pro alio solui potest.

¶ Rursus facit text. & quod ibi tradit Ias. in simili in. l. non amplius. §. cùm bonorũ. ff. de leg. prima.

2 ¶ Sed his non obstantibus cõtraria sententia verissima est. imò de ipsismet fructibus decima est soluenda, neq; sufficit offerre estimatione. Ita probatur efficaciter & expresse, ex Bar. in. l. eũ qui. in fine principij. ff. de his quib. vt indig. & ex Imol. in. c. ad nostrã de iur. iur. Bar. in. l. fundi Trebatiani. n. 3. ff. de vsufr. leg. glo. & Bar. n. 1. Alex. n. 3. Ias. n. 5. in. l. diuortio. §. ob donationes. ff. solut. mat. & facit recepta regula. l. 2. §. creditum. ff. si cert. pet.

Ecc 4

¶ Rursus

De decima Tutori

3. ¶ Rursus facit quod de iure non admittitur cōpensatio de quantitate pecuniæ ad quã titatem fructuum, vti notant. glosa Cin. & Bald. in l. neque. C. de compensa. Innoc. & Imol. in c. ad nostram. de iur. iuran. Quoniam qui cōpensat soluit, & qui debet fructus non potest pro illis inuito creditore offerre æstimationem.
- ¶ Hæc opinio vera est & seruanda si fructus extrant, aliàs. sufficet soluere æstimationem. Et ita intelligitur text. in l. fundi Trebatiani. ff. de vsufr. legat. vt per Bar. ibi. & in l. eū qui. ff. de his quib. vt indig.
4. ¶ Et quod non sufficiat offerre æstimationem, si fructus extant, probatur quoniam non sufficit offerre filio pecuniã pro quarta debita nomine legitimæ, sed ex ipsismet rebus patris danda est, vt notat Ias. per textum ibi, in l. scimus. C. de inoffi. testamen. Casian. in consue. ud. Burgun. Rub. 7. §. 2. verbo. la tierce. nu. 3.
6. ¶ Sed an decima deducenda sit de qualibet re quã res pupillaris reddit. Hæc questione expressè definit textus in l. 2. C. quando & quib. quar. pars. de bea. per quẽ Bar. ibi not. quod si alicui ex dispositione legis, vel hominis sit præstanda pars quotatiua, puta, quarta, sexta, decima, nõ est deducenda de qualibet re, sed res est d. ff. in d. arbitrio boni viri in p. sta. rerũ qualitate an admittant diuisionẽ vel non. Idẽ scribit Bald. in Rubric. ff. de rerum, diuisione. col. 2. Bar. in l. suus quoque. num. 10. ff. de hæredi. institu. Alexand. in l. in quartam. col. 4. ff. ad leg. Falc.
7. ¶ Præterea facit, quod quarta debita filijs pro legitima ex substantia patris, non est danda ex qualibet re particulari, sed diuisio est faciendã boni viri arbitrio respiciendã an res commodẽ diuidi possit vel non ita Bal. Imol. Alexand. & ceteri. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de legat. 1. Alexand. in l. Marcellus. §. res quæ. numero 10. ff. ad Trebe. Idem in decima tutoris, omnino seruandam. Illudque supponendum, neque peiores, neque meliores fructus pro decima dandos, vt in filijs legitima notant doctores, & tradit Iaso in l. scimus. col. 2. C. de inoffi. testam. & in l. filiũ quẽ habentem. col. 8. C. fam. l. hercis. Guido Pa. p. 4. q. 608.
8. ¶ Sed est quæstionis, quid si tutor pupillari readministrata, moriatur ante fructus collectos, an eius hæredes decimam petere possint. V. detur posse, ex l. a. vobis. ff. de annu. leg. vbi definit Iuriscōsultus ¶ si alicui in diẽ vitæ, annuũ legatũ relinquatur, si vixit tribus annis, & quatuor mensibus legatũ soluendũ non pro rata quatuor mensium, sed pro toto anno ac si annũ integrum vixisset. Ergo etiã si tutor pro parte solum anni vixerit, neq; messem vel vindemiam viderit, hæres eius decimam petere potest.
9. ¶ Rursus probatur efficacius hæc opinio ex l. post duos. C. de aduo. diuer. iudi. vbi salarium promissum aduocato pro labore ad uocationis, debetur in solidũ pro toto anno etiã si quatuor tantũ mensibus vixerit.
10. ¶ Sic glosa & Bald. in Authen. in õ. C. de actio. & obliga. notãt, quod p. na pecunia quæ applicatur de tẽto. ex decreto eius constitutionis, transmittitur ad hæredes eo mortuo.
11. ¶ Hic vt quæ dicentur magis sint in aperto distinguendum. Aut enim queritur an tutor mortuus transmittat ad hæredes decimam fructuum collectorũ, vel reddituũ, iam debitorum quorum dies venit, & haud dubie transmittit eam, etiam si decimam vel fructus nomine decimæ non acceptauerit. Nã lucra quæ deferuntur à lege transmittuntur etiã si acceptata nõ fuerint. vt in l. infantis. C. de bono. posse. infan. dela.
12. ¶ Et q. p. prius ad hanc speciẽ accedit, lucra cõstante matrimonio acquisita, vxor pro parte sibi iure Regio cõpetente transmittit ad hæredes etiam si eã nõ acceptauerit, vt probat Lupus in Rep. Rub. de don. inter virũ, & vxor. §. 62. vnde lucra. nu. 3. col. fin. vers. amplia. quarto.
13. ¶ Sic salaria debita scholaribus vel militibus trãsmittuntur ad hæredes. l. 1. C. de az. no. cibii. & ibi Platea. col. vers. tertio nota. & ibi etiã notat glosa. Ergo & tutor salarium transmittit ad hæredes.
14. ¶ Sic etiã si quis habeat præbendã cũ administratione, & moriatur antẽ finem anni, eius hæredes habebunt salariũ pro rata temporis quo præbendã seruauit. glo. in c. p. senti de offi. ordin. in. 6. Archidiacono. in c. alienationes. 1. 2. q. 2. & in c. statutũ. §. afflictorẽ de rescrip. in. 6. Bal. in l. iuuenus. in. 2. C. de sacrosan. Eccles. & in l. 2. C. de fructi. & liti. expẽ. & in l. de functa. ff. de v. l. f. l. f. in c. 1. §. his cõsequẽter. tit. hic finitur lex Conradi. deinde constitutiones regni incipiunt.
15. ¶ Si tamen tutor moriatur ante fructus collectos, vel antequã dies debiti redditus, veniat ad decimã eorũ transmittat ad hæredes,

redes, saltē pro rata temporis quo vixit & administravit. Videtur trāsmittere, ex gl. supra allegata in. c. præsentī de offi. ordin. in. 6. & ex his quę supra proximē dixim⁹, quę expressa, & efficacia esse vidētur. Pręterea probatur in. l. diuortio in principio. ff. solu. matri. vbi probatur, quōd si alicui sint dandī fructus quotannis, & non viuat per annū integrum, quōd transmittit ad hęredem fructus pro rata temporis, & ibi notant Bart. Alex. & ceteri.

16 ¶ Hęc res dubia videri potest, sed mihi potius videtur tutorē nō transmittere ad hęredem nisi decimādi redditus vel fructus quorum dies ante eius mortem nondū venit licet iam cesserit. Primō quoniā tutela iam finita est morte tutoris. Mors enim tutoris soluit tutelā, neque ad hęredē tutoris transit. l. tutel. l. furt. §. mādati, vel illud. ff. de his qui, notant infam. Quod si hęres nō est tutor, deficiunt verba legis quę ipsi tutori dat decimam.

17 ¶ Pręterea facit q̄ si usufructuarius moriatur fructibus maturis, fructus nō pertinent ad eius hęredem, sed ad proprietarium. l. si usufructuarius. ff. quibus modi. usufructu. amita. l. in singulos. ff. de annu. lega. Sic fructus fideicommissi pertinent ad fideicommissarium non ad hęredē licet maior pars anni elapsa sit tēpore quo venit dies fideicommissi. rest. tuendi. l. Herenius. i. ff. de usufr. Item lex dicit. *Mantengalos de los frutos, y tome para si el diezmo.* Ergo decimat eos redditus ex quibus alere potest pupillum scilicet fructus exactos, & circa eos solos laboravit exigendo eos.

18 ¶ Pręterea qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundū tēpus verbi. l. in delictis. §. si ex frāncus. ff. de noxa. actio. Verba autem legis, hęc sunt. *Mantengalos de los frutos, y tome para si el diezmo.* Nota illa verba. *Mantenga los, y tome el diezmo.* Ergo tempo e quo capit decimā debet esse tutor. Cū autē fructus nondū sunt collecti, vel dies soluendi redditus non venit, non potest decimā capere, si autem cum venit est mortuos, iā nō capere potest neque tutor est.

19 ¶ Pręterea si celsisse diē solutionis in vita tutoris sufficeret eius decimam transmitteret ad hęredē, certē etiā sequentium annorum decimā auferret, cum redditus in diem debiti, statim pro omnibus sequentibus annis cedat dies, vt in. l. cedere diem. ff. de verbo. significa. hoc autem absum est.

20 ¶ Postremō facit, q̄ dixi supra. c. 28. de an

tutor decimet fructus maturos durante tutela licet colligatur finita tutela, vbi ea potior sententia visa est vt tutor nō decimet fructus collectos finita tutela, licet maturi fuerint durante tutela, & idē in redditibus quorū dies nōdū venit licet cesserit & proximus sit, argu. eius q̄ scribit Bal. Ang. & Paul. l. nutritoribus. n. 2. C. cōm. de succe. q̄ tutor succedit pupillo nō habēti cōsanguinēos si decedit durante tutela, secus si post.

21 ¶ Nō obstat. l. diuortio in fine principii. ff. solu. matrim. quoniam loquitur in marito, & maritus non lucratur fructus dotis quia administrat, sed quia proprio sumptu alit vxorem & familiam, & cum eos aluerit pro rata temporis, æquissimum est, vt colligat pensionem pro rata temporis, licet matrimonium finiat antequam veniat dies, vt scilicet colligat, pro rata temporis quo matrimoniū durauit, & pensionis tēpus decurrit, licet dies nōdum venerit, vide dicta in loco supra citato.

¶ Non obstat etiam glossa, in. c. præsentī. quoniam qui habet præbendam cū administratione pleniori iure lucratur fructus quam tutor, nimirum ratione sue proprie dignitatis. At tutor lucratur decimam in ratione administrationis rei alienę, quā vbi primum moritur, neque administrat, neq; administrare potest.

22 ¶ Non obstat etiā, quōd cura tutelę aliqua tenus transit in hęredem tutoris, nam si tutor appellauit hęc res eius cogitur prosequi appellationem quousque reddat rationem. l. si tutor. ff. de appella. & dixi latē capite de tutore administrāte connexa, quoniam ille peculiaris est casus & vnus. Et propter laborem in vna re non est dāda de cōmā, vt dixi capite de mandatario, & sequestro, & alibi sepius.

¶ Non obstat. l. à vobis, & l. post duos. Quoniam. l. à vobis peculiarem continet dispositionē deriuatā ex fauo e vltime voluntati debito. ideo trahēda nō est ad alios casus.

¶ Rursus. l. post duos. loquitur quando salarium non solum datur propter laborem, sed etiam propter scientię nobilitatem, vt scribit Bar. in. l. 1. §. diuus. ff. de vari. & extradi. cognitio. vbi dicit, quōd. l. à vobis, & l. post duos, nō sunt extendēde ad alios administratores, & vide Bal. in. l. 2. & l. 3. C. de loca.

¶ Hęc mihi probabilior opinio videtur, nam fauet pupillo, & moderatur dispositionem huius legis ius Romanum hac in

De decima Tutori

parte abolerentis. Nam leges correctoriae restringendae sunt. Aduersantur enim Iuri Communi à viris prudentia, & doctrina clarissimis elucubrato.

S V M M A.

- 1 ¶ Tutori; actio competat pro decima, & nu. 5.
- 7 Tutor à quo die incipiat lucrari decimam. (sui.)
- 14 Tutor an preferatur fisco in successione pupilli
- 15 Nutritor an preferatur fisco in successione nutritij sui.

¶ *Quae actio competat tutori pro decima, & à quo die incipiat eam lucrari. Et an tutor succedat pupillo deficiente agnatis, & excludat fiscum praesertim apud nos qui decimam tutori damus. Caput. XXXIII.*

V T Nihil praetermitatur quod legi huic lucem adferre possit, quæro quæ actio cõpetat tutori pro decima. Huius rei cognitio utilis est, nã variæ actiones variam sortiuntur naturam: vt in §. actionũ Insti. de actio. Videtur cõpetere conditionẽ ex lege hac: vt in. l. 1. ff. de cõdic. ex lege. Rursus videtur praescriptis verbis agendum, vt in. l. quoties. ff. de praescrip. verb. Scilicet ex contractu factio vt des. Rursus erunt qui dicant cõpetere actionem locati, tutor enim suis operis consulit rei pupillari.

¶ Sed locati actionem cõpetere falsum est, quoniam quando quis obligatus est prestare operas etiam inuitus, non habet locum actio locati autore Bald. in. l. vna, num. 3. C. de supra. & in. l. diem fuucto. num. 2. ff. de offi. assesso.

¶ Rursus non est verũ dari actionẽ praescriptis verbis quoniam ea actio non cõpetit pro cõtractibus quos quis necessario tenetur inire sicuti traditũ est à Bal. in. l. vna. nu. 3. C. de supra. Tutelæ autẽ munus necessarium est. l. 1. ff. de munc. & hono.

¶ Praeterea non est verum cõpetere ad decimã conditionem ex hac lege, quoniam cũ praeter dispositionem legis requiritur aliquem actum mediũ fieri ad consequendũ legis effectum, non cõpetit conditio ex lege, autor. Bart. in. l. vna, col. 4. nu. 8. ff. de

de cond. ex lege, hic autem requiritur vt tutor administraret, vt dixi. c. 1. 1.

¶ Illa ergo vera opinio est, quod tutor potest dupliciter decimã consequi. Primò per reputationẽ: vt in. l. à tutoribz. §. si. de admi. tuto. l. 1. §. si pupillis. ff. de tutel. & ratio distrah. vbi probatur, quod in reputatione bonorum pupilli, potest tutor reputare salarium quod sibi datur pro administratione, hoc est potest retinere salarium, cum restituit rem pupilli.

¶ Secundò potest consequi decimã actione tutelæ cõtraria. l. 1. §. an in hoc iudicio. ff. de cõtrah. iudi. tutel. Vbi probatur, quod actio tutelæ contraria non solũ datur tutori pro expensis factis in re pupilli, verũ etiã pro eo, quod pupillus obligatus est prestare tutori. Hæc autẽ actio non solũ datur tutori aduersus pupillũ, verũ etiã aduersus quẽlibet possidẽtẽ res pupilli, & datur etiã si pupillus nihil petat neq; directa tutelæ actionẽ hagat aduersus tutorẽ. l. quid ergo. §. si. l. 1. §. hæc actionẽ. ff. de cõtra. iudi. tute. Hæc autẽ tutelæ actio cõtraria, bonæ fidei est, sicuti tutelæ actio directa: vt per Ias. in. §. actionũ. nu. 70. Insti. de actio. Eiusdem enim naturæ sunt actiones cõtrariæ cuius sunt directæ. Tutelæ autem actio bonæ fidei est, vt in. §. actionum. Insti. de actio. ergo eiusdem naturæ erit actio contraria.

¶ Nunc videamus à quo die incipiat tutor lucrari decimã. Et aut tutor datur sub conditione, aut pure. Primò casu decimã non lucratur quousq; impleatur conditio quoniam ante impleatam conditionẽ tutor non est. l. Titius. §. sed verũ est. ff. de excusa. tut. Quod si tutor non est, administrare nõ potest. l. si is qui. ff. de eo qui pro tuto. Lex enim tutori dat potestatem non ei qui tutor non est. Ergo deficiunt verba, & ratio legis. Scilicet esse tutorem, & administrare, ergo deficiet legis dispositio: vt in. l. 4. §. totiens. ff. de dam. infect.

¶ Deinde hoc satis probatur in. l. 3. §. item erit. ff. de suspect. tuto. l. si quis sub cõditione. ff. de testa. tut. quod si tutor non est nõ debet lucrari decimã.

¶ Si autẽ tutor datur pure videtur quod nõ statim lucratur decimã quousq; administrare possit, seruatis solemnibus, scilicet cõfessio inuentario, & prestito iuramẽto, & data cautione, permissa à iudice administratione nã antehæc nõ potest administrare: vt late dixi. c. 2. nu. 18. & 64. Cũ ergo decima detur propter administrationis laborem,

- borē. videtur q̄ non lucretur eam quousq; laborare, & administrare possit.
- 9 ¶ Sed nisi fallor, ciuilius grauius & prudentius iudicium est, vt lucretur decimā à die quo scit se tutorē. Primò quoniam statim est tutor etiā antequā solemnia seruet, auctore Bar. in. l. absenti. ff. de donat. & in. l. 1. ff. de tutel. Socin. l. qui duos, num. 30. ff. de reb. dubi.
- 10 ¶ Secūdò quoniā à die scientiæ tenetur de periculo tutelæ. l. quidā decedens. §. Papi- nianus, & ibi notat. DD. ff. de admi. tuto. scribit Albe. in. l. si tibi, in fine. C. de admi. tut. Et inuētariū & cætera solemnia cōfice re, & implere debet quā primū potest, vt per Bar. & Salii. in. l. tutores. C. de admi. tut.
- 11 ¶ Ex his liquet q̄ etiā antequā solemnia seruet tutor est, & de periculo tutelæ tene- tur, ergo æquum est vt, si post præstet so- lemnia, & rectè adminestret, detur ei deci- ma saltem à die scientiæ.
- 12 ¶ Non obstat, q̄ hæc lex dat decimam pro pter administrationem, & q̄ hic admini- strare non possit ante impleta solemnia, quoniam dummodo non cesset ex negli- gentia, abūde laborat qui de periculo tene- tur, & sedulo sese parat ad præstandum so- lemnia, & ea re vera præstat, & administrat, quæ enim proximè sunt faciendā habētur pro factis iuxta iura vulgaria.
- 13 ¶ Postremò, quod me magis in hanc sen- tentiā trahit est q̄ amator veritatis ipsūm æquitatis, & prudentiæ robur apræhende re debet, omiſſis argutijs quibus si vel sum mamcutem det. alias nihil est quod laudes. Indicare adhibita in consiliū ciuilitate hu manitate, æquitate, & quod potissimū est prudentia, laudabile est, & qui hac via ie- rit, veritatē ipsam apræhendet, & acu. (q̄ aiunt) tanget. Habet enim veritas faciem suam, etiam si eam scripto iure non cōmu- nias. At sectari sophistica nugamenta, & inanes argutias quæ prudentia non inni- tuntur sed ex scripto iure detorquentur, miserū est, & ingenij sterilis atque ieiuni. Verissimè enim scripsit Iurisconsultus. Summum ius, summa iniuria.
- 14 ¶ Nunc tractemus an stâte dispositione hu ius legis qua tutori decima datur, tutor ex cludat fiscum in successione pupilli. Non est otiosa hæc quæstio vt ex infra dicendis apparebit. Ante omnes, quæstionem hanc proposuit, & definiuit Accursius, in. l. quo tutelæ in fin. ff. de reg. iur. vbi tuetur partiē affirmatiuam, scilicet, q̄ tutor præferendus

- est fisco in successione pupilli, & D. n^o ibi dicit, similem glossam vel traditionem ali bi nō reperiri, & sequitur ibi Bologninus, in suis primis inter prætationibus. Bal. in l. si quis filio. §. eius qui. ff. de in ius rupto. & in. l. cum in eo, in fin. ff. de pact. vbi Bal. scribit, modum constituendi tutorē ad pri uandum fiscum. Bald. Angel. & Paul. in. l. nutritoribus. C. cōmu. de successio. Citan. l. 4. & l. si. C. de heredi. decurio. Et quod pa- tronus succedit liberti, & videtur sequi Boer. in consuet. Bituricen. tit. de consue- tudine testamentorum. §. 5. col. 2.
- 15 ¶ Contrariam tamen sententiā, imò quòd tutor non excludat fiscum: probat Barto- lus Iurisconsultissimus, in. l. quo tutela. ff. de reg. iur. & singulari. §. 7. incipiente, no- tat glossam. Mouetur ex. l. nutritorib. C. comu. de successio. vbi nutritor non succe- dit infanti quem nutriuit. Rursus hanc sen- tentiam stâte dispositione huius legis qua tutori laboris præmium, & merces datur, videntur adiuuare, Bald. Ang. & Paul. in d. l. nutritoribus: vbi reprobando opinio- nem Bart. respondent ad. l. nutritoribus, q̄ lex illa, loquitur in nutritore cui datur mer- ces pro nutritione, idè contentus sua mer- cede æquum est, vt non excludat fiscum se- cūs in tutore cui nil datur. Ergo cū hodie ex hac lege merces detur tutori scilicet deci- ma, videtur, quòd iuxta mentem doctorū tutor non excludat fiscum, cum mercedem accipiat sicut nutritor, imò certiore, & vberiore quam ipse nutritor.
- 16 ¶ Quod verius hæc negatiua opinio ve- rior videtur, & doctorum menti magis cō- formis, nā tutori defferūt. DD. hæredita- tem, quia gratis administrat, cū autē apud nos non solum non administrat gratis, verū etiam splendē cōsequatur laboris præ- mium cessat ratio doctorum. Et vel ex co hæc opinio probanda est, quod nulla lege cauetur vt tutor succedat pupillo, & vita pupilli minus erit infidijs obnoxia, si tu- tor ei succedere nō possit. Postremò vtget l. nutritoribus quā Bartolus citat. Maior enim debetur gratia nutritore spōte officiū præstanti, quā tutori metu, & imperio le- gis gæceti, nihilominus tamē nutritor suc- cedere non potest nutritio. Deinde magis videtur premio dignum, nutrire inopem qui tutorem habere non potest cū substā- tia careat, vt dixi. c. 2. quā tutorē præstare diuiti, nihilominus tamen nutritori dene- gatur ius succedendi.

¶ Non

De decima Tutori

- 17 **N**ō obstat. l. 4. C. de h̄redi. decurio. quoniam ibi lege cōceditur successo eis personis, & sicut ea dispositio nō mouit Imperatorem, vt nutritori concederet ius succedendi, ita neque nos mouere debet vt tutori demus ius succedendi pupillo, præsertim cum splendidam saginam ex re pupillari habeat, scilicet decimam fructuum.
- 18 **N**on obstat, quod patronus succedit libert. id enim quoniam fecit cum liberum. At tutor non dedit libertatem pupillo, & quamuis laborauerit in administratione, abunde decima pensatus est eius labor.
- 19 **V**timo hæc opinio suadetur ex eo quod scripsit Pirrhus, in consuetudin. Aurelian. titulo de sotietate inter virum, & vxorem cap. 1. col. fin. prope finem, ver sic. laudabilis est vbi notat, quod cum iure Gallico lucra diuidantur inter virum, & vxorem aduersus dispositionem iuris communis quo maritus sibi acquirit lucrata constante matrimonio, certè cum ex consuetudine vxor lucretur dimidium, cessat edi & cum bonorum possessionis vnde vir, & vxor. Ergo licet verum esset tutorem succedere pupillo, hodie id non procedit cum lucretur decimam.

S V M M A.

- 1 **T**utor an decimet etiam fructus quos pupillus habet in loco vbi hæc lex non seruatur, & num. 7.
- 2 **Primogenitus si ex consuetudine succedat in vniuersam patris substantiam, an consequatur etiam substantiam patris sitam in loco vbi talis consuetudo non viget.**
- 10 **Tutor an lucretur fructus si assumpta tutela in loco vbi hæc lex seruatur, demigret cum pupillo ad habitandum in loco vbi non seruatur.**

An tutor possit decimare non solū fructus quos pupillus habet in Hispania, vbi hæc lex seruatur, verum etiam quos habet in Italia, vbi hæc lex non seruatur sed ius commune. Cap. XXXIIII.

- 1 **V**timo quæro quid si pupillus redditus habet in Hispania vbi hæc lex seruatur, atq; item redditus ha-

- bet apud Italos apud quos hæc lex non est in vsu, sed iure Romano tutori nil datur, quæro an tutor qui in Hispania cum pupillo Hispano viuuit, possit decimare tam redditus Hispanicos quam etiam Italicos.
- 2 **Illud ante omnia supponendum, tutorem curare debere non solum sita in prouincia vbi datur tutor verum etiam sita in exteris regionibus. l. propter litem. §. licet. ff. de excu. tut. l. magis puto. §. illud. ff. de reb. cor. l. 1. in fin. ff. de auto. & cura. dat. ab his Din. Iacobus Arena, in l. non solum. §. quī testamento, aduersus glossam ibi. ff. de excusat. tuto, Din. & Bart. in l. pupillo. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. Cin. & Bart. in l. 1. C. vbi pet. tuto.**
- 3 **Deinde supponendum hæc legem consuetudine obseruari cuius rei cognitio utilis est, quoniam leges contentæ in hoc libro quem forum appellamus, non habent vim legū, nisi sint consuetudine receptæ, vt. l. 1. Tauri. scribit Rodericus in principio cōmenti quod in nonnullas leges Fori sedulo, & eruditè conscripsit. Quod autem hæc lex moribus sit recepta, & cōsuetudine obseruata testatur Ant. Padil. in l. 1. n. 13. C. de transf. Orosius in l. sumptus. ff. de pact.**
- 4 **His suppositis, quæstio nostra varie, & plixè tractari potest. Ego quæ ad rem proprius facere videntur paucis delibabo. Videtur quod tutor lucretur decimam ex rebus sitis vbi hæc lex seruatur, & non ex sitis in regione vbi non seruatur, licet ipse & pupillus viuant in loco vbi seruatur. Primum quoniam vt proximè dixi, leges huius voluminis quod forum appellamus, solum habet vim si seruētur, cum autem hæc lex non seruatur apud Italos, videtur q̄ non possit tutor decimare redditus Italicos.**
- 5 **Secundò moueor, quoniā si ex consuetudine Hispaniæ, primogenitus succedat in tota substantia patris, & pater habeat partem bonorū, in Italia vbi non est talis consuetudo, inspicienda est cōsuetudo cuiusq; prouinciæ. & primogenitus nō lucrabitur rem sitam apud Italos, sed sitam apud Hispanos vbi ea consuetudo viget, argum. l. pupillo. ff. de tuto. & curat. dat. ab his. l. Titium. §. tutor. ff. de adm. tuto. l. cōstitutio. ff. ad municipal. l. certa forma. C. de iure fisci, lib. 10.**
- Quarum legum autoritate ita docet Iacobus Rauena, Guil. Cuneus, Dinus, Rayn. Faber. & Bal. col. 9. verb. venio ad secundū in l. cunctos populos. C. de summa trinit. & fid.**

& fid. Catholi. Collecta, in. c. 1. col. 2. & ibi Anchar. in. 1. 2. quæst. princip. de constitutio. Alexand. consil. 1. 9. viso titulo, in. 1. dubio, lib. 1. & consil. 1. 28. consideratis verbis col. 2. versi. & pro hac, lib. 1. Corn. consil. 1. 15. in hac consultatione col. 1. lib. 2. Socin. consil. 288. circa primam, col. 2. lib. 2. Iacobin. in tractatu feudorum, col. 6. versi. in super quæro Euerardus in locis legalibus, loco: 79.

6 ¶ Neq; solū in specie de primogenitis, sed & in similibus, idē definit Bal. in. l. si arrogatur, col. antep. versi. & facit ad plures quæstiones. ff. de adoptio. Lopus, alleg. 92. in primis videndum est in. 4. dubio. Cardi. Flor. conf. 2. versic. item præsupposito. Paul. consil. 32. in princ. lib. 2. Corn. consil. 85. col. 4. lib. 3.

¶ Ex quo videtur dicendum, q̄ licet Hispanico iure tutori detur decima, solum est danda de fructibus rei sitæ in Hispania, non de rebus sitis in locis vbi hæc lex non est in vsu, sed quod iudicari debet secundum cuiusque regiones morem præsertim cum hoc sit vtilius pupillo, & hæc lex vti correctoria, sit restringenda.

7 ¶ Ex aduerso, videtur verius vt tutor viuens cū pupillo in loco vbi hæc lex seruetur, decimet etiā redditus rei sitæ vbi hæc lex non seruetur. Primò autoritate Pauli grauisissimi, & eruditissimi viri qui rē hæc nominatim tractauit in consil. 374. super istis dubijs, nu. 1. lib. 2. vbi dicit hæc verba. *Præsupposita consuetudine quæ viget Cauodistrie, q̄ tutores superlucratur fructus quorumcumq; bonorum pupillarium, & in quocumq; loco positorum, cū onere alendi pupillum, nō video cur dictus tutor non debeat lucrari redditus impræstitorum quæ dictus pupillus habebat Venetijs, quia dicta consuetudo valida est, & potuit extendere suum effectū ad bona quæ pupillus habet alibi, ratione personę pupilli subditę iurisdictioni statuentiū, argumento l. magis puro. §. illud quæri. ff. de reb. corū. Hactenus Paulus, qui rē in specię tractat, sed videtur loqui quando lex d. cit vt lucretur fructus bonorum in quocumq; loco positorum.*

8 ¶ Rursus Cassan. in cōsuetudini Burgun. Rubr. 6. §. 4. verb. *Et fait la dicte femme, nu. 1. versic. consuetudo.* Refert consuetudinē Gallię qua tutor lucratur fructus, & inquit. Consuetudo e. go nostra istud disponens valet, & ibi quærit Paulus an mater habeat annuas præstationes extra locum

consuetudinis nostrę, & sic extra ducatum Burgundię existentes, & dicit q̄ sic quem vide. Hic rem manifeste definit.

9 ¶ Præterea confirmatur hæc opinio, quoniam verba legis nostrę in rem dirigitur. Inquit enim lex. *Mantengalos de los frutos, y tome para si el diezmo dellos.* Statutum autem cum est reali, res ipsas afficit vbi cūq; sitas, siue in hac siue in illa regione. l. rescripto in fin. ff. de mune. & hono. l. an in totum. C. de edifi. priua. Quarum argumentō pleriq; sentiunt, q̄ si ex statuto loquenti in rem, putā bona decedentium veniant ad primogenitum, primogenitus debeat lucrari rem paternam, lucrabitur omnia vbi cūq; sita, etiam si aliqua sint in loco vti tale statutū non est. Ita docent Petrus, & Cin. in. l. cunctos populos, col. fin. C. de summa trini. & fide Catholica. Anchar. consil. 163. visis & diligenter inspectis, in primo dubio. Imol. c. cū olim. ad finem de cleri. coniuga. Abb. in. c. quod clericis, col. 6. versi. & cū hoc temperamento, & ibi Barba. col. 14. de foro comp. Rochº, Curt. in rep. c. fin. in vndecima quæstione principali, in. 2. limita. de consuet.

¶ Rursus alij in hac quæst. de primogenito aliter senserunt, scilicet vt inspicatur statutum originis eius de cuius successione agitur, per. l. nulli. C. de Episcop. & c. eia. cor. l. data. l. illam. C. de dona. l. fin. C. de præscrip. long. tēpor. l. magis puro. §. illud quæri. ff. de reb. corū. Huius opinionionis fuit Alber. in. d. l. cunctos populos col. 7. & ibi Fulgo. Quæ opinionioni nostrę opinioni suffragatur, nam loquitur quādo tutor & pupillos viuunt in loco vbi hæc lex seruetur. Qui autē circa hanc quæstionem de primogenito, legere vollet omnia à maioribus tradita consulat Tiraq. rem diligentissime tractantem, in tractatu de primoge. q. 46. & 47. Quid in ea re sit probabilis iudicent eruditi.

¶ Præterea, quod tutor decimet vbi cūq; sita, cōfirmari potest ex alijs pluribus quę consulto omito. Iam enim mihi videor audire lectorem dicentem Ohe. Iam satis.

10 ¶ Quid autē si pupillus, & tutor transeunt ad habitandum in loco vbi hæc lex nō seruetur postquam tutor assumpsit tutelam in loco vbi seruetur, vide Salicet. in. d. l. cunctos populos. Tiraquel d. quæst. 46. Et in simili circa consuetudinem qua lucra acquisita constante matrimonio diuiduntur inter maritū, & vxorē, quid si post coniuges

De deci. Tut Hispani. iure præstanda.

coniuges demigrent in urbem, vbi talis consuetudo viget. vide. l. 24. tit. 11. parti. .&. & ibi glossam Lupum. in rep. Rubri. de donatio. §. 62. col. fin. ver. amplia- bis prædicta. Roderic. in. l. 1. tit. *De las gan- nancias. 6.* limitatione. DD. l. exigere dotē. ff. de iud.

II ¶ Quod si in tutore placet ea opinio, vt de- cimet vbi cunq̄ sita, etiam si ibi nō ser- uetur hæc lex si seruetur in loco vbi ipse tutor, & pupillus gerunt. Ade quod non obstat, quod leges Fori non habent vim legum, nisi seruentur, quoniam iam supo- no quod hæc lex seruetur, & vbi primum supono quod seruetur, iam est lex, & ha- bet vim legis, & succedit secunda questio an lex debeat seruari etiam cirba bona si- ta in loco vbi talis lex nō seruetur. Et cer- tē æquius, & ciuilius videtur, vt tutor deci- met vbi cūq̄ sita, iuxta supradicta. Nam onus tutelæ vniiformiter respicit vniuer- sa in quibuslibet regionib⁹ sita, vt supra di- xi, & hæc lex laborem remunerare vult. ¶ Postremò facit quod fructus, & reddi- tus iam collecti sunt bona mobilia. Mo- bilia autem in diuersis regionibus sita iu- dicantur nō secundum locū in quo sunt, sed secundum statuta loci in quo dominus est. Ita Bald. per textum ibi. in. l. mercato- res. C. de commer. & merca. Alexand. in additione ad Bart. in. l. 1. col. pen. C. de sū- ma trini. & fide. Catholi. & consi. 31. viso titulo. col. 2. verb. pro quo primo allego. lib. 2. & consil. 19. circa primum dubium col. 2. verb. subdo tamen. libr. 6. vbi dicit, quod vbi sunt diuersa locorum statuta. bona mobilia sequuntur personam testa- toris, & consi. 141. col. fin. lib. 7. Soci. cō- sil. 101. viso testamento. col. 2. lib. 1. Iaco- binus de fœudis, in verbo cū in mero mix- to imperio, col. 4. verb. sed formo vobis, Afflict. c. 1. §. his consequenter, col. 3. nu.

11. titulo hic finitur lex Scio hoc vltimū à nonnullis improbari, sed profero illud ad persuadendum nostram op̄inionem: Nam lex hæc, & in rem loquitur, & de re mobili disponit. Tutores ergo tan opulē- to in hoc mundo inuitati premio memi- nerint sese patres præstare pupillis, pasto- res non prædones, illis enim dominus pro- mittit vitam æternam his mortem, & exi- tium sempiternum. Sic enim legimus E- xodi. 22. cap. *Vidue & pupillo non nocebitis, si laeseritis eos vociferabuntur ad me, & ego au- diam clamorē eorum, & indignabitur furor meus percutiamq̄; vos gladio, & erunt vxores vestre vidue, & filij pupilli.* Rursus Hieremi. c. 5. *Facite iudicium, & iustitiam liberate vi opres- sum, pupillum & viduā nolite contristare neq̄; oprimatis iniquæ, si enim nō audieritis verba hæc, in memet ipso iuravi dicit dominus quia insolitu- dinem erit domus hæc.* Cæterum his qui pu- pillis misericordiam exhibent remissio peccatorum, & æterna fœlicitas promiti- tur Esai. c. 1. Sic enim inquit dominus. *Querite iudicium subuenite opresso iudicate pupillum defendite viduam & venite, & arguite me dicit dominus, si fuerint peccata vestra, vt coc- cinum quasi nix de alba buntur et si fuerint rubra quasi verniculus quasi lana alba erunt. Si volue- ritis, & audieritis me bona terre comedetis. Por- rō iudices faueant paterna misericordia pupillorum causis, ea enim est voluntas domini cuius verba legimus, Ecclesiasti- cap. 4. *In iudicando esto pupillis misericors, vt pater, & pro viro matri illorum, & eris tu velut filius altissimi obediens, & miserebitur tuis magis quam mater.* Rursus vniuersi mortales me- moria perpetuo circunferant illud beati Iacobi in Epistola Canonica. c. 1. *Religio, inquit, munda & immaculata apud Deum, & Patrem hæc est, visitare pupillos, & viduā in tri- bulatione eorum, & immaculatū se custodire ab hoc seculo.**

FINIS.



M A D R I T I,
Apud L V D O V I C V M S A N C H E Z
T y p o g r a p h u m .

Año . M . D . X C I I .

M A D R I T I,
Apud L V D O V I C V M S A N C H E Z
T y p o g r a p h u m .

Año . M . D . X C I I .

LIBRO DE
CANTONEROS

50

Luis Zeller

1000
312
260
0.511

Maria
matern
Zeller

San Blas

San Blas

